Ceſſante igitur iſta ſcientiæ cauſa finali, quę dicitur cauſa cauſarum. Bald. in rub. C. de inſt. & ſub. diſdicta reducitur ad cauſam non diſdictæ, & ſucceſſiue dici debet Ricciardum continuaſſe in ſocietate cum pupillis ad decennium, & vltra, & pro d. tempore teneri ad compẽdium ſuperlucratorum.

Vtebantur præterea DD. actrices argumento de contractu ad diſtractum minorum pari paſſu am-
24 bulante † & eandem ſolemnitatem requirente, l. ſi ad diſſoluendum, C. de præd. mino. Bart. in l. ab emptione, ff. de pact. & in l. ideo, ff. de cond. furti. num. 2. 3. Vnde quemadmodum ſolus tutor non poſſet
25 ſocietatem coire cum pupillis, eodem † modo non poſſet ſolus diſſoluere, Pet. de Vbal. in tract. de duobus fratri 3. part. num. 5.

Ruſſus data validitate diſdictæ, adhuc DD. actrices hunc teneri ad compendium cõtendebant eo, quod pupillaribus pecunijs propria negocia geſſerit, & ex tutela lucrum fecerit, lege prohibente, l. non exiſtimo, de admi. tuto. neque per oblationem intereſſe quinque pro centenario liberabitur d. l. qui negociationem.

Appropriarat. n. ſibi ſub noĩe depoſiti Ricciardus notabilem pecuniarum ſummam, & ſic teneri aiebant ad intereſſe lucri ceſſantis, & quantum ſuperlucratæ eſſent dd. pecunię, ſi ſociętas duraſſet, vel alteri negociandæ traditæ fuiſſent, neq; excuſari poſſe videbatur per oblationem intereſſe ad totũ quinque pro cent. ex cauſa depoſiti irregularis,
26 † quia illud intereſſe non erat ſatis tutum pupillis per ea, quæ tradit Laur. de Rodulf. in ca. ſalubriter 2 part. q. 66. de vſur. Non. n. hodie pupillares pecuniæ dantur ad fœnus, vt tradit Rom. diſtinguendo multa tempora conſ. 28. & plenius conſ. 139.

27 Quinimo † d. lucrum cedit vtilitati pupillorum non obſtante quòd nomine proprio traſſicum fecerit, cum mediantibus pecunijs pupillaribus fecerit d. curator, C. arb. tutel. Bar. & Bald. in d. l. ſi paternus. Hier. Gabr. d. conſi. 26. nom. 10. & idem in pecunijs communibus firmat Aymo. conſi. 286. nu. 8. accedebat in comprobationem prędictarum auct. minoris, C. qui dar. tut. poſſ. vbi debitor pupilli ſine curatore non adminiſtrat.

Et ex his videbat̃ concludendũ pro DD. actricibus, Ricciardũ teneri ad compendium, iuxta l. qui negociationẽ, quicquid idem Ricciardus conatus
28 ſit abunde probare de ſua probitate. † Nam probitas tutoris non debet morari commodum pupillarum, vt inquit Bertran. conſi. 330. nu. j. lib. 3.

Quibus non obſtantibus Dñi vnanimiter pronunciarunt in hũc qui ſequitur modum videlicet.

Declarauimus teneri, & ita eum condemnauimus ad reddendam rationem cum reliquorum reſtitutione adminiſtrationis tutelæ, & pro tempore curæ, ac ſocietatis bonorum, & rerum filiarũ d. q. Bartolelli.

In qua redditione mandauimus venire lucrum ex pecunijs dd. filiarum per ipſum Ricciardũ pro ſe ipſo acceptis, ac alijs in depoſitũ datis a die quo ipſe acceperit, & alijs reſpectiuè dederit pro toto tempore, quo ipſe, & alij retinuerint prout ſi ad honeſtam lucri partem eas ad beneficium pupillarum expoſuiſſet, arbitrio peritorum mercatorũ a partibus eligendorum declarandam. Ac etiã eundem condemnauimus ad compendium totius lu-

cri

Digitized by Google

eri facti ſocietare a die factæ diſdictæ vſque ad diẽ
petiti,& dati curatoris.

Moti dum diximus eum teneri ad reddendam
rationem adminiſtratorum per eum in tutela, cu-
ta, & ſocietate.

29 Quia † regulare eſt in qualbet adminiſtratione
serum alienarum,& communium,vt is ſuæ villica-
tionis rationem reddat, cum ſic Saluator noſter vil
lico iuſſerit Luc.c.16. & cap.qualiter,& quando,il
2.de accuſ.tradit Iaſ.in l.præſes,nu.3.C.de tranſac.
Deci.conſ 100.nu.7.& in puncto de ſocio,Roland.
conſ.49.lib.j.Menoc.de arbit.iud.cent.3.caſu 209.
Pinell.in l.j.2.pas.nu.39.C.de bon.mat & hoc non
erat controuerſum cum tutor in id ſe paratum of-
ferret deciſ.Genuen, 185.nu.5.& 116.nu.2.

Mandauimus habendam rationem lucri, quod
probabiliter pupillæ recepturæ fuiſſent,ſi earũ pe-
cuniæ ad lucri honeſtam partem traditæ foterat ar-
30 bitrio mercatorum declarandi,† non quod dubita-
remus tutorem non potuiſſe ſibi, quemadmodum
alijs depoſiti nomine palam, & bona fide pecunias
pupillarum accipere & mutuare,l.non exiſtimo,&
l.quoties,§ non tantum, de adm.tuto. Corn.conſil.
198.nu.9.lib.j. Sed quia nobis ex proceſſu nõ con-
ſtitit illa quinque pro centenario eſſe honeſtam lu-
cri partem ſaltem de ſtilo,& cõſuetudine huius ci-
uitatis, cuius leges non venimus ſoluere,ſed imple
re,merito hanc declarationem reſpectu quantita-
tis mercatoribus faciendam remiſimus, non igna-
31 ri tantum deferri locorum conſuetudini,† vt legiti
me fieri dicatur quod communiter fit,l.certi condi
sio,§ ſi nummos,ff.de cond.ind. latè Euerard.in lo-
co ab vſitato, & in puncto, quod conſuetudo exeu-
ſet a labe vſurarũ poſt Old. Bal. Abb. & alios,quos
ipſe citat,tradit Haymo,conſi.145.nu.12.

Condemnanimus etiam Ricciardum ad cõpen-
dium totius temporis,vſq; ad diem petiti & dati cu-
ratoris,non quod de rectitudine diſdictæ hæſitare-
mus,quã legitime factam exiſtimaremus, vt infra
patebit,ſed quia medij temporis modicitas,& lucri
exiguitas ad ita nos arbitrandum perduxerunt.

Non obſtant ex aduerſo allegata de vnitate ſocie
tatis,qa quin duæ ab initio forẽt creatæ ſocietates,
& non vna, id nobis nõ obſcurum viſum fuit. Sua-
debant enim verba ipſius conuentionis, quib. non
ſemel contrahentes vſi ſunt inſcripta pluralitatem
ſocietatum indicantia, & primo ibi.

Debbia tenere conto, & al ſaldo delle ragioni.

Rurſus ibi.

All'ultimo tempo,& iterum ibi *ſe non allo ſtralcio*
dell'ultime ragioni.

Rurſus ibi.

Et ſeguitare altri cinque anni dall hora vegnenti.

Dictio enim illa *d'all'hora*, quod idem eſt quod
32 dictio ex tunc † denotat extremitatem temporis,
gl.in extraua.Ioan.22.ſuſcepti in verbo ex tunc,de
electio. & actum ſuſpendit gloſ. in cap. paſtoralis,
de except.& in Clem.j. de au.pat.Fely. in cap.licet,
in 6.not.de probatio.

Preterea, quod plures & non vna creatæ fuerint
ſocietates,palam facit phraſis & conceptio verbo-
rum, quibus conuentio ſocialis complexa ſit.

Non enim ab initio initus ſocietas ad decen-
nium cum facultate diſdicendi intra certum tem-
pus, quo caſu vnica foret licet reſolubilis: ſed fuit
creata ſocietas ad quinquennium ad aliud quin-
quennium proſequenda, niſi in fine primi quin-
quennij renunciatum foret:quo caſu non poteſt ne
gari quin duæ fuerint creatæ ſocietates, ex quo ab
initio non fuit complexum decennium, ſed quin-
quennium,& eo finito aliud quinquennium,argu.
not. & per Abb & Butr. in cap.j. de precari. & per
33 Bero.conſi.116.num.17.lib.j.† vbi locatio ab initio
facta in perpetuum cum pacto renouandi de 29.in
29.annos dicitur vnica locatio,quia ab initio com-
prehendit perpetuum,& non fuit diſtributa per ſin
gulos 29. annos, ſecus vero ſi ab initio fiat de 29.in
29.annos in perpetuum, cum tunc dicitur multi-
plex,& tot erũt locationes, quot erunt 29.anni. Al
cia conſil.42 accedo,Tomo 3.lib.8. & conſil.113.
eod.lib.& Tomo.

Ea enim temporum diſtributio facit ab initio
34 quod † tot ſint contractus quot tempora diſtribu-
ta,vnde dicit Bald.in l. voluntas,C.de fideicom.nu-
mero 6.Alexan.in l.ſi filiofam.§ ſi vir.num.25.ſol.
mat. qui ſequitur & declarat Bald. procedere, vbi
ex diſtributione temporis fraus non poteſt conſide
rari, vt hic in caſu iſto, quod tot ſunt venditiones,
& locationes,quot ſunt diſtributiones temporum.
per l.ſcire debemus,& l.pluribus,de verb.oblig.
quod dictum Bal.ſequitur Alexand. in conſil.165.
libro 2.& dicit Alciat. in d.conſil.42.quod non re-
peritur,qui illud reprobet in ſpecie, niſi quatenus
diſtributio temporum tenderet in fraudem pro-
hibitæ alienationis ad longum tempus, prout con-
ſiderat idem Bald.in conſil. 227.libr.2. ſupra alle-
gatu in contrarium,dum dicit vnitatem conſenſus,
non autem diſtributionem temporum inducere v-
nitatem vel pluralitatem actus, nam loquitur ibi
Bald.in caſu quo diſtributio temporum tendebat in
fraudem legis, quo caſu actus annullatur, non ta-
men ideo fit vt non dicantur duæ vel plures locatio
tiones,propter diſtributionem temporum, Bal.igi-
tur non reprobatur in eo quod dicat diſtributionẽ
temporum inducere pluralitatem actus, ſed in eo
reprehenditur quatenus alibi ſenſerit quod prohi-
bitum alienari ad longum tempus,non prohibetur
de modico in modicum tẽpus alienari,in hoc enim
diſtributio temporum tendens in fraudem legis nõ
releuat,& pro mala cautela reputatur, & idem dici
tur reſpectu inſinuationis vitandę. Bar. in l.mode-
ſtinus in fi.ff.de donatio.

Verum quod ſint duę ſocietates, quid egemus
teſtibus cũ ipſimet contrahentes ita enunciauerint
ibi. Caſu che non li venga bene ſeguitare la ſe-
conda compagnia, dicendo, la ſeconda, de neceſ-
ſitate preſupponenda eſt prima, quia dictio, ſe-
cunda,eſt relatiua ad aliquid, & eſt eius naturę,
vt in pluralitate conſiſtat, & terminum habeat
ad quem, vt in pręedicamento ad aliquid. Non
35 eſſet igitur ſecũda niſi reſpectu primę,† quẽadmo-
dum ſecundę nuptię reſpectu primarum, ſecundum

decretum reſpectu primi, & ſecunda inſtitutio reſpe
ctu primi gradus inſtitutionis, vt poſt Azo. & .O.
doſ. tradit gloſ. & Bal. in rub. C. de ſecun. nup. idem
Odoſ. in tra. de 1. & 2. decreto, num. 8. & ſeq. Guid.
PP. in eod. tract. num. 24.

Quibus verbis ſic ſtantibus, & de ſui natura plu-
ralitatem ſocietatum inferentibus, fruſtra volunta-
36 tis quæſtio proponebatur, † quæ non debet allega-
ri ad detrahendum verbis vt dicit Bald. in l. cum
virum. C. de fideicom. ſequitur Marza. conſi. 5. ver-
ſic. reſtat, &c.

Et dato, tñ non conceſſo, quod vnica foret, & ſim-
plex, negari tamen non potuit quin eſſet reſolubi-
lis per renunciationem diſdictæ, quæ facultas per
mandatum teſtatoris, nedum non fuit ſublata, ſed
expreſſe reſeruata ibi dum dixit, ſotto le medeſime
conditioni; & hæc verba ſunt ſatis clara, nec cauil-
landa ſub prætextu illorum verborum, ſino al fine
della ſcripta, quaſi finis ſit decennium, quia ſicut
duplex erat quinquennium, ita duplex erat finis, &
vterq; incertus cum penderet à diſdicta, qua ſecuta,
finis erat vltimus dies primi quinquennij, non ſecu-
ta, finis erat vltimus ſecundi quinquennij.

Mandatum igitur referens ſe ad finem ſcriptæ
eo modo eſt intelligendum, prout in ipſa ſcripta. l.
eſſe toto. de hæred. inſtit.

Et per iſta ceſſabant in contrarium adducta, nam
conſtito quid actum ſit inter contrahentes, vt hic
de duabus ſocietatibus contractis apparet, illud eſt
ſequendum, ita dicit text. in l. 2. ff. de in diem adie.
ex aduerſo allegatus in contrarium retortus.

Non obſtat quod per modum ſubordinatæ ex-
ceptionis dicebatur, videlicet quòd data duplicita-
te duarum ſocietatum, & qualificato mandato, ad-
huc arguebatur de diſdicta non legitime facta. Quia
cum facta fuerit iuxta conuenta, & ſecundum man
datum cõprobata in libris ſocialibus, & per ſex men
ſes ante, & per modum recordij, ſic loco, forma, &
modo, ac tempore congruo non eſſet quid vlterius
de iudicis præſentia, aut propinquorum ſcientia ſit
37 deſiderandum, † Cum in his quæ ex neceſſitate
fiunt, & in executionem præcedentis actus cum au-
ctore pupillorum geſti, nec iudicis auctoritas vel a-
lia ſolemnitas requiratur, l. 1. §. 1. & l. 2. ff. de reb. eo-
rum, l. 1. de prædi. mino. l. à diuo pio §. fi. vbi Barto.
& Iaſ. num. 2. de re iudic. Tiraq. poſt ll. connubi. glo.
5. nume. 168.

Et eſt ratio, quia cum fiat id ad quod de iure pu-
38 pillus tenetur, † non dicitur lædi, l. inter eos, §. cum
inter. ff. de fideiuſſo. Vnde in diſſolutione cenſus ac-
cepti à pupillo nõ requiritur iudicis auctoritas pro
pter naturam contractus ad ſolum libitum vendito
ris extinguibilis. Octa. Simon. in tra. de decreto. lib.
3. titul. 8. nu. 119. prout idem contingit in diuiſione
ad quam pupillus prouocatur, quę cum recuſari nõ
valeat ſine ſolemnitate decreti fit. l. inter omnes. de
præd. min. vbi gl. & doc. gl. in l. fin. C. ſi aduerſ. tranſ.
Roma. conſil. 106. nu. 4.

39 Et ſic † non erit abſurdum, tutorem ſibi ipſi
quandoque auctorari, præcipue in executione prio-
ris contractus cum patre pupilli celebrati, l. ſi fiſtu-
las, § fundum. ff. de contrahen. emptio.

Maxime cum id palam & bona fide fiat, l. non exi-
ſtimo, in fin. de admin. tuto. tradit Boccaci. in com-
ment. capitu. ut minorum, in conſtitu. Marchiæ
gloſſ. 6. nume. 105. & ſeq. Imol. in d. l. 1. §. fuit quæ-
ſitum, ad Treb. Curt. Iun. conſil. 29. numero 9.
vbi de commu. opin. Pauſ. conſil. 98. numero 70.
lib. 1.

40 Prout † hic bona fide factum & palam non erat
ambigendum, cum res geſta ſit iuxta legem ſocia-
lem, ac ſecundum mandatum teſtatoris, per quod
dicitur purgari omnis ſuſpicio, quæ contra tutorem
argui poſſet occaſione auctoritatis in facto proprio
interpoſitæ, vt in puncto tradit Dec. conſil. 441. col.
2. Suz. conſi. 87. col. 4. lib. 1. Aldroban. in §. fin. inſti.
de aucto. tuto.

Nec quoquomodo erat conſiderabilis, ſeu con-
ducibilis, pro pupillis ſcientia propinquorum, vel
iudicis interuentus in diſdicta facienda, cum ſi præ-
ſentes eſſent & ſciuiſſent, non potuiſſent impedire
41 renunciationem. † quia nemo inuitus cogitur ſta-
re in ſocietate. Ioan. Ande. in capit. 2. col. 2. de op.
no. nunc. Grat. conſi. 1. col. 1. lib. 1 num. 2. quod ſi ip-
ſis inuitis facere potuiſſet, multo magis ipſis igno-
rantibus, l. qui poteſt. de regu. iur. & finita ſocietate,
tutoris ſolius onus erat conſulere indemnitati pu-
pillarum, ac curare, ne pecuniæ pupillares remane-
rent ocioſæ, prout tutor iſte fecit, qui non oblata
ſibi emptione prædiorum vendendorum, eas ſub
nomine depoſiti ad vſuras poſuit quamprimum po-
42 tuit, † & ante ſex menſes, vt fieri Oldendorp. mo-
net in tract. præleri. §. quando. nume. 2. Tomo 16.
per l. ſi tutor. ff. de admi. tuto. optimum igitur cœ-
pit conſilium pro pupillabus, quæ nubendæ erant ſi
earum pecunias penes perſonas idoneas ad hone-
ſtum lucrum depoſuit non ſolum ante ſex menſes,
ſed ſtatim & quamprimum ad eius manus peruc-
nerint, cum exiſtente in promptu pecunia facilius
nuberent.

Et retorquendo, quod dicebatur de mutatione
ſtatus perſonarum, dicebamus perſonarum muta-
tionem iure parere hunc variationis ſcientiæ effe-
ctum, nam illa diſdictæ ſcientia, quæ cadere debe-
bat in conſocio, eadem ſatis eſt modo cadat in tuto-
re qui pupillarum perſonam repræſentat, & cuius
ſcientia, pupillarum ſcientia à iure nuncupatur, l. ſi.
C. pro ſoc. & ſic vt ſocius renunciare, & vt tutor no-
titiam renunciationis habere potuit.

43 Cum † in iure non ſit abſurdum quod tutor &
tutoris & conſocij perſonam ſimul ſuſtineat, ita
quod per concurſum plurium iurium in vna, & ea-
dem perſona idem ſit, ac ſi in plurium perſonarum
ſubiecto concurrerent vt tradit Suzin. d. conſil. 84.
44 colu. 4. lib. 1. Immo eſſe † regulare quod quis dupli-
ci officio fungatur, tradit Dec. in cap. ex litteris, nu.
14. de probatio. Quæ quidem ſolius tutoris & ſo-
cij ſcientia in hoc caſu videtur canonizata ex man-
dato teſtatoris dum dixit, Che poſſi fare & disfare
come ſe la perſona di detto teſtatore uiueſſe, & in
quella ſi eſercitaſſe.

Vel ſaltem negari non poteſt, quin diſdicta fuerit
in

Digitized by Google

in ſe valida etiam antequam ad ſocij notitiam de-
neniat, cum ab initio hic non requiratur ſcientia
actu, ſed potentia, & ideo dixit Dec. conſ. 6o. nu. 42.
lib. j. nullibi probari neceſſariam fore notificationẽ
45 diſdictæ, † ſed ſat eſſe ad probandũ ſocij diſſenſum,
oſtendere inſcriptiones librorum, & intitulationes
nomine proprio. Bar. in l. ſi patruus nu. 6. idẽ Dec.
conſil. 36. nu. 39. licet ſocio non noceat quandiu ad
eius notitiã deueniat ad l. ſed & ſi ſocius, §. ſi abſen-
ti, pro ſoc. & hoc eſt quod ex abundanti placuit ar-
bitrari ad fauorem pupillatũ: vt is teneatur ad cõ-
pendiom vſq; ad diem dati curatoris, quo tempore
proculdubio incepit innoteſcere pupillis, & nocere
mediante curatore, & propinquorum ſcientia, ad
Bat. in d. l. frater a fratre, nu. 51. de cond. indeb.
46 Nec obſtat † l. qood res, C. de excuſ. tuto. & auct.
minoris, enm ibi not. per gloſ. & Bar. C. qui tut. dar.
poſſ. vbi in diſtractu ſocietatis corator interueni-
re debet, quia id procedit in diuiſione rerum com-
munium, in qua poteſt lædi minor in portionibus,
l. actione. §. ſi poſt, ff. pro ſocio, gl. & Bal. in l. ſi con-
uenerit, in 2. lectu. ff. eo. ſecus in renunciatione, cũ
nihil ſibi auferatur.
47 Nec obſtat † regula de eadem ſolemnitare ſeruã-
da in diſtractu, minoriſque in contractu, quia non
habet locum in diſſolutione ſocietatis tempeſtiuè
ab altero ex ſocijs facta, quo caſu diſtractus claudi-
care poteſt, quia inuito ſocio fieri valet, & ſufficit
vnius diſſenſus, l. ſed & ſocius, §. j. l. actione, §. dixi-
mus verſi. Labeo, l. ſi conuenerit, pro ſocio.
Nec obſtat qood diſdicta nõ fuerit in libris, ſed
in libro, vt cantat ſcripta ſocialis, quia cũ idem ſit
effectus ſciẽtiæ ſi ſcribatur in vno quemadmodum
48 in ploribus, † pluralis numerus in ſingularẽ reſol-
uitur. Tiraq. plures citans, in l. ſi vnquam in verbo
ſuſceperit, nu. 6o. C. de reuo. dona.
Similiter non refragatur, ꝙ per aliam ſubordina
tam exceptionem replicabatur, ꝙ quatenus ſocie
tas fuerit duplex, mandatũ limitatũ, & diſdicta va-
lida, nihilominus non licuerit tutori pupillares pe
cunias in proprios vſus conuertere, & ex tutela lu-
crum facere, ſed potius debuiſſet per ſe, vel per aliũ
in mercaturam, vt paterni moris erat, exercere.
Quia replicabatur id non iure ab eo deſiderari,
nã ſtante diſdicta legitime facta, & mandato limita
49 to & diſdictæ præſeruatio, † is de iure pro pupillis
negociari non tenebatur. Bat. in d. §. altero col. 2.
Bal. & alij in d. l. ſi patruus. Bertran. conſil. 187. lib.
2. Soz. conſ. 24. nu. 44. lib. j. Corn. conſ. 61. col. fi. &
conſ 309 nu. 3. lib. j. Hierony. Gab. conſi. 26. nu 7.
Quod indiſtinctè procedit ſiue reſpectu ſolitæ
ſiue inſolitæ negociationis patris, vt eſt ex mente
omniũ Doct. in d. §. altero, & in d. l. ſi patruus, dum
ad terminos illarum ll. in quib. pater pupilli ſocius
erat relicti tutoris, quærunt, an lucrum factum per
tutorem proprio nomine negociantem communi
cari debeat cum pupillo, & concludunt quod non,
ea ratione, quia tutor pro pupillo negociari nõ te-
netur, ſentiunt ergo id verum eſſe, etiam qñ pater
ſit ſolitus negociari & qñ tutor ſolitã patris nego-
ciationem proprio nomine exercuit, & in puncto
in terminis loquitur Corn. d. conſ. 308. & d. conſi.
65. & expreſſius Salic. tradit in d. l. ſi patruus nu. 8.
& diſtinctio quam faciunt Doct. in d. §. altero, & in
d. l. ſi patruus, inter ſolitã & inſolitam negociatio-
nem, ſit ſolum ad effectum dignoſcendi, quo nomi
ne in dubio tutor negociatus dicatur, & ad quem
damnum, & periculũ negociationis pertineat, & in
his terminis loquitur Alex. conſi. 132. lib. 5. nu. 14.
& Soz. cõſ. 16o. nu. 17. lib. 2. Nõ aũt reſpicit obliga
tionem tutoris de negociãdo, quia nõ tenetur indi-
ſtinctè, ſiue de ſolita, ſiue de inſolita loquamur, ſiue
ipſe negocietur ſiue non, & qui aliter loquũtur, vel
50 perperam ſentiunt, † vel intelligi debent reſpectu
explicationis inchoatorum negociorũ, l. nam & ſer-
uius, §. ſi viuo. ff. de nego. geſt. l. hæres ſocij, ff. pro ſo
cio, qđ nos quoq; facilè admitremus; neq; alijs mer
catoribus pecunias pupillares negociandas tradere
tenebatur propter periculum frequentium falli-
mentorum, & decoquentium, & id hic fieri nõ cõ-
ſueuit præterquam quod ſi, vt aliqui exiſtimabãt,
alijs exercendas tradere debuiſſet, debuiſſet etiam
probari in hoc loco quantumcunq; inſigni, quod
adeſſet copia inſtitorum quibus de facili hæc nego
51 cia committi poſſent, † alias cum eorum copia nõ
præſumatur adeſſe, non eſt culpæ tutori imputan-
dum, ſecundum Bart. in l. idem quærit, ff. pro ſocio.
qood dicit eſſe notandum, & nouũ, ſequitur Fulg.
ibi, Aret. conſ. 16. nu. 5. Rimi. Senio. conſil. 1o1. nu.
25. lib. 2. & licet ipſe contraxerit, non tamen inde
dolus ipſius argui videtur, quia aliter in re propria
culpa toleratur quæ non toleratur in aliena, cum
52 in re ſua quilibet ſit moderator, & arbiter; † At
in alienis cautius eſt eundum, maximè in rebus pu
pillorum, qui reſtitutiones in integrum habent, &
multis incommodis plerumque afficiuntur, & liti-
bus negociantes cum eis, vt pulchrè conſiderat
Corn. conſi. j. col. 2. lib. j.
Et vt dictum eſt, quoad mandatum non poteſt
dici per alium negociari iuſſus, tum quia limitatũ,
& relatiuum ad liberum arbitrium diſdicendi, tum
quia negociatio, quæ per alium exercetur, non eſ-
ſet proſecutio ſocietatis tunc vigentis, ſed alterius
de nouo creandæ, tum etiam quia non fieret vſque
ad finem ſcriptæ, ſed poſt finem ſcriptæ, & non ſub
adminiſtratione Ricciardi. Vnde cum id in man-
dato non veniat, & citra mandatum tutor nego-
ciari non teneatur, conſequens eſt, quod nec alium
ad negociandum adhibere debebat.
Nec vitio fuit aſcribendum dicti tutoris, ſi ſibi
quemadmodum alijs ſub eiſdem emolumentis, pu-
pillares pecunias in depoſitum tradiderit, quia in-
te permittente facit, iuxta dictã l. non exiſtimo, &
dictum §. non tantum.
53 Nam tutor † qui de iure ad aliud non tenetur cir
ca pupillares pecunias, quã in emptionẽ ꝑdiorum
erogare, ſi emẽdi occaſio ſe offerat, vel ea ceſſante in
honeſtã lucri partẽ exponere, gl. in §. qm̃, aut. vt hi
q in obl. & tradũt Doct. in d. §. altero, & in d. l. ſi pa-
truus Sozi. cõſ. 24. nu. 44. li. 1. Cor. cõſ. 309. nu. 3. li.
54 j. & cõſi. 61. eo. lib. j. † non vr̃ reprahendendus ſi le-
gis conſiliũ ſecutus Anchar. conſi. 352. col. 1. eorũ

Digitized by Google

alterum ad quæ tenebatur impleuerit,& eas pecunias in uſitata ciuitatis depoſita expoſuerit ad certum quid pro centenario, quod conſideratur nō vt
55 vſuræ, ſed † vt intereſſe loco fructuum, qui veriſimiliter percipi poſſent prędijs emptis. Rolan. cōſ. 36. nu. 16. & 17. lib. j. Rui. conſi. 108. nu. 16. viſo lib. j. Bar. Alex. & Imol. in l. diuus, ad l. Falcid.

Et ex his ceſſant argumenta, quod ex tutela lucrum fecerit, vel quod pecunias pupillares in proprios damnabiles vſus conuerterit, quę procedunt, ſi clandeſtine, & mala fide tacite fiant.

At ſi præuio depoſito ad numerum (quod mutuum reputatur, teſte Caſtren. in l. Lucius la j. ff. de poſit. & in l. ſi ſacculum, eo. ti.) dictat pecunias acceperit, & ſe debitorem pupillarem ſub eiſdem emolumentis deſcripſerit, quæ alij debitores debebant, quod tanquàm bona fide, & palam factum teſtantur ſcribentes in l. ſingularia, maxime Iaſ. nu. 17. & 18 Deci. nu. 8. ſi cer. peta. Sozi. conſi. 160. nu. 14. lib. 2. vbi de commu. opi. Vtique non eum pupillari pecunia, ſed propria, quarum ipſe ex depoſito, ſeu mutuo fuit effectus Dominus, & in tātundem in genere effectus pupillarum debitor, negocia ſua geſſiſſe rectè dicetur, & compendium non tenebitur, d. §. altero, vbi Bar. & alij, & in d. l. ſi patruus, Alex. conſi. 38. lib. 2. Corn. conſi. 213 col. j. lib. 3. Hieron. Gabriel. d. conſi. 26. num. 10.

Quarum pecuniarum dominium ex alio ipſo iure tutori acquiſitum erat, & ipſe in tātundem in genere erat ipſo iure obligatus, quia non erant pecuniæ illæ repertæ in hæreditate teſtantis, ſed dietim
56 ex telteratis mercibus communibus redactæ, † quo caſu ſpeciali pupillorum fauore propter periculū eorum interitus lex voluit tutorem ipſo iure earū fieri dominum, & in tantundem generaliter remanere obligatum. Bal. in d. l. ſi patruus, colum. j. Bar. & alij d. § altero, colum. 2. Sozi. latè conſi. 160. col. pen. lib. 2.

Vnde de huiuſmodi pecuniarum appropriatione ſic bona fide ſecuta, non erat dubitandum, ratione manifeſta, quia in tali contractu depoſiti de nullo pręiudicio pupillarum agebatur, vt oſtēdit Rip. in l. j. §. fuit quæſitum, num. 7. ad Trebel. Alcia. in d. l. ſingularia nu. 27. cuius præiudicij gratia ſolemnitates alias requirerentur ad Bart. in l. pupillus, §. ſi. de aucto. tuto.

Nec obſtat auc. Minoris, C. qui tu. da. poſſ. vbi vt
57 prohibitum † quod tutor mutuo capiat a pupillis, quis non poteſt effici eorum debitor, per quā auc. vbi correctæ, l. nō exiſtimo, & §. non im̄, l. quoties, ff. de admi. tuto. quia vltra quod nemo ſcribentium hoc dicat, & ſit legum correctio euitanda, d. auc. nō procedit, quando debitum ſuperuenit ex cauſa geſtionis tutelę malè adminiſtratæ vti in his terminis de mala adminiſtratione loquitur & declarat gl. ibi in verbo creditor, quam ſequitur, Bar. no. 15. Bal. num. 4. Alb. num. 6. & alij communiter, vt ibi teſtatur Angel. quod ſi in arido, & malè adminiſtrante, quanto magis erit dicendum in viridi, & in debito ex legitima adminiſtratione ſuperueniente, maximè in tutore teſtamentario, de quo lex magis cōſidit quā in legitimo, de quo in caſu d. auc. minoris.

Non obſtat lex, qui negociationem, de admi. tuto. quia facilis patet reſponſio, cum ibi mandatum ſuſceptum eſſet ſimplex, non mirum ſi deciſum fuit, teneri ad compendium, quia durabat mandatum & tutela; at hic fuit limitatum vt dictum eſt, ideo limitatos effectus producit: præterea ibi non conſtabat quo nomine negociatus eſſet, hic patet quod nomine proprio. præterea ibi cum pecunijs pupillaribus exercuit, hic autem cum proprijs bona fide mutuo a pupillo acceptis.

Nec obſtat deciſio Decij d. cōſ. 108. quia ex iam dictis patet ratio, ꝙ hic ſumus in claris, duas fuiſſe initas ſocietates, & ita voluiſſe partes facere, ibi erat dubium: præterea ibi locatio pro tertio anno erat ad beneplacitum, quod reddit actum purum & liberum, nō autem ſuſpendit, vt ibi dicit Dec. & ideo quod dependet a beneplacito alicuius, dicitur perpetuum, quia neſcitur quando reuocabitur. Natta conſil. 58. at hic ſumus in diſpoſitione, nedum ſub conditione reſolubili, ſed ſuſpenſiua.

Poſtremo non obſtat ponderata calliditas, & varietas ex eiuſdē Ricciardi literis mercatoribus trāſmiſſis, quaſi ad vtranq; fortunam paratus ſtare vellet, & quod ideo ſic obſcure loquens contra ſe interpretationem accipiat, iuxta l. veteribus, de pact.

Quia reſp. nullam inde continuatæ ſocietatis ſeu de nouo inchoatæ probabilem coniecturam ſumi poſſe, nullumque dolum malum, aut damnabilem calliditatem depræhendi debere.

Nam quantum attinet ad ſocietatem, luce clarius conſtat Ricciardum non habuiſſe animū eam continuandi virtute mandati, quia iam verbis, literis, & facto ipſo renunciaret per diſdictā in libris ſocialibus ſcriptam cum ſuis proteſtationibus, literis mercatoribus tranſmiſſis, & reipſa conducendo domum, miniſtros eligendo, ſalaria illis conſtituēdo, ſeparatim agendo, libros in proprio nomine inſcribendo, & retinendo, nec non petito curatore iudicialiter narrato fine ſocietatis, fructus, & beſtiamina prædiorum olim pro ſocietate conductorum diuidendo. Quæ omnia diſſolutè ſocietatis indubitabile teſtimonium præbent, ita vt coniecturis non ſit elaborandum in re tam clara.

Nec eſt veriſimile, quod tacitè voluerit nouam
58 inire ſocietatē ſuo periculo, & recedere † a prima, in qua virtute mādati habet obligatos minores ad vtranq; fortunam ſecundum Corn. conſ. 61. in litera G. lib. j. Preterquam, qđ repugnare videbatur natura ſocietatis, quæ verſatur in collatione pecuniarum vel induſtriæ, quorum neutrum pro parte pupillarum concurrebat, erant corpora & pecuniæ extractæ & collocatæ, & ipſarum perſona erat inutilis, vt conſiderat Corn. conſi. j. lib. j. col. j.

Imò id optimè declarant nonnullæ literę eiuſdē Ricciardi mercatoribus ſcriptæ & productæ, vbi nominatur Bartolellus, compagni per adietto.

Nec vis erat facienda in illis verbis noſtri Bartolelli, q͞a tam rōne affectionis, vel domeſticitatis, vel potius reſpectu ſtralcij, cum adhuc illo reſpectu dici poſſet durare ſocietas iam finita, deciſ. Genu. 71.

ou,

nu.7.quàm ratione præexiſtentis ſocietatis, aut negociationis ita vt cogitatione magis antiquæ ſocietatis quam nouæ credatur ſic locutus,cũ ſi aliquando dixerit noſtri Bartolelli ſæpius dixit, compagni per adietto, quemadmodum dicitur de inſula, quæ olim erat,& licet non ſit amplius,nihilominus inſula dicitur l.inſula. ff.de acq.re.domi.

Prout etiam vana viſa fuit inductio illorum verborum innouate,renouate, reaſſumete, quaſi antiquæ rationis ius reſarcitum dicatur,quia nimis differt ab antiqua & veteri; ſunt enim intitulationes nouæ,noui miniſtri,nouæ domus conductio,ſeparata negociatio, quæ nouam erectam, non autem veterem reſarcitam ſocietatem arguunt,vnde iſta alteratio in multis nouam proſſus rem facit,non autem veterem reſarcitam oſtendit, Alex.in l.ſi mihi & Titio,nu. 17.de verb.oblig Bero.conſi.94.nu.4.lib. 1. Quinimmo paſſim in dd. litteris enũciatur,[la compagnia paſſata fin qui in nome di Filippo Bartulelli hà hauuto il debito fine,]& reaſſumptio negociorũ potius communem finitam arguit,quàm veteris cõtinuationem oſtendat, nam cum intermiſſa forent negocia propter diſſolutionem ſocietatis, fuerunt reaſſumpta,non vetera, ſed in genere de negociatione intelligendo,a qua Ricciardus vacabat, antequã de nouo proprio nomine agere cepiſſet.

Vafra igitur aut callida d. renunciatio quoquomodo dici non potuit,ex eo quod in hoc renouciaſſe dicatur vt ſolus lucrum faceret, quo caſu renunciatio non prodeſſet d § manet. & d.l. actione. §. diximus,quia facta fuit d. renunciatio modo, forma, & tempore conuentis & per teſtatorem approbatis,quo caſu dicta iura non procedunt, vt probatur d.§.diximus,verſ ſi hæc ita.& verſ.quod ſi, vbi quando renunciatio fit modo & tempore conuento, ſine dolo fieri dicitur, & eo modo liberum eſt cuilibet a ſocietate recedere,præterquam quod d.iura loquuntur quando iam erat delatum lucrum & certum, quod hic deſiderabatur.

Qua ſtante ſocietatis diſſolutione curioſa ſatis videbatur iſta literarum indagatio pro parte DD. Actritium, quæ quomodocunque ſcriptæ ſint, earũ non intereat inquirere, cũ nec ipſe damnũ videatur pati, nec cum eis lucrum ille facere valeret, ſed ſi quid doloſæ calliditatis ſaperẽt,illis quibus ſcriptæ fuerunt,ius proprium conquerendi pertinebat Merito hæc earum exceptio tanquam ſuper nullo exci-
59 pientis † intereſſe fundata,non fuit attendenda, l. 1. in princ. ff,quo.app.non recip,l.ille a quo.§. ſi de teſtamento,ad Trebel.cap.cum inter R. Seniorem, de elect.cap.veniens,il 2.de teſtibus.

S V M M A R I V M.

1 *Præſcriptionis exceptio ad inſtar rei iudicatæ & litis finitæ ſe habet.*

2 *Coloniæ perpetuæ an præſcribatur & quanto tempore, variatum fuit apud Doctores.*

3 *Coloniæ perpetuæ præſcriptio in Colono partiario an cadat.*

4 *Societas in perpetuum coiri non poteſt.*

5 *Ad præſcribendum Coloniæ perpetuæ requiri ſolutiones vniformes & quod ſint factæ ex cauſa allegata, videlicet perpetuæ Coloniæ.*

6 *Cauſa ipſa ſolutionis, formalem & non formalem ſolutionem facit in hac materia præſcribendi perpetuæ Coloniæ.*

7 *Famulus an acquirat ius perpetui famulatus contra dominum.*

8 *Locatori an vero conductori incumbat neceſſitas indicandi.*

Item an emphiteotæ,feudatario,an verò domino.

9 *Difficultas impoſſibilitati comparatur.*

Difficultas excuſat.

10 *Conductor,emphiteota,& ſimiles quicquid poſſident, cẽſentur eſſe liuellaria,nu.35.*

10 *Conductor, & emphiteota tenetur oſtendere pro quibus bonis ſoluat.*

11 *Variatio,& inconſtantia iure odioſa.*

12 *Locatio in dubio cenſetur facta ſoluta mercede præcedẽtis anni.*

Penſio ſi non ſit conuenta in locatione,intelligitur de ſolita in anno præcedenti.

13 *Actor non poteſt obtinere ex iure competenti,non propoſito.*

14 *Quod potui nolui,quod volui implere nequiui.*

15 *Petens totum qui partem petere debebat,in parte non obtinet.*

Actor agens ad totum qui partem petere debebat non auditur.

16 *Idemptitas ab agente probanda.*

17 *Fines pluribus conuenientes & de pluribus prædicabiles non probant idemptitatem.*

18 *Dictio.Simul,vbi plura reſpicit ſolet congregare.*

19 *Relatum in referente cum omnibus inẽſt ſuis qualitatibus.*

20 *Verba enunciatiua in antiquis probant.*

21 *Hæres hæredis,primi defuncti auctoris hæres.*

22 *Idemptitas ex quibus probetur argumenta nonnulla.*

Idemptitas probatur ex loci nomine & duobus finibus.

23 *Idemptitas probatur ex perſonis habentium.*

24 *Inuentarium tutorum differt ab inuentario hæredis.*

25 *In præparatorijs licet pœnitere.*

26 *Confeſſioni propriæ quando licet contraire.*

27 *Veritas confeſſioni præualet.*

28 *Succeſſor particularis neceſſarius tenetur ſtare Colono.*

Accipiens in ſolutum in iudicio dicitur ſucceſſor neceſſarius.

29 *Locatio tacita an habeat eadem executiua remedia, quæ prima habebat.*

30 *Tacita relocatio cadit etiam in hærede patiente.*

31 *Condemnatio ſequi poteſt etiam in non expreſſe deductis in libello attentis proſecutis probatis, tendentibus tamen ad narrata in libello.*

32 *Oblatio ſimplex ſine vero depoſito non ſufficit ad ius acquirendum.*

Idemptitatis articulus quando ſit neceſſarius veluti.

33 *Quando nomen & demonſtrationes mutata ſint,& variata.*

34 *Finium variatio impedit probationem idemptitatis.*

35 *Quicquid intra fines rei locatæ comprehenditur,in locatione continetur.*

36 *Teſtis*

36 *Teſtis deponere debet per aliquem ſenſum corporis,nõ autem iudicare.*

37 *Acta facta coram ſeculari, poſſunt coram Iudice eccleſiaſtico per modum probationis adduci 41.*

38 *Confeſſio ficta non præiudicat in alio iudicio etiam inter eaſdem partes.*

39 *Locationis iudicium celeris expeditionis eſt.*

40 *Sententia DD. ſex Curiæ mercantię quantum veneranaę·*

41 *Contumax proprie non dicitur qui ſe defendit licet non pareat,ſed quaſi contumax.*

42 *Confeſſio ficta in alio iudicio licet non præiudicet plene, tamen aliqualem facit præſumptionem.*

ARGVMENTVM.

De Colonia perpetua & de eius præſcriptione. Et an dominus directus, an vero emphiteota et conductor teneatur indicare bona pro quibus canon ſeu penſio ſoluatur.

DECISIO II.

DOMINVS Ioannes Bencius tam ſuo proprio, quàm vice, & nomine Domini Pauli ſui fratris, & dictis nominibus, vti hęres & filius, q. Bencij hęredis q. Pauli Bencij hęredis Dominæ Mariæ matris,& Auię paternę reſpectiue dicti Domini Ioannis, non intendens velle amplius continuare in locatione bonorum, de quibus in actis olim conductorum per Catolum Gaſparis de Terra Noua a Bencio Nicolai de Bencijs(cuius ipſe eſt hęres,& ſucceſſor mediantibus ſupradictis,)prout de dicta locatione conſtare dicebat publicum inſtrumentum celebratum ſub dieb. Nouembris 1465. manu S. Bartolo. de Bucine.

Emiſit priuſquam de ſuis iuribus experiretur in ordinario iudicio huius ſuæ intentionis,notificationem quandam ſignificandam pluribus perſonis in ea expreſſis, & inter alias Illuſtri, & Excellent. Domino Ioanni Baptiſtæ Concinio & Magnifico Domino Franciſco de Satis equiti S. Stephani, requirendo omnes & ſingulos in dicta notificatione deſcriptos, ad dimittendum dicta bona;proteſtãdo inſuper de locatione finita, & alijs de quibus in dicta notificatione.

A cuius requiſitionis,& proteſtationis præiudicio ſe releuare volentes prædicti in termino comparentes dederunt ſuas exceptiones, ille negando ſe habere bona dicti proteſtantis;ſed tãtum ſibi debere ſoluere annuatim ſtaria octo grani cum dimidio,quam ſummam obtulit ſe paratum ſoluere,hic verò pariter inficiando ſe poſſidere aliqua de dictis bonis, in ſubordinatam conditionem excepit de præſcriptione perpetuæ Coloniæ,ſeu affictus, liuelli,& emphiteuſis perpetuæ.

Hac præuia proteſtatione ſucceſſiue idem Dominus Ioannes dictis quibus ſupra nominibus porrexit libellum contra D. Equitem de Satis, & narrata quadam alia locatione bonorum eorundem, de anno 1501. facta per q. Paulum eius Auum paternum Iuliano Petri Gaſparis de Griffolis conducenti ad quinquennium ſub annua reſponſione ſtariorũ grani 35. & cum conditione, quod eo deficiente in vna ex dictis ſolutionibus, dicta locatio intelligeretur finita ad beneplacitum locatoris, & narrato quod dicta bona vt ſupra dicto Iuliano locata, & in libello deſcripta, mediantibus perſonis in dicto libello nominatis deuenerunt in d. D. Equitem de Satis, & quòd fuit ceſſatum per eum in pluribus ſolutionibus,inſtetit,& petijt declarari locationem finitam, & dictum D. Equitem condemnari ad dimittendum & relaxandum bona locata in libello deſignata,& per eum poſſeſſa, cum fructibus perceptis, & percipiendis a die proteſtationis prædictę, & alias prout in libello.

Agitata cauſa ſub ingẽti mole proceſſus inde formati coram diuerſis Iudicibus diuerſiſque ex conſilio ſapientium latis ſententijs, tandem de more ad nos iriarios res redijt.

Duo itaque ex actis & allegatis principaliter colligebantur, quæ in præſenti cauſa negotium faciebant,vnum reſpectu actoris,videlicet, An ſit probata idemptitas bonorum. Alterum vero ex parte rei, an exceptio præſcriptionis perpetuę Colonię de iu-
1 re ſubſiſtat. † quę quidem exceptio pręſcriptionis, & ſi in ſubſidium fuerit per Reum oppoſita, & per D. Iudicem a quo in ſuis motiuis obiter & veluti p tranſennam tacta,tamen cum ſit inductiua victorię circa merita cauſę,& ad inſtar ſit rei iudicatę & rei finitę vt per Pauc. Pap. in forma reſpon. rei conuent. verbo pręſcriptionis,& conſequenter, pręiudicialis ad alios articulos, merito de ea fuit in primis cognoſcendum.

2 In qua † quidem quęſtione vario modo Doctores locuti ſunt, vt non ſemel teſtatur, & benè Berò. in conſi. 113. lib. 1. aliter enim ſenſit Bald. in l. male àgitur. C. de præſcript. 30. annorum. Alio modo locuti ſunt Salicet. ibidem & in l. 2. C. de iure emphit.& Alex. in l. qui in aliena. in princ. ff. de arq. hęred. & in conſi. 70. col. 3. in fin. lib. 1. Rurſus aliter locutus eſt Aug. in d. l. qui in aliena.

Propter cuius articuli difficultatem Doctores conſiderarunt multos caſus & melius,quàm alij materiam hanc diſtinxerunt Salic. Iacob. de Arena, & Cyn in l. competit. C. de præſcrip. 30. anno.& redeũdo ad Bald. (cuius auctoritati in hoc puncto non auſit libere, & abſolute cõtradicere Aym. de antiq. temp. par. 4. verſicu. materia iſta ſingularitatis ſub nu. 115.) Is in d. l. male agitur, formauit in terminis quæſtionem iſtam,& eius deciſio in indiuiduo tendit ad fauorem rei conuenti. Inquit enim Bald. ibi, quod locatione & conductione facta ad modicum tempus veluti anno, vel biennio, ſi colonus vel inquilinus ſtetit poſtea per tempus 30 vel 40. annorũ in poſſeſſione ſoluendo vniformiter eandem merce-

dem

Digitized by Google

dem annuatim, videlicet dimidiam, vel decimam
partem fructuum, ſi ſit colonus partiarius, vel pen-
ſionem conuentam, ſi non ſit partiarius, & nummis
colat, & Dominus velit poſtea eum expellere, & ex
locato conuenire ad reſtituendum detentionem, di-
cit, quòd non poteſt ſic eum conuenire, non quidem
ex eo, quod contra actionem præſcripſerit, ſed quia
probata ſolutione dictæ mercedis vniformis per lon
giſſimum tempus probatur, quod eſt colonus per-
petuus, & ſucceſſiuè non poteſt conueniri actione
locati, nec interdicto vti poſſidetis, quia habet iuſtam
cauſam denegandi deponere poſſeſſionem, ex quo
eſt colonus perpetuus, & ſic volendo ſoluere penſio
nem perpetuo, & offerendo, ſe perpetuo ſoluere vel
le, quia ius perpetuæ coloniæ præſcripſerit, obſtabat
præſcriptio, ſecus eſſe inquiens ſi ab initio ad lon-
gum tempus, videlicet ad 30. vel 40. annos ſit loca-
tum, cum tunc ius coloniæ perpetuæ per tale tem-
pus non præſcribitur, cuius contrarium in hoc ſecū
do capite de locatione ad longum tempus, tenuit
Bero. d. conſi. 113. colom. 4. ſub num. 3. verſi. ex quo
infertur, prout etiam in alio exemplo de colono par
tiario per Bald explicato, idem Bald. repræhenditur
a Ruy. in conſi. 151. ſub nu. 13. lib. 4.

3 Negat † enim Ruinus in colono partiario cade-
re poſſe præſcriptionem perpetuæ coloniæ, cum in-
ter dominum, & partiarium colonum non contra-
hatur locationis contractus, vel conductio, ſed ſocie
4 tas, & actio pro ſocio, ſocietas autem † perpetuo co-
hiri non poteſt. l. nulla. ff. pro ſocio, ita quod curſus
longiſſimi temporis non poteſt impedire, nec aufer
re facultatē diſſoluendi; vt ibi latius per Ruin. qui
dicit dicta per Bald, & ſequaces in d. l. male agitur
procedere in colono nummis conducente, vel in con
ducente pro certa fructuum quantitate in genere,
non autem in ſpecie.

Supradicta igitur Bal. deciſio videlicet, quòd
quando conſtat de certa & vera cauſa poſſeſſionis,
& quod ſit facta locatio ad modicum tempus, con-
tinuata tamen per longiſſimum ſub vniformi ſolu-
tione mercedis, quod volente colono dicatur præ-
ſcripta perpetua colonia, vt expelli non valeat. com-
probatur ab Ang. in d. l. male agitur. & eū ſequitur
Alex. in addi. ad Bar. in l. item quæritur. §. qui imple-
to. verſic. nota etiam. ff. loca. Balb. de præſcri. 4. par.
prin. q. 2. in prin. verſi. quod declara, firmat eandem
ſententiam Ioan. de Aym. in conſi. 150. num. 20. Ti-
raq. de præſcrip. §. 1. gl. 4. verſi. 15. Goza. conſi. 9. nu.
7. Vaſq. quæſt. illu. c. 62. in princ. Bero. q. 14. Affl. de-
ciſ. 365. num. 13. & poſt relatos Franc. Marzar. in cō
ſil. 25. hoc idem voluit idem Bald. in l. omnes. C. de
præſcrip. 30. vel 40. anno. Guliel. in d. l. male agitur.
Iac. de Aren. & Cyn. in d. l. competit. Bar. in l. litibus.
C. de agricol. & cenſib. lib. 11. Bero. d. conſil. 113. &
ſequitur Ruin. atteſtando eam eſſe communiter re-
ceptam in conſi. 61. ſub num. 5. lib. 1. licet ibi eam re
ſtringat, & modificet, vt infra dicetur. Idem quoque
tenuit Aym. in conſ. 107. in fin. Parum ſibi conſtās,
cum his, quæ in contrarium egregiè & elegāter per
20. fundamenta allegauit in præcitato tractatu de
antiq. temp. idem etiam tenuit Beſſin. in conſuetu,
aliter. cap. 15. art. 19. col. 2. verſi. quoniam erant, &
ex his videbatur indiſtinctè concludēdum pro reo,
quicquid aliter ſenſerit Aymo. in d. tracta. de antiq.
temp. Soci. Iun. conſi. 63. in 2. dubio, lib. 2. & adden-
tes ad Afflict. in deciſ. 365. num. 15. vbi ſequendo
opinionem Aymo. dicit non potuiſſe obtinere in
Magna Curia Vicariæ ſuper dicta pręſcriptione per
petuæ coloniæ.

Quibus nō obſtantibus Domini in hac facti ſpe-
cie fuerunt in contrario voto, non ex eo, quod cen-
ſuerint ius perpetuæ coloniæ non eſſe præſcriptibi-
le, ſed quia conſtando de prima cauſa, & primordio
tituli breuis, ac ſimplicis locationis temporalis taci
tè renouabilis, & de iuris præſumptione renouata. l.
qui impleto. §. item quæritur. ff. locat. ac etiam appa
rendo de ſucceſſiuis ſolutionibus penſionum vnifor
miter, & ex cauſa dictę ſimplicis locationis factis (vt
ex ſententia Curiæ Mercantię probabatur, & ita
quoque de iure in dubio præſumeretur) non videba
tur probabilis illa Baldi deciſio, quod ex ſola ſolu-
tione penſionis vniformiter reſpectu ſolitę quanti-
tatis tantum, non mutata cauſa, probaretur titulus,
& ius perpetuę colonię, ex lōgo temporis curſu pręe
ſcriptum, iuxta not. per Doct. in l. cum de in rē ver-
ſo. ff. de vſu. & in l. ſi certis annis. C. de pact. & in c.
peruenit, de cēſibus, vbi probata poſſeſſione tempo
ris requiſiti, probatur quoque titulus allegatus.

5 Quia vbi † conſtat de certa cauſa, & certo titulo,
nunquam pręſumitur allegatus titulus, cū pręſum-
ptio cauſæ veræ cedere debeat, ſecundum Bald. in c.
fin. de feud. dato in vicem. l. commiſſo. verſi. ſed mi-
rabile videtur, & pro victoria obtinenda in ſimili-
bus cauſis non ſufficit probare pręſtationes factas
per longiſſimū tempus, ſed neceſſe eſt probare ter-
tium, quod dictę ſolutiones fuerint factę ex cauſa al
legata videlicet ex cauſa perpetuæ colonię, alias ſo-
la pręſtatio cum curſu temporis non inducit titulū
aliquē, niſi allegetur, & ex cauſa iſtius tituli fuerint
factę pręſtationes, vt tradit Bertrand. in conſil. 295.
ponitur in facto, lib. 3. alias ſoluens nō expreſſa alia
cauſa extrinſecus, pręſumitur ſoluiſſe ex dicta tacita
a noua reconductione. Bald. in d. verſi. ſed mirabile,
oportebat enim ad ius illud colonię perpetuę pre-
ſcribendum in hoc caſu, vbi conſtat de cauſa pręce-
dentis ſimplicis temporalis locationis, quod condu
ctor iſte ſimplex (qui nec dominus eſt, nec poſſidet)
interuertiſſet poſſeſſionem Dño, & vbi vti ſimplex
conductor ſoluebat, inchoaſſet ſoluere vti perpetuus
colonus, & inquilinus, & quod ſolutiones omnes,
vel ſaltem prima (ſequentes enim eodem iure factę
pręſumerentur) cantaret, ex cauſa allegata perpetuę
colonię, alias non conſtito de noua cauſa, ſolutiones
dici debent ex cauſa pręcedenti temporalis condu-
ctionis factę, & conſequenter colonum iſtū, qui an-
no quolibet tacitè recōduxiſſe pręſumitur, tanquā
non poſſidentem, non potuiſſe pręſcribere ſine poſ-
ſeſſione, non obſtante longiſſima pręſtatione penſio
nis vniformiter factę, videlicet non vno anno plus
alio, ſed ſemper in eadem quantitate.

6 Nam Doctores in hac materia formalis, vel non
formalis ſolutionis penſionis vniformis, non tantū
conſi-

conſiderant ſi vno anno plus alio præſtetur, vel idē
ſemper præſtetur, ſed etiam qua cauſa præſtetur, &
6 ſoluatur, ita † quod cauſa ipſa ſit, quæ formalē, vel
informem faciat ſolutionem, vnde ſolutio ſimplici
ter non expreſſa cauſa dicitur informis, & non ope
ratur pluſquam operetur ſtipulatio ſine cauſa, quæ
non parit effectum, l. 2. §. circa, de dol. exceptio. ita
tradit Bald. in cap. j. §. ſi quis per 30. ſi de feud. fue.
controu. in vſib. feud. Et ita ſupradicta in deciſionē
Bal. & ſequacium in d. l. male agitur. ex mente Salr.
Alex. Bar. Bal. & aliorum per eum relatorum. decla
rat, & limitat egregiè Ruin. in conſ. 61. num. 11. &
conſ. 55. nu. 3. & 5. lib. j. & conſ. 15. ſub num. 19.
lib. 4. Quam declarationem ſequitur Marza. d. cōſ.
15. referendo Ruin. cum dicta declaratione.
Sequitur ēt Ioan. Pet. Anch. d. q. 24. & ita ēt vīſ
loqui DD. in contrarium ſupracitati, videlicet vbi
apparet de mutatione cauſę & interuerſione poſſeſ
ſionis Domini, vt ex longiſſima præſtatione vnifor
mi, ſecundus titulus, & ſecunda cauſa allegata, præ
ſumatur, & inducatur, & idem ſenſit Aymo. de an-
tiq. temp. in 4. par. verſ. materia iſta, nu. 100. qui ēt
ſub num. 125. poſtquam reprobauit deciſionē Bal.
ponit caſum, in quo de æquitate dictum Bal. proce
dere poſſet veluti in venditore ex neceſſitate ad vē
dendum inducto pro lōgè minori pretio, & recipit
rem venditam ab emptore in affictum pro certa iō
ſione ad certum tempus, qui ſi longo tempore per
ſeuerat in dicta conductione ſub vniformi ſolutio
ne penſionis, & non poſſit rem redimere, neque age
re remedio reſciſſorio, propter læſionem pretij iux
ta l. 2. C. de reſc. vend. vel quia præſcriptum, vel
quia læſionem probare non valeat, & ſibi expediat
incumbere in perpetua colonia, q. tali caſu poſſit
excipere de præſcriptione propter æquitatē, & non
aliter. Alias inquit nō minus reputandum durum
cogi habere in colonum perpetuum temporalem
7 conductorem † quam ſi famulus diceret acquiſiſſe
famulatum perpetuum, vt è domo expelli non poſ-
ſit, & dictum Aymonis tanquam bene loquentis ſe
quuntur addentes ad Afflic. d. deci. 365. nu. 15.
Hoc igitur aſſertæ præſcriptionis coloniæ funda
mento pro parte rei conuenti, non ſubſiſtente, fuit
neceſſe ad alium identitatis bonorum articulum
8 deuenire, eo in primis cognito videlicet, † cui iſto-
rum id onus probandi incumbat, locatori ne, an cō
ductori. Iſtam quæſtionem in vaſſallo poſt Iaco. de
Belui. tetigit Bal. in cap. vaſſallus, il primo, in quin
ta q. ſi de feudo contro. fuerit inter Dominum, &
agn. vaſſal. num. 9. vbi dicit eſſe notabilem & Saba
tinam quæſtionem, & in emphyteuta eandem quæ
ſtionem ponit Spec. in tit. de emphyteo. §. nunc ali-
qua. verſic. 60. & ſeq. & eandem formauit quæſtio.
Pileus q. 119. Ruſticus quidam, Cepol. inter quæ-
ſtiones dominicales, q. 66. 67. Bal. qui ſimiliter lo-
quitur in fictuali in conſil. 265. verba lib. 2. & tra-
dunt alij recentiores infra citandi.
In quo quidem puncto Doctores non vno ore
locuti ſunt. Quidam. n. diſputato articulo, in vtran-
que partem tandem indeciſum reliquerunt, vt fuit
Spec. vbi ſupra, quem ambiguè locutū arguit Bal.
in d. conſil. 265 quæſt. lib. j. vbi, & ipſe eodem vitio
laborans nil auſus firmare licet alibi in conſil. 265.
lib. 2 abſolutè reſpondit. Alij vim faciebāt, vtrum
qui ſoluit penſionem is ſit, qui interpellet Dñm. vt
ei oſtendat pro qua re penſionem ſoluat, & tunc nō
poſſit fieri, quia non poteſt referre quæſtionem do
minij dicendo, oſtende pro qua re ſoluo penſionem
obſtante præſcriptione longi temporis, quo ſolutio
ſecuta fuit, an vero ſit Eccleſia, vel Dominus, qui
petat ab emphyteuta, & a ſoluente penſionem, vt
oſtendat pro qua re penſionem ſoluat, & tunc tan-
quam actoris ſit munus, is doc re debeat, & deſigna
re, pro quibus bonis penſio ſoluatur, arg. l. qui peti
toris, ff. de rei vend. & l. cogi. C. de pet. hęred. Nec, o-
actor vires ſui patrimonij ignorare debet, arg. l. q. ſi-
quis, C. de reſc. vend. quemadmodum nec etiam per
eum qui conuenitur eſt inſtruendus cum ex domo
rei probationes ſumere nefas ſit iurib. vulg. actor
enim deſignare rem petitam debet, & oſtendere, l.
ſi in rem, de rei vendicatione.
Nonnulli ſumebant deciſionem a potentia, vel
impotētia ſoluentis canonem, qui ſi compertus ſit
non poſſe oſtendere, ſit abſoluendus a demonſtran
di neceſſitate, vt concludebat Pile. d. quæſt. 119. &
iſta opinio multum fauebat reo conuento, qui cum
non ſit primus conductor, nec primi conductoris
filius, ſed primi cōducentis hæres mediātibus eius
Auia, & deinde patre reſpectiuè, & ſic mediatus ſuc
9 ceſſor in ius alterius probabili difficultate † impoſ
ſibilitati comparanda laborare videbatur, & conſe
quenter excuſandus, vt in puncto, Dec. in l. qui in
alterius, ff. de reg. ior. Fulg. conſil. 177. col. j. Ruyn.
conſi. 50. num. 17. libro j. Natta d. conſ. 3. ſub nom.
11. Iacob. de Sancto Georgio in loco infra citando,
num. 15. in fi.
Plerique verò indiſtinctè cenſuerunt emphytea
tam cenſuarium, conductorem, & ſimiles teneri, &
obligatos eſſe petenti Domino ad oſtendendum,
quæ bona habeant emphyteutica & liuellaria. cen
10 ſualia. vel conductitia, alias omnia, quæ † poſſident
præſumuntur eſſe conductitia ſecundum Specu. de
emphyt. §. nunc aliqua, verſi. 76 Cuius opinionem
dicit eſſe veriorem Bald. in conſil. 265. lib. 1. & pro
tutiori ſequitur Soz. conſi. 165. in 4. dubio lib. 2. re-
fert & ſequitur Aymo. conſi. 217. in fi. idem ſentit
Natta in d. conſil. 3. num. 8. & 9. Ruy. in conſil. 50.
num. 14. lib. j. & idem in fictuali, tenet Alber. in l. Ti
tius hæres, ff. de actio. emp. de cuius dicto multum
lætatur ibi Fulgo. dicēs de illo dicto quæſiuiſſe per
tres dies pro compilando quodam ſuo conſilio, &
non potuiſſe inuenire, niſi emiſſo conſi. quod credi
mus eſſe, conſil. 227. vbi ēt inquit nuſquam. videri
probandum illud, quòd Eccleſiæ, & Domino non
ſit deſignanda, & oſtendenda aliqua poſſeſſionis
portio, ſed tantum hæredē perſonaliter remanere
obligatum ad dictam annuam præſtationem per ra
tiones, & multa inconuenientia ibi celata, quæ inde
orirentur. Et ideo Fulgo. ibi, & communiter alibi
Doctores tradunt cautelam, & conſilium pro em-
phyteuta, & alijs quod deſignēt, & demonſtrent, &
allegent vnam rē licet deteriorem ſecundum Spec.

d. §.

d. §. aliqua, verſ. 59. & verſ. 62. & Natta d. cõſ. 3. no. 6. vel mediocrem, nec meliorem neque deteriorem ſecundum Fulg. d. conſ. 227. & cum oſtendat pro obnoxia liuello, & cenſui, & pro illa ſe canonem, ſiue pẽſionem ſoluere affirment, & hoc modo remo ueretur occaſio Domino dicendi omnia bona per eum poſſeſſa eſſe liuellaria, & onus cõtrarium probandi transfertur in Eccleſiã & Dominum quatenus dicerent pro alijs, & melioribus bonis, & pluribus ſolutiones, & præſtationes factas, Rui. d. cõſ. 50. num. 18. Natta d. conſ. 6. num. 6. Soz. d. conſ. 167. colum. antepe. verſ. arbitror illam tutiorem, lib. 2. Bal. d. conſ. 245. Fulg. cõſ. 227. Et eandẽ quæſtionẽ ad partes egregie diſputat Iacob. de Sancto Georgio de feudis verſ. dictique Vallalli, il x nu. 15. & ſeq. vbi ipſe cõcludit emphiteotam, feudatarium, fictuarium, & ſimiles confitentes ſe tales, teneri reddere confeſſionem eorum certam, & ad requiſitionem Dominorum deſignare, & oſtendere debere bona, pro quibus ſoluant penſiones, alias omnia eorũ bona præſumũtur fictualia, maxime in factis antiquis, ſecus eſſe aſſerens, ſi contractus eſſet recens, tunc. n. Domini tenentur ipſi docere, & eorum intentionẽ probare, l. actor. C. de probat. Bene verum eſt, quod ſi Dominus, vel eccleſia dicat emphiteotam, vel cenſuarium, vel conductorem habere a ſe plura bona, & plures poſſeſſiones, & emphiteoſes, & illi qui ſoli ti ſunt annuam penſionem ſoluere, aſſerant de pauciorihus, quod iudex quæſtionem hanc dirimet in factis maximè multum antiquis, & implicitis ex fama & memorijs antiquis, ex informatione domeſticorum, & corũ qui poſſunt probabiliter eſſe informati ex coniecturis, & ex qualitate penſionis ſeu annuæ præſtationis ſecundum Spec. vbi ſupra, licet in contractu emphyteoſis iſta cõiectura ex qualitate penſionis conſtitutæ non attendatur, & reprobetur per Ruin. d. conſ. 80. num. 18. & per Nattam d. conſ. 3. num. 6. 10. quam rectè procedere affirmant in locationis contractu, in quo penſio conſtituitur ad rationem, & commenſurationem fructuũ, quod non cadit in emphiteoſi, quæ ſępe datur, & conceditur in magnis proprietatibus pro modica recognitione, & abſque relatione ad fructus, & ita in materia iſta communiter concludunt Specul. Iacob. Bal. Fulgn. Alber. Soz. Rui. Natta, & alij ſupra relati, affirmantes colonum, conductorem, cenſuarium, emphiteotam teneri ad deſignandum, & eligendũ bona, de quibus præſtet penſionem, alias poterunt expelli ab omnibus bonis, quæ habent in dicto loco ex cauſis, ex quibus de recepta expelli poteſt conductor, emphiteota, & ſimiles.

Redeundo itaque ad articulum idemptitatis, du-
11 bium faciebat contra actorem odioſa, † & a iure damnata variatio. Hypol. ſingu. 166.

Emiſerat cum actor ante libelli oblationem aduerſus reum conuentum quandam notificationẽ, ſeu proteſtationem, in qua narrato inſtrumento locationis de anno 1465. celebrato, nominatiſque pluribus alijs vnà cum dicto Reo ad affictuum ſolutionem obligatis, & expreſſo detentore bonorum (ad quæ agebatur) Illuſt. Domino Equite Cõcino, vt reus prætendebat, actore tamen replicante ſe pluſes nominaſſe in poſſeſſores, eoſdem requirebat, ad ſoluendum, & relaxãdum reſpectiuè, cum proteſtatione, quod non intendebat in poſterum in locatione durare, neque perſiſtere. Mox mutato propoſito, ſolum D. Equitem de Sacis, tanquam bonorũ locatorum detentorem ad illorum dimiſſionem interpellat, fundans etiam ſe in alio locationis inſtrumento de anno 1501. inito inter auctores actoris, & Iulianũ de Griſolis pariter dicti rei cõuenti auctoris.

Qui dato, quod valuerit variare, & propriè confeſſionem contraire, adhuc tamen duplex inſurgebat exceptio, quæ eũdem actorem ad caſum ſuccumbẽtiæ impellere videbatur.

Quarum prima erat defectus iuris agendi; altera vero deſiderata bonorum idemptitatis probatio.

Prima autem ſe ſe offerebat, ex eo, quod actor agens iure locationis in vim dicti inſtrumẽti 1501. videtur ſe fundare in iure iam extincto. Nam bona locata fuerunt poſtea de anno 1533. data in ſolutũ Dominæ Marię vxori dicti Pauli, quæ tãquam ſucceſſor particularis non tenebatur ſtare locationi. l. emptorem. C. loca. Et quatenus fortè paſſa fuerit per multos annos eadem bona ſibi adiudicata penes tũc temporis cõductores ſub eadem annua reſpõſione cõtinuaſſe, id quidem factum dici deberet ex tacita volũtate nouæ perſonæ locãtis, nulla prorſus conſideratione habenda ad præcedentem contractum, niſi forte ad ſumendum argumentum pẽſionis ſoluendæ, cum de conuenta quantitate non
12 conſtaret, vt † in dubio cenſeri debeat res locata pro conſueta pręcedenti mercede, & ſolui ſolita in annis proxime præteritis. l. ex empto. C. loca. Iaſ. in §. actionum, nu. 167. inſti. de actio. & in l. diem functo, nu. 16. ff. de offi. aſſeſ. alias illa tacita relocatio noua quidem prorſus, ac ex integro facta cenſenda eſt, vt videtur tex. expreſſus in l. qui ad certum. ff. loca. & illud annuunt verba illa relocatio, & recõductio, quę nil aliud ſonant, quàm iterum locare, & iterum cõducere, & inquit Bal. in l. legem. C. loca. quod inſtrumentum locationis primi anni non prodeſt in tacita locatione ſecundi, & nimirum ſi noua locatio ſit cenſenda illa tacita relocatio, quia cũ ſit contractus locationis, qui cõſenſu perficitur, finito conſenſu in prima locatione præſtito per lapſum tẽporis opus, eſt nouo cõſenſu ad nouam locationem ineundam, & ideo dicitur relocatio, ideſt de nouo locatio. Quod etiam comprobatur ex diſpoſitione ſtatuti Florentini de præcepto de diſgumbrando, quo cauetur affictuarium, & colonum teneri recognoſcere in dominum creditorem, vel infra mẽſem diſgumbrare. Ad quæ præcepta pro parte D. Mariæ fore deuentum probabile videbatur eſſe, quia conſtabat de tenuta, de adiudicatione, & de immiſſione. Ineptè igitur, & perperam egiſſe videtur actor innixus in d. inſtrumento 1501. cuius virtus tam expreſſa, quam tacita fuit extincta per dationem in ſolutum de dictis bonis D. Mariæ creditrici, quaſi paſſa ſit ab eiſdem bonorum detentoribus, & affictuarijs detineri, & id ex nouo contractu cũ D. Maria inito accidit, & ſic noua locatio facta accedente

maxime

maxime interuentu nouarum perſonarum vltra il-
los conductores in dicto inſtrumento 1501. com-
præhenſos, videlicet hæredes quondam Malateſtæ.
Neque iuuari poſſe videbatur actor, dum ex per-
ſona quoque Dominæ Mariæ ius ſuum metiri ſata-
gebat, cuius ſe etiam hæredem eſſe, & dicto quoque
nomine egiſſe profitebatur. Nam cum dicendum ſit
ius ſecundum modum agendi ne quis imparatus op
primatur cap. 2. de ord. cogni. Signo. conſil. 186. &
Actor ipſe ſe fundauit in locatione facta per Bēcios
1501. & ſic eo iure extincto, & in creditricem non
13 translato, † non poteſt ex cauſa, & iure competen-
ti nō propoſito ex perſona Dominæ Mariȩ obtine-
re. Caſtre. conſi. 227. lib. 2. Bald. in l. per hanc, nu. 12.
C. de temp. appella. & in l. edita, in 2. lectu. num. 42.
14 C. de eden. † Quod enim forte potuiſſet noluit, qd
autem voluit, implere nequiuit. Dec. conſil 446. &
496. & dicit Bal. in l. Bebius per illum tex. ff. de pac.
dot. quod habens duo inſtrumenta ſi vnius petat
executionem, non poteſt ex alio in eadem inſtantia
obtinere in quo non ſe fundauit. l. Aurelius. in fi. de
lib. lega. Et dato, quod dicatur, quod propter clau-
ſulas libellorum ſalutares, & prȩgnantes intētaſſet
etiam ius ſibi competens tamquam hæredi D. Ma-
riȩ, adhuc ſuccumbere deberet, quia ex petitione in
Curia Mercantiæ de anno 1549. pro Domina Ma
ria contra affictuarios ſuos oblata, apparet cōueniſ
ſe plures affictuarios, videlicet illos de Brādinis, de
Petrinis, de Satis, & de Malateſta. Vnde Dominus
Eques de Satis erat pro parte conueniendus nō au-
15 tem pro toto, vt factum fuit, & † ſic agendo ad to-
tum, cum partem petere debuiſſet, non erat actor
audiendus. Cale. conſi. 77. num. 13. Aymo. cōſ. 144.
in fine. Vltra, quod ſi ius actoris ex perſona Domi-
næ Mariæ metiatur, & cum ea ſtandum eſſet, ſubin
traret caſus coloniȩ perpetuȩ radicatæ in perſona
dictȩ Dominæ Mariȩ, quȩ ſuperuixit vſque ad an-
num 1563. & ſic per annos 53. a die receptionis in
ſolutum, & iunctis annis ſequentibus cum hȩredi-
bus iungendis, conſtabat effluxiſſe pluſquam 50.
annos, dum 30. ſufficerent ad prȩſcribendum hoc
ius perpetuæ coloniȩ ſtante, quod non conſtet de
temporali locatione Dominȩ Mariȩ, & vniformi
ſolutione affictuum per tot annos facta.
Secunda quoque non probatȩ idemptitatis exce
ptio haud obſcure patere videbatur ex eo, quod
16 actor, † cui onus eam probandi incumbebat ſecun
dum Bar. in l. demonſtratio, in fine princ. de condi. &
demonſt. Caſtren. conſi. 124. lib. 2. Deci. conſ. 109.
col. 2. Natta, cōſi 803. nitebatur probare ex dicto in
ſtrumento 1501. in quo nulli fines bonorum, nulla-
ve bona exprimuntur; ſed per relationem ad aliud
deſignantur, videlicet locabantur bona, quȩ olim te
nebat ad affictum Thomaſius Griffolus, & tunc tē-
poris d. locationis retinebat idem Iulianus, qui mo
do reconducebat: bona autem conducta a Thoma-
ſio, quȩnam forent, docebat mediante quodam li-
bro memorialium, ſeu recordij eorundē de Bencijs
locatoribus, in quo ſimiliter, nec bonorum, nec fi-
nium aliquorum legebatur expreſſio, ſeu deſcrip-
tio, ſed relatiuè ſe reportabant ad illud inſtrumen-
tum de anno 1465. in proteſtatione nominatum, in
quo deſignantur bona, & fines, videlicet Arno,
Chieſa, & Griffoli da dui canti, ita quod ignotum
ſemper per ignotius oſtenſum ſit, & per libros pri-
uatorum quibus ad commodum ſcribentium non
fuiſſet credendum.
Et dato, quod dictis libris, & relationum relatio
nibus iuſtificentur fines bonorum locatorum per
Thomaſium, & quod eſſent ijdem cum illis in dicto
inſtrumento 1465. deſignatis, non tamen conuenie
bant in finibus bonorum per Iulianum tunc tem-
poris detentorum, & nihilominus inſtrumentum
1501. requirit concurſum bonorum a Thomaſio
iam conductorum, & per Iulianum tūc ad affictum
retentorum, nam bona a Iuliano tunc temporis cō-
ducta, differebant nomine, & confinibus a bonis de-
ſcriptis in inſtrumento 1465. & Thomaſio locatis.
Non enim vocabantur amplius bona tetēta per
Iulianum, vn mezo podere cum dictis finibus, Ar-
no, Chieſa, & Griffoli da dui lati, ſed nuncupabatur
vna preſa di terra iuxta viam a primo, a ſecondo, &
tertio, Iulian. Griffoli quarto, Io. Baptiſtæ Griffoli,
& ita Bencij eam millies appellant in eorum deci-
mis ab annis 1498. vſque 1560.
Ex quo ſequi videbatur, quod fines in libello de
ſcripti, eſſent imaginarij, & nimis generales de plu-
ribus prædicabiles, & conuenientes alijs bonis in di
cto loco eoſdem fines habentibus, & ab alijs perſo-
nis poſſeſſis. Bar. in d. l. demonſtratio falſa. Alb. cōſi.
50. num. 14. Coro. conſi. 91. in litera L. col. antepen.
17 verſ. & licet duæ demonſtrationes, lib. 1. † egregie
loquendo, & multa exempla ponendo dicit idemptī
tatem non probari per demonſtrationes finium de
facili pluribus conuenientes.
Videbatur etiam ad idemptitatem probandam ar
gumento a ſufficienti partium enumeratione, dum
prȩſuppoſito in dicto loco, extitiſſe quatuor priua-
torum poderia, & ex his tria a Griffolorum familia
proueniſſe, eademque penes alios modo reperiri, eō
eludebat neceſſario dicendum, quod illud, quod poſ
ſidet Dominus eques reus conuētus, ſit idem, quod
fuit locatum ſuis auctoribus
Sed argumentum ſolui poſſe videbatur, quoties
in enumeratis aliquid omittitur, & poteſt dari ter-
tius caſus, l. filius. § filiusfamil. ff. de lib. & poſthum.
cap. venerabilem, & ibi Ioan. And. Abb. & Bald. de
electio. ſed actor non docuit, quorſum tertia portio
obuenta Piero Griffolo, merito argumentum non
concludit, quin bona poſſeſſa per equitem, non poſ
ſunt eſſe bona Pieri.
Nec ſat erat replicare, non extare, neque in inuē
tario hæredis d. Pieri non eſſe deſcriptum, nam ex
quo actor fatetur, quandoque apud Pierum fuiſſe,
oportuit probare eſſe conſumpta, vel diſtracta ad
Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, § an vero hæredi, ff.
de edendo.
Quod ſi a gemino ouo res repetatur, vtiq; eius
deſiderium ſatis irrationabile apparebit dum pro
modica terrarum quantitate, & di vna preſa di ter-
ra, modici redditus ſtariorum 15. grani ſatagit ac-
quirere latifundia maximi valoris, & redditus pluſ-
quam

quam qoingentorum ſtariorum grani, quod cum non videatur veriſimile, tanquam non verom illius intentioni refragatur,

Bona enim locata originem traxeront a Ludonico Bertino, qui de anoo 1427. vendidit Hoſpitali Bonifacij vnum podere annui redditus ſtariorum grani 48. quod poſtea ſolitum erat locare hoſpitale pro ſtarijs 32.

Hoc idem podere Hoſpitale vendidit Piero Grifolo, pro flor. 95.

Eiuſdem poderis medietas fuit ablata d. Piero ab officialibus decimarum, & vendita nonnullis ementibus pro ſe, & nominandis ab eis, & nominatione mediante deuenit in Bencios pro precio florenorum 80. qui poſtea locarunt Carolo, de anno 1465. & poſtea Thomaſio, & deinde Iuliano, vt in inſtrumento 1501.

Hoc idem integrom podere hoſpitale in ſuis libris appellabat poderetto. Eiuſdem Poderis medietas Pierus dedit in decima pro redditu annuæ reſpõſionis ſtariorum grani 20.

Hæc eſt eadem medietas, quæ fuit decimata pro ſolid. 10. & den. 11.

Hæc eadem medietas fuit ab eiſdem Bencijs appellata.

Vna præſa di terra, & quæ fuit locata Iuliano 1501. & poſtea data inſolutum Dominę Mariæ vxori Pauli Bencij pro florenis 100.

Ex quibus inferebat Reus, quod ſtante denominatione d'vn poderetto, & d'vna preſa di terra, modicitate pretij, & redditus, exiguitate decimæ; & quod bona poſſeſſa per ipſum reum in omnibus longe excedentia d. medietatem predij, & preſa di terra, nihil haberent commune cum ea concurrente maximè diuerſitate qualitatum idemptitatem excludente.

Nam podere, & bona originaliter vendita dicto Hoſpitali per Ludouicum erant ſimul poſita, non autem diuiſim, & ſeparatim diſperſa, vt ſunt bona
18 ipſius Rei.† Dictio enim, ſimul, vbi plura reſpicit ſolet congregare, non autem ſegregare. Rebuff. in l. reſtituere, de verb. ſignifi.

Immo tantum abeſt, vt idemptitas diceretur probata, ſed ne quidem fuit articulata, & potius diuerſitas contraria omnino oſtenſa videbatur tam ex decimis, diuiſionibus, atteſtationibus, quàm alijs varijs rerum argumentis ex proceſſu reſultantibus, & breuitatis gratia omittendis in motiuis, ne in volumen incidamus. Hoc interim non prætermiſſo, quod bona poſſeſſa per reum conuentum dum allegabantur fuiſſe Domini Antonij Griffoli, id quidem pluribus demonſtrationibus conabatur reus oſtendere, tam ex ſituatione bonorum, quàm domorum in cippo, & extra cippum, nec non ex quantitate ſtariorum 160. inſignibus armorum, decima, & teſtibus eiuſdem actoris affirmantibus podere D. Equitis illud eſſe, quod Dominus Antonius locare ſolitus erat.

Videbatur etiam animaduerſione dignũ, quod reus dicebat; ꝙ bona actoris nõ retinebãt amplius confines Arni poſt diuiſionem de dicto predio ſeu podere factã inter D. Nenciã, & Pierum 1461. quia in portione D. Nenciæ obuenit pars, quę Arno cohærebat. Vnde non mirum ſi alia medietas in Bencios obuenta, fuit poſtea ſine expreſſione finium Arni, ſed alijs demonſtrationibus paſſim ab anno 1498. & 1560 deſcripta, & deſignata.

Ex qua diuiſione ſumebatur quoque argumentum portionis Pieri, quod tot ſtariorum terræ foret quot Dominæ Nenciæ obueniſſe allegabatur.

In quo quidem loco ſi qua bona adſint, quæ ad locationem Benciorum ſpectent ea veriſimilius eſſe credi debere aiebat, quæ poſſidet Dominus Concinus ſub nomine prędij domus dell'incudine, quam alia, cum in eis concurrant ferè omnes qualitates, vſque de anno 1427. deſcriptæ.

Ludouicus enim primus venditor dat in ſua decima ſub finibus viæ a tribus lateribus, qui fines adhuc durant: eſt parum, & concordat cum denominatione Hoſpitalis primi emptoris nuncupato il poderetto: eſt ſimul poſitum, vt conſtat inſtrumento primę venditionis: eſt etiam modici redditus, vt in decima Pieri 1451. ſtariorum 20. grani.

Et cum eo confinat Eccleſia S. Barth. vt ipſamet Eccl. dicit in ſua decima.

Habebat etiam quinque petias terrarum a dicto podere ſeparata quorum vnum Arno cohęrebat.

Ex quibus videbatur concludendum hæc eſſe bona locata, quæ peti debuiſſent, prout etiam teſtes actoris exiſtimant dicentes, che queſto podere dell'incudine può facilmente eſſere il podere de beni locati.

Ex aduerſo ſatis iniquum actori videbatur, quod conſtito de ſuorum authorum locatione finita, & exiſtentia bonorum locatorum penes hæredem cõductorum, vt ſupra, dictorumque bonorum idemptitate probata, illorum petita reſtitutio denegetur, l. conductores. C. loca. l. non ab re. C. vnde vi.

Exiſtimabat enim incumbentibus pro parte ſua ſatisfeciſſe, cum de locatione facta Iuliano Auctori rei conuenti conſtabat publico inſtrumento 1501. in quo per relationem ad aliud bona locata habẽtur pro nominatis, & expreſſis, cum omnibus ſuis qua-
19 litatibus, quia † virtus relati ineſt virtualiter in referente, Dec. conſ. 47. Pariſ. conſ. 79. num. 10. lib. 3. Alex. conſ. 3. col. 1. lib. 2.

Nec referri dicebat, quod tranſitus ad relatum inſtrumentum 1465. in quo deſcribuntur bona, & fines, fiat mediante libro ricordij locatorum, quibus pro ſcribentibus non creditur. Quia dictus liber iam fuit approbatus in Curia Mercantiæ, vt patet in verbis enunciatiuis cuiuſdam ſententiæ Mer-
20 cantiæ iam ab annis 50 latæ, † quę in antiquis probant. Aymo, de antiq. temp. in 3. par. verſicu. venio nunc, num. 26.

Quod autem reus ſit hęres mediatus Iuliani conducentis, & hoc ſimiliter non videbatur reuocandũ in dubium, cum tam ex decimis, quàm ex ſententijs productis, & confeſſionibus appareret reum conuẽ-
21 tum fore hęredem † primi Antonij ſui patris hęredis Dominæ Franc. filię, & hęredis Iuliani conductoris, l. fin. de hęred. inſtitu.

Idemptitas quoque bonorum. petitorum clare videbatur deduci ex pluribus.

Primo quod penes reum conuentum reperiantur bona, ſub eodem loci nomine, & ſub eiſdem confinibus ſaltẽ duobus, videlicet Arno & Chieſa, qui-
22 bus cantabant bona locata ſuis Auctoribus, † quos duos ſufficere ex pluribus adductis ad oſtendendam idemptitatem tradit Bart. in d. l. demonſtratio num. 14. de conditio. & demonſtrat. ſequitur Alex. conſi. 108. num. 2. lib. 2. latè Silua. conſi. 57. num. 4. & ſeq. Sozi. conſil. 89. lib. 2. nume. 1. & communem dixit Cephal conſil. 443. oum. 33. cum concord. per Menoch. de arbitr. iud. cent. 2. caſu 105. nume. 12. licet actor contenderet etiam ſubeſſe concurſum aliarũ demonſtrationum reſpectu bonorum Griffolorum quę hodie mutatis poſſeſſoribus ab Illuſtr. Domino Concinio detinentur. Itaq; concurrentibus cũ verificato loco duobus ſaltem confinibus in facto maxime antiquo id ſatis eſſe ſibi videbatur, vt in petita reſtitutione bonorum veniãt omnia quæ intra dictos fines conductoris hæres poſſidet, vt in pũcto tradit Dec. conſi. 14. nu. 14. Silua. d. conſil. 57. Rui. d. conſi. 50. nu. 11. & ſeq. lib. 1.

23 Secundo † arguebat idemptitatem bonorum ea perſonis habentium, nam cum reus ſit hæres conducentis, & intra dictos fines poſſideat, iuris præſumptione creduntur eadem eſſe bona ab auctoribus conducta. arg. traditorum per Nattam conſil. 225. vbi ſi Dominus amittat Scyphum argenteum communis formæ, & ſimilis reperiatur penes famulum, pręſumitur ea qualitate perſonę habẽtis, quod ſit idem deperditus.

Tertio arguebat valide à ſufficienti partiũ enumeratione, nam ex quatuor priuatorum poderibus in dicto loco del pozzo exiſtentibus hodie ad tria redactis, vt teſtes deponunt, duo poſſidet D. Illuſtr. Concinus, alterum vero dictus Reus conuentus, & illa duo Illuſtr. Domini Concini nullo modo poſſunt eſſe de bonis locatis, vt ex creatione, & exitu illorum oſtendere conabatur, ergo tertium à Reo poſſeſſum conſequens erit dicere quod ſit illud locatum, quicquid replicaretur de portione Pieri in caitum non poſita, nam cum non reperiatur inuentariata per tutores Iuliani eius filij, & hæredis, cre-
24 ditur conſumpta. † Inuentarium enim illud & ſi tutorum ſit inuentarium, longe differens ab inuentario hæredis. Bald. in l. filium quem habentem. col. fin. C. famil. hercif. Rolan. de inuent. fol. 113. verſi. quod ſi hæres, tamen quoad transferendum onus in alios probandi contrarium parificatur teſte Rebuf. de ſent. prouiſio. art. 2. glo. 3. nu. 12. Vltra quòd Reus non contendebat bona per eũ poſſeſſa à Piero, ſed à D. Antonio proueniſſe, & hæredes hæredũ d. Pieri alienauerunt ſtaria terrarum 120. vltra poſſeſſa per Iulianum.

Præterquam quod bona Domini Antonij non fuerunt ſic addecimata, vt reus ponit, qui quomodo cunque faciat cantare ſuam decimam, non eſſe attendendam aiebat tanquam arbitrarie, non ad rationem bonorum, ſed perſonarum inter ipſos hæredes Dominæ Franciſchæ accommodatam, à dir & dare d'accordo prout in decimis productis. Et ad aſſertam variationem ſeu contrarietatem inter alia replicabat id ſibi licuiſſe, quia proteſtatio illa erat
25 præparatoria ad iudicium futurum, † & in præparatorijs licet pęnitere. l. electio, & ibi gloſ. ff. de noxalibus act. Bald. in l. de ætate. §. fin. ff. de interrog. actio. & eſt communis opinio vt teſtatur Franc. Becci. conſi. 64 nume. 15.

Pręterea dicebat dictam confeſſionem emanatã in proteſtatione poſſe verificari in alijs bonis locatis, & in petitione ſeu libello del mezzo podere nõ comprehenſis.

26 Rurſus, quod aduerſus † confeſſionem propriam admittatur probatio veritatis in contrarium, quæ reperta eſt attendenda, non obſtante confeſſione l. fin. de probat. Corraſ. in l. admonendi nume. 30. ff. de iur. iur. Vnde & ſi in proteſtatione dixiſſet bona locata poſſideri per D. Concinum (contendebat tamen actor ſe plures nominaſſe in poſſeſſorem dicto-
27 rum bonorum,) talis aſſertio ſibi nõ nocet, † quia veritate in contrarium reperta, veritas non autem confeſſio inſpicienda ſit. Barto. in d. l. cum falſa. nu. 4. vbi etiã Bald. Salic. Caſtr. & Iaſ. C. de iur. & fact. ignor. Aret. conſil. 14. nume. 8. Alex. conſil. 8. nume. 10. lib. 5. vbi ſi quis fateatur rem ſuã eſſe alterius, ſibi non nocet, & idem eſt ſi fateatur rem eſſe ſuppoſitam fideicommiſſo, cum non ſit, non præiudicat. Soz. Iun. conſi. 112. num. 3. lib. 1. & alia ſimilia adduxi in deciſ. Lucen. 25. num. 28. Vltra quod in dicta proteſtatione videtur nominare etiam alios poſſeſſores vltra Illuſt. D. Concinum.

Non obſtat quod videatur agere ex iure extincto per dationem inſolutum, & quod ſucceſſor particularis non teneatur ſtare colono.

Quia reſpondetur, quod per translationem iurium in ſingularem ſucceſſorem nõ intelligitur finita locatio, niſi quatenus ſingularis ſucceſſor velit. Bart. in l. qui fundum, ff. locar. & ſic cum Domina Maria paſſa ſit conductores perſiſtere, voluit continuare, & non dicitur de nouo locare.

Pręterea Domina Maria ſucceſſit in dictis bonis per adiudicationem, & ſic neceſſario ſucceſſit, vt declarat Iaſ. in l. diuortio. nume 34. & 35. ſol. matr.
28 ſed † ſucceſſor neceſſarius tenetur ſtare colono merito, vt in puncto poſt gloſſ. in d. l. diuortio in prin. tradunt ibi Bart. & alij communiter, & in l. ſi filiofami. § ſi vir, vbi Alexan. nume. 7. eod. tit poſt Ang. & Imol. in l. in venditio. de bon auct. iud. poſſ. & in terminis, Bald. in cap. quoniam frequenter in ſi. vt lit. non conteſtat. & ita in ſucceſſore ob alienationẽ iudiciariam tenuit Rota in motiuis 1567. die 3. Octobris lib. 28. Motiuorum car. 483. Ergo non
29 noua locatio, ſed prioris tacita continuatio, † quæ ita ſe habet ad primam vt tacitè etiam intelligatur facta obligatio executiua reſpectu temporis tacitè prorogati, vigore primi inſtrumenti, vt placuit Rebuffo de liter. oblig. art. 2. glo. 1. nume. 91. & no. Alciat de præſumptio. reg. 2. præſump. 17. nume. 5. dicens tacitam relocationem cenſeri factam cum repetitione omnium qualitatum præcedentium in priori capteſſatum.

Non

Non obſtat l. qui ad certum tempus, quia proce-
30 dit mortuo locatore ſine hærede, aliàs † ſi eius hæres ſciens patiatur conductorem continuate, dicitur tacita relocatio, iuxta terminos l. idem quæritur. §. qui impleto, ff. loca. & quæ procedunt inter locatorem, & conductorem, locum habent etiam in hærede, vt declarat Sozin. iun. conſilio 63. numero 20. libro 2. & Alciat. in d. præſumpt. 17. numero 6. vbi etiam, numero 4. reddit rationem huius tacitæ relocationis, quia præſumitur vterque approbare eandem voluntatem in hoc tacito contractu, quam in priori tempore expreſſo comprobaraut nulla habita differentia inter ſoeceſſorem vniuerſalem, & ſingularem, quando in eum transferuntur omnes actiones reales, & perſonales in rem, pro re, & occaſione rei. Barto. Paul. Salic. Fulg. & alij lo d. l. qui fundum. ff. locat.

Et dato, quod ius oriens ex dicto cõtractu 1501. eſſet extinctum, adhuc ex noua locatione Dominæ Mariæ ius fouere exiſtimabat, cum & Ipſius Dominæ Mariæ ſe hæredem faciebat mediante Bencio ipſius patre, & hærede dictæ D. Mariæ. Vnde quæcunque locutio attendatur, aut veteris continuatio, aut nouæ inſtitutio, actor petitam bonorum reſtitutionem obtinere deberet, quia in libello omne ius deduxiſſe videtur, attentis maximè probationibus factis, quæ tendunt etiam ad narrata in libello quã-
31 tumcunque non expreſſe deducta, vnde † condemnatio ſequi poteſt. Parif. conſi. 131. nu. 9. lib. 1. poſt alios quos citat Aymo. conſi. 198. nu. 8.

Quæ quidem Domina Maria, & ſi plures quandoq; habuit ad ſolutionem affictuum, & inter alios hæredes de Malateſta, hos tñ non habuit vti primæuos cõductores, ſed per accidens, & ex cõtractu inter eos, & originarios conductores celebrato poſt locationem factam.

Et ſucceſſiuè poſito, quod eſſet noua locatio Dominæ Mariæ non iure infertur, vt dicebat ad coloniam præſcriptam, tum quia detractis detrahendis temporibus non ſupereſt tempus a ſtatuto requiſitum, tum etiam quia non eſt facta ſolutio continua pro toto tempore ad præſcribendum requiſito, nec eſt interuerſus titulus temporalis coloniæ, vt ſupra dictum eſt.

Replicando vlterius ad oblationem affictuum
32 † eam non ſufficere allegabat ſine depoſitione, & conſignatione ad effectum conſequendi aliquod ius contra aduerſarium, vt per Neguſ. de pig. 2. par. 3. memb. 5. par. prin. num. 5. & 3. part. 3. memb. 5. q. princ. num. 18.

Subdendo, quoad mixturam plurium conductorum conuentorum a D. Maria, quod cum nunc reperiantur bona locata penes reum conuentum, illumque rei reſtituendæ inſolidum facultatem habere, fruſtra pro rata reſtituenda alios prouocaſſet, ſi omnia bona locata penes eum conſiſterent.

Nihilque ſibi obeſſe aſſerebat actor allegata diuiſio 1461. cum Domina Neucia ad oſtendendam variationem confinium Arni, quia quicquid dicto tempore ſit actum inter diuidentes, non releuat, cum ſatis certum ſit, quod inde ad quinque annos, videlicet 1465. conductores recipiunt dicta bona ſub confine Arni inter alios, & cum eodem cõfini tranſeunt in D. Mariam.

Minus etiam releuare contendebat fundamentum non articulatæ idemptitatis, quia ſatis eſt, quod
33 ſit probata, † nam articulos idemptitatis fieri debet, quando nomen, & demonſtrationes mutatæ, & variatæ ſint. Bartol. in l. 1. C. ſi vnus ex plu. appel. & in d. l. demonſtratio. in ſi. princ. Felyn in cap. cum cauſam, colum. ſi. ad ſi. de probat. Verum duabus ſaltim remanentibus verificatis non eſt neceſſaria idemptitatis articulatio, vt declarat Aret. conſilio 103 numero 5. & ideo hodie conuenientibus loco, Arno, & Chieſa, non erat vlterius de idemptitate dubitandum, quia articulus idemptitatis fit ad hoc ſo-
34 lum, † quod variatio finium idemptitatis, probationem non impediat. Natta, conſilio 235. numero 15.

Minus quoque obeſſe replicabatur, quod idem fines conuenirent, & prædicarentur de alijs bonis, ab alijs poſſeſſis, vt inde non minus cenſeri debeat probata idemptitas, quam ſi ad probandam idemptitatem alicuius veſtis hominis, vel fundi, diceremus eam eſſe muliebrem, vel monachinam, aut nigram, vel hominem eſſe album, vel magnum, vel fundum eſſe laboratiuum, vel arboratum, in quibus caſibus non probatam idemptitatem tradit Corn. d. conſi. 91. lib. 1.

Quia vltra, quod non eſſet articulatum, nec in proceſſu probatum, in caſu locationis oportere reſpondebat, quod alia bona quibus eædem demonſtrationes conuenirent, forent poſſeſſa per conductorem defunctum, & modo per alium. Dec. dicto conſilio 146. & Ruyn. dicto conſilio 50. ex alio argumentum non intrare dicebat, quia eſſet probatum per eundem actorem aliunde prouenisse bona tenta per Dominum Illuſtriſſ. Concinum, quibus conuenire videntur ijdem fines, & ſic in elatis ceſſant coniecturæ.

Cæterum, quoad ponderatas qualitates bonorum locatorum, quod quandoque vn poderetto, quandoque preſa di terra fuerint appellatæ, & quod eſſent modici redditus, & valoris, & quantitatis, & in longè minori decima decimatæ reſpectu latifundij, & bonorum a Domino Equite poſſeſſorum, & reſtitui petitorum, & quod eſſent ſimul poſita.

Replicabat actor denominationem non attendendam, cum relatiuè ad originem ſemper fuerit nominata preſa di terra, & quod precium variatur ex variatione temporum, quodque fructus potuerint augeri, propter disboſcationem bonorum locatorum, & propter reſtitutionem bonorum olim ab Arno flumine, cui cohærebant bona locata, occupatorum. Immo ex partitis cuiuſdam libri dicti rei conuenti apparet, quod ſoluebatur affictus non pro vna preſa di terra, ſed del podere del pozzo, & ita affirmare dicebat teſtem rei conuenti de auditu ſic deponentem, & quod ſimul poſita enũciatur, replicabatur, intelligi debere reſpectu qualitatũ bonorũ, & territorij, in quo ſita erant, quemad-

Digitized by Google

modum fruſtratorie videbatur allegatum ſtatutum
de præceptis de diſgumbrando, quia non fuerunt di
cta præcepta producta, & paria ſunt, quid non eſſe,
& non apparere.

Vnde cum ab initio locationis non conſtet de
quantitate, fruſtra quæritur de magnitudine, cum
certum ſit bona locata habuiſſe certos fines, intra
35 quos † quicquid compræhenditur in locatione cõ
tineri dicitur, & reſtitui debet ab hærede conducto-
ris. Bal. & Ang. in l. ſi fines. C. de euictio. & in l. ſi fun
dum. ff. eodem, & in l. ædc ſacra. §. intia. de contra-
hen. empt. Dec. egregie in conſil. 146. nume. 14. Ay-
mo. conſi. 105. num. 1. Alex. conſil. 54. num. 1. lib. 3.
Natta, conſi. 235. nume. 13. poſt Rom. & ibi adden.
conſi. 50. Ruin. d. conſi. 50. num. 14. lib. 1.

Nec admittebat actor, quod il podere dell'incu-
dine non fuiſſet Tomaſij, quia conſtare dicebat il-
lud creatum a Tomaſio ex ſua ſeptima parte, & alijs
acquiſitis prout in decima, del 98. ſub decima 2. 1 3.
10. & introitus flor. 35. 5. . 11 Quod podere aſſere-
bat fuiſſe in pluribus petijs terrarum, & in Iulia
num hæredem teſtamentarium deueniſſe, illudque
in diuiſionibus, de anno 1517. factis deueniſſe in
Duminam Nanniam, & ex ea in Ioannem Frãciſcũ
Bencium, & Antonium, qui poſtea vendiderunt Do
mino Concino.

Cuius idemptitas es ſignis, finibus, & habituris
conſtare pluribus modis argumẽtabatur, quicquid
teſtes aliter ſenſerint dum credunt, hoc podere de
facili eſſe poſſe de bonis locatis, quia in hoc iudi-
cis officio magis, quam teſtis munere funguntur,
debent enim teſtes deponere de his, quæ ſenſu cor-
36 poris, † non autem intellectu percipiunt. Barto. in
tractatu de teſtibus, verſic teſtis ſuper aliquo, nume,
30. & verſicu, teſtis dixit, nume. 32. Menoch. conſil.
82. num. 161.

His itaque tactis, & pleriſque alijs ſub immenſa
inſtrumentorum teſtium, decimarum, & iuris alle-
1 gationum congerie compoſitis ſe ſe inuicem colliti
gantes acriter oppugnabant, dum ſuperuenit quæ-
dam declaratio a Dominis ſex Curiæ Mercantiæ
emanata, quæ nos promiores reddidit ad ius dicendũ
pro actore.

Nam cum dictus actor pendente iudicio ad di-
ctam Curiam acceſſerit, vt paſſim fieri conſueuit,
& vocato dicto reo, petierit quandam librorum ex-
hibitionem, & factorum declarationem in vim pro
bationis, poſtea in alio iudicio producendam prout
reproduxit, iſque reus ad mandatum dd. DD. ſex
exhibere neglexerit in pœnam non parentis man-
datis dictæ Curiæ, fuit declaratum in hæc, vel ſimi-
lia verba, *Che nelli libri di Pierantonio padre di detto
Caualiere ſi debbi hauere, & tenere per vero detto Pie-
rantonio habbi per ſcrittura dichiarato i beni contenuti
in vn'inſtrumento di affitto l'anno 1508 hauer promeſ-
ſo quelli reſtituire a piacimento de Benci, quali beni ſo-
no*, videlicet.

Vn mezzo podere hoggi ridotto a vn podere, &c.
quæ ſequuntur, quæ ſententia declaratoria fuit
poſtea confirmata per alios DD. ſex ex reſcripto
Principis delegatos, & coram nobis in mo-
dum probationis poſtea producta ſecundum Cu-
riæ ſtilum a iure communi quoque non exorbitan-
tem, vt in ſimili dicitur de aliqua cauſa ſpirituali,
quæ licet coram ſeculari in principali negotio ter-
minari non poſſit, ſi tamen quicquam in facto con-
ſiſtens emergat, poteſt illud Iudex ſecularis cogno-
ſcere, & terminare, & talis determinatio poteſt in
37 deciſione † cauſæ per modum probationum addu-
ci coram Eccleſiaſtico verbotentis, vt tradunt Bar.
& Paul. in l. omoi nouatione. C. de ſacroſanct. eccle.
Bartol. & alij in l. quoties. C. de iudi. Alexan. in l. Ti-
tia. ſolut. matr.

Hanc autem declaratoriam ſententiam dictæ
Curiæ quidam ex litigantibus exiſtimabant non fo
re attendendam tanquam nullam defectu iuriſdi-
ctionis exceſſæ contra præſcriptam legem per nos
in alia noſtra incompetentiarum ſententia lata,
qua pronunciauimus remittẽdo cauſam ad dictam
Curiam eam fore competentem inter dictas par-
tes, quoad merum factum declarandum, & ſine
prçiudicio litis pendentiç, & contentorum in ea,
quaſi fines exceſſerint Domini ſex, dum declara-
runt haberi pro vero dicta bona inſtrumento 1508.
compræhenſa fore promiſſa reſtitui illis de Ben-
cijs, quia hoc eſt, quod ante noſtrum tribunal
pendebat. Vnde erat compeſcendus huiuſmodi
exceſſus iuriſdictionis in contemptum noſtrç ſen-
tentiæ, & contra leges incompetentiarum ema-
natas, vt alias factum ab hac Rota comperiebatur
de anno 1534. 27. Octobris, vbi tunc temporis
Domini reprobarunt quandam ſententiam dictç
Curiæ Mercantiæ in cauſa tutelæ latam ex eo,
quod Domini ſex intra cancellos ſuç iuriſdictio-
nis ſe ſe non cõtinuerint, & fines pręſcriptos exceſ-
ſerint.

38 Et ſi qua foret dicta † ſententia declaratoria, di-
cebatur tanquam inductiua fictæ confeſſionis non
poſſe in alio iudicio etiam inter eaſdem partes alle-
gari, neque pręiudicare. l. ſecunda, vbi lex. apertus,
ff. de iur. ſi. & tradit Bartol. in l eius, qui delatorem.
in fine, ff. eodem Bald. in l. 2. numero 25. & ibi Ale
xand. numero 19. & Iaſ. numero 12. C. de eden.
Franch. in capitu. cum ſpeciali, numero nono, de
appellat. Corn. conſilio 42. numero nono, libro ſe-
cundo, & 211. numero 8. libro 5. & 300. eodem lib.
& conſilio 97. in litera G. libro 4. Soz conſilio 122.
colum. 1. libro 4. Dec. conſilio 551 in fin. ficta enim
confeſſio ex contumacia inſurgens nõ nocet in alio
iudicio, vt in dictis locis.

Quibus non obſtantibus ad coadiuuandas, &
perficiendas actoris probationes de ea capitale fa-
ciendum duximus, quia ſic paſſim hoc iure hic
vti videmus, vt in quocunque tribunali quæuis cau
ſa pendeat fas ſit interim ad dictam Curiam Mer-
cantiæ properare pro declaratione alicuius me-
ri facti, & illam in alio iudicio per modum proba-
39 tionis reproducere, & hoc † pro celeriori ex-
peditione iudiciorum maxime locationis, & con-
ductionis, cuius quidem natura eſt etiam de
40 iure communi ſummaria, † & celeris expeditionis,
teſte Bal. in l. ædem. C. loca. Gramma. conſilio
54.

54. in princ. in ciuil. & diſi in deciſ. Lucen. 15. num. 29. Neque etiam proſpeximus ante dictam declarationem aliud, quam merum factum reſpicere, videlicet, quod in dictis libris ſic fit ſcriptum, ſic promiſſum, quod quidem in merum factum ſonat, ex quo ius poſtea oritur: Quę quidem ſententia declaratoria dato, quod ex defectu iuriſdictionis, vel aliter nullitatis vitio ſubeſſet, certi iuris erat, quod noſtrum non erat, Dominorum ſex illius Curiæ errata corrigere, quicquid aliter Domini Auditores alias attentaruot de anno 1539.

Hæc enim ætas alios mores poſtulat, & alijs legibus modo aſtringimur.

Sont equidem hodie ſententiæ d. Curiæ, & Dominorum ſex ex nouis decretis venerandæ fœnum, (quod aiunt) in cornu habentes, & quaſi ignitæ nō ſunt gladio fodiendæ, quarum cauſa non ſolum contrauentio, ſed contraueniendi cogitatio punitur, ita quod ab eis grauati vix ſola principis clementia ſubleuentur.

Vltra, quod reus conſenſiſſe videtur in iuriſdictionem, dum conatus fuit probare ſe paruiſſe mādatis, & exhibuiſſe libros ſuper quo fuerunt ad eius petitionem Domini Iudicis delegati a S.C. qui tandem in conformitate primæ ſententiæ DD. ſex pronunciarunt eum non paruiſſe.

Nec intrabat tex. in l. 2. cum doct. Bar. in l. ciuis
41 ff. de iur. fiſ. † quia non producebatur d. declaratio in vim rei iudicatæ, & ſententię condemnatoriæ, ſed per modum probationis, tam ex ſtilo vſuque frequenti, quam de iure communi cōceſſum, vt dictum eſt, cuius intuitu non prorſus diuerſa iudicia cenſeri debent, cum reſpectu finis connexa dici poſſint. Menoch. de arbitr. iud. caſ. 9. num. 6.

Quæ quidem declaratio ſicuti non poterat dici
42 in propriam rei contumaciam facta, † ſed potius in pertinaciam, quia ſe defendendo comparuit licet nō paruerit, vt ideo magis quaſi contumax, quam contumax ſit reputandus, ſecundum Dec. conſilio 34. & Rebuff. de dolo, & contum. in præfatio. nu. 6. ita etiam non poterat dici omnino ficta propter dolum in eo præſumptum non obtemperando māndatis. l. 1. ff. ſi quis iuſd. nō obtemp. Guid. Pap. deciſio 359.

43 Et † quantumcunque fictam dici velimus, adhuc inſeruiſſe poterat actori concurrentibus alijs ſupra dictis ſecundum Ang. in puncto, conſil. 51. num. 46. lib. 1. inter conſi. crim. diuerſo, in folio.

Et ex his omnibus diximus bene iudicatum per primum Dominum Iudicem, & ſucceſſiuè bona petita, & deſcripta in libello, vna cum fructibus reſtituenda, cum reſeruatione tamen, de qua in dicta ſententia, quod reus, quandocunque valeat docere de propria, & auctorum ſuorum acquiſitione bonorum in dicto loco, & intra dd. fines exiſtētium tam tempore 1501. quam poſt acquiſitorum, & recuperandorum, quam reſeruationem iuridicam cenſuimus per ea, quæ tradit Bald. conſil. 355. lib. 2. & per Ruin. d. conſi. 50. num. 14. lib. 1. vbi concludunt intra dd. fines non includi bona, quæ ab alijs acquiſita probantur, & locari non ſint ſolita.

Quibus accedant, quę diſtinguendo in materia feudali tradunt DD. quod ſi intra fines feudi Baro de cuius inueſtitura conſtet, & vaſſallus poſſidet aliquod territorium, illud in dubio præſumitur feudale, niſi allodiale, & liberum probetur: ſi vero alius priuatus non inueſtitus, & tunc ſecus, vt tradunt addentes ad Afflict. in deciſ. 267. & per Curt. Iunior. conſil. 184. & ſecundum prędictam diſtinctionem declaratur illa communis opinio, de qua Clar. §. feud. q. 18.

Abſoluimus tamen ab expenſis propter probabilia iuris dubia.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio plene diſcuſſa in vno iudicio, an principaliter in alio proponi poſſit ad eundem finem, & inter eaſdē perſonas.*
2 *Iudex, quando poſſit eſſe teſtis in cauſa in qua iudicauit.*
3 *Procurator, an poſſit eſſe teſtis.*
Calculator, an ſit idoneus teſtis.
4 *Teſtis fides vacillans ſuppletur per alios idoneos.*
5 *Sententia extra petita inualida eſt.*
6 *Negatiua probatur per rimationem proceſſus.*
7 *Sententia eſt ſtricti iuris tantum inferens quantum ſonat 19. 21.*
8 *Compenſatio dicitur reconuentio.*
9 *Acta iudicialia non niſi per ſcriptum probari.*
10 *Diſiunctiua impedit concurſum.*
11 *Compenſatio reiecta in dubio præſumitur reiecta ob creditum non liquidum 29.*
12 *Mandati fines diligenter cuſtodiendi.*
13 *Exceſſus mandati circa vtilitatem mandantis non nocet, & Dominus mandans obligatur.*
Mandati fines exceſſi ad vtilitatem, obligant mandantem.
14 *Prodeſſe dicitur non autem nocere, quod melius fit, quam fieri oportuit.*
15 *Mandati fines licet egredi faciendo conditionem meliorem mandantis.*
16 *Mandatarius non eſt relinquendus in damno.*
17 *Ratificatio mediante facto potentior reputatur, quam quæ verbis fiat.*
18 *Ratificatio inducitur etiam ex non facto.*
19 *Sententia refertur etiam ad neceſſarium antecedens.*
20 *Executio inſtrumenti habentis executionem paratam fit etiam in tacitè comprehenſis quemadmodum in expreſſis.*
21 *Iudex declarans, quem prodigum, cenſetur interdicere bonorum adminiſtrationem.*
22 *Iudex condemnans in rei vendicatione ad reſtituendum tacitè dicitur declarare illum dominum.*
23 *Iudex declarans aliquem debitorem alicuius dicitur illum condemnare ad ſoluendum.*
24 *Iudex declarans bona hipothecata tacitè condemnat ad relaxationem.*
25 *Iudex declarans Titium commiſiſſe furtum, dicitur condemnare etiam ad pęnam.*
Sententia extenditur, & comprehendit tacitè ſubintellecta.
26 *Super exceptionibus pronunciatur.*
Exceptio rei iudicata.

27 *Rei iudicatæ exceptio obſtat agenti in alio iudicio ad eundem finem, & inter eaſdem perſonas ſuper re iam deciſa, & diſcuſſa.*

28 *Exceptio ſemel propoſita, & diſcuſſa in vno iud. & reiecta.*

An poſſit principaliter in alio iudicio proponi, & quæ requirantur, vt non poſſit.

29 *Compenſationis exceptio in dubio cenſetur reiecta non quod creditum non ſit verum, ſed quia non probatum.*

30 *Mercatores per contrapoſitionem crediti ad debitum in libris dicuntur facere quandam compenſationem.*

Compenſatio quædam oritur ex contrapoſitione quã faciunt mercatores in libris de credito ad debitum.

Contrapoſitio partitarum in libris mercatorum de credito ad debitum inducit compenſationis exceptionem.

31 *Inſtrumentum dicitur liquidum ſi ſit debitum purum etiam quod contra inſtrumentum de falſo dici poſſit.*

Liquidum inſtrumentum dicitur ſi contineat debitum purum etiam quod contra inſtrumentum de falſo opponi poſſit.

32 *Confeſſio an pro parte acceptari poſſit.*

Diuidi an poſſit confeſſio, & rationis reddita ratio.

33 *Separata capitula, quæ dicantur.*

Capitulum ſeparatum, quando dicatur.

34 *Variato modo, & fine agendi poteſt principaliter in alio iudicio ſuper exceptione diſcuſſa in alio incidenter iterum cognoſci.*

ARGVMENTVM.

De exceptione plenè diſcuſſa in vno iudicio, an in alio iudicio principaliter ad eundem finem, & inter eaſdem perſonas proponi poſſit.

Et de compenſatione reiecta, an cenſeatur in dubio reiecta, quia creditum non ſit uerum, vel quia non probatũ, & quando mandati fines egrediẽdi.

DECISIO III.

DVAE olim vigebant ſocietates, altera in Ciuitate Ferrariæ ſub nomine Domini Alexandri Barducci, & ſociorum cantans, altera vero in Ciuitate Bari in Dominum Ioannem, & ſocios dicens, & ambo inter ſe negocia tractabant, & committebant, computa inuicem de datis, & receptis tenendo.

Contigit, quod de anno 1577. illi Bari dederunt in mandatis Domino Barduccio, & ſocijs de Ferraria, quod emerent quoddam nauile ſub certis limitatis conditionibus tam reſpectu precij, quam participationis.

Empto nauili, & Barim tranſmiſſo, illi de Bari fuerunt ab illis de Ferraria facti debitores pro eorum rata dicti nauilij, in ſcut. 625.

Succeſſiuè cum ijdem de Ferraria eſſent creditores dictorum de Bari in ſumma ſcut. 855. occaſione aliarum negociationum inſimul habitarum, egerunt coram Dominis ſex mercantiæ, & recurſus cõtra dominos de Bari, & Dominum Pigellum Pandolphinum, vnum ex dictis ſocijs de Bari inſtando eos condemnari ad petita.

Qui rei conuenti poſt generales exceptiones negarunt ſe debitores allegando, quod ſi ex computis illorum de Ferraria deducerentur deducenda, & apponerentur apponenda, potius ipſi de Bari reſtabunt creditores, quam debitores.

Tandem Domini ſex, & recurſus condemnarunt reos conuentos ad petita, *con defalcatione però di detta ſomma di ſcu. 855. la valuta di ſcuti 4. 9. 2. d'oro, che tanti hauendo detti Barducci, detti nomi meſſo loro in conto di più, che non doueuano per la loro rata della prouiſione nel conto della ſpeſa, & coſto del nauilio.*

His ſic declaratis, & executis Dom. Pigellus dictis nominibus mouit iudicium coram ordinario contra dominos de Ferraria petendo declarari Dominos de Bari nullum habuiſſe intereſſe, nullamq; participationem in d. Nauili ſtante exceſſu mandati tam reſpectu precij, quam participationis, & alias prout in petitione, & conſequenter inſtando condẽnari illos de Ferraris ad ſoluendum, & reſtituendum omnem, & quamcunque quantitatem pecuniarum, quam & quoquomodo ex cauſis prædictis habuiſſent a Dominis de Bari prout latius in petitione. Petendo ſimiliter in ſubordinatam conditionem ſaltim eos condemnari ad reddendam rationẽ dicti nauilij.

Et offerentibus Dominis de Ferraria ſe paratos ad reddendum computum d. nauilij. Quoad alia in petitione contenta, excipiebant de re iudicata, & de ratificatione, & acceptatione emptionis d. nauilij. Nam quantum attinebat ad rem iudicatam, dicebant id, quod modo per viam principalis petitionis quæritur per illos de Bari per eoſdem fuiſſe incidenter per viam exceptionis ſeu replicationis, aut triplicationis in alio iudicio coram Dominis ſex, & Recurſus deductum allegatum, & plenè diſcuſſum, & ſuper eo iudicatum, merito non poteſt modo iterum ad eundem finem, & inter eaſdem perſonas deduci, & proponi, quia obſtat res iudicata. ita communiter Doct. in l. 1. C. de ord. iud. & in l. qui Romæ. §. duo fratres, de verbor. obligatio. in quinta oppoſit. Bart. in l. ſin autem. §. fin. ff. de neg. geſt. Abb. conſilio 50. lib. 1. Roma. conſilio 410. numero 3. Caſtren. conſi. 308. libro 2. latiſſimè Socin. conſilio 264. & pro concord. Ant. Gabriel. de exception. concluſ. 2.

Hoc autem de quo nunc quæritur, quod fuerit in illo iudicio incidenter deductum, & plenè diſcuſſum, & iudicatum, deducebatur ex reſponſione illorum de Bari data ad petitionem illorum de Ferraria ibi, ſi deducantur deducenda, & apponantur apponenda, quam poſtea clarius explicando dicebant ſe eſſe creditores illorum de

Fer-

Ferraria in ſumma ſcut. 625. in computo currenti.

Et replicantibus dominis de Ferraria, quod dicta ſumma ſcut. 625. extinguebat totidem ſummam illis de Ferraria ibidem occaſione portionis Naulij dictos de Bari tangentis, ijdem de Bari reſpondendo negabant ſe habuiſſe participationem in d. Naulij, ratione dicti exceſſus. Quo non obſtante, Domini ſex, & recurſus pronunciarunt vt ſupra cum dicta defalcatione, adiecta cauſa videlicet. Quia Domini de Ferraria [l'haueuano meſſo in conto di più che non doueuano per la loro rata della prouiſione del coſto di detto Naulio] & ſic in neceſſarium antecedens pronunciarunt ſuper dicta participatione, alias ad quid dicta defalcatio niſi ſubeſſet participatio? Et quomodo quis poteſt concurrere ad ſumptum ſeu expenſas factas in emenda aliqua re, niſi ius habeat in ea & intereſſe.

Et vltra quod verbum ſententiæ id neceſſario, & virtualiter inferant probari, videbatur etiam per ſeptem teſtes fuiſſe in dicto recurſu, & coram dictis Dominis Iudicibus plene tractatum de dicta participatione, & ſuper ea ſic bene cognita, iudicatum, inter quos, & ſi adſit vnus qui fuit Iudex cum
2 alijs in recurſu, alius procurator † & alter calculator, ita quod illis fides non videretur adhibenda, Barto. in l. ne in arbitris. C. de recept. arbitr. gloſſ. & Doct. in l. referre. ff. de iure fiſci, tamen cum dictus Iudex non deponeret circa ea quæ iuſtitiam cauſæ concernunt, ſed circa proceſſum, & de geſtis, & factis coram eo licet non ſcriptis, non videbatur repellendus, vt ſentit Bart. in dicta l. ne in arbitris. Menoc. de arb. iud. lib. 1. quæſt. 73. num. 10. Mil-
3 leſ. in verbo teſtificari. ſicut nec † procurator aut calculator qui depoſito officio deponunt, & ſuper his quæ laudem vel vituperium non concernunt, Bald. conſil. 152. in fine lib. 3. Camp. de teſtib. reg. 621. & 6. fallen. Menoch. de arb. iud. dicta quæſt.
4 73. nume. 30. † Præterquam quod ſi de fide illis aliquid minueretur, ſuppletur per alios idoneos teſtes, Alex. conſi. 56. col. 4. lib. 2. Hipol. ſing. 197. circa medium.

In contrarium pro parte illorum de Bari dicebatur in Iudicio recurſus nedum non fuiſſe tractatum de dicta participatione, ſed ne quidem potuiſſe ſtante petitione Barducciorum de ſcut. 85. aliunde quàm ex cauſa Naulij prouenientibus, & de-
5 bitis, quia † extra petita iudicaſſent, vulga. l. vt fundus. ff. com. diuid.

Et rimando totum proceſſum coram recurſu fa-
6 ctum (ſic enim † probatur negatiua in ſimilibus caſibus l. fina. & ibi Barto. C. de reb. cred. Decius conſil. 424. nume. 19.) nullibi reperiebatur de hac participatione expreſſum vel dictum, vnde cum neque in ſententia neque in actis, ad quæ ſententia referri poſſit, de dicta participatione verbum vllum legatur, merito dein nullam extare rem iudicatam arguebatur.

7 Sententia † enim ſtricti iuris eſt, tantum inferens quantum verba ſonant, l. ſi quis à libertis. §. ſimul pareos. ff. de lib. agnoſcen. & regulatur ſecundum naturam contractuum, in quibus omiſſum pro omiſſo habetur, l. quicquid aſtringendæ, de verb. obl. Bal. in l. 1. in prin. C. de ſent.

At cum in d. ſententia ſit pronunciatum ſuper ſumma petita cum defalcatione antedicta, & nihil ſit dictum de participatione, non poteſt dici inde ius aliquod quæſitum ſuper participatione, non minus quàm ſi petitis alimentis à filio, & patre negante eum eſſe filium, & receptis ſummatim probationibus pronuncietur fore alendum, poterit nihilominus pater mouere quæſtionem ſuper filiatione, non obſtante ſententia alimentorum, quia pronunciatum fuit ali debere, non autem illum eſſe filium, de quo verbum nullum in ſententia. l. 2. vbi gloſ. in verb. filium. C. quorum bonor. Natt. in conſil. 473. col. 2.

Quod magis veriſimile reddebatur, quia cum illi de Bari per modum compenſationis debuiſſent excludere intentionem agentium, & participationem negare, id ex forma ſtatuti in ſcriptis fuiſſet
8 deducendum, † quia compenſatio dicitur reconuentio. l. amplius, & ibi Bar. ff. rem rat. hab. l. neque. C. de compenſation. Alex. conſil. 225. num. 12. lib. 6. & conſil. 12. num. 15. lib. 2. Guid. Pap. conſil. 208. & 120. Reconuentio autem debet fieri in ſcriptis, quod hic factum non legitur, ſi quicquid dicti teſtes depoſuerint, quibus non eſſe credendum, allegabant in probatione actorum iudicialium qui
9 † ſcripturam requirunt, & per teſtes non probantur. l. ne in arbitris, vbi Barto. C. de recept. arbitr. Alex. conſi. 74. num. 9. lib. 5. & tanto magis, debebant in ſcriptis hæc redigi pro parte illorum de Bari, quia elegerant viam excipiendi in ſcriptis, & non poterant poſtea in voce replicare, cum ſtatuto caueatur aut ſcriptis, aut voce id agendum: electa igitur via in ſcriptis non dabatur regreſſus ad vocẽ
10 obſtante diſiunctiua, † quæ impedit cõcurſum. Iaſ. in l. 1. in 8. limit. C. de verb. ſignific.

Et cum in recurſu attendantur ſolum in petitione contenta, excluſa prorſus qualibet alterius cauſæ prorogatione, quæ in dicta petitione contineatur, non mirum ſi in ſententia de participatione nil dictum ſit, aut expreſſum; & eſt credendum quod Domini Iudices recurſus electi ad vnam cauſam, vel vnum articulum, non ſe dilatarint in aliũ, ſed intra limites ſuæ iuriſdictionis ſe continuerint, & dato quod de compenſatione crediti illorum de Bari fuerit exceptum, & de participatione Naulij replicatum, adhuc dicebatur poſſe in alio iudicio principaliter deduci; quia quo ad compenſatio-
11 nem † reiecta, in dubio præſumitur reiecta, quia creditum non liquidum, & ideo poſſet denuo in alio iudicio principaliter proponi. Soz. conſi. 264. num. 11. Bal. in l. Iulianus verum debitorem, num. 3. de cond. indeb. & maximè ſi exceptio diſcuſſa in vno iud. refricetur in alio principaliter ad aliud finem, vt hic, vbi nunc agitur de participatione, ad finem diſſoluendæ ſocietatis, & in alio fuit actũ ad emendationem computorum: Nam poteſt ſtare exceptio de per ſe, & non contrariari ſententiæ, & ideo poteſt in alio iudicio principaliter deduci per viam principalis petitionis, vt

egregie declarat Baldus dicto conſilio 264. columna penultima.

Et iſta erant in ſumma, quæ hinc inde in maximo allegationum inuolucro deducebantur circa ſententiam iudicatam, in qua diutius fuit immorandum; quia eſt exceptio præiudicialis ad cognitionem meritorum, cum ponat perpetuum ſilentium, circa quæ merita actores valdè fundabant eorum intentionem in exceſſu mandati tam reſpectu pretij cũ plus fuerit impenſum in Nauilio, quam datum in mandatis, quàm etiam reſpectu ratæ participandæ in dicto Nauilio, & alterationis numeri ſociorum; intendebant enim actores eſſe participes in tertia parte, non autem in quarta ſibi aſſignata; & quod alij non imperatent dicto Nauilio in partibus Apuliæ prætêrquam ipſi, quod non ſequeretur, ſi alij
12 conſocij adiecti eſſent, qui † fines mandati cum non fuerint ſeruati, quicquid inde geſtum ſit in præiudicium conſtituentium, non valet, vulg. l. diligenter. ff. mandati, & c. prudentiam, & ibi Doct. in §. illa, de offic. deleg.

Verum, & his multis modis reſpondebant illi de Ferraria: nam, quoad exceſſum præcij dicebant, id non eſſe attendendum ſtante eius modicitate, videlicet ſcutor. 25. in ſumma 600. ſcutor. cum exceſſus in magna quantitate eſſe debeat, d. l. diligenter, ibi, atque Titianum emeris longè maioris præcij, &c.

Præterea pro exceſſu datur actio firma remanente expenſa iuxta formam mandati: l. præterea, cum l. ſeq. vbi glo. Bar. Bal. & alij, ff. mand.

Quo vero ad prætenſum exceſſum in rata dicebant, quod licet pro tertia participare debuiſſent, tamen attenta capacitate Nauilij maioris formæ, quàm crediderint, illa quarta pars correſpondet tertiæ, vnde non debet dici exceſſum cum idem lucrũ
13 inde percipiatur, quod in tertia parte, & ſic † cum non præiudicet talis exceſſus in vtilitate, non nocet etiam mandatarijs, quin dominus obligetur, d. l. præterea, in prin. cum l. ſeq. vbi notanter Bart.
14 Prodeſſe † enim, non autem nocere dicitur, id quod melius ſit quam oportuit. Alex. conſi. 218. nu. 16. lib. 6. poſt Anto. de Butr. qui citat dictam l. dili-
15 genter, † quia faciendo conditionem mandantis meliorem, licitè tranſgredi poteſt. Caſtrenſ. conſil. 240. in princ. lib. 1.

In quantum vero ad exceſſum reſpectu ſociorũ adiectorum replicabant omnes eſſe in eadem naui, cum & ipſi de Bari ad eorum portionem vocabant quoſdam de Bergomo; & ideo idem licebat iſtis de Ferraria, vt eſſent paris conditionis. Vltra, quod nullum intereſſe partis in hoc verſari videbatur, quia ſocius meus ſocij mei ſocius non eſt.

Et in omnem euentum concludebant iſti de Ferraria geſta per eos fore ratificata per illos de Bari tam litteris, quam facto per receptionem Nauilij, & illi imperando, & tanquam de re propria taliter diſponendo de eo, quod niſi fuiſſent participes, diſponere eo modo non potuiſſent, & extra nomen ſocietatis explicari non potuiſſet, [illegible?] Soz. conſi. 87. num. 12. lib. 1. facto enim ipſo præter ſcientiam, & taciturnitatem declararunt illi de Bari ſe ratum habere
16 prætenſum exceſſum; merito † mandatarij non ſunt relinquendi in damno. l. ſi mandaſſem. l. ex mãdato. l. inter cautas § non omnes. ff. mandati, Alexan. conſ. 52. num. 1. lib. 6.
17 Et † ratificatio mediante facto potentior reputatur, quàm ſi verbis fiat, vel ſaltem eque potens. l. de quibus, de leg. l. Paulus, rem rat. habe. & ad propoſitum facit deciſio Rotæ 13. de conceſſ. præben. in nouiſ.

Quod procurator conſtitutus ad acceptandum beneficium certi valoris acceptando minoris Domino ſciente, & fructus percipiente, dicitur talis acceptatio ratificata.

Ab huiuſmodi prætenſa ratificatione illi de Bari ſe defendebant, quod eo tempore recepti Nauilij non habuerant adhuc literas, nec computum dictæ emptionis, ſed paulo poſt, & tunc cœperunt proteſtari de exceſſu, & ſic dicebant non potuiſſe ratum habere, quod ignorabant cum animus noſter non feratur ad incognita, & non eſt ferendus, de tranſactio. iſta exceptio conſiſtebat in die, & quaſi in puncto temporis receptarum literarum, & pendere videbatur, vt dicitur *dall'arrivo del Procaccio, & dal giorno ſolito di ricevere per l'ordinario le lettere di Ferrara*. Nam ſi illi de Bari recepiſſent literas antequam de Nauilio diſponerent, vtique res videretur clara eos ratificaſſe dictam emptionem cum inde ſecutis, nam imperare præfecto Nauis, & omiſſa exoneratione mercium, aliàs traijeiat ad alium locum, id nõ eſt iuris dominorum ipſarum mercium; ſed domini nauilij, & ſic de ratificatione parum foret dubitandum.

Sed data non conceſſa, dicta ignorantia tempore quo illi de Bari imperarint dicto nauilio, replicabant verſus iidem de Ferraria non eſſe ſublatam ratificationem, quę nedum ſcripto verbis, & facto fit,
18 vt dictum eſt, † ſed etiam ex non facto inducitur, Grauet. conſil. 91. nume. 10. & in reſponſo pro Rep. Sauili, nume. 62. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. num. 125.

Dicebant enim ſi poſt receptas literas, & rationes, & poſt factum præceptum præfecto dicti nauilij, de alijs mercibus alio tranſuehendis, diſplicebat emptio, & exceſſus, quare præceptum non reuocarunt re integra, nauis enim adhuc ſtabat ad fauces Portus Baritani, & poterat intimari præfecto ne ſeruaret mandata, merito, &c.

Hæc & alia pleraque tam exceſſum, quam ratificationem concernentia, copiosè allegabantur ſuper quibus non fuit aliquid determinandum, quia per Dominos fuit animaduerſum, & votatum obſtare dictis Actoribus exceptionem rei iudicatę, & ideo dixerunt bene iudicatum per Dominum Iudicem a quo pro Dominis de Ferraria, & malè appellatum per illos de Bari, & partes ab expenſis abſoluerunt propter probabilia dubia iuris ſatis controuerſa, vt in locis vulgaribus.

Nam & ſi non expreſſe, neque verbis expreſſis in ſniã recurſus dicatur illos de Bari participationem habere in dicto nauili, id tamen declaratur virtualiter,

Digitized by Google

tualiter, & verbis participationem ipſam neceſſario importantibus.

Mandatur enim deduci de ſumma petita per illos de Ferraria ex diuerſa cauſa ſibi debita ſcuto. 4. 9. 2. & adiecta cauſa videlicet, *perche tanti haueuano detti di Ferrara, detti nomi meſſo in conto di più a detti di Bari, che non doueuano, per la loro rata della prouiſione nel conto delle ſpeſe, & coſto del Nauilio.*

Deductio autem iſta tendit in diminutionem crediti dictorum de Ferraria, & cedit in vtilitatem, & commodum dictorum de Bari, qui erant grauati de dicta ſumma ſcutorum 4. 9. 2. in computo expenſarum dicti Nauilij per illos de Bari reddito cum pluſquam pro eorum rata tangente, & magis quàm tenerentur in dicto computo eſſent constituti debitores. Illa enim dictio plus comparatiuum ſapit ſignificatione ſaltem ſi non voce, & præſupponit ſi non in tanta, ſaltem in minore ſumma debitum: emendatio igitur prouiſionis ſupponit participationem. vnde neceſſario dicendum erat iſtos de Bari fore participes in dicto Nauili, & ſuper ea participatione cognitum, & iudicatum fuiſſe, cum eorum intuitu occaſione expenſarum factarum in dicto Nauili fuerit facta reformatio expenſarum, Aliàs non potuiſſet ſtare veritas huius ſententiæ ſi ad fauorem dominorum de Bari veniſſet ferenda, quin contrarietor primæ, quia iſti de Bari conſequerentur integrum eorum creditum, & illi de Ferraria diminutum in illis ſcut. 4. 9. 2. quæ quidem ſumma ſcutorum. 4. 9. 2. euaneſceret, & ſtaret ſine ſubiecto alicuius cuius fauore defalcata dici potuiſſet, & quaſi idem fuiſſet creditor, & debitor & ſibi ipſi illi de Ferraria compenſaſſent, quod non eſt dicendum.

Verba igitur, & virtus dictæ ſententiæ declaratam participationem Nauilij neceſſario inferunt, & ita credidimus iudicatum per dictos Dominos ſex & recurſum, quibus facile erat (ſi aliter ſenſiſſent moderare computum expenſarum dicti Nauilij, & vbi aſcendebat ad ſcu. 60. reducere ad ſummã ſcut. 56. cum reſeruatione de qua in eorum ſententia) abſque eo, quod mandarent defalcari de alia ſumma ex alia cauſa illis de Ferraria debita.

Cedendo igitur dicta deductio in damnum eorum, & in commodum dictorum de Bari, qui in pluſquam fas eſſet, erant prægrauati, neceſſario ſequitur deciſum, inter eos extare participationem Nauilij de qua non potuit iterum in alio iudicio refricari, quia deſtrueretur declaratio participationis per viam duplicationis negatiuè oppoſite, & reiectæ, quia non veræ vna cum exceptione compenſationis pariter pro parte eorundem de Bari per viam exceptionis propoſitæ, & ſimiliter vti non veræ, non admiſſa, de quibus, quod fuerit plene diſcuſſum in illo iudicio recurſus, & teſtes, & hiſce ipſorummet de Bari ſub die 29. Ianuarij 1579. & verba, ac virtus dictæ ſententiæ clariſſime demonſtrant.

Nec obſtat, quod ſententia, & res iudicata ſit ſtricti iuris, tantum inferens quantum verba ſonant.

Quia ſatis videbatur expeditum ex traditioni-
19 bus maiorum, quod † iudicatum dici debeat nedum, quod expreſſe in ſententia legitur, verum etiam, quod ex iuris diſpoſitione ex præſumptione neceſſario iudicatum intelligitur, cum paria ſint quid eſſe expræſſum in ſententia, vel neceſſario præſupponi, vel ſubintelligi, vt in deciſ. Pedemon. 64. nume. 3. Vnde condemnatus ad reddendam rationem, dicitur etiam condemnatus virtualiter ad ſoluendum reliqua, ſine quorum reſtitutione ratio reddita dici non poſſet, l. cum ſeruus, de condit. & demon. Afflict. deciſ. 157.

Et ex forma ſtatuti ſi inſtrumentum habet exe-
20 cutionem paratam, † ita exequetur in tacite comprehenſis in eo ex præſumptione iuris, quemadmodum in expreſſis. Alexand. in l. iuriſgentium. § ſere, in fi. ff. de pact. Fely. in cap. tranſmiſſa, colum. 2. de conſtitut. licet Deci. ibi contrarium ſenſerit, communis tamen opin. eſt in contrarium, vt ibi per eum.

21 Nonnunquam enim † extenditur extenſio, quæ venit ad ſententiam per modum antecedentis, ſeu conſequentis neceſſarij; & ideo ſi Iudex declarat aliquem prodigum, cenſetur eidem interdicere ſuorum bonorum adminiſtrationem ſecun-
22 dum Bald. in l. 1. ff. de curatore furio. † Quemadmodum etiam ſi condemnet quempiam ad mihi reſtituendum rem in iudicio rei vendicationis, in neceſſarium antecedens declarat me Dominum. Caſtreo. conſilio 232. libro 1. Aretin. conſilio 156. Soz. conſilio 134. libro primo. Crauet. de antiquitate temporum in 4. parte, in princip. numero 66.
23 qui etiam in conſilio 79. numero 4. † dicit quod Iudex declarans aliquem debitorem alicuius, videtur condemnare eum ad ſoluendum. ſequitur Ruy. conſilio 12. numero 5. 6. libro 4. & ſubdit Aym.
42 dicto conſilio 79. idem eſſe † in declaratione facta de bonis fore hypothecatis.

Nam per neceſſarium conſequens videtur Iudex condemnare Reum ad eorum reſtitutionem
25 non minus, † quam ſi declaretur in ſententia Titium furtum commiſiſſe, quia videtur eum condemnare ad pœnam pro furto a ſtatuto impoſitam cum pleriſque alijs ſimilibus, de quibus per Euerardũ, in ſua centuria, argumen. cap. 95. a conceſſo conſequentis.

Cum itaque tacitè etiam pronuncietur ſuper
26 † exceptionibus, Fely. in capitu. ſuborta, numero 4. de re iudic. poſt Cyn. in l. peremptorias, C. ſenten. reſcind. non po. & in terminis compenſationis, Sozi. conſilio 264. numero 16. verſiculo primo, raſu, lib. 2. & ſatis ſuperque conſtiterit de compenſationis exceptione, & de duplicatione participationis plenè diſcuſſum, & tacitè pronunciatum, non mirum ſi eum per viam principalis petitionis in alio iudicio ad eundem finem, & inter eaſdem perſonas eædem proponerentur, diximus ob-
27 ſtare † exceptionem rei iudicatæ, ſequentes communes Doctorum traditiones de quibus per Bartu. & Dec. in l. 1. C. de ordi. iudi. & in l. qui Romæ. § duo

ſtarres de verb.oblig.& in l.ſin autem.§.ſi.ff.de nego.geſto.& in l.quod iudicem.§.ſi rationem.ff.de compenſationibus.Abb.conſi.50.lib.1.Caſtren.conſil.308.lib.2.Egregiè Soz.d.conſi.264.& alibi ſæpius Docto.vt per Anto.Gabriel.de excep.concluſ.2.& per Contard.in l.1.§.6.in 2.limitat.C.de momentan.poſſeſſ.

Nec obſtat, quod dicebatur in alio iudicio de rata nauilij fore cognitum ad effectum tantum emendationis prouiſionum, & ſic non ideo eſſe præcluſã viam agendi principaliter ad alium finem, videlicet diſſoluendæ ſocietatis ex traditis per Sozin.d.conſil.264.& quoad hoc, vt ſententia lata ſuper principali præiudicet ſuper exceptione,& incidẽti ita, vt nõ poſſit amplius refricari in alio iudicio,quaſi deper-
28 dita exceptione pereat quoque actio, tria † requiruntur ſecundum Doctrinam Magiſtralem Caſtrẽ.in l ſi autem.§.quomodocunque,nume.2.poſt Bar.ibi.ff.de nego.geſt.videlicet ꝙ de incidẽti ſit plenè cognitum, quod exceptio incidens ſit expreſsè reprobata,& quod reprobatio fiat ex eo, quod allegata non eſſent vera,& non ſubſiſterent. Quæ omnia, vel ſaltem pro maiori parte videntur deſiderari in il-
29 lo iudicio,& ſententia inde ſecuta. † Quinimo præſumitur de iure ꝙ dicta exceptio compenſationis in dubio potius ſit reiecta, quia non probatur creditũ liquidum,quàm non verum,ſecundum Bart.in l.Iulianus verum debitorem,nume.3.ff.de cond.indeb. Soz.conſ.90.num.4.lib.1.col.1.in fi.Et præſertim, quia prætenſum creditum illorum de Bari compenſari petitum per viam exceptionis reddebatur obſcurum,& illiquidum per replicationẽ aduerſariorũ quaſi non eſſet creditũ,quia erat facta ſolutio nauilij pro parte illorum de Bari tangente, prout in computis exhibitis per viam crediti, & debiti mo-
30 re mercatorum † quaſi per deſcriptionem crediti ex aduerſo ad debitum in libris mercatorum operetur, quod opponi poſſit compenſatio de tali debito ad creditum ex his,quæ habentur per Alexan.conſ.85.lib.3.poſt Imol.in l.1.de ſolutio.& in l.cum ex pluribus,eod.titu.& veluti capitula annexa non poſſit vnum acceptari ſine altero.

Quia (repetita facti ſerie, & non negari ſic ſe habentis,videlicet illi de Ferraria petierant ab illis de Bari ſcuta 855. ex cauſa mercium eiſdem de Bari tranſmiſſarum, excipiebant ijdem de Bari de compenſatione ſcut.615. in quibus erant creditores dictorum de Ferraria in conto correnti, Replicabant hi de Ferraria non eſſe locum compenſationi cum d.ſcut.855, ſed quod dicta ſumma ſcuto.625. eſſet ponenda in extinctionem portionis Nauilij dictos de Bari tangentis, qui ad elidendam intentionem dictorum de Ferraria duplicabant ſe nullam habere participationem in dicto Nauili propter exceſſum mandati.) Quibus ſic ſtantibus Reſpondetur ex eadem doctrina Caſtren.in d.§.ſi quomodocunque,quod vbicunque id, quod de nouo principaliter deducitur,eſt tale, quid quod non poſſit per ſe ſtare quin contrarietur ſententiæ,tunc non requiritur illa expreſſa reprobatio, ſed quod modo principaliter petebatur videlicet declaratio non participationis de directo aduerſatur deciſis in alio iudicio,vt ſupra deductum eſt,merito &c.

Præterea doctrina Bar.& Caſtren.in d.§.ſi quomodocunque, non videtur rectè expendi ad rem iſtam,quia in hoc iudicio non fuit principaliter petitum id, quod tunc in alio iudicio per viam compenſationis fuerat deductum, petitur enim hic declarari, quod in Nauilio participes non fuerint,hoc autem non fuit in alio iudicio per viam compenſationis oppoſitum. Quod ex alio etiam oſtenditur dictam doctrinam Bar.& Caſt.non procedere in caſu iſto,quia ibi loquuntur, quando exceptio compenſationis reiecta ſit, quia debitum compenſari petitum non ſit liquidum, quod non cadit in caſu iſto, vbi non negabatur, quod Domini de Bari eſſent creditores dictorum ſcutorum.625. nec ideo reddebatur illiquidum ex eo, quod illi de Ferraria ex aduerſo deſcripſiſſent eoſdem debitores pro rata impenſæ Nauilij,quia ſtante iſto ſimul,quod creditum ſit liquidum, & quod contra eum poſſit op-
31 poni aliqua exceptio, patet, † quia inſtrumentum dicitur liquidum ſi ſit debitum purum etiam, quod contra inſtrumentum poſſit dici de falſitate,vel de ſolutione.Rurſus præſumptiones iuris faciunt rem liquidam, & tamen probatio contraria admittitur, vt egregiè declarat Coro.conſil.235.nume.6.lib.3.& per totum,vnde conſtat,quod dictum Barto.& Caſtren.reſpectu exceptionis principaliter oppoſitæ non procedit.

Prout nec etiam adaptabitur ad duplicationem reſpectu participationis Nauilij, quę modo per viã principalis petitionis deducebatur,nam nec dictum nec dicti ratio congruit ad duplicata, quia quoad dictum loquitur,quando fuit oppoſita exceptio cõpenſationis debiti,hic autem ſumus,quando ſit oppoſita negatiua participationis Nauilij, quod eſt diuerſum a compenſatione,immo deſtructiuum intentionis compenſationis replicatæ per illos de Ferraria, & quoad rationem ſimiliter non facit, quia Bar.& Caſtren.loquuntur,& mouentur ex eo, quod debitum eſſet illiquidum, & ſic quod exceptio eſſet compatibilis cum ſententia: at hic exceptio ſeu duplicatio illorum de Bari eſſet incompatibilis cum ſententia in qua vt dictũ eſt tam expreſſe, quam tacitè,in neceſſariam conſequentiam fuit pronunciatum cum plena diſcuſſione participationem adeſſe, nec aliter verum eſſe poterat, quod in alia ſententia continebatur, quam ſi falſa eſſet duplicatio prædicta.

Et doctrina Imol.relata ab Alex.d.conſil.85.nedum non facit pro illis de Bari, ſed potius videtur fundare intentionem aduerſariorum. Inquit enim Imol.quod per illam deſcriptionem, quam faciunt mercatores,non fit compenſatio, ſed vterque remanet debitor,& creditor de ſumma in eius creditum, vel debitum deſcripta,& quod eſt in facultate debitoris in quam cauſam velit compenſare,& cedere ſolutum, non autem creditoris. Erant igitur illi de Ferraria creditores de ſcutis 855. ex ſuo computo currenti,occaſione mercium tranſmiſſarum,& hoc non erat dubium. Erant etiam creditores illorum

de

de Bari in ſumma ſcutorum 625. ex cauſa Nauilij empti, & hoc erat controuerſum. Erant etiam ex aduerſo illi de Bari creditores in ſumma ſcutorũ 625. ex computo currenti, & de hoc non erat dubiũ aliquod, & hæc erat illa ſumma, quæ erat compenſanda aut cum credito ſcutorum 855. cum illis de Ferraria, aut cum credito ſcutorum 625. ex cauſa nauilij, & cum circa hoc partes diſſentirent ſatagentibus illis de Bari compenſare cum debito ſcuto. 855 pro concurrenti quantitate, & negantibus illis de Ferraria, ſed ad computum nauilij ponenda prætendentibus, tandem re in iudicium deducta, & plenè diſcuſſa, fuit admiſſa tantum compenſatio pro dictis ſcutis 492. cum credito ſcut. 855. & in reliquo fuit reiecta, quia viſum fuit vt in reliquo facta fuerit cõpẽſatio ex cauſa nauilij, & pro concurrenti quantitate vnũ creditum aliud abſorbuiſſe, & nõ pro vniuerſa ſũma deſcripta in debito illorũ de Bari, ſed pro rata tantum, quæ dictis Dominis Iudicibus iuſta viſa fuit, & quæ verè ad illos de Bari pro eorum rata contingebat, cum dempſerint ſcut. 492 quæ excedebant verum debitũ, ita, quod manifeſte apparuit dictos Dominos iudices non fuiſſe eius intentionis (vt ex aduerſo prætenditur) quod voluerint ſuperſedere in admittenda compenſatione vniuerſæ ſummæ ſcut. 625 eo, quia eam haberent pro non liquida propter contrapoſitionem factam in computis redditis per illos de Ferraria, & quod non voluerint cognoſcere, quia eadem difficultas inerat in dictis ſcut. 492. quę in reliqua ſumma, & ſicut in hoc non fuit imminuta liquidatio crediti illorum de Bari ex contrapo
32 ſitione, ita nec in reliquo, † quicquid ex aduerſo dictum ſit de non diuidenda confeſſione, & vnitate rationis. Nam cum eſſemus in factis penitus ſeparatis a principio, & quorum vnum ab alio non pendet, & vnum poteſt eſſe verũ, vt ponit, & aliud falſum, quo caſu ex vno nõ infertur ad veritatẽ alterius ex neceſſitate, vt in libris mercatorũ tradit Rip in l. admonẽdi nu. 124. de iur. & põt vnum acceptari pro ſe faciẽs,
33 & alterum reijci ad Natt. conſ. 365. † vbi pro declaratione, quæ dicantur ſeparata capitula, & diuiſibilia poſt Bart. in l. Aurelius, §. idem quæſiuit, de lib. leg.

Et ex his ſtante plenaria diſcuſſione cum aſſignatione termini ad probandum ſuper incidenter deductis iam per viam exceptionis compenſationis debiti liquidi, & non negati per aduerſarios, & ſententia Dominorum ſex, & recurſus ſubinde emanata, diximus obſtare rem iudicatam, neque potuiſſe incidenter excepta, & replicata in alio iudicio, potuiſſe principaliter in hoc intentari, cum per primã ſententiam, vt ſupra latam, ſit paratum irreparabile præiudicium exceptioni, & actioni ad Fely. in cap. Sublata, num. 3. & 4. de re iud. Mayne. in l. res iudicata, nume. 12. ff. de reg. iur. Sozin. & Anto. Gabr. vbi ſupra.

Supereſt, vt euacuetur id in quo excelleñs D. Aduocatus ex aduerſo magnam vim faciebat, idque pro deciſione in pũcto pro illis de Bari allegabatur, videlicet deciſio Soz. d. conſ. 264. col. pen. verſ. 2. vero caſu prin. Vbi is, qui in plenario iudicio incidẽter oppoſita exceptione ſimulationis donationis de qua ibi ad effectum euitandi rei traditionem ſuccubuit, non prohibetur eandem ſimulationis nullitatẽ proponere per viam principalis petitionis in alio iudicio ad alium finem ſe eximendi ab onere, & obligatione euictionis, & tamen vt dicebat Dom. Aduocatus rei traditio, & euictio confunduntur, & vna aliam tollit, l. habere licere, ff. de euictio. Et nihilominus diuerſus finis dicitur licet intentione finali idem importet ita vt idem dicẽdum eſſet in caſu iſto vt non obſtante ſententia Dominorum ſex, & recurſus ſuper emendatione prouiſionum lata, poſſit iterum principaliter agi in alio iudicio ad diſſolutionem ſocietatis.

Sed reſpondetur tantum abeſſe, vt illa determinatio facta per Sozin. dicatur contra caſum noſtrum, vt potius corroboret, quam improbet hanc noſtrã ſententiam. Vult enim Sozin. quod donator illi qui ad traditionem rei conuentus, & de ſimulatione contractus excipiens ſuccubuit, & rem tradidit, poſſit non obſtãte, quod ſit in illo iudicio plene de ſimulatione diſcuſſum, in alio iudicio eandem exceptionem ſimulationis per viam principalis actionis experiri ad effectum, non vt traditionem retractet, ſed ad alium finem, vt ab euictione eminente ſe liberet, & ſic † variato modo, & fine agendi licere ite
34 rum agere non obſtante re iudicata ſecundum Bal. in dicta l. ſi autem, §. quomodocunque, de neg. geſt. per l. vendicantem, & l. ſequ. de euictio. Et ita tenent et Pet. & Albe in l. pen. ff. de his, qui ſũt ſui vel alieni iur. Caſtren. in l. j. C. de ord iud. Abb. in cap. cum dilectus, colum. 10. de ord. cognit. Quod ſi ageretur ad eundem finem, vtique Soz. ibi non negat obſtare rẽ iudicatam.

At hic ſumus in exceptione, & duplicatione diſcuſſa, & reprobata, & ad vnum, & eundem finem iterum principaliter propoſita ita, quod non poſſit ſtare veritas primæ ſententię, quin cõtrarietur huic exceptioni, vt dictum eſt, merito &c. Et hoc patet ad literam nedum ad ſenſum, nam principaliter, & expreſſe fuit de nouo petitum declarari illos de Bari nullam habuiſſe nec habere participationem in dicto nauilij cum ſequentibus, vt in libello, quod tamen fuit deciſum in alio iudicio, merito tãquam incompatibilis petitio cum alia ſententia fuit non admittẽda, nil refragante conſiderata confuſione traditionis, & euictionis, quia illud procedit in perſona emptoris, vt in terminis d. l. habere licere, ſecus vero reſpectu venditoris, & donatoris, qui conuentus ad rem tradendam, & tradat, non ideo liberatur ab actione de euictione, ita quòd traditio euictionẽ non tollat iuribus vulg.

Condemnauimus autem illos de Ferraria ad reddendam rationem geſtorum per eos circa dictum nauilium iuxta petita per ſubordinatam conditionem, & per eoſdem reddere oblatam, quia certi, & vulgaris iuris eſt quemlibet adminiſtratorem teneri reddere rationem ſuæ villicationis, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Subſtitutio compendioſa dicitur facta ex verbis communibus a pagano cum dictione tractum temporis inferen-*

ſerente.
2 *Subſtitutio compendioſa continet vulgarem.*
3 *Subſtitutio vulgaris duo capita continet, & voluntatis & impotentiæ.*
4 *Subſtitutio vulgaris tacita potentior eſt iure accreſcendi.*
5 *Hæreditas in teſtamento directè data, an in codicillis adimatur.*
6 *Subſtitutio in codicillis nec datur, nec adimitur.*
7 *Portionis verbum, pro virili rata accipitur.*
8 *Legitima hæreditas, & portio legitima quæ dicatur.*
9 *Declaratio in codicillis fieri poteſt.*
10 *Teſtamentum poteſt ſumere vires à vulgari ſubſtitutione.*
11 *Bart. opinio in l. militis teſtamento. ff. de mili teſtam. reprobatur.*
12 *Codicilli, quando fauore liberorum tollant primum perfectum teſtamentum.*
13 *Teſtamentum ſecundum quantumcunque perfectum inæqualiter tractans filios, non tollit primum.*
14 *Teſtator poteſt facere, quod primum teſtamentum tranſeat in fideicommiſſum.*
15 *Fideicommiſſum poteſt iniungi in codicillis.*
16 *Ius accreſcendi non procedit, vbi diuerſo iure ſucceditur.*
17 *Ademptio legati ex falſa cauſa non tenet.*
18 *Proemialia verba denotant cauſam finalem.*
19 *Proemium diſpoſitionem regit, ſicut anima corpus.*
20 *Dictio propter ea, & dictio ideo finalē cauſam denotat.*
21 *Falſa cauſa vitiat diſpoſitionem.*
22 *Inſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat inſtitutio.*
23 *Errans in filiatione, conſanguinitate nil agit.*
24 *Dos an in legitima imputanda.*
25 *In legitima, quæ veniunt imputanda.*
26 *Subſtitutio an caducetur per mortem inſtituti hæredis viuo teſtatore defuncti.*
27 *Codicillis directè inter liberos ſubſtitui poteſt.*
28 *Declaratio fieri poteſt in codicillis.*
29 *Subſtitutionis ius potentius eſt iure accreſcendi.*
30 *Subſtitutio facta in teſtamento poteſt in codicillis declarari.*
31 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio indicatur per verba ſi ſine liberis, & per verbum poſt mortem, num. 32.*
33 *Ordo ſucceſſiuus deſignatus arguit fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*
34 *Codicilli, quod non ſint vltima voluntas, vt teſtamētum ex opinione Aymo.*
35 *Codicilli dicuntur famuli, & ancillæ teſtamenti, & minoris potentiæ.*
36 *Conditio adiecta inſtitutioni in teſtamento, non poteſt per codicillos remoueri.*
37 *Subſtitutio pupillaris in teſtamento facta, non poteſt in Codicillis amoueri.*
38 *Subſtitutio compendioſa vulgarem non continet, quando conſtat de mente teſtatoris.*
39 *Declaratio voluntatis non ſumitur ex diſpoſitione ex interuallo longè poſtea facta, & celebrata.*
40 *Declaratio dubiæ voluntatis qualiter ex interuallo temporis ſumatur.*
41 *Subſtitutionum plurium prouiſione, facilius teſtamenta confirmantur.*
42 *Subſtitutio facta in vno capite extēditur etiam ad aliud ſimile.*

ARGVMENTVM.

Hæreditas data in teſtamento, an & quandò in Codicillis adimi poſſit. Et an, & quādo admittatur declaratio contentorum in teſtamēto in Codicillis ſumenda.

DECISIO IIII.

BENEDICTVS de Cocont-bus condito cum quo deceſſit, teſtamento inſtitutiſque ſibi hæredibus D. Nannina, & D. Eliſabet eius filiabus, eas inuicem ſubſtituit, ſi ſine filijs decederent, ſi vero cum filijs maſculis cum fœminis ſubſtituit illis earum filios maſculos primo loco, & his ceſſantibus fœminas.

Idem teſtator poſtea codicillando inter alia diſpoſuit, quod ex quo dicta D. Nannina eius filia erat præmortua relictis poſt ſe D. Lucreria, & Laura, & Clementia eius filiabus, & neptibus reſpectiuè, voluit dd. ſuas neptes de ſua hæreditate conſequi tantum poſſe legitimam portionem, quam d. earum mater ſi vixiſſet habere potuiſſet, in qua legitima mandauit computari dotem Do. Nanninæ matris, reſiduum vero totius hæreditatis mediante teſtamēto prædicto, ac propter prædecedentiam D. Nanninæ voluit pertinere, & accreſcere alteri eius filiæ cohæredi in teſtamento inſtitutæ. Quibus ſic ſtantibus, & orta controuerſia inter d. Do. Eliſabet & dd. filias Do. Nanninæ ſuper d. hæreditate, & occaſione dictorum Codicillorum, dubitabatur de portione harum neptum, an eſſet dimidia totius hæreditatis prout dimidiam eſſe prætendebant? An vero legitima tantum iure naturæ Dominę Nanninæ earum matri debita, iuxta intentionem D. Eliſabet earum matertetæ.

Et pro neptibus Actricibus faciebat, quod certi
1 iuris erat eas verſari † in ſubſtitutione compendioſa per verba communia à Pagano facta, cum dictione ſignificante tractum temporis ſi ſine liberis, vel cū liberis, &c. Rip. poſt Barto. in l. centurio, nume. 147. & 187 de vulga. & pupill. Bart. num. 47. Iaſ. numero
2 62. Quæ † quidem compendioſa continet vulgarem ſecundum opinionem Cyn. in l. precibus in materia pup. ſubſt. quęſtio. 4. C. de impub. & alijs ſub. quā magis communem eſſe teſtatur allegando concord. Vaſqu. de ſucceſſio. progr. libro 2 §. 18. de compenſ. ſubſt. in princ. Natta conſi. 247.
3 Vulgaris autem † compræhendit, & voluntatis, & impotentiæ caput, l. cum proponas cum ibi not. C. de hæred. inſtit. Barto. in l. j. col. 3. de vulga. & pupil. & intelligitur impotentia ſiue decedat inſtitutus ante mortem teſtatoris, ſiue poſt l. 3. de adime. leg. Ruy. conſilio 85. num. j. lib. 3. Ergo non obſtante

te

te morte d. Do. Nanninę viuo teſtatore, fuit aperta via neptibus ſubſtitutis ad excluſionem iuris accre-
4 ſcendi cohæredi † tum ſubſtitutio vulgaris etiam tacita excludat coniunctum, & potentior reputetur iure accreſcendi ſecundum communem opin. quam tenet Bar. in l. re coniuncti, de legat. 3. & ibi communiter Doct. Saly. Bal. & alij in l. quidam Eulogio, C. de iure delib. Doct. in l. j. C. quando non peten. par. & teſtatur Vaſq. de ſucceſſio. progr. lib. 2. in præfa. nu. 1. & num. 18. in fine, & tradit Bald. in l. fi. num. 53. per illum tex. C. de hæred. inſtituen.

Et ſic non obſtante morte D. Nanninæ inſtitutæ viuo teſtatore prædefunctæ quantumcunque inſtitutio ſit caducata, non euanuit ſubſtitutio neptum vocatarum ex cauſa vulgaris ſubſtitutionis.

Nec obſtat, quatenus codicillando teſtator videatur ſubſtitutionem reuocaſſe relinquendo neptibus
5 ſolummodo legitimam, tum quia † hæreditas, quæ fuit in teſtamento illis directo data vigore vulgaris in compendioſa côtentę, nô potuit adimi in codicillis, l. 2. C. de cond. l. codicillum, C. de teſta. cum concordant per Vaſq. de ſucceſ. crea. lib. 3. §. 25. in 30. limita. num. 1. etiam ſi codicilletur inter filios, vt ex magis cô. opi. tradit, & defendit latè Vaſq. ibi, nu. 7.
6 in fi. vbi ẽt nu. 10 & 17. † idem dicit procedere in ſubſtitutione, quę in codicillis dari nec adimi poſſet.

Tum ẽt, quia inſpectis verbis codicillorum ſatis confuſis, & inuolutis poſſet dici, teſtatorem voluiſſe neptes dimidiam habere totius hæreditatis, dum dixit per mortẽ Nanninæ eas habituras eſſe portionẽ legitimam, quã earum mater habuiſſet ſi vixiſſet, q̃ ſi vixiſſet, tam tamquã vocata in teſtô dimidiã habuiſſet, quã ab inteſtato in dimidia ſimiliter cum ſo-
7 tore ſucceſſiſſet: portio oĩs † .n. verbũ pro rata virili accipitur, l. 2. ff. ad l. rodiã. de iact. l. quicquid in fi. de acqu. rer. dom. l. Lucius, § j. ad Trebellia. l. ſi finita, §. cum plures, de dam. infec. & ſic attenta diſpoſitione codicillari non videbatur dubitandum, quin iſtę ne-
8 ptes dimidiã conſequi deberẽt, quia † legitima hæreditas, & hæreditatis portio illa dr̃, quæ nobis ex lege 12. tabu. defert̃, l. 1. aũt, ff. de iure patro. quæ quidẽ lex inteſtatorum hr̃ditatem ad ſuos pro ęquali portione defert, inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferũtur, §. j vel illa etiam quæ ex teſtô nobis datur, licet, quo ad hanc ex teſtô delatam, nô proprie legitima nuncupet̃ niſi per approbationem, vt contra Alcia. contendit Rebuff. in l. lege obuenire, in princi. de verb. ſign. & iſta interpretatio ad codicillos prædictos nô eſſet reijcienda, quia veniret declaratiue, & côfirmatiue ad diſpoſita in teſtô ad tollendam dubitationẽ
9 ſi qua orietur propter mortẽ D. Nanninæ inſtitutę. † Declarationem aũt in codicillis, & confirmationem fieri poſſe non ambigitur, l. aſſe toto, ff. de hæred. inſti. Vaſq. d. 30. limita. numero 6. & 18.

Et ideo ſtante d. vulgari in compendioſa compræhenſa ſequebatur, quod iſtæ neptes ſubſtitutæ eſſent & inſtitutæ, cum oĩs ſubſtitutio vulgaris ſit ſecũda
10 inſtitutio, gl. in rub. ff. de vulg. & pupil. † & a vulgari ſubſtitutione poteſt teſtm̃ vires ſumere, l. 3. §. fin. ff. de lib. & poſth. & conſequenter non potuiſſe huiuſmodi ſubſtitutionem directam in codicillis reuo-
11 cari, † quicquid dixerit Barto. in l. militis teſtamento, ff. de mil. teſtam. dum voluit per patrem directo datam hæreditatem inter filios codicillis adimi poſſe, quem ſequitur Alex. conſi. 146. col. 3. lib. j. Boeri. Deciſ. 141. cum communis opinio ſit contra eum. vt ſupra dictum eſt, & teſtatur Roma. conſil. 179. num. 12. ſequitur Iaſ. in l. omnimodo, in princ. num. 9. C. de inoffic. teſtamen. Bertran. conſilio 30. lib. j. Cuius quidem Bar. opinio ex alio locum ſibi vendicare nô poſſe videbatur, quia loquitur, quando in teſtamento eſſent inſtituti extranei, & in codicillis venientes
12 ab inteſtato, tunc. n. † ſit locus, §. ſi quis autem, l. hac conſultiſſima, C. de teſt. vt codicilli tanquam imperfectum teſtm̃ tollant primum perfectum præcedẽs fauore venientium ab inteſtato, ſecus vero ſi in teſtamento ſint inſtituti venientes ab inteſtato, Old. côſ. 159. num. 2. 3 Iaſ. conſil. 155. lib. 4. & in d. §. ſi quis autem in 3. limi. Sozi. conſi. 163. col. j. lib. 2.

Accedebat etiam contra deciſionem Bar. quod li-
13 beri non erant æqualiter inſtituti † vnde per ſecundum teſtamentum quantumcunque perfectum, inæqualiter tamen liberos tractans, non tollitur primum. Iaſ. d. §. ſi quis autem, in vltima limitatio.

Conſtat igitur codicillos vim teſtamenti habere non poſſe, vt in eis directo hæreditas data, vel adempta dicatur, quia alias ſequeretur, quod paganus côtra iuris regulas decedere poſſit cum duobus teſtamentis, l. j. & 2. de iniuſt. rupt. & irrito teſta. §. poſteriori, quib. mod. teſta. infirmen.

14 Voluit igitur teſtator iſte † qui alias potuiſſet facere, quod primum teſtm̃ tranſiret in vim fideicommiſſi, ſi ſecundum teſtm̃ ſolemniter feciſſet, l. ſi quis
15 priori ad Trebellia. † & fideicommiſſum ẽt codicillis iniungere hæredi inſtituto, l. j. C. de Cod. Ioan. Dilect. de Aret. teſt. tit. 10. de muta. teſtam. cautel. 9. nu. 2. l. Scæuola, ad Trebell. directo hæreditatem teſtô datam codicillis adimere (licet inutiliter) qđ expreſſe declaraſſe vr̃ in verbis codicillorũ, dum dicit, qđ propter mortem D. Nanninæ integra hæreditas accreſcat D. Heliſabet cohæredi inſtitutæ, dum .n. dixit integram hr̃ditatem, comprehendit partem quoque quam Nanninæ dederat in teſtô vltra partem propriam eiuſdem D. Eliſabet, quam cum D. Eliſabet haberet iure directo, voluit ſimiliter ẽt aliã ſibi ſimili iure accreſci, qui alias ſi alio accreſci voluiſ-
16 ſet, vtique non potuiſſet, † cũ in diuerſo iure ſuccedentibus ius accreſcendi non procedat, l. ſed cum patrono, ff. de bono. poſ. Ripa in l. re coniuncti, num. 180. de leg. 3. Vaſq. de ſucceſ. progr. lib. 3. §. 23. num. 86. de tacita ſubſt. vel iure accreſcendi.

17 Quæ † quidem ademptio alio quoq; vitio nullitatis ſubiacebat, quia vr̃ facta ex falſa, & erronea cauſa, & ex præſuppoſito non vero, inquit. n. teſtator in codicillis, qđ cum pp mortem D. Nanninæ eius portio accreuerit D. Eliſabet, & accreſci voluit, ideo ordinauit dd. ſuas neptes legitimam tantum conſequi debere computata dote materna, &c.

18 Quæ † verba diſpoſitionem præcedentia tãquam prohemialia cãm finalem inducunt, vulga. l. ſi. ff. de hæred. inſti. tradit Rom. conſil. 120. col. antepe. Bald. in l j. in prin. de orig. iur. Alex. conſil. 42. lib. j col. 5.

Iaſ.

Digitized by Google

ſolenni non valere in codicillis adimi, ac concurren
te errore teſtatoris exiſtimãtis per mortẽ Matris in
ſtitutæ viuo teſtatore prædefunctæ caducatam fore
ſubſtitutionem neptum, in hac parte ſubſtitutionis
nec factũ, neq; fieri potuiſſe præiudicium aliqđ diſpo-
ſitis in teſtõ, per diſpoſitionẽ codicillarẽ cẽſuerunt,
non obſtantibus ex aduerſo adductis, quib. pro ma-
iori parte ex primo loco allegatis patet reſponſio.

Nec obſtat auctoritas Aymo. d. conſil. 80. num. j.
quia loquitur contra communes traditiones, & ra-
tiones per eum allegatæ non ſubſiſtunt de iure; nam
dum arguit a duabus vltimis voluntatibus vltimã
attẽdi debere, non primam, & ſic quod codicilli ſint
vltima voluntas quemadmodum teſtamentum, &
in eis poſſit dari adimique hæreditas ſicut in teſta-
34 mento fit, † hoc eſt falſum, & in terminis per 12. ra
tiones reprobat, & contrarium tamquam verius fir
mat, Vaſq. de ſucceſſio. creat. lib. 3. §. 25. in 10. limit.
35 num. j. & 2. ſunt † enim codicilli veluti ancillæ teſta
mento, & illi famulãtur, & tanquam acceſſorij ſunt
minoris potentię nec debent pari gradu cum teſta-
mento ambulare, Aſinus enim intumeſcit auribus,
dum videt ſe per comparem comprehendi, &c.

Rurſus dum Aymo. dicit per ſublationem condi
tionis in codicillis remoueri conditionatum, & re-
mota conditione ſubſtitutionis in teſtamento appo
ſitæ remoueri cõditionatam ſubſtitutionem, in hoc
36 ſimiliter fallitur, † quia in codicillis conditio inſti-
tutionis in teſtamento appoſitæ remoueri non po-
teſt, nam ſublata conditione inſtitutio remaneret
pura, & ſic quodammodo per codicillos videretur
data, Sal. in l. j. C. de codicil. ſequitur Vaſq. d. 30. limi
37 ta. num. 11. qui etiam nu. 17. † ampliat procedere in
ſubſtitutione pupillari, quod data in teſtamento nõ
poſſent adimi per codicillos, cõtra Bar. in l. j. in vlti-
ma q. de iure cod. &c.

38 Non obſtat communis Theorica, † quod compẽ-
dioſa non contineat vulgarem quando conſtat de
contraria mente teſtatoris ex Decio in d. l. precibus,
num. 14. & quod coniunctus ſubſtituto, quandoq;
præferatur, ſi de coniecturata mente defuncti appa
reat, l. quidam teſtamento, ff. de vulg. & pupilla. de
qua contraria clarè apparere videbatur, ex codicil-
lis, dum dixit, quod propter mortem D. Naoninę ac
creuit, & accreſci voluit, & vult coniunctæ cohære-
di, quia dũ dicit, quod accreuerit cohæredi per mor-
tem D. Nanninæ, iſtud eſt erroneum, vt ſupradictũ
eſt: dum autem vult, quod accreſcat, iſta eſt noua di-
ſpoſitio, quę non per viam codicillorum, ſed alia æ-
que ſolenni, & principali diſpoſitione erat facien-
da, vt etiam dictum eſt, l. 2. C. de codicillis, l. non co-
dicillum, C. de teſtamentis. gloſ. not. in l. cum propo
nas, in verbo coniectura, ff. de legat. 2. Cuma. in l. hę
redes, §. ſi quid in fine, ff. de teſtamen. verſicu. quæro
quot modis &c. At dum dicebatur teſtatorem hu-
ius intentionis fuiſſe dum teſtabatur, & eius volun
tas deprehendi, & declarari ex diſpoſitis in codi-
cillis, id quidem nobis ſuaderi minimè potuit, tum
quod declaratio præcedens fomeretur ex diſpoſitio
39 ne erronea, tum † quia ex diſpoſitione longe poſt,
& ex interuallo celebrata, quod iure non permitti-
tur, arg. not. per Bald. in l. non codicillum, C. de teſt.
vbi determinat teſtatorem, qui in teſtamento relic
querat Io. Filio non poſſe ex interuallo declarare ſ-
tute inſtitutionis reliquiſſe. ſequitur Claud. de Sei
ſello in l. inter cętera, nu. 25. de lib. & poſthum. Niſi
cum eadem ſolemnitate declaret.

40 Non enim negamus † dubię voluntatis teſtatoris
cõiecturas, & declarationem ſumi poſſe ex his, quæ
ante teſtm̃, vel in teſtõ, vel paulo poſt in continen-
ti teſtator enunciauerit, & quod poſſit probari hoc
enunciatum per duos teſtes, vt per Bar. in l. 2. col. te.
verſ. quæro ego, & reuoco in dubium, de vulg. &
pupil. & Claud. de Seiſello, vbi ſupra nu. 25.

Tamen non admittendum credimus, quod iſta
voluntas (quæ modo declarari intenditur) quæ om-
nino apparet omiſſa in verbis expreſſis, quamve,
nec ante teſtamentum præcedit aliqua coniectura,
nec in continenti poſt teſtm̃ ſequatur, poſſit per co-
dicillos ex interuallo poſt teſtm̃ confectos dici decla
ratoria præcedentis voluntatis ſeu ſequentis volun
tatis, ſed magis noua diſpoſitio, quæ non aliter quã
eadem ſolemnitate fieri debuit, vt ſupra dictum eſt,
& ita declarat Claud. de Seiſello in l. Lucius, col. an
tepen. ſub nu. 21. verſ. & illud vltimum, de vulga. &
pupil. & in d. l. intercætera, de libe. & poſthu. Caſ-
ſa. de reg. Cancell. in 3. regula, &c.

Nec obſtat, quod ſubſtitutio videatur facta in
vno caſu D. Naoninæ quando ipſa decederet poſt
41 mortem teſtatoris, quia cum † per prouiſionem plu
rium ſubſtitutionum teſtamenta facilius conſeruẽ
tur, vt egregiè per Vaſq. de ſucceſſ. crea. lib. j. §. 2. nu.
42 18. † ſubſtitutio illa facta in vnum caſum, videlicet
quando deceſſiſſet D. Nannina poſt teſtatorem, de-
bet extendi ad alium ſimilem caſum ſi decedat inſti
tuta ante mortem teſtatoris. Alex. in puncto conſil.
lib. j. col. 2. Soz. conſi. 259. col. j. verſ. 2. principaliter
lib. 2. Doct. in l. ſi. C. de inſtit. & ſubſt.

SVMMARIVM.

1 *Compenſans dicitur ſoluere, & vt ſoluens debitum ex-
tinguit.*

2 *Compenſatio fit ipſo iure, ſi opponatur, alias non.*

3 *Compenſationis ortus non reponitur in homine, ſed exer
citium, & vſum in hominis arbitrio ius remittit.*

4 *Soluens creditori creditoris habentis eum, & bona ſua
obligata, liberatur.*

5 *Executiua via non patet tacitis obligationibus, &c.*

ARGVMENTVM.

*De compenſatione quomodo fieri di-
catur ipſo iure.*

DECISIO V.

IN cauſa illorum de Talduccis cum
Alexandrinis, diximus, capturam
ab initio valuiſſe, licet fuerit poſt
modum infirmanda pp oppoſitã
exceptionem compenſationis, &
hoc non quidem ex eo, quòd D.
Iudex a quo dixerit in ſuis motiuis, quod non po-
tuerit

Digitized by Google

tuerit fieri,ſtaute cancellatione tactus præcedentis,
quaſi iude Alexaudrini conſentientes d. caſſationi
videantur fateri ſe ſatisfactos,quia nõ apparet, qua
de cauſa ſit conſenſum cancellationi, & poteſt eſſe,
quod gratia cõmoditatis, vel ſat.sfactionis tactus,fa
ctum ſit,vt quotidie fit,ſed ex eo,quod oppoſita cõ-
penſatione crediti liquidi, quòd habebat captus cũ
1 Alesandrinis, captura veniebat infirmanda, † quia
compenſans dicitur ſoluere, & compenſatio extin-
gnit debitum ſicut ipſa ſolutio. l. amplius non peti,
ff.rem rat.habe.Bart.in l. ſi debitor,ff.qui pot.in pi-
gno. cum ſimilibus:ante igitur compenſationis op-
poſitionem captura ad inſtantiam Alexãdrinorum
facta in vim inſtrumenti guarentigiati exequibilis
2 potuit fieri: quia † quod dicitur, quòd compenſatio
ſit ipſo iure,ita demum verum eſt ſi opponatur, l. ſi
conſtat,& l.fin.C. de compenſatio.declarant Docto.
3 in d. l. ſi conſtat, ius † enim non reponit compenſa-
tionis ortum in homine, ſed ipſo iure lex operatur:
ſed bene in hominis voluntate exercitium, & vſum
ortæ compenſationis remitrit,ita declarat Tinda.de
compenſa.artic.6. num.74.& 80. & num.62.ſolue-
sant enim dd. dd. de Tarduccis quoddam debitum
longe maioris quantitatis contractum ſocialiter,
dum inter eos vigebat ſocietas, quod tandem fuit
declaratum ceſſiſſe in vtilitatem Alexandriuorum
tantum, & ita ad id ſoluendum (erat enim quod-
dam depoſitum in ſocietate factum) dd. de Alesan-
drinis condemnati fuerãt, licet iſta declaratio, quod
in totum debitores eſſent Alexandrinis d. depoſiti
non liberauit conſocios reſpectu deponentis,qui ha
bebat omnes ſocios principaliter, & inſolidum obli
gatos,quo caſu per ſolutionem factam creditori cre
ditoris, qui habet cum,& bona ſua obligata con-
tigit liberatio ſaltem ope exceptionis. Bartol.in l.ſo-
lum,§.ſolutam, columna 2.ff.de pignor.actio.& ibi
Bald.numero 2.& Caſtrenſ. num.3.l.ſolutam pecu-
niam,de ſolutio. Barto.Bald. Caſtrenſ.in l.liber ho-
mo de nego. geſt.

Infirmauimus etiam tactus pro non factis,aduer
ſus illos de Alexandrinis, ad inſtantiam Talduccio-
rum ſatagentium conſequi ab illis reſiduum eius
ſummæ, pro Alesandrinis eorum creditoribus ſo-
4 lutæ, † quia,& ſi quatenus ad compenſationis exce-
ptionem ſufficiat debitum liquidum,& verum,non
tamẽ exequibile per viam executiuam, tamen quo
ad agendum via executiua,oportet, quod de eo con-
ſtet,per aliquod inſtrumentum, vel aliam ſcriptu-
ram exequibilem,quod in cauſa tactorum deſidera-
batur,pro parte Talducciorum, qui pro non facto
non poterant ſe fundare in ſententiam DD. lex, &
recurſus,qua condemnantur Alexandrini ad ſoluẽ-
dum depoſitum deponentibus, & in ea non ſe obli-
gant ad aliquid faciendum dd. de Talduccis,& con-
feſſiones prætenſæ præterquam, quod ſunt inter a-
lios emanatæ, nullam non facti faciendi promiſſi
arguunt obligationem.

5 Ex tacitis † enim & præſumptis, & coniectu-
ratis obligationibus non aperitur via executiue agẽ
di,ſed ordinarie ad notata per Rebuff.de lit.obliga.
artic. ſecundo,gloſ.1.num.91.&c.

SVMMARIVM.

1 *Edificari non licet in damnum vicini, ad occupandum Solem,ventum,& aerem &c.*
2 *Vmbra quid ſit.*
3 *Vmbra arborum, quæ ſit nociua.*
4 *Florentini volunt eorum ſtatuta omnino ſeruari.*

ARGVMENTVM.

De vmbra arboribus nociua tollẽda.

DECISIO VI.

STAT ſtatutũ lib. 4.de Vggis in-
cidendis, & arboribus certis caſi-
bus cędendis diſponens, quod ar-
bores non producentes fructus cõ
meſtibiles ad hominem vſus exi-
ſtentes propè agrum vicini per 8.
brachia incidi debeant, in quo ſtatuto expreſſe inter
alia fit mentio de Vggia qoercuum, & cannatum,
cuius ſtatuti beneficium intentauit D. Petrus Stro-
tius aduerſus D. Franciſcum Cerretanum conuici-
num,& probatis qualitatibus, pro eo ius ſtare dixi-
mus condemnando D. Franciſcum dd facien.incidẽ-
se quæreus dequibus in actis, &c.

Intentio.n.ſtatuentium fuit ne frugibus, & arbo
ribus fructus ad hominum vſum producentibus a
vicini arboribus diuerſæ qualitatis damnum fieret,
prout contingebat in hac facti ſpecie, vbi denſitas
quærcuum magna erat in ſupercilio. intra 8. bra-
1 chia vicini agro propè exiſtentium, cuius† rei cauſa
etiam de iure ędificari prohibetur in damnum vici-
ni ad occupandum ſolem,& vẽtum, & aerem,vt no.
gl.& Bal.in l.fi.§.fi.C.de ſeruit.& Aqua.Ioan.Bapti-
ſta de S.Seuerino,in l.omnes populi, nu.35.de iuſti.
& iu.Anchar.regien.q.3.par.

2 Vmbra enim† quæ nil aliud eſt quam aer Sole ca
rens propter aliquod corpus dẽſum obiectum, mul
tum nocet frugib. iuxta illud Virgilij Bucol. Eglo.
10. ſurgamus, ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra
Iuniperis grauis vmbra,nocent & frugibus vmbrę.
& idem Virgil.1. Georg. monet agricolas ad ampu-
tandos arborum ramos vmbram facientes, ibi falſe
præmes vmbram,votiſq; vocaueris imbrem. Quod
3 etiam ſenſit Plin.lib.17.cap.12.nat.hiſt.†vbi loquẽs
de nociua arborum vmbra in prima claſſe ponit
Cupreſſum,Pinum,Nucem,& alia ſimilia huma
nis quoque corporibus eorum vmbra infeſta ſub-
dens, vmbra quibuſdam matrem, nonnullis nouer-
cam eſſe, quo etiam loco idem Plinius loquendo de
interuallis plantandarum arborum inquit in fine
repræhendendo agricolarum inſcitiam, nil fœdius
agricolis eſſe quam geſtæ rei pęnitentia.

Et quamuis d. quercus eſſent annoſæ, & longiſ-
ſimo tempore tolleratæ a vicino, non ideo tamen
perſcriptione tutus fuit: quia ſicut quotidie gra-
uant,ita quotidie conqueri potuit vigore d. ſtatuti.
Hoc autem ſtatutum non multum differet à Iure cõ
muni de arb. cęden.& C. de interdi.l.j.vbi Saly.& ſi
quid forte durum diſponeret,fuit ſeruandum, quia

vt

vt inquit Roma. in conſ.392. col.2. & deciſ.conſil.
4 37.col.j. in fi. † Florentini volunt ſua ſtatuta ad vnguem ſeruari, quicquid velit ius commune, &c.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo vitiat actum in contractibus.*
2 *Incertitudo legati fauore dotis non vitiat.*
3 *Iudex ſupplet de facto in cauſa dotis.*
Subſtantia legati non confertur in alienum arbitrium.
4 *Secus in quantitate.*
5 *Volo verbum, & volũtas in plenum arbitrium reſonant.*
6 *Liberum arbitrium nõ ſupponitur iuri, æquitati, ſeu rationi, ſed ſtat in mera facultate præferendi ęquũ iniquo.*
Arbitrium liberum, quid importat.
7 *Legatum dotis tam circa ſubſtantiam, quam circa quantitatem hæredis arbitrio remiſſum valet.*
8 *Arbitrium differt à voluntate.*
Voluntas, & arbitrium, &
9 *Libera voluntas, & arbitrium an differat.*
10 *Verbum debere neceſſitatem importat.*
11 *Verbum teneatur, importat neceſſitatem.*
12 *Legatum dotis puellarum maritandarum per hæredes de mandato teſtatoris, an debeatur ipſis maritatis ſine conſenſu hæredum.*
13 *Conſenſus hęredum in d. legato eſt requirendus ad conſecutionem legati, non tamen ſeruandus.*
14 *Legatum dotis an debeatur ſecuto matrimonio, quaſi eſſet cauſa legati.*
15 *Matrimonium dicitur cauſa dotis productiua, non extinctiua.*
16 *Legatum dotis arbitrio hęredum ſecuto matrimonio, an poſſit adiri Iudex pro declaratione dotis.*
17 *Legatum dotis duabus puellis arbitrio hæredis vna ſaltem earum maritanda per mortem vnius non expirat alterum altero debendo.*
18 *Dos declaranda per proxenetam non declarantem ante matrimonium ſecutum, non poteſt ab eo declarari ſed à Iudice.*
19 *Hæres ſine interpellatione non conſtituitur in mora.*
20 *Bal. in l. fi. n.14. C. de ſent quę ſine cer. quant. declaratur.*
21 *Hæres elapſo anno non declarat amplius, ſed Iudex.*

ARGVMENTVM.

De legato dotis, arbitrio alterius committendo, & quatenus procedat, & an legatum dotis incertum teneat, et an, & quando hæres declarare poſſit quantitatem legati, non taxatam à teſtatore.

DECISIO VII.

DOMINVS Bartholomæus Ruentalenſis condito teſtamento inſtitutiſque ſibi hæredibus fratribus germanis mãdauit eiſdem, ꝙ deberent de hæreditate teſtatoris maritare Mariam, & Caſſandram eius ex ſorore nepies ad ipſorũ hæredum arbitriũ, & voluntatem, quorum arbitrio, & voluntati præcepit illas debere ſtare tacitas, & contentas. rogando inſuper præfatos ſuos hæredes, vt in prædictis ſe ſe habere velint tanquam boni affines, & conſanguinei, prout conuenit ipſorum gradui bonitati, & dignitati, hæc ſunt verba teſtamenti.

Idem teſtator codicillando poſtea ſubiunxit, *Che ſe li predetti ſuoi hæredi non vorranno maritare tutte due, almeno ſiano tenuti maritare vna. qual più piacerà à loro, con dargli in dote quello che gli piacerà della prefata heredità, &c.*

Succeſſiue mortuo teſtatore, ab humanis deceſſit Domina Maria, non nupta ſuperſtite Caſſandra, quam N. eius pater nuptui tradidit certa dote de ſuo promiſſa, & etiam cum omni eo, quod ex hæreditate d. teſtatoris vigore d. legati cõſequi poſſit. Quę d. Caſſandra mediante eius viro citato d. equite Franciſ. Buontalento, vno ex dd. hæredibus coram Clariſſimis dd. Conſiliarijs, petijt ſibi declarari dotem congruam vigore d. legati, & cauſa nobis ad referendum tranſmiſſa propter contradictionem dd. æquitis de pluribus dubitatum fuit.

Primo de validitate d. legati ſine certa ſumma, & quantitate, & ſic tãquam incertum an valeret, cum
1 † in contractibus incertitudo vitiet actum, l. Titiũ, l. ſtipulationum quædam cum l. ſeq. de verb. oblig.
2 † & fuit concluſum in hoc fauore dotis legatum dotis incertæ valere, l. ſi filię, de lega. 3. l. Theopompus, ff. de doc. præleg. cum concordantijs per Afflict. deci. 271. num. j. Iudex † enim ſupplet de facto in cauſa
3
4 dotis, vbi † legati namq; ſubſtantia non conferetur in alienum arbitrium, ſecus in qualitate, Alex. cõſ. 175. col. j. nu. 5. lib 6. Doc. in l. j de leg. 2. Menoch. de arb. Iud. caſu 149 num. 36. Bal. Nouel. de dot. 6. par. 11. priuileg. & priuil. 8. 6. par. & priuileg. 9.

Secundo dubitabatur de validitate dicti legati reſpectu ſubſtantiæ, videlicet, An præſtatio dicti legati ſit totaliter repoſita in abſoluta, & mera voluntate hęredis per verba arbitrium boni viri, nõ importantia, ſed liberam ab omni neceſſitate præſtandi ſemotam voluntatem ſignificantia, prout in liberum, & abſolutum arbitrium reſonare videbatur legatũ ex illis verbis ad arbitrium, & voluntatem hæredũ,
5 cui legatariæ debeant ſtare tacitę, & cõtentæ; † verbum enim illud volo, & voluntas liberum arbitriũ importat, l. cũ quidam, de leg. 2. l. fideicõmiſſaria libertas, ff. de fideicõ. libe. Bar. in trac. ad reprimẽdum verbo videbitur, & concord. allegat Menoch. de arb. Iud. lib. j q. 7. nu j. ſi igitur in libero arbitrio hæredum dotatio reſidet, non poterunt aliquo iure cogi ad præſtandũ legatum, quia alias liberũ arbitriũ
6 nõ foret; † in arbitrio enim libero ſupponitur de neceſſitate remotũ, ius, ratio, & æquitas ſolo proprio appetitu relicto, cum poteſtate præferendi iniquum æquo. Curt. Seni. in l. ſi quis maior, C. de tranſac. nu. 25. vel ſi quid fortè ſit præſtandum, id erit tantum quantum quomodocũque arbitratum fuerit ab hæredibus, qui redargui non poterunt de iniquitate declaratæ qualitatis, quam non ordinata boni viri voluntate regulare tenebantur, ſed propria, & abſoluta. In hoc puncto fuit pariter votatum contra † hæ-
7
redes

redes tantum abeſſe, quod earum liberę, ac meræ vo
luntati ſubſtantia, & qualitas legati ſit repoſita,
vt quod deberent, & tenerentur præſtare legatum
dotis omninò non eſſet ambigendum, & quòd boni
viri arbitrio quantitatem arbitrari obnoxij eſſent,
non autem ex propria eorum libera, ac non regula-
ta voluntate, quia verbo voluntati fuit adiectum, &
8 adiunctum aliud boni viri arbitrium denotans † vi
delicet ad voluntatem, & arbitrium, quod verbum
arbitrium reſtringit, & temperat vim verbi volun-
tatis, ita tradit Barto. in ſua magiſtrali diſtinctione,
quam facit in dicto tractatu ad reprimen. verbo vi-
debitur, num. 11. quam ſequitur Iaſ. in l. ſi ſic, num.
31. de leg. j. cum concord. per Menoch. de arbit. iud.
lib. j. quæſt. 7. num. 14 & quæſt. 8. num. 33. & licet
ſecundum Alex. in conſ. 175. num. 10. lib 6. & Dec.
9 in l. j. de leg. 2. † aliter ſit cenſendum quandò dictis
verbis voluntati, & arbitrio ſubiunguntur alia ver
ba liberam voluntatem importantia, & in caſu no-
ſtro, vbi poſtea quàm dixit teſtator ad arbitrium, &
voluntatem hæredum, addidit, quod neptes deberẽt
ſtare tacitæ, & contentæ eorũ voluntati, & arbitrio,
quæ verba præceptiua di ſtare tacitæ, & cõtentæ, re
ſonant in merum arbitrium, & meram voluntatem,
vt in puncto decidit Alex. d. conſi. 175. tamen quia
tam in teſtamento, quàm in codicillis teſtator eni-
xè ſuam voluntatem declarauit ſuos hęredes tene-
ri, & obligatos fore ad maritandum dictas ſuas ne-
ptes, non eſt amplius dubitandum, quòd hoc facere
10 non reſidet in libera voluntate hæredum; † verbum
enim debere, importat neceſſitatem, gl. in cle. atten
dentes in verbo debeant, de ſtat. Monach. Rebuff. in
11 concord. de colla. in verbo debeat, & idem † impor-
tat verbum teneatur, cap. duobus, de reſcrip. in 6. Re
buff. in concordan. §. j & 2. de collatio. Præterquam
quod Alexand. illud non enunciauit ex profeſſo, ſed
ſub verbo fortè, vt ibi num. 6.

12 Tertio quærebatur † an ex quo dictæ neptes de
mandato teſtatoris erant maritandæ per dictos ſuos
hæredes, & maritatæ fuerunt, ipſis irrequiſitis de-
beat legatum ſtante contemptu conſenſus hæredũ,
ad not. per Alexand. & alios in l. Turpia, de legat. 1.
Aym. conſil. 1. colum. 2. add. ad Afflict. deciſ. 371 &
ſtante, quòd matrimonium eſſet ſecutum non peti-
ta dote ante matrimonium ad Bald. conſi. 493. libro
1. & dictum fuit his non obſtantibus dotem debe-
ri, nam quoad conſenſum non fuit de mente teſta-
13 toris, vt nuberent cum cõſenſu hęredum, cum † ſic
fuiſſet requirendus ad conſecutionem legati, non
autem ſeruandus, vt per Docto. in d. l. Turpia, &
alios ſupra citatos. Couarru. de ſponſalib. par. 2. c. 3.
§. 8. num. 1. 2. & 3. Sed ſolum fuit dictum, quod di-
cti hæredes tenerẽtur eas maritare de bonis ſuæ hæ
reditatis, & ſic grauati ad legatum dotis, non autem
oneratæ in eo, quod conſenſus eorum requireretur
14 in maritando, † & quoad illud, quod ea quo peti-
tur dos cõtracto matrimonio non ideo deberi, quia
ceſſat cauſa finalis nubendi propter quam dos eſt
relicta, ſecundum Bald. dicto conſilio 493. libro 5.
Albenſ. conſil. 52. & Beniut. deciſ 22. num. 14. dice-
batur illud verũ eſſe in legato dotis facto in ſubſi-
dium maritandi. non autem vt hic ſi ſit factum ſim-
15 pliciter; & purè † quo caſu etiam contracto matri-
monio peti poteſt cum matrimonium ſit cauſa do-
tis productiuum non extinctiuum, vt ibi Bal. decla-
rat, & idem tradit Bald. in l. fina. numero decimo-
quarto, C. de ſenten. quæ ſi cert. quant.

Quarto ſtante obitu alterius earum neptum,
16 † an hæredes tenerentur dotare ſuperſtitem, cum
ceſſet electio perſonarum repoſita in facultate, &
arbitrio hæredum, & concluſum fuit, quod ſic, per
l. cum quid, de lega. j. l. ſi optio, de opt. leg.

17 Quinto an ex quo dicti hæredes † adhuc non de-
clararent quantitatem dotis, potuerit ſuperior adi-
ri pro arbitranda dotis quantitate, ita quod ipſis
prius non requiſitis, potuerint ex abropto conueni
ri, eo modo quo conuenti fuerunt. Iſtam quæſt. tan-
git Bald. in l. 3. de dot. promiſſ. numero 1. vbi vide-
tur concludere, quod non ſit neceſſe prius arbitra
ri per eum cuius arbitrio dos erat commiſſa, & ſic
quod non ſit requirendus pro arbitramento, ſed
poſſe adiri eo non arbitrante, Iudex qui eam decla-
ret, & hoc fauore dotis, Idem ſenſit Caſtren. in l. fin.
num. j. C. de contrahen. empt. & alias dicebat Bald.
in l fina. num. 13. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant.
18 † Quod ſi proxeneta, qui erat arbitraturus dotem,
non arbitratur ante contractum matrimonium, nõ
poteſt poſtea arbitrari, ſed Iudex erit adeundus. Vn-
de videbatur, quod non requiſitis dictis hæredibus
potuerit, & debuerit adiri Iudex pro declaranda
dote, cuius declarationem hæredes amplius facere
fortè non poſſent ex alio, videlicet, ſtante lapſu anni
iuxta not. in l. fina. §. ſi quis, C. commu. de leg. Nam
fauore vltimarum voluntatum tempus arbitrandi
durat per annum, vt ibi, & not. Bald. in l. fina. nume.
9. & 10. C. de contrahen. empt. & vendit. Menoch. de
arbi. iud. lib. j. quæſt. 22. numero 7.

Contrarium tamen quibuſdam videbatur vide-
licet hæredes debuiſſe interpellari ad declarandam,
& ſoluendam dotem, & ipſis negligentibus Iudex
declaraſſet. Nam licet quoad dilationem ſeu diffe-
rendam obligationem ex tali legato incerto in ar-
bitrium alterius collato, nulla mora oriatur, quia
ſtatim debetur, & tranſmittitur, poteſt tamen mo-
ra committi in ſolutione propter incertas vires pa-
trimonij, vt not. gloſſ. in dicta l. 1. in ver. neg. mora
19 de legat. 2. in qua † mora non conſtituitur hæres
niſi interpelletur, ita vt ſit poſtea iſtud tempus in
Iudicis arbitrio, iuxta not. per Docto. in l. ſi inſu-
lam, de verb. oblig.

Nec enim ſpecialitas, & fauor dotis ſupra con-
ſideratus ſtat in hoc vt poſſit ommiſſo medio ar-
bitri adiri Iudex pro declaranda dote, ſed in hoc
quod arbitro non declarante, Iudex declaret, quod
regulariter fieri non poterat. Nam non declaran-
te arbitrio actus pro nihilo habetur, dicta l. fina.
de contrahen. emptio.

Vltimarum tamen voluntatum fauor, & dotis
id exigit, vt earum intuitu fauore contrarium ſta-
tueretur, ut eſt videre in terminis dictæ quæſtionis
per Bald. vt ſupra tact.

Et ſtante, qđ arbitrium conſiſtebat in declarando
circa

circa res, & bona defuncti hæres habet de iure annũ ad declarandũ d.l.fi.§.ſi quis, C.cõmu.de leg.& not. Bar.in d.l.j.col.pe. verſ. quæro, qũo ſciam, de leg.2. Iaſ.in d.l.fi.§.ſi quis,nu.24.& ſequ. C.cõmu.de leg.

20\. Nec obſt.† dictum Bal.in l.fi.nu.14. C.de ſenten. quæ ſi.cert.quant.quia vltra, ꝙ is loquitur in proxe neta, hic autem ſumus in hærede, qui acceptãdo hæreditatem ex teſtamento poterat cogi ad arbitrãdũ, & ſoluendũ legatum metu pœnæ amiſſionis hæreditatis Auth.hoc amplius, C.de fideicom.ex alin quoque non videbatur verũ eius dictũ, quia quando magis poteſt dicere nõn integra, quam ſoluto matrim. per mortem coniugis, & nihilominus valet arbitramentum dotis, quæ arbitranda erat per aliquem, vt tradit Rolan.à Vall.de lucr.doc. quæſt.88.

21 In hoc† articulo fuit concluſum per lapſum anni a die ſcientiæ non potuiſſe amplius arbitrari iuxta prędicta, & iure fuiſſe aditos Clariſſimos Dominos Conſiliarios pro declaratione quãtitatis dotis, quia vltimarum voluntatum executiones non debent pẽdere, ſed celeritatem deſiderant. Bald. in l.fi.num.10. Ç.de contrahen.empt.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſionis, ſeu ſcommiſſarum vſus frequens eſt in ciuitate Florentiæ.*
2 *Probabilis, & efficax ad producendam actionem propter cauſam, & conditionem non turpem, ſed honeſtam.*
3 *Numeratio pecuniæ, & rei traditio pactum nudum veſtit, & parit actionem.*
4 *Dictio ab hodie ad totum menſem Ianuarij, an ſtet incluſiue, vel excluſiue illius diei.*
5 *Et ſi ſtet incluſiue an includat totam illam diem integrã ab ortu ſolis, vel de momento ad momentum.*
6 *Dies termini non imputatur in termino.*
7 *Dictio A, vel Ab, excludunt, & ſeparant.*
8 *Siue rem, ſiue tempus reſpiciant.*
9 *Dictio hinc includit.*
10 *Sed non integraliter, verum momentaneæ.*
11 *Dictio hinc, & ab hinc, denotant extremitatẽ temporis.*
12 *Verba in futurũ cõcepta, tp̃s præteritũ non comprahẽdit.*
13 *Priuilegium de beneficio vacaturo non ſe extendit ad præteritum vacans.*
14 *Poſthumi appellatione non venit iam natus.*
15 *Stipulatio doli mali ab futuri, dolũ p̃teritũ nõ cõtinebit.*
16 *Dies termini regulariter, vbicumque computatur in termino ſemper ibi computatio fit ab hora, & momento aſſignationis termini.*
17 *Dies treguæ initæ, an imputetur in termino, et quomodo.*
18 *Dies compromiſſi, an imputetur in termino.*
19 *Tempus regulariter eſt continuum, & de momento ad momentum computandum.*
20 *Dictio hodie denotat temporis inſtantiam.*
21 *Dictiones A, vel Ab, poſita inter principium, & finem tẽporis coniungunt tempus de momento ad momentũ.*
22 *Temporis principium, & finis aſſignatum, & aſſignatus ad explicationem alicuius actus, tunc tempus dicitur eſſe de forma ſubſtantiali.*
23 *Dictio ab hac die, ex hac die, hinc ad talem diem, diem includunt.*
24 *Maximè ad commodum illius, cui terminus aſſignatur.*
25 *Dictio A, vel Ab, iuncta temporis initio integraliter cõputatur in termino, & ſui initium non excludunt.*
26 *Inſtituto nepote, qui naſcetur infra 10. dies à die mortis filij, mortis dies imputabitur in tempore.*
27 *Iurans ab hac die eſſe fidelis, dies quoque iuramenti integraliter imputatur.*
28 *Dictiones A, vel Ab, an & quando faciant computare diem integraliter, vel de momento ad momentum.*
29 *Ignorantia contrahentium impletæ conditionis de futuro implendæ facit actum purum.*
30 *Subſtitutio de filio facta ſi viuo patre moriatur verificatur etiam in morte filij ficta patre id ignorante.*
Præterita ignota, incerta dicuntur quemadmodũ futura.
31 *Dictio A, vel Ab, poſita inter principium, & finem tẽporis ſtat incluſiue momentaneæ.*
32 *De dictionibus A, vel Ab, & ſimilibus, non poteſt dari certa regula circa incluſionem, vel excluſionem.*
33 *Implementũ conditionis implendæ ſecutum tp̃e conditionis appoſitæ ſi a partibus ignoretur, an vitiet actum.*

A R G V M E N T V M.

De dictionibus A, vel Ab, hinc, & ab hinc, & ſimilium monoſillabarũ tempori adiectarum, An et quando ſtent incluſiuè, vel excluſiuè.

Et in caſu, quãdo includant tempus, An illud integraliter, vel momentaneæ computetur.

Dies termini an computetur in termino, & quomodo implementum cõditionis implendæ ſi ſit impletum contractus tempore, ignorantibus tamẽ contrahentibus, An vitiet actum.

D E C I S I O VIII.

1 FREQVENS eſt† nec improbabilis ſponſionum vſus in ciuitate Florẽtiæ, vbi pro dirimendis controuerſijs, q̃ ſcommiſſarum occaſione oriri poſsẽt D.Octo de Balia principaliter, ac priuatiue quoad alios in id ſunt Iudices deputati.

Quorũ conſultationi ſup infra dicẽda facti ſpecie in hunc qui ſequit̃ modũ, rñdendũ exiſtimauimus.

De anno 1583. die vero 12.menſis Decemb. Do. Leonardus della Fellicaia accepit à D. Antonio Mellino ſcut. 400.eidem reſtituturus 500. [Çaſo, che il Papa non publicaſſe, ne faceſſe Cardinali da hoggi a tutto il meſe di Gennaro proſſimo.]

Et cum eadem die per horam tamen ante initam conuentionem (ipſis probabiliter ignorantibus) fuiſſent creati, & publicati Cardinales.

Quærebatur, quis horum inſtius arma indueret ad ſponſionis victoriam.

2 De validitate autem ſponſionis, † quin efficax eſſet ad producendam actionem, non dubitabatur.

Cauſa enim, & conditio non erat turpis neque
minus honeſta, l. ſi rem in fine a contrario ſenſu, ff.
de præſcript.verb. Doctor. in l.a Titio, ff. de verbo.
obliga. & in l.cum ad præſens, ff. ſi cert.pet. Dec.in
conſi.1 t 5.num.2.
3 Et illa† pecuniæ numeratio pactū veſtit,& actio-
nem parit,l.naturalis,§.j de præſcrip.verb.l.in tradi
tionibus,vbi Doct.ff.de pact.
4 Dubium faciebāt illa verba † ab hodie ad totum
menſem Ianuarij,&c. tāquam deſignantia terminū
à quo; An ſtarent incluſiuè, vel eſcluſiuè illius diei.
5 Et ſi incluſiuè, † an includerent in totum dictam
diem ab ortu ſolis vſque ad occaſum,an vero ab ho-
ra,& momento initæ conuentionis,ita,quod in prio
ri caſu ſi dies integra computetur, ius dicēdum fuiſ
ſet pro Phillicaia, in ſecundo vero caſu computatio-
nis momentaneę faciendæ pro Mellino victoria pa-
rata videretur.
Pro quo in primis ſe ſe offerebat vulgaris regula
6 de die termini†in termino nō cōputanda,l.j.vbi Iaſ.
poſt alios teſtatur de cōi opin. col.pen.verſ.2.modo,
ff.ſi quis caution.qui cum Bar.rationem reddit,quia
intelligitur,de diebus proximè venturis.
Et maximè ſi terminus reguletur a dictionibus
7 A,vel Ab, † quarum virtus eſt eſcludere,& ſepara-
re, ſecūdum Caſtren.in d.l j.nu.2. Alex.nu.18 cum
concordantibus per Benue. Stracham.in tract.de aſ
ſecurat.gl.12.Tiraq.de retract.conſanguine.§. 5.gl.
87.num.11.& ſeq.& num.52.
8 Et hoc eſt regulare dictarum dictionum † ſiue rē
ſiue tempus reſpiciant,vt inquit Rebuff.in l nepos,
ff.de verb.ſignifi, quicquid ex mente Alex.in conſil.
75. lib. 2. tentetur argumentari ab æquiparatis, vt
quēadmodum idem ſit dicere ab hac die, quod hinc
9 ad talem diem. & quod ſicut dictio † hinc includit
diem,ita,& dictio A,vel Ab.
Nam replicari poteſt argumentum hoc potius
obeſſe,quam prodeſſe, quia & ſi verum ſit dictionē,
10 hinc,ſtare incluſiuè illius tēporis† illud tamen non
integraliter includit,ſed momentaneè, & de momē-
to ad momentum,vt tradit Barto.in d.l.j.& ibi Bald.
11 num. 3. vbi aſſignat rationem † quia hæ dictiones.
hinc,& ab hinc,denotat eſtremitatem temporis, &
idem ibi not.Ang.Alexan.Iaſ.& alij Rebuff.in l.j.ff.
de verb.ſignifi.
His proximè accedebant ſponſionis verba in tēps
12 futurum concepta,†quæ regulariter præteritū non
includūt,l.verbū erit,& l.verbum oportebit, cū ibi
13 no.ff.de verb.ſignif. † Vnde priuilegium de benefi-
cio vacaturo non ſe extendet ad præteritum iam va-
14 cans† nec poſthumi appellatione veniet iam natus
15 † nec ſtipulatio doli mali abfuturi dolum præteri-
tum continebit Oldrad.in conſi. 310.
16 Pro qua opinione generaliter dicebatur, † quòd
vbicūque dies aſſignationis termini computatur in
termino, ibi ſemper computatio fit ab hora, & mo-
mento aſſignationis, adeo, quod pars illa diei, quæ
prēceſſerat horam aſſignationis,non venit in termi
no computanda, ita decidit Corn. teſtando de com-
muni opin.in conſil.279.nu.2.& num.4. Vbi in ca-
17 ſu † alii dies factæ treguæ computetur in termino,
concludit includi,ſed inchoare a momento celebra-
ti contractus, & faciunt tradita per Bal.in cōſi.246.
lib.5.& per Ang.in conſi.404. Vbi in facultate arbi
triis conceſſa de ſententiando ab hinc, & infra decē
18 dies, † dies compromiſſi non imputatur,ſed tempus
incipiet currere a momento ſeu hora facti compro-
miſſi, & terminabit cum reuolutione,quando nouiſ
ſimus dies ad eundem punctum peruenerit, & idem
voluit Bar.in l.ſicut, in fi.prin.ff.de leg.j.
19 Cuius dicti ea eſt ratio, † quia tempora regulari-
ter ſunt continua, & de momēto ad momentū com-
putantur, quam rationem approbant etiam illi,qui
volunt diem termini in termino computari, vt eſt vi
dere apud relatos per Tiraq.de ret. conſa.§.j.glo.11.
nu.20.& ſeq.& optimè Alex.in conſi.87. nu.j.lib.7.
& Ana.in conſi. 93.col.j. & nu.6.
Quæ omnia cum minori difficultate vidētur pro
cedere in caſu iſto,in quo adſunt dictiones tempo-
20 ris inſtantiam deſignantes, vt eſt dictio, hodie†quæ
indicat illud inſtans temporis, quo fit conuentio, &
actus eſplicatur, l.liber homo,§ decem, & ibi Bart.
ff.de verbo.obliga. & l.furti,in fin.in princ.ff.de his,
qui notan.infam.
Neque deſiderantur aliæ dictiones videlicet, A,
21 vel Ab,quæ vltra earum naturā eſcludendi†ſi ponā
tur inter principium, & finem temporis,vt hic, cō-
iungunt tempora de momento ad momentum ſecū
dum Bal.in conſi.457.ſub nu.3. col. fi.lib.j.
Et per iſta dicebatur reliquam partem diei, quæ
precceſſerat actu ſponſionis in ſponſionem non inclu
22 di. Nam vbicunque†actui eſplicando aſſignat prin
cipium tēporis ac finis, tunc tempus dr̄ eſſe de for-
ma ſpecificè implenda, l.Thais, §. intra tempora.ff.
de fideicō.lib.l j.ſi intra, & l.Sticho,§.Titius,vbi gl.
no.ff.de ſtat.liber. Bal.in l.liberti liberięque,nu.55.
C.de oper.libe. Afflic.deciſ.73.nu.6.
Et ſucceſſiue actus debet intra illud tempus ex-
pediri, aliàs implementum præcedens, vel ſubſe-
quens illud tempus non ſatisfacit, quia ex conuen-
tione debet inter vtrunque fieri.
In contrariū pro Phillicaia allegabatur, quod &
ſi dies termini non imputetur in termino, d. l.j. vbi
Iac.Butr.Ang.Bar.Caſtren.& alij,tamen aliud iuris
eſt, quando hominis diſpoſitio loquitur per ſimiles
23 dictiones † ab hac die, hinc ad decem dies. ex hac
die,& huiuſcemodi, qui tunc diem includūt idem
Barto. Roma.Iaſ.& alij in d.l.j. ff.ſi quis caut. Tira-
quel.de ret.conſa.§.j gloſſ.11, num.23.Alex.conſil.
75.libro 2.
24 Et maximè, † quando terminus cedit commodo
eius, cui datur, & incommodo dantis,vt hic, & tra-
dit Saly.in l.colligato, C.de nupt. Nam cum is, qui
terminum ſtatuit potuerit legem apertius dicere, &
non fecit,ſibi imputandum eſt. vulgata l.veteribus,
de pact.Tiraq.d.gl.11.in 6.limit.& ſic cum dies ter
mini interſit rei conuento, quod imputetur,non de
bet in eius odium retorqueri.
Cuius quidem diei incluſio facienda ſuadebatur,
quia actus creandi,& publicandi Cardinales,iungi-
25 tur cum tempore,& conſequēter,† quod erit de ini-
tio illius temporis,includetur tanquam de quodam
inte-

Digitized by Google

integrali, quod ſuum initium non excludit. Bald.d.
conſi.457.col.3.lib.j.
26 Vnde inſtituto † nepote, qui naſcetur intra decẽ
dies a die mortis filij, dies mortis imputabitur, l. Gal
lus in princ. ff.de liber.& poſthum.
27 Item ſi iuro † ab hodie eſſe fidelis, dies quoque iu-
ramenti includetur. Bal.d.conſil.457.& quidem ab
initio ſui, quia dictiones A, vel Ab, ſuum principiũ
non excludunt, vt inquit Bal.& Fely. in c.ego, col.j.
in prin.extra de iureiur.
Qua ſtante incluſione diei initæ ſponſionis cum
cõputatione ſui principij naturalis ab ortu ſolis vſ-
que ad occaſũ, ſequit̃, qđ cõditio negatiua ad fauorẽ
Mellini nõ põt dici purificata, cum intra terminum
a quo, & ad quẽ, ſic cõputatũ, fuerint creati, & publi
cati Cardinales, & deficiẽte cõditione promiſſio eua
neſcit, l.item quia, ff.de pact. Aym.conſi.93.num.3.
Quinimo dato, qđ tota dies celebratæ ſponſionis
non includat̃, ſed momẽtanea fiat computatio (qđ
28 non videbat̃ admittendũ † cũ momentanea cõputa-
tio fieri ſoleat, qñ iſtæ A, vel Ab, momẽto tpis adij-
ciuntur, vel qñ tps incipit currere, vt in die legali, ſe
cus ſi adijciant̃ diei, vel menſi, cũ tunc non cõputan
tur momenta, ſed integer dies, menſiſq; totus inclu-
ditur, vt tradit Bal. & Fely. in d.c.ego, in prin.) & qđ
pp horam ante conuentam ſcõmiſſam Cardinales
creati, & publicati forent ipſis ignorantibus, & pro
pter loci diſtantiam, & temporis breuitatem ſcire
minimè valentibus, adhuc dicendum videbatur con
ditionem hanc quãtumcunq; in futurum conceptã
verificari ex præcedenti implemento iam antea ſecu
to, quando diſponens illud ignorauit.
29 Ignorantia enim † contrahentium operatur, ꝙ
conditio de futuro ſi ſit impleta tempore actus celẽ
brati ipſis ignorantibus habetur pro pura, & purã
facit eſſe promiſſionem, maximè in actibus reitera-
bilibus, l.hęc conditio, § fi. ff.de cond. & demonſtr. l.
ſi ita ſcriptum, & l.2.eo. tit. Bal.in l.fi. num.14.C.de
ſent. quæ ſi.cert.quant.
30 Vnde ſubſtitutio de filio facta † ſi viuo patre mo-
riatur, verificatur etiam in morte filij facta, quæ præ
ceſſerit teſtamentum, ſi teſtamenti tempore is cap-
tus eſſet, & pater ignoraſſet, l.Gallus, §.quid ſi is, vbi
Ruy.nu.12. ff de lib. & poſthom.
Similiter in inſtitutione naſcituri cõprehẽdetur
etiam iam natus data ignorantia inſtituentis, l. Ti-
tius, §. Lucius, vbi Iaſ. Alex. Aret.eod.titu. per quem
text. Bald. & alij ibi decidunt quæſtionem de gra-
tia ad beneficium vacaturum conceſſa, quod habeat
locum in vacante tempore conceſſionis ſi concedens
ignorabat.
Conditio enim de futuro iam impleta reſpectu
ignorantium adhuc pro implenda reputatur, & pu-
rificanda tempore quo ipſis diſponentibus conſtite-
rit de tali implemento, l. multum intereſt, vbi not. ff.
de cond. & demonſtr. l. 2. in fi. eod.lit. & quod tradit
Dec. in l.actus legitimi, ad fi. ff.de reg. iur.
31 Nam ſicut † futura incerta ſunt ita, & præterita
ignorata Soz.conſi.6. nu.3. lib.j. & nõ minus futura
incerta proferre is dr̃, quam qui præterita abſcon-
dita enunciat. Bart.in l.j. in prin. ff.de ope.no.nunc.

Et licet prædicta loquantur in teſtamentaria ma
teria largè interpretanda, ad cõtractus quoque ex-
tendi, tradit Barto.in dicta l.2.in fi. & comprobat
Ruyn.conſil.89. num.2.libro 4. Accedente quoque
argumento ab vltimis voluntatibus ad contractus,
l.pacta inter hæredes, vbi Iaſ. ff.de pact.
Et ſecundum hanc diſtinctionem ſcientiæ, vel
ignorantiæ impletæ conditionis ita videtur deter-
minare in ſimili de aſſecuratione nauis, quæ ante aſ-
ſecurationem naufragium fecerat. Benue. Stra.de
aſſecurat. gloſſ. 27.num. 2.in prima ſpecie.
Et nouiſſime pro hac parte adducebatur deciſio
huius Rotæ ſub die 6. Auguſti 1566. Vbi in caſu
ſcommiſſæ videlicet.
[Caſo, che nel preſente conclaue ſia fatto Papa il
Cardinale ſanta Croce.] & ſponſionis tempore iam
is erat creatus Pontifex ignorantibus contrahenti-
bus, fuit tentum per iura, & authoritates prædictas
purificatam conditionem ex præcedenti implemen
to partibus ignoto. His tamen non obſtantibus fuit
votatum pro Mellino tam ex priori loco adductis, q̃
ex reſponſionibus ad contraria tradendis: cum non
facilè admiſerimus, quod Mellinus, qui de cohartan
do futuro creandorum Cardinalium tempore tracta
bat, qui etiam ab Vrbe aduiſari potuit (coniecturali
ter loquendo) rumorem tunc eſſe quod illa ſponſio-
nis die non crearentur Cardinales, qui iam publi-
cati erant in illa ſponſionis hora voluerit retroactũ
tempus compræhendere. Non obſtant igitur ex ad-
uerſo adducta. Et primo, quod dicebatur de æqui-
paratione dictionum A, vel Ab, cum dictionibus,
Hinc & ab hinc, includere terminum a quo, quia id
verum erit non integraliter, ſed de momento ad mo-
mentum, vt ſupra dictum eſt de importantia dictio-
nis, Hinc & ſimiliũ, & præſertim ſi dictiones A, vel
Ab, ponant̃ inter principium, & finem tpis, cũ tunc
includant, & tempus coniungant, ſed de momento
ad momentum, vt tradit Bal.dicto conſil.457.col.fi.
32 Vltra, quod de huiuſmodi † monoſillabis A, vel
Ab, An includant, vel excludant, non poteſt dari cer
ta regula propter varia veterum reſponſa, vt patet
ex plenè traditis per Oldrad. in conſilio 49. & Bald.
in dicto conſilio 457. numero 3. libro primo, & no-
uiſſimè in puncto per Benu. Stra.dicta gloſſ. 27.nu-
me.6. dicentem id tandem Iudicis arbitrio relinqui.
Nec obſtat, quod dicitur de l. veteribus, quia ſu-
mus in conuentionibus correſpectiuis, in quibus
non conſtat, an vnus magis, quam alter terminum
ſtatuat, immo attento tenore ſponſionis Leonardus
is eſſe videtur, qui tempus præfigat ſponſioni. [Da
hoggi a tutto Genaro, &c.] Præterquam, quod ver-
ba ſunt clara, & ſi quam continent obſcuritatem, in
hoc verſatur, An dies termini in termino compute-
tur, quod nos non negamus, ſed ab ipſo ſponſionis
actu computandum ex iam dictis affirmamus.
Minus etiam obſtant dicta per Bald. & Fely. in di-
cto capitulo, ego; quia dictio monoſillaba Ab, in ca-
ſu iſto non eſt diei nec menſi adiecta, ſed aduerbio,
hodie, quæ ſecundum communem vſum loquendi,
non totam diem, ſed diei partem ſignificat, quæ
meridiem ſequitur.

Digitized by Google

ſerente.

2 *Subſtitutio compendioſa continet vulgarem.*

3 *Subſtitutio vulgaris duo capita continet, & voluntatis & impotentiæ.*

4 *Subſtitutio vulgaris tacita potentior eſt iure accreſcendi.*

5 *Hæreditas in teſtamento directè data, an in codicillis adimatur.*

6 *Subſtitutio in codicillis nec datur, nec adimitur.*

7 *Portionis verbum, pro virili rata accipitur.*

8 *Legitima hæreditas, & portio legitima quæ dicatur.*

9 *Declaratio in codicillis fieri poteſt.*

10 *Teſtamentum poteſt ſumere vires à vulgari ſubſtitutione.*

11 *Bart. opinio in l. militis teſtamento. ff. de mili teſtam. reprobatur.*

12 *Codicilli, quando fauore liberorum tollant primum perfectum teſtamentum.*

13 *Teſtamentum ſecundum quantumcunque perfectum inæqualiter tractans filios, non tollit primum.*

14 *Teſtator poteſt facere, quod primum teſtamentum tranſeat in fideicommiſſum.*

15 *Fideicommiſſum poteſt iniungi in codicillis.*

16 *Ius accreſcendi non procedit, vbi diuerſo iure ſucceditur.*

17 *Ademptio legati ex falſa cauſa non tenet.*

18 *Proemialia verba denotant cauſam finalem.*

19 *Proœmium diſpoſitionem regit, ſicut anima corpus.*

20 *Dictio propterea, & dictio ideo finalē cauſam denotat.*

21 *Falſa cauſa vitiat diſpoſitionem.*

22 *Inſtitutionis cauſa ceſſante, ceſſat inſtitutio.*

23 *Errans in filiatione, conſanguinitate nil agit.*

24 *Dos an in legitima imputanda.*

25 *In legitima, quæ veniunt imputanda.*

26 *Subſtitutio an caducetur per mortem inſtituti hæredis viuo teſtatore defuncti.*

27 *Codicillis directè inter liberos ſubſtitui poteſt.*

28 *Declaratio fieri poteſt in codicillis.*

29 *Subſtitutionis ius potentius eſt iure accreſcendi.*

30 *Subſtitutio facta in teſtamento, poteſt in codicillis declarari.*

31 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio indicatur per verba ſi ſine liberis, & per verbum poſt mortem, num. 32.*

33 *Ordo ſucceſſiuus deſignatus arguit fideicommiſſariam ſubſtitutionem.*

34 *Codicilli, quod non ſint vltima voluntas, vt teſtamētum ex opinione Aymo.*

35 *Codicilli dicuntur famuli, & ancillæ teſtamenti, & minoris potentiæ.*

36 *Conditio adiecta inſtitutioni in teſtamento, non poteſt per codicillos remoueri.*

37 *Subſtitutio pupillaris in teſtamento facta, non poteſt in Codicillis amoueri.*

38 *Subſtitutio compendioſa vulgarem non continet, quando conſtat de mente teſtatoris.*

39 *Declaratio voluntatis non ſumitur ex diſpoſitione ex interuallo longè poſtea facta, & celebrata.*

40 *Declaratio dubiæ voluntatis qualiter ex interuallo temporis ſumatur.*

41 *Subſtitutionum plurium prouiſione, facilius teſtamenta confirmantur.*

42 *Subſtitutio facta in vno capite extēditur etiam ad aliud ſimile.*

ARGVMENTVM.

Hæreditas data in teſtamento, an & quando in Codicillis adimi poſſit. Et an, & quādo admittatur declaratio contentorum in teſtamēto in Codicillis ſumenda.

DECISIO IIII.

BENEDICTVS de Cononibus condito cum quo deceſſit, teſtamento inſtituit ſibi hæredibus D. Nannina, & D. Eliſabet eius filiabus, eas inuicem ſubſtituit, ſi ſine filijs decederent, ſi vero cum filijs maſculis cum fœminis ſubſtituit illis earum filios maſculos primo loco, & his ceſſantibus fœminas.

Idem teſtator poſtea codicillando inter alia diſpoſuit, quod ex quo dicta D. Nannina eius filia erat præmortua relictis poſt ſe D. Lucretia, & Laura, & Clementia eius filiabus, & neptibus reſpectiuè, voluit dd. ſuas neptes de ſua hæreditate conſequi tantum poſſe legitimam portionem, quam d. earum mater ſi vixiſſet habere potuiſſet, in qua legitima mandauit computari dotem Do. Nanninæ matris, reſiduum vero totius hæreditatis mediante teſtamē- 2
to prædicto, ac propter prædecedentiam D. Nanninæ voluit pertinere, & accreſcere alteri eius filiæ cohæredi in teſtamento inſtitutæ. Quibus ſic ſtantibus, & orta controuerſia inter d. Do. Eliſabet & dd. filias Do. Nanninæ ſuper d. hæreditate, & occaſione dictorum Codicillorum, dubitabatur de portione harum neptum, an eſſet dimidia totius hæreditatis prout dimidiam eſſe prætendebant? An vero legitima tantum iure naturæ Dominę Nanniuæ earum matri debita, iuxta intentionem D. Eliſabet earum materteræ.

Et pro neptibus Actricibus faciebat, quod certi
1 iuris erat eas verſari † in ſubſtitutione compendioſa per verba communia à Pagano facta, cum dictione ſignificante tractum temporis ſi ſine liberis, vel cū liberis, &c. Rip. poſt Barto. in l. centurio, nume. 147. & 187 de vulga. & pupill. Bart. num. 47. Iaſ. numero
2 62. Quæ † quidem compendioſa continet vulgarem ſecundum opinionem Cyn. in l. precibus in materia pup. ſubſt. quęſtio. 4. C. de impub. & alijs ſub. quā magis communem eſſe teſtatur allegando concord. Vaſqu. de ſucceſſio. progr. libro 2 §. 18. de compenſ. ſubſt. in princ. Natta conſi. 247.
3 Vulgaris autem † compræhendit, & voluntatis, & impotentiæ caput, l. cum proponas cum ibi not. C. de hæred. inſtit. Barto. in l. j. col. 3. de vulga. & pupil. & intelligitur impotentia ſiue decedat inſtitutus ante mortem teſtatoris, ſiue poſt. l. 3. de adime. leg. Ruy. conſilio 85. num. j. lib. 3. Ergo non obſtante

te morte d. Do. Nanninę viuo teſtatore, fuit aperta
via neptibus ſubſtitutis ad excluſionem iuris accre-
4 ſcendi cohæredi † tum ſubſtitutio vulgaris etiam ta
cita excludat coniunctum, & potentior reputetur iu
re accreſcendi ſecundum communem opin. quam te
net Bar. in l. re coniuncti, de legat. 3. & ibi communi
ter Doct. Saly. Bal. & alij in l. quidam Eulogio, C. de
iure delib. Doct. in l. j. C. quando non peten. par. & te
ſtatur Vaſq. de ſucceſſio. progr. lib. 2. in præfa. nu. 1.
& num. 18. in fine, & tradit Bald. in l. fi. num. 53. per il
lum tex. C. de hæred. inſtituen.
Et ſic non obſtante morte D. Nanninæ inſtitutæ
viuo teſtatore prædefunctæ quantumcunque inſti-
tutio ſit caduca, non euanuit ſubſtitutio neptum
vocatarum ex cauſa vulgaris ſubſtitutionis.
Nec obſtat, quatenus codicillando teſtator videa-
tur ſubſtitutionem reuocaſſe relinquendo neptibus
5 ſolummodo legitimam, tum quia † hæreditas, quæ
fuit in teſtamento illis directo data vigore vulgaris
in compendioſa cõtentę, nõ potuit adimi in codicil-
lis, l. 2. C. de cond. l. codicillum, C. de teſta. cum con-
cordant per Vaſq. de ſucceſ. crea. lib. 3. §. 55. in 30. li-
mita. num. 1. etiam ſi codicilletur inter filios, vt ex
magis cõi opi. tradit, & defendit latè Vaſq. ibi, nu 7.
6 in fi. vbi ẽt nu. 10 & 17. † idem dicit procedere in ſub
ſtitutione, quę in codicillis dari nec adimi poſſet.
Tum ẽt, quia inſpectis verbis codicillorum ſatis
confuſis, & inuolutis poſſet dici, teſtatorem voluiſſe
neptes dimidiam habere totius hæreditatis, dum di-
xit per mortẽ Nanninæ eas habituras eſſe portionẽ
legitimam, quã earum mater habuiſſet ſi viſiſſet, q̃
ſi viſiſſet, tam tamquã vocata in teſtõ dimidiã ha-
buiſſet, quã ab inteſtato in dimidia ſimiliter cum ſo
7 rore ſucceſſiſſet: portionis † n. verbũ pro rata virili
accipitur, l. 2. ff. ad l. rodiã. de iact. l. quicquid in fi. de
acqu. rer. dom. l. Lucius, § j. ad Trebellia. l. ſi finita, §.
cum plures, de dam. infec. & ſic attenta diſpoſitione
codicillari non videbatur dubitandum, quin iſtę ne-
8 ptes dimidiã conſequi deberẽt, quia † legitima hære-
ditas, & hæreditatis portio illa dr̃, quæ nobis ex lege
12. tabu. defert, l. 1. aũt, ff. de iure patro, quæ quidẽ
lex inteſtatorum hr̃ditatem ad ſuos pro ęquali por-
tione defert, inſt. de hæred. quæ ab inteſt. deferũtur,
§. j. vel illa etiam quæ ex teſtõ nobis datur, licet, quo
ad hanc ex teſtõ delatam, nõ proprie legitima nun-
cupet niſi per approbationem, vt contra Alcia. con-
tendit Rebuff. in l. lege obuenire, in princi. de verb.
ſign. & iſta interpretatio ad codicillos prædictos nõ
eſſet reijcienda, quia veniret declaratiue, & cõfirma
tiue ad diſpoſita in teſtõ ad tollendam dubitationẽ
quæ oriretur propter mortẽ D. Nanninæ inſtitu-
9 tę. † Declarationem aũt in codicillis, & confirmatio
nem fieri poſſe non ambigitur, l. aſſe toto, ff. de hæ-
red. inſti. Vaſq. d. 30. limita. num. 16. & 18.
Et ideo ſtante d. vulgari in compendioſa compræ
henſa ſequebatur, quod iſtę neptes ſubſtitutæ eſſent
ẽt inſtitutæ, cum oĩs ſubſtitutio vulgaris ſit ſecũda
10 inſtitutio, gl. in rub. ff. de vulg. & pupil. † & a vulga-
ri ſubſtitutione poteſt teſtm̃ vires ſumere, l. 3. §. fin.
ff. de lib. & poſth. & conſequenter non potuiſſe hu-
iuſmodi ſubſtitutionem directam in codicillis reuo-
11 cari, † quicquid dixerit Bart. in l. militis teſtamen-
to, ff. de milit. teſtam, dum voluit per patrẽm directo
datam hęreditatem inter filios codicillis adimi poſ-
ſe, quem ſequitur Alex. conſi. 146. col. 3. lib. j. Boeri.
Deciſ. 141. cum communis opinio ſit contra eum. vt
ſupra dictum eſt, & teſtatur Roma. conſil. 179. num.
52. ſequitur Iaſ. in l. omnimodo, in princ. num. 9. C.
de inoffic. teſtamen. Bertran. conſilio 30. lib. j. Cuius
quidem Bar. opinio ex alio locum ſibi vendicare nõ
poſſe videbatur, quia loquitur, quando in teſtamen-
to eſſent inſtituti extranei, & in codicillis venientes
12 ab inteſtato, tunc. n. † ſit locus, §. ſi quis autem, l. hac
conſultiſſima, C. de teſt. vt codicilli tanquam imper-
fectum teſtm̃ tollant primum perfectum præcedẽs
fauore venientium ab inteſtato, ſecus vero ſi in teſta-
mento ſint inſtituti venientes ab inteſtato. Old. cõſ.
159. num. 2. 3. Iaſ. conſil. 155. lib. 4. & in d. §. ſi quis
autem in 3. limi. Soci. conſi. 163. col. j. lib. 2.
Accedebat etiam contra deciſionem Bar. quod li-
13 beri non erant æqualiter inſtituti † vnde per ſecun-
dum teſtamentum quantumcunque perfectum, in-
æqualiter tamen liberos tractans, non tollitur pri-
mum. Iaſ. d. §. ſi quis autem, in vltima limitatio.
Conſtat igitur codicillos vim teſtamenti habere
non poſſe, vt in eis directo hæreditas data, vel adem-
pta dicatur, quia alias ſequeretur, quod paganus cõ-
tra iuris regulas decedere poſſit cum duobus teſta-
mentis, l. j. & 2. de iniuſt. rupt. & irrito teſta. §. poſte-
riori, quib. mod. teſta. infirmen.
14 Voluit igitur teſtator iſte † qui alias potuiſſet fa-
cere, quod primum teſtm̃ tranſiret in vim fideicom
miſſi, ſi ſecundum teſtm̃ ſolemniter feciſſet, l. ſi quis
15 priori ad Trebellia. † & fideicommiſſum ẽt codicil-
lis iniungere hæredi inſtituto, l. j. C. de Cod. inan. Di
lect. de Aret. teſt. tit. 10. de muta. teſtam. cautel. 9. nu.
2. l. Scæuola, ad Trebell. directo hæreditatem teſtõ
datam codicillis adimere (licet inutiliter) qd̃ expreſ-
ſe declaraſſe vr̃ in verbis codicillorũ, dum dicit, qd̃
propter mortem D. Nanninæ integra hæreditas ac-
creſcat D. Heliſabet cohæredi inſtitutæ, dum. n. di-
xit integram hr̃ditatem, comprehendit partem quo
que quam Nanninæ dederat in teſtũ vltra partem
propriam eiuſdem D. Eliſabet, quam cum D. Eliſa-
bet haberet iure directo, voluit ſimiliter ẽt aliã ſibi
ſimili iure accreſci, qui alias ſi alio accreſci voluiſ-
16 ſet, vtique non potuiſſet, † cũ in diuerſo iure ſucce-
dentibus ius accreſcendi non procedat, l. ſed cum pa-
trono, ff. de bono. poſ. Ripa in l. re coniuncti, num.
180. de leg. 3. Vaſq. de ſucceſ. progr. lib. 3. §. 23. num.
86. de tacita ſubſt. vel iure accreſcendi.
17 Quæ † quidem ademptio alio quoq; vitio nullita
tis ſubiacebat, quia vr̃ facta ex falſa, & erronea cau-
ſa, & ex præſuppoſito non vero, inquit. n. teſtator in
codicillis, qd̃ cum pp mortem D. Nanninæ eius por
tio accreuerit D. Eliſabet, & accreſci voluit, ideo or-
dinauit dd. ſuas neptes legitimam tantum conſequi
debere computatã dote materna, &c.
18 Quæ † verba diſpoſitionem præcedentia tãquam
prohœmialia cãm finalem inducunt, vulga. l. fi. ff. de
hęred. inſti. tradit Rom. conſil. 120. col. antepe. Bald.
in l. j. in prin. de orig. iur. Alex. conſil. 42. lib. j col. 5.
Iaſ.

Digitized by Google

ſolenni non valere in codicillis adimi, ac concurren
te errore teſtatoris exiſtimãtis per mortẽ Matris in
ſtitutæ viuo teſtatore prædefunctæ caducatam fore
ſubſtitutionem neptum, in hac parte ſubſtitutionis
nec factũ, neq; fieri potuiſſe præiudicium aliqđ diſpo-
ſitis in teſtõ, per diſpoſitione codicillarẽ cẽſuerunt,
non obſtantibus ex aduerſo adductis, quib. pro ma-
iori parte ex primo loco allegatis patet reſponſio.

Nec obſtat auctoritas Aymo. d. conſil. 80. num. j.
quia loquitur contra communes traditiones, & ra-
tiones per eum allegatæ non ſubſiſtunt de iure; nam
dum arguit à duabus vltimis voluntatibus vltimã
attẽdi debere, non primam, & ſic quod codicilli ſint
vltima voluntas quemadmodum teſtamentum, &
in eis poſſit dari adimique hæreditas ſicut in teſta-
34 mento fit, † hoc eſt falſum, & in terminis per 12. ra
tiones reprobat, & contrarium tamquam verius fir
mat, Vaſq. de ſucceſſio. creat. lib. 3. §. 25. in 10. limit.
35 num. j. & 2. ſunt † enim codicilli veluti ancillæ teſta
mento, & illi famulãtur, & tanquam acceſſorij ſunt
minoris potentię nec debent pari gradu cum teſta-
mento ambulare, Aſinus enim intumeſcit auribus,
dum videt ſe per comparem comprehendi, &c.

Rurſus dum Aymo. dicit per ſublationem condi
tionis in codicillis remoueri conditionatum, & re-
mota conditione ſubſtitutionis in teſtamento appo
ſitæ remoueri cõditionatam ſubſtitutionem, in hoc
36 ſimiliter fallitur, † quia in codicillis conditio inſti-
tutionis in teſtamento appoſitæ remoueri non po-
teſt, nam ſublata conditione inſtitutio remaneret
pura, & ſic quodammodo per codicillos videretur
data, Sal. in l. j. C. de codicil. ſequitur Vaſq. d. 30. limi
37 ta. num. 11. qui etiam nu. 17. † ampliat procedere in
ſubſtitutione pupillari, quod data in teſtamento nõ
poſſent adimi per codicillos, cõtra Bar. in l. j. in vlti-
ma q. de iure cod. &c.

38 Non obſtat communis Theorica, † quod compẽ-
dioſa non contineat vulgarem quando conſtat de
contraria mente teſtatoris ex Decio in d. l. precibus,
num. 14. & quod coniunctus ſubſtituto, quandoq;
præfertur, ſi de coniecturata mente defuncti appa
reat, l. quidam teſtamento, ff. de vulg. & pupilla. de
qua contraria clarè apparere videbatur, ex codicil-
lis, dum dixit, quod propter mortem D. Nanninę ac
creuit, & accreſcei voluit, & vult coniunctæ cohære-
di, quia dũ dicit, quod accreuerit cohæredi per mor-
tem D. Nanninæ, iſtud eſt erroneum, vt ſupradictũ
eſt; dum autem vult, quod accreſcat, iſta eſt noua di-
ſpoſitio, quę non per viam codicillorum, ſed alia æ-
que ſolenni, & principali diſpoſitione erat facien-
da, vt etiam dictum eſt, l. 2. C. de codicillis, l. non co-
dicillum, C. de teſtamentis. gloſ. not. in l. cum propo
nas, in verbo coniectura, ff. de legat. 2. Cuma. in l. hę
redes, §. ſi quid in fine, ff. de teſtamen. verſicu. quæro
quot modis &c. At dum dicebatur teſtatorem hu-
ius intentionis fuiſſe dum teſtabatur, & eius volun
tas deprę̨hendi, & declarari ex diſpoſitis in codi-
cillis, id quidem nobis ſuaderi minimè potuit, tum
quod declaratio præcedens ſumeretur ex diſpoſitio
39 ne erronea, tum † quia ex diſpoſitione longe poſt,
& ex interuallo celebrata, quod iure non permitti-
tur, atq. not. per Bald. in l. non codicillum, C. de teſt.
vbi determinat teſtatorem, qui in teſtamento relie
querat Io. Filio non poſſe ex interuallo declarare ſ.
iure inſtitutionis reliquiſſe. ſequitur Claud. de Sei
ſello in l. inter cętera, nu. 25. de lib. & poſthum. Niſi
enim eadem ſolemnitate declaret.

40 Non enim negamus † dubię voluntatis teſtatoris
cõiecturas, & declarationem ſumi poſſe ex his, quæ
ante teſtm̃, vel in teſtõ, vel paulo poſt in continen-
ti teſtator enunciauerit, & quod poſſit probari hoc
enunciatum per duos teſtes, vt per Bar. in l. 2. col. 11.
verſ. quæro ego, & reuoco in dubium, de vulg. &
pupil. & Claud. de Seiſello, vbi ſupra nu. 25.

Tamen non admittendum credimus, quod iſta
voluntas (quæ modo declarari intenditur) quæ om-
nino apparet ommiſſa in verbis expreſſis, quamve,
nec ante teſtamentum præcedit aliqua coniectura,
nec in continenti poſt teſtm̃ ſequatur, poſſit per co-
dicillos ex interuallo poſt teſtm̃ confectus dici decla
ratoria præcedentis voluntatis ſeu ſequentis volun
tatis, ſed magis noua diſpoſitio, quæ non aliter quã
eadem ſolemnitate fieri debuit, vt ſupra dictum eſt,
& ita declarat Claud. de Seiſello in l. Lucius, col. an
tepen. ſub nu. 11. verſ. & illud vltimum, de vulga. &
pupil. & in d. l. inter cætera, de libe. & poſthu. Caſ-
ſa. de reg. Cancell. in 3. regula, &c.

Nec obſtat, quod ſubſtitutio videatur facta in
vno caſu D. Nanninæ quando ipſa decederet poſt
41 mortem teſtatoris, quia cum † per prouiſionem plu
rium ſubſtitutionum teſtamenta facilius conſernẽ
tur, vt egregiè per Vaſq. de ſucceſſ. crea. lib. j. §. 2. nu.
42 18. † ſubſtitutio illa facta in vnum caſum, videlicet
quando deceſſiſſet D. Nannina poſt teſtatorem, de-
bet extendi ad alium ſimilem caſum ſi decedat inſti
tuta ante mortem teſtatoris. Alex. in puncto conſil.
lib. j. col. 2. Soz. conſi. 259. col. j. verſ. 2. principaliter
lib. 2. Doct. in l. fi. C. de inſtit. & ſubſt.

SVMMARIVM.

1 *Compenſans dicitur ſoluere, & vt ſoluens debitum ex-
tinguit.*
2 *Compenſatio fit ipſo iure, ſi opponatur, alias non.*
3 *Compenſationis ortus non reponitur in homine, ſed exer
citium, & vſum in hominis arbitrio ius remittit.*
4 *Soluens creditori creditoris habentis eum, & bona ſua
obligata, liberatur.*
5 *Executiua via non patet tacitis obligationibus, &c.*

ARGVMENTVM.

*De compenſatione quomodo fieri di-
catur ipſo iure.*

DECISIO V.

IN cauſa illorum de Talduccis cum
Alexandrinis, diximus, capturam
ab initio valuiſſe, licet fuerit poſt
modum infirmanda pp oppoſitã
exceptionem compenſationis, &
hoc non quidem ex eo, quòd D.
Iudex a quo dixerit in ſuis motiuis, quod non po-
tuerit

tuerit fieri, ſtante cancellatione tactus præcedentis,
quaſi inde Alexandrini conſentientes d. caſſationi
videantur fateri ſe ſatisfactus, quia nō apparet, qua
de cauſa ſit conſenſum cancellationi, & poteſt eſſe,
quod gratia cōmoditatis, vel ſat.sfactionis tactus, fa
ctum ſit, vt quotidie fit, ſed ex eo, quod oppoſita cō-
penſatione crediti liquidi, quòd habebat captus cū
1 Alexaodrinis, captura veniebat infirmanda, † quia
compenſans dicitur ſoluere, & compeoſatio extin-
guit debitum ſicut ipſa ſolutio. l. amplius non peti,
ff. rem rat. babe. Bart. in l. ſi debitor, ff. qui pot. in pi-
gno. cum ſimilibus: ante igitur compenſationis op-
poſitionem captura ad inſtantiam Alexādrinorum
facta in vim inſtrumenti guarentigiati exequibilis
2 potuit fieri: quia † quod dicitur, quòd compenſatio
ſit ipſo iure, ita demum verum eſt ſi opponatur, l. ſi
conſtat, & l. fin. C. de compenſatio. declarant Docto.
3 in d. l. ſi conſtat, ios † enim non teponit compenſa-
tionis ortum io homine, ſed ipſo iure les operatur:
ſed bene in hominis voluntate exercitium, & vſum
ortæ compenſationis remitit, ita declarat Tinda. de
compenſa. artic. 6. num. 74. & 80. & num. 62. ſolue-
rant enim dd. dd. de Tarduccis quoddam debitum
longe maioris quantitatis contractum ſocialiter,
dum inter eos vigebat ſocietas, quod tandem fuit
declaratum ceſſiſſe in vtilitatem Alexandrinorum
tantum, & ita ad id ſoluendum (erat enim quod-
dam depoſitum in ſocietate factum) dd. de Aleſan-
drinis condemnati fuerāt, licet iſta declaratio, quod
in totum debitores eſſent Alexandrinis d. depoſiti
non liberauit conſocios reſpectu deponentis, qui ha
bebat omnes ſocios principaliter, & inſolidum obli
gatos, quo caſu per ſolutionem factam creditori cre
ditoris, qui habet eum, & bona ſua obligata con-
tigit liberatio ſaltem ope exceptionis. Bartol. in l. ſo-
lum, §. ſolutam, columna 2. ff. de pignor. actio. & ibi
Bald. numero 2. & Caſtrenſ. num. 3. l. ſoluiam pecu-
niam, de ſolutio. Barto. Bald. Caſtrenſ. in l. liber ho-
mo de nego. geſt.

Inſimauimus etiam tactus pro non factis, aduer
ſus illos de Alexandrinis, ad inſtantiam Talduccio-
rum ſatagentium conſequi ab illis reſiduum eius
ſummæ, pro Alexandrinis eorum creditoribus ſo-
4 lutæ, † quia, & ſi quatenus ad compenſationis exce-
ptionem ſufficiat debitum liquidum, & verum, non
tamē eſequibile per viam executiuam, tamen quo
ad agendum via executiua, oportet, quod de eo con-
ſtet, per aliquod inſtrumentum, vel aliam ſcriptu-
ram exequibilem, quod in cauſa tactorum deſidera-
batur, pro parte Talducciorum, qui pro non facto
non poterant ſe fundare in ſeotentiam DD. ſex, &
recurſus, qua condemnantur Alexandrini ad ſoluē-
dum depoſitom deponentibus, & in ea noo ſe obli-
gant ad aliquid faciendum dd. de Talduccis, & con-
feſſiooes prætenſæ præterquam, quod ſuot inter a-
lios emanatæ, nullam non facti faciendi promiſſi
arguunt obligationem.
5 Ex tacitis † enim & præſumptis, & coniectu-
ratis obligationibus non aperitur via executiue agē
di, ſed ordinarie ad notata per Rebuff. de lit. obliga.
artic. ſecundo, gloſ. 1. num. 91. &c.

SVMMARIVM.

1 *Edificari non licet in damnum vicini, ad occupandum Solem, ventum, & aerem &c.*
2 *Vmbra quid ſit.*
3 *Vmbra arborum, quæ ſit nociua.*
4 *Florentini volunt eorum ſtatuta omnino ſeruari.*

ARGVMENTVM.

De vmbra arboribus nociua tollēda.

DECISIO VI.

STAT ſtatutū lib. 4. de Vggis in-
cidendis, & arboribus certis caſi-
bus cędendis diſponens, quod ar-
bores non producentes fructus cō
meſtibiles ad hominem vſus exi-
ſtentes propè agrum vicini per 8.
brachia incidi debeant, in quo ſtatuto expreſſe inter
alia fit mentio de Vggia quercuum, & cannarum,
cuius ſtatuti beneficium intentauit D. Petrus Stro-
tius aduerſus D. Franciſcum Cerretanum conuēti
num, & probatis qualitatibus, pro eo ius ſtare dixi-
mus coodemnando D. Franciſcum dd facien. incidē-
te quæreus de quibus in actir, &c.

Intentio. n. ſtatuentium fuit ne frogibus, & arbo
ribus fructus ad hominum vſum producentibus a
vicini arboribus diuerſæ qualitatis damnum fieret,
prout contingebat in hac facti ſpecie, vbi denſitas
quærcuum magna erat in ſupercilio. intra 8. bra-
1 chia vicini agro propè exiſtentium, cuius † rei cauſa
etiam de iure ędificari prohibetur in damnum vici-
ni ad occupandum ſolem, & vērum, & aerem, vt no.
gl. & Bal. in l. ſi. §. ſi. C. de ſeruit. & Aqua. Ioan. Bapti-
ſta de S. Seuerino, in l. omnes populi, nu. 35. de iuſti.
& iu. Anchar. regien. q. 3. par.
2 Vmbra enim † quæ nil aliud eſt quam aer Sole ca
rens propter aliquod corpus dēſum obiectum, mul
tum nocet frugib. iosta illud Virgilij Bucol. Eglo.
10. ſurgamus, ſolet eſſe grauis cantantibus vmbra
Iuniperis grauis vmbra, nocent & frugibus vmbrę.
& idem Virgil. 1. Georg. monet agricolas ad ampu-
tandos arborum ramos vmbram facientes, ibi falſe
premes vmbram, votiſq; vocaueris imbrem. Quod
3 etiam ſenſit Plin. lib. 17. cap. 12. nat. hiſt. † vbi loquēs
de nociua arborum vmbra in prima claſſe ponit
Cupreſſum, Pinum, Nucem, & alia ſimilia huma
nis quoque corporibus eorum vmbra infeſta ſub-
dens, vmbra quibuſdam matrem, nonnullis nouer-
cam eſſe, quo etiam loco idem Plinius loqueodo de
interoallis plantandarum arborum inquit in fine
reprehendendo agricolarum ioſcitiam, nil fœdius
agricolis eſſe quam geſtæ rei pęnitentia.

Et quamnis d. quercus eſſent annoſæ, & longiſ-
ſimo tempore tolleratæ a vicino, non ideo tamen
perſcriptione tutus fuit: quis ſicut quotidie gra-
uant, ita quotidie conqueri potuit vigore d. ſtatuti.
Hoc autem ſtatotum oon multum differet à iure cō
muni de arb. cęden. & C. de interdi. l. j. vbi Saly. & ſi
quid forte durum diſponeret, fuit ſeruandum, quia
vt

Digitized by Google

vt inquit Roma. in conſ. 392. col. 2. & deciſ. conſil.
4 37. col. j. in fi. † Florentini voluot ſua ſtatuta ad vnguem ſeruari, quicquid velit ius commune, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Incertitudo vitiat actum in contractibus.*
2 *Incertitudo legati fauore dotis non vitiat.*
3 *Iudex ſupplet de facto in cauſa dotis.*
Subſtantia legati non confertur in alienum arbitrium.
4 *Secus in quantitate.*
5 *Volo verbum, & volũtas in plenum arbitrium reſonant.*
6 *Liberum arbitrium nõ ſupponitur iuri, æquitati, ſeu rationi, ſed ſtat in mera facultate pręferendi ęquũ iniquo.*
Arbitrium liberum, quid importat.
7 *Legatum dotis tam circa ſubſtantiam, quam circa quantitatem hæredis arbitrio remiſſum valet.*
8 *Arbitrium differt à voluntate.*
Voluntas, & arbitrium, &
9 *Libera voluntas, & arbitrium an differat.*
10 *Verbum debere neceſſitatem importat.*
11 *Verbum teneatur, importat neceſſitatem.*
12 *Legatum dotis puellarum maritandarum per hæredes de mandato teſtatoris, an debeatur ipſis maritatis ſine conſenſu hæredum.*
13 *Conſenſus hęredum in d. legato eſt requirendus ad conſecutionem legati, non tamen ſeruandus.*
14 *Legatum dotis an debeatur ſecuto matrimonio, quaſi ceſſet cauſa legati.*
15 *Matrimonium dicitur cauſa dotis productiua, non extinctiua.*
16 *Legatum dotis arbitrio hęredum ſecuto matrimonio, an poſſit adiri Iudex pro declaratione dotis.*
17 *Legatum dotis duabus puellis arbitrio hæredis vna ſaltem eorum maritanda per mortem vnius non expirat alterum altero debendo.*
18 *Dos declaranda per proxenetam non declarantem ante matrimonium ſecutum, non poteſt ab eo declarari, ſed a Iudice.*
19 *Hæres ſine interpellatione non conſtituitur in mora.*
20 *Bal. in l. fi. n. 14. C. de ſent quę ſine cer. quant. declaratur.*
21 *Hæres elapſo anno non declarat amplius, ſed Iudex.*

A R G V M E N T V M.

De legato dotis, arbitrio alterius committendo, & quatenus procedat, & an legatum dotis incertum teneat, et an, & quando hæres declarare poſſit quantitatem legati, non taxatam à teſtatore.

D E C I S I O VII.

DOMINVS Bartholomæus Ruentaienſis condito teſtamento inſtitutiſque ſibi hæredibus fratribus germanis mãdauit eiſdem, quod deberent de hæreditate teſtatoris maritare Mariam, & Caſſandram eius ex ſorore nepotes ad ipſorũ hæredum arbitriũ, & voluntatem, quorum arbitrio, & voluntati præcepit illas debere ſtare tacitas, & contentas. rogando inſuper præfatos ſuos hæredes, vt in prædictis ſe ſe habere velint tanquam boni affines, & conſanguinei, prout conuenit ipſorum gradui bonitati, & dignitati, hæc ſunt verba teſtamenti.

Idem teſtator codicillando poſtea ſubiunxit, *Che ſe li predetti ſuoi heredi non vorranno maritare tutte due, almeno ſiano tenuti maritare vna, qual più piacerà à loro, con dargli in dote quello che gli piacerà della prefata heredità, &c.*

Succeſſiue mortuo teſtatore, ab humanis deceſſit Domina Maria, non nupta ſuperſtite Caſſandra, quam N. eius pater nuptui tradidit certa dote de ſuo promiſſa, & etiam cum omni eo, quod ex hæreditate d. teſtatoris vigore d. legati cõſequi poſſit. Quę d. Caſſandra mediante eius viro citato d. equite Franciſ. Buontalento, vno ex dd. hæredibus coram Clariſſimis dd. Conſiliarijs, petijt ſibi declarari dotem congruam vigore d. legati, & cauſa nobis ad referendum tranſmiſſa propter contradictionem dd. Equitis de pluribus dubitatum fuit.

Primo de validitate d. legati ſine certa ſumma, & quantitate, & ſic tãquam incertum an valeret, cum
1 † in contractibus incertitudo vitiet actum, l. Titiũ,
l. ſtipulationum quædam cum l. ſeq. de verb. oblig.
2 † & fuit concluſum in hoc fauore dotis legatum do
tis incertæ valere, l. ſi filię, de lega. 3. l. Theopompus,
ff. de dot. prælegat. cum concordantijs per Afflict. de
3 ci. 271. num. j. Iudex enim ſupplet de facto in cauſa
4 dotis, vbi † legati namq; ſubſtantia non confertur
in alienum arbitrium, ſecus in qualitate, Alex. cõſ.
175. col. j. nu. 5. lib 6. Doc. in l. j de leg. 2. Menoch. de
arb. Iud. caſu 149. num. 36. Bal. Nouel. de dot. 6. par.
11. priuileg. & priuil. 8. 6. par. & priuileg. 9.

Secundo dubitabatur de validitate dicti legati reſpectu ſubſtantiæ, videlicet, An præſtatio dicti legati ſit totaliter repoſita in abſoluta, & mera voluntate hęredis per verba arbitrium boni viri, nõ importantia, ſed liberam ab omni neceſſitate præſtandi remotam voluntatem ſignificantia, prout in liberum, & abſolutum arbitrium reſonare videbatur legatũ ex illis verbis ad arbitrium, & voluntatem hæredũ,
5 cui legatariæ debeant ſtare tacitę, & cõtentæ; † ver
bum enim illud volo, & voluntas liberum arbitriũ
importat, l. cũ quidam, de leg. 2. l. fideicõmiſſaria libertas, ff. de fideicõ. libe. Bar. in trac. ad reprimẽdum verbo vidchitui, & concord. allegat Menoch. de arb. Iud. lib. j q. 7. nu j. ſi igitur in libero arbitrio hæredum dotatio reſidet, non potuerunt aliquo iure co-
gi ad præſtandũ legatum, quia alias liberũ arbitriũ
6 nõ foret; † in arbitrio enim libero ſupponitur de ne
ceſſitate remotũ, ius, ratio, & æquitas ſolo proprio appetitu relicto, cum poteſtate pręferendi iniquum ęquo. Curt. Seni. in l. ſi quis maior, C. de tranſac. nu. 25. vel ſi quid fortè ſit præſtandum, id erit tantum quantum quomodocũque arbitratum fuerit ab hæredibus, qui redargui non poterunt de iniquitate declaratæ qualitatis, quam non ordinata boni viri voluntate regulare tenebantur, ſed propria, & abſolu-
7 ta. In hoc puncto fuit pariter votatum contra † hæ-

redes

Digitized by Google

redes tantum abeſſe, quod earum liberę, ac meræ voluntati ſubſtantia, & qualitas legati ſit repoſita, vt quod deberent, & tenerentur præſtare legatum dotis omninò non eſſet ambigendum, & quòd boni viri arbitrio quantitatem arbitrari obnoxij eſſent, non autem ex propria eorum libera, ac non regulata voluntate, quia verbo voluntati fuit adiectum, &
8 adiunctum aliud boni viri arbitrium denotans † videlicet ad voluntatem, & arbitrium, quod verbum arbitrium reſtringit, & temperat vim verbi voluntatis, ita tradit Barto. in ſua magiſtrali diſtinctione, quam facit in dicto tractatu ad reprimen. verbo videbitur, num. 11. quam ſequitur Iaſ. in l. ſi ſic, num. 31. de leg. j cum concord. per Menoch. de arbit. iud. lib. j. quæſt. 7. num. 14 & quæſt. 8. num. 33. & licet ſecundum Alex. in conſ. 175. num. 10. lib 6. & Dec.
9 in l. j. de leg. 2. † aliter ſit cenſendum quandò dictis verbis voluntati, & arbitrio ſubiunguntur alia verba liberam voluntatem importantia, & in caſu noſtro, vbi poſtea quàm dixit teſtator ad arbitrium, & voluntatem hæredum, addidit, quod neptes deberẽt ſtare tacitæ, & contentæ eorũ voluntati, & arbitrio, quæ verba præceptiua di ſtare tacitæ, & cõtentæ, reſonant in merum arbitrium, & meram voluntatem, vt in puncto decidit Alex. d. conſi. 175. tamen quia tam in teſtamento, quàm in codicillis teſtator enixè ſuam voluntatem declarauit ſuos hęredes teneri, & obligatos fore ad maritandum dictas ſuas neptes, non eſt amplius dubitandum, quòd hoc facere
10 non reſidet in libera voluntate hæredum; † verbum enim debere, importat neceſſitatem, glo. in cle. attendentes in verbo debeant, de ſtat. Monach. Rebuff. in
11 concord. de colla. in verbo debeat, & idem † importat verbum teneatur, cap. duobus, de reſcrip. In 6. Rebuff. in concordan. §. j. & 2. de collatio. Præterquam quod Alexand. illud non enunciauit ex profeſſo, ſed ſub verbo fortè, vt ibi num. 6.

12 Tertio quærebatur † an ex quo dictæ neptes de mandato teſtatoris erant maritandæ per dictos ſuos hæredes, & maritatæ fuerunt, ipſis irrequiſitis debeat legatum ſtante contemptu conſenſus hæredũ, ad not. per Alexand. & alios in l. Turpia, de legat. 1. Aym. conſil. 1. colum. 2. add. ad Afflict. deciſ. 375 & ſtante, quòd matrimonium eſſet ſecutum non petita dote ante matrimonium ad Bald. conſi. 493. libro 3. & dictum fuit his non obſtantibus dotem deberi, nam quoad conſenſum non fuit de mente teſta-
13 toris, vt nuberent cum cõſenſu hęredum, eum † tũc fuiſſet requirendus ad conſecutionem legati, non autem ſeruandus, vt per Docto. in d. l. Turpia, & alios ſupra citatos. Couarru. de ſponſalib. par. 2. c. 3. §. 8. num. 1. 2. & 3. Sed ſolum fuit dictum, quod dicti hæredes tenerẽtur eas maritare de bonis ſuæ hæreditatis, & ſic grauati ad legatum dotis, non autem oneratæ in eo, quod conſenſus eorum requireretur
14 in maritando, † & quoad illud, quod ex quo petitur dos cõtracto matrimonio non ideo deberi, quia ceſſat cauſa finalis nubendi propter quam dos eſt relicta, ſecundum Bald. dicto conſilio 493. libro 5. Albenſ. conſil. 52. & Benint. deciſ 22. num. 14. dicebatur illud verũ eſſe in legato dotis facto in ſubſidium maritandi. non autem vt hic ſi ſit factum ſim-
15 pliciter; & putè † quo caſu etiam contracto matrimonio peti poteſt cum matrimonium ſit cauſa dotis productiuum non extinctiuum, vt ibi Bal. declarat, & idem tradit Bald. in l. fina. numero decimoquarto, C. de ſenten. quæ ſi cert. quant.

Quarto ſtante obitu alterius earum neptum,
16 † an hæredes tenerentur dotare ſuperſtitem, cum ceſſet electio perſonarum repoſita in facultate, & arbitrio hæredum, & concluſum fuit, quod ſic, per l. cum quid, de lega. j. l. ſi optio, de opt. leg.

17 Quinto an ex quo dicti hæredes † adhuc non declararent quantitatem dotis, potuerit ſuperior adiri pro arbitranda dotis quantitate, ita quod ipſis prius non requiſitis, potuerint ex abrupto conueniri, eo modo quo conuenti fuerunt. Iſtam quæſt. tangit Bald. in l. 3. de dot. promiſſ. numero 1. vbi videtur concludere, quod non ſit neceſſe prius arbitrari per eum cuius arbitrio dos erat commiſſa, & ſic quod non ſit requirendus pro arbitramento, ſed poſſe adiri eo non arbitrante, Iudex qui eam declaret, & hoc fauore dotis, idem ſenſit Caſtren in l. fin. num. j. C. de contrahen. empt. & alias dicebat Bald. in l fina. num. 13. C. de ſenten. quæ ſine cert. quant.
18 † Quod ſi proxeneta, qui erat arbitraturus dotem, non arbitratur ante contractum matrimonium, nõ poteſt poſtea arbitrari, ſed Iudex erit adeundus. Vnde videbatur, quod non requiſitis dictis hæredibus potuerit, & debuerit adiri Iudex pro declaranda dote, cuius declarationem hæredes amplius facere fortè non poſſent ex alio, videlicet, ſtante lapſu anni iuxta not. in l. fina. §. ſi quis, C. commu. de leg. Nam fauore vltimarum voluntatum tempus arbitrandi durat per annum, vt ibi, & not. Bald. in l. fina. nume. 9. & 10. C. de contrahen. empt. & vendit. Menoch. de arbit. iud. lib. j. quæſt. 22. numero 7.

Contrarium tamen quibuſdam videbatur videlicet hæredes debuiſſe interpellari ad declarandam, & ſoluendam dotem, & ipſis negligentibus Iudex declaraſſet. Nam licet quoad dilationem ſeu differendam obligationem ex tali legato incerto in arbitrium alterius collato, nulla mora oriatur, quia ſtatim debetur, & tranſmittitur, poteſt tamen mora committi in ſolutione propter incertas vires patrimonij, vt not. gloſſ. in dicta l. 1. in ver. neg. mora
19 de legat. 2. in qua † mora non conſtituitur hæres niſi interpelletur, ita vt ſit poſtea iſtud tempus in Iudicis arbitrio, iuxta not. per Docto. in l. ſi inſulam, de verb. oblig.

Nec enim ſpecialitas, & fauor dotis ſupra conſideratus ſtat in hoc vt poſſit ommiſſo medio arbitri adiri Iudex pro declaranda dote, ſed in hoc quod arbitro non declarante, Iudex declaret, quod regulariter fieri non poterat. Nam non declarante arbitrio actus pro nihilo habetur, dicta l. fina. de contrahen. emptio.

Vltimatum tamen voluntatum fauor, & dotis id exigit, vt earum intuitu fauore contrarium ſtatueretur, ut eſt videre in terminis dictæ quæſtionis per Bald. vt ſupra tact.

Et ſtante, qđ arbitrium conſiſtebat in declarando

circa

circa res, & bona defuncti hæres habet de iure annũ ad declarandũ. d.l.fi.§.ſi quis, C.cõmu.de leg. & not. Bat.in d.l.j.col pe. verſ. quarto, qũo ſciam, de leg.2. Iaſ.in d.l.fi.§.ſi quis, nu.24. & ſequ. C.cõmu.de leg.

20 Nec obſt.† dictum Bal.in l.fi.nu.14. C.de ſenten. quæ ſi.cert.quant.quia vltra, ꝙ is loquitur in proxeneta, hic autem ſumus in hærede, qui acceptãdo hæreditatem ex teſtamento poterat cogi ad arbitrãdũ, & ſoluendũ legatum metu pœnæ amiſſionis hæreditatis Auth.hoc amplius, C.de fideicom. ex alio quoque non videbatur verũ eius dictũ, quia quando magis poteſt dicere nõn integra, quam ſoluto matrim. per mortem coniugis, & nihilominus valet arbitramentum dotis, quæ arbitranda erat per aliquem, vt tradit Rolan.à Vall.de luer.doc. quæſt.88.

21 In hoc† articulo fuit conclusum per lapſum anni a die ſetentiæ non potuiſſe amplius arbitrari iuxta prędicta, & iure fuiſſe aditos Clariſſimos Dominos Conſiliarios pro declaratione quãtitatis dotis, quia vltimarum voluntatum executiones non debent pẽdere, ſed celeritatem deſiderant, Bald. in l.fi.num.10. C.de contrahen.empt.

S V M M A R I V M.

1 *Sponſionis, ſeu ſcommiſſarum vſus frequens eſt in ciuitate Florentiæ.*
2 *Probabilis, & efficax ad producendam actionem propter cauſam, & conditionem non turpem, ſed honeſtam.*
3 *Numeratio pecuniæ, & rei traditio pactum nudum veſtit, & parit actionem.*
4 *Dictio ab hodie ad totum menſem Ianuarij, an ſtet incluſiue, vel excluſiue illius diei.*
5 *Et ſi ſtet incluſiue, an includat totam illam diem integrã ab ortu ſolis, vel de momento ad momentum.*
6 *Dies termini non imputatur in termino.*
7 *Dictio A, vel Ab, excludunt, & ſeparant.*
8 *Siue rem, ſiue tempus reſpiciant.*
9 *Dictio hinc includit.*
10 *Sed non integraliter, verum momentaneæ.*
11 *Dictio hinc, & ab hinc, denotant extremitatẽ temporis.*
12 *Verba in futurũ cõcepta, tps præteritũ non comprahẽdit.*
13 *Priuilegium de beneficio vacaturo non ſe extendit ad præteritum vacans.*
14 *Poſthumi appellatione non venit iam natus.*
15 *Stipulatio doli mali ab futuri, dolũ ꝑteritũ nõ cõtinebit.*
16 *Dies termini regulariter, vbicumque computatur in termino ſemper ibi computatio ſit ab hora, & momento aſſignationis termini.*
17 *Dies tregua initæ, an imputetur in termino, et quomodo.*
18 *Dies compromiſſi, an imputetur in termino.*
19 *Tempus regulariter eſt continuum, & de momento ad momentum computandum.*
20 *Dictio hodie denotat temporis inſtantiam.*
21 *Dictiones A, vel Ab, poſitæ inter principium, & finem tẽporis coniungunt tempus de momento ad momentũ.*
22 *Temporis principium, & finis aſſignatum, & aſſignatus ad explicationem alicuius actus, tunc tempus dicitur eſſe de forma ſubſtantiali.*
23 *Dictio ab hac die, ex hac die, hinc ad talem diem, diem includunt.*
24 *Maximè ad commodum illius, cui terminus aſſignatur.*
25 *Dictio A, vel Ab, iuncta temporis initio integraliter cõputatur in termino, & ſui initium non excludunt.*
26 *Inſtituto nepote, qui naſcetur infra 10. dies à die mortis filij, mortis dies imputabitur in tempore.*
27 *Iurans ab hac die eſſe fidelis, dies quoque iuramenti integraliter imputatur.*
28 *Dictiones A, vel Ab, an & quando faciant computare diem integraliter, vel de momento ad momentum.*
29 *Ignorantia contrahentium impletæ conditionis de futuro implendæ facit actum purum.*
30 *Subſtitutio de filio facta ſi viuo patre moriatur verificatur etiam in morte filij ficta patre id ignorante.*
Præterita ignota, incerta dicuntur quemadmodũ futura.
31 *Dictio A, vel Ab, poſita inter principium, & finem tẽporis ſtat incluſiue momentaneæ.*
32 *De dictionibus A, vel Ab, & ſimilibus, non poteſt dari certa regula circa incluſionem, vel excluſionem.*
33 *Implementũ conditionis implendæ ſecutum tpe conditionis appoſitæ ſi a partibus ignoretur, an vitiet actum.*

A R G V M E N T V M.

De dictionibus A, vel Ab, hinc, & ab hinc, & ſimilium monoſillabarũ tempori adiectarum, An et quando ſtent incluſiuè, vel excluſiuè.

Et in caſu, quãdo includant tempus, An illud integraliter, vel momentaneæ computetur.

Dies termini an computetur in termino, & quomodo implementum cõditionis implendæ ſi ſit impletum contractus tempore, ignorantibus tamẽ contrahentibus, An vitiet actum.

D E C I S I O VIII.

1 FREQVENS eſt† nec improbabilis ſponſionum vſus in ciuitate Florẽtiæ, vbi pro dirimendis controuerſijs, q̃ ſcommiſſarum occaſione oriri poſsẽt D. Octo de Balia principaliter, ac priuatiue quoad alios in id ſunt Iudices deputati.

Quorũ conſultationi ſup infra dicẽda facti ſpecie in hunc qui ſequit modũ, rñdendũ exiſtimauimus.

De anno 1583. die vero 12. menſis Decemb. Do. Leonardus della Fellicaia accepit à D. Antonio Mellino ſcut. 400. eidem reſtituturus 500. [Caſo, che il Papa non publicaſſe, ne faceſſe Cardinali da hoggi a tutto il meſe di Gennaro proſſimo.]

Et cum eadem die per horam tamen ante initam conuentionem (ipſis probabiliter ignorantibus) fuiſſent creati, & publicati Cardinales.

Quærebatur, quis horum iuſtius arma indueret ad ſponſionis victoriam.

2 De validitate autem ſponſionis, † quin efficax eſſet ad producendam actionem, non dubitabatur.

C Cauſa

integrali, quod ſuum initium non excludit. Bald. d. conſi. 457. col. 3. lib. j.

26 Vnde inſtituto † nepote, qui naſcetur intra decẽ dies a die mortis filij, dies mortis imputabitur, l. Gallus in princ. ff. de liber. & poſthum.

27 Item ſi iuro † ab hodie eſſe fidelis, dies quoque iuramenti includetur. Bal. d. conſil. 457. & quidem ab initio ſui, quia dictiones A, vel Ab, ſuum principiũ non excludunt, vt inquit Bal. & Fely. in c. ego, col. j. in prin. extra de iureiur.

Qua ſtante incluſione diei initæ ſponſionis cum cõputatione ſui principij naturalis ab ortu ſolis vſque ad occaſũ, ſequit̃, qđ cõditio negatiua ad fauorẽ Mellini nõ põt dici purificata, cum intra terminum a quo, & ad quẽ, ſic cõputatũ, fuerint creati, & publicati Cardinales, & deficiẽte cõditione promiſſio euaneſcit, l. item quia, ff. de pact. Aym. conſi. 93. num. 3.

Quinimo dato, qđ tota dies celebratæ ſponſionis non includat̃, ſed momẽtanea fiat computatio (qđ
28 non videbat̃ admittendũ † cũ momentanea cõputatio fieri ſoleat, qñ iſtæ A, vel Ab, momẽto ipis adijciuntur, vel qñ tps incipit currere, vt in die legali, ſecus ſi adijciant̃ diei, vel menſi, cũ tunc non cõputantur momenta, ſed integer dies, menſiſq; totus includitur, vt tradit Bal. & Fely. in d. c. ego, in prin.) & qđ pp horam ante conuentam ſcõmiſſam Cardinales creati, & publicati forent ipſis ignorantibus, & propter loci diſtantiam, & temporis breuitatem ſcire minimè valentibus, adhuc dicendum videbatur conditionem hanc quãtumcunq; in futurum conceptã verificari ex præcedenti implemento iam antea ſecuto, quando diſponens illud ignorauit.

29 Ignorantia enim † contrahentium operatur, ꝙ conditio de futuro ſi ſit impleta tempore actus celẽbrati ipſis ignorantibus habetur pro pura, & purã facit eſſe promiſſionem, maximè in actibus reiterabilibus, l. hęc conditio, § fi. ff. de cond. & demonſtr. l. ſi ita ſcriptum, & l. a. eo. tit. Bal. in l. fi. num. 14. C. de ſent. quæ ſi. cert. quant.

30 Vnde ſubſtitutio de filio facta † ſi viuo patre moriatur, verificatur etiam in morte filij facta, quæ præceſſerit teſtamentum, ſi teſtamenti tempore is captus eſſet, & pater ignoraſſet, l. Gallus, §. quid ſi is, vbi Ruy. nu. 12. ff. de lib. & poſthum.

Similiter in inſtitutione naſcituri cõpræhẽdetur etiam iam natus data ignorantia inſtituentis, l. Titius. §. Lucius, vbi Iaſ. Alex. Aret. eod. titu. per quem text. Bald. & alij ibi decidunt quæſtionem de gratia ad beneficium vacaturum conceſſa, quod habeat locum in vacante tempore conceſſionis ſi concedens ignorabat.

Conditio enim de futuro iam impleta reſpectu ignorantium adhuc pro implenda reputatur, & purificanda tempore quo ipſis diſponentibus conſtiterit de tali implemento, l. multum intereſt, vbi not. ff. de cond. & demonſtr. l. 2. in fi eod. tit. & quod tradit Dec. in l. actus legitimi. ad fi. ff. de reg. iur.

31 Nam ſicut † futura incerta ſunt ita, & præterita ignorata Soz. conſi. 6. nu. 3. lib. j. & nõ minus futura incerta proferre is dr, quam qui præterita abſcondita enunciat. Bart. in l. j. in prin. ff. de ope. no. nunc.

Et licet prædicta loquantur in teſtamentaria materia largè interpretanda, ad cõtractus quoque extendi, tradit Barto. in dicta l. a. in fi. & comprobat Ruyn. conſil. 89. num. 2. libro 4. Accedente quoque argumento ab vltimis voluntatibus ad contractus, l. pacta inter hæredes, vbi Iaſ. ff. de pact.

Et ſecundum hanc diſtinctionem ſcientiæ, vel ignorantiæ impletæ conditionis ita videtur determinatę in ſimili de aſſecuratione nauis, quæ ante aſſecurationem naufragium fecerat. Benue. Stra. de aſſecurat. gloſſ. 27. num. 2. in prima ſpecie.

Et nouiſſime pro hac parte adducebatur deciſio huius Rotæ ſub die 6. Auguſti 1566. Vbi in caſu ſcommiſſę videlicet.

[Caſo, che nel preſente conclaue ſia fatto Papa il Cardinale ſanta Croce.] & ſponſionis tempore iam is erat creatus Pontifex ignorantibus contrahentibus, fuit tentum per ista, & authoritates prædictas purificatam conditionem ex præcedenti implemento partibus ignoto. His tamen non obſtantibus fuit votatum pro Mellino tam ex priori loco adductis, q̃ ex reſponſionibus ad contraria tradendis: cum non facilè admiſerimus, quod Mellinus, qui de cohartando futuro creandorum Cardinalium tempore tractabat, qui etiam ab Vrbe aduiſari potuit (coniecturaliter loquendo) rumorem tunc eſſe quod illa ſponſionis die non crearentur Cardinales, qui iam publicati erant in illa ſponſionis hora voluerit retroactũ tempus compræhendere. Non obſtant igitur ex aduerſo adducta. Et primo, quod dicebatur de æquiparatione dictionum A, vel Ab, cum dictionibus, Hinc & ab hinc, includere terminum a quo, quia id verum erit non integraliter, ſed de momento ad momentum, vt ſupra dictum eſt de importantia dictionis. Hinc & ſimiliũ, & præſertim ſi dictiones A, vel Ab, ponant̃ inter principium, & finem tpis, cũ tunc includant, & tempus coniungant, ſed de momento ad momentum, vt tradit Bal. dicto conſil. 457. col. fi.

32 Vltra, quod de huiuſmodi † monoſillabis A, vel Ab, An includant, vel excludant, non poteſt dari certa regula propter varia veterum reſponſa, vt patet ex plenè traditis per Oldrad. in conſilio 49. & Bald. in dicto conſilio 457. numero 3. libro primo, & nouiſſimè in puncto per Benu. Stra. dicta gloſſ. 27. numero 6. dicentem id tandem Iudicis arbitrio relinqui.

Nec obſtat, quod dicitur de l. veteribus, quia ſumus in conuentionibus correſpectiuis, in quibus non conſtat, an vnus magis, quam alter terminum ſtatuat, immo attento tenore ſponſionis Leonardua is eſſe videtur, qui tempus præfigat ſponſioni. [Da hoggi a tutto Genaro, &c.] Præterquam, quod verba ſunt clara, & ſi quam continent obſcuritatem, in hoc verſatur, An dies termini in termino computetur, quod nos non negamus, ſed ab ipſo ſponſionis actu computandum ex iam dictis affirmamus.

Minus etiam obſtant dicta per Bald. & Fely. in dicto capitulo, ego; quia dictio monoſillaba Ab, in caſu iſto non eſt diei nec menſi adiecta, ſed aduerbio, hodie, quæ ſecundum communem vſum loquendi, non totam diem, ſed diei partem ſignificat, quæ meridiem ſequitur.

Non obſtat, qood dicebatur ex capite incertitudinis, & ignorantiæ: quod conditio de futuro verificetur ex implemento iam antea ſecuto, & contrahētibus ignoto.

Quum prædicta non fundantur ſolum in ignorantia diſponentis, ſed præcipuè in eo, quod is, qui conditionem appoſuit, reſpexerit ſolum ad implementum, non autem ad implendi modum, vt declarant Cuma. & Caſtren. 161. num. 2. & Soz. d. § ſi ſic. quos refert. & ſequitur Rui. in conſi. 89. nu. 2. lib. 4. Qnod non adaptatur caſui noſtro, vbi non ſolum de effectu cogitatum fuit, ſed de temporé formali, ita quod actus explicari deberet.

Et vltra reſpectum ad factum tantum, prædicta locum habent concurrente legis præſumptione, qñ
33 videlicet fuiſſet omnino idem dictutus† ſi implemētum conditionis implendum, iam foret impletum iuxta l. tale pactum, §. ſi. cum ibi not. ff. de pact. vt declarat Soz in d. l. hæc conditio. in prin. in 4. not. & latius Rui in d. conſi. 89. nu. 2.

At hic tantum abeſt, vt ſi tempore ſponſionis cōtrahentes implementum implendum ſciuiſſent impletum ita contraxiſſent, vt potius diſtraxiſſent altero eorum in notoria iactura verſante, altero vero in dolo malo propter ſcientiam ſe habente ad not. p Benue. Strach. d. gl. 27. no. 4.

Et cum mens contrahentium huiuſcemodi incluſionem, vel exclusionem regat ſecundum Bart. in l. patronus, §. Sempronio, ff. de leg. 3. præſumendum eſt de iure, quod mens talis fuerit qualis eſſe debeteret, videlicet, quod data ſcientia publicationis Cardinalium, non ita contraxiſſent ne ille in notoria iactura, iſte vero in manifeſto dolo verſaretur.

Non obſtant deciſa per hāc Rotā 1506. quia diſtat caſus a caſu, Nam in illa ſponſione erant prolata verba apta compræhendere vtrumq; tempus, & futurum, & pręteritum prout idem erat in caſu aſſecurationis nauis, hic autem futurum tantum.

Pręterea ibi erat actus irreiterabilis, hic reiterabilis, ibi certa perſona in conditione poſita, hic incerta, & plures, quæ omnia ſunt habenda in conſideratione ſecundum Bal. in d. l. ſi num. 14. C. de ſentē. quæ ſine certa quantit. & not. in l. ſi iam facta, in princ. ff. de cond. & demonſt. vbi Bart. & Sozi. & in d. l. hæc conditio. § ſi. ff. eod. &c.

SVMMARIVM.

1 *Prior in tempore cum hypotheca, potior in iure.*
2 *Precium loco rei, quando ſuccedat, nu. 14.*
3 *Res loco precij.*
4 *Res loco rei.*
5 *Melioramenta non cadunt ſub hypotheca.*
6 *Melioramenta exceſſiua non reficiuntur, tanquam doloſe facta, & inutiliter.*
Meliorans immoderate non dicitur vtiliter domini negocium gerere.
7 *Circuitus vitandi, & nu. 15.*
8 *Bona hæredis non cadunt ſub hypotheca auctoris.*
9 *Filiusfa. ſine exercitio ex re patris acquiſiſſe præſumitur, num. 27.*
10 *Simulatio ex poſſeſſione rei alienatæ præſumitur.*
11 *Ratificatio generalis omnium contentorum in inſtrumēto, an compræhendat etiam enunciata incidenter, & acceſſorie.*
12 *Confeſſio ſimulationem arguit.*
13 *Exceptio rei iudicatæ obſtat petenti, quod per ſententiam deciſum eſt.*
14 *Precium loco rei non ſuccedit niſi re perempta, vel præſcripta ita, vt aliter creditori non ſit conſultum.*
15 *Circuitus quando vitandi.*
16 *Poſſeſſor ratione melioramentorum iure ſpeciali poteſt offerre creditori.*
Melioramentorum cauſa ſpeciali fauore inductum eſt, vt poſſidens, qui ea fecerit poſſit offerre creditori hypothecaria agenti.
17 *Venditor poteſt paciſci, quod de euictione non teneatur, nec quidem ad precij reſtitutionem.*
18 *Iudex appellationis non cognoſcit niſi de diſcuſſis coram primo iudice.*
19 *Iudex dicitur tacitè abſoluere non pronunciando ſuper petitis.*
20 *Caſus legis reddit inanem omnem aliam diſputationē.*
21 *Pro inſtrumento ſolemni præſumitur.*
22 *Simulatio dicitur hēre imaginem veritatis ſine medulla.*
23 *Confeſſio falſa non nocet proprietati.*
24 *Dominium ſola voluntate non amittitur.*
25 *Verba enunciatiua incidenter prolata, & ſi aliqualiter uideantur nocere enuncianti tamen ſi agatur principaliter ſuper enunciato, non nocent.*
26 *Ratificatio non inducitur niſi ex vera ſcientia contentorū in inſtrumento ratificando.*
27 *Emancipatus non præſumitur acquirere ex re patris.*

ARGVMENTVM.

De filiofamilias proprio nomine ementе. Et an et quando de pecunia patris emptum dici debeat.

De circuitu vitando.

Et an & quando ratificans inſtrumētum dicatur ratificaſſe etiam incidenter, et ſecundariò enunciata.

Et de priuilegio facientis melioramenta in aliqua re, qui ſi cōueniatur hypothecaria, poteſt offerre creditori.

DECISIO IX.

DECOXERAT Bernardus q. Nicolai de Corbinellis, eiuſq; bona de more ciuitatis diſtracta fuere per creditores, & inter alia vendita fuit quædam ipſius domus, Florentiæ ſita, Sereniſſ. M. Duciſſę, in qua poſtea fecit multa melioramenta aſcendētia ad valorem ſcut. 5800.

Idem Bernardus tam in proprio, q̄ etiam vt fideiuſſor Nicolai ſui patris, erat debitor in notabili pecuniarum quantitate Hoſpitalis S. Mariæ nouæ, qd me-

mediante eius hoſpitalario mouit litem per viam
tenutæ ſuper nonnullis bonis ſtabilibus, ac eredi-
tis, tamquam dd. Bernardo, & Nicolao ſpectan-
tibus, & inter cætera ſuper prædicta domo, nec-
non ſuper vno prædio detto, a Monte, & quædam
eredita poſſeſſa, & tenta reſpectiue per Coſimum,
Tiberium, & Pandulphum Simonis de Corbinellis
nepotes, ac hæredes Nicolai Iunioris eorum patrui,
& filij d. Bernardi.

In quo iudicio vlta dd. Reos conuentos poſſeſ-
ſores, comparuerunt etiam dd. creditores tanquam
neceſſarij defenſores domus, vt ſupra Sereniſſimæ
M. Ducißæ venditæ.

Contra quos creditores idem hoſpitalarius in ſe-
cunda inſtantia inſtetit ad reſtitutionem pretij ex
cauſa d. venditionis a Sereniſſ. D. emptrice recepti,
allegando, quod cum ſuper dicta domo haberet po-
1 tiora iura † tamquam prius in tempore cum hypo-
theca l. qui generaliter, ff. qui pot. i pig. hab. & aliú-
de de ſuo credito ſatisfieri nequiret, quam ex d. l. pre
cio, ſtantibus exceſſiuis melioramentis rei faciẽ mu
tantibus, ac eiuſdem rei valorem abſorbentibus, adi
tum ſibi patere dicebat ad d. precium in poſteriorũ
2 manus peruentũ, ac † in locum ipſius rei ſuccedens,
ad no. per Bart. in l. proculus, ff. de iur. dot. ſicut, & e-
3 contra † res loco precij ſubintrat Caſtr. in l. ſed ſi l. §.
item ſi, num. 5. ff. de pet. hæred. & quod no. Albe. in l.
ſi. ver. item quærit, ff. de neg. geſto. vbi inquit, quod
quando creditori, vel domino non poteſt eſſe conſul
4 tum, licet † agere ad rem loco rei alterius ſucceden-
tem, quicquid contra ſenſerit Bar. in l. Imperator, §.
non autem, de leg. 3. quod in particularibus preciũ
non ſuccedat loco rei, quod locum habet quando
aliter domino, vel creditori poſſit eſſe proſpectum.

Vnde ſi dd. melioramenta eſſent reficienda tam-
5 quam, † quod ſub hypotheca non cadant, l. fin. & ibi
Bart. C. de prædi. & omni re. naui lib. 10. Caſtren. in
l. ſi conuenerit, § ſi fundus, ff. de pigno. actio. Neguſ.
de pigno. 4. memb. 5. par. num. 18. vtique non ſatis
dici poteſt fore conſultum hoſpitali, cui grauis erit,
& nimis oneroſa d. domus receptio propter ingen-
tem meliotamentorum molem.

De quibus exceſſiuis melioramentis grauiter co
ram nobis conquerebatur inſtando reduci ad hone-
ſtum valorem, & moderari ſic iure, & æquitate ſug-
gerente iudicis arbitrio terminãdum, l. in fundo. in
princ. ff. de rei vendi. Bald. conſil. 166. num. 4. lib. 1.
6 † Vbi ad propoſitum dicit, quod qui nimis onerat
dominum in confectionem melioramentorum, dſ
potius inſupportabilem ſarcinam imponere, quam
negocium vtiliter gerere, & de facili non eſt aſſen-
tiendum. Sequitur plura alia allegans Menoc. de re-
cup. poſſ. in 15. remed. no. 523. & in notab. 9. eius q
rem fideicommiſſo ſuppoſitam emit, & immoderate
meliorat, dixi in deciſio. mea Lucẽſi. 33. quæ in actu
practico notanda exclamat Cagno. in l. 1. nu. 73. C. de
ſent. q̃ pro eo, qd int. vbi inſurgit acriter cõtra iſtos,
qui abundant pecunijs, & parue faciunt emere bo-
na affecta fideicommiſſo intendentes ſub inde face-
re ampla ędificia, & meliorationes, vt vix reperiatur
poſtea, qui refectis expenſis illa repetat, & ſic ſecure
illis potiuntur perterritis, ac excluſis veris dominis
ſeſere, & ſequitur Marza. de fideicom. q. 66. in fi.

Cuius quidem hoſpitalis deſiderium comproba-
7 ri videbatur per argumentum † circuitus vitandi, l.
dominus, ff. de cond. indeb. & iudicis officio incum-
bere aiebat prouidere ſine nouo proceſſu, ne circui-
tus fiant, cap. auditor in clement. de reſcrip. Ruyn.
conſi. 12. lib. 1. Roma. ſingul. 186. & ibi addentes. la-
tè Benue. Stra. de aſſicuratio. in præfatio. nu. 55. Boe-
ri. deciſ. 183. nu. 13. Gramma. deciſ. 103. nu. 197.

Dicebat enim certi iuris eſſe, ꝙ domo euicta, vel
ſoluto ere creditum Ser. M. Ducißa, creditores eſſent
obligati ad reſtitutionẽ precij; vt igitur euitetur cir
cuitus, videbatur dicẽdũ occultato actu medij tem-
poris, quod illud preciũ, quod creditores reſtituiſſẽt
Sereniſ. D. emptrici, & Sereniſ. D. emptrix hoſpitali
anteriori creditori, recta via hoſpitali ſolui deberet,
& hæc quoad damnũ, & domus precium ſuper qua
fuit facta tenuta, & tam per Ser. M. Ducißam quam
per creditores alienantes fuit contradictum.

Quo vero ad credita, & prædium de Monti, pro
quibus filij Simonis contradixerunt ſtante, quod
prædium ex facie inſtrumenti conſtabat emptũ fuiſ
ſe per Nicolaum Iuniorem Bernardi filium emanci
patum, & dictorum comparentium auctorem, &
8 conſequenter, quod † hypotheca generalis bonorum
d. Bernardi non ſe extendit ad bona hæredis, l. Pau-
lus, ff. de pignor. pro huiuſmodi amaritudine euitan
da ad exceptionem ſimulati contractus hoſpitale cõ
uolauit, dicendo nomen filij in d. inſtrumento ſimu
late, ac ficte accommodatum: ſed re vera patris nomi
ne, & de patris pecunia emptum, idque ex pluribus
deducere conabatur, videlicet.

9 Ex qualitate perſonæ ipſius emptoris, † quippe
eum fuerit iuuenis patrem habens, & ſine exercitio,
vnde ſibi pecuniam pararet ad prædij emptionem,
probabiliter conijci poſſe videbatur, quod de pecu-
nia patris emiſſet, ita arguit in puncto Sozi. conſil.
61. num. 8. lib. 4. gloſſ. in l. eum oportet, C. de bon.
quæ lib. & quod no. Bald. in l. iubemus, §. in ſupradi-
ctis, C. ad Trebellia.

10 Rurſus † ex poſſeſſione, & vſu eiuſdem rei a pa-
tre retento, qui fructus fundi ſemper habuit, & ſu-
per eo veluti de proprio cenſus conſtituit, & hypo-
thecas. Vnde non leue ſumitur ſimulationis argu-
mentum, vt placuit Bald. Ange. & Saly. in l. multum
intereſt, C. ſi quis alt. vel ſibi. Ruy. conſil. 170. nu. 4.
lib. 4. Aym. conſi. 100 nu. 5.

Tertio ex ratificatione filij, qui ratũ habuit patris
contractũ conſtituentis cenſũ in d. prædio veluti in
proprio. Quæ quidẽ ratificatio non fuit ſimplex, vt
ſolũ referri deberet ad cenſus cõſtitutionẽ, & ad q̃-
dã donationem monialibus factam, de quo princi-
paliter in paterno iuſſo agebatur, ſed fuit facta prę
gnantibus verbis, & generalibus cum omnibus in
eo contentis, quæ non eſſe fatebatur, quo caſu ratifi
11 catio † nedum ad principaliter tractata, ſed ad acceſ-
ſoria quoq; porrigit, & plenè præiudicat circa oẽs
qualitates quantũcunq; acceſſorie enunciatas neceſ
ſarias, & ad rẽ pertinẽtes, prout erat illa patris aſſer-
tio, videlicet, qd fundus eſſet ſuus, nam iſta qualitas

Digitized by Google

erat neceſſaria ad cõſtitutionẽ cẽſus: qa in re aliena
nõ cadit hypotheca, vt plenè p addentes ad Matheſi
la. in ſingul. 33. vbi de cõmuoc opinione atteſtant.
. Quarto, quia filius in narratiua inſtrumenti rati
ficationis fatetur illud prædium, à, ſe pro patre em-
12 ptum, † confeſſio aũt propria efficax ſimulationis
præſtat inditium, vt dicunt Sozin. & Ruy. in præci-
tatis locis poſt Bald. in d. l. multum intereſt, nu. 3. &
hæc confeſſio nocet ẽt hæredi. Aret. in conſ. 36. nu. 3.
Domini Iudices, qui ante nos ius dixerunt in hac
cauſa, non vno eodemque modo ſe habuerunt, alter
enim videlicet primus circa domum confirmauit te
nutam data retentione pro melioramentis liquida-
tis ad ſumma ſcut, 5800. de precio nihil ſtatuendo,
& quoad credita, & prædium tenutam tantum con-
firmauit pro ſcut. 277.
Alter vero concordauit ſimpliciter circa domũ,
& quoad credita, & prædium conditionaliter, quate
nus appareret d. prædium fuiſſe Bernardi, confirma-
uit tenutam pro toto credito hoſpitalis, quatenus
vero eius non fore appareret pro ſcut. 277. tantum
comprobauit, & in reliquo crediti abſoluit de pre-
tio ſimiliter nihil decernens.
Ab huiuſmodi ſnĩa D. Iudicis a quo tam hoſpita
le, quã creditores, & Seren. M. Duciſſa appellarunt.
Nos aũt proſpiciẽtes, qđ ſublata de medio illa cõ
ditione ſecunda ſnĩa erat cõformis, & vnus ſpũs cũ
prima ex quo non fuit probatũ p̃dium fuiſſe d. Ber-
nardi, diximus bene per primũ D. iudicem iudicatũ,
cenſentes etiam per ſecundum nihil erratum, dum
ſub ſilentio petitam pretij reſtitutionem inuoluit.
Moti, quia quoad domum, & eius relaxationem
faciendam Hoſpitali priora, & potiora iura habenti
13 aderat res iudicata propter conformitatem † dua-
rum, cuius exceptio obſtat petenti, quod iam per
ſententiam deciſum eſt. Soz. Iunior conſil. 40. nu. 5.
lib. 2. & de hoc non erat dubium, l. j. C. de re iud. Pa-
riſ. conſi. 145. num. 16. lib. j.
Quemadmodum rei iudicatæ virtus procedebat
reſpectu retentionis melioramentorum occaſione,
& ſic circa hæc per vtramque partem fuit fruſtrato
sic appellatum.
Quo vero ad pretij reſtitutionem petitam, in hoc
quoque hoſpitale ius non fouere comperiebamus,
nam quod pretium ſuccedat rei loco in particulari-
14 bus† regula eſt in cõtrarium, Bar. in l. Imperator,
§. non aũt. de leg. 2. & qui allegat caſum exceptionis
probare tenetur, vt hic vbi hoſpitale præſupponebat
ſibi non eſſe conſultum, & tamen non probabat, cũ
res non eſſet perempta, vel præſcripta, vel aliter affe
cta, vt aditus pateret in ſubſidium ad precium iuxta
tradita per Neguſan. de pigno. 5. part. princ. primo
memb. num 48. immo cõtrarium indicat, & domus
ipſa, & melioramenta liquidata, quæ rem ipſam in
tantundem præcioſiorem reddunt.
Pręterquã. qđ ſi ad aliquãm precij reſtitutionem
tenentur creditores, nõ hoſpitali, ſed emptori facien
da eſſet. Vnde creditores poſſunt dicere, qui ſecum
contraxerunt, ſecum agant, l. eum qui. ff. de actio. &
ob. l. ſi is, C. depo. l. his ſolis. de cond. indeb.
15 Nec obſtat argumentũ vitãdi circuitus, † quia id
locũ hẽt, qñ eſſet inutilis circulus ſcđm Card. in cle.
auditor, de reſcrip. vel qñ, id qđ per plura erat faciẽ-
dũ, ſublato circolo inter ipſos contrahentes per pau
ciora fieri q̃ritur, vt eſſet in promiſſione de ſe obli-
gando ad 10. de quo latè Stracha. de aſſecura. in præ
fa. nu. 55. vel in promittente pactũ facere de retrouẽ
dendo, nam in his, & ſimilibus probe circulus euita
tur, vt promittens modis præmiſſis cogi poſſit ſol-
uere, & retrouendere reſpectiue abſq; eo, qđ pręce-
dãt alij cõtractus obligatorij, & ſic occultatur actus
medius, vt dd. exẽplis per Boeri. d. deciſ. 183. licet de
hac deciſione valde dubitet Gĩã. ĩ deciſ. 103. nu. 188.
vel dici põt circuitus vitãdos in caſib. exp̃ſſis a iure,
vt poſt Dec. tradit Tiraq. de ret. cõnẽtio. in fi. nu. 41.
Vel dic dato, qđ creditores cogi poſſent ad p̃ciũ
reſtituendũ emptori, non ĩñ emptor tenebatur offer
16 re, † quia ex priuilegio melioramentorũ, ſtat in eius
arbitrio, an velit offerẽdo ſeſe liberare a moleſtijs ſe
cundum opinionẽ Bart. cõiter receptam, in l. 2. C. de
prædij. & omni. reb. naui. lib. 11. Neguſ. de pigno. 4.
mẽb. 5. par. nu. 21. Couar. varia. reſol. lib. j. c. 8. nu. 2.
& nu. 3. verſ. tandem, & in omnem euentum credito
res nõ tenerentur ſoluere hoſpitali ſine ceſſione iu-
rium emptoris, & ideo circuitus hic non erat inuti-
lis, cum poſſit dari caſus, ĩ quo creditores poſſent ſe
defendere ab emptore, precium repetente, veluti ſi
17 pactum ſit inter eos, † vt in caſu euictionis venditor
ad nihilum, vel nec ad precij reſtitutionem teneat.
Bal. in l. non dubitatur, C. de euictio.
Nec etiam iure conquerebatur hoſpitale de com-
miſſa diffinitione circa d. precium petitum, quia D.
Iudex bene nouit de eo iuriſdictionem ad ſe non fo-
re deuolutam, tanquam de iure coram primo D. Iu-
dice non propoſito, nec diſcuſſo.
18 Iudex † enim appellationis, non eſt Iudex nouæ
cauſæ, & ſolum cognoſcit ex cauſis rõpetentibus, &
adductis in prima inſtantia, & an primos Iudex be-
ne, vel male iudicarit, vt arguendo errores quorun-
dam aduocatorum, tradit Caſtrenſ. in l. ab executo-
re, num. 3. de appell. Natta, conſi. 573. nu. 35.
19 Vltra, quod † non pronunciando dici poteſt, taci-
te abſoluiſſe reos conuentos ſecundum gloſſ. in l. ſi
plures, in verbo, reſtituendam, ff. de fideiuſſo. Corn.
in rub. C. de fruct. & lit. expenſis.
Cæterũ, quoad p̃dium, cognouimus ſimiliter ho-
ſpitale eſſe in caſu ſuccumbẽtię, cum non probarit
probanda circa dominium Bernardi in d. prędio.
Habebat .n. in ſatis durũ obicem inſtr̃m emptio
nis in pſonam filij cantans, de quo indicat, ſicut de
20 caſu legis, † qui reddit inanẽ oẽm aliam diſputatio-
nẽ, vt eſt notiſſimũ Bal. conſil. 239. in fi. lib. j. Aymo.
21 cõſi. 31. in fine, † pro quo ſtandũ eſt in dubio, l. cum
propria, iũcta gl. C. ſi quis, alr, vel ſibi. l. cũ precibus,
C. de proba. Caſtrẽſ. cõſi. 261. n. j. lib. 2. per qđ appa-
ret nomẽ filij, & preciũ filij noĩe ſolutũ, et filij, & poſ
ſeſſionis traditio per clauſulã cõſtituti mediãte eius
procuratore, vnde ex cõiunctione tot cãrum ſubſtã-
tialiũ non fuit viſũ nobis ex leuiorib. cõiectur is ſub
prętextu aſſertę ſimulationis in necẽ. & euerſionem
ſolemnis inſtrumẽti inſurgere. Caſtrẽſ. d. conſ. 261.
Nec obſtant in contrarium de ſimulatione ad-
ducta,

Digitized by Google

ducta, quod nomen filij ſit fictitiè inſtrumento ac-
commodatum, re tamen vera patris nnminc actus
22 ſit geſtus, † & ſic quod quo ad filium haberet, imagi
nem veritatis ſine medulla, & eſſet tãquam corpus
ſine ſpiritu. Natta conſi. 77.

Quia, qđ pater remanſerit in poſſeſſione, nõ fuit probarum. Sed Franciſcus eius frater, & Nicolai patruus, qui licet de mano Franciſci fructus prædij receperit, non tamen præiudicauit iuribos Nicolai, Nam cum is eſſet emancipatus, & abſens, potuit pater tãquam vſufructuarius, & legitimus adminiſtrator in pręmiſſis ſe ingetere, & ita hanc coniecturam elidit Ang. vt refert Sozin. d. conſi. 61.

Nec obſtat, quod pater diſpoſuerit de eo prędio, vti de re propria, & confeſſio ac ratificatio ſubſecuta ſit, quia per ſolum vſum non fit præiudicium tertio, cui ſine facto ſuo res ſua auferri non poterat, & ideo fuit neceſſaria ratificatio ad ſubſtantiandam donationem cenſus, cum alias fruſtra precibos imploraretur, quod ipſo iure conceditur.

In qua ratificatione, licet filius in narratiua confiteatur pro patre emptum, nõ ideo tamen fecit pa-
23 trem dominum, cum fallat † cõfeſſ in circa proprieta
24 tẽ non præiudicat; dominium † .n. ſola voluntate nõ
amittitur. Bart. in l cũ falſa, C. de iur. & fact. igno. &
d. cõfeſſio fuit incidenter facta, nõ principaliter, cũ
principalis intentio patris fuerit donare cenſum, &
ſimiliter principalis intentio fuit donationem rati-
ficare, non autem de dominio agere, & ſic intrabat
doctrina Anto. de Bur. in cap. illud, de præſcriptio. &
Bal. in l. ad probationem, C. locati.
25 Quod † vbi verba enũciatiua ſunt incidenter pro
lata, ſi poſtea principaliter cõtingat diſputari ſuper
enunciato, enũcianti nõ ꝑiudicant, niſi forte, quoad
quandam præſumptionem, quæ transfert enunciãti
onus probandi contrarium, ſecundum Aymo. de an
tiqui. temp. in par. propoſitum, nu. 55. quod melius
probari non potuit per enunciantem, quam median
te d. inſtromento acquiſitionis.

Parui ẽt refert illa formula ratificationis oĩum contentorom in inſtrõ tanquam veritate fulgentiũ, & ſic quod huiuſmodi ratificatio ſe extendat ad qoalitates actus incidenter enunciatas.

26 Quia † nõ conſtitit ratificantem habuiſſe plenam
ſcientiam d. inſtri, & ſingulorum contentorũ in eo,
cum ex ſcientia inducatur ratificatio. Bart. in l. quo
.n. §. j. ff. rem rarã hab. Dec. cõſ. 58. col. 2. Guid. Papa
conſi. 20. nu. 8. alias ſimplici ſcientia non contentat.
Aymo. coonſi. 197. no. 14. Natta conſil. 636. nu. 194.
poſt Caſtrẽſ. cõſ. 465. col. pen. lib. 2. & 382. col. j. lib.
j. ſuper j. puncto. Natta conſi. 162. nu. 33. de qua non
ſimplici ſcientia hic erat magis dubitandum pro-
pter filij abſentiam, & longe diſtantis a patre.

Minus ẽt militant deciſa per Soz. d. conſil. 61. & Ruy. 170. & Aymo. conſi. 100. nu. 6. quia loquũtur in terminis prorſus diuerſis, ne dicamus cõtrarijs, videlicet, in acquiſitionibus factis a pſonis ſuſpectis, & a filio in poteſtate conſtituto, & cum pecunia patris, & viri reſpectiue. Nos autem ſumus in emancipato non ſuſpecto, capace quarumcunque acquiſitionum, & cum pecunia propria acquirente.

Qui quidem filius, & ſi non probatum fuerit, quod induſtrioſus eſſet, & quod aliunde, quam a patre pecunias hsbere potuerit, iuxta no. per glo. & Bal. in locis citatis, & per Ioan. And. & Butri. in c. j. de pecul. clericorum. Alex. conſi. 31. lib. 4. col. j.

Tamen cum ſit emãcipatus, ſeorſum a patre ha-
27 bitãs, neq; patris bona adminiſtrans, † præſumitur
ex propria aduentitia pecunia emiſſe, nec tenetur ta
li caſu docere de tit. ſuæ acquiſitionis, quia ſibi ſuffi
rit dicere poſſideo, & acquiſiui, ita poſt Bal. in d. l. cũ
oportet, tradit Iacob. Emilia. in coonſi. 34. num. 6.

SVMMARIVM.

1 *Conditionalia ante conditionis euentum ius non tribuũt, & dicuntur eſſe de forma, nu. 48.*
2 *Hęreditas delata Monaco, Monaſterio immediatè acquiritur.*
Monachus quicquid acquirit Monaſt. acquirit ita, vt ne momento quidem penes eum remaneat, & per viam ſcintillę, & ictu oculi tranſlatum in Monaſterium cenſetur.
3 *Fideicommiſſum eſt renunciabile, & ceſſibile.*
Ius fideicommiſſi cedi poteſt,
4 *Actor agens vna via incompetenti non poteſt alia competenti obtinere.*
5 *Proſecuta attendi magis, quam narrata.*
6 *Agens ad fideicommiſſum debet probare bona fuiſſe in bonis fideicommittentis, & in dominio illius.*
7 *Æſtimum in antiquis, au probet.*
Cataſtum, an probet in antiquis.
8 *Æſtimum contra tertium pręſumptionem facit.*
Cataſtum contra tertium, facit aliqualem pręſumptionẽ.
9 *Fideicommiſſarius probare debet agẽdo contra tertium, rem in bonis, & dominio fideicommittentis fuiſſe.*
10 *Niſi tertius habeat cauſam immediatam ab hęrede grauati.*
11 *Bona fideicommiſſi ex cauſa dotis poſſe alienari.*
12 *Legitimæ ius petendi tranſit ad oẽs etiam ad creditores.*
Legitimę iura ſunt cedibilia, num. 28.
13 *Legitimę cauſa pro concurrenti quantitate permiſſa eſt alienatio fideicommiſſi.*
14 *Alienatio permiſſa pro concurrenti quãtitate legitimę.*
15 *Legitima non agnita non tranſmittitur ad non adeuntẽ hęreditatem filij.*
16 *Repudiatio, & abſtentio re integra poteſt reuocari.*
17 *Reuocatio repudiationis, & abſtentionis, an expreſſe fieri debeat, vel tacitè ſufficiat, nu. 19.*
18 *Emancipato an competat ius reuocandi repudiationem, & abſtentionem.*
19 *Reuocatio repudiationis emancipato an competat.*
20 *Statutum Flor. 29. li. 2. de hęred. & hęred. debi. conuen. hęredem facit poſſidentem bona defuncti, poſt xv. dies tam paſſiuè, quam actiuè 28. & ſeq. 31. 35.*
21 *Fictio in his, quę iuris ſunt veritatem importat.*
22 *Reſtitutio in integrum ſine lęſione non conceditur.*
Lęſio eſt cauſa immediata reſtitutionis concedendę.
23 *In reſtitutione in integrum petita debet noua cauſa allegari.*
24 *Annus inceptus, quando habeatur pro completo.*
Dies incœpta, quando habeatur pro completa.
Tempus inceptum an, & quando habeatur pro completo, & currat de momento ad momentum.

25 *Finis a principio regulatur.*

26 *Actus in dubio tempore habili præſumitur factus.*

27 *Præceſſiße præſumitur ĩ dubio, quod præcedere debebat.*

Vbi duo ad ſubſtantiandum actum requiruntur, & vnum aliud præcedere debeat, ſi eadem die vtrunque contigiße reperitur, in dubio præſumitur præceſſiße, quod præcedere debeat.

28 *Legitimæ detrahendæ iura ſunt cedibilia.*

29 *Hæres cum quis non ſit ſi tamen eſſe confiteatur, non obligatur ex confeſſione niſi illis apud quos confitetur, non alÿs.*

30 *Hæres licet quis non ſit, quandoque tamen vt hæres tenetur creditoribus.*

Confitens ſe hęredem cum non ſit, tenetur illis, quibus cõfitetur, non aliÿs.

31 *Statu. Flor. 29 lib. 2. mens fuit obuiare fraudibus.*

32 *Verbum intelligitur fictionem importat.*

33 *Verba fictionem importantia proiata a iure veritatem important.*

34 *Dictio ipſe, ipſa, ipſum, habet emphaſim, & lateutem quandam quidditatem eſſentiæ veræ.*

35 *Abſtinens ab hæreditate ſi poſtea reperiatur per interpoſitam perſonam bona patris mercatus ſic efficitur hæres.*

36 *Repudiatio regulariter non ſit niſi de damnoſis hæreditatibus.*

Hæreditas ſi non ſit lucroſa repudiatur, vt plurimum.

37 *Verba enunciatiua arbitrorũ non diſponunt nec probant, maximè in non dependentibus a poteſtate proferẽtis.*

38 *Verba enunciatiua arbitrorum ſecuta emologatione ſunt verba partium.*

39 *Producens inſtrumentum cenſetur fateri omnia in eo contenta.*

Intelligitur in diſpoſitiue prolatis, non autẽ enunciatiuis.

40 *Poſitio, quod Petrus hæres Martini a me mutuo recepit centũ, & reſponſio affirmatiuæ non refertur ad hęredem, ſed ad mutuum de quo principaliter agebatur.*

41 *Verba enunciatiua inter contrahentes, an ſi non plene, præſumptiue ſaltem probent.*

42 *Præſumitur de pręſenti in præteritum.*

Pręſens pręteritum idem fuiſſe indicat.

43 *Venditio rei hęreditarię eſt actus declaratiuus aditionis.*

44 *Proteſtatio ꝓcedens declarat animum in futurum deeſſe.*

45 *Proteſtationem ſi ſequatur actus contrarius, qui citra nomen hęredis geri non poſſit, nihil operatur, & dicitur hęres non obſtante proteſtatione.*

46 *Modicitas rei an excuſet ab aditione hęreditatis.*

Aditio an excuſeter propter rei modicitatem.

47 *Decima non probat poſſeſſionem, alio poſſidere reperto.*

Cataſtũ nõ probat poſſeſſionem alio in poſſeſſione reperto.

48 *Conditionalia diſpoſitionis dicuntur eſſe de forma.*

49 *Conditio, vbi apponitur nil aliud quęri debet, quam an ſit purificata.*

50 *Declaratoria ſententia requiritur in quolibet in curſu pœnę ipſo iure.*

Sententia declaratoria requiritur in qualibet pœna ipſo iure incurrenda.

51 *Declaratio reſolutionis contractus, an poſſit fieri per hęredes diſponentis.*

52 *Dominium traditione tranſlatum non retro transfertur ipſo iure ſine retraditione.*

ARGVMENTVM.

De hæreditate monacho delata immediate per modum ſcintillæ, ac ictu oculi monaſterio acquiſita.

De repudiatione, et abſtinẽtia hæreditatis, et de repudiationis reuocatione, quomodo, & intra quæ tempora fiat, & de ſtatuto Floren. 29. lib. 2. an pleno iure actiue, & paſſiue hæredem faciat eum qui poſt xv. dies repertus ſit poſſidere bona defuncti.

Et de incumbentibus agenti ad fideicommiſſum probatu neceſſarÿs.

DECISIO X.

MONIALES Burgi S. Laurentÿ in teſtamento Do. Chechæ de Segnis ceſſante linea filiorum, & filiarum d. teſtatricis ſubſtitutæ, quæve a fratre Seraſino (in ſæculo Simon nuncupato) ordinis S. Dominici profeſſo, teſtatricis pronepote adhuc ſuperſtite cum conſenſu dicti conuentus, & aliorum fratrũ iura fideicommiſſi per viam donationis, & ceſſionis obtinuerant, agebant aduerſus quoſdam tertios poſſeſſores bonorum (vt prætendebant) fideicommiſſo ſuppoſitorum, petentes declarari fideicommiſſum purificatum in eis, & occupatores condemnari ad dimittendum bona petita.

Nec non agebant cõdictione indebiti aduerſus quoſdã de Anillis ad recuperationem certarũ pecuniarum indebite (vt aiebant) illis ſolutarum vigore cuiuſdam ſententiæ Rotæ, aduerſus quam in ſubſidium ſe in integrum reſtitui poſtulabant.

Et exinde conflato ingẽti proceſſu, latiſq; varÿs ſententÿs, de pluribus dubitatum fuit, ſuccinctè, ac breuiter de more noſtro recenſendis, ac explicandis.

Primo, an moniales iure, vel iniuria præſens iudiciũ inſtituerint, & qđ temere attẽtaſſe vñr, demonſtrabant defectus conditionis, ſub qua ipſæ ſunt vocatæ, teſtatrix. n. eas vocauit ceſſante linea maſculina, & poſt maſculinã, deficiẽte linea fœminina. At cum ſuperſit adhuc d. frater Seraſinus teſtatricis ex filio pronepos, non fuit aperta via monialib. ad d. fideicommiſſum, vt ipſæ prætẽdunt in earũ pſonis purificatum, quod cum ſit conditionale a futuro euẽtu
1 depẽdẽs, † ante illius euẽtum ius non tribuit, l. ſi qs ſub conditione. de condi. & demonſt. Ruyn. conſil. 182. nu. 2. lib. j. Et pro cõcord. Aym. conſ. 10. nu. 15. Et ſic cum eas præcedat pronepos de linea maſculina, ius fideicommiſſi fuit purificatũ in eum, & illico ab eo in monaſterium, p viam ſcintillę eo icto oculi tranſlatum, vt dicebat Bal. in conſi. 494 in fin. lib. 5.

Et

2 Et in pũcto. † quod hæreditas delata Monacho, quæ
ratur monaſterio de communi opinione teſtatur
Curt. Iuni. in conſ. 48. col. fin.
Huic difficultati occurrendo Moniales dicebant,
ſe tutas eſſe ex donatione, & ceſſione iurium eiſdem
facta de dicto fideicommiſſo a monaſterio, & con-
3 uentu prefato † Ius autem fideicommiſſi eſt renun
ciabile, & ceſſibile, vt communiter tradunt Doctor.
in l. qui Romæ. §. duo fratres. de verb. oblig.
Sed replicabatur in contrarium ſibi obſtare iuris
regulam, quod potui nolui, quod volui implere ne-
quiui, non enim in libello concluſerant de dicta ceſ-
ſione, ſed ſimpliciter ſe fundabant in purificatione
4 fideicommiſſi in eis facta, vnde † agendo vna via in-
competenti, non poteſt alia via valida actus inuali-
dus conualidari. Rom. conſ. 445. & 446. Bald. in l. 1.
num. 25. C. de furt. Verum id facile euitabatur attẽ-
tis proſecutis, cũ ſemper in proceſſu Moniales vim
fecerint in dicta ceſſione iurium, & ſtat communis
5 concluſio proſecuta † magis attendi, quam narra-
ta. l. in rebus, vbi Doct. de arbitr. Pariſ. conſil. 112.
num. 55. lib. 1. Rolan. conſi. 79. nu. 37. lib. 1. Et ideo
ad aliam exceptionem rei conuenti conuolarunt di
cendo de nullitate d. donationis a Monaſterio, &
conuentu S. Dominici factæ ſine conſenſu Pontifi-
cis, vel Generalis.
Secundo ſe ſe offerebat videndum, an moniales
ex fideicommiſſo agẽtes probauerint bona ad quæ
6 agunt, fuiſſe in bonis fideicommittentis, † quod ne
ceſſarium eſſe omnes admittunt. Alex. conſi. 80. nu.
114. lib. 2. Aymo. conſi. 61. num. 6. & concord. alle-
gat Mantica, de coniectu. vltim. volun. lib. 7. tit. 6.
num. 5. Et cum ad hoc probandum vſæ fuerint qui-
buſdam decimis, ſeu Cataſto, videbatur ſatis dubi-
tabile, an ſufficeret hæc probatio, qoiã quantumcũ-
que videretur verſari in antiquis, & ſic extimum
7 † probare dici poſſit, ſecundum Soz. conſi. 205. lib.
2. In quibus facti leuiores probationes ſufficiunt. l.
cenſus, & l. momentanea, de verbo. obligat. Aym. de
antiq. tempor. vlt. par. primæ par. prin. num. 30. Me
8 noch. de arbitrar. lib. 2. caſu 135. † vel ſaltem ſine
dubio contra tertium liber extimi præſumptionem
faciat. Bar. in l. decem, & ibi communiter omnes ſe
quuntur. de verb. oblig. Pariſ. conſ. 53. nu. 21. lib. 1.
Soz. Iun. conſil. 61. lib. 3. Rolan conſ. 4. nu. 15. lib. 2.
Id tamen valde dubium eſt, an procedat in præ-
iudicium tertij poſſeſſoris, vt per Menoc. de arbitr.
caſu 91. nu. 27. Rom. conſi. 127. col. 1.
Præterquam, quod non ſatis fuiſſet de poſſeſſio
9 ne fideicommittentis probare, niſi † etiam de eius
Dominio doceretur, ſecundum diſtinctionem quã
tradit Natta, in conſil. 400. Nam ſi agatur ex fidei-
commiſſo, non contra heredem grauatum (cũ tunc
non requiratur Dominij probatio ratione turpitu-
dinis authoris,) ſed contra tertium, tunc omnes con
cedunt debere probari de Dominio fideicommittẽ-
tis, vt per Nattam ibi, vbi plores allegat, & Rimin.
conſi. 61. nu. 5. & conſi. 316. in fi. vbi alios citat.
10 Licet † aliqui id ſublimitent non procedere in
habente cauſam immediatam ab hærede grauati,
vt non magis hæc probatio Dominij requiratur,
quam in hærede ipſo, vt ex mente Ruy. & Caſtren.
tradit Marzar. de fideic. q. 60. Ruy. conſ. 54. lib. 4.
Tertio cum poſſeſſores rei conuenti poſſiderent
ex titulo contractus emptionis initi cum Andrea,
nepote ex Simone filio teſtatricis, dicebatur aliena-
tiones ſubſtinendas fore ſaltem reſpectu legitimæ,
& trebellianicæ d. Andreæ, debitę in bonis Auiæ, ex
perſona Simonis ſui patris, hæredis quoque Mariot
ti ſui fratris, ac etiam quia nonnulla ex dictis bonis
petitis, fuerunt data in ſolutum pro ſuis dotibus
11 Dominæ Benedictę matris d. Andreæ, † cum certi
iuris ſit ex cauſa dotis reſtituendæ bona quoque fi-
deicommiſſo ſubiecta alienari poſſe. vulg. auth. res
quæ. C. communia de leg.
12 Et ſimiliter non dubitetur, quod † ius legitimæ
petendæ, ad quoſcunque tranſmittatur. Bal. in l. 2.
C. de liber. præter. in vlt. queſt. Saly. in l. cum ſcimus
13 C. de inoffi. teſt. Pro † cuius legitimæ concurrenti
quantitate permiſſa eſt alienatio. l. Marcellus. §. res,
quæ, vbi gloſſ. ad Trebel. & in terminis Caſtr. conſi.
93 lib. 2. num. 2.
14 Vnde videbantur † iſti emptores tuti hoc iore
legitimæ, & licere ſibi retinere dicta bona, cum ſuc-
ceſſerint in locum filiorum. Soz. Iun. conſil. 113. nu.
8. lib. 1. Caſtren. in puncto d. conſi. 94 num. 2. lib. 2.
omnia enim iura venditoris cedentis tranſeunt in
emptorem vigore illius clauſulæ. Pro quibus om-
nibus, &c.
Verum in hoc negocium faciebat, quod ipſe An-
dreas repudiarat hæreditatem Simonis ſui patris,
15 † & legitima non agnita non tranſmittitur ad non
adeuntem hæreditatem filij, vt tradit Natt. in con-
ſil. 199. num. 1.
Et licet per retentionem bonorum paternorum,
illorumque venditionem videretur abſtenſionem,
16 & repudiationem reuocaſſe, † quod re integra in-
tra triennium facere poterat. l. fi. C. de repud. hære.
Illi tamen duo obſtabant, videlicet Doctr. Caſtren.
17 poſt Ang. in l. 1. C. de iur. deliber. Vbi voluit, † reuo-
cationem abſtenſionis expreſſe fieri, nec ſufficere
factum ipſum per glo. ibi in fin. alib. verbis. Alterum
18 vero, quod ipſe Andræas eſſet emancipatus, † cu-
ius priuilegium reuocandi abſtenſionem, & repu-
diationem de qua in l. fi. C. de repud. hæred. quod
ratione ſuitatis competit, non conceditur, vt not. in
d. l. fi. Et ideo in hæreditate quoque materna ceſſat,
vbi ceſſat ſuitas. l. ſi quis ſeruus. ff. de iur. deliber. &
not. in d. l. fi. Et not. Vaſq. de ſucceſſ. progr. lib. 1. de
tranſmiſſ. § 9. num. 26. & num. 28. & Docto. in l. 2.
C. de iur. & fact. ignor. & teſtatur de communi Alex.
in d. l. fin. num. 1.
Sed his reſpondebatur non obſtare, nam quan-
tum attinet ad emancipatum repudiantem non
poſſe reuocare repudiationem, dicebatur, quod li-
cet emancipatus non poſſit ſe tueri beneficio d. l.
fin. C. de repud. hæred. quod ſuo, & neceſſario hære-
di conceditur, & durat triennio; poteſt tamen vti
beneficio l. filij mater. §. 1. ff. ad Tertull. emanci-
patis conceſſo, & per annum durante, ad reuocan-
dum voluntatem, & ad pœnitendum dato, vt in-
quit Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 1. quæſt. 22. num.
8. Vnde

8. Vnde quod triennio emancipatos obtinere non poterat, intra annum ex beneficio d.l.mater filij, cõſequi poſſe non eſt negandum, cũ eadem ratio quæ admittit filium intra annum ad hæreditatem maternam, alio in gradu ſequente non adeunte eadem militat in emãcipato, & ita poſt Cyn. Rayn. & Bald. tenet Alex. in d.l.fin.num.3.& Gulicl.de Benedict. in c. Raynutius, num. 131. verſ. Mortuo itaq; il. 2. de teſtam.

19 Et illud, † quod dicebatur, quod reuocatio repudiationis, non intelligatur facta per aliquem actum aditionem hęreditatis inferentem, ſed oportere expreſſa reuocatione fieri ex mente gloſſ. & Caſtr. & Ang. in d.l.1.C.de iur.delibe. videbatur tolli ex cõtradictione, Alex. in d.l. 1. nu. 2. qui reprobat dictũ gloſſ. & ſequacium tamquam de directo aduerſans diſpoſitioni. l. pro hęrede. §. Papinianus. de acq. hæred. & l. 1. C. de repud. hæred. & hoc eſſe ait de mente Doct. in l. Iulianus. §. fin. in glo. allegata, & tenet Alex. conſil. 126. ſub num. 3. lib. 7. & per totum, quod facit ad rem.

Pręterquam, quod difficultas iſta remoueri intẽdebatur per diſpoſitionem ſtatuti Florentini lib. 2. cap. 129. De hæred. & hæred. deb. conuen. quod aliquem facit eſſe hæredem ex ſola detentione bonorum per defunctum poſſeſſorum poſt xv. dies à morte defuncti abſque aliqua verborum declaratione.

20 Nec obſtat † quod id à ſtatuto videatur inductum in odium, & incommodum adeuntis arg. l. fi. ff. de interrog. action. Quia attentis verbis ſtatuti is qui res hęreditarias poſſederit poſt xv. dies a morte defuncti, nedum fit hęres ex forma ſtatuti ad ſui incommodum paſſiuè, vt teneatur etiam vltra vires hęreditarias, ſed etiam actiuè, & in totum hęres creatur, & verus, quantumcunque ſtatutum vta-

21 tur verbis fictionem denotantibus, † Tamen cum verſetur in his quæ iuris ſunt, faciunt cũ verum hæredem, Bar. in l. ſi is qui pro emptore, de vſucap. & in l. ſi maritus. §. legis. ff. de adoption. Et ideo ſtante, quod poſt mortem patris Andręas nedum poſt xv. dies, ſed longe poſt detinuerit bona paterna domum, & fundum, dicitur adijſſe eius hęreditatem, & factus hęres ex forma ſtatuti ſic diſponentis, non obſtante dicta repudiatione, quam pręſumitur illico reuocaſſe per retentionem bonorum hæreditariorum, vt in puncto dicti ſtatuti tradit Ruyn. conſ. 60 num. 15. lib. 8. & idem dicit Cor. conſ. 91. nu. 2. & ſeq. verſ. Deuenio nunc, vt non minus proſit repudiatio in hoc caſu quam iuuet proteſtatio, quam immediate factum contrarium cõcomitatur, & maxime cũ nemo alius ſequens in gradu eã adierit iuxta d. l. filij mater, & gl. in l. 2. C. de iur. & fact. ignor.

Secundũ dubitabatur de moleſtia illata illis de Antillis, an iure iſtę Moniales ſolutum repeterent vti indebitum, & an reſtitui deberent aduerſus rem iudicatam, per quam fuit declaratum, integra iura dotalia D. Lucretiæ d. Lucæantonij matris eſſe penes ipſum Lucamantonium, vigore ceſſionis ſibi factę à Simone eius fratre, nunc dicto, fra Serafino, cuius virtute ſoluerant certam ſummam pecuniarum illis de Antillis creditoribus d. Lucæantonij. Quam ceſſionem, ſeu donationem fore nullam pręrendebant moniales, tamquam factam a fratre Serafino, non completo xvj. anno, licet in vltima die anni prędicti facta ſit, quod non ſufficere aiebant, niſi ea dies completa eſſet, cum in his non ſatis ſit tetigiſſe de vltima die, niſi ſit completa currente tempore de momento, ad momentum, & vltra nullitatem iſtam dicebant nulla iura dotalia tunc reperiri penes d. Lucamantonium, qui iam fideiuſſerat pro Andrea, eius Patre, & pro aſſecuratione creditorum obligauerat omnia bona ſua, & ceſſerat, & ſic indebitè occaſione dictæ dotis fuiſſe per moniales creditoribus Lucęantonij ſolutum, & locum eſſe repetitioni, &c.

Prędictis autẽ videbatur obſtare auctoritas ſententiæ, & rei iudicatę, cuius vigore ſoluens excluditur à beneficio repetitionis l. 1. C. de cõdict. indeb.

Vltra, quod non videtur poſſe dici indebitum reſpectu iuris dotalis alteri obligati, quia per hypotecam non transfertur dominium, & non dicitur alienatio, & ex illa obligatione iurium dotis maternę nullum hactenus ortum eſt pręiudicium, ſeu moleſtia dictis monialibus. Itaque cum non ſint lęſæ, fruſtra reſtitutionis in integrum beneficium implo-

22 rant, † quod ſine læſione non procedit, l. nam, & poſtea. §. ſi minor. de iur. iuran. Rota de reſtit. in integr. deciſ. 1. in nou. & deciſ. fio. in antiq Capell. Toloſ. quęſt. 381. Petr. Beniten. deciſ. 85. nume. 9. Oſaſch. deciſ. 157. vbi qualis eſſe debeat talis lęſio, & ad obtinendum reſtitutionem in integrum aduerſus ſententiam, lęſio debet eſſe grandis. l. ſi ex cauſa in princip. de minor. & tradit Benitend. d. deciſ. 85.

23 Oſaſch. d. deciſ. 157. † Et quod doceatur de aliqua noua cauſa, propter quam veriſimile ſit petentem hãc reſtitutionem in integrum fore lęſum, vt dicũt Domini de Rota d. deciſ. 1. Bellam. deciſ. 409.

Hic autem nulla noua cauſa proponitur, ſiue intelligamus de cauſa nouiter orta, ſiue de nouiter propoſita, de qua non fuit diſputatum in alijs ſententijs, vt declarat Bellam. in cap. cum ex literis, nu. 6. refert, & ſequitur Contard. in l. 1. in dicta limitatione num. 57. C. ſi de momen. poſſeſſ. Sed tantum eadem refricatur de qua alias cognitum, & diſputatum apparet.

Et quatenus ad nullitatem reſpectu donationis, ſeu renunciationis factę ante completum xvj. annum, licet de vltima die tetigerint dicti anni quod

24 † non ſufficere contendebatur, niſi completus ſit, & totus effluxerit, cum tempus ſit adiectum ętati per verbum accuſatiuum (licet idem eſſet per genitiuum,) vt poſt Bart. tradunt Alexan. Aret. & Iaſ. in l. ſi cui legetur, de legat. 1. Imol. in clemen. ſi. poſt gloſſ. de ętat. & qualit. Benedict. de Plumb. in l. ſi ita fuerit de manum. teſtam. & pro concluſione Natta in conſi. 261. Et ętatis fauore in odioſis, & in pręiudicialibus tempus de momento ad momentum cõputari debeat iuxta no. per gloſ. in l. 3. §. minorẽ. ff. de minor. & in cap. cum in cunctis, de election. & in l. qua ætate. ff. de teſtam. Bero. conſi. 79. num. 25. 20. lib. 2. ſecus in fauorabilibus, cum tunc annus, & dies inceptus, habeatur pro completo, vt in lo-

cis

cis prędictis, & ſic commodum reputandum ſit,
quod de momento ad momentum tempus currat,
quia agitur de præiudicio minoris.

Replicabatur, partes Monialium fuiſſe, ad hanc
temporum computationem faciendam de momen-
to ad momentum, probaſſe de initio ortus, & nati-
uitatis d. fratris Serafini punctaliter, & de hora a-
ctus, quo in lucem editus fuerit, & de hora celebra-
ri inſtrumenti, vt inde cognoſci poſſit, quando eum
reuolutione temporis dies nouiſſimus ad eundem
punctum peruenerit, vt in ſimili conſuluit Bald. in
conſi. 246. lib. 5. & Fran. Becci. in conſi. 99. num. 17.
vnde cum non conſtet de initio, & hora natiuitatis,
a qua eſt regulanda iſta temporum dinumeratio,
non poteſt etiam haberi notitia de fine, & momen-
25 to terminatæ ætatis; † finis enim a principio regu-
latur Bal. conſi. 327. in fi. lib. 3. Dec. conſi. 115. in fi.
potuit enim actus donationis in ea diei parte expli
cari, qua cum reuolutione temporis dies nouiſſi-
mus perueniſſet ad eundem punctum, vt ætatem
compleuiſſet. Et ſic cum defecerit in probatione ex
26 tremorum, † in dubio pro validitate actus cenſe-
bitur factus in tempore habili. l. ſi prętor, in prin.
de Iudic. l. 3. de milit. teſtam l. quoties, de reb. dub.
cum concord. per Aymo. conſi. 52. & per Alciat. de
præſump. reg 3. præſum. 1. num. 2. Anton. Gab. lib.
7. crimin. concluſ. 2. num. 26. Et dato, quod conſta-
27 ret de hora initi inſtrumenti, merito, &c. † vbicun
que enim ad ſubſtantiandum actum requiritur, qđ
quid præcedat, ſi vtrunque eadem die contigiſſe re-
periatur, præſumitur in dubio pręceſſiſſe, quod pre
cedere debuit. c. paſtoralis, de reſcrip. num. 7.

Fuit votatum contra moniales, & pro reis con-
uentis non moleſtandis in dictis bonis, inquantum
capit legitima, & Trebellianica olim competens in
28 bonis teſtatricis, Simoni patri d. Andreæ, cuius † iu-
ra per ceſſionem fuerunt tranſlata in ipſos empto-
res. §. reſque. l. Marcellus, ad Trebell. Caſtr. conſ. 94.
lib. 1. Bald. in l. 2. C. de liber. præter. Soz. Iun. conſil.
113. num. 8. lib. 1. Quem quidem Andream non
obſtante eius emancipatione, & repudiatione, hę-
redem patris fore credidimus: tamen, quod re inte-
gra, & nemine in gradu ſequente repudiatam hęre-
ditatem adeũte, ipſe intra annuum bona hęredita-
ria occuparit, iuxta d. l. mater filij, ad Tertull. & glo.
communiter receptam, in l. 2. C. de iur. & fact. igno.
& alijs, ſupra allegatis. Tum etiam vigore ſtatuti
prędicti, ſuper quo, & ſi non leuis ſit controuerſia
inter Doctor. An virtute dicti ſtatuti quis fiat hę-
res ſimpliciter, vel ad ſui incommodum tantum, ea
tamen nobis magis placuit opinio, quod is, qui in
caſu dicti ſtatuti hęres fiat, ſimpliciter & merus hę-
res actiuè, & paſſiuè prorſus euadat, non autem, vt
hęreditarijs oneribus ſolum ſit obnoxius, vt ſenſit
Ang. in conſi. 386. vel (vt quibuſdam viſum fuit) ad
29 ſimilitudinem † illius, qui repudiata hęreditate fa-
teatur ſe eſſe hęredem, non propterea ſit hęres, ſed
tenetur creditoribus hęreditarijs, quibus confeſſus
fuit ſe hęredem eſſe, iuxta l. ſi filius. cum glo. ff. de
interrog. action. & ad tradita per Ang. Saly. & Caſt.
30 & Bald. in l. ſicut, C. de repud. hęr. † ita iſto vigore
ſtatuti teneatur ſolum creditoribus hęreditarijs,
nec eſt abſurdum, quod quis non ſit hęres, & tenea-
tur ſatisfacere creditoribus. l. 2. & l. emptor. ff. de hę-
red. vel actio. vẽd. vel quod is fiat hęres a d. ſtatuto,
qui repertus fuerit poſſidere ante repudiationẽ, ſe-
cus vero ſi poſt repudiationẽ, cũ tunc, ne repudiata
hęreditas adiri valeat, iure obſiſtente. d. l. ſicut, is
hęres minime efficiatur, vt voluit hęc Rota, in mo-
tiuis 1572. xj. die Aprilis.

31 Nam ſiue † inſpiciamus ſtatuti mẽtem, quę fuit,
vt fraudibus obuietur, & prouidere hęreditarijs cre
ditoribus, Caſtrenſ. conſi 55. in fi. lib. 1. Soz. conſil.
113. in fi. lib. 14. Corn. conſi 91. lib. 1. Salyc. ſuper di
cto ſtatuto, q. 11. & q. 20. & 24. ſiue reſpiciamus ver
ba ipſius, is hęres erit, tam quod ad incommoda,
quam ad commoda, ratio enim, quod poſſidens rẽ
hęreditariam quomodocunque conueniri valeat,
& ſit obnoxius creditoribus etiam vltra vires hęre-
ditarias, nõ prohibet quin is ſit hęres etiam actiue,
& poſſit exercere hæreditarias actiones: nec eſt bo-
na ſequela, ſtatutum vult prouidere malitijs, et frau
dibus diſponendo, quod poſſidens rem hęredita-
riam, teneatur creditoribus, ac ſi adiuiſſet, ergo ta-
lis poſſidens eſt doloſus, & de fraude punitur, quia
etiam, quod ſi ſine fraude poſſideatur, poſt repudia-
tionem adhuc ſit obnoxius vigore dicti ſtatuti, &
ſatis eſt pœnę, cum inuitum facere hęredem abſq;
eo, quod illi auferat actiones actiuas, quod cum nõ
dicat ſtatutum, nec nos dicere debemus, immo ex
quo ſtatutum ei confirmat poſſeſſionem rerum, &
non aufert, apparet eum hęredem facere etiam ad
ſui commodum, quod eſt iuri naturali admodum
conueniens vulg. l. ſecundum naturam, de reg. iur.

Verba quoque non obſcurè id demonſtrant, non
vno in loco ſcripta, & ponderanda, ibi intelligatur
hæreditatem ipſam adiuiſſe, & ſucceſſionem agno-
uiſſe, & tanquam ex vera agnitione, vt verus ſucceſ
ſor ſit obnoxius; quæ verba, & ſi de ſui natura fictio
32 nem importent, vt de verbo intelligitur, † tradit
Rebuff. in l. dediſſe ff. de verbo. ſignif. Corn. conſil.
91. lib. 1. verſi. Nam verbũ intelligitur. col. 6. & de
dictione tanquam Hyppol. in ſing. 236. tamen cum
33 ſint toties geminata, & probata † a lege municipa-
li, in his quæ iuris ſunt veritatem, non fictionem im
portant, Bar. in l. ſi is, qui pro emptore, nume. 36. &
39. de vſucapi. & in l. ſi Maritus §. legis, de adoptio.
Qua in re non eſt negligenda virtus illius verbi
34 † ipſam, quod habet emphaſim, & latentem vim
quidditatis, & eſſentiæ verę demonſtratiuam, vt
tradit Rebuff. in l. quibus præcipua. ff. de verb. ſign.
voluit d. ſtatutum eum facere verum hęredẽ, quod
quidem ſtatutum non eſt diſſimile a diſpoſitione
iuris communis, iuxta not. per Bar. in l. ſi is qui bo-
35 nis. ff. de acquir. hęred. † vbi ſi is cui ſit delata hæ-
reditas abſtinuit, & poſtea per interpoſitam perſo
nam bona patris mercatus ſit, efficitur hęres, quia
lex pręſumit abſtenſionem pręcedentem ſimulatã,
Bald. Imol. & Caſtren. ibi, & remouendo effectum
repudiationis facit eum hęredem, ac ſi nunquam
ſe abſtinuiſſet, & ſic verum hęredem, & hoc idem
videtur voluiſſe Caſtren. qui fuit compilator horũ
ſtatutorum

ſtatutorũ In l ſi ſeruũ.§.Prætor.ff.de acq. hęred.vbi
faciens mentionem de hoc ſtatuto, & loquẽs de eo
cui delata ſit hæreditas,ingrediente bona hæredita-
ria,ẽt non tanquã hæres,ſed ex alia cauſa,quod nihi
lominus efficiatur hęres,& ſic ſimpliciter dicit fieri
hæredẽ nulla cõſtituta differentia cõmodi, & incõ-
modi,idẽ videtur tenere Cor.d. conſ.91. col.6. verſ.
volũt enim, lib.1.vbi in terminis dicti ſtatuti, dicit
ſtatutum hoc non eſſe correctorium iuris commu-
nis,ſed exorbitari ab eo,non enim(inquit) inducit,
qđ repudians poſſit adire, ſed diſponit, quod poſſi-
dẽs rem hæreditariam intelligatur retro adiuiſſe,&
tendit in hoc nedum ad corrigendum ius,ſed ad am
pliandum illud in eo, quod prouidet fraudibus, &
non diſponendo ſuper vera aditione, ſed fingendo
retro factam,nihil inducit contra d.l.ſicut,vt abſur-
dum ſapiat.

Et in puncto ita decidit Ruy.cõſ.60.nu.15.lib.5.
qui licet loquatur de ſtatuto Piſtorienſi,tamen tam
in rubro,quam in nigro,de verbo ad verbum, idem
eſt cum ſtatuto Florentino.

Hancque eandem opinionem ſecuta eſt Rota
iſta, prout in motiuis, ſub die 13. Maij 1562.reſpõ
dendo ad d.l.fi.de interro.action.loqui de eo,cui non
erat delata hæreditas, ex quibus rectẽ concludi exi-
ſtimauimus,quod talis poſſidens,hæreditate ab alio
non adita,fiat verus hęres actiuẽ,& paſſiuẽ, non ob-
ſtante ſtatuto,tam vigore dicti ſtatuti, quam virtu-
te d.l.mater filij,ad Tertull.

Nec ob id ſequitur, quod ſtante repudiatione ſi-
mulate,(vt ius præſumit) facta, repudians conſeque
retur commodum, vbi odium reportari debuiſſet,
quia ſatis punitus creditur, ſi inuitus fiat hęres, nõ
36 obſtante repudiatione, † quę regulariter non fit
niſi in hęreditatibus damnoſis,arg. l. cum de inde-
bito.ff.de probatio.& d.l.ſi is,qui bonis, vbi proui-
ſio illa emanauit in odium malæ fidei, & tamen ſa-
tis viſum fuit legi eum facere hęredem, quoad oĩa.

Nec obſtat, quatenus dicebatur laudum faciens
mentionem domus hęreditarię, pro quarta parte,
pro indiuiſo cum Domina Benedicta per d. Andreã
retentę, tanquam verba arbitrorum, non probare
37 Dominium,neque poſſeſſionem d. Andreæ, † & tã-
quam incidenter enunciata, & prolata.l.ex hac ſcri
ptura, vbi Barto.& alij, de donation. Aym. conſilio
157.num.7.maximẽ,quando enunciata non depen-
dent a poteſtate libera proferentis. Alex. in l. ſi do-
natione,col.5 poſt Bar.ibi.C.de collation. vt erat in
d.laudo, vbi an dicta domus eſſet pro indiuiſo, nec
nẽ,non pendebat a poteſtate arbitrorum.

38 Quia † ſecuta emologatione, & ratificatione di-
cuntur eſſe verba partium,& d Andreas videtur ap
probaſſe, & confeſſus fuiſſe omnia in eo contenta.
Grat.conſi.102.nume.27.lib.2.Et licet in dicto lau
do non principaliter,& diſpoſitiue ageretur de hoc,
an eſſet pro indiuiſo,ſed enunciatiuẽ,& demonſtra-
tiuẽ in eo, id contineretur, propter quod confeſſio
inde emanata per emologationem referri debeat
ad principaliter diſpoſita, non autem ad incidenter
dicta,& ad ea,quæ non erant neceſſaria ad actum:l.
fi.§.ſi Titia,vbi Barto.ff.de liber.legat.tradit Ruyn.
conſ.131.nu.2.3.5.lib.2.& 136.nu.9.lib.3. Ant.de
Butr.in c.illud de præſump.& quod tradit Bal. in c.
39 cum venerabilis,num. 17.de accept. vbi producens
inſtrumentum cenſetur fateri omnia in eo conten-
ta eſſe vera,id verum ſit quoad ea, quę diſpoſitiuẽ,
non autem enunciatiuẽ in eo habẽtur, ſequitur ibi
Felyn.num.21.& Dec.nume.22.latẽ Bero. conſilio
170.lib.2. Qui quidem Bald. in ſimili alias dicẽbat
40 in l.fi.§ in reputatorijs.C.de app. † quod ſtante ſta-
tuto contra contumacem in non reſpondendo po-
ſitionibus, habeatur pro cõfeſſo,& poſitio ſit,quod
Petrus hæres Martini receperit a me mutuo centũ,
ſi fuerit contumax Petrus, ſolum reputabatur con
feſſus recepiſſe mutuum,non autem,quod ſit hæres
Martini,quia ſunt illa verba enũciatiua, & imperti
nentia, & propterea ſtante repudiatione,& proteſta-
tione d. Andreę non poſſe inferri ad reuocationem
aditionis deficiente animo adeundi. Corn. conſilio
310.colum.2.lib.3.

41 Tamen reſpondetur, non poſſe negari † quin di-
cta verba enunciatiua incidenter prolata inter con-
trahentes, ſi non plene, vt aliqui voluerunt, Abb.
conſi.85.colum.2.lib.2.Soz.conſi 68 colum. 4.lib.
4.ſaltẽ præſumptiuẽ probare, maximẽ in antiquis,
cui præſumptioni ſtandum ſit, donec contrarium
probetur,ſecundum Barto.in l.ex hac ſcriptura, de
donatio. & tradit Aymo. de antiqui. tempor. in 1.
par.in vet.propoſitum,nume 19. 20 22.26. & 37.
vbi ampliat etiam ad fauorem tertij, vbi etiam, ſub
nume 33. & 34. oſtendit differentiam eſſe quando
probent, vel quando faciãt talem pręſumptionem.
Cuius quidem enunciati nedum contrarium appa-
ruit, ſed verum fore exitus ipſe ſucceſſionis declara
uit, vẽdidit enim d. Andreas poſtea [licet tractu tem
poris,& re integra] dictam ratam domus, vt ſupra
42 enunciatam, & tradidit, quo fit † vt retro ſemper
poſſediſſe præſumatur,cum quod ſic de pręſenti,cre
datur fuiſſe etiam in pręteritum,l.ex perſona C.de
probat.maximẽ, quando cum illo actu vendendi de
præſenti concurrit alia pręſumptio,quę inferret re
tro,Soz.conſi.89.colum.1. lib.1.vt eſt illa de enun-
ciata poſſeſſione rei pro indiuiſo, & declarat Alcia.
de pręſumpt.2.reg. pręſumpt. 26. num. 5. fuerant
enim dictę tres partes domus adiudicatę d. Domi-
næ Benedictę pro ſuis dotibus de bonis Simonis,re
liqua quarta pars præſumitur remanſiſſe dicto An-
dreę Simonis filio, & hoc eſt, quod arbitri in lau-
do dicunt ſe aſſignare d. Andreæ dictas tertias quar
tas partes pro indiuiſo cum eo, quia illæ tres quar-
tæ partes exierant de bonis patris d. Andreæ.

43 Quę † quidem venditio rei hæreditariæ cum ſit
actus declaratiuus aditionis.Corn.d. conſil.91. col.
13.verſ.Probatur etiam cum concor.per Fran.Mãt.
de coniect.vlti.volun.lib.12.tit.12.num.9.efficit,vt
de facili ab ea præſumatur ad præteritum, l. ſed Iu-
lianus.§.proinde.ff.ad Macedo.& qualis fuerit præ-
cedens animus,clare manifeſteretur,vt per Ioan.Ni
col. arelat. in addit. ad Alciat. in d. præſumpt. 26.
ſub num.8.

44 Nec refert repudiatio illa ſeu proteſtatio † præ-
cedens, per quam declaratur animus in futurum
deeſſe,

deeſſe, & ſine animo hæreditatem, non adiri ex Corn. d. conſi. 310.

Quia præterquam, quòd ſtatutum conſiderat factum ipſum, id eſt ipſam detētionem bonorum, vbi cunq; poſt proteſtationem ſequitur actus, qui citra
45 nomen heredis explicari non poteſt, † tunc videtur reuocare proteſtationem, & repudiationem, vt not. Bart. per illum tex. in l. pro hærede. §. Papinianus, de acquir. hæred. & in l. non ſolum. § morte, num. 18. de oper. nou. nunc. & allegata per Corn. in d. conſi. 310. non ii ortant in caſu noſtro, Nam ibi antequam Baldus ille vſus fuerit fouea hæreditaria, iam proteſtatus erat ſe nolle adiri, & idem in actu vtendi dicta fouea eadem proteſtandi cautela vſus eſt, quod hic deſideratur, vltra, quod Corn. fundat ſe etiam in modicitate rei, reputando illam foueam frumentariam viliſſimam, propter quod non ſit credendum quemquã ſe velle irretire in oneribus hæreditarijs
46 latentibus, † quæ rei modicitas in caſu ſtatuti non attenditur, cũ etiam, ex qualibet minima re poſſeſſa ab eo cui ſit delata hęreditas, hæreditatis aditio inducatur, vt inquit in terminis dicti ſtatuti Aſini, in l. ſcriptus hęres. verſicu. Nec quis putet, num. 49. ff. de relig. & ſumpt. fun. etiam ſi eſſet vna Camiſiaccia, vt inquit Iaſ. in conſil. 112. lib. 2. Quod an ſit verum, id pro nunc non firmamus propter ea, quæ in contrarium adducit Natta conſil. 448. num. 19. Tiraq. in tract. de iud. in reb. exiguis feren. verſic. Quinquageſimoſexto, &c.

Præterea non videbatur expeditum, quod pro parte monialium eſſet probatum, quod d. bona fuerint in bonis teſtatoris tempore eius mortis, Nam ſi ex decimis, & Cataſto probationes ſint ſumendæ, vt Moniales in eis ſe fundare videtur, Decima quoque, & Cataſtus reos defendit, & tuetur, quando quidem dicta bona reperiuntur translata à decima d. D. Chechę, & poſita ſub decima d. Andreę, & Mariotti ſuorum filiorum, & per 10. annos, & vltra viuente d. D. Checha in eorum decima retentã, & ſic præſumptiuè vigore laudi inter eam, & dictos eius filios lati, & emologati, ad not. per Soz. in pen. 90, conſil. 46. colum. 2. verſic. & prędicta, lib. 3.
47 † Quo fit, vt decima D. Chechę non probet poſſeſſionem, alio repetto poſſidere, & habere in ſua decima, vt dicit Sozin. d. conſil. 89. colum. 5. verſic. optime, & colum. penult. lib. 1.

Fuerat enim latum laudum, inter prędictam D. Checham, & Andream, ac Mariottium, eius filios, in quo D. Checha dabat dictis ſuis filijs dicta bona ſub conditione, & quidem reſolutiua ipſo iure, ſi dicti ſui filij intra duos menſes, ei enumeraſſent ſcut. Mille, aliàs laudum, & conuentio haberetur pro non facta, & inde ad xv. dies in circa fuit facta translatio, de decima D. Chechę ad extra filiorum, & adhuc ea viuente, per annos decem retenta.
48 Et quamuis † conditionalia diſpoſitionis dicantur
49 eſſe de forma, Affli. deciſ. 355. num. 1. † Et vbi conditio apponitur de alio non eſt curandum, quod de eius euentu, & implemento. Natta. conſil. 451. nume. 10. quod hic ſecutum fore non apparet, & ſic pro non lato laudo habeatur, vt verba conuentionis reſolutionem ipſo iure importabant, deſidera-
50 bat † tamen d. reſolutio declaratoriam ſententiam, in qualibet pœnę incurſu, ipſo iure neceſſariam, vt ex communi opinione, tradit Ronchagall. in leg. 2. numero 34. ff. de duobus reis, & Couarru. in cap. Alma mater. §. 2. ſob num 9. de ſen-
51 tent. excommunic. in 6. † Quę quidem declaratio, an poſſit fieri ab alio, quam ab ipſo qui diſponit, nõ ſatis liquet de iure, & pro nunc non firmamus, cum ex priori capite ſtatuti ad ita concludendum potiſſime moti fuerimus, adeo, quod ſi vera eſſet illa conclusio, quod declaratio reſolutionis contractus non poſſet fieri per hęredes diſponentis, nec contra hęredes non implentis, male egiſſent moniales ad bona prędicta, tanquam fideicommiſſaria, quorum dominium, & poſſeſſio mortis tẽpore eſſet pen. alium, remanente actione ad pręcij conſequutionem. Pręterquam, quod ſtante laudo, & per traditionem
52 rei dominio indetranslato, † non fuit retro trãslatum ipſo iure ſine retraditione, licet titulus, & conuentio ipſo iure fuerit annullata, gloſſ. 1. in fi. gloſſ. mago. C. de inoffi. donation. vbi Bald. not. Alex. conſil. 10. lib. 1. colum. 1. in fin. cum concordan. allegat. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verb. reuertantur. nu. 17. C. de reuocan. donation.

Abſoluimus illos de Antilla à petitis, & denegauimus reſtitutionem petitam propter iura ſuperius adducta, & quoad illum de Chechatellis comparentem ad cõmodum proceſſus reſeruauimus iura contra dictos poſſeſſores bonorum reſpectu eorum prioritatis, & poſterioritatis hypotecę competentis ſuper dictis bonis iure legitimę, & Trebellianicę alienatis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Medicorum cauſa inſtitor, quàm aliorum profeſſorum.*
2 *Medicus, non ſolum dicitur qui totum corpus, ſed qui auriculam, vel digitum curat.*
3 *Medici, non præferendi iuris peritis.*
4 *Salarium medici, ſi non ſit pacto conuentum, iudicis arbitrio declaratur.*
Merces non taxata, iudicis arbitrio diffinitur.
5 *Medicus continuans in cura vltra tempus conuentũ, dicitur tacite relocare operas ſuas.*
6 *Penſio ſi non ſit aliter conuenta, eadem debetur, quę in annis pręteritis ſolui ſolita erat.*
7 *Salarium diminuitur, diminuto labore.*
8 *Medicus, nec doctor, non recipit ſalarium pro diebus feſtiuis, in quibus ſcripſit, & infirmum curauit reſpectiue.*
9 *Adhærens appellationi, dicitur effici vnus ſpiritus cum appellante.*
10 *Medicus de publico ſtipendiatus, non poteſt aliquid ab infirmo recipere, nec promiſſio mercedis tenet.*
11 *Salarium debetur medico, etiam quod infirmus nolit curari.*
12 *Salarium exigendum dum dolet, infirmus.*

13 *Aduocati,*

13 *Aduocati, & Medici apud infirmos, & clientes habent tres facies, uidelicet angeli, hominis, & diaboli.*

ARGVMENTVM.

De ſalario medicorum, & an in hoc medici ſint magis priuilegiati, quã doctores legum, et de ſalario diminuendo, diminuto labore, & de mercede Judicis arbitrio taxanda, ſi nõ ſit a partibus conuenta.

DECISIO XI.

IACOBVS de Melioratis de Piſtorio, cum diutius mala valetudine (vt vulgo dicitur di vna fiſtola) detineretur, vſus eſt opera, & medicamentis Magiſtri Franciſci Botregarij de eodem, & pro ſuamercede ſeptem menſium, promiſit eidẽ intra certum tempus ſoluere ſcut. 14 prout conſtabat publico inſtrumento.

Qui cum (vt dicebatur) continuaſſet in d. cura, & medelis vſque ad menſes xxj (deceſſit enim poſtea infirmus) egit contra eius hęredes ad conſecutionem ſuæ reſiduatæ mercedis, pro menſibus 14. cum dimidio, ad rationem conſtitutæ mercedis aliorum menſium, de qua in prællegato inſtrumento, & quia defecerat in ſalutari probationis, non probando reos conuentos fore, & eſſe hæredes d. Iacobi, ſuccubuit, & rei conuenti fuerunt abſoluti ab obſeruatione Iudicij.

A qua ſententia appellauit, & in 2. inſtantia non probata probando iuxta quotidianam l. per hanc. C. de temp. appel. de aditione hęreditatis aduerſariorum docuit, & in iſta 2. inſtantia pariter rei conuenti conati ſunt probare d. magiſtrum Franciſcũ non iugiter nec continuè perſeueraſſe in curando d. Iacobum, & quòd in dicto ſuæ Infirmitatis tempore, adeo frequenter iuri accedebat, & ſic non vtebatur miniſterio, & opera d. Franciſci Magiſtri, vt vix per ſex menſes vſus fuerit opera illius, fuit tandem per D. Iudicem primarum appellationum pronunciatum de conſilio Sapientis deductis ſex menſibus tam ratione dierum feſtiuorum, quam abſentiæ, ſeu acceſſus d. Iacobi ad rus Caſtellaniæ, de reliquo tempore ſalarium petitum deberi.

Nos igitur ad quos ſecundo loco pro parte hæredum Iacobi appellatum extitit, diximus bene iudicatum, & male appellatum.

Super enim cauſa D. Iacobi Burſelli Volaterrani cum Paulo ſuo cliente, quantum fauendum ſit aduocatis in eorum ſalario, & mercede ſatis ſuperque oſtendimus, nunc autem ſe offert, quid de
1 medico chirurgico dicendum ſit † & dicit tex. in l. 1. §. medicorum. ff. de vari. & extraord. cogn. quòd iuſtior eſt cauſa medicorum, quam aliorum profeſſorum, vnde Bal. in l. 1. C. mandati, nu. 3. inquit medicis in ſalario magis fauendum, quam aduocatis,
2 ſubdens † medicum dici non ſolum, qui totum corpus curat, ſed qui dentem, vel auriculam, & idem de ſalario magis fauorabili medicorum tradit Afflict. ſuper conſtitut. Neap. lib. 3. rub. 33. de probat. expe. medi. cap quia numquam, num 4.

3 Licet † in cęteris non ſit concedendum medicinam, & medicos digniores, & digniorem iuriſprudentia, & aduocatis, per ea, quæ latè tradit Caſſan. in catal. glor. mundi. in 10. par. 25. conſidera. quibus iuribus, & auctoritatibus freti non potuimus huius medici iuſto deſiderio non aſſentire, ſecundum pronunciata per Dominum Iudicem a quo, moti, quia de operibus, medella, & laboribus in tam longa infirmitate per eum pręſtitis ex proceſſu liquide conſtabat, & ideo ſalarium ſibi deberi de iure exiſtimauimus iuxta illud Euangelij operarius dignus eſt mercede ſua; ſicuti (ut aiunt.) Canis digna pabu-
4 lo, † quod ſi non fuiſſet pacto conuentum, & taxatum, iudicis officio ſibi conſtituendum foret. d. l. 1. ff de vari. & extraord. cogn. Bald. in d. l. 1. C. mand. Ripa, de remedi. ad curand. peſtem, num. 124.

Senſimus deberi pro alijs octo menſibus ad rationem aliorum ſex menſium in inſtrumento taxatum, & conſuetum, quia ſic reperimus deciſum per Rebuff. ſuper conſt. Regi. in tit. de famul. ſalario. gl. 4. & egregiè Soz. in medico Piſtorienſi, conſil. 196.
5 lib. 2 † vbi dicit, intelligi factam tacitam reconductionem operarum, & ad not. per Iaſ. in l. diem functo, nu. 15. de offi. aſſe. & in §. actionum, num. 167.
6 inſt. de actio. † vbi penſio eadem debetur pro annis ſubſecutis, quæ annis proximè præcedentibus ſolui ſolita fuerit. Diximus, pro octo raorum menſibus ab hæredibus deberi ſalarium: quia facta deductione dierum feſtiuorum, & temporis quo infirmus abfuit a ciuitate, & ros per interpollatos dies petierat, non viſum fuit D. Iudicis arbitrium argui poſſe:
7 † diminuto enim labore, minus quoque ſalarium
8 debetur. l. Seio, de an. lega. cum ibi nota. † per Bald. & pro cura in diebus feſtiuis adhibita, præmiũ non deberi medico, quemadmodum neque aduocato conſulenti, firmat Rip. in trac. de peſte, in tit. de remed. ad curand. peſtem, num. 131.

Vltra quod, iam medicus circa hoc acquieuerat d. ſententiæ, neque poterat ſperare illius reformationem ad ſui fauorem: quia non appellarat, nec appellanti adhæſerat, vt dici potuiſſet ſe facere partẽ,
9 † & eſſe effectum vnum ſpiritum cum appellante. Old. conſil. 290. & per Lancell. de attenta. appella. pende. cap. 12. in 12. amplia.

Sed poſt redditum votum, fuit inter nos dubita-
10 tum † an ſalarium petitum deberetur, cum promiſſio illius nõ teneri videretur in l. archiatri. C. de profeſſo & medi. & l. 1. §. ſi cautum, vbi gloſſ. in verbo, ſuſpenſa. ff. de vari. & extraordi. cogni. quæ ita intelligit l. medicus, eod. tit. & reperimus aliquando de hoc Afflict. dubitaſſe, in deciſ. 123. licet poſtea affirmatiue reſpondeat, declarando iura ſupradicta intelligi de medicis, qui a publico ſint ſtipendiati, his enim non licet de alio ſalario cum infirmis paciſci,

&

Digitized by Google

& promiſſio non tenet,& ita poſt Ioan. de Platea in d.l.archiatri, & Afflictum, vbi ſupra,dicit,& ſequitur,eos citans Cagnol.in l.2.num.191. C.de reſcin. vend.

11 Quinimo † ſalarium hoc eſt adeo priuilegiatum,
vt medico debeatur ab infirmo, non ſolum quando
nolit curari, & medicum exoſſum habeat, Soz. conſil.26.col.pen.verſi.6.in lib.1.ſed etiam eo mortuo. Franc.Marc.deciſ.Delphi.446.num.6.

Non negamus tamen in hac facti ſpecie nos motatos eſſe,cur iſte medicus per tantum temporis diſtulerit ſui ſalarij exactionem proſequi,parum me-
12 mor illius,quod vulgo dici ſolet, † dum dolet infirmus, medicus ſit pignore firmus,vt ponit Specu.in tit.de ſalarijs,refert Affli.vbi ſupra deciſ. 123. Rip. in præcitato loco,num.125.vbi dicit,exige,dum dolor eſt, perche paſſato il punto, gabbato lo ſanto. Vnde dicunt addentes, ad deci. Afflict. præcitatem
13 123. quod aduocati, & medici tres † facies præ ſe
ferunt ſuis clientulis videlicet, tempore neceſſitatis, Angeli.

Alio tempore non ſic inſtantis, hominis; finita demum cauſa, & cura,diaboli, quod de ingratus dictum proteſtatur, &c.

SVMMARIVM.

1 *Salarium aduocatorum eximij laboris eſſe dicitur, & extimationem uix recipit.*
2 *Salarium aduocatorum dicitur honorarium, ſeu palmarium.*
3 *Salarium aduocatis debetur etiam quod partes concordarint.*
4 *Salarium aduocati non conuentum, iudicis arbitrio taxatur,licet aliud forte ſit in ſalario procuratoris.*
5 *Salarium aduocati an in principio, vel in medio,vel in fine cauſæ debeatur.*
6 *Clientulus dicitur patrono carior, quàm propinquus.*
7 *Fideiuſſor,quando teſtis eſſe poſſit.*
8 *Teſtis extra articulum deponens an probet.*
9 *In maiori ſumma minor ineſt, non procedit in teſte.*
10 *Labore diminuto, ſalarium quoque minui debere.*
11 *Mercedis, & ſalarij iudicium dicitur fauorabile.*
12 *Iuramentum ſuppletorium impeditur propter quemlibet minimum teſtis defectum.*
13 *Taciturnitas in iudicialibus inducit conſenſum.*
14 *Oppoſitio in iudicialibus multa præſeruat opponenti.*
15 *Quemadmodum non opponens multa amittit.*
16 *Scriptura priuata non plus operatur, quam uox uiua ſcribentis.*
17 *Teſti vnico non credendum.*
18 *Salarium arbitrio iudicis taxandam.*

ARGVMENTVM.

De ſalario,et mercede Aduocatorũ. Et quando debeatur,in principio,an in medio,vel in fine cauſa. Et de eo minuẽdo, diminuto labore.

DECISIO XII.

DOMINVS Iacob. Burſellus I. C. Volaterranus egit coram D. officiali Caſtri Noui contra Paulum Fabrum Ferratium, a quo petijt ſibi dari ſcu.50. ſibi promiſſa occaſione patrocinij per eum præſtiti in quadam cauſa criminali prætenſi homicidij contra d. Paulum, & filios intentati, & ſuccubuit.

Eo tamen appellante ad Capitaneum Ciuitatis Volaterrarum,obtinuit ſententiam ad ſui fauorem reuocatoriam primæ.

Cumque ad nos pro parte Pauli reclamatum foret,reformantes ſententias latas condemnauimus d. Paulum ad dandum, & ſoluendum d. D. Iacobo duas tertias partes petitę ſummę cum mutua abſolutione expenſarum.

Cauſa iſta ſumma videbatur æquitate niti pro parte actoris de cuius patrocinio feliciter præſtito non ambigebatur.

Defenſarat enim ſuos clientes ab imputatione homicidij, & ideo eius poſtulatio mercis magni, &
1 eximij laboris dicebatur eſſe,† quę extimationem
via recipit,vt dicit tex.ſingul.in l.ſi pater,in fine. ff. de donatio.
2 Debetur † enim aduocatis ſalarium, quod pal-
marium,ſeu honorarium honorificentius appellatur.l.1.ff.de vari. & extraord. cogn. etiam ſi partes cum fiſco tranſegiſſent,Dec.conſi.70.colum.penul.
3 quia † adhuc viciſſe cauſam dicuntur. glo. in l. ſi. ff.
mand.Decius in l.iure ciuili,num 1.de reg.iur. Caccialup.in tract.de tranſactio.q.fin. Pile.q. 54. Quod quidem ſalarium ſi non eſſet pacto conuentum, Iu-
4 dicis † arbitrio conſtituendum foret,iure quodam
ſpeciali,aduocatorum fauore, licet aliud forte eſſet in procuratore,Natta in conſi.326.operarius enim dignus eſt mercede ſua.

In cuius ſalarij petitione neque moleſtus,nec delicatus creditor dici potuit, non enim cum ſacco paratus, ſed per biennium ſui crediti exactionem
5 diſtulerat,† quam a principio cauſæ facere poterat,
ſecundum Alexã.in l.diem functo.ff.de offi. aſſeſſo. vel forte in medio, & placuit Barto. in l. properandum.§ illo, in vlt.not. C.de iudi. & in l.Archiatri,C. de profeſſo.& med.lib.10.Specul.in tit. de ſalario.§. ſequitur. Miſinge.cent.3.obſer.7. vel in fine ad Rebuf.de ſenten.prouiſio.artic.1.gloſſ.7. nume.3.

Et ad fundandam ſuam intentionem induxit multos teſtes,quorum vnus de veritate promiſſionis deponit, cæteri vero de quadam tacita extraiudiciali confeſſione affirmabant, videlicet, che Paulo in più luoghi, & diuerſe volte diſſe a M. Iaco. vi ſatisfarò,& vi recognoſcerò, & ſimilia verba generalia, petendo in ſupplementum iuramentum deferri,replicabat Paulus actorem non eſſe in probatis, & contra teſtem hunc de veritate excipiebat vltra ſingularitatem,quod eſſet clientulus D.Iacobi,& fideiuſſor eiuſdem.
6 Clientulus † enim patrono carior dicitur eſſe,

quam

Digitized by Google

quàm propinquus, ita inquit Alex. ab Alex. dierum genial, lib. 6. c. in calt. 342.

7 Et fideiuſſor † ſimiliter, vbi certum non ſit aliquod damnum pati non poſſe, in teſtem non recipitur, vt tradit Menoch. in l. teſ, in princ. nume. 30. & ſeq. ff. de duob. reis.

8 Præterea † dicebat eundem teſtem aduerſari poſitionibus actoris, & vltra articolata depoſuere; ponit enim actor ſe eſſe creditorem in 50. & teſtis aſſerit de 60. & ſic ſuſpectus, ad Iacob. Emilia. conſil. 19. num. 12. Natta, conſi. 90. num. 7. Nec ſaluari poterat, quod in maiori ſumma ineſſet minor, † quia

9 id non procedit in teſte laſſed. Lanfran. deciſ. 51.

Et vlterius allegabat aſſertam promiſſionem fore factam pro defenſione Paoli, & duorum filiorũ, & quod non habuit ſub tutela niſi duos, Paulum, videlicet, & filium tantũ, alter enim maluit potius in contumaciã capitaliter condemnari, quàm car-

10 cerum incommoda ſubire, vnde † diminuto labore, minui quoq; ſalarium debebat pro tata l. Seio, in prin. ff. de an. leg. per quem tex. dicit ibi Bartol. quod ſit minuẽdum ſalarium ſeruitori, qui tribus ſcolaribus ſeruire promiſit, altero eorũ diſcedente, & ſentit Cepol. de ſeruit. urb. prædio. cap. 50. de furno, num. 5.

Et ad corroborationem ſuæ intentionis deduxit ſtilum Curiæ loci illius; vbi pro capitalibus cauſis conſueuit ſolui D D. aduocatis, vſque ad ſummam ſex, vel octo aureorum.

Nouiſſime allegauit ſolutionem certę quantitatis denariorum, quam probare conabatur mediante ſcriptura cuiuſdam Ioannis Baptiſtę abſentis, in qua ſine tamen die, & conſule apparebat ſe recepiſſe quaſdam pecunias à Paulo carcerato, erogandas in neceſſarios vſus d. cauſæ, & eaſdem ſoluiſſe diuerſis perſonis, & inter alios d. D. Aduocato cui ſoli ſtandum eſſe dicebat, cum ille eſſet pro bono, & probo viro approbatus ab omnibus.

DD. fuerunt in voto reformandi dd. ſententias condemnando reum conuentum ad petita, detracta tamen tertia parte ex cauſa votus ex filijs non defenſi.

11 Moti, † quia iudiciom petitæ mercedis eſt fauorabile, & ſententia ſuper ea lata alias diceitur appellatione remota exequibilis. Rebuf. de ſentent. prouiſio. art. 3. gl. 7. & 8. Vnde cum actor probarit ſua incombentia mediante iuramento ſuppletorio ſibi delato, & concorrente adminiculo de extra iudicialibus eiuſdem Pauli confeſſionibus ſæpius emanatis in hone ſenſum, [che hatebbe ſatisfatto detto Aduocato,] merito enim in d. ſummam condemnauimus.

12 Solent † enim aduocati in capitalibus cauſis, vbi de vita, & ſtatu dignitatis conſeruandæ periclutatur, multum lucrari, & eorom ſalariom, de iure ad centum aureos aſcendere poteſt. l. 1. ff. de variar. extraord. cogni.

Nec obſtare viſum fuit multiplex defectus in teſte conſideratus, cum quilibet minimus defectus in teſte impediat iuramenti ſuppletorij delationem. Natta conſil. 53. col. fin. & 279. num. 5.

Quia fuit delatum iuramentum parte non oppo-

13 nente, & † certi iuris eſt in iudicialibus induci tacitum conſenſum propter non oppoſitionem, cap. 2. de accuſa. in 6. Barto. in l. 1. in fin. C. de dila. & tradit alios citans, Contard. in l. 1. 13. limit. num. 5. 6. 7. C. ſi de moment poſſ. Natta, conſi. 252. num. 7. Soz. & Dec. in auct. ſi quis in aliquo. C. de eden.

14 Et † quòd per non oppoſitionem multa amittantur tradit Alex. in l. Iudex poſteaquam. nume. 8. de re iud. & in conſil. 63. colum. 3. lib. 4. & 7. lib. 2. Crauet. conſi. 140 ſi. Hercul. de probat. nega. oumε. 111. & 123. Rober. Lancill. de attenta. 2. par. cap. 4. ou. 61. & ſeq. de attenta. lit. pend.

15 Pro † vt & multa præſetuati per oppoſitionem tradit Rebuf. de ſenten. prouiſio. artic. 3. gloſ. 9. vbi ponit 10 effectus oppoſitionis.

Nec viſum fuit fidem adhibẽdam d. priuatæ ſcri-

16 pturæ, quia † non plus operari potuiſſet, quam ſi is, qui ſcripſit ita depoſuiſſet, qui cum de ſuo commodo tractet, non ſatis probabat ad Barto. in l deferre. ff. de iu. fis. Bertrand. conſi. 118. lib. 2. Alex. conſilio 192. num. 3. lib. 7. Ruy. conſi 105. oum. 2. & 6. lib. 4.

17 † Et cum eſſet ſingolaris, peſſimi exempli eſſe exiſtimauimus, vt vni ſoli crederemus, exemplo Q. Sceuolę, de quo Valet. Max. lib. 4. cap.

Duximus deducendam ratam tangentem pro filio non defenſo, quia placuit amplectendo opin.

18 Bar. in d. l. Seio, de an. lega. † quod pro modo diminuti laboris minuatur ſalarium iudicis arbitrio taxandum, quicquid in quantitate taxata aliter ſenſerit Cagool. in l. diem functo, num, 159. ff. de offi. aſſeſſo. quod poſtea reliquit cogitandum Menoch. de arbitr. iud lib, 2. cent. 2. caſu 223.

Abſoluimus ab expenſis propter priuilegiatas probationes iuramenti ſuppletorij, & alijs de cauſis animum noſtrum iuſtè mouentibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis ab auo nepti factum, an ſit profectitium, vel aduentitium, &*

An neptis aut filij intuitu dicatur factum, eſt vulgaris, & controuerſa quæſtio.

2 *Dos, quæ debetur filiæ à ſtatuto excluſæ ſuccedit loco legitimæ.*

3 *Dos prædicta omnes qualitates habet quas legitima habet, & imputationem patitur eorum, quæ legitima patitur.*

4 *Legatum dotis ab auo nepti factum imputatur in legitima, quando non conſtat contemplatione neptis factum.*

5 *Legatum ab auo nepti ſimpliciter factum in dubio ne ptis intuitu dicitur factum, ſecus ſi non ſimpliciter.*

6 *Legatum alicui relictum in dubio legatarij intuitu dicitur relictum.*

7 *Legatum ab auo factum nõ ſimpliciter ſed aliquo expreſſe veluti in dotem, vel alimentis, vel alias, an, & quando contemplatione patris dicatur relictum.*

8 *Legatum dotis ab auo factum filio diuite exiſtente cu ius intuitu dicatur tunc factum.*

9 *Diuitiæ allegatæ ſunt probandæ ab allegante.*

10 *Diues,*

10 *Diues, an ſit quis Iudicis arbitrio remiſſum.*
11 *Auus non tenetur dotare neptem, cuius pater ſit diues.*
12 *Auus dicitur eſſe de ſalute filiorum ſollicitus.*
13 *Dotare filiam ad patrem ſpectat.*
14 *Matrimonium carnale, & ſpirituale ad imparia non iudicantur.*
15 *Coniecturæ ſumptæ ex viſceribus, & ventre legati potentiores ſunt extrinſecus ſelectis.*
16 *Dilectio percipitur ex nominatione nominis proprij.*
Nominatio in nomen proprium arguit prędilectionem.
17 *Affectionis prędilectio, an rectè ex propria nominatione deſumatur.*
18 *Nepos præſumitur magis diligi, quàm filius propter vlteriorem propaginem, quam de ſe auus videt.*
Auus præſumitur diligere magis nepotes, quam filios propter propaginem ſuam vlterius viſam.
Quod procedit in deſcendentibus ex maſculis.
19 *Pater, & auus non tenentur dotare ante nubilem ętatem filiæ, vel neptis.*
Dos a patre, & auo non debetur ante nubilem ętatem.
20 *Dotari filiam ab auo magis eſt vtile patri, quam filię.*
21 *Aequalitas ſeruanda eſt inter filios, & ita in dubio pręſumitur factum a patre.*
Aequalitas non ſeruatur, vbi de mente patris aliter conſtet.
22 *Aequalitatis ſeruandę ius non competit tertio niſi per viam exceptionis, non autem per modum actionis.*
23 *Debitor legans creditori compenſandi animo cenſetur feciſſe.*
Legatum debitoris animo compenſandi, quando dicitur factum.
24 *Pater legans dotem filię ſi poſtea promittat dotem, vel ſoluat animo compenſandi id actum creditur.*
Legatum dotis a patre filię factum pro qua poſtea dotem promiſit, vel ſoluit compenſandi animo creditur factum.
25 *Frater debitor ſororis eam dotans animo compenſandi creditur dotaſſe.*
26 *Solutio quantitatis proportionata ad vnum debitum, creditur facta in extinctionem dicti debiti, non autem diuerſi.*
37 *Debitor ex pluribus cauſis ſimpliciter ſoluens cenſetur ſoluiſſe in duriorem cauſam, & antiquiorem.*
28 *Pro legato conſequendo triplex actio datur.*
29 *Solutio facta a debitore ex pluribus cauſis in vnam cauſam ſi ſit maior illo debito, quod ſupereſt in aliud debitum imputatur.*
Debitor ex pluribus cauſis ſoluens ex vna pluſquam ex ea deberet, quod ſupereſt cedit in extinctionem alterius.
30 *Ignorantia alterius ab alio allegata, ab allegante probanda eſt.*

ARGVMENTVM.

De legato dotis ab auo nepti facto, an profectitium, vel aduentitium ſit cenſendum.

Et an neptis, vel filij intuitu dicatur factum.

Et an frater, qui ſit ſororis debitor ſorori legando dicatur animo compenſandi legaſſe.

Et de æqualitate ſeruāda inter filios.

In hac deciſione fui ſolus non ſequens collegarum contrariam opinionem, & fuit reuiſa, & mea ſententia approbata, et ita obtentum fuit.

DECISIO XIII.

MAGNIFICVS D. Raphael de Medicis condito cum quo deceſſis teſtamento, & pro æquali portione inſtitutis hæredibus Iuliano eius filio, & D. Raphaele ex fratre nepote inter alia diſpoſita mandauit per D. ſuos hæredes intra certum tempos, & de maſſa communi conſtitui ſuper monte commonis Florentiæ dotem 800. florenorum aureorum pro tempore 15. annorum ſub nomine D. Catherinæ infantis d. Iuliani filiæ cum prohibitione, quod per D. Raphaelem cohæredem repeti non poſſit a d. Iuliano.

Et ſi d. D. Catherina ingrederetur Monaſterium, voluit, quod capitale recuperandum a d. communi Florentiæ, deſeruiret pro parte eleemoſynæ monaſt. debendæ abſque alia repetitione, vt ſupra per Do. Raphaelem facienda a d. Iuliano. Et in caſu, quod d Catherina non nuberet, neque monacharetur, diſpoſuit, quod ſumma, quæ recuperaretur a d. communi, æqualiter pertineat ad Iulianum, & Raphaelem hæredes prædictos.

Mortuo teſtatore, & ſucceſſiuè defuncto Iuliano Dom. Franciſcus Iuliani filius, & hęres, de anno 1568. nuptui tradidit d. D. Catherinam D. Federico Strotio, cum promiſſione dotis ſcuto. quatuor milium.

Elapſis ab hinc annis 13. & vltra d. D Catherina mediante D. Federico eius viro adijt clariſſimos D. Conſiliarios. & narratis prædictis inſtetit declarari, & condemnari ſupradictos Iulianum, & Raphaelem teneri, & obligatus eſſe ad dandum, & ſoluendum legatum prædictum. Et cum huiuſmodi cauſa fuerit ad nos ad referendum tranſmiſſa, de duobus principaliter dubitabatur, videlicet. An legatum ab auo nepti pro dote factum, diceretur eſſe profectitium, vel potius aduentitium, & conſequēter, an in ipſius neptis gratiam magis, quam contemplatione filij dicatur relictum, ita quod ſi foret profectitium compenſandum eſſet cum dote data.

Et dato, quod eſſet aduentitium, an d. D. Franc. filius, & hæres Iuliani grauati, & ſucceſſiuè debitor d. legati, dotem dando ſeu promittendo ſorori in longè maiori quantitate, præſumatur dotem illam ſoluiſſe, & promiſiſſe animo compenſandi.

Digitized by Google

1 Quoad primum,† licet articulux ſit vulgaris, &
ſatis notus de quo ſcribentes tam legendo varijs in
locis in l.in quartā,ad l.falcidiā in l. qui in aliena.§.
interdum,de aeq.hæred.in l.ſed & ſi plures. §. in ar-
rogato.ff.de vulg.& pupill.quam conſulendo diffu
ſe tractarunt, & nouiſſimè poſt relatos Ceph.in cō
ſil.105.Menoc.conſil. 183.Natt.conſi.363.& plenè
per Ant.Gab.lib.3. de dot.promiſſ. concluſ. 5. Ad-
huc tamen in hac facti ſpecie illius veritas latere vi-
debatur pp multa excellentiſſimorum conſulentiū
inuicē pugnantia reſponſa in cauſa reddita, quo fa-
ctum eſt, vt & nos inter nos variantes diuerſas, &
quidē contrarias ſententias protulerimus.Fui enim
coactus(ſic propria dictante conſcientia)propriam,
nun autem aliorum ſententiam ſequi.

Argumenta autem eorum qui in hac cauſa ſcrip
ſerunt,non duxi recenſenda,ne in re non noua lon-
giores eſſemus,quam par eſſet, & quaſi noſtri inſti-
tuti obliti(breuitati enim ſemper ſtudemus in deci-
ſiuis) fimbrias dilataremux, & maximè quia idem
articulus a Magn.D.Auditoribus noſtris in hac Ro
ta præcelloribus adeo copioſe,& ex profeſſo fuit di-
ſcuſſus, vt inde tractatus ferè compilatus videatur.

Concluſiuè igitur agendo, & inhærendo traditio
nibus crebrius receptis,fui in voto reputandi lega-
tum hoc in gratiam, & contemplatione filij princi-
paliter factum,non aūt neptis,iuxta l. dedit dotem.
ff.de collat.bono. & ſic computandum in tali dote,
2 † cum dos quę filiæ excluſæ per ſtatutum (vt hic) a
ſucceſſione parentum debetur,ſuccedat loco legiti-
mę, vt tradit Caſtrenſ.in conſil. 129. licet iſta
col.fio.in antiq. Alex conſil. 179.nume. 7. 8.lib.5.
& 209.num.20.lib.6.Corn.conſi.107.num.2.lib.2.
Deci.conſil.106 num.3.

3 Quæcumque † autem imputantur in legitimā
eadem imputari debēt in huiuſmodi dote quæ om-
nes qualitates habet quas habet legitima ſecundū
Caſtr.d.conſ.129.& poſt eum Deci.d.conſ.106.nu.
4 3.Sed in † legitima debita filiæ in bonis patris im-
putatur legatum dotis ſibi ab Auo factum,quando
non conſtat cōtemplatione neptis factum,prout in
hoc, nec conſtare, nec pręſumi debere credidimus,
merito,&c.ita poſt Bar.in d.l.dedit,& in conſ. 131.
tradunt cōmuniter Doct.in d.l.in quartā. vbi Alex.
num.27.Rip.num.206.Ange.conſ.78. Alex. conſ.
31.nu.3.lib.4.138.num.5.lib.5 117.num.5. lib. 6.
Deci.conſi.181.nu.5.Si enim conſtaret neptis intui
tu data,res eſſet expedita, & non eſſet opus conie-
cturis, vt loquitur l.Auus.ff.de iur.dot.& eſt de mē-
te Bar.ibi Ang.d.conſi.78.Alci.17.præſump.nu.2.
1.reg.Ant.Gab.in d.concl.5.nu.6.vbi concord.alle
gat,& num.10.

Et quod non præſumatur contemplatione nep-
tis relictum,id probatur ex communi opinione; Do-
cto.enim qui ſuper hoc ſcribunt,duas conſtituunt
receptas regulas,quarum vna eſt videlicet.

5 Quod relictum † ſimpliciter, vel promiſſum ab
Auo nepti,in dubio præſumitur neptis intuitu da-
tum,vel promiſſum,idque aduentitiū effici. (Quòd
6 eſt† generale in omnibus quod legatum alicui reli
ctum ipſius legatarij intuitu,non alterius præſumi-
tur factum.Bald.in l.fin.per illum text.nume.6.qui-
bus ad lib.proclama non licet) allegatur ad id glo.
in l.qui in aliena.§.interdum.ff. de acqui. hæred. &
ibi Bart.& pro concordantibus,& ex communi opi-
nio. Anto. Gabr.d.concluſ.5. nume. 20.Et eſt ratio,
quia relinquēdo Auus ſimpliciter, ſeu dando nepti
aliter alio nō expreſſo,puta in dotem,vel alimenta,
ad quę pater tenebatur, tunc in dubio contempla-
tione neptis cenſetur datum, vel promiſſum & non
patris intuitu; & iſte non eſt caſus noſter. Alia ve-
ro eſt videlicet.

7 Quod legatum † ab Auo nepti factum non ſim-
pliciter,ſed aliquo expreſſo veluti in dotem,vel pro
alimentis,vel aliàs ad quod filius,& pater reſpectiuè
ex officio paterno teneretur,tunc in dubio pręſumi
tur datum, factum, vel promiſſum contemplatione
patris principaliter obligati (fingitur enim breui
manu accepiſſe a patre,& filię tradidiſſe) & in hoc
magis communiter reſident Doctores [quicquid
aliter atteſtetur Corn.& ſequaces in conſi.34.lib.4.
qui aliàs non auſit quæſtionem decidere, & conſi.
200.col.fi.lib.3.ut refert Aym.conſi.219 ſub.n.1.]
vt teſtatur Neuiza.in conſil.76.nu. 12. & commu-
niorem contra Corn.aſſerit M.Ant.Cuch.de legiti-
ma,part.52.num.35.in verſi.ex ſubſtantia,& magis
communem teſtatur Fumaggio.in repetit.dictæ l.
in quartam.num.353.& 412.& ita ſecundum iſtam
diſtinctionem de donatione ſimplici, vel ex cauſa,
ad quā pater teneretur tamquam crebrius receptā,
nouiſſimè fuit votatum per pręceſſores noſtros in
cauſa Nobilium mulierum de Piccolominibus cū
Marcello Bandinello earum Auunculo,eſt videre
in eorum motiuis ſub die 24.Aug.1581.Vbi profi-
tentes ſe pro indaganda veritate huius articuli aiūt
vidiſſe in fonte omnes Docto.in materia ſcribentes,
& tandem reperiunt erroris cauſam conſiſtere in
hoc quod ex ſimplici datione, vel relicto nepti ab
Auo facto,intulerunt ad relictum dotis, vel alimen
torū in quibus diuerſa ratio militat, & horum pri-
mus,qui in hunc incidit errorem,fuit Corn. d. cōſi.
34.Concludentes per multas allegationes ita ſe ha-
bere communiorem ſententiam, vt relictum vel
datum ab Auo ſimpliciter nepti, neptis intuitu di-
catur in dubio relictum, & datum, ſi vero dotis no-
mine aut alimentorum, vel alia expreſſa cauſa ad
quam pater teneretur, & tunc patris contempla-
tioni præſumi datum, vel relictum, vt ibi latius,&
ad ſaturitatem apparet, & hic erat caſus noſter, vbi
Auus reliquit in dotem nepti, & ſic pro dote
quam filius debebat, merito filij contemplatione
factum dici debuit ſecundum Ruy.conſil.24.num.
2.lib. 5.

Quam difficultatem proſpicientes oculatiſſimi
ex aduerſo D.Conſulentes,ſtatim ad exceptionem,
ſeu fallentiam conuolarunt, & facto quodam prę-
8 ſuppoſito aereo, videlicet, † quod filius eſſet diues,
dixerunt ex communi opinione,quod dos data vel
relicta ab Auo nepti,non filij, ſed ipſiuſmet neptis
contemplatione præſumatur data, & relicta ut te-
ſtatur Rip.in dicta l.in quartam,num. 104.& in l.1.
num.74.ſolut.matri.cum concord. per Ant. Gabr.
d.con-

d.conclu.5.num.9.& nume.15.
Huic fundamento non, acquieſcebam, non qui-
dem ex eo, quod ipſe ſatagerem aduerſus commu-
nes traditiones inſurgere, & nodum in ſcirpo quę-
rere, quantumcunque iſta diſtinctio de patre paupe-
re, & diuite a multis reprobetur, & ſignanter a Cę
ph.in d.conſi.105.nom.30.cum ſeq.& num.39. Sed
9 quia † diuitiarum præſuppoſitum non verificaba-
tur, vt verificari debuit ad ſubſiſtentiam diſpoſiti ſu
per eo, Deci.conſil.291. numero 3.& 140. numero
2. Alexand.conſi.224.lib.2. Natta, conſilio 343.nu-
mero 2.& 407.num.1.
Non enim pro parte D. Federici fundantis ſe in
10 diuitijs, fuit aliquid probatum, & deductū, vt († qđ
erat iudicis arbitrarium ſecundum Barto. Alex. Iaſ.
Rip. in l.ſi conſtante.ſol.matri.& pro concord. Me-
noch.de arbit.iud.lib.2.cent.1.caſu 65.num.7.) at-
tenta perſonæ qualitate, & nobilitate Iulianum fi-
lium in diuitem, probabiliter haberemus tempore
dotationis auitæ. Quinimo circa demonſtrandum
hanc diuitiarum qualitatem, adeo informiter hinc
inde fuit tractatum, vt dum probationes quaſdam
in id afferrent, quaſi per tranſennam inſpiciendaa
potius ratiocinandi, quam probandi modum reti-
nuiſſe viderentur, & ſecundum informationes quas
priuatim in camera recipere a fide dignis procura-
bamus, attenta eius nobilitate denſa ſobole (habe-
bat enim tunc duas filias fœminas, & maſculum,)
& cōputato periculo, quod in bis mille, aut ter mil
le ſcu. aſcendere allegabatur vna cum ſpe legitimæ,
& Trebellianicæ in bonis patris debendę ne dum
opulenti, ſed ne mediocriter quidem diuitis nomen
ſibi iuſte vendicaſſe comperiebamus.
Accedebat, & aliud quo in contrariam ſententiā
ductus fui, quia quod auus dando, vel promittendo
dotem nepti ex filio diuitæ, non dicatur filij intui-
11 tu dare, ſed neptis, id accidit, quia † ſicut auus non
tenetur dotare neptem cuius pater ſit diues, & va-
lens eam de ſuo dotare, Rip d.l. in quartam, nume.
204. ita credendum ſit non feciſſe intuitu filij, & ad
eius exonerationem, cum ceſſaret neceſſitas eum
exgrauandi: ſed iſta pręſumptio tollitur hic nedum
contrarijs, & efficacioribus coniecturis, ſed expreſſa
diſponentis voluntate in teſtamēto declarata. Auus
12 † enim iſte, qui de filiorum ſalute ſollicitus eſſe di-
citur. l.cum pater.§.mando. de leg.2. cum concord.
per Tiraqoel.in præfatio l.ſi vnquam, num.11.C.de
reuoc.donat, non ſolum non ſtetit in ſimplici ſtatu
voluntatis conceptę, de exonerando filium, ſed etiā
13 eam protulit ibi pro parte elemoſinæ. † Nam cum
dare elemoſynam Monaſterio pro filia monachan-
da ſpectet ad patrem ſicut dotem dare nupturę l.fin.
C.de dot.promiſſ. Burr.in conſi.56 & huius elemo-
ſynæ partem relinquendo pro ea parte exonerat, &
eximit patrem a datione totius, quia in toto pars
continetur, ergo idem dicendum eſt in caſu matri-
monij ſubſecuti, vt ad exonerationem dotis a pa-
tre dandæ legatum prædictum dici debeat factum,
14 ne † ad imparia monachatio, & matrimonium car-
nale iudicentur, cum ab vno ad aliud validum infe-
ratur argumentum, cap. quoniam frequenter.§.por
ro, vt lite non conteſt.cap. inter corporalia, de tran-
sla.prælat.cum concord.per Euerard. in ſua centu
argum, cap.33.
Hęc autem diſponentis voluntas non obſcure
colligitur ex alijs partibus orationis dicti legati ſe-
mel atque iterum ibi, dum prohibet repetitionem
a cohærede. Nam prudens teſtator non ignarus,
quod onus dotandi filias ad patrem ſpectet de pro-
prio, & non de communi cohæredum, & ſociorum.
l.ſi ſocius pro filia.ff.pro ſocio, & quod Iulianus te-
neretur cum cohærede conferre de iure hanc do-
tem, ideo mandauit cohęredi, ne hoc, quod in hanc
cauſam eſſet de communi impenſum a Iuliano re-
peteret, ergo contemplatione Iuliani fuit hoc debi-
tum remiſſum, cum repetitio præſupponat collatio-
nem.
Rurſus, & alibi dum diſponit, quod ceſſante one-
re dotandi, vel monachandi per mortem dictæ ne-
ptis illud capitale montis, & qualiter diuidi debe-
ret inter dictum Iulianum, & cohæredem, ergo per
manente onere per oppoſitum ſequitur, quod in
exonerationem Iuliani relinquere, & prouidere vo-
luerit.
15 Quę quidem † coniecturę cum colligantur ex vē
tre, & de viſceribus legati, potentiores ſunt cęteris
extrinſecus, & a remotioribus deprompris. Ful-
goſ.in l.nec codicillum.C.de teſtam. Ruyn.in l.Gal-
lus.§.& quid ſi tantum, num.48.in fi.& nu.73.ff.de
lib.& poſth.
Nec obſtare viſę fuerunt nōnullæ coniecturę ex
aduerſo cateruatim adductæ.
16 Nam quatenus † ſumatur prędilectionis, & con-
templationis argumentum pro nepte, ex quo no-
mine proprio ſit nominata, iuxta not.per Iſern.de
ſucceſſ.feud. columna ſecunda, verſicu. ſi autem, &
per Soz. iun.conſil.79. numero 52.libro 3. id nihil
aut parum ſtringit, quia cum auus haberet ex eo-
dem Iuliano aliam neptem, & vni tantum eſſet le-
gaturus, vtique ad tollendam ambiguitatem neceſ-
ſe fuit nominare per nomen proprium, cui illarum
legare intenderet. l.ſi communis ſeruus.ff. de ſtipu-
lat.ſeru.
17 Vltra, quod fallax † eſt iſtud argumentum cum
vt dicit ibi Iſern.contrarium probari poſſit, ſi ratio
affectionis habeatur, quę maior eſt in filio vti pro-
pinquiori quàm in nepte, cap.requiſiſti, de teſtamē.
Dec.conſil.81.num.5.Bero.conſilio 54.numero 9.
libro.1.
18 Quicquid ex aduerſo in contrarium dicatur, † qđ
maior cadat affectio in poſteros remotiores, eum
per eos vlterius progredi noſtri propagationem, &
diuturnitatem videmus, Soz. Iun. conſilio 126.nu.
54.lib.1.qui loquitur in nepotibus, & deſcendenti-
bus ex maſculis, quibus mediantibus pręſeruatur
deſcendentia, ſecus in fœminis in quibus finitur ſe-
cundum Bald.in conſi.474.lib.5.Corn. conſil.335.
colum.3.lib.1.
Sicuti nec etiam facit, quod auus reliquerit mi
nori natu, non autem maiori, quo mediante conſul-
tius prouiſū fuiſſet patri, quia inde forte ſumi poſſet
inditiū dilectionis inter ipſas neptes, vt magis vo-

Digitized by Google

quàm alteri maluerit legare, non autem quod ideo
non intuitu patris dicatur relictum, præterquam
quod prudeos teſtator potuit cognouiſſe Iulianum
noo ita ſufficientem io dotanda minore nata, &c.
quod tunc temporis maioti auxilio egeret.

Et quod pro contraria quoque coniectura pon-
deratur de dote data oepti non nubilis ætatis, & ſic
19 in caſu, quo oeuter † nec auus, nec pater teneban-
tur dotare ex defectu ætatis, ad Ruyo. conſi. 72. ou.
7. lib. 2. & 68. num 7. lib. 4. ſatis leuis preſumptio re
putabatur, & huic argumeoto reſpondet Cęphal. d.
conſi. 105. oum. 41. & iſta ratio nil valet, quia, vt di-
cit Barto. in conſil. 131. tenet legatum ab auo nepti
naſcituræ factum, & contemplatione patris oibuo-
minus dicitur relictum.

Parum etiam vrget argumentum ab vtilitate,
qoæ radicatur in perſooa oeptis, vnde eius intuitu
dicitur factum, cuius magis intereſt. l. fideicommiſ-
ſo. §. interdum. de leg. 3. l. ſi cui. §. fi. de legat. 1. Quia
20 † imò priocipalis eſt vtilitas ipſius patris, vt tradit
Ruy. conſi. 30. ſub num. 6. lib. 1.

Et ad locoooeniens allegatum, quod ſi aliter di-
catur, nullum commodum neptis inde cooſequere-
tur, cum ſemper id ab eius patre habitura foret,
nam reſpondetur, quod fortaſſe non tantam quan-
titatem habuiſſet a patre, ſi legatum oon fuiſſet cō-
putandum.

Quemadmodum, nec aliud inæqualitatis abſur-
dum pro coniectura allatum procedit, quia locum
haberet io dubio; tunc enim præſumitur in patre
21 voluntas æqualitatis ſeruandæ inter filios, † ſecus in
claris, com nulla lege cauetur eum non poſſe plus
vni, quam alteri relinquere, dum minus legitima
noo relinquat l. pareotibus, vbi Bart. & Iaſ. C. de in-
offi. teſta. Bal. conſi. 334. lib. 3. dec. conſi. 547. oume.
1. Pariſ. conſi. 34. oum. 25. lib. 2. Præterquam, quod
iſta exceptio competeret tertio, ideſt cohæredi, noo
autem ipſi D. Catherinæ, quę ooo poteſt in ea ſe fun
dare, tum quod non ſit excluſiua iuris rei coouenti,
22 tom quia † oec ipſi tertio in caſu dubię voluntatis
competeret per modum actionis, ſed tantum per
viam retentionis, vt inquit Ruy. in conſi. 212. oum.
4. libro 2.

Fuerunt, & aliæ multæ cooiecturæ allegatę ex ad
uerſo, quibus reſpondet Cępha. dict. cooſ. 105. & di-
cti D. Auditores in dictis motiuis, & ex bis dixi le-
garum hoc aoitum oon oeptis, ſed filij contempla-
tione factum, & in exoneratiooem eiuſdem, & ſic
com dote data imporandum.

Et dato, (& hoc erat ſecundum caput principalis
quæſtionis propoſitę) citra veri præiudicium, quod
fuerit, & ſit aduentitium in gratiam neptis, non au
tem filij relictum, adhoc dici debet per D. Catheri-
nam peti oon poſſe tanquam compenſatione ſolu-
tum. Nam D. Fraociſcus patris grauati hæres cum
eſſet debitor dicti legati aliquid poſtea dando, ſeu
promittendo ex eadem dotis cauſa dictæ D. credi-
23 trici † compenſaodi animo dediſſe, aut promiſiſſe
præſumitor iuxta doctrinam Bar. io l. vxorem. §. pa
ter naturalis. in fi. de le. 3. per illum tex. qui propriè
loquitur in dotante, qui eſſet debitor ex fideicom-
miſſo, & ita in terminis de fratre dotante ſororem
cuius erat debitor ex cauſa legati, quod compenſan
di animo dotauerit, tradit Bald. io l. Neſenoius, nu.
13. de neg. geſt. & in l. fi. ad fin. C. de dot. promiſſ. in
2. lectura, Ruyn. conſilio 223. nume. 1. lib. 1. & 152.
oume. 9. libro 9. Guid. Pap. io tract. præſump. num.
129. & pract. Papien. io fio. lib. pro lega. ſub nu. 77.
Bald. conſi. 59. lib. 3. Vnde cum legatum prædictum
ſit factum ex cauſa, & pro parte dotis, quæ oon eſt
reiterabilis. Ruyn. conſilio 138. io fin. libro 4. er-
go promiſſio, & ſolutio quatuor millium per Do-
minum Franciſcum facta, ex eadem dotis cauſa fa-
cta preſumitur, & de eo, quod ab auo ſibi dotis no-
mine fuerit relictum, argumento eorum, quæ com-
24 muniter dicuntur de patre † legaote dotem filiæ,
qui ſi pro ea poſtmodum ſoluat, vel promittat do-
tem, preſumitur promiſiſſe de eo, quod prius lega-
uerat, & hoc propter identitatem cauſę prioris le-
gati, & ſubſecutę promiſſionis, vel ſolutionis. Ruy.
dicto conſilio 138. nom. 3. Barto. & Docto. commu
oiter in l. filia legatorum. C. de legat. ergo legatum
fuit extinctum, & peti oon poteſt per ſupradictas
25 auctoritates Barto. Bal. & Ruyo. qui † loquuntur
in puncto de fratre dotante ſororem, qui ſit debitor
ſororis ex cauſa legati in dotem relicti. Sozin. coo ſi-
lio 121. columna peoultima, verſicu. &c. proba-
tur, libro 2.

Domioi Coauditores, qoibos cootraria ſenten-
tia magis placebat, attentabaot cooſtituere differen
tiam inter caſum, & caſum, videlicet, quod termini
d. l. filia legatorum, procedoot in eo, qui ſit idem, &
legans, & dotans: hic autem ſumus in diuerſis, pro-
ut diuerſitatem haue perſonarum conſiderat Natt.
conſi. 363. oum. 6.

Rurſus, qood tradita per Bartol. io dicto §. pa-
ter natoralis, & per Bald. io dicta l. Neſeonius, lo-
quuntur in fratre, & alijs, qui noo tenebantur ad
aliquid ſorori niſi ex relicto alieoo, noo autem in
eo, qui ex perſooa quoque propria teneretur, vt
erat frater iſte, qui licet de iure communi ſoro-
rem dotare oon teneretur, tamen ex forma ſtatu-
ti ad eam excludendam tenetur, qui cum, & vt hæ-
res patris grauati ad legatum, & vt frater a ſtatu-
to ad dotem dandam ſorori obnoxius eſſet, traden-
do dotem quatuor millium ſcutorum, proportiona
tam magis ad proprium debitum vigore ſtatuti,
quàm ad legatum, quod erat longè minoris quan-
titatis, videlicet tercentum, aut quatoor centum
ſcutorum, preſumitur, (vt ipſi aiebant) potios per-
ſoluiſſe in cauſam propriam immediatam, quam
mediatam ex promiſſione alieoa procedentem. Bar-
tol. in l. cum ex pluribus, columna ſecunda, verſicu.
26 quarto dicitur, de ſolut. † reportaotes etiam iocon-
ueniens, quod voa ſolutio quaotitatis proportio-
oatę vni debito, extinguat etiam aliud diuerſum de
bitum.

Quibus replicabatur cooſtitutas caſuum diuer-
ſitates oon fore probabiles, neque iuri conſonas,
&c. quoad primam, quod idem iuris ſit in hęrede
promitteotis, quod io ipſo promittente, vt hęres
eius, qui legauerat ſi dotem promittat, cenſeatur
animo

Digitized by Google

animo compenſandi promittere, & ſoluere, ita de
mente omnium Doctorum firmat Deci. conſi. 181.
ſub numero6. verſicu. & quod Docto. dicuor. Ruy.
conſilio 134. libro 4. & ſequitur Phanuc. de lucro
doi. §. 8. numero 84. iuncta. l. fin. C. de hęred. inſtit.
de hęrede hęredis, quod teſtatoris ſit hæres loquen-
tis.

Quoad aliam verò, & illa pariter vana redde-
27 batur, † quippè cùm debitor ex pluribus cauſis ſi
ſimpliciter creditori ſoluat, intelligitur ſoluiſſe in
antiquiorem, & duriorem cauſam, & in qua ſubſit
hipotheca. l. & magis, & l. ex pluribus, de ſolut. tra-
dit eleganter Rim. ſeni. conſi. 297. num. 2. lib. 2. Be-
ro. cuoſi. 19. lib. 3. & 196. num. 24. lib. 1. Et erat lega
tum iſtud pręcedens dotis conſtitutionem pro quo
28 † datur triplex actio, realis, ſeu perſonalis, & hipo-
thecaria, & executiua. l. 1. C. commu. de leg. qoi. rigi
dus modos procedendi non competit ex cauſa do-
tis conditione ſtatuti debita.

Nec refert, quod ſumma dotis promiſſę ſcuto.
quatuor millium ſit longè maior debito ex legato.,
quod fortè ſummam ſcut. 300. non aſcendit, aut
29 400. † quia ſtante, quod vtrunque debitum erat ve-
rum ex vtraque legati, & dotis cauſa, ſi ſolutio ſit
grauis, & maior vno debito, intelligitur pro rata fa
cta ita, vt priori, grauiori, & duriori debito (& ſi mi
nus fuerit) ſoluto reliquum in extinctionem alte-
rius debiti pro rata cedat, non attenta grauiori, vel
minori ſumma debiti. l. cum ex pluribus, vbi etiam
Barto. not. verſicu. ſexto dicitur, de ſolutio. & ſequi-
tur Ruyn. conſ. 18. num. 11. lib. 3. & ita etiam tenue
ruot Domioi huius Rotæ, in eorum motiuis dic 4.
Decembris in fi. de anno 1576. in cauſa illorum de
Piſcia cum Coluccis.

Nec meruit allegari io contrarium auctoritas
Bal. Nouel. in tracta. dotia in 6. par. 45. priuil. dum
disit ſi debitor mulieris in eadem, vel maiori quan
titate dotem ſimpliciter promittat, quod pręſumi-
tur animo donaudi fauore dotis, etiam ſi fortè in
animo haberet compenſare, cum ſibi imputandum
ſit de propoſito in mente retento, quod nihil opera-
tur, qua auctoritate fretus vnus ex Dominis profite
batur ſe in contrariam ſententiam ire compulſum,
tum, quia ibi Bald. loquitur io alijs termioir, & con
tra commuoes traditiones in d. §. pater naturalis,
tum etiam quia idem Bald. ibi nil firmat, ſed dubi-
tatiuè loquitor dicendo attentari poſſe, vnde non
erat facienda vis in eo pro deciſione hoius articoli,
maximè, quia D. Aduocati ex aduerſo hac eadem
ratione reprobabant Paulum de Caſt. in hac cauſa
ad fauorem D. Franciſci allegatum, in conſil. 96. ſi
D. Corochia, lib. 2. tanquam ibi non deciſiuè, ſed du-
bitatiuè loquentem.

Quemadmodum, nec etiam vis aliqua erat faciē
da in allegata ignorantia d. D Franciſci, qui vt pars
aduerſa pręſupponit, cum eſſet minor, non potuerit
habere notitiam d. legati, & ſic cum animus noſter
non feratur circa incognita. l. non eſt ferendus, de
tranſact. non poteſt dici dotem promiſiſſe animo
compenſandi, & computandi dictum legatum.
Quia is erat ſaltem maior 14. & ſic in ętate ſcibi-
30 li, & iſtud eſt diuinate vltra, quod ei, † qui igno-
rantiam alterius allegat, & ſic negat ſcientiam, in-
cumbit onus probandi ſuam negatiuam. Imol. in c.
ſuper his, columna 3. verſicu. quid dices, de accu-
ſat. Bartol. in l. in alla, de verborum obligationib.
vbi Alexand. de commum, colum. penult. & in con-
ſilio. 94 libro 4.

Neque metuit allegari Decia. io conſi. 9 numero
15. 16. 17. libro 3. & conſilio 10. numero 8. 9. 25.
libro 2. de quo ſit maximum capitale ex aduerſo,
quaſi non intuitu filij dict. debeat legatum hoc fa-
ctum, ſed neptis in compenſationem iniurię dictæ
nepti illatæ ob excluſionem de ea, ab auo factā ab
hæreditate, & legitima ſibi iure naturę debita, &
ſic cum ſemel ſit compenſatum amplius incompen
ſationem deduci non debet. Quia cum pater eam
antecedebat, ad quem prima cauſa ſucceſſionis ſpe-
ctabat, non videmus, qoonam modo eius filiæ, &
neptes reſpectiuè ad auitam ſucceſſionem inhiare
poſſent ita, quod ſi nihil eis fuiſſet ab auo relictum,
iure conqueri poſſent patre ipſarum in medio exi-
ſtente, §. ita demum, inſt. de hæred. quæ ab inteſt. de-
feruntur.

Quemadmodum leuis erat argumentatio exi-
ſtimantium hoc legatum cenſendum fore puſil-
lum, & in parua quantitate conſiſtere, attento prin-
cipio, quo dicta dos 800. Florenorum conſtatur,
cum tunc temporis ſufficerent deponere 60. Flore-
nos in dicto monte ad effectum, vt in termino 15.
annorum computatis fructibus dictam dotem con-
ſtituerent.

Quia attenditur effectus ſuperlucratorum in tā-
to tempore, ad quem teſtator euidenter reſpexit, &
quoad hęredes inſtitutos idem damnum, & detri-
mētum ſubeſſe dignoſcitur, ac ſi octingenta exbur-
ſarent, cum tantundem ſibi deſit, & dictæ pecuniæ
ad eorum commodum, & vtilitatem idem ſuperlu-
crari potuiſſet.

In hac ſententia non fui ſecutus opinionem eol
legarum, & ideo fuit reuiſa, & pręualuit mea opi-
nio, & ita obtentum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Legatum dotis, an ſit conditionale. num. 7.*
2 *Conditionalia deficiente conditione expirant.*
3 *Legatum dotis factum ab extraneo differt ab eo, quod ſit ab aſcendentibus.*
4 *Legatum dotis factum ab aſcendentibus differt a legatis ab extraneo factis.*
5 *Stat. excluſiuum fœminarum multum differt, an prius excludat, & poſtea mandet dotari, vel è contra.*
6 *Legatum dotis factū filię excluſę a ſtatuto, non ſuccedit loco legitimę, quam ei relinquere non tenebatur.*
7 *Legatum dotis, an ſit purum, vel conditionale.*
8 *Legatum conditionale, ſeu purum poteſt per teſtatorem fieri de conditionali purum, & è contra.*
9 *Teſtator poteſt facere, quod legatum conditionale tranſmittatur.*
10 *Tranſmiſſio fit ex coniecturata mente defuncti.*
11 *Ius accreſcendi non habet locum, quando diuerſo iure ſucceditur.*

12 *Legitima per ſtatutum tolli poteſt in totum.*
13 *Debitor per retentionem debiti, an, & quando dicatur adire hereditatem creditoris ſibi delatam.*

ARGVMENTVM.

Legatum dotis an ſit conditionale, vel purum, & an differat ſi fiat ab aſcendente, vel ab extraneo.

DECISIO XIIII.

DOMINICVS de Cellinis de Petraſancta cum vnicum habe-
ret filium nomine Ioannes Ba-
ptiſta, & duas fœminas Brigi-
dam, & Catherinam, condito te-
ſtamento, inſtitutoque maſculo
herede, legauit ſingulis filiabus ſcut. 450. pro quali
bet quando nupſerint, & dicto filio ſine filijs dece-
denti ſubſtituit cippum domus de Cellinis.

Succeſſiuè mortua Domina Brigida innupta, &
demum diem functo d. Ioanne Baptiſta ſine filijs,
& aperta via fideicommiſſi ad fauorem domus de
Cellinis iniuncto.

Quærebatur de dicto legato dotis Dominæ Bri-
gidæ, an diceretur acquiſitum Ioanni Baptiſtæ fra-
tri, & heredi ab inteſtato, an vero remanſerit in hæ-
reditate teſtatoris, ita, quod veniat in reſtitutione
fideicommiſſi.

Quæſtio iſta duos in ſe continebat articulos, &
vtrumque ſatis controuerſum, quorum primus
erat, an legatum dotis diceretur conditionale.

Secundus vero, ſi conditionale, an tranſmittatur
legatario præmoriente, pendente conditione, & ſic
non ſecutis nuptijs.

1 Et quo ad primum communis † eſt opinio, quod
ſit conditionale, ſi & quando nuptiæ ſequantur. l.
plerumque § ante, & l. ſtipulationem, & l. Titio cen-
tum. §. Titio genero. ff. de cond. & demonſtra. l. pro-
mittendo, & l. dotis promiſſio. ff. de iu. dot. & ita cũ
Barto. in d. §. Titio genero, ſtat communis opinio,
teſte Menoch. in conſilio 60. num 37. & latius Pa-
riſi. in conſil. 110. lib. 4. Bal. Nouel. in tract. de dote.
in 6. parte.

Et inde infertur ad ſecundum, quod ſi ſit condi-
2 tionale, ergo non tranſmiſſibile † quia caducum p
mortem legatarij ante impletam conditionem l. e.
§. cum igitur. C. de cadu. tollen. l. ſi in perſona. C. de
fideicom. cum ſimil.

Et quamuis ſine controuerſia videatur procede-
3 re in dotis † legato ab extraneo facto, vt ſentit Bar-
4 tol. in d. §. Titio genero, † quaſi aliter diſponendum,
ſi huiuſmodi legatum fiat deſcendenti ab aſcenden-
tibus, vt tranſmittatur ad hæredes legatarij penden
te conditione præmortui, vt voluit gloſſ. in l. is cui.
ff. de actio. & obligatio. & in d. l. ſi in perſona, quam
defendit Soz. in l. heredes mei. §. cum ita. col. 4. & 5.
ad Trebellia.

Tamen communiter reprobatur, vt idem ſit in
legato ab aſcendente deſcendenti facto ſecundum
glo. in l. 1. C. de his, qui ant. ap. tabol. & ita teſtatur
alios citans, Franciſ. Mantu. de coniectu. vlti. volunt.
lib. 11. tit. 20. nume. 1. Quam opinionem veram eſ-
ſe dixit Vaſqu. de ſucceſſio. progre. libro 3. §. 29.
num. 19. Anto. Gab. de hæred. reſtitu. concluſio. 2.
numero 10.

Quod maximè procedit, ſi extet ſtatutum exclu-
ſiuum fœminarum propter maſculos, & eas man-
5 det dotari, † quia tunc cum filia ſit excluſa a ſtatu-
to, vt dotanda, non vt dotata ſecundum diſtinctio-
nem Caſtren. in d. §. Titio genero, communiter re-
ceptam, vt teſtatur Bru. in tract. ſtantibus maſcul. ar
ticu. 11. princ. num. 35. & ſequitur Soz. in conſi. 92.
col. 6. lib. 1. & 228. numero 22. lib 2 Corn. in conſil.
6 32. nume. 3. lib. 4. † & ſic pater tamquàm extraneus
reputatus, Caſtren. d. §. Titio genero, numero 8. legi
timam relinquere non teneretur, tale legatum lo-
co legitimæ ſuccedere dici non poteſt, vt non po-
tuerit onerari, & grauari in conditionibus appoſi-
tis. Menoch. de arbitr. iudi. caſu 163. numero 25.
vbi dicit, quod ſtante dicto ſtatuto dos non ſucce-
dit loco legitimæ, nec filiæ ius aliquod reale com-
petere in bonis patris, ſed tantum perſonale con-
tra patrem, vel eius hæredes ad faciendum ſe
dotare.

Poteſt enim per ſtatutum legitima in totum tol-
li ſecundum communem opinio. Alexan. cõſilio 3.
lib. 7. Thob. Noni. in conſi. 13. Villalob. ad commu-
nes opiniones in verbo legitimæ, numero 62. Iaſ. in
auct. nouiſſima. C. de inoffi. teſtam.

Et ex his videbatur legatum hoc non tranſijſſe
in hæredem legatariæ, ſed in hæreditate legantis, &
fideicommiſſarijs reſtituendum.

7 In contrarium videbatur dicendum † legatum
hoc purum eſſe, & ſic tranſmiſſibile, vt in puncto
conſuluit Bald. in conſilio 286. in 3. dubio, libro
3. vbi dicit nuptiarum tempus non eſſe appoſitum
ſubſtantiæ legati ſimpliciter pro dote relicti, ſed
ad ſolutionem inſertum, & non improbat Meno-
ch. dicto conſilio 60. numero 50. & ſequitur Aym.
in conſilio 101. numero. 1. verſicu. ſed præmiſſis,
& vlterius dato, quod eſſet ſecundum ſui naturam
conditionale, quemadmodum teſtatore volente
8 potuit in purum, & tranſmiſſibile conuerti, † quia
poteſt teſtator facere, quod conditio, quæ non
ſit conditio, conditionem faciat. l. in conditioni-
bus, la prima, in verbo niſi, & e. ff. de conditio.
& demonſtratio. & etiam quod conditio conditio-
nem non faciat. Vaſqu. de ſucceſſ. creatio. libro
3. §. 29. numero 16. Phanucc. de inuenta. parte 6.
numero 76. & ſic, quod tranſmittat, & non
tranſmittat prout ſibi teſtatori viſum fuerit. Bald.
in l. prima, in prima, & ſecunda oppo. C. vt actio.
in hered. ita id etiam, & multo magis a ſtatuto
effici potuit, vt factum fuit arguendo a pacto ad
ſtatutum Euerard. in Centur. argument. capitu-
lo 89.

Nam ſtatuto prædicto ſub rub. de fœmina tradita
in matri. cauetur, quod eo, quod, & ſic ſtatim, quod
filiæ

Digitized by Google

filiæ dotatæ ſint vel aliquid ſibi relictum pro maritando, poſſint non extantibus fratribus tam inter viuos, quã in vltima voluntate diſponere, ſtantibus vero maſculis dotes ipſæ penes eos remaneant.

Rurſus alio ſtatuto additionario ad ſtatutum de ſucceſſione ab inteſta. cap. 10. lib. 3. cauetur quod dotes conſtitutæ, vel non conſtitutæ mortuis ſorori bus ab inteſtato antequam nubant, diſtribuantur inter alias ſorores, & cippum, ceſſantibus fratrib. ex quo patet quod dotis legatum etiam non porificata conditione tranſmittitur ad fratres, & alias perſonas.

9 Et ſicut dicebatur, † ſi teſtatore volente, vel quomodolibet de eius voluntate conijciatur quod velit conditionale legatum tranſmitti, id efficere valet ſecundum Bald. in præcitato loco cum concord. per Anto. Gabr. d. concluſ. 2. nume 15. & per Aymo. d. conſil. 101. in quibus locis traditur etiam de conie. ctutis ſufficientibus ad tranſitum de conditionali ad tranſmiſſibile legatum, quanto magis id fiet à lege qua regulantur omnes noſtræ actiones.

10 Vltra quod concurrebat conjectura ad tranſmiſſionem, † quia ſubſtituti extranei præferentur deſcendentibus ipſius teſtatoris, quod non eſt præſummendum fore de mente teſtantis, Sozi. in l. hæredes mei. §. cum ita, colu. 5. ff. ad Trebell. & in conſil. 6. col. 3. verſi. ex qua concluſione, lib. 3.

Nec obſtat, quod non ideo minus reſtitui deberet tamquam remanſum in hæreditate fratris, quia ſtatutum dictando, quod ſtantibus fratribus ſoror de dote non diſponat, ſed remaneat penes fratres, non mutat qualitatem, ſed deſignat remanere debere in eodem ſtatu, quia nõ diminuit patrimoniũ per ſolutionem, & remanebit penes fratrem vti hæredem, non vti fratrem: ex quo ſequitur, quod quicquid habet grauatus ex iudicio teſtatoris etiam in prælegatis, & fideicommiſſis venit in reſtitutione. l. cum virum. C. de fideicommiſſ. quia frater non capit iudicio teſtatoris, ſed virtute ſtatuti eum vocantis ad hæreditatem, & dotem, & ſic Verbum, remaneat, non improbabit ius accreſcendi, † quod non

11 habet locum quando diuerſo iure ſucceditur. l. ſed cum patrono. ff. de bono. poſſ. late Vaſqu. de ſucceſſio. progre. §. 27. nume. 86. lib. 3.

Domini inclinabant pro cippo cenſentes legatum hoc venire in reſtitutione fideicommiſſi, & cum ſuperſtite ſorore diuidendum iuxta formam ſtatutorum.

12 Quia retenta illa opinione, † quod à ſtatuto ex cauſa in totum poſſit legitima auferri, vt de communi teſtatur Nata in conſil. 201. nume. 8. & ſubintrante ſimiliter ſupradicta diſtinctione Caſtrenſis communiter recepta, videbatur concludendum legatum hoc ſiue conditionale, ſiue in diem (quod magis placebat) nullo modo pertinuiſſe d. Ioanni Baptiſtæ vti fratri, & hæredi D. Brigidæ ſororis, ſed ſemper remanſiſſe in hæreditate teſtantis. Nam ſi erat conditionale, & tunc non ſecutis noptijs, & non purificata conditione, euaneſcit, & erit perinde, ac ſi nunquam factum foret, quia conditionalia nihil ponũt in eſſe, nec illius venit, vel ceſſit dies.

Si vero erat legatum in diem incertum (quod verius exiſtimabamus) licet dies ceſſerit quo ad obligationis ortum, & hæres adeundo obligetur, non tamen venerat dies, vt peti poſſet. l. diem. ff. quando dies lega. ced.

Conſtito igitur, quod dies amplius venire non poſſit, ſequitur quod ad inſtar defectus conditionis amplius non debeatur, & ad legatarij hæredes non pertinere. d. l. 1. §. ſin autem ſub conditione. C. de radu. tollen. Rom. conſil. 480. nume. 2. Rebuſſ. in l. cedere diem. ff. de verbor. ſignifi.

Et dato quod diceretur tranſmiſſibile ad hæredem, non ideo Ioanni Baptiſtæ tamquam ſorori hæredi aquiſitum dici potuiſſet, quia non conſtabat de aditione hæreditatis à iure non præſumpta.

13 Et quod dicebatur de † debitore debitum retinente, an ideo præſumatur creditoris ſuis hæreditatem aduiſſe, id non eſt admodum expeditum apud Doctores, vt patet ex traditis per Corne. in l. non hoc. C. vnde legi. & nouiſſime latius per Franc. Manti. de coniec. vltim. volun. libr. 12. titu. 13. & per Ruyn. in conſilio 89. numero 42. libr. 2. Vbi dicit articulum eſſe difficilem, & ſubtilem quem diſputauit Bartol. in quæſtio. 10. Debitor in diem.

Tandem fuit de conſenſu partium pronunciatũ, & diuiſum legatum, vt in ſententia.

SVMMARIVM.

1 *Ex pluribus inſtitutis, & inuicem ſubſtitutis, & vltimo eorum decedenti ſine liberis grauato reſtituere dimidiam hæreditatis, an intelligatur de dimidia ſuæ portionis hæreditariæ ſibi relictæ, an vero de dimidia totius hæreditatis, comprehenſis etiam portionibus cohæredum ſibi ex fideicommiſſo obuentis.*

Quæſtio eſt non noua, & paſſim per Doctor. tam legendo quàm conſulendo pertractata.

2 *Eamque ſub duabus regulis, & fallentijs ſcribentes cõcluſerunt, quarum vna eſt, quod*

Grauatus reſtituere ſimpliciter fideicommiſſũ nulla facta mentione hæreditatis, prælegata, fideicommiſſa, et cohæredum portiones ſuperlucratas reſtituet, & iſta non faciebat ad caſum noſtrum.

3 *Alia vero quod fideicommiſſum factum ſub nomine, et mentione hæreditatis (vt hic) & tunc reſtituet tantum quantum grauatus hæreditario iure accepit.*

4 *Clauſulæ in inſtrumentis ſolitæ apponi, multæ ſunt, quarum virtus a notario, a teſtatore, & a contrahentibus ignoratur.*

5 *Caſus legis reddit inanem omnem aliam diſputationem.*

6 *Hæreditas adita, non amplius hæreditas, ſed patrimonium adeuntis dicitur.*

7 *Verba ſunt ſuppoſita mentis ſeruitio, & ſub iugo mentis tamquam ſub ſuo originali conſiſtunt.*

8 *Mens dicitur regina in diſpoſitionibus.*

9 *Fideicommiſſum præcedens grauamen comprehendit prælegata, fideicommiſſa, & cohæredum portiones.*

10 *Hæreditatis verbum indefinitè prolatum, ſecundum diuerſitatem perſonarum quibus dirigitur, variat pro-*

prietatem ſuam.

11 *Fideicommiſſum ſub nomine hæreditatis ſi præceſſerit reciproca ſubſtitutio inter grauatos, & vltimus moriens in genere ſit grauatus de reſtituendo, comprehẽdet cohæredum quoque portiones.*

12 *Vbi prælegata, & fideicommiſſa abſorbent maiorẽ partem hæreditatis, tunc in reſtitutione veniunt etiam prælegata, & fideicommiſſa.*

13 *In dubio præſumuntur legata, & fideicommiſſa abſorbere maiorem partem hæreditatis.*

14 *Quod poteſt allegari etiam poſt concluſum in cauſa.*

15 *Paria ſunt dicere, quod teſtator dicat hæreditatem ſuã, vel quod notarius dicat hæreditatem d. teſtatoris.*

16 *Hæreditatis nomen ad teſtatorem relatum dicitur nomen bonorum complectens omnia in teſtamento diſpoſita.*

17 *Lex ſi Titius ex parte, quomodo procedit.*

ARGVMENTVM.

De pluribus inſtitutis, inuicẽque ſubſtitutis, & eorum vltimo decedenti ſine prole grauato reſtituere dimidiam hæreditatis teſtatoris.

An in reſtitutione veniẽt prælegata, & fideicommiſſa, et cohæredum portiones ſuperlucrata.

Et de differentia fideicommiſſi iniuncti ſimpliciter ſine hæreditatis mentione, vel cum mẽtione hæreditatis.

DECISIO XV.

ZENOBIVS quondam Franciſci de Salitis conditu cum quo deceſſit teſtamento inſtitutiſque ſuis hęredibus Bernardo, Petro, Donato, Franciſco, & Ioanne Baptiſta eius filijs, illiſq; inuicem reciproce ſubſtitutis, vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum, vltimo eorum decedenti ſine filijs ſubſtituit, in dimidia tantum hęreditatis dicti teſtatoris filios legitimos, & naturales Bartholomęi ſui fratris, & eorum filios, & deſcendẽtes, prædefunctis omnibus inſtitutis ſine filijs ſuperſtite tantum d. Franciſco inſtituto, qui pariter vltimo loco ſine prole deceſſit: & ſic purificato fideicõmiſſo in perſonam Zenobij, & Petri Franciſci pronepotum ex fratre; dubitator de iſta dimidia, qualiter intelligi deberet, an de dimidia portionis hæreditariæ d. Frãciſco iure inſtitutionis relicta, quę fuit quinta pars hæreditatis, an vero de dimidia totius integræ hæreditatis, & omnium bonorum, computatis etiam portionibus fratrum, & cohæredum ſibi

1 iure fideicommiſſi obuentis. † Articulus erat quidem non nouus, & per ſcribentes tam in conſulendo, quam legendo paſſim contractatus, & præſertim in l. cum virum. C. de fideicom. & in l. Titia. ff. ad leg. falc. in l. Marcellus §. quidam liberis, in l. Sceuola, & in l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Trebellia. Cuius largam, & diffuſam materiam Doctores perſtringẽtes eam ſub duabus regulis cum ſuis ampliationibus, & limitationibus concluſerunt. Quarum vna, & hæc non faciebat ad caſum noſtrum, erat qđ

2 † grauatus reſtituere ſimpliciter fideicommiſſum nulla facta mentione hæreditatis, prælegata, fideicommiſſa, cohæredumque ſuperlucratas portiones reſtituet. Alexand. in d. §. quidam liberis, & in conſi. 66. colum. fi. lib. 2. Iaſ. conſil. 89. in 2. dubio. lib. 1. Deci. conſi. 254. Natta, conſi. 320. Bologn. in d. §. cum ita, num. 97.

3 Alia † vero erat, quòd fideicommiſſum factum ſub nomine, & mentione hæreditatis, (vt in caſu iſto) non importat prælegatorum, fideicommiſſorum, cohæredum portionum reſtitutionem, ſed tantum quantum grauatus hæreditario iure acceperit. Et quamuis iſta diſtinctio nõnullis viſa fuerit ſubtilis differentia a teſtatoribus, & notarijs ipſis non intellecta, vt in puncto dixit Fulgoſ. in ſubſcriptione ad tertium conſilium Cumani, & propterea non

4 videretur attendenda, quemadmodum † de ſimilibus alijs clauſulis, quarum efficacia effugit intellectum partium & notariorum, vt tradit RIp. in l. centurio, num. 79. cum mult. ſeq. de vulg. & pup. Nobis tamen huius differentię virtus, quantumcunque ſubtilis, non fuit viſa aſpernatu digna, arg. not. per Dec. conſil. 190. colum. penul. Et ideo hęc facti ſpecies parum dubitabilis reddebatur, hac diſtinctione attenta. Nam ex quo fuit iniunctum fideicommiſſum ſub commemoratione hæreditatis, ſubintrabat ſtatim diſpoſitio l. ſi Titius ex parte, de

5 leg. 3. & † ſic cum eſſemus in caſu legis, omnis diſputatio ceſſabat, vulgata l. ancillæ. C. de furt. Corn. conſil. 109. in fi. lib. 1. Crau. conſi. 4. num. 21. Ceph. conſil. 138. num. 20.

Inquit enim tex. ad litteram, quod grauatus reſtituere hæreditatem, vel hæreditatis partem, non tenetur reſtituere partes quas a cohæredibus ex fideicom. receperat, quia hæreditatis appellatione prælegata, & fideicommiſſa non continentur, & rationis ratio reddi poteſt,

6 † quia hęreditas adita per cohęredes non dicitur teſtatoris hæreditas, ſed patrimonium adeuntis. gloſ. & DD. in l. hęredes per ſeruum, de acq. hęred. & in l. 2. §. veteres, de acquir. poſſeſſ. Alexand. conſi. 38. numero 11. lib. 6. Ryn. qui loquitur in grauato, conſil. 191. nume. 12. libro 2. licet aliter ſenſerit Soz. Iuni. in conſilio 113. numero 35. lib. 1. Guzad. conſi. 89. num. 11. & Cepha. conſi. 333. numero 20. volentes, quod hęreditas ſubiacens reſtitutioni, adhuc nomen hæreditatis pręſeruet. Et per d. l. ſi Titius, ita tennerunt multi, & pręſertim Cęph. in conſilio 259. vbi in terminis terminantibus decidit caſum iſtum per 10. fundamenta, reſpondendo ad octo in contrarium oppoſita, & ſecundum eum, ſic etiam pronuntiauerunt in hac eadem cauſa nonnulli auditores

contra

contra votum dominorũ trium quorum ſententia
ex reſcripto ſuæ celſitudinis per viam reuiſionis oo
bis commiſſa fuit,

Nos igitur qui nec textus deſtructioni inhiamus
neq; verborum proprietatem contemnimus, viden
tes, quod iſta materia totaliter penderet a conectu-
rata mente teſtatoris, vt dicunt Doctores in præci-
tatis locis ordinarijs cum concord. per Franc. Man
ti. de coniectur. vlti. volunt. lib. 7. tit. 7 num. 7. & qđ
7 † verba ſunt mẽtis ſeruitio ſuppoſita c. ſecũdò requi
ris. de appel. & quod ſub iugo mentis tamquam ſub
ſuo originali conſiſtunt. Bal. in cap. de mandato, de
8 reſcript. & quod ideo † eam reginam appellamus. l.
in conditionibus primum locum. ff. de condi. & de-
monſtra. eam in propoſita facti ſpecie ſecuti ſumus
opinionem qua, & fideicommiſſa & coheredum por
tiones reſtitui debere declaratur, tam ex præſumpta
mente teſtatoris, quàm ex vi verborum, vt ex infra
dicendis apparebit.
9 Primo, quia † præceſſerat fideicommiſſum, & po-
ſtea grauamen ſubſequitur, ex quodatur intelligi
mentem diſponentis fuiſſe, quod in grauamine om-
nia præcedentia compræhendãtur, ſecus vero ſi præ
cedẽte grauamine ſubſequeretur fideicommiſſum,
quia tunc non præſumitur grauaſſe, ideo quod ad-
huc non dederat ſecundum Bar. in d. §. quidam libe-
ris, & in d. §. cum ita, cum quo videtur eſſe commu-
nis opinio, teſte Dec. conſil. 81. nume. 2. & Roland.
conſi. 34. num. 3. lib. 4.

Tamen quia id habet tot contradictores, vt ho-
die dubitetur an iſta opinio ſit communis, vt ex So-
zin. Deci. Alcia. Cepha. Rip. Decia. & alijs cooge-
ſtis per Manti. in præcitato loco ſub nu. 2. Ideo pro
nunc nõ ſubſcribimus nos dictam opinionem, cum
hęc noſtra ſententia alijs muniatur fundamentis.
10 Secundo quia verbũ † hęreditatis indefinite pro
latum ſecundum varietatem perſonarum, quib. di-
rigitur, variat proprietatem ſuam, ita quod in hęre-
dis grauati perſonam directũ ſtat reſtrictiue, & par-
ticulariter, ſecus vero ſi in honoratum dirigatur, cũ
tunc equipolleat vniuerſali, tamquam pinguius di-
ſponens, ita Cuma. d. conſ. 3. & Fulgo. in ſubſcriptio
ne dicti conſilij. ſequitur Rip. in d. § cum ita, nume.
45. & ſeq. vbi defendendo Cuma. ab impugnatione
Soz. & Alex. Reſtringit tamen ad caſum quo ſit fa-
cta reciproca ſubſtitutio, & grauatus vltimo mo-
riens, ſequitur Bolog. d. §. cum ita, nume. 102. affir-
mans id ſibi multum placere, eſploſa Sozini, & A-
lex. opinione, & maxime, quia verba iſta ſunt dire-
cta in honoratum per verbum ſubſtituo, quod eſt
aptum comprehendere omnia, quocumque titu, e-
tiam non hęreditario peruenerint ad grauatum ſe-
cundum Alexan. conſi. 66. in fin. lib. 2. Ruyo. conſil.
152. nu. 7. lib 3.

Tertio, & ſi fideicommiſſum hoc ſit iniunctum
11 ſub nomine hæreditatis, † tamen ex quo pręceſſit
inter filios inſtitutos reciproca ſubſtitutio & vlti-
mus moriens in genere fuit grauatus de reſtituen-
do, oritur pręſumptio teſtatorem noluiſſe in reſtitu
tione comprehendi cohęredum portiones, quia ſic
ex ordine literę arguitur ordo intellectus, quod in-
tellexerit de dimidia totius hæreditatis, dum man-
dauit præmorientium partes ſuperuiuentibus deue
nire, & vltimum grauãdo indefinite reſtituere, alias
fruſtra teſtator feciſſet iſtum circuitum ſi intellige-
re voluiſſet de dimidia portionis hæreditatis illius
vltimo morientis, & ex quo ſunt omnes grauati, o-
portet eum intellexiſſe in vltimum totum deuenire
debere, & pluralitatem in ſingularitatem deducere,
& ſic in reſtitutione dimidium totius quomodocun
que in vltimo morientem peruenerit. Quicquid a-
lij in contrarium ſenſerint in hoc articulo, contra
quos videtur ſtare communis opinio, vt ex nomen-
clatura per nos diligenter facta comperimus. Hanc
enim ſententiam approbauit Cuman. d. §, quidam
liberis, & in conſi. 3. & ibi Fulg. Roma. conſilio 8. &
ibi addentes de communi opinio. teſtantur Corne.
conſil. 330. num. 6. l. 4. Rip. in d. §. cum ita, num. 46,
Alcia. ibi in fi. & in conſil. 512. 567. 612. 500. Tor-
niell. d. §. cum ita, num. 47 & ibi Zanch. in 2. regula
in 8. limitatione, num. 443. Ang. in l cum virum, C,
de fideicom. Curt. Iun. in l. pen. C. de impub. & alijs
ſubſti. Barto. in l. Scæuola num. 5. & ibi Caſtrenſ. ad
Trebell. idem Caſtren. conſi. 63. lib. 2. Bar. in conſil.
245. Deci. conſi. 597. num 7. & conſi 80. & 86. Soz.
Iun. conſi. 110 num. 32 lib. 3. Ferrand. Vaſq. de ſuc-
ceſ. progre. lib 3. § 25. num. 21. verſicu. 4. probatur,
Curt. ſen. conſil. 175. Grat. conſil. 9 num. 19. libro 4.
Ruyn. conſil. 152. lib. 3. Natt. conſil. 310. Tiber. De-
cia. conſi. 52 num. 61. lib. j.

Quarto ſi aliter diceremus, grauamen ſeruiret
quaſi de uento, cum nihil, vel parum eſſet reſtituen-
dum, ſi detractis detrahendis dimidia quintæ partis
iure hæreditario in vltimo decedentem obuentæ ve-
niret reſtituenda, & ſtat communis concluſio,
12 † quod vbi prælegata, & fideicommiſſa abſorbent
maiorem partem hæreditatis, tunc exploſa propria,
& genuina ſignificatione verbi hæreditatis, in reſti-
tutione venient etiam prælegata, & fideicommiſſa,
l quid ergo, la ſecunda, vbi Iaſ. qui eam legit in l. fi-
lio pater, num. 27. de leg. j. Alexan, in d. §. quidam li-
beris, in 10. limitatione. vbi etiam Soz. num. 3. Deci.
conſil. 254, Ruyn conſil. 152. col. 5. lib. 3. & 116. col.
13 4. lib. 2. vbi plus dicit, † quod in dubio præſumitur
14 abſorbere, & † quod id poteſt allegari etiam poſt cõ
cluſum in cauſa, idem notat Bart. in d. §. quidam li-
beris. Bal. in d. l. cum virum, num. 9. & ibi Caſtr. nu.
8. Paril. conſil. 18. num. 16. lib. 4. & hoc videtur pla-
num, cum etiam contrariam ſententiam tenentes nõ
improbent, dantes hunc caſum pro fallentia ad regu
lam in contrarium ſignatam per eos.

Quinto, & hoc eſt ſecundum proprietatem ver-
borum, quia teſtator non fecit mentionẽ de hære-
15 ditate ſimpliciter, ſed cum pronomine, ſuæ, † paria
enim ſunt, quod teſtator dicat hæreditatem ſuam,
vel notarius dicat hęreditatem d. teſtatoris, vt tradit
Sozin. Iun. in dicto conſi. 110. ſub num. 32. lib. 2. Vn
de cum verbum hęreditatis referatur ad teſtatorem,
apparet proculdubio, quod teſtator habuerit reſpe-
ctum ad bona ſua, & ad ſuam hæreditatem, non ad
hæreditatem, ſeu partem eius, quæ perueniret vlti-
mo morienti, nec poſſunt d. verba reſtringi ad acqui
ſita

ſita iure hæreditario, quia teſtator nihil acquirit,& ſic intelligendo d. verba relata ad teſtatorem, verbũ illud hæreditatis intelligitur de hæreditate prout in perſona teſtatoris, quæ de proprietate ſermonis compræhendit omnes, & quoſcumque titulos, quibus teſtator hæreditatem ſuam reliquerit, ita procedit etiam opinio illorum, qui tenent, quod indefinita æquipolleat vniuerſali, & fideicommiſſum com-
16 præhendat, quia † nomen hæreditatis ad teſtatorem relatum dicitur nomen bonorum, & omnia in teſtamento diſpoſita amplectitur, & ita nouiſſime firmat Bologn. d. §. cum ita, ſub num. 102. & non obſcure ſecuit Sozin. Iun. d. conſi. 110. num. 32.

17 Lex igitur † ſi Titius de leg. 3. locum ſibi vendicabit, vel in puro fideicommiſſo aut in nomine hæreditatis ſimpliciter prolatæ, & ad grauatum relatæ: aut ſi prælegata, vel fideicommiſſa non abſorbent maiorem partem hæreditatis: aut ſi nullum præcedit fideicommiſſum ſubſequente grauamine, vel nulla præcedat reciproca ſubſtitutio, vel aliter de cõtraria mente teſtatoris conſtet, quicquid in puncto contra ſenſerit Cæphal. d. conſi. 259. contra communes traditiones ingenij exuberantia loquens.

SVMMARIVM.

1 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*
In legitima cenſetur electum, quod a filio alienatur, numero 38.
2 *Filius alienando rem aliquam, eam pro legitima ſua elegiſſe cenſetur, num. 38.*
3 *Alienatio rei prohibitæ in cauſam dotis conſtituendæ tenet.*
4 *Legata, & fideicommiſſa non veniunt hæreditatis appellatione, num. 37.*
5 *Emptum ex pecunia hæreditaria fit hæreditarium.*
Subrogatio bonorum loco aliorum fideicommiſſo ſuppoſitorum non improbatur, nu. 39.
6 *Res loco rei ſubintrat in fideicommiſſis.*
7 *Priuationis pœna vni pro altero imponi non debet.*
Pœna non egreditur ſuos auctores.
8 *In confiſcatione veniunt bona fideicommiſſi cum ſuo onere reſtituendi.*
Alienatio prohibitorum tenet viuente eo, qui alienauit.
9 *Fideicommiſſo duplici extante, de vno non infertur ad aliud.*
10 *Alienatio rei prohibitæ, non eſt nulla ipſo iure, ſed fideicommiſſario volente.*
11 *Nullitas actus ad fauorem alicuius intelligitur eo volente.*
12 *Caducitas incurſa in vita auctoris, an ab hærede, & contra hæredem peti poſſit.*
13 *Sententia declaratoria requiritur in omnibus pœnis ipſo iure incurſis. 45. & 47.*
Declaratoria requiritur in pœnis quantumcumque ipſo iure incurſis.
14 *Verba, ipſo iure. important propria auctoritate, & ſine facto, & auctoritate alterius.*
15 *Verba futuri temporis non important Canonem latæ ſententiæ, num. 50.*
16 *Priuatio in dubio fieri debet per ſententiam.*
17 *Priuatio non intentata cum defuncto, non intentanda cõtra hæredem.*
18 *Semel hæres non poteſt amplius deſinere eſſe hæres.*
19 *Hæreditas, an poſſit ſtare in ſuſpenſo.*
20 *Poſitus in conditione, in fideicommiſſis particularibus dicitur vocatus.*
21 *Prohibitus alienare intelligitur prohibitus alienare in extraneos.*
Alienatione prohibita de ea, quæ fit in extraneos intelligi debet.
Alienatione prohibita de alienatione per viam contractus intelligitur, non autem per viam inſtitutionis. 23. 30.
22 *Dictio omnino, adiecta orationi negatiuæ accipitur pro nullo modo, nullo caſu, præciſe, & indiſtincte.*
23 *Prohibita alienatione, an dicatur prohibita quoque hæredis inſtitutio 30.*
24 *Dotis cauſa alienatio prohibita permittitur conſtito de inopia dotantis.*
25 *Teſtator quos in inſtitutione dilexit, eoſdem in ſubſtitutione prædilexiſſe præſumitur.*
26 *Vtrinque coniunctus, cenſetur prælatus conſanguineo.*
27 *Monaſterium loco filij non habetur extra materiam ſuccedendi.*
28 *Prohibitio alienationis cum cauſa valet.*
29 *Bona non contrauenientibus debentur ſiue in vim pœnæ, ſiue fideicommiſſi.*
30 *Alienatione prohibita, non cenſetur prohibita hæredis inſtitutio.*
31 *Superuiuentibus vocatis, in vno ſuper viuente conditio purificatur.*
32 *Præceptum teſtatoris ſpernens fit ei odioſus, & priuatur commodo ſibi ſub ea conditione relicto.*
33 *Iuſſus, & priuatio teſtatoris in his, quæ inducũtur ad conſeruationem ſuæ voluntatis potens eſt ſicut iuſſus, & priuatio legis.*
Præceptum teſtatoris præcepto legis ſimile eſt.
34 *Monitio iudicis non requiritur ad priuationem, quando teſtator priuat ſi non pareatur eius præcepto.*
Præceptum teſtatoris loco monitionis iudicis habetur.
35 *Inobedientia hæredis ipſo iure priuat.*
Contrafaciens teſtatoris præcepto ipſo iure priuatur.
36 *Semel hæres, quando deſinat eſſe hæres.*
37 *Hæreditatis appellatione, quando veniant prælegata, & fideicommiſſa.*
38 *Filius per conſumptionem pecuniarum hæreditariarum videtur eas in legitimam elegiſſe.*
39 *Subrogatio vnius rei pro alia in fideicõmiſſis, an detur.*
40 *Dolus dolo compenſatur excipiendo, non autem replicando.*
41 *Prima offenſa attenditur.*
42 *Ex prima contrauentione an ſit aperta via contrafaciendi.*
43 *Nomine proprio vocati, cenſentur propria non alterius contemplatione vocati.*
Nomen proprium expreſſum importat propriam contemplationem.
44 *Superuiuentium appellatione non veniunt filij præmortuorum.*
Superuiuens reputatur perſona diuerſa a filijs præmortuorum.

45 Sen-

45 *Sententia declaratoria, quando requiratur 47.*
46 *Declaratoria ſententia, quando ſit neceſſaria in pœnis ipſo iure incurſis.*
47 *Sententia diſpoſitiua, ſeu priuatiua non requiritur in pœnis incurſis ipſo iure.*
48 *Pęna ipſo iure incurſa per auctorem, tranſit ad hęredes.*
49 *Mors ſoluit crimen, non tamen pronunciatum, nec impedit pronunciandum ſuper confiſcatione.*
50 *Verba futuri temporis geminata important ipſo iure.*
51 *Fideicommiſſum vniuerſale quando, & quo dicatur. Vniuerſale, vel particulare fideicommiſſum quando dicatur inductum.*

ARGVMENTVM.

De eo, qui ſpreto teſtatoris præcepto alienat, an ipſo iure cadat a commodo hæreditatis.

Et an caducitatis, ſeu priuationis pœna viuo auctore incurſa, poſſit per hæredes, & contra hæredes exerceri.

De pœnis ipſo iure incurſis, & an requiretur in eis ſententia diſpoſitiua, & priuatiua, vel declaratoria, & ad quem effectum.

De ſubrogatione vnius rei pro alia in fideicommiſſis facienda.

Et quod licet mors dicatur omnia ſoluere, non ſoluit pronunciatum, nec impedit pronunciandum ſuper confiſcatione, &c.

DECISIO XVI.

PETRVS Franciſcus de Maccallis condito teſtamento ſibi hæredes inſtituit Andream filium ex prima vxore, & Angelum, Ioannem, & Hilarionem ex ſecunda, ordinando, quod eorum altero decedente ſine filijs, ei ſuccedant ſuperuiuentes. Et quod filij præmortuorum ſuccedant loco patris, prohibendo eiſdem omnimodam alienationem ſuorum bonorum immobilium ſub pœna priuationis ſuæ hæreditatis, quæ acquirantur, & acquiri debeant non contrafacientibus.

Mortuo teſtatore, filij inſtituti diuiſerunt in capita paternam hæreditatem.

Ioannes poſtea donauit ſuam portionem Hilarioni, qui teſtando omnia bona ſua reliquit ſupradicto Angelo.

Angelus vero credens ſe teneri ad dandum dicto Andreæ ratam ei tangentem de bonis, & portione dicti Ioannis, & Hilarionis cohæredum, & ſine prole prædefunctorum vigore prædicti fideicommiſſi, ſponte eidem conſignauit ratam ſibi competentem de dictis bonis fideicommiſſo ſuppoſitis, quam poſtea dictus Andreas alienauit contra mentem teſtatoris, vt prætendebatur.

Quibus ſtantibus, Angelus de prædicta conſignatione pœnitendo, egit condictione indebiti aduerſus Petrum Franciſcum iuniorem filium, & hæredem dicti Andreæ ad repetitionem bonorum per eũ errore ductum Ioanni ex Hilarione cõſignatorum, exiſtimans eos poſſe inter ſe de eorum portionibus libere diſponere.

Et propterea eum nullo iure ad id ab Andrea cogi potuiſſet, tamquam omni iure indebitum repetebat. Vbicumque enim quid datur, vel promittitur aut ignoranter ſoluitur, & ſit omni iure indebitum, ſiue per ignorantiam iuris, ſiue per ignorantiam facti detur, vel ſoluatur, poteſt repeti, vt voluit gloſſ. in l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. & habetur in l. cum quis, C. de iuris, & facti igno. & l. j. 2. & 3. C. de cond. indeb. & ibi gloſ. & Docto. communiter dicunt, quod nullo modo debitum ſolum condici valet. Imò etiam ſi ſcienter ſoluiſſet, repetet condictione ſine cauſa. Emanuel. in ſingu. 195. Nota, quod ſi ſoluo indebitum.

Et vlterius ſtante alienatione dict. bonorum, inſtabat reum conuentum condemnari ad relaxationem dictorum, & aliorum bonorum obuentorum d. Andreæ de bonis fideicommiſſo ſuppoſitis propter ſpretum præceptum teſtatoris, quæ ſibi non contrafacienti veniebant applicanda iuxta voluntatem teſtatoris.

Hæc moleſtia non ſolum reo conuento occaſionem ſe defendendi præſtitit, ſed & reconueniendi actorem (cum & ipſe de bonis fideicommiſſi alienaſſet) anſam præbuit. Et ideo reconueniendo petijt ſibi relaxari bona Ioannis ſui Patrui vltimo morientis pro ſua rata, & propter contrauentionem Angeli bona illius in diuiſione eidem obuenta dimitti.

Et quantum attinet ad excluſionem intentionis agentis, excipiebat eum non fore audiendum, quia cum, & ipſe alienauerit, venit contra voluntatem teſtatoris in eo, quod erat cauſa fideicommiſſi in caſu alienationis inducti.

Teſtator enim inuitaſſe videtur eos ad fideicommiſſum, qui iudicio ſuo paruerint, non autem contrafacientes alienando. Perabſurdum enim reputatur, vt quis alienatam partem petat ab altero, cum ipſe partem ſuam alienãdo perdiderit, l. cum pater, §. libertis, ff de legat. 2.

Et licet is primo non contrafecerit, ſatis videbatur tamẽ eſſe, quod tempore quo agit aduerſus primo cõtrafaciẽtes, idem ſit in eadem naui, & eadem
1 cõtrauentionis macula aſperſus, † cum paria delicta mutua compenſatione tollantur, doluſque dolo compenſetur, l. viro atque vxore, ff. ſolu. matri. Doctor. in l. ſi quis maior, C. de tranſact. Bart. & Alexand. in l. prima, ff. ſi quad. pau. feci. dica.

Subdebat vlterius idem reus cõuentus alienationem

Digitized by Google

nem a ſe factam citra iniuriam prohibentis fieri po
tuiſſe tamquam, quod alienata pro ſua legitima, &
2 Trebellianicã ſibi elegerit, † quod pro concurrenti
quantitate legitimæ fieri poſſe, affirmat Aret. conſi.
18 num. 4. & conſi. 19 num j. & ſeq.

3 Vel ſaltem ſubſtineri poſſe aiebat tanquam † alie
natum in cauſam dotis conſtituendæ propriæ filiæ.
auth. res quæ C. commu. de legat. & tradit Bar. in
l. filius familias, §. diui. & ibi Rip. nume. 70. teſtatur
de communi, ff. de legat. j.

Aut, quod cum d. res alienata non obuenerit alie
nanti immediate a teſtatore, vt portio hæreditaria,
ſed per fideicommiſſum ex perſona Hilationis eius
fratris, non poterat cadere ſub comminata pœna pri
4 uationis hæreditatis ipſius teſtatoris, † Quippe cum
hæreditatis appellatione non veniant legata nec fi-
deicommiſſa, l. Titius ex parte, ff. de lega. 3. l. Titio,
ff. ad l. Falcid. l. Marcellus, §. quidam liberis, vbi Do-
cto. ff. ad Trebell. l. hæredes mei, §. cum ita, eod. tit.

Vltra, quod ex alio quoque d. alienatio non fo-
ret reprehendenda, quia alienans de hæreditarijs
pecunijs in ſua portione obuentis emerat tot bona
ſtabilia, quæ alienatis æquipollerent, & ſubrogari
5 poſſent loco alienatorum, † cum emptum ex pecu-
nia hæreditaria fiat hæreditarium, Alexan. conſilio
124. num. 9 lib. 4. & ſic non videbatur diminutum
6 fideicommiſſo, † cum loco alienatorum ſuffecta fo
rent alia bona, quę ſubiacerent fideicommiſſarijs
in ſuo caſu reſtituenda, l. Imperator, §. fina. vbi Bart.
Imol. & Cuma. de lega. 2. Pancirol. in conſil. 160.
num 3. Fely. in conſilio 42. num. 4. Vbi dicit ex per-
mutatione non violatur cauſa prohibitæ alienatio-
1 nis, quia res permutata ita ſeruit, ſicut res a teſtato-
re relicta. Et faciunt not per Sozi. Iun. conſilio 28.
num. 8. & ſeq lib. 2 & quod not. Caſtrenſ. in conſilio
269. libro j. Albenſ. in conſilio 97 numero 15.

Et quod ex hæreditaria pecunia emptum præſu-
matur, tradit Bart. in dicta l. Imperator, § fina. in fin.
inquiens cenſeri emptum ex pecunia, quàm conſtat
ad eum perueniſſe.

Rurſus dicebat, quod data contrauentione facta
per Andream, adhuc actor male agere videbatur
cum peteret id quod ſtatim reſtituturus eſſet.

Nam eſto, quod prohibitus alienans efficiatur te
ſtatori odioſus, & quod inde vocati ſuccedant in ca-
ſu alienationis, deberent tamen iſti ſic ſuccedentes
mortuo alienante reſtituere filijs illius, quorum con
7 templatione inducitur fideicommiſſum, † quia pœ-
na priuationis hæreditatis non debet imponi vni
pro delicto alterius, ad inſtar pœnæ legalis, quæ
ſuos debet tenere auctores, l. fi. C. de pœnis, l. paterfa
milias. vbi Docto. ff. de hæred. inſtit. Nec filius debet
portare iniquitatem patris, argumen. l. ſtatius flo-
rus, §. Cornelio felici, ff. de iu. fiſci, vbi grauatus reſti-
tuere ſi delinquat, & eius bona publicentur, venient
in publicatione etiam quæ ſubiacent fideicommiſ-
ſo, cum onere tamen ſuo, quod mortuo delinquen-
te reſtituantur fideicommiſſario, & ita per illum
text. Angel. in l. Papinianus, §. meminiſſe, ff. de inof-
fic. teſta. Alexan. in l. recuſare, §. 2. colum. 2. ff. ad Tre
bellia. & quod not. Bald. in l. antiquitus, C. de vſufr.
8 in fi. † Vbi legato vſufructu Titio, & hæredibus ſuis
Titio capite diminuto, vſusfructus, quoad eum fini
tur, ſed eo mortuo ad hæredes redit. Et idem ha-
betur in l. peto, §. prædium, de lega. 2. Vbi prædio
deſtinato in familiam remanſuro, ſi ab aliquo præ-
dium diſtrahatur, durabit alienatio viuo alienante,
& poſtea ad familiam reuertetur.

Facit, quod in ſimili decidit Ang in conſilio 326.
inter conſilia Bal. libro 5. cui ſe ſubſcripſit Bald. ibi.
Vbi ſi in caſu prohibitæ alienationis ſit vocata quę-
dam fraternitas, & per contrauentionem bona ſint
ad eam deuoluta, dicit, quod ciuiliter aget ſi reſti-
tuat hæredibus alienantis, quia creditur teſtatorem
voluiſſe potius per huiuſmodi prohibitionem terre-
re filium a dilapidatione bonorum metu pœnæ, quã
in dicta fraternitate transferre, ad no. per Ruyn. in
conſilio 122. col. 4. & 5. libro 2.

Vnde cum d. Petrus Franciſcus poſſit venire ad d.
bona ex perſona propria non deberet eſſe illi impe-
dimento paternus exceſſus ad Bart. in l. 2. C. de liber.
præteri. & in l. j. §. ſi ſit nepos, poſt princip. ff. de col-
lat. dot. & in l j § ſi filius, ff. de coniungen. cum emã-
cip. lib. eius. Aret. conſil. 143. viſa; col. 4. Alexan. con-
ſilio 4. nu. 13. libro 4. Iaſ. conſi. 115. col. 5. libro 4. De
ci. conſil. 413. col. 3. Et ita per iſta, & alia fundamen-
ta tenuit hæc Rota 1554 die 28. Febru. lib. 18. mo-
tiuorum in cauſa illorum de Ginoris.

Præterea duplex hic aderat iniunctum fideicom-
miſſum, videlicet in caſum mortis, & in cauſa alie-
9 nationis, ex quo ſequitur, † quod de vno in caſu alie-
nationis nõ recte inferatur ad alium mortis caſum;
& ſic alienatio non deberet nocere vocatis ex ſubſti-
tutione in caſu mortis, & conſequenter bona tranſ-
lata in non contrafacientes, dicuntur cum ſuo onere
translata reſtituendi poſt mortem contrafacientis
vocatis in caſu mortis, vt ex multis concludit Hie-
rony. Gabr. in conſil. 123 num. 37. & ſeq.

Vltimo dicebatur, quod actor intempeſtiuè age-
bat ad hanc caducitatem, quæ debuiſſet intentari
viuo contrafaciente, cum contra hæredes priuatio-
nis pœna non exerceatur, nec priuationis declaratio
10 fiat. † Nam alienatio rei prohibitæ alienari non eſt
ipſo iure nulla, ſed tenet donec reuocatur a fideicõ-
miſſario, Oſaſch. in deciſ. Pedemont 94. numero 23.
11 l. quoties, la prima, C. de fideicom. † Lex enim vel
ſtatutum annullans actum ad fauorem alicuius pro
cedit eo volente, & petente, Roland. in conſilio 100.
num 71. & ſeq. libro 4.

Quemadmodum etiam dicitur de alienatione
feudi ſine conſenſu Domini, quæ, & ſi ſit nulla, ta-
men intelligit ceſſare volente eo, de cuius præiudi-
tio agitur, idem in emphyteuſi non ſoluto Canone,
quæ ita demum cadet in commiſſum ſi directus Do-
minus velit; ſicut idem dicitur de teſtamento nullo
ratione præteritionis, & de ſupplemento legitimæ,
quod locum ſibi vendicabit præterito volente, vt
hæc & alia ſimilia latè tradit Tiraq. in l. ſi vnquam,
in verbo reuertantur, numero 10. cum multis ſequ.
C. de reuoc. donat. Benint. deciſ. 37. poſt Doct. in l. 2.
C. de iur. emphy. Roncha. in l. 2. num. 14. & ſequen.
vbi pulchre, ff. de duob. reis.

Vo-

Digitized by Google

12 Voluntas† autem iſta, & conſenſus declaratorius
caducitatis ſicuti nō poteſt præſtari niſi per ipſum-
met Dominum, & fideicommiſſarium, & per eius
hæredem, opponi non poteſt. Cuma. conſil. 164. col.
3. Sozi. conſi. 66 nu. 9. libro 3. Roland. d. conſil. 100.
nu. 74. Ita etiam nec contra alium, quam in ipſum
contrafacientem, nec contra eius hæredes exerceri
valebit, quia per taciturnitatem videtur remiſſa ca-
ducitas, & omnis indignatio condonata, etiam ſi ip-
ſo iure incurſa foret, ad not. per Imol. in cap. fin. col.
6. de donat. & ibi Barb. col. 5. Iaſ. in l. omnimodo, C.
de inoffi. teſt. Bald. & Rip in l. fin. in vlti. quæſtio. &
in quæſt. 64. C. de reuo. dona. Curti. in tract. de feud.
in penul. quæſtio. 4. par. principa. licet id non careat
contradictoribus, quos refert Anto. Gabr. lib. 7. de
criminali, concluſione 35. nu. 16. 17. & 18. Vbi diſtin
ctionis ſedere concordare conatur, & in terminis
Aymo. in conſi. 59. in fi.

13 Et eſt regulare † in omnibus, quod vbi quis pœ-
nam incurrit etiam ipſo iure, intelligitur ſi ſequa-
tur declaratio facti per ſententiam declaratoriam, li
cet non priuatoriam. Archidi. & Ioan. Andr. in cap.
1. de homicid. ſequitur Aleſan. in l. ſi quis maior, C.
de tranſactio. col. fi. Emilia. in conſil. 139. nu. 9. Ce-
phal. conſi. 171. nu. 2. Tiraq. in d. l. ſi vnquam in ver-
bo reuertatur, nu. 20.

Licet hic videbatur res extra difficultatem, quia
dici non poterat, ipſo iure incurſum in priuationis
pœnam propria auctoritate, & ſine facto, & opera al
14 terius († id enim important dd. verba, ipſo iure, ſe-
cundum Tiraquell. in d. verbo reuertatur, num. 5.)
ſed per fideicommiſſum, & de manu alterius, & ſic
non ipſo iure, quod etiam deducebatur tum ex ver-
bis teſtamenti conceptis per tempus futurum, ibi
15 acquirantur, & acquiri debeant, † quæ verba non
important canonem latæ ſententiæ, ſed ferendæ, &
non operantur priuationem ipſo iure, ſed per ſenten
tiam, gloſſ. communiter recepta in l. iubemus, §. ſa-
nè, il primo, C. de ſacroſan. eccle. Natt. in conſil. 93.
16 num. 3. † & ita in dubio interpretationem fieri de-
bere, vt priuatio fiat per ſententiam, non autem ipſo
iure, inquit Tiraq. in d. verbo reuertatur, ſub nu. 9.
& ſic æquum erat, vt contra eum prius diſcuteretur,
& de culpa conuinceretur, & poſtea priuaretur, vt
17 ibi dicit Natta, alias non inſtituto iudicio, † & lite
non conteſtata cum defuncto, male agit, vt ad priua-
tionem contra hæredem, toto tit. C. ne ex delict. de-
fun. & in l. pupillum, §. in hæredes, vbi Deci. & Cag.
ff. de regu. iur.

Tum etiā ex natura actus ipſius priuationis, quan-
documque ipſo iure a teſtatore fuiſſet inducta, nā
non poterat eum quem ita priuabat, ipſo iure face-
re deſinere eſſe hæredem, ſed priuatus ad reſtitutio-
18 nem teneretur, † quia ſemel hæres non poteſt deſi-
nere eſſe hæres, l. ei qui ſoluendo, de hæred. inſtitu. l.
ſi ſine, §. ſed quod, de mino. & ita in puncto declarat
Bart. in l. patrifam. ff. de hæred. inſti. numero 6. Ca-
ſtrenſ. in l. j. nu. 3. C. de his quæ pe. nom. & in conſil.
221. num. 2. lib. 2. Alex. conſi. 57. num 4. lib. 2. & de
commu. opinio. Aymo. conſi. j. nu. 6.

Præterquam, quod hæreditas non videbatur poſ
ſe auferri per priuationē contrafacienti, niſi ſtatim
19 applicaretur vocatis, † ne ſtaret in ſuſpenſo, l. actus
legitimi, ff. de reg. iur. l. cum qui. §. fi. ff. de acquir. hæ
red. quæ quidem immediata acquiſitio in vocatos
non fit niſi ſecuta acceptatione, quam cum non fe-
cerit Angelus viuo contrafaciente, non valet modo
facere per ſupradicta, Aym. conſi. 59. in fi.

Et ſi replicaretur, quod reus conuentus non ſit
vocatus, ſed poſitus in conditione, potuiſſet etiam
dici, quod nec etiam inter ipſos inſtitutos fuiſſet in
ductum vniuerſale fideicōmiſſum, ſed particulare,
quia prohibitio reperitur facta ſolum de immobili-
20 bus, † & in particularibus fideicommiſſis, & legatis
poſiti in conditione dicuntur vocati, Ange. in l. in le
gatis, C. de lega. vbi etiam Corn. & Iaſ. Petr. Gerard.
de Petraſan. in ſingu. 61. Sozi. Iuni. conſilio 138. co-
lum. fi. libro 2. Iaſ. conſilio 4. col. 4. libro j. Purpura.
in l. j. in fi. C. de pact.

Cæterum, quoad repetitionem indebitè ſoluti ex
eo, quod Hilario potuerit ſibi relinquere non obſtā
21 te prohibitione, † quæ in extraneos cohibet aliena-
tiones, non autem inter ipſos prohibitos, l. cum pa-
ter, §. cum inter. de lega. 3. l. voluntas, C. fideicōmiſſ.
Oldr. conſilio 94. Deci. conſilio 182. Rip. libro 2. re-
ſponſo. cap. 25. num. 26. Alcia. conſilio 34. nu. 19. li-
bro 2. tho. j. & conſilio 18. num. 46. lib. 5. tho. 2. & per
viam contractus, non autem per modum inſtitutio-
nis, maximè ſi inſtituatur is, qui ab inteſtato ſucceſ-
ſurus eſſet Rip. d. cap. 25. Couarru. in cap. Raynal-
dus, nu. 8. de teſta. Rip. in §. diui. num. 119. & ſeq. &
nu. 96. Marzat. de fideicommiſ. q. 42.

Dicebatur contrarium apparere ex verbis teſta-
menti, dum teſtator non ſimpliciter tantum prohi-
buit alienationem, ſed etiam induxit fideicom-
miſſum in caſum mortis vtendo verbis æqualitatē
inter inſtitutos deſignantibus, & ſic æqualiter in-
uicem ſubſtituit, vnde ceſſat oppoſitum de prohibi-
to alienare, quod valeat inſtituere, quia ſic inſtitu-
tus ab altero teneretur cohæredibus conferre ad æ-
qualitatem ſeruandam.

Accedebat, quod teſtator vſus eſt in prohibitio-
22 ne dictione, omnino, † quæ cum ſit adiecta orationi
negatiuæ, accipitur pro nullo modo, nullo caſu præ-
ciſe, & indiſtinctè, iuxta magiſtralem diſtinctionem
quam tradit Rebuf. in l. pecuniæ verbum, ff. de ver-
bo. ſigni. omiſſa differentia, an idem importet, quod
dictio, omnimodo, de qua Tiraq. in d. verbo reuerta-
tur, nu. 76. & ſeq. & nu. 80.

23 Vltra, † quod iſta quæſtio, an prohibita alienatio-
ne, dicatur prohibita hæredis quoque inſtitutio, eſt
multum controuerſa, & periculoſa, & eſt quæſtio
pro amico, vt dicit Rip. d. §. diui, nu. 96. de qua remiſ
ſiue Marza. d. quæſt. 42. Et ſic cum actor ſponte ſolue
rit id, ad quod tenebatur, non minus coactè, quam
ſponte feciſſe videtur, l. nouiſſimè, §. fi. ff. quod cum
fal. tuto. cum concord. per Tiraqu. de retract. conſa.
§ j. gloſ 18. nu. 62.

Et quoad reconuentionem, retorquendo aliena-
tionem dicebat, quod imò ipſe actor proprius erat
in caſu priuationis, dum alienauit in extraneos nul-
24 la vera ſubſiſtente neceſſitate, † licet nulla proba-

ta

ta inopia, nec quod aliunde haberet, dotis indigentiam pro maritanda filia ſibi confinxerit, ad Rip. d. §. diui. nu. 74. & Curt. ſeni. in conſi. 27. nu. 25.

Imò apparebat eũ habere de proprijs bonis quæ, & ſi non eſſent magni momenti, ea tamen prius vẽdere debebat, & in ſubſidium poſtea ad bona fideicommiſſi conuolare. Rip. nu 74.

Et circa ſucceſſionem bonorum Ioannis [detto poi fra Roberto] non videbatur dubitandum, quin Petrus Franciſcus in locum patris ſubintrando de voluntate teſtatoris, deberet admitti ad ſuam portionem, non obſtante, quod Angelus eſſet ei vtrimque coniunctus, & ſic præferendus de iure communi, auth. itaque. C. commu. de ſucceſſio.

25 Nam † quos pater in inſtitutione tractauit eoſdem pariter in ſubſtitutione dilexiſſe cenſetur Bart. in l. Lucius, col. fi. vbi alij, ff. de vulg. & pupill. Caſtrenſ. Alex. Aret. & alij in l. cohæredi, §. qui diſcretas, eo. tit. Alex. conſi. 30. libro 2. Deci. conſilio 300. Ruy. conſi. 168. nu. 18. lib. 2.

Et quamuis pater cenſeatur ſe conformaſſe cum
26 iure communi præferente † vtrinque coniunctum, ab hac tamen coniectura de facili receditur contraria coniectura ſuadente, Corn. conſi. 192. col. pen. in fi. lib. 2. cum concord. per Zanchi. in repet. l. hæredes mei, §. cum ita, nu. 158. ff. ad Trebell. maximè ſi ſit naturalis illa coniectura, vt in terminis dicit Aymo. in conſilio 250. nu. 2. vt hic erat, vbi par cadit affectus patris in omnes filios, ſecus forte in diſpoſitione fratris, cum tunc ſicut frater diligit plus vtrunque coniunctum, ita cum præferri velle exiſtimandum eſt propter duplicitatem vinculi.

Nec obſt. quod Ioannes ingreſſus fuerit monaſte
27 rium, † quod loco filij habetur, quia d. monaſteriũ eſt incapax bonorum, & non ſuccedit, & ſic non procedunt termini auth. Niſi rogari, C. ad Trebell. Nec præter materiam ſucceſſionis reperitur, quod monaſterium ſit loco filij, vt dicit Caſtrenſ. in d. auth. niſi. nu. 5. Ang. conſi. 80. col. 2.

28 In contrarium, † ſuppoſita validitate prohibitionis adiectione pœnæ veſtita ex contemplatione perſonarum ad quas ſit translatio. Alex conſi. 57. lib. 1. & per Docto. in l. filiusfamilias, §. diui, ff. de lega. [illegible]

29 † Et quod bona in caſu contrauentionis debeantur obſeruantibus ſine vigore pœnæ ſiue in vim fideicõmiſſi, vt no. in l. j. C. de his, quæ pe. nom. vbi Caſtren. in prin. & nu. 2. & per Bart. in l. paterfamilias, de hæred. inſtit. nu. 6. quem ſequitur idem Caſtren. in conſil. 292. nu. 7. lib. 2.

Et dato non conceſſo, quod Andreas non contrafecerit, quod eſſet locus repetitioni per ea, quæ dicta ſunt in contrarijs ex mente Oldr. Rip. Alciat. &
30 aliorum † cum per prohibitionem alienationis nõ cenſeatur prohibita hæredis inſtitutio, vt latè per Couarru. in d. c. Raynaldus, nu. 8. & ſeq. Ceph. conſ. 153. nu. 32.

Et ſuppoſita contrauentione de qua conſtat per ipſam alienationem, dicebatur non eſſe dubitandum de pœna priuationis incurſa ex diſpoſitione teſtatoris, nam d. Andreas inſtitutus propter ſuam inobedientiam in non parendo mandatis reducitur ad caſum caduci, vt pro non inſtituto habeatur eo quod ipſo iure ſit priuatus, vnde ſequebatur purificatum fideicommiſſum in Angelum obſeruantem,
31 † non obſtante, quod teſtator vocet ſuperuiuentes, & non ſuperſit niſi vnus, quia in eo ſolo conditio verificatur, vt tradunt Cuma. conſi. 13. & Alex. conſil. 109. ſuper j. col. 2. lib. 4.

32 Omnis enim, † qui teſtatoris voluntatem nõ implet, & honeſta eius præcepta non ſeruat fit teſtatori odioſus, & priuatur omni commodo ſibi ſub ea conditione relicto, l. ſi quis ſepulcrum, §. prætor, ff. de relig. & ſump. fune. Pariſ. conſil. 19. nu. 55. lib. 2. Ita, quod quemadmodum iuxta terminos auth. hoc amplius, C. de fideicom. hæres inobediens iudici priuatur ipſo iure inſtitutione, ita & eadem ratione priuetur inſtitutione ſi præcedat teſtatoris præceptũ, ſeu monitio, & ſequatur trãſgreſſio. Nam vt inquit
33 Caſtrenſ in d. conſil. 292. nu. 7. libro 2. † Non minus eſt potens iuſſus, & priuatio teſtatoris in his, quæ inducuntur pro conſeruanda eius voluntate, quam iuſ
34 ſus, & priuatio legis, ſubdens ibi Caſtren. † quod nõ requiritur alia iudicis monitio ad incurrendam priuationem, quando ipſe teſtator prouidet de priuatione, cum per tale præceptum dicatur hæres moneri, & ſine alia monitione in pœnam incidit, vt expreſſe inquit Sozi. in conſil. 174. in fi. lib. 2. ſequitur Pariſ. conſi. 19. nu. 106. & ſeq. lib. 3.

35 Et quod ipſo iure † ex inobedientia is in priuationem inciderit, aliuſque poſt eum hæres eſſe inceperit, in pũcto decidit Matthe. Feliti. inter cõſilia Pau. de Caſt. in conſil. 259. libro j vbi poſt Bal. in l. j. C. de his, quæ pen. no. dicit, quod inobediens per monitionem teſtatoris ipſo iure priuatur hæreditate, & in continenti alij vocati fiunt hæredes ſaltem vtiliter, ſequitur Pariſ. in d. conſi. 19 & alij per eum relati, & in conſi. 91. in fi. eo. lib. & in conſi. 20. nu. 61. libro 3. Rolã. a Valle in conſi. 70. nu. 70. lib. 3. & quod dominium verum alienatorum transferatur in vocatum, tradit Ruy. in conſi. 123. nu. 19. lib. 2. Cuma. in conſilio fi. colu. 2. Ita, quod per huiuſmodi prohibitam alienationem videbatur aperta via fideicommiſſo in perſonam obſeruãtium, & quod actori ſolum ſupereſſet reſpondere contrarijs, quibus ſic reſponderi poſſe aiebat, videlicet.

36 Nõ obſt. illud † de ſemel hærede, quod nõ poſſit deſinere eſſe hæres, & quod id ſit in poteſtate legis, non autem hominis, qui tãtum per fideicommiſſum efficere poteſt, quia reſp. Matthe. Feliti. d. cõſil. 259. col. j. & col. pen. vbi cum Bal. dicit id eſſe verum ſolo curſu temporis non deſinere eſſe hæredem, tamen iudicio teſtatoris in pœnam ſpreti præcepti hæredem eſſe deſinere, ſi nõ directo, ſaltem vtiliter, & ſine alia reſtitutione in vocatum vtiles actiones tranſire ipſo iure, ſequitur Pariſ. d. conſi. 19. nu. 178.

37 Non obſtat aliud † de fideicommiſſo non venire appellatione hæreditatis, per l. ſi Titius ex parte, & quod prohibitus alienare cenſeatur prohibitus alienare ſuam portionem, non autem illam quam ex fideicommiſſo a cohærede accepit, l. pater filium, §. quindecim, de lega. 3. & quod prohibitio ſit facta in perſonam, non in rem, & non extendatur de hæ-

rede

rede ad fideicommiſſatium, l.j. §. de illo, ad Trebellia. Angel. in l. voluntas, C. de fideicom.

Quia ſtante prohibitione generali omnium ſuorum bonorum ſtabilium propter illam generalitatem omnium bonorum ſuurum, communiter receptum eſt comprehendi portiones quoque cohæredum fideicommiſſarias, l. cum virum, vbi Docto. C. de fideicom. l. hæredes mei, § cum ita, vbi Zanch. nu. 434. ff. ad Trebellia. & tradit in puncto Deci. conſi. 69 col. antepen. verſi. vltimo non obſtat.

Et ſtante, quod priuatio eſt concepta ſub pœna priuationis hæreditatis ſuæ, propter illud verbum, ſuę, compræhendit etiam portiones cohæredum per iura, & rationes alias per nos adductas in cauſa monialium S. Verdianæ cum Salitis, prout in illis noſtris motiuis.

Et §. quindecim procedit, quando quis prohibetur alienare partem ſuam, ſecus ſi prohibitio fiat de omnibus ſuis bonis, quia compræhendentur etiam portiones aliorom fideicommiſſariæ, vt declarat Caſtrenſ. in d. l. voluntas, C. de fideicom. ſequitur Deci. d. conſil. 69. Rip. in d. §. diui. num. 66. & Bart. in d. §. quindecim.

Nec obſt. aſſerta cauſa dotis conſtituendæ, quæ
38 dederit cauſam probabilem alienandi, & † quod alienata videatur elegiſſe in legitimam, quia videtur potius in legitimam elegiſſe pecunias hæreditarias erogatas in bonis ſtabilibus, quæ bona tanquam libera poterant in dotem dari abſque eo, quod alienaret bona fideicommiſſi in ſubſidium tantum alienari permiſſa.

39 Non obſtat allegata † ſubrogatio bonorum loco alienatorum iuxta d. l. Imperator, §. fina. de lega. 2. Quia ſubrogatio iſta eſt facta longe ante d. alienationem, & ſic non facta ad finem ſubrogandi, ſed proprio nomine.

40 Non obſtat † regula de dolo, cum dolo compenſando, quæ procedit excipiendo, non autem replicando. Alcia. conſil. 40. lib. 2. libro 5. num. 22. quia per contrauentionem Angeli non fuit aperta via Andreæ prius contrafacienti, ſed ſequentibus ſi qui eſ-
41 ſent, † vnde attenditur prima offenſa, non ſecunda, quę ſecunda licèt obſtet iuri quærendo, non tamen nocet iuri quæſito ex prima contrauentione, vt communiter volunt Bart. Caſtrenſ. Arig. Imol. & alij, in d. §. libertis, & ſic alienans licet non valeat petere partes aliorum poſt ſe alienantium, poterit tamen aſſequi partes illorum, qui ante eum alienauerunt.

Verba enim illa, acquiratur non contrafacientibus, debent intelligi ſecundum terminos d. §. libertis, vt ſatis ſit nō contrafeciſſe eo tempore quo alius contraueniat.

42 Et licet aliàs ſit valde controuerſum, † an ex prima contrauentione aperiatur via impune contrafaciendi, nec nòn emolumentum cònſequendi, an eorum altero contentari debeat ſecundo contrafaciēs, de quo Alexan. in l. ſemel mora, ff. ſolu. matrimonio, Deci. in l. cum proponas, la ſecunda, C. de pact. num. 30. Tamen ſatis eſt ad rem noſtram, quod non habet locum in pœnis legalibus, & alijs a teſtatore impoſitis, quo caſu vtrumque conſequi poterit, licet ſecus ſit in conuentionalibus, vt ibi per Deci. circa fi. & per Alex. ſub num. 3.

Non obſt. quod dicebatur ex mente Bal. Ruy. & aliorum, & ex motiuis de anno 1554. quod alienatio huiuſmodi ſubſtineatur ſaltem viuente alienante, quia id procedit quando ſit inductum fideicommiſſum fauore filij, & filiorum filij, quod non cadit in caſu iſto, vbi fuit inductum fideicommiſſum in caſu alienationis, & mortis inter inſtitutos, non autem inter inſtitutorum filios, & eius nepotes reſpectiue.

Et licet vocet nepotes in locum patruum præmortuorum, non ideo inducit fideicommiſſum inter patrem, & filium, quem reſpectu patris in conditione poſuit, & quoad alios cohæredes vocauit in locum præmortuorum.

Cum igitur tempore quo iſte patris locum ſubintrauit, reperit patrem contrafeciſſe, & ſic priuatum, non poteſt ad eam portionem aſpirare, quia nec patri ſubſtitutus, nec eius contemplatione inductum fideicommiſſum.

Quo fit vt Andreas contrafaciendo potuerit præ
43 iudicare filijs in conditione poſitis, † non aūt proprio nomine vocatis, ad not. per Andr. de Iſern. in capitu. j. colum. j. Si vaſall. feu. pri. & per Albenſ. in cōſil. 57. num. 18.

In parte igitur alienata nòn ſubintrat filius alienantis, ſed obſeruans, & non contrafacientium filij, quando eſſent vocati.

Et in præſenti caſu vocatio filij in locum patris præmortui, poteſt dici facta ad tollendam illam difficultatem, An in fideicommiſſis filij ſuccedant in locum patris, de quo perplexo articulo Doct. in l. hęredes mei, §. cum ita, ad Trebellia. & latè Anton. Gabr. lib. 4. de fideicom. concluſ. 3.

Quod eo maximè videri potuit neceſſarium de iſta ſubintratione mentionem facere, quia fuerunt vocati, & ſubſtituti ſuperuenientes, qui ſi ſine illa ſubintrationis clauſula ſimpliciter vocati eſſent, certum erat eos nominatim vocatos, & tamquam nominatim vocati præferrebantur alijs in vlteriori g[illegible] exiſtentibus, ita quod filij, & deſcendentes [illegible]emortuorum non potuiſſent ſimul cum pa[illegible] ſuperuiuentibus ſuccedere. Alexan. conſi. 109.
44 lib. 7. † Quia diuerſæ perſonæ reputantur ſuperuiuentes, & filij præmortuorum, & appellatione ſuperuiuentium non veniunt filij præmortuorum, vt in puncto allegando, & comprobando prædicta firmat Pariſ. in conſil. 37. num. 49. & num. 53. cum ſequen. lib. 2.

45 Nec obſt. † quod dicebatur de huiuſmodi priuatione mediante ſententia facienda iuxta magiſtralem diſtinctionem Bald. in l. iubemus, §. fina. numero 3. C. de ſacroſanct. eccleſ. quam latius reaſſumit Tiraquel. in dicto verbo reuertatur, numero 26. vbi ſubdit neceſſariam eſſe maximè, quando factum reuocatur in dubium, & quod hæc ſententia ferri debuiſſet viuente d. Andrea delinquente, non autem contra eius hæredem, ex Cuma. d. conſil. 164. & ex communi opinione de qua per Rip. in d. l. fi. q6 70. C. de reuocan. donat. Burſat. in conſi. 91. nu. 5. quod

pro-

Digitized by Google

procedit, tam in ſententia priuatiua, quam declaratiua, vt ante d. latam ſententiam pœna non tranſeat ad hæredes, l. eius qui delatorem, vbi Bar. ff. de iu. fi. Bal. in l. j. C. ne ex deli. defuncto.

46 Quia † ſi intelligatur de ſententia diſpoſitiua, & priuatiua, & res erat expedita, quod in ipſo iure pœnis incurſis, vt hic, non requiratur, cum ius ipſum priuet ſecundum Bald. in dicto §. fi. l. iubemus, & in cap. j. quib. mod. feud. amitta. in princ. & de hoc eſt bona additio ad Bart. in l. Imperator, ff. de iur. fiſ. & dictum Bal. ſequitur Fely. in cap. Rodulphus, vbi latiſſimè de hac materia, colum. 21. verſ. ſed declaratoria, de reſcrip. & cap. 2. de ſponſal. & in puncto ad rem noſtram, ita poſt Salyc. tradit Iaſ. in d. auc. hoc amplius, num. 7. C. de fideicom. vbi repræhendit Caſtrenſem aliter ſentientem quem male, & inaduertenter locutum dicit.

Et quod in ſimilibus verbis a teſtatore prolatis non requiratur ſententia, allegatur Bald. in dicta l. j. C. de his, quæ pœ. no. in lectura antiqua. Cremen. in ſing. 7. in fi. Alex. in addit. ad Bar. in dicta l. iubemus, § ſanè, colum. pen. Felyn. in d. cap. Rodulphus, col. 17. verſi. priuetur.

47 Si vero † intelligatur de ſententia declaratoria, tunc licet non defuerint, qui tenuerint nec eam requiri in ipſo iure incurſis, vt de communi teſtatur Deci. in conſilio 146 columna 4. in princ. Verius tamen, & receptius eſt, quod & ſi non requiritur ſententia, quæ pœnam irroget, requiratur tamen declaratoria, quæ actum, factum, vel commiſſum ex quo pœna ipſo iure incurſa eſt, declaret, dicta l. eius qui delatorem, vbi Bart. cum infinitis congeſtis per Tiraquel. in d. verbo reuertatur, num. 400. & de magis communi teſtatur Ronchegall. in l. 2. num. 34. ff. de duob. reis, Couarru. in cap. Alma mater, §. 2. ſub nu. 9. de ſenten. excommu. in 6.

Et quamuis nonnulli hanc diſtinctionem non approbarint, vt inter alios fuit And. de Iſern. in cap. j. §. callidis, de prohibi. feu. alie. cum tamen repræhendit Tiraq. in loco præcitato, num. 266. vbi ponit centū, & quatuor memorabiles, & inſigniores effectus ab eo, quod quid ipſo iure, vel non ipſo iure f[illegible]

48 Et inter alios ad rem noſtram is eſt, † vt [illegible] ipſo iure inflicta tranſeat ad hæredes tam [illegible]

49 † quia mors crimen extinguens, non extinguit pronunciatum, nec impedit pronunciandum ſu[illegible] confiſcatione bonorum, vt inquit Bald. in rubr. C. [illegible] penden. appellat. mors interue. per tex. in l. Caius, ad Sillania. & eius dicti ratio colligi poteſt ex l. commiſſa, ff. de pub. & vectiga. ibi, Nam quod commiſſum eſt ſtatim deſinit eſſe eius, qui crimē commiſit, & ita limitatur l. j. C. de priua. delic. & l. j. C. ne ex deli. defun. contrarium diſponentes, non procedere in pœnis ipſo iure incurſis, quam limitationem tradit gloſſ. communiter recepta in l. 3. § hoc autem, ff. qd̄ quiſque iur. & poſt Barto. Bald. Angel. Caſtrenſ. Deci. Claudi. & alios ibi teſtatur, & ſequitur Ronchegall. in d. l. 2. nu. 42. & alios innumeros cumulat Tiraque. in d. verbo reuertatur, num. 296. cum multis ſeq. & nouiſſime per Seba. Nedi. in tracta. Mors omnia ſoluit, par. 2. concluſio. 81. numero 88. Quam et actiuè, vt in locis præcitatis, & per Bal. id expreſſe volentem, in cap. Imperialem, §. inſuper, de prohi. feu. alie. per Federi.

Quo fit, vt actor iure egiſſe videretur aduerſus hæredem Andreæ per contrafactionem ipſo iure hæreditate priuati iudicio teſtatoris, ad auocationem bonorum pœnes eum exiſtentium, quorum dn̄ium iā erat translatum in obſeruantem, & in hoc circa amiſſionem dominij non opus erat alia declaratoria, quia priuatio ſtatim inducta fuit, ſed bene erat neceſſaria declaratoria ad effectum auocandi poſſeſſionem ab ipſo poſſeſſore delinquente, vel eius hærede, Alexand. conſilio 193. numero 23. libro primo, & ſenſit Iaſ. in conſilio 21. colum pen. in princip. lib. 3. Rip. in cap. ſæpè, numero 101. de reſtit. ſpolia. & hanc diſtinctionem ad conciliationem repugnantium opinionum affert Ioan. Igne. in l. neceſſarios, §. non alias, numero 52. ff. ad Sillani. & poſt relatos Ronchegall. in dicta l. 2. numero 139. vbi concludit non eſſe neceſſarium huiuſmodi declarationem fieri viuo delinquente, & contrafaciente.

Quicquid aliter dicatur de feudo, & emphyteuſi in conſequentiam non trahendum, quia in his per ceſſationem Canonis fit deuolutio, non ſimpliciter, & ipſo iure, ſed conditionaliter ex legis diſpoſitione ſic expreſſe dictantis Domino volente, & acceptante, & non ipſo iure, vt declarat Benint. in deciſione trigeſimaſeptima, numero 26.

Minus etiam obſtare dicebatur, quatenus priuatio ſit concepta per verba futuri temporis, † quia cum ſint geminata, important priuationis effectum ipſo iure ſecundum Bald. in titu. de pace Conſtan. in verſicu. Hoc quod nos, ſequitur Roma. in ſingula. 3. & ibi addentes.
50

Vltra, quod ſi foret ſimpliciter prolatum, ex quo a teſtatore profertur, importaret ipſo iure. Cremen. in ſingu. 7. & in addi. ad Roma. in ſingu. 2. Fely. d. c. Rodulphus, colum. 17. verſi. priuetur. Alber. in dictiona. in verbo futuri temporis.

Nec obſtant conſiderata ex aduerſo de fideicom-
51 miſſo particulari, † quia cum prohibitio contineret maiorem partem bonorum immobilium, & ſub nomine bonorum fuerit factum fideicommiſſum, vniuerſale potius, quam particulare eſt reputādū, ad not. per Bart. in l. ſi quis ſeruorum, in fi. de leg. primo, Beru. conſilio 93. numero 36. libro primo, Sozi. Iun. conſilio 136. numero quarto, libro primo.

Fuit concluſum, quod reus veniret abſoluendus a petitis ex eo, quod caducitatis pœna nō fuerit incurſa ipſo iure ſecundum opinionem Pau. de Caſtr. in locis præcitatis, & condemnatus actor ad reconuentia reſpectu dimidię bonorum d. Roberti vna cū fructibus a die litis conteſtatæ.

SVMMARIVM.

1 *Hęreditas non adita non tranſmittitur in non ſuos.*
2 *Teſtes de veritate actus deponentes plenè probant.*
3 *Probatio, quæ fit per teſtes de veritate dicitur intuitiua, & pleniſſima.*
4 *Teſtis de viſu ī ꝓbāda poſſeſſione dicitur optimus teſtis.*

Poſ.

Digitized by Google

Poſſeſſio probatur optime per teſtes de viſu.
4 *Teſtes vicini poſſeſſionem probant melius, quam alij.*
Poſſeſſio probatur per vicinos melius, quam per alios teſtes.
5 *Dictio incontinenti, & dictio poſt, nullum nec quidem modicum interuallum ſignificant.*
6 *Teſtes conantes probare negatiuam dicuntur ſuſpecti.*
Negatiua eſt ſuſpectiſſimæ probationis.
Teſtibus duobus affirmantibus magis credi, quam mille negantibus.
7 *Teſtes non ſimpliciter ſuper negatiua deponentes, ſed vna cum negatiua de contraria affirmatiua deponentes dicuntur non ſuſpecti.*
Negatiua vna cum contraria affirmatiua depoſita nõ eſt ſuſpecta.
8 *Teſtium conflictu, iudex debet animaduertere ad perſonarum auctoritatem, teſtimoniorum qualitatem, & teſtium numerum.*
In conflictu teſtium iudex qualiter ſe habere debeat.
9 *Iudex in conflictu teſtium tenetur rationem reddere quare magis vni, quam alteri credat.*
10 *Teſtis veriſimiliora deponens præfertur in conflictu teſtium.*
Veriſimile, quod ſit.
11 *Hæreditatis lucroſæ de facili aditio præſumitur.*
Aditio præſumitur de facili in hæreditate lucroſa.
12 *Aditio hæreditatis propter latentia onera nonnunquam eſt periculoſa.*
13 *Teſtes magis ſpecifice deponentes præferuntur alijs confuſa atteſtantibus.*
Prohibitio in ſpecie magis afficit.
14 *Negatiua vniuerſalis in teſte eſt valde ſuſpecta.*
15 *Aditio non fit ſolo animo, ſed ſecuta aliqua declaratione facti.*
16 *Aditio poteſt declarari per hæredem.*
17 *Numerus teſtium quando, & quos defectus ſuppleat.*
Teſtium multitudo, & numerus, quando attendatur.
18 *Teſtes ad repulſam teſtium quando, & quomodo attendantur.*

ARGVMENTVM.

De probatione negatiua.
Et de teſtium conflictu, & qualiter iudex tunc ſe habere debeat.
Et an, & quando numerus teſtium ſuppleat defectum aliquem.

DECISIO XVII.

IN cauſa vertente inter Ioannem q. Guiduccini ex vna, & D. Ioannam de Montecarolo ex altera, negocium faciebat, an eſſet probata aditio hæreditatis q. Bacci per Guiduccinum eius ex fratre nepotem, & d. D. Ioannæ patris reſpectiuè, cum ſi adita non fuiſſet, ceſſarent omnes amaritudines,

1 † quia hæreditatis non aditæ non fit tranſmiſſio in non ſuos, l. j. C. de his, qui ante ap. tab. Areti in l. ſi filius qui patri, ff. de vulga. & pupil. & egregiè diſtinguendo tradit pract. Pap. in for. libel. peti. hæred ab inteſt. in princip. ſub numero 5 Cæphal. in conſilio 56. columna j.

Et pro parte actoris fuerunt examinati quatuor teſtes, quorum tres deponebant poſt mortem Bacci illico, & incontinenti Guiduccinum illius hæreditatem adijſſe, & eius bona poſſediſſe: quartus vero ſi non ita explicitè, tamen dicebat vidiſſe d. Guiduccinum ſæpius inſiſtentem in bonis d. Bacci.

Quæ quidem probatio per tot teſtes de veritate ſuffulta, ſufficiens eſſe videbatur ſecundum Bald. in l. fi. C. de proba. numero 8. vbi diſtinguendo proba-
2 tionis gradus, † hanc probationem appellat intuitiuam, & veriſſimam probationem.

3 Deponebant enim per ſenſum de viſu, † quod eſt optimum genus probandi poſſeſſionem, Alex. & alij, in l. ſtipulatio iſta, §. hæc quoque, ff. de verborum obligat. Alex. conſilio 55. libro j. Deci. cõſil. 215. Bertrã. conſilio 42. libro j. eſt enim bona ratio, quæ per viſum redditur in his, quæ oculis ſupponuntur. Subdebant præterea, & aliam rationem, quia vicini, vnde dixit Bald. in cap. j §. ſi tres, de pa.
4 inra. firman. † quod poſſeſſio melius probatur per vicinos, quam per alios, & quod iſta ſit bona ratio, firmat Roman. in conſilio 245. in fi. Fely. in capitu. literis, de præſcriptio. Anto. Gab. de præſumpt. concluſ. 6.

Nec etiam omittebant dd. teſtes deſignare tempus temporis aditionis, dum dicebant id factum in-
5 continenti poſt mortem Bacci, † quæ dictiones nullum nec modicum quidem interuallum ſignificant. Rebuff. in l. Labeo, §. item ſi dominus, verſi. nec placet, ff. de verb. ſignifi.

Ex aduerſo pro parte Dom. Ioannæ videbatur probata, & ſua, & ſuorum auctorum poſſeſſio immediate capta, idque per teſtes numero ſuperiores, immo quod Guiduccinus nunquam poſſederit.

6 Et licet iſti † teſtes ſatagentes probare negatiuam, redderentur ſuſpecti, capitulo, cum Eccleſia, & ibi not. de cauſa poſſeſſ. & propri. propterea dicitur magis credi duobus affirmantibus, quam mille negantibus, gloſſ. in l. diem proferre, §. ſi plures,
4 & ibi Bar. ff. de arbit. Innocen. in capitulo, ſuper hoc, ad fi. de renuncia. cum concord. per Hercula. de proba. nega. num. 151.

Tamen replicari poſſe videbatur, id procedere in teſte tentante probare negatiuam ſimpliciter,
7 † ſecus in deponente vna cum negatiua de contraria affirmatiua, prout iſti teſtes faciebant, dum dicunt Guiduccinum non ſolum non poſſediſſe, ſed ipſam Dom. Ioannam poſſediſſe quo caſu cum duo inſolidum eodem tempore poſſidere non valeant, rectè probant. Ruyn. in conſilio ſexageſimotertio, in fi. libro quarto, & conſilio 9. numero duodecimo, libro ſecundo, Ripa in dictu capitulo, cum Eccleſia, numero 79. Fely. in capitulo, in noſtra, columna ſecunda, ſub numero 8 de teſtibus, & maximè cum eam reddant rationem, quod res aliter eſſe non pote-

rat quin ipſi vidiſſent, & ſciuiſſent. Fely. ibidem, & Rip. numero 88. Hercula. in præcitato loco, numero 318.

In iſta teſtium varietate, vt fuerunt DD. coacti perſcrutare perſonarum auctoritatem, teſtimoniorum qualitatem, & teſtium numerum, l. ob carmē,
8 in fin. de teſtibus, prout † in conflictu teſtium fieri monet Miſinghe. obſerua. 38. centu. 4. poſt Fely. in d. cap. in noſtra, nu. 8. & Curt. iun. in conſi. 17. col. 2. ſub num. 7.

Et conſtito, quod teſtes in auctoritate eſſent æquales, & quod in numero non dabatur exceſſus reſpectu eius, quod principaliter agebatur inter eos, placuit pro Ioanne cōtra D. Ioannam ius dicere præferendo illius teſtes, teſtibus D. Ioannæ.

Et, quia (quantumcunque probationes dicātur
9 iudici arbitrariæ) † in teſtium conflictu tenentur Iudices exprimere quare magis iſtis, quam illis adhæſerint, vt dicit Bal. in l. cum magiſtratus, nu. 6. C. quando prouo. non eſt ne. & no. in l. duo Iudices, ff. de re iudic. Fely. in d. cap. in noſtra, nu. 2. Rebuff. in Concord. de Anna. in fi. verſi. vel quando teſtes, ideo ex infra dicendis animi noſtri motiua iuſtificanda exiſtimauimus, videlicet.

10 Primo ex veriſimili, † hæc enim eſt iuſta cauſa inter alias, vt magis vni, quam alteri credatur, vt poſt Curt. iun. in d. conſi. 17. nu. 7. tradit Aymo. in conſi. 33. nu. 12. Fely. in d. c. in noſtra.

Veriſimile autem dicitur illud, quod magis iuri cōſonat. Innoc. in cap. auditis, in gloſſ. hinc colligūt, de præſcript. ſed de iure municipali, (quod ius commune dicitur in ciuitate illa Sozi. Iun. conſi. 67. nu. 64. libro 2. Natta conſilio 148. in princ.) prima cauſa ſucceſſionis ſpectat ad nepotem ex fratre, excluſa nepte, merito veriſimilius fuit, quod Guiduccinus mortuo patruo prius adierit, & poſſederit, quā d. D. Ioanna.

11 Comprobatur † id ex alia iuris præſumptione, quod hæreditatis lucroſæ de facili præſumatur aditio. Corne. conſilio 310. col. 2. libro 3. Aymo. d. conſilio 33. numero 12. Bald. conſilio 298. libro 5. Natta. conſilio 448. nu. 20.

Et licet D. Ioanna enixa ſit probare hæreditatem damnoſam, tamen non probauit, & non erat credēdum, quod ſi damnoſa foret, ipſa inhiaſſet adire, & ſe incertorum debitorum oneri ſupponere.

12 Aditio enim † hæreditatis propter onera latentia plerumque eſt incommoda. l. ſi in teſtamēto, in fi. ff. ſi quis omiſſa cau. teſta. l. filio patet, de leg. 2.

Secundo, quia teſtes de Guiduccinis magis ſpecifice deponunt de actibus hæreditarijs. Vltra enim generalem depoſitionem, quod Giuduccinus poſſederit, in ſpecie dicunt de aſportatione bonorum de
13 domo d. Bacci, ad domum propriam, † & probatio in ſpecie magis afficit. Innocen. in d. cap. auditis. Barba. in conſilio 25. col. 2. libro 4 Deci. conſil. 302. nu. 18. Aymo. conſilio 94. nu. 3. Natta conſilio 96. nu. j. & 572. nu. 21.

Tertio dato, quod teſtes D. Io. formaliter probarent negatiuam, adhuc reddebantur ſuſpecti de crimine falſi, quia parum coartate loquebantur in his, quæ veriſimiliter non cadunt in hominum ſciētia, veluti ſi quis probare intendat, quem non deliquiſſe hoc anno, vel menſe non contraxiſſe, vel (vt hic) non poſſediſſe.

14 Iſta enim † vniuerſalis negatiua in teſte eſt valde ſuſpecta, nam non poteſt quis probabiliter ſcire, cū potuerit horum alterum fieri ipſo dormiente, vel abſente, & ideo eſſe cauendum ab huiuſmodi depoſitione, dixit Bal. in l. actor, col. pe. ſub nu. 3. C. de proba. vbi magiſtraliter loquitur de triplici negatiua coartata. Nec ex probatione oppoſitæ affirmatiuæ ſequitur probatio poſſeſſionis D. Ioannæ priuatiue ad illam Guiduccini, quia poteſt eſſe, quod ipſa poſſederit corpore, & Guiduccinus ciuiliter animo, & hæc ſimul ſtant, vt dicit Rip. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina. numero 79. Vltra, quod teſtes in probanda negatiua deberent eſſe omni exceptione maiores. Hereula. de proba. negati. num. 150.

Vltimo de aditione Guiduccini dicebatur con-
15 ſtare ex eo, quod † cum aditio fiat ſolo animo, tamē aliquo facto declarato, vel dicto. l. pro hęrede, vbi Docto. ff de acqui. hæred. & de commu. opi. Thobi. Noni. conſil. 27. conſi j, & Guiduccinus proteſtatus fuerit de eundo, & petendo oras gallicas pro recuperandis bonis d. Bacci, merito, &c. etſi dicatur proteſtationem hanc eſſe dubiam, & dubiam quoque acceſſum in Galliam, & ambiguum, per quem nō in-
16 fertur neceſſario aditio, reſpōderi poteſt, † obſcuritatem iſtam declarari potuiſſe per hæredem, & hæredis hæredem. Aymo. in conſilio 197. num. 4. Thobi. Noni. d. conſilio 27. num. 4. & 5.

Nec obſt. numerus teſtium præponderans nume-
17 ro Guiduccini, † cui de iure videtur magis ſtādum, & per d. numerum purgatur defectus teſtium, ſi nō dicti, ſaltem perſonę, Natt. conſilio 354. num. 6. & 473. num. 23. quia vt dictum eſt, vltra, quod nō erat in effectu inter eos aliquis exceſſus, non fuit attendendus numerus propter ſuſpectiſſimam negatiuæ probationem. Guid. de Suza de ord. iudi. num. 103. vbi dicit multitudini teſtium non eſſe deferendum, ſed ea fore attendenda quibus lux veritatis potius aſſiſtat, & dicit Ruy. in conſilio 12. nu. 2. lib. 5. quod pluralitas teſtium negantium non præfertur numero affirmantium.

Et ad illud, quod vnus teſtis Guiduccini deponebat de 50. annis, alter vero de 40. reſpondebatur ſatis eſſe, quod in minori ſumma cōcordarent. Ruy. conſilio 92. num. 8. libro 4. qui alibi ſępius dixit, nō eſſe mirandum de huiuſmodi varietate, & errore, propter ignorantiam ex curſu temporis cauſatam, & maximè in non ſubſtantialibus.

Non obſt. probationes vlti. loco pro parte Dom. Ioannæ factæ tempore ferendæ ſententiæ, ad repul-
18 ſam † teſtium tendentes, quia vltra, quod intempeſtiue ſint procuratę, non ſufficit de iure dicere, quē eſſe ſolitum deponere falſum, & precio redēptum, niſi ſignanter dicatur, & probetur, vbi, quando, quo loco, & in qua cauſa falſum dixerit. Maran. in Specul. aduoca. in 13. actu, num. 5. & oportebat repulſare in cauſa principali, non autem in cauſa appellationis, vt ibi per Maran. &c.

SVM.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio facta patri per filium iurata tenet.*
2 *Maximè ſi fiat ex cauſa.*
3 *In donatione lęſio non conſideratur regulariter.*
Lęſio in donatione, quando attendatur, num. 3.
4 *Niſi dolus interuenerit.*
5 *Lex multum confidit de patre.*
6 *Nouerca, vt plurimum priuignis infeſta.*
7 *Mulierum genus auariſſimum.*

A R G V M E N T V M.

De donatione patri per filiam nubilem facta.

Et quomodo in donatione læſio conſideretur.

D E C I S I O XVIII.

SER Ioãnes Pauli habens ex prima vxore Dionoram filiam, & ex ſecunda Andreanam, fecerat ſibi titulo donationis dati a d. D. Dionora omnia bona ſua conſiſtentia in domo, & in 790. ſcu. depoſitis, quæ erant de dotibus maternis, adiecto pacto, quod is teneretur eam dotare, & maritare, prout poſtea fecit, nuptui eam tradendo cum promiſſione dotis ſcut. 250.

geretur inuitus incidere in communionem. Bald. in
cap. j §. vaſſallus, in primo, colum. j. verſic. & in ſum-
ma ſi de feu. fue. contro.

Vnde cum tota iſta caducitatis pœna ſit fundata
in ſpreta voluntate mandantis indiuidua, Pariſ. in
conſil. j num. 69. lib. 3. non mirum ſi alienans in to-
tum cadat a iure ſuo, quia deliquit in perſonam,
non autem in rem, argum. eorum, quę dicuntur de
emphyteota alienante in parte rem conductam, vel
feudalem, qui ſi ſimpliciter ſine conſenſu Domini
vendit vti propriam non facta mentione vtilis do-
minij, videtur contemnere perſonam directi Domi-
ni, & cadit a toto propter contemptum Domini in-
diuiduum, ſecus verò ſi vendat ſub commemora-
tione emphyteuſis, vel feudi, quia delinquendo in
rem, in rem non autem in perſonam cadit a parte,
7 non autem a toto ex regula iuris, †quod delinquens
in rem puniatur in eo, quod deliquit, & non vltra,
dicta l. reſcriptum. Et iſta fuit diſtinctio Bart. in l. qui
dam in iure, §. j. ff. de donat. & colligitur ex dictis
Bal. in cap j. §. aut ſi libellario, columna prima, qui-
bus mo. feud. amit. De qua diſtinctione alios citans
tradit Redo. in tract. de rebus eccle. non alie. in cap.
de caducitate ob rei alienationem, in verbo, emphy
teuta quoque, num. 9. ſequitur Pariſ. conſi. 14 num.
11. lib. j. Rolan a Valle conſi. 17. lib. 2. & latius Nat-
ta in conſi. 479. & 480. & vtrobique dicit doctrinam
hanc Bar. eſſe magnifaciendam.

Qui quidem Natta in d. conſilio 479. reſpondet Aretino contrarium conſentienti in conſil. 14. ſub nu. 5. & vlterius limitando, quod dicitur de alienante partem nō cadere a toto, dicit id procedere, quando plures res fuerint comprehenſę in emphyteuſi, vel feudo, tunc enim per alienationem vnius non cadunt aliæ in commiſſum, ſecus ſi vna tantum, & vnicum corpus, & vnico precio plures res eſſent cōceſſæ, cum tunc per alienationem partis totum perdatur

Digitized by Google

datur per multa iura, & rationes ibi per eum allegatas, & quia eadem res non debet diuerſo iure cenſeri, l. cum qui, de vſucap. l. j. de rer. permut.

8 Et per alia ſimilia de colono, † ſeu emphyteuta male ſe habente in vna ex pluribus rebus a ſe conductis eodẽ precio, quod cadat ab omnibus, quia vna cenſetur, & non plures locationes, ſeu emphyteuſis, vt reſpondit Sicul. in conſilio 36. col. 6. libro 2. quẽ ſequuntur Oldrad. Iaſon, Alber. & alij, quos refert Natta in dicto conſilio 479. col. pe. quod etiam in colono voluit Bald. in l. edem, col. penul. verſi. ſed quid ſi ex pluribus, C. loca. & ibi Alber. de Roſa. colum. penul.

Neque obſtare videbatur celeris illa reaffrancatio, & redemptio rei venditæ, quia non ideo videbatur ſe excuſari a pœna caducitatis ſtatim ex alienatione incurſa, & ex illa pœnitentia non reddebatur alienans innocens, maximè, quia non videretur

9 dici poſſe, quod reuocatio foret † celeriter facta, ex quo facta fuit poſtquam hoſpitale declarauit voluntatem caducitatis, & nedum ante litem conteſtatam fuit, ſed ne quidem ac vix ante tempus iminens ſententiæ ferendæ, & poſt concluſum in cauſa, merito intempeſtiua, ad Specu. in tit. loca. §. nunc aliqua, verſicu. 96. & per Rodoan. in præcitato loco, nu. 48.

Minus etiam facere videbatur, quod cauſa dotis foret alienatum, quia vltra, quod de allegata cauſa non fuerat probatum, deerat etiam probatio alia, videlicet, quod alienans de proprio non haberet, vt volunt Doct. in d. § diui, & in d. aut. res quæ.

Domini inclinabant contra hoſpitale ad fauorẽ Gaſparis, quem non niſi a parte alienata cecidiſſe exiſtimabant, tum propter deciſionem Iaſon. in terminis magnifaciendam. Tum quia contraria opinio rigoroſa nimis reputatur, & ab æquitate moderanda, vt pro parte alienata tantum pœna commiſſa dicatur, & ita alias cenſuit Senat. Neapol. per Gramma. deciſio. 49. vbi plures allegat, & dicit eſſe communem opinionem, ſequitur Iulius Clarus in §. emphyteuſis, quęſt. 13. in fi. & in §. feudum, quæſt. 31. verſicu. ſed pone vaſſallus habens feudum Rodoan. in præcitato loco num. 11. Areti. conſi. 14. Et in materia indiuidui tradit Gaſpa. Caballi. in tractat. indiuid. 3. par. princ. num. 286. Brogni. de vſufruct. muli. relicto num. 157. Bonacoſſ. in tract. de æquita. Cano, quęſt. 48. niſi dictum ſit, quod alienare non liceat neque in totum, neque in partem.

Vnde viſa difficultate partes concordarunt, & ideo non fuit opus in præmiſſis aliquid firmare, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Pręceptum teſtatoris tranſgrediens, illi odioſus efficitur.*

2 *Teſtatoris mandato non obediens perdit omne lucrum.*

3 *Prohibitus non inferre moleſtiam, intelligitur de moleſtia facti, & malo animo, & iniuſtè illata.*

Moleſtię inferenda prohibitio, de iniuſta intelligitur.

4 *Legitima debetur ſine onere.*

5 *Legitimam petens non dicitur inferre moleſtiam.*

6 *Legitima non detrahitur de fructibus, & pecunijs, ſed de ſubſtantia vniuerſa.*

7 *Legitimæ detrahendę modus.*

8 *Legitimæ ſupplementum, quin petatur prohiberi a teſtatore nequit.*

9 *Moleſtiæ prohibitio per verba generalia, & vniuerſalia comprehendit etiam caſus alias non comprehenſos.*

10 *Legitimæ grauamen ſi imponatur habetur pro non adiecto.*

11 *Legitima a ſtatuto tolli poteſt.*

12 *Legitima non debetur excluſo a ſtatuto.*

13 *Præiudicialis articulus ante omnia eſt diffiniendus.*

ARGVMENTVM.

De prohibito inferre moleſtiam, an poſſit petere legitimam.

DECISIO XX.

DOMINA Comitiſſa condito teſtamento, & inſtituto ſibi hærede venerabili Collegio Ieſuatarum de Florentia, iure inſtitutionis reliquit Do. Orettæ eius matri aureos 25. annuatim durante eius vita, ſoluendos de quodam montis credito in d. teſtatricem cantante.

De quibus mandauit eam eſſe contẽtam, & quod amplius de ſuis bonis etiam ſub prætextu legitimæ petere non poſſet. Alias in caſu moleſtiæ quomodocunque illatæ contra d. hęredem, illam a d. annua pręſtatione cecidiſſe declarauit.

Huic diſpoſitioni non acquieſcens Domina Oretta, egit coram Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Nuntio Apoſtolico Domino Valerio de Comitibus de Corbaria, petendo pronunciari teſtamẽtum nullum, vel ſaltem legitimam ſibi deberi, vna cum d. annuo legato.

Et ſtantę d. moleſtia, Collegium præfatum comparuit coram DD. Officialibus montis inſtando declarari eam cecidiſſe a d. legato, cuius ſe indignam effectã aiebat propter ſpretũ teſtatricis præceptũ.

1 Tranſgrediens † enim teſtãtis mãdata illi odioſus
2 efficitur, Alexan. conſilio 138. col. 3. libro j. † & omne lucrum amittit, l. pe. C. de leg. l. fi. C. de fideicommiſ. Paul. de Caſtr. in conſilio 77. nu. 5. libro j. Pariſ. conſi. j. nu. 65. libro j.

Et tranſmiſſo puncto ad referendum, plura hinc inde deducebantur; pro matre enim dicebatur ex petitione legitimæ, non purificatam moleſtiæ condi-
3 tionem; prohibitio enim † de non inferenda moleſtia, intelligi debet de moleſtia facti, malo animo, & iniuſte illata ſecundum Bal. in l. j col 5. verſic. quæro quid ſi teſtator, C. de his, quæ pœnę no. cum cõcord. per Corſet. in ſing. verbo moleſtia.

4 Legitima autem, † (quæ iure naturæ deſcendentibus in bonis aſcendentium debetur, & è contra,
ſimpliciter ac ſine onere aliquo debetur, l. quoniam
in prioribus, C. de inoffic. teſta. Aymo. conſil. 1 to. in
fi. Ruy. conſilio 85. nu. 5. libro 3. Roland. conſil. 36.
5 num. 4. libro 3.) † ſi petatur non ideo vis aliqua aut
moleſtia cuiquam inferri videtur, quia lege permittente fit, & in puncto allegabatur Deci. in conſ. 581.
nu. 10. & ſeq. & Aymo. in conſi. 380. lib 4.

Et ideo matre petente legitimam non teſtatoris
iudicio, ſed iure naturæ ſibi debitam, non eſt quod
importunitatis, aut moleſtiæ vitio ſit ei adſcribēdū,
in qua quidem legitima nedum quantitatis reſpectu ſe læſam aiebat, ſed etiam in tempore, & in modo. Debebatur enim illi purè, & nihilominus annuatim fuerat relicta (licet hoc compēſari potuiſſet per
extimationem iuxta l. hęreditatum, ff ad l. Falcid.) &
6 quæ de matris ſubſtantia filię detrahēda foret, † de
fructibus, & in pecunia caperetur contra iuris regulas, vt tradunt Docto. in l. cum ſcimus, §. repletionē,
7 C. de inoffic. teſta. De † quo legitimę detrahēdæ modo, late per Bened. Cap ad reg. iur. concluſio 109. Anto. Gab. lib. 4. de legiti. cōcluſio. 4. Menoch de arb. iudi. libro 2. cent. 2. caſu 163.

Quinimò etiam data caducitate adhuc relictum
ſibi deberi contendebat ad computum legitimæ,
8 † cuius ſupplemētum a teſtatore prohiberi non poteſt, Cor. conſilio 258. col. 2. libro 3. Deci. conſi. 228.
nu. 3. & 666. nu. j.

Ex aduerſo replicabatur nihil proponi, quod matrem reluctātem a caducitate legati ſub dicta cōditione nō inferendæ moleſtiæ relicti, eximeret, quippe cū nedum prohibeatur illatio moleſtiæ per verbū moleſtiæ ſimpliciter, ſed etiam per verba generalia, & particulariter fuit prohibita legitimæ petitio,
quo fit vt oī lucro ſub illa cōditione relicto veniat
priuāda, vt in terminis cōtra Deci. reſpōdit Ruy. in
cōſilio 77. libro 2. & Soz. Iun. in cōſilio 113. libro 2.
9 † & idē Deci. ſenſit in prohibitione moleſtiæ per verba vniuerſalia facta in cōſilio 613. poſt Abba. in cōſ.
43. libro j. Corſet. d. verbo moleſtia, in fi. & de moleſtia iuris inferēda Alex. in cōſilio 195. nu. 8. libro 6.

Nec ideo huiuſmodi moleſtiæ prohibitio dici poſ
10 ſe videbatur onus legitimæ inferre, † & ſic tāquam
grauamen a iure reprobatum reijciendum fore, vt
poſt Saly. & Caſt. tradit Iaſ. & Vaſqu. in l. ſi quando,
§. & generaliter, C. de inoffi. teſta.

Quia id nō eſt onus legitimam afficiēs, ſed legatum illud annuū reſpicit, quod noluit teſtatrix deberi, ſi mater eo non contenta plus petere ſatagat, & ſic
nō prohibet abſolute, quin mater legitimam petat,
ſed vtrumque deberi minimè voluit, l. j. §. deinde, &
§. taceat, C. de rei vxo. actio.

Per petitionē igitur legitimæ cadet a legato ſub
contraria conditione relicto.

In hoc iuris articulo placuit DD. nihil determinate reſpondere eo, quod reſolutio penderet a ſentētia ab Illuſtriſſimo D. Nuntio ferenda.

Nā ſi pronūcietur teſtm̄ nullū, res redit ad cauſā
inteſtati, & ceſſant oēs amaritudines, quemadmodū
ſi declaret legitimam nō deberi, fruſtra de eius ſupplemento quæret pp defectū entis, cum poſſit dari
11 caſus, qd non debeatur, † veluti ſi à ſtatuto prohibeatur, vt diſputauit Richar. de Malumb. quem refert,
& ſequit Dyn. in c. indultū, de reg. iur. in 6. Cy. in l.
ſancimus, C. de nup. Bar. in l. Titio centū, §. Titio genero, col. pe. de cōd. & dem. Alex. ī l. qđ de bonis, §. fi.
12 in fi. ff ad l. fal. † Itē ſi a ſtatuto mater excluderetur a
filiorum ſucceſſione, cum tunc etiam cenſetur excluſa a legitimæ petitione. Deci. conſi. 26. num. 4.

Et ideo ſtante, qđ iudicium intentatum coram Illuſtriſſ. D. Nuntio eſſet p̄iudiciale ad iſtud, non ratione maioritatis, vel p̄eminentis auctoritatis, neq;
ratione ſtatus perſonarum, ſed ratione contingētiæ
cauſæ, cum vna ſic cōtingat ad aliam, vt ſententia lata in illa pareret exceptionem rei iudicatę ad iſtam,
quæ eſt acceſſoria ad illum, vt poſt Bart. in l. fundū,
& in l. fundi, ff. de excep. & in l. ſiue contra, §. j. col. 3.
ff. de lib. agno. & poſt Nicola. de Neap. & Iac. But. in
§. præiudiciales, tradit Iaſ. col. j. inſtit. de actio. & Maran. in Specu. aduo 20. diſt. 4. par.

Concluſum fuit ſuper puncto tranſmiſſo, fore ſuperſedendum donec cauſa principalis pręiudicialis
pendens coram Illuſtriſſimo, & Reueren. D. Nuntio
terminaretur, & partes DD. Officialium Montis interim fore in retinendo pœnes montem omnes pecunias hæreditarias donec prædicta decidantur, ne
ſi interim alteri partium perſoluantur, alteri durior
repetendi conditio reddatur.

SVMMARIVM.

1 *Mandati fines non excedendi.*
2 *Qualitas fundatiua iuriſdictionis, an ſatis ſit ſi exprimatur in libello.*
3 *Iudex, quid facere debeat qualitate fundatiua iuriſdictionis negata.*
4 *Origo, & natura primordialis rei attendenda.*
5 *Iudex in primis more boni Phyſici inquirit de origine rei, & facti.*
6 *Accidentia non attenduntur.*
7 *Libellorum geminatio fruſtratoria eſt, vbi per viam exceptionis eſt plene conſultum.*
8 *In iudicio diffamatorio prima petitio eliditur, & transfunditur in ſimplicem exceptionem.*

ARGVMENTVM.

De qualitate fundatiua iuriſdictionis.

Et de origine, & primordiali natura rei attendenda.

Et de implemēto, & exceſſu mādati.

DECISIO XXI.

IOAN. Bapt. de Gondis, Laurentius de Iacominis, & Bernardus de Barbigis nominibus ſocialibus de quibus in actis, diuiſim mandauerunt (prout etiam diuiſim agebant) Michelozzijs, & Veſputijs de Venetia, quod pro eis facerent quaſdam na-

uium

Digitized by Google

uium aſſecutationes ſub certo tamen modo ac certa lege præſcripta, de qua in literis commiſſionum prout factum fuit, aſſecutauerunt enim commiſſionarij nonnulla nauilia.

His ſic ſtantibus DD. Committentes citatis commiſſionarijs coram D. Iudice quarteriorum, mouerunt Iudicium petendo, & inſtando eos cōdemnari ad reddēdam rationem adminiſtrationis ſubcomputato 60. caratorum, vt in mādatis habuerant, & ad conſignandum ratas eis tangentes ceſſionum, & mercium recuperatarum, ad computādum, ſaldandum, & alia faciēdum. Nec nō declarari omnes alias aſſecurationes præter, & vltra computum 60. caratorum factas ad ipſos committentes non ſpectare, nullumque in eis eos habere intereſſe.

Succeſſiue ijdem DD. Commiſſionatij adierunt curiam Mercantiæ, & narratis pluribus aſſecutationibus factis, deperditiſque nauilijs, dixerunt locum fuiſſe ſolutioni aſſecurationum, & petierunt cōdemnari committentes ad ſibi ſoluendum prout in petitione.

Et viciſſim oppoſitis in competētiarum exceptionibus, quilibet prætendebat eum quem quiſque ſibi elegerat Iudicem fore competentem.

Dicebant enim iſti, quod ex quo cauſa erat Mercantilis materiei curia Mercantiæ eſſet competēs priuatiue, quoad alios nō obſtāte aliqua præuentione ſic diſponente ſtatuto d. curiæ lib. 3. cap. 7.

Rurſus, qđ ipſi agebāt in dicta curia vti creditores, vnde inanis videbatur reddi illa præuentio coram D. Iudice quarteriorum facta, obſtante lege ſuper diffamatorijs nouiter edita.

Replicabant committentes ſe propriam, ac verius actoris perſonam ſuſtinere, & ideo ad eos fori electionem ſpectare, & iure optimo in ea ab eis fore præuentum, nō obſtante allegata mercantili materia in hac ſpecie facti nō attendenda, cum vis præſentis controuerſiæ tota conſiſteret in articulis iuris, de implemento, videlicet, & de exceſſu mandati, quod proprium eſt legiſtatum, non autem mercatorum, vt patet ex pluribus, quæ in puncto in materia aſſecurationum, & mandati tradit Benue. Stra-

3 cha. in tracta. de aſſecura. glo. 11. † vbi etiam ſub nu.
4 monet mercatores cum exemplo Ciceronis de nō excedendo mandato.

In deciſione huius incompetētiarum articuli inter nos variatum fuit, propterea, quod duo ex DD. Coadiutoribus dixerunt curiam mercantiæ competentem, incompetentem vero D. Iudicem quarteriorum. Ego autem contra ſentiens curiam incompetentem, D. vero Iudicem quarteriorum competētem pronunciaui.

Mouebatur autem eorum alter, quod haberet huiuſmodi cauſam pro mere mercātili, nō recordatus eius ſententiæ, quam pridie vnanimiter protulimus in ſimili diſcrimine inter Bardueccium, & Pandulfinum vertente, vbi propter mixtitam iuris, & implicitatem articulorum legalium diximus d. curiam fore incompetentem prout in motiuis per eundē D. collegam compilatis, & per nos ſubſcriptis.

Alter verò vim totam faciebat, quod commiſſionarij, ſeu mandatarij aſſererent ſe creditores, & quod propterea prouocatio committentium nō auferret eis fori electionem; exiſtimabat enim, quod prætenſum creditum eſſet qualitas fundatiua iuriſ-

2 dictionis, † quam ſatis eſſe dicebat expreſſiſſe in libello, vt pro vera haberetur ad effectum fundandæ iuriſdictionis, faciendo pro hac ſua opinione fundamentum, & capitale in doctrina Sozi. in cap. ſi clericus. in 11. articulo, de for. comp. vbi ſæpius dicit Sozinus de qualitate iuriſdictionis fundatiua ſufficere ſummatim cognoſci, & pro ſummaria cognitione huius crediti fuerunt viſi libri dd. Commiſſionariorum, in quibus habebant deſcriptos debitores dd. Committentes.

Quorum neutro fundamento acquieſcere potui, quia quoad primum repugnabant nuper deciſa in contrarium, vt dictum eſt.

Et quoad ſecundum obſtabat origo ſubſtantiæ rei, & naturalis cauſæ in his omnino attendenda, vt dicetur.

Et allegata per Sozi. non videbantur commode expendi ad deciſionem præſentis cauſæ, quia Sozin. ibi format quæſtionē, ſi quis citetur ad forum non ſuum ſeu coram non competenti Iudice ſecundum ſuam naturam, & primordialem eſſentiam, ſed ex aliqua cauſa in libello deducta, concluditur de illius competentia, quæ tamen qualitas fundatiua iuriſ-

3 dictionis negaretur, † ponit enim ibi Sozin. quod agere debeat Iudex in tali caſu, & ad quem pertineat probatio qualitatis negatæ, & ſecundum dict. quæſtionem procedit ibi diſtinguendo, ſed nos non ſumus in qualitate negata, quia committentes non negant factum principale, nec fatentur, neque negant ſe debitores, ſed ſimpliciter inficiantur iuriſdictionem, & allegant priuilegium electionis fori ratione præuentionis, cum & ipſi nitantur ſimili qualitate crediti, & quod plus eſt originarij, & naturalis, & illud prius in iudicio deduxeruot, quo caſu non attenduntur narrata in libello ad fundandā iuriſdictionem niſi quoad hoc incidens, vt de iuriſdictione cognoſcatur, & ſuper ea pronuncietur, vt ibi tradit Sozin. ſub numero 12. verſicu. non obſtat ſecunda ratio.

Hæc autē facultas iudicandi ſuper iſto incidenti non pronunciantibus DD. ſex curiæ Mercātiæ fuit ad nos deuoluta vigore legis incompetentiarum.

Et ideo relictis terminis diffamatorijs, in quibus verſamur, dicebā q̄ prætēſum creditum, actio, ſeu titulus propoſitus in curia mercantiæ non potuit nec debuit conſiderari pro qualitate fundatiua iuriſdictionis, ita vt prior petitio elidatur.

Quia in hac materia præuentionis fori, & electionis non ſufficit ſolum creditum, & prior prouocatio

4 in iudiciū, ſed † attenditur origo, & an ſit quis creditor originarius, adeo, quod ex præuentione rei non alteretur natura talis actoris, & creditoris in reum, & iſta eſt communis omnium traditio, vt more prudentis Phyſici de ægritudinis cauſa ante omnia inquirentis teſte Bero. in conſilio 75. in prin.

5 libro 1. Iudex † in primis de origine, & principio cauſæ, & facti ſcrutetur, vt poſt alios tradit Contard.

in l.diffamari,in quæſtio,num.25.Aymo.in conſilio
131.numero 15. Cuius quidem originis,& ptimor-
dialis naturæ rei tanta vis eſt, vt ſi quando cõtingat
quod in aliqua re otiginatius actor partes tei ſubſti
nete videretur, & è contra teus actoris, non ideo
6 actot teus efficiatur, nec teus actot, † quia acciden-
tia, & ſupetuenientia non attenduntut, vt tradit
Ronchagall. in rub.de duo.teis,numeto 18.& ſeq.&
iſte etat proprie caſus noſter, eramus enim in man-
dante, & mandatatio, & ſic in matetia mandati,ex
quo ditecta, & propria actio primotdialis eſt man-
dantis,contraria vero mandatatij in caſu quo per ac
cidens in re mandata de ſuo aliquid eroget,vel aliud
faciat,vnde attento communi curſu cauſarum acto-
res originarij debuiſſent eſſe committentes, & com
miſſionarij tei.

Quod fit quod ſi per illud accidens,& pet petitio-
nem incidentem non potuiſſent iſti aduerſus man-
dantes cauſam mutare natnralem, & otiginatiam,
quanto minus id ſibi licuiſſe dicendum eſt in hoc in
dicio,vbi ab otiginatijs creditotibus mandantibus,
& actoribus fuerunt ptæuenti coram alio iudice,
7 † coram quo iſtis conſultum eſſe facilius potuit per
viam exceptionis,& in curſu reddendæ rationis ſuæ
adminiſtrationis ſuper ptætenſo credito,abſque eo,
quod fietet iſta libellorum geminatio ſecũdum Bal.
in l. edita,num.90.verſ.& ideo,C,de edẽ.coram qua
curia Mercantiæ eſto, quod committentes vltto cõ-
paretent,& mandatatios teconuenirent, extinguere
tut eotum conuentio, & procederetur ſuper tecon-
8 uentione,† ttansfuſa illa priori conuentione in ſim-
plicem exceptionem,vt per Cagno.in d. l.diffamari,
num. 11.poſt Ater.in cap. in præſentia, in 5.not.de
proba.& poſt Areti.& Sozi.in conſilio 94.libro j &
Deci. pet eum relatos ttadit Ronchagall. vbi ſupet
num.23.

Et ſic in omnem euentum iſti committentes eſ-
ſent otiginarij actotes, & è contra commiſſionarij
pariter originarij, & naturales rei ſempet cenſen-
di, quatumcũque per accidens in aliquo eſſent cre-
ditotes, & conſequẽter corum accidentale creditum
poſteriori loco propoſitum,non potuiſſe de iute,ne-
que debuiſſe in electione fori præponderare origi-
nario, natnralique committentium præordinato
credito.

His non obſtantibus committentes non potue
rnnt veſpucciorum aculeum infixum euitate, quia
concots diſcordia collegatum numero (niſi fallimur)
non autem rationum pondere præualnit, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Lex 2.C. de reſcind.vendi.locum habet etiam in contra-
ctu locationis.*
2 *Statutum poteſt tollere vires inſtrumenti iurati non ſer-
uata forma d. ſtatuti.*
3 *Statutum reducens minorem ætatem 25. annorum ad
18.annum,non procedit in alienatione rerum immobi
lium, quia in his ſeruantur ſolemnitates iuris.*
*Minor ætas 25.anno.redacta per ſtatutum ad 18.an-
num non intrat in alienatione rerum immobilium.*
4 *Abſolutio a iuramento peti debet ante detectum periu-
rium.*
5 *Abſolutio a iuramento, an petatur ex contractu nullo.*
6 *Caducitas ex capite deteriorationis,quando incurratur.*
*Deterioratio ad inducendam caducitatem qualis eſſe de-
beat.*
7 *Minor alienat ſine ſolemnitate, quãdo id facit in execu
tionem contractus initi cum ſuo auctore.*
*Solemnitas non requiritur in contractu minoris alienan-
tis in executionem contractus ſui auctoris.*

A R G V M E N T V M.

*De ætate legitima 25. anno.per ſtatu-
tum redacta ad 18. annum, non at-
tendenda circa alienationes rerum
immobilium.*
*Et de abſolutione à iuramento peten-
da, & intra quæ tempora.*
*Et de caducitate ex capite deteriora-
tionis incurrenda, et quot requiran
tur copulatiuè.*

D E C I S I O XXII.

ILLVSTRES DD. Laurẽtius
& Theodorus fratres, & filij q.
Do. Alexãdri de Comitibus de
Vernijs minores 25. annotum
maiores tamẽ 18. vt in rei iurãdo
affirmatũt, narrata quadam an-
tiqua cõceſſione emphyteutica ab eorum auctori-
bus reis cõuentis, & eorum auctoribus fieri ſolita,
& illam ſequi intẽdentes, ſub eiſdem pactis,& con-
ditionibus eadem bona relocatunt.

Mortuo deinde Dom. Laurẽtio, Dom. Theodo-
sus egit aduerſus dd. emphyteutas ad dimiſſionem
bonorum,nõ obſtãte dicto inſtumẽto relocationis,
quod nullum eſſe prętẽdebat, & qoatenus validum
eſſet,dicebat de caducitate ex capite deteriorationis,
& ob Sacellum reædificãdum nõ reædificatum, ac
etiam de læſione vltra dimidiam, iuxta l.2. C.de re-
1 ſcind.vẽdi. † quam locum ſibi vẽdicare etiam in lo-
catione tradit Alex.in cõſilio 112.colum.pe.libro j.
Deci.conſi.583.

Nullitas deducebatur ex ſtatnto libro 2. capitu.
115. quo cauetur cõtractum minorum nõ ſetuata
2 forma ibi tradita,fore nullum etiam iuratum,† de
cuius validitate nõ dubitabatur,ex traditis per A-
lexand,in conſil.196.libro 6.

Et licet ſtatutũ reducat ętatẽ legitimã 25.anno-
3 rum ad 18.annum,id † tamẽ dicebatur nõ procedere
ĩ alienatione rerum immobilium,cuius reſpectu lex
ciuilis p ſtatutũ nõ dicitur alterata. Caſt.in l.eos,C.
de his,qui veni.ęta.impe. Deci.cõſi.39.col.2.& Ro-
lã.à Valle,qui alios citat in cõſilio 7. num.17.lib.3.

Hoc tamẽ fundamẽtum nõ trãſibat ſine difficul-
tate, propterea, qđ ſtilus ciuitatis aliter ſe habebat,
& propter notata p Ang. in l.more, nu.3.de acquir.
hæred.

hæred.Ruy.in conſ.126.num.4.lib.5.

4 Vltra,quod erat inſtrumentum iuratum, †& abſolutio non fuerat tempeſtiuè petita,& obtenta ante detectum periurium,& ante litem motam Fede. de Sen.in cōſ.301.in fi. Anch.conſ.198.col.fi.Rom. conſi.316.Rolan.conſ.34.nu.2. lib.1. Quam difficultatem actor euadere nitebatur mediante d. nul-
5 litate inſtrumenti, † quo caſu petitio abſolutionis a iuramento non neceſſariam prætendebat, ex commu.opinio.per Suz.Iun.in conſ.3.col.fi.lib.2.

Verum id non videbatur tutum propter auctoritates contrarias, & propter communem obſeruantiam,vt late per Virgil.Baeca.ſuper conſtituit. Marchiæ,l.5.cap.25.in gloſſ.2.num.19.& gloſ.6. num, 117.& ſeq.

Caducitas ſimiliter ex capite deteriorationis multifariam deducebatur,ſed re vera probatio erat obſcura non diſtinguens,an arborum inciſio facta foret tempore reorum,vel eorum auctorum, vltra qđ non conſtabat, an damnum eſſet in notabili quantitate,& ad perpetuum agri detrimentum, & dolo
6 conductorum factum, † quorum omnium concurſus requiritur ad inducendā caducitatem ex iſto capite,vt patet ex latè congeſtis per Rolan. in conſil. 42.lib.2.& per Redoa.de reb.eccl.non alie.in tit.de caducitate ob rei deteriorationem.

Et quantum attinebat ad Sacellum non reædificatum, intentio actoris ſimiliter corruere videbatur, quia iam partes conuenerant de pœna in caſu contrauentionis, & caducitatis pęnā non reperiebatur appoſita ad Sacellum pręterquam quod id non fuit principaliter in iudicio propoſitum.

Læſio ſimiliter vltra dimidiam, & ſi prima fronte appareret attento præſenti ſtatu, erat tamen animaduertendum,quod res erant melioratæ, & reddebant tot fructus induſtria conductorū,vt digni fuerint prerogatiua renouationis de 29.in 29 annis,vltra qood in ingreſſu ſoluebant ſcut.90.

DD.fuerunt in voto abſoluendi reos conuentos, & reiectis cæteris tāquā friuolis ſola nullitas inſtrumenti ex capite nō ſeruatę ſolēnitatis negocium faciebat, quę non fuit attendēda, quia renouatio ſeu relocatio prædicta fuit facta in neceſſariā obſeruantiam obligationis, & contractus initi cum patre,&
7 auctore relocantium,†quo caſu ſine ſolemnitate minores alienant l.1.in prin.& l.magis puto. ff.de reb. eorum.Bar,in l.qui Romæ.§.cohæredes.ff.de verbo. obli.Menoch.de arbi.iud.lib.2.centu. 2. caſu 171. num.67.& late Octa.Simonecll.de decre, inſtitu.6. lib.2.num.108.& ita limitantur omnia iura, & ſtatuta prohibentia alienationem rerum minorum ſine ſolemnitate,non procedere in alienante ex mandato auctoris,vel legis.

S V M M A R I V M.

1 *Pactum l.commiſſoriæ reprobatum in pignore.*
2 *Pactum l.commiſſoriæ reprobatur etiam in alijs contractibus.*
3 *Pactum,quod res ſit empta pro tanto precio, vel ſimpliciter empta,quomodo differat.*
4 *Pactum,quod res ſit empta pro certa ſumma expreſſa ſapit aſperitatem quandam.*
5 *Fideiuſſor pro aliquo in certam ſummam cui ſit res hipothecata pro conſeruatione indemnitatis, an paciſci poſſit, quod ſoluendo d.res intelligatur data in ſolutum pro d. ſumma.*
6 *Pactum prædictum,an licitè apponatur ex interuallo.*
7 *Pactum,quod res intelligatur data inſolutum fideiuſſori ex interuallo adiectum parat ius excipiendi, & retinendi.*
8 *Fructus,an veniant reſtituendi pro rata precij ſupplendi iuxta terminos l.2. C.de reſcind.vendi.*
L.2.C.de reſcin. vendi. cum ſua materia, an habeat locum reſpectu fructuum.

A R G V M E N T V M.

De pacto legis commiſſoriæ, an in pignoribus reprobetur,et quando.
Et an veniant fructus in reſtitutione precij ſupplendi iuxta terminos l.2. C.de reſcin.vendi.
Fideiuſſor, cui pro ſua indēnitate fuerit hipothecata certa res, an paciſci poſſit, quod ſoluendo dicto res ſibi intelligatur data in ſolutum pro dicta ſumma.

D E C I S I O XXIII.

FIDEIVSSERAT Bartholomęus de Tholomeis apud Franciſcum Renuccinum pro Philippo Cerdone in certa quantitate denariorum occaſione mercium ab eius apotheca habitatum. Et pro conſeruatione ſuę indemnitatis fuit eidem hipothecata domus cum alij bonis ibi contiguis, d. fideiuſſori iam locatis, hoc tamen pacto conuento inter eos,quod in euentum in quem Bartholomęus fuiſſet coactus ſoluere (prout poſtea ſoluit) ex nunc prout ex tunc,dd.bona intelligātur ſibi vendita pro dicta ſumma.Occaſione pręmiſſorum orta fuit controuerſia inter eos corā MM.DD. Conſeruatoribus legum, vbi ſummarie proceditur ſola facti veritate inſpecta,& attentis tantum proſecutis.

Dubitabatur enim de validitate d.pacti,& an lo-
1 cus eſſet l.fi.C.de pac.pig. & † ſic an ſapiat pactum legis commiſſoriæ,ita quod fideiuſſor re amiſſa,ſolutum recuperet.

Et videbatur affirmatiue reſpondendum, cum vix negari poſſit verſari in contractu pignoris,& hipothecæ pro conſeruatione indēnitatis, & quod fuerit vti illud l.commiſſoriæ pactū reprobabile l.1.& l.fi.C.de pac.pig.Alex.in conſ.178.col.2.nu.2.lib.7. non obſtante, quod non eſſemus in contractu mu-

tui,

2 tui, † cui etiam in alijs contractibus reijciatur tale
pactum d.l.fi.& tradit Neguſan.de pign.4.par.prin.
3 num.2.verſi.primo amplia, † & maximè, quia cum
uon ſit dictum ſimpliciter ſeu pro iuſto precio ſit
emptum (quo caſu huiuſmodi pactum non repro-
batur cum euitetur iniquitas precij, vt poſt Barto.
in l.quamuis.ff. de ſolutio,tradit Neguſan. vbi ſu-
pra verſ. 2. fallit. Alexand. d.conſilio 178. Couar-
ru.varia.reſolu.lib.3.cap.2.num.8. verſ.ſecundo in-
4 fertur,†ſed fuit dictum pro eadem ſumma.quæ ver
ba continent in ſe aſperitatem, & violentiam quan
dam creditoris quaſi volentis rem illam habere mi-
nori precio a ſuo debitore ęre alieno prægrauato,
ita,quod vſurę labem non effugiat, vt deducit Ale-
xand.d.conſ.178.col 2.

Ex aduerſo dicebatur pactum fore licitum, quia
vbi agitur de alterius intereſſe,qoam creditoris, ſi-
milia pacta admittuntur, prout hic contingere vi-
debatur,vbi pactum hoc non reſpicit intereſſe Fran
ciſci,ſed Bartholomæi fideiuſſoris, qui non dicitur
5 creditor, † & poteſt paciſci etiam ſub iſtis verbis
quantumcumque pro minori precio, de quo vide-
tur tex.expreſſus in l.fin. ff.de contra emp. vbi Bar-
to.& Bald.id expreſſe annotarunt. Abb.in cap.ſigni-
ficauerunt,& de pignn.& eſt communis opinio te-
ſte Couarru.d.cap.2.num. 8. verſ.ſecundo pactum,
licet ibi ipſe reprobet.

Quod maxime admitti poſſe videbatur in hoc
6 caſu,† vbi tale pactum non fuit adiectum in limine
contractus principalis obligationis inter credito-
rem,& debitorem initę,ſed ex interuallo, eum ceſ-
ſet aſperitas.& violentia prædicta, & rationem dif-
ferentiæ aſſignat Barto.in d.l.quamuis, & in l. Ti-
tius,de pigno.actio.Neguſan.vbi ſup.num. 6.quam
diſtinctionem reprobat Couarru.in d.cap.2.

Qui quidem fideiuſſor eo magis erat audien-
dus,qnia non agebat,ſed ſe defendebat, & in reten-
7 tione ſe fundabat, † quæ exceptio, & retentio ex d.
pacto per interuallum appoſito, paratur ſecundum
omnes,licet forte ad agendum non ſufficeret. Bar.
in d.l.quamuis.Alex.d.conſi.178.col.1.

Quibus ſtantibus D. Aſſeſſor DD. Conſeruato-
rum maluit potius remedium l. C. de reſcind. ven-
di.confuſe intentatum attendere, quàm aliquid ſu-
per d.controuerſo articulo diffinire,& ideo cognita
læſione precij declarauit teneri ad ſupplementum
precij vſque ad certam ſummam per eum declara-
tam vnà cum fructibus a die venditionis perceptis
pro rata precij non ſoluti, vel ad rei reſtitutionem.

Magnifici DD. Conſeruatores non aſſentientes
huic eorum D. Aſſeſſoris relationi, conſulerunt
nos, vt quid iuris nobis videretur ſignificaremus.
Quorum conſultationi reſpondendo diximus ſen-
tentiam D.Aſſeſſoris fore reformandam in ea par-
te in qua de reſtitutione fructuum diſponit, quos
non niſi a die litis cõteſtatæ deberi exiſtimauimus.

8 Nam † quicquid ſenſerit Bald. & Salic. in d.l. 2.
num 4 & 5.in hoc puncto,magis receptum eſt fru-
ctus non deberi reſpectu precij ſupplendi, niſi poſt
motam,quia contractus tenuit ab initio licet reſcin
datur, & emptor habuit titulum coloratũ, & bonã
fidem ad faciendos fructus ſuos, & veditori impu-
tandum, cur non prius de ſuo iure expertus ſit: lex
enim 2.C.de reſcin.vend.& cap.cum cauſa, de em-
ptio. & vendi. diſpoount circa reſtitutionem rei,
& poſſeſſionis,nihil de froctibus decernẽdo, de qui
bus ſi voluiſſent,dixiſſent,& ita tradit Cœpolla de
ſimula.contract.in 1 caſu, columna 6. Anto. Burg.
in d.cap.cum cauſa.& Fabia. de Monte quos refert,
& ſequitur Cagno.in dicta l.ſecunda,nmmero quar
to, & ita tenuit hęc Rota die 14. Martij 1572. &
1554 die 10.Aprilis,ad ſtipulantur tradita per Co-
uarru.varia.reſol.libro ſecundo, capitu. tertio,nu-
mero 9.&c.

SVMMARIVM.

1 *Incendium pluribus modis fieri contingit.*
2 *Incendium non omne punibile, ſed dantur caſus excu-ſabiles, veluti in his, quę humana natura reparari non poſſunt.*
3 *Incendium in dubio præſumitur factum in tempore quo pœna euitatur.*
4 *In dubio eſt faciẽda præſumptio ad excluſionem delicti.*
5 *Statutum, quod villa teneatur reſarcire damnum per incendium illata, licet ſit tollerabile, non tamen eſt laudabile.*
6 *Vniuerſitas, quod obligetur ex delicto ab incerta perſona commiſſo eſt contra iuris regulas.*
7 *Statutum poteſt inducere pro bono publico, quod alius pro delicto alterius puniatur non corporaliter, ſed pecuniaria pœna, num. 12.*
8 *Statutum, quod vniuerſitas caſtrum, ſeu villa teneatur de damno illato, & de delicto in ſuo pleberio facto fundatur in negligentia cuſtodire debentis ſua territoria.*
9 *Cuſtos non cuſtodiendo dicitur eſſe in culpa.*
10 *Incendio probato, eo ipſo probata dicitur incuria, & negligentia cuſtodire, & inuigilare debentis, nume. 12.*
11 *Incendia plerumque culpa, & facto alicuius.*
12 *Incendium, quod à nemine fiat inter miracula reputandum.*
13 *Statuto dictante, quod vniuerſitas teneatur reſarcire dãnum, debet in tali caſu damnũ quoque paſſus concurrere pro ſua rata cum alijs de vniuerſitate.*

ARGVMENTVM.

Stante Statuto prout eſt Florent.lib.2. rub.75. De incendijs, & vaſtis, quod vniuerſitas teneatur ad damna, an excluſa culpa inhabitantiũ: & poſito quod ignoretur, quomodo, & a quo ignis immiſſus fuerit in domo concremata; An vniuerſitas teneatur in dubio ad reſarciendum tale damnum ex incendio emanatum.

Et

Et de incendijs, & an culpa, vel facto alicuius factum præſumantur.

DECISIO XXIIII.

FVIT dubitatum ſuper ſtatuto Florentino lib. 2. rub. 75. De incendijs, & vaſtis. An excluſa culpa inhabitantiū, & poſito quod ignoretur quomodo, & a quo ignis fuerit immiſſus in domo cō
ciuitatis, communitas, Caſtrum, Villa, Vniuerſitas teneatur in dubio ad reſarciendum damnum ex incendio datum damnum paſſo, quem articulum ſatis dubium reputat Bald. in conſi. 374. ſub numero 3. lib. 2.

Et pro vniuerſitate, ſeu plebatu, quod in dubio
1 non teneatur, adducebatur, quod † incendium ex pluribus modis fieri contingit, vt dicit Bald. in conſi. 174. caſus libr. 2. & conſil. 77. & 78 libr. 3. Sebaſtia. Medi. in tract. de caſibus fortui. 107 quæſt. 2. partis, in princ.
2 Inter quos dantur caſus in quibus † incendium redditur omnino impunibile, prout eſt ex fulgore, & celitus emiſſo, hoſtium incurſu, vel alio accidenti, cui humana prouidentia reſiſti non poſſit, vnde cum incēdium fieri contingat ex cauſa punibili,
3 vel non punibili, † in dubio dicendum factum in tēpore quo pœna excluditur, ad Bart. in l. non ſolum. §. ſed vt probari. ff. de op. no. nun. cum concordantibus per Anto. Gabr. lib. 7. de crimi. concluſio. 2.
4 nume. 26. in 12. illatione, † quia in dubio fit præſumptio ad excluſionem delicti, l. merito. ff. pro ſocio. Aleia. de præſumptio. in prima præſump. 3. regu. & eſt vulgare quod promptiores eſſe debemus ad abſoluendum quàm ad condemnandum.
5 Et maxime in caſu d. ſtatuti, † quod licet ſit tollerabile, non tamen eſt laudabile, vt inquit Calca.
6 conſil. 66. † propterea quod tendat contra iuris regulas ad obligādam vniuerſitatem pro delicto alterius, & ab incerta perſona commiſſo. Affli. ſuper conſti. Reg. lib. 1. rub. 26. de Maleſi. Glande. per l. ſ. C. de pen. & Ezechiel, cap. 18. anima quæ peccarit ipſa moriatur, & ita alias tenuiſſe Bald. Ang & Roma. tradit Gramma. conſil. 22. nume. 1. & 2. criminalium, ſentit Bero. in conſi. fin. col. 1. lib. 3.

His non obſtantibus, contrarium videbatur concludendum, nam omiſſa duritie d. ſtatuti de quo
7 non eſt diſputandum, † quia doctores admittunt pro bono publico ſtatui poſſe quem pro alio puniri poſſe pœna pecuniaria, non tamen corporali, vt tradit Couar. varia. reſolu. libr. 2. cap. 8. ſi non poteſt præſumi ab inhabitantibus factum (veluti quia de diligentia conſtet, vel culpa deſideretur) debet puniri vniuerſitas iſta ſub cuius territorio incendiū ſit factum.
8 Quia hoc † ſtatutum fundatur ſuper negligentia, vt inquit Boſſi. de capitu. numero. 42. à qua quælibet vniuerſitas etiam de iure communi præcauere ſe debet, cum cuſtodire teneatur loca ſua, eaque reddere expurgata à malis hominibus. Bart. in l. 1. § 10 ſumma ff. de his qui deiec. vel effud. & in l. ne quid ff. de incen. rui. & naufra.
9 Vnde cum habeat onus cuſtodię, † non cuſtodiendo, dicitur eſſe in culpa, & conſtituto ſimpliciter
10 de facto ipſo, † idest de incendio, fit locus d. ſtatuto in princ. dum dicit, incendium paſſus poſſit ſine nomine malfactoris inſtituere quęrelam contra vniuerſitatem, & eius homines, qui teneantur ad emendationem damni, nulla alia impoſita neceſſitate damnum paſſo, probandi modum immiſſi ignis, nec nominandi delinquentem, quaſi probato facto, probata ſit in curia, & negligentia non cuſtodientis loca ſua ne talia delicta ſequantur, & ita decidit Bald. in conſil. 174. caſus, libr. 2. & idem tenuit Gramma. d. conſi. 22. & nouiſſime modetni Florentini in terminis d. ſtatuti d. q. 7. num. 25. poſt Sozin. in c. ſi quis domum, num. 52. extra de iniu. & damno dato.

Nec obſtat, quod incendium contingere potuerit ex cauſa, & caſu non punibili, quia iura ad ea,
11 quę frequentius accidunt, accommodantur, & † plerunque incendia culpa, & facto hominum fieri con-
12 tingunt. Bald. d. conſil 174. ſubdens † miraculum eſſe, quod incendium fiat, & a nullo fiat, Affli. in deciſio. 57. ſub num 6.

Non obſtat, quod pœna ſuos debeat tenere auctores, quia tunc dicitur vniuerſitas grauari, non odio alieno, ſed propria culpa, & negligentia, vltra quod vt dictum eſt ex cauſa publicæ vtilitatis innocens quandoque pecuniaria pœna pro delicto alterius plectatur, & vbi ſtatuti verba ſunt clara, non ſunt cauillanda, ita in terminis dicit Bald. d. conſil. 174. in fin.

Et licet in mitiorem partem præſumatur pro nō delicto, quando tamen probatur incendium, reſonat in malum, & in conſequentiam neceſſariam negligentiæ, tunc durior fit interpretatio, Fely. in cap. auditis, num. 32. de pręſcrip. & ſic probato incendio, probatum dicitur delictum, quia facto hominis factum præſumatur, nec apparet de cauſa excuſationis, & conſequenter in duriorem partem fit pręſumptio ex traditis per Ant. Gabr. lib. 7. crim. concl. 2. num. 6. in 6. limita.

Vnum tamen placuit ſilentio non prætereundū,
13 † tamen in caſu quo vniuerſitas teneatur ad emendationem damni, tunc etiam debet pro ſua rata concurrere damnum paſſus vna cum alijs de vniuerſitate. Afflic. de rob. 26. num. 33. de maleſi. clandiſti. lib. 1. cæterum ad materiam incendij erit videndus Hiero. Gab. in conſ. 159. vbi plene.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria fit abſenti ſicut præſenti.*
2 *Iniuria fit in ſcriptis ſicut in voce, & illa quoque dicitur vocalis.*
3 *Noſtra intereſt non detegi defectus noſtros.*
4 *Iniuria an dicatur per crimen in genere obiectum.*
5 *Animus iniuriandi in dubio præſumitur.*
Iniuriandi animus in dubio præſumitur.

6 *Honor*

6 *Honor quantum ſit magnificiendus.*
7 *Iniuriarum multiplex eſt diſtinctio.*
8 *Veritas criminis obiecti, an excuſet ab iniurita.*
9 *Iniuria illata in iudicio, & probata excuſa, ſecus extra iudicium.*
10 *Quęlibet cauſa etiam iniuſta excuſat a dolo.*
11 *Suplicatio ad principem non dicitur libellus famoſus. Libellus famoſus non eſt ſupplicatio ad principem.*
12 *Ruſticus excuſatur a dolo præſumpto.*
13 *Qualitas iniuriantis, & perſonæ iniuriatę eſt attendēda*
14 *Hoſpes nequit ſe abſtinere a furtis.*
15 *De hoſpite lex male præſumit.*
16 *Et cadit ſub rubrica trium latronum.*

ARGVMENTVM.

De multiplici genere iniuriarum. Et an veritas conuicij excuſet ab iniuria.

DECISIO XXV.

VIVEBANT in communione
Romulus, Aotonius, & Lucas fra
tres germani, paupetes ruſtici, &
in carbonario exercitio victum
ſibi quærentes; Romulus, & An-
tonius audito, qđ Lucas vir alio-
quin figuræ ſimplicis vendiderat duas beſtias muli-
nas cuidam Saturno, pro reſcindenda venditione
porrexerunt preces Sereniſſimo magno Duci, & in
pręcibus præinſerta erant hæc verba, videlicet, che
gli ne fece dare a Saturno vn Battriſtone per fiorini
76. di quali ne pagò alla mano fiorini 32. che vi li
meſſe per quanto inteſe dire Tunino albergatore, il
qual accommodò detto Saturno di denari, acciò
faccia ſimile leuate, & per ſimile giuntarie ſi troua
hoggi in pregione.
Antonius hęc verba reuocauit ſibi ad iniuriam,
& inſtituta actione iniuriarū coram D. Iudice quar-
teriorum, illam extimauit ſcu. centum, affirmando
tanti ſua intereſſe propter illa verba, quæ attentis
bonis moribus ciuitatis reſonāt in iniuriam, vt per
ſe notiſſimum eſt.
1 Iniuria enim † fit abſenti, ſicut pręſenti. l. apud
Labeonem. §. conuitium. ff. de iniur. Io. de Ana. con-
ſi. 44. Nam tantum peccat, qui abſens rodit, quātū,
2 qui præſens lædit, † & fit iniuria in ſcriptis ſicut in
voce, & hæc verbalis ſimiliter dicitur. Rom. in con-
ſil. 378. Plot. inter conſi. criminū. diuerſo. lib. 1. conſi.
131. nume. 18.
3 Defectus † autem noſtros detegi inhumanum
atque iniurioſum eſt. l. 2. C. quā. & quibus quar. par.
lib. 10. Roma. conſi. 96. num. 2.
Et ideo iure merito egiſſe videbatur ciuiliter ad
proprium commodum, ad Barto. in l. iniuriarum ex
timatio. ff. de iniur. Cyn. & Ang. in l. ſi non conui-
4 tij. C. eodem. † Nam vbicunque in genere, ſeu in
ſpecie cuiquam crimen impingitur, iniuria inferri
dicitur ſecundum Bar Bald. & alios in l. 3. ff. de lib.
& poſthu. & in l. turpia, de leg. 1. Soz. conſi. 118. nu.
3. libr. 1. Licet quoad crimen in genere obiectum
contrarium tenuerit Natta, in conſil. 671. inquiens
ex verbis generalibus niſi in aliquam delicti ſpeciē
deſcendatur iniuriam non inferri.
Et licet forte ſupplicantes in precibus verba dixe
rint, non tamen ab hac actione liberantur, quia non
veritas conuitij, ſed libido, & animus iniuriandi ab
hac pęna eximit, qui animus iniuriandi probatur
5 ex iuris præſumptione, † quia præſumitur in dubio
talis animus, ita de communi opinione teſtatur Pa-
riſ. in conſi. 149. num 9. lib. 4. Soz. conſi. 146. nume.
7. Iuli. Clar. §. iniuria, verſi. quæro nunc, & clarius de
monſtrabatur, quia de contrario animo non doce-
batur quo quomodo, non pęnitentia, non proteſta-
tio, non declaratio aliqua ad Bar. in l. non ſolum. §.
morte, de op. no. nun.
Et ex his videbatur æquiſſimum, quod iſti hono
ris, & famę fieret reſtitutio, qui per conuitia læſio-
nem paſſus erat. ca. quiſquis. 8. q. 1. Couatru. variarū
reſolu lib. 1. c. 11. ſub num. 4. verſ. iuſtiſſimum. Bono
6 rum enim externorum maximum eſt honor, † de
quo, & quanti ſit faciendus, late Caſſan. in Catalo.
glor. mundi, in 1 par. per multas conſiderationes.
Quibus non obſtantibus contrarium fuit deci-
ſum, quia & ſi per Doctores detur in hac materia
7 † multiplex diſtinctio de qua poſt Old. conſi. 53. &
Roma. conſi. 96 tradit Boer. in conſi. 4. Tamen quā
tum attinet ad hunc caſum eam ſecuti ſumus opi-
8 nionem, † quod veritas in precibus narratorum ex-
cuſet proferentem ab iniuria ſecundum Oldra. d.
conſi. 53. num. 2. Rom. d. conſi. 96. colum. 2. verſi. t.
caſu. Fely. in cap. dilecti, colum. 8. de except. Boſſi. de
iniur. numero 3 & de commu. opinio. Boeri. dicto
conſilio 4. numero 36. Vbi dicit in hoc omnes con
9 uenire, † quod iniuria illata in iudicio, & probata
eximat ab hac actione iniuriarum, & ita tradit
etiam Clar. d. §. iniuria. verſicu. item quæro, & in q.
53. verſicu. Caueant. licet idem quoque ſit, ſi ex-
tra iudicium cum aliqua tamen cauſa dicatur, &
probetur, vt poſt Oldr. dicto conſilio 53. & Roma.
dicto conſilio 96. numero 4 tradit Boſſi. vbi ſupra,
10 numero 3. verſicu. 2. fallit, vbi etiam dicit † quam-
libet cauſam ſufficere ad excuſandum ab animo in-
iuriandi quantumcunque iniuſtam. l. item apud La
beonem. §. ſi quis Aſtrologus, & ibi glo. parua. ff. de
iniur. ſubdens ibi id eſſe generale in qualibet mate-
ria, vt quęlibet cauſa faciat præſumere abeſſe ani-
mum delinquendi, quod limitat Soz. dicto conſi-
lio 118 colum. antepen. verſi. his tamen, lib. 1. in de-
lictis extraiudicialibus, ſecus in his, quę in iudicio
committuntur.
Cauſa autem hic iuſta viſa fuit, quia oratores ap
poſuerunt dd. verba in precibus non vt Toninum
iniuria afficerent, ſed vt facilius a principe aſſeque
rentur, quę expetebant, & ſic prędicta narrarunt,
putantes, quod conducerent eorum cauſæ propo-
nendæ, quo caſu obiectum crimen dicitur ab iniu-
11 ria alienum, & maxime, quia † ſupplicatio ad ſupe
riorē nō dicitur libellus famoſus, vt in pūcto conſu
luit

Digitized by Google

loit Rom. d. conſilio 96. & tradit Boſſi. vbi ſupra, numero 4. Iodoch. in pract. crimi. capitulo 133. numero 2.

Et ad id, quod de malo animo in dubio præſumpto dicebatur, replicabatur non procedere in ruſti-
12 co, † qui excuſatur a dolo præſumpto. Gramma. conſi. 23. num. 5. prout, & alijs multis modis a pręſumpta iniuria quem excuſati tradit Cepoll. conſi. 70, num. 12.

13 Vnde nos, qui † vtriuſque perſonæ qualitatem inſpeximus, vt fieri monet Soz. d. conſi. 146. colum. pen. lib. 1. Folleri, in pract. crimin. in fragm. de iniurijs, ſtante veritate narratorum, quod tunc temporis teneretur Toninus in carceribus propter ſimilia, & grauiora delicta, & quod idem eſſet caupona, hoſpes honeſtiori vocabulo nominatus. Caſſan. in Catalo. glo. mundi 11. par. 46. conſidera. & conſe-
14 quenter, † quod ſit perſona de qua ius male præſu-
15 mit, † quia tales perſonæ a furto vix ſe abſtinere queant, vt dicit text. in l. 1 §. 1. ff. nau. cau. & ſtab,
16 † iſque cadat ſub rubrica trium latronum. Caſſan. in pręcitato loco. Plot. de in lit. iurando §. 10. nume. 12. probe factum exiſtimauimus ſi rudes ruſticos a doloſo hoſpite vexatos ab intentata iniuriarum actione liberaremus.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſolus reſtituit aduerſus rem iudicatam.*
Reſtitutio in integrum aduerſus rem iudicatam ſolus princeps concedit.
2 *Sine actione nemo auditur.*
3 *Agens ſine actione repellitur a limine iudicij etiam officio iudicis.*
4 *Statutum requirens denunciationem vicino faciendam in alienatione immobilium, an inducat actionem.*
5 *Sententia lata ad fauorem agentis ſine actione eſt nulla.*
6 *Filius acquirit patri.*
7 *Statutum intelligitur ſecundum terminos habiles.*
8 *Emptio, & venditio inter patrem, & filium non conſiſtit.*
9 *Filius quicquid habet a patre, vel ex re patris habere præſumitur.*
Præſumitur filius quicquid habet, a patre habere, num. 34.
10 *Statutum non inducit actus fruſtratorios.*
11 *Tituli defectus impedit præſcriptionem.*
Præſcriptio ſine titulo non procedit.
12 *Pręſcriptio non currit ignoranti.*
Ignoranti non currit præſcriptio.
13 *Nullus actus dicitur volente eo cuius fauore annullatur.*
14 *Error iuris mixtus cum errore facti prodeſt ad præſcribendum quoad titulum.*
15 *Solemnitas denunciationis ex lapſu decennij præſumitur.*
16 *Parentum commune votum theſaurizandi pro filijs.*
17 *Scientia ex quibus pręſumatur.*
18 *Ex pluribus pręſumptionibus oritur plena probatio.*
Probatio plena ex præſumptionibus inducitur.
19 *Scientia præſumpta ad excluſionẽ retractus, an ſufficiat.*
20 *Banniti, quæ amittant.*
21 *Bannitis denegatur audientia.*
22 *Banni exceptio, quando proponenda, & allegãda.*
23 *Bannitus quoties auditur, infertur grauamen.*
24 *Tollerantia banniti loco remiſſionis eſt 48.*
25 *Bannitus gratiatus, an recuperet bona amiſſa.*
26 *Filius patri proximior eſt.*
27 *Retractus, an competat filio ad rem a patre venditam*
28 *Filij non debent eſſe deterioris conditionis cęteris.*
29 *Deciſio in puncto eſt magnifacienda.*
30 *Hęres, an licitè veniat contra factum auctoris, nodoſus eſt articulus.*
31 *Negatiua difficilis probationis, & probata dicitur eo quod non probatur contrarium.*
32 *Paupertas probanda ab allegante.*
33 *Paupertas probatur pluribus modis.*
34 *Filius, quando de proprio acquiſiſſe præſumatur.*
35 *Præſcriptio, qualiter articuletur, & probetur.*
36 *Lex vbi reſiſtit, impedit ortum actionis.*
37 *Titulus nullus, & non ſolemnis impedit præſcriptionem.*
38 *Titulus nullus impedit translationem dominij, & poſſeſſionis.*
39 *Actus nullus, ita demum eſt nullus. ſi is velit cuius fauore annullatur.*
40 *Actus nullus in dubio præſumitur, quod conſenſus non pręſtetur ad conualidandum.*
41 *Actioni reſciſſoriæ quanto tempore præſcribatur.*
42 *Conſanguineus, & affinis, an pręſumitur ſcire facta affinis.*
43 *Solemnitas ex decennio non præſumitur, quando agitur de præiuditio tertij.*
44 *Scientia vera, & plena, nec ſufficit præſumpta in materia retractus.*
45 *Tollerantia banniti minoris eſt potentiæ, quàm ſit reſtitutio.*
46 *Bannito reſtituto non nocet medium tempus.*
47 *Tollerantia an, & quando loco reſtitutionis habeatur.*
48 *Actus ſonans in pati tantum, minus operatur, quam actus affirmatiuus, & poſitiuus.*
Patientia minus operatur, quàm cõſenſus affirmatiuus.
49 *Tollerantia, quomodo probetur.*
50 *Ambaſciatores eligi debent, quod ſint grati principi, & ab eo dilecti, oratores quales eligi debent.*
51 *Militis ſtipendia non cadunt ſub nomine locati, vel conducti, ſed ſub honeſtiori vocabulo.*
52 *Contrahens cum principe dicitur habilitatus.*
53 *Bannitum rebannitum facit principis uoluntas, non autem banni cancellatio.*
54 *Reſtitutio principis bannito facta quid, & in quibus operetur.*

ARGVMENTVM.

De bannito, an amittat ius prothomiſeos.

Et an filius admittatur ad retractum rei à patre alienatæ.

Et de tollerantia banniti, an vicem reſtitutionis obtineat.

Et

Et de effectu reſtitutionis bannito ex gratia principis conceſſa.
Et de ſcientia in materia retractus an vera, vel præſumptiua requiratur.

DECISIO XVI.

MARTINVS & Franciſcus fra-
tres de Cechis de Vzzano, qui
alias in cauſa retractus per Co-
lonnellũ de Bardellis contra eoſ-
dem mota, ſuccubuerũt per duas
conformes, ex gratioſo reſeripto
1 ſuę celſitudinis († ſolus enim princeps aduerſus rẽ
iudicatam reſtituit. Sali. in l. fin. C. ſent. reſcin. non
poſſe. Affl. io titulo quæ ſint rega. nu. *99.* in princ.)
iudicati reuiſionem obtinuerunt, cuius cognitio no
bis delegata fuit. Et ad docendum de iniuſtitia his
argumentis vtebantur, videlicet.
2 Primo, † quod actor ſine actione egerit. l. ſi pupil
3 li. §. videamus. ff. de nego geſt. † & ſic a limine iudi-
cij erat elimioandus etiam parte non opponente.
Alex. conſil. 146. colum. 1. lib. *6.*
Nam, & ſi ſtatutum Vzzani ſuper iure congrui
diſponat cum clauſula irritante in alienatione im-
mobilium requiri debere proximiores conuicinos,
4 † non tamen ideo retractũ concedit contra empto-
rem. Alex. coaſil. 173. in fin. lib. 6. prout etiam ſic
tenuit hæc Rota ſuper ſtatuto Balnei, vt in motiuis
5 libro 4. 210. ergo † ſententię latæ ad fauorem a-
gentis ſine actione ſunt nullæ. Roman. & Iaſ. in l. ſi
Titius. ff. de verbo. obligat. Aymo. in conſil. 191.
nume. 1.
Secundo arguebant a' notoria incapacitate Co-
lunelli, cui tamquam filiofamilias denunciatio pa-
tris vendentis fuiſſet inanis, & fruſtratoria ratione
reflexus acquiſitionis, ita quod denunciare filio in
poteſtate conſtituto nil aliud eſſet quàm inducere
actionem, & paſſionem in eodem ſubiecto, nam ſi
emiſſet, vtiq; patri denũcianti emiſſet ex regula iu-
6 ris, † quod quicquid acquirit filius, acquirit patri. l.
7 placet. ff. de acquir. hęred. † & ſtatutum intelligen-
dum ſecundum terminos habiles. l. vt gradatim. §.
& ſi legi. ff. de decurio.
8 Emptio † autem inter patrem, & filium de re pa
tris non conſiſtit. l. frater a fratre, & ibi Bart. & Cac-
cialup. q. 11. num. 56. & Cagnol. nu. 281. ff. de cond.
ind. l. 2. ff. de contra. emp. Niſi filius ſoluat precium
de re vel pecunijs, in quibus pater nullum ius habe-
9 ret, quod non præſumitur in dubio, † quia quicquid
habet filius, & neſcitur vnde habeat, a patre profe-
ctum pręſumitur. Ioan. Andr. & Anto. de But. in ca.
1. de pecu. clerico. Bald. in l. 2. per illum text. C. de
pat. pot. glo. & doct. in l. eum oportet in princ. C. de
bon. quæ lib. Alexan. conſi. 31. colum. 2. lib. 4. Zaſi.
conſi. 5. num. 8. lib. 1.
Agendo igitur ad retractum vigore ſtatuti, & nõ
docto, quod tunc temporis ſi interpellatus foret, de
propria pecunia emere potuiſſet, non videtur eſſe
in caſu victoriæ propter inutilem denunciationem,
10 † & ſtatutum non inducit actus fruſtratorios. l. hęc
ſtipulatio. §. diuus ff. vt legat. no. caue. Iaſ. in rub. de
acqui. poſſeſſio. num. 2.
Tertio allegabatur præſcriptio ſtatutaria lib. 2.
rub. 10. vbi poſſidens rem immobilem iuſto titulo
pacifice, per 10. annos inter præſentes, & 20. inter
abſentes acquirit ius dominij.
Et obuiantes tacite obiectioni de nullitate tituli
neceſſarij ad præſcribendum de quo opponi potuiſ-
ſet propter defectum denunciationis ex forma ſta-
11 tuti irritantis ſi ſecus fiat, † qui tituli defectus im-
pedit præſcriptionem, in qua titulus ſit neceſſarius.
Imol. & Butr. in cap. peruenit. colum. 2. de empt. &
vend. de quo latè Sena. Pedemonta. in deciſio. 159.
nume. 5.
Nec non occurrentes ad aliud, quod de ignoran-
tia replicari potuiſſet per Colunellum, videlicet,
12 † quod ignoranti (factum maximè) non currat
præſcriptio. Pet. de Vbald. de cano. epi. ca. 2. nu. 25.
Ad vtrumque ſic reſpondebant. Dicebant enim
quoad titulum nullum, quod contractus emptionis
13 fuit vere celebratus, † & tunc ita demum eſt nullus
ſi is voluerit cuius fauore annullatur l. cum inter.
vbi Bar. & Bal. C. arb. tute. Tiraq. poſt l. cõnubia. gl.
8. nu. 91. & de ret. conuentio. §. 1. gl. 2. num. 10. Vn-
de interim valet.
Immo agendo ad retractum pręſupponit em-
ptorem dominum, nec dicit venditionem nullam
ſed validam. Soz. conſi. 4. num. 29. lib. 2.
Et vlterius allegabant ſe in iure, & in facto erraſ-
ſe, cum putaſſent venditorem cui incumbit onus de
nunciandi, denunciaſſe.
14 Error † autem iuris mixtus cum errore facti pro-
deſt in titu. ad præſcribendum. Felin. in capit. de 4.
nu. 36. de præſcript. Balb. in l. Celſus. in princ. n. 22.
15 de vſucap. † vbi etiam dicunt titulum emptionis à
nullitate tueri per lapſum decennij, quo tempore
præſumitur ſolennitas denunciationis. l. ſciendum,
de verbo. obliga. Aymo. in tract. de antiq. temp. 3.
pat. in prin.
16 Et arguendo † à fama, & a facti qualitate de faci-
li ad notitiam filij deuenibilis, & temporis curſu, vt
arguit Sozi. Iun. in conſi. 31. num. 36. lib. 2. Aym. in
conſi. 168. num. 5. idem Soz. in conſi. 116. nume. 48.
lib. 1. ſingula ſingulis referendo ſatis plene ſcientia
17 videtur inducta, † quia ex pluribus præſumptioni-
bus plena oritur probatio. gloſ. in l. excuſantur. ff. de
excu. tuto. Bald. in conſil. 249. in fi. lib. 1. in tantum,
vt ibi veritas eſſe dicatur, vbi adſit legitima præ-
ſumptio, & ad rem loquitur Calca. in conſ. 16. num.
66. Deci. conſi. 222. verſic. 3. principaliter Alex. cõſ.
18 24. col. 2. lib. 4. & conſi. 138. lib. 7. † quatenus volũt
in dd. locis ſufficere præſumptam ſcientiam, vt laba
tur terminus ad retractum. Ant. de Bard. in tract. iu
ris protho. quęſt. 6. num. 4.
Quarto quia iſte filius poſt factam à patre ven-
ditionem fuit bannitus in ęre, & in perſona, & ſic
excluſus à beneficio ſtatuti.
19 Amittũt † n. banniti omnia iura, & priuilegia ſi-
bi a iure municipali competentia. Bar. in l. amiſſio-
nis

nis.§.qui deficiunt.ff.de cap. dimi. Bar. Aug. & alij
in l.ex facto. §.ex facto,ad Trebel. Alex. conſil. 73.
col.5.lib.1.& poſt Neſlum, Boſ. in tit. banniti quid
amittant nu. 10.& in terminis rettractus Tiraq.tra-
dit in tit.de ret.conſi.§.1.gloſſ.9.num.27.

Sunt enim hodie banuiti noſtri temporis diffida-
ti, & extra protectionem cōis poſiti, & exeluſi ab
20 omni actu legitimo,† & illis vigore ſtatutorum de-
negatur audientia, quo fit vt quicquid cum eo fiat,
nulliter agi dicatur. Iaſ.in l. 1.§.ſub tota,nume. 6.ad
21 Trebel. Alex.conſ.137.num.1.lib.2.†licet in ciuili
bus opus ſit excipere, quod non cadit in criminali-
bus.Bar.in d.§.ſublata, & in l.cum lex.col. fin.ff.de
fideiuſſo. Et licet rei conuenti litigarint ab initio
cum actore non oppoſita banni exceptione, potue-
runt tamen poſtea quandocumque ad futuros actus
22 excipere.† quia quoties auditur bannitus, dicitur
ſuperuenire grauamen.Phil.Fran.in cap. ex parte,
per illum tex.col.2.ſub num.7.de appel.

23 Nec actori prodeſſe aiebant tollerantiam † quæ
loco remiſſionis habetur. Salic.in l.nullus. C.de Iu-
dę.Marſi.ſing.77 quia id forte procederet reſpectu
tutelæ.& aſſecurationis ſuę perſonæ ne impune of-
fenderetur, non autem quoad iura, & bona amiſſa,
24 quę nedum ex tollerantia,† ſed ne quidem ex gra-
tia legitima de banno obtenta recuperat.Bar. & alij
in l.gallus.§.& quid ſi tantū,de lib.& poſth.Fel.in c.
inter quatuor, de maio. & obed.Bar. in l.fin. C.de
ſen.paſſ.Tiraq.de ret.conſ.§. 1.gloſ.10.num.71. Ius
igitur retractus ſi quod filio competebat, iam diei
poterat amiſſum, & conſolidata venditio, quę per
tollerantiam banniti non alteratur.

In contrarium pro actore faciebat lex municipa
25 lis vocans proximiorem ad retractum,† filius au-
tem patri, & agnatus,& quibuſcunque alijs proxi-
mior dicitur.l.ſi filius.ff.de ſuis.& legiti.§.ſūt autē,
inſti.de legi.agna.tute.& ſtantibus verbis ſtatuti, &
26 omiſſa denunciatione ex forma facienda,† videtur
filio aperta via retractus ad rem a patre venditam,
eo non citato,nec requiſito,prout in fortioribus ter
minis in filio qui patri hæres extitit, decidit Henr.
Boich.in cap.conſtitutus per illum tex. de in integ.
reſtit.& in puncto firmat Sozi. Iun.conſil.4.libr. 2.
Boer.deciſ.12.Tiraquel. de ret.conſ. §.1.gloſſ.9. nu.
46.& ſeq.

27 Alioquin † filij eſſent deterioris conditionis cæ-
teris agnatis, quod abſurdū eſſet. l.ſi viua matre,C.
de bon. mat. Et cum adeſſent deciſiones in puncto,
non erat vlterius quærendum,ad Felin. in cap.cum
28 ordinem,num.3.de reſcrip.Neuiz.conſ.67.†Hodie
enim magnifacimus habere doctrinā in terminis,
vt inquit Natta in conſil.631.num.17.

Et hanc partem vnanimiter pro actore contra at-
tentātes reuiſionem rei iudicatę DD. ſecuti fuerūt,
pronunciantes bene iudicatum, & male recurſum.
In quam ſententiam eo libentius deuenimus, quia
non fuit probatum actorē non fore hæredem patris
alienantis,quia tunc fuiſſemus coacti tangere nodo
29 ſum illum articulum an † liceret venire contra fa
ctum auct.de quo per Tiraq.d.gloſ.9.nu.47. & nu.
52.a quo eſſe cauendum, monet Aret.Ptncl.in l.1.
in 3.pat.num.82.C.de bo.mat.vbi ex pluribus ratia-
tionibus ad l.cum à matre.C.de rei vendic. probat,
non licere ei,qui ſit hęres,contra factum ſui aucto-
ris quoquomodo venire neque vt hęres,neque alio
quouis nomine, quicquid ſenſerit Henri. Boich. in
d.cap.conſtitutus, per textum in l.debitor. §. fin. ff.
ad Trebellia.

Et reſpondendo contrarijs, non obſtat primum,
quia hæc Rota contrarium tenuit in eodem ſtatu-
to Vzzani reſpondendo motiuis aliorum,& Alex.
in loco præcitato procedere in terminis diuerſis cō-
ſuetudinis:hic autem ſumus in ſtatuto,quod hacte-
nus ex interpretatiua conſuetudine ſit declaratum
& approbatum. Alias redderetur eluſoria diſpoſitio
d.ſtatuti,ſi facta venditione in extraneum non ſerua
ta forma illius,non poſſet proximior non requiſitus
ab emptore retrahere,& tamen vult ſtatutum ven-
ditionem hanc fore nullam.

Aget igitur condictione ſtatuti contra empto-
rem,vt per Caſſanę.in conſuetu. Burgun. de terra.
rub.10.§.1.in verſicu.le peut racheter,verſi.quæro,
qua actione.

Non obſtat, ſecundum de fruſtratoria requiſitio
ne,quaſi filius non potuiſſet emere niſi de re patris,
quia & ſi paupertas tanquam naturalis qualitas in
quolibet ineſſe præſumatur. Alber. in l.ex perſona,
per illum tex.de proba.& tanquam negatiua ſit dif-
ficilis probationis, ita, quod ſatis probata videa-
30 tur † ex eo, quod non probatur contrarium de di-
31 uitijs.Coua.varia.reſol.lib.2.c.6.nume. 3. † tamen
fundans ſe in paupertate tenetur probare, gl.magi-
ſtra,in l.ſi vero.§. qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſd.
cog.& ibi not.Caſtr.Alex.Iaſ.& Alcia.27.pręſump.
2. reg. num. Adeo, quod ex ſola præallegata præ-
ſumptione non videtur huic oneri probandi ſatiſ-
32 factum, † cum non deſint alij modi probandi pau-
pertatem de quibus Beninca.in tracta. paupertatis,
q.6.num.5.& ſeq.

Præterea,quòd dicebatur de filio,quod quicquid
habet,præſumatur habere de re patris, euitabatur,
33 quia†tunc ſeorſum a patre habitabat, & ſic pręſu-
mitur potuiſſe aliunde habere de proprio, quòd pa-
tris acquiſitionem omnino effugeret, vt declarat Ia
cob.Emilia.in conſi.34.in fi.et Bald.in l. cum opor
34 tet.in prin.col. 2.C.de bo.quæ lib. Habebat † etiam
dotem vxoris,& erat miles, & ſic aptus ad lucrandū
abſque re patris. Alex.conſ.31.ſub nu.6.lib.4.

Non obſtat tertium de pręſumptione, quia non
35 fuit probata,† oportebat enim particulariter pro-
bare pręſentiam, & domicilium vtriuſque in loco
iudicij moti per totum tempus,quo currit præſcrip
tio.Iacob.Butr.in l.ſi.C.de præſcrip.lon.temp. ſequi
tur Cæphal.in conſil.39.num.14.Roland.conſi.79.
num.31.lib.1.

Deſiderabatur etiam iuſtus tit. non enim poteſt
inniti iuſto tit.qui contra iura mercatur, & cui lex
reſiſtit,& illico ad non tit.reducit,arg.no.p Bar.in l.
cum lex.ff.de fideiu.& in l.ſi non ſortem,in princ.ff.
de cond.ind.Cęph.conſi.437.num.22.

36 Legis enim † reſiſtentia fienti impedit ortum
actionis,ita & tituli,& vbi titulus requiritur ex ali-
qua

Digitized by Google

37 qua diſpoſitione, † ſi minus ſolemnis ſit, prçſcrip-
otionem impedit, vt in prçallegata deciſ. Pedemon.
159. num. 5. Licet forte, quoad acquiſitionem fru-
ctuum aliter ſenſerint do. vt ibi, num. 7. & 8.
38 Et quemadmodum nonnullis placuit † nullitas
tituli impedit dominij translationem, & poſſeſſio-
nis, de quo articulo ſtat conflictus opinionum, qua
rum meminit Tiraquell. de conſtit. poſſeſſ. in 3. par.
7. limit.

Et quamuis poſſet ſperari conualeſcentia huius
39 contractus inualidi ex defectu formæ, † ſi accedat
conſenſus eius cuius fauore annullatur. Rom. conſi.
54. col. 2. Interim tamen ſemper nullus erit.
40 In dubio † autem, an is cuius fauore actus annul-
latur, ſit comprobaturus, debet caſus incertus pro
certo reputari ad impediẽdum actum potius, quàm
ad confirmandum, & ſic, quod potius ſit impugna-
turus, quàm firmaturus. Aymo. in conſ. 152. ſub nu
me. 5. Zuchar. in l. fi. nume. 249. C. de edi. di. Adri. col
lẽ. Vltra, quod diſpoſitio d. ſtatuti male videretur ex
pendi, in caſu iſto cum loquatur de præſcriptione re
rum mobilium, & immobilium? hic autẽ ſumus in
iure, & facultate retractus, quod ſub alia temporis
præſcriptione regulatur, vel ſecundum ius cõmune
intra annum. Marſi. ſingu. 64. vel ſecundum aliquos
intra 30. ann. Tiraquell. de ret. conſ. §. 1. gloſ. 10. nu.
10. & 16. & §. 36. glo. 2. num. 36.
41 Vnde † cum hic agatur de reſciſſione contractus,
poſſet etiam poſt 10. annos de iure agi. l. & elegan-
ter. ff. de dol. cum concord. per Rebuf. de reſciſſio.
contra. art. vnico glo. 19. num. 21. licet nonnulli ali-
ter ſenſerint, quod huic actioni tãquam in rem ſcri
ptç etiam 10. anno. ſpatio prçſcribatur, vt refert
Tiraq. de ret. conſ. §. gloſ. 10. num. 16.

Cæterũ, quod de præſumpta ſcientia veræ çqui-
pollenti dicebatur, eamque ſufficere ad excluſionẽ
retractus, apparebat nullam in proceſſu probatam
coniecturam ex qua probabilis ſcientia inferri vale
ret; non cohabitatio, non vicinitas locorum, non fa-
ma, nõ facti qualitas communicabilis cum filijs (di-
ſtractio enim bonorũ pleru mque fit a parentibus
42 inſcijs filijs ad euitanda domeſtica iurgia,) † & ſo-
la affinitas non inducit ſcientiam præſumptam eo-
rum, quç in facto conſiſtunt, & clandeſtine aguntur
a coniunctis, Bald. in l. quoniam ſororem. C. de iure
delib. & ita limitat d. l. octaui. Ant. Gab. de præſum.
concl. 6. num. 15.

Quemadmodum nec curſus 10. anno. ſufficit, vt
præſumatur acceſſiſſe ſolemnitas denunciationis,
43 † qñ agitur de præiudicio tertij, & tendit ad excluſio
nem iuris alterius. Imo. in l. 1. §. denique, col. 2. de
aq. plu. arcen. & in c. peruenit, col. 3. in fi. de empt.
& vendi. & maxi. quando ſolemnitas non potuit in-
teruenilſe tempore actus geſti, vt hic, vbi prçcedere
debebant interpellationes ex forma ſtatuti.

Proinde data cõiecturata, ꝙ ſciẽtia adhuc dici de
44 bebat, nõ ſat eſſe ad excludẽdum a retractu, † quia
ex veriori ſententia, talis ſcientia debet eſſe vera, cer
ta & plena cum omnibus ſuis qualitatibus, nõ autẽ
generalis, & informis, ſeu præſumpta; vt magis cõ-
muniter concludunt doct. quos allegat Afflic. de iu.
protho. §. vt in tract. Tiraq. de ret. conſ. §. 36. Iacob
Nouel. in tract. iuris proth. §. 7. num. 24. Bero. conſi.
68. num. 86. lib. 1. dicens, quod vbi propter ſcientiã
quis excluditur a ſuo iure, tunc nõ prçſumptiue, ſed
vere, & clarç debet ſcire, & ita etiam inquit Anto.
Bard. in tract. iur. congrui. q. 6. vbi diſtinguendo ma
teriã ſcientiæ non ſemel concludit maximè ſub nu.
3. & 4. quod vbi intimatio ſit facienda pro forma
nõ ſufficit generalis, & prçſumpta ſcientia, niſi par
ticulariter de cõtractu iam facto cum omnibus ſuis
qualitatibus plena notitia habeatur, & tradit Soz.
Iuni. d. conſi. 4. colum. penult. Minus etiam obſtat al
45 legata † tollerantia banniti, quaſi ſit quædam In-
dulgentia conniuentibus oculis velata, quæ mino-
ris eſt potentiæ, quàm reſtitutio, vt tradit Nellus de
Ban. 1. par. 3. temp. num. 4.

Quia hæc exceptio non prodeſt excipienti cui ex
bãno nil quæritur, nam ſi tale ius per bannum amit
titur, vt amitti, tradit Tiraq. d. gloſ. 9. num. 27. & tũc
aut fiſco delatũ dicetur, cui ſunt aperta iura ad om-
nia banniti bona, & excipiens non poteſt ſe fundare
in iure fiſci. Soz. conſi 78. num. 6. lib. 4. ſed in fiſcum
non tranſijt, quia non eſt ceſſibile, ergo non tranſ-
miſſibile. Boſſi. de bono pub. num. 6. Tiraqu. de ret.
conſ. §. 26. Aut agnatis proximioribus iuxta tradi-
ta per Alex. in conſ. 75. col. 3. verſi. pro hoc facit, lib.
1. & ſimiliter excipiens ius non fouet, quis non eſt
certus an proximior hoc iure vti velit, aut forte, ꝙ
idem ius penes bannitum reſiderit ſuſpenſo exerci-
tio propter audientiam denegatam, & hoc pariter
non prodeſt bannum allegantı, Nam cum hoc bene
ficium ei competijſſet ante bannum, & ſit reſtitutio
ſubſecuta re integra, videlicet nemine hoc iure vten
46 te, † medium banni tempus non nocebit. Nellus de
Bãni, 1. par. 3. temp. num. 19. Vbi imbuſſulatus ad
officium ante bannum, ſi poſtea ſit reſtitutus, pote-
rit exercere officium non obſtante banno, quod me
dio tempore ſucceſſerit.

Prçterea omiſſa generali reſponſione, quod Do-
ctores indefinite, & indiſtincte loquuntur de perſo-
na ſeu bonis, licet exempli gratia de tutela perſonæ
loquantur, vt in locis allegatis per Marſil. d. ſingul.
77. & conſi. 10. 46. & 55. & quod in diuerſo caſu prç
ter tutelam corporis conſuluerit Scarlatti. Regien.
inter conſi. crimin. diuerſo. conſ. 113. lib. 1.

Specialius reſpondendo dicebamus in hoc caſu
47 † tollerantiam banni nedum ſapere ſimplicem per
miſſionem prohibitioni non contrariam, ita quod
vt multi exiſtimant non ſit multum proficua tol-
lerata ex doctrina Abba. in c. niſi, num. 3. de prçben.
refert, & ſequitur Menoch. de arbr. iud. lib. 2. q. 90.
48 num. 57. Cuius dicti diſtincta ratio redditur, † quia
actus ſonans in pati tantum, nõ eſt tantæ potentiæ
ad exprimendum conſenſum, & voluntatem, quan-
tç ſit actus poſitiuus, & affirmatiuus, vt tradũt Ant.
& Dom. in c. veniens, colum. 3. de fili. presb. & Fely.
in addi. ad Abba. in c. omnes, ſub num. 12. in princ.
decreti. Ruy. conſi. 85. num. 9. lib. 4. Verum adeo cõ
ſenſui principis admixtam, & indubitabili eius vo-
luntate, & conſenſu pœnæ remiſſiuo, obſtaculi re-
motiuo declaratam, vt prorſus pro conſenſu expreſ
ſo

ſo,& indubitata teſtitutione ſit habenda.

Septennio enim per plateas,& vicos ciuitatis pu
49 blicè conuerſatus (ſic† coim eſt modus tollerantiã probandi. Sali.in l.ſi duo,de acq.hæred.)in quo tempore quandoque etiam ex publico decreto fuit deſtinatus imbaſciator ad ſuam celſitudinẽ, & ad ſuæ
50 celſitudinis ſupremos magiſtratus, † ad quos non ſolent diffidati,& hoſtes tranſmitti,ſed quos principi fore gratos exiſtimamus,& principem diligant, & a principe diligantur:alias dicitur,qui nõ placet, non placat, & eum is, qui diſplicet deſtinatur ad intercedẽdum,irrati animum ad deteriora prouocat. Luc.de Pen in rub.de legatio.col.2.lib.10.& tradit Iuli.Ferret,in tract.de orato.& lega. princ.n.1. Fuit etiam paſſim admiſſus ad honores in patria, quod bannito non conceditur,quia infamibus non parẽt portæ dignitatum,cap.infamibus,de reg.iu.in 6.

Eſt etiam in numero armatorum hominũ S.C. aſcriptus, gaudẽs priuilegijs,& immunitaribus dd. hominibus armatis conceſſis, & ſic quodammodo cum principe contraxiſſe videtur,locando operas ſuas,ſi militaris dignitas id dici patitur.

51 Noluerunt enim† veteres quod militum ſtipendia ſub nomine locati,& conducti tranſirent,ſed honeſtiori vocabulo,vt no.Iaſ.in §.actionum,nu.170. inſti.de actio.Rip.de priuil.cont.ca.peſt.num.116. & in l.1.col.pen.C.de eden.

52 Contrahendo † igitur cum principe dicitur ab eo habilitatus.Vaſqui.q.illuſtri.lib.1.c.3.num.7 & in puncto de bannito aſſumpto ad gradum, quem gerere non poterat. Rui.in conſi.85.num.9. lib.4. quid egemus teſtibus? non ne princeps ad reuiſionem petitam admiſit refectis expenſis.

Et ex his huiuſmodi tollerantia tanto temporis curſu, tot factis ſucceſſiue declarata apud nos pro vera reſtitutione reputata fuit,nõ obſtãte,quod pro
53 roſtris de banno,abſque litura conſtet, † quia non cancellatio facit bannitũ eſſe rebannitum, ſed principis voluntas,Hypol.in conſi.55.num.5.& conſequẽter, quod is tanquam reſtitutus recuperarit ius tetiactus in eodem gradu conſiſtens.

54 Nam † reſtitutio banniti per principem facta operatur etiam, quoad bona,& iura quę per ſolam condemnationem fiſco aperta ſunt,abſque aliquo actu præcedente, vel intermedio habili de iure ad nonam translationem,acquiſitionem,vel ſolidationem faciendam,& ſic trahitur ad ea quorum acquiſitio immediate trahit cauſam ab ipſa condemnatione,quo caſu rebus ſic ſtantibus in eodem ſtatu tantum dat reſtitutio, quantum abſtulit læſio ſeu condemnatio: ſecus ſi nouo pacto, vel contractu cum fiſco inito ſint tertio acquiſita, quia reſtitutus tunc non reuocat a tertio, cum non habeat cauſam immediate a condemnatione, ſed a contractu, & ita celeberrimo ſtilo (ſic enim appellat Fely.infra citandus) declarat Egid.Bellame.in deciſ.744.& tradit Fely. in cap.inter quatuor, columna ſecunda, de maio.& obedi.& de iſta reſtitutione,an,& quando trahatur ad alienata medio tempore,Plot. de in lit.iuran.§.1.num.5.& per Boſſi.de remedi. ex ſola clemen.princip.

SUMMARIUM.

1 *Pudor ſcribentium conſeruatur in non dilatando fimbrias.*
2 *Poſiti in conditione cenſentur vocati, quando conſtat de mente teſtatoris.*
3 *Coniecturarum inducentium tacitum fideicommiſſum nõ poteſt dari certa regula.*
4 *Maſculinitatis qualitas vehemens coniectura.*
Sæpius repetita inter potentes coniecturas numeratur ad inducendum fideicommiſſum.
5 *Agnationis, & familiæ reſpectus non leuis coniectura reputatur.*
6 *Maſculinitatis qualitas de per ſe non eſt potens coniectura.*
7 *Niſi cum alijs concurrat.*
8 *Extraneorum ſubſtitutio,an ſit probabilis coniectura.*
9 *Digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum ſub eadem cõditione,an bona ſit coniectura.*
Subſtitutionum plures gradus, an ſit probabilis coniectura.
10 *Grauamen,an de per ſe ſit bona coniectura.*
11 *Subſtitutio poſt mortem omnium, an inducat tacitum fideicommiſſum.*
12 *Coniectura grauaminis,& oneris eſt controuerſa.*
13 *Legitimitatis qualitas, an ſit probabilis coniectura.*
14 *Coniecturę plures ſimul iunctæ inducunt fideicommiſſum.*
15 *Probatio coniecturalis in antiquis admittitur.*
16 *Fama in antiquis,an probet.*
17 *In antiquis ſufficit qualis,qualis probatio.*
18 *Fama ſubſtinetur quandoque in vim notorij.*
19 *Filij quicquid habent de paternis bonis habere præſumuntur.*
Bona filiorum præſumuntur paterna.
20 *Hæres,quando non teneatur ſequi factum ſui auctoris.*
21 *Diuiſione, an cenſeatur renunciatum fideicommiſſum.*
Fideicommiſſum, an per diuiſionem cenſeatur renunciatum.
22 *Sententia inter alios lata non nocet alijs licet aliqualem faciat præſumptionem.*

ARGVMENTVM.

Poſiti in conditione an,et quando cenſeantur vocati.
Et de coniecturis inducẽtibus fideicõmiſſum.

DECISIO XXVII.

CELEBRIS eſt in hoc auditorio Alexãdriorum cauſa cum Machiauellis controuerſa, ſumpta occaſione ex teſtamento q. Vgonis de Alexandris vſque de anno 1424. prædefuncti. In qua DD. tres ſe-

mel,& Rota rurſus iudicarunt fideicommiſſum nō extare,nec bona in bonis fore probata.

Celeberrimus eſt etiam articulus inde examinatus, An poſiti in conditinne dicantur vocati, depróptus ex vulgata gloſella l.Lucius,la ſecunda. ff.de hære.inſtitu. In quo quidem caſu DD.tres,& Rota (excepto Domino Hieronymo Herculano,qui diſſentiendo ab alijs ſuum ſingulare reſponſum imprimi curauit,vt prę manibus omnium ſit)adeo copioſe, & eleganter tractarunt, vt ferè totam fideicómiſſorum materiam in eorum motiuis compræhendant.

Tandem cum eadem cauſa, (licet inter diuerſas perſonas de Alexandris) ab eodem teſtamenti fonte deriuans nobis ad referendum per Clariſſimos DD.Conſiliarios remiſſa fuerit,extare fideicommiſſum in fauorem deſcendentium Vgonis,& bona in bonis fore probata,reſpondendum duximus.

Et omiſſa fimbriarum dilatatione paucis agēdo
1 (ſic enim † pudorem conſeruari inquit Natta, in conſilio 24. columna 1.)Dicebamus, quod ſi articulus iſte eſſet coniecturarum concurſu deſtitutus, vtique,& nos opinionem d.gloſæ ſecuti eſſemus, tū quod magis communis ſit(licet contraria forte ęquior) tum, quia ſit ſic canonizata, & paſſim recepta.

Verum,quia vbi,vt hic comperiebamus ex coniecturis de contraria teſtatoris mente conſter in cō
2 ditione poſitos voluiſſe dici vocatos, † tunc nemo eſt qui neget exploſa glo. ſententia eos dici vocatos,vt teſtatur Soz.Iun.in conſ.158.num.73.lib.2. Iuli.Clar.in §.teſtamentum,quęſt.77.in fi.& pro conſtanti ponit Grat.in conſi.106.num.45.libro 2. merito,&c.

3 Concurſus autem coniecturarum†(quarum certa regula dari non poteſt ſecundum Corb.conſilio 146.lib.2. Soz.in l.cum auus, in fi. de cond.& dem. Menoc.de arbitrari. iudi.lib. 2. centu.2. caſu 148.) ſic [iuxta Pariſi.conſi.87.num.18 lib.1.] ex diſpoſitis in teſtamento deducebatur, videlicet.

Primo pro vehementi coniectura ſe ſe offerebat
4 †qualitas maſculinitatis ſæpius repetita per teſtatorē rā reſpectu filiorum inſtitutorū,& deſcendentiū, quam tranſuerſalium ſubſtitutorum, quæ qualitas apud nonnullos fuit tanti extimata,vt ſolam ſufficere dixerint ad inducendum tacitum fideicommiſſum,vt placuit Guid.PP.quæſt.184.& alijs quos refert Zanchi.in repe.§.cum ita.l. hæredes mei.ff.ad Trebellia.num.751.ex qua ſic repetita maſculinitate ſumebatur alia,& non leuis coniectura iuncta exclusionę propriarum filiarum fœminarum,quod teſtator habuerit reſpectum ad conſeruandam agnationem dum ſubſtituit tranſuerſales, & deſcendentes ex eis maſculos.Porti.conſi.40.num.16.& num. 21.Corne.conſil.59.lib.2.Grat.conſil.89.lib.2. Pariſi conſi.6.num.15.lib.3.Rip.in l.1.nume. 9. C. de pact.Cæphal.conſi.251.num.36.& allegat concordantes Hier.Hercula.in d.ſuo reſponſo, num. 137. verſicu.ad prædictas Aymon.conſil. 130.colum.2.
5 † Quo caſu habitæ conſiderationis ad familiam, & agnationem concludunt Docto.quod poſiti in conditione dicantur vocati.

6 Sed † quia hoc de maſculinitate, quod in hac materia ſufficiat,eſt communiter reprobatum, vt teſtatur Rollan à Valle,conſil.51.num.11.lib.3.Pariſi.conſil.31.nume.22.lib.2.Clar. d. q.77.Ideo, &
7 nos de ea non confidimus † niſi quatenus cum alijs concurrat, vt non ſemel tenuit hęc Rota 1556. die 16.Feb.& die 16. Nouembris 1574. & 23. Feb. 1567.

Nec etiam, & tertio loco erat aſpernandum, qđ
8 teſtator deſcendentibus in conditione poſitis † ſubſtituit extraneos,quod multum ponderat Anchar. conſi.74.ſequitur alios citans Albenſ.in conſil. 82. num.12.licet etiam iſta cōiectura de per ſe communiter reprobetur Rip.in l.centurio,nume.159.ff. de vulga.& pupil.Iuli.Clar.§.teſtamentum q.79.

9 Quarto aderat † digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum ſub eadem conditione,& hæc quandoque apud aliquos fuit adeo habita pro vehementi, vt ex ea ſola eligatur tacita mens teſtantis,qđ voluerit tales in conditione poſitos haberi pro vocatis, vt per Cæph.conſ.252.nu.17. licet contrarium communiter teneri teſtetur Rip.l.centurio, nume.165. & poſt Clar.d.q.79.late Franci.Mantica. de coniec. vlti.volunta.lib.11.tit.3.num.13.

10 Quinto non deſiderabatur coniectura † grauaminis impoſiti vltimo morienti de reſtituendo totam hęreditatem ſubſtitutis,quo caſu dicitur factū reciprocum fideicommiſſum, & conſequenter inter deſcendentes poſitos in conditione inductum fideicommiſſum ex vi verbi deſcendentium, quod eſt collectiuum,denotans, quod vnus alteri gradatim reſtituat, ac etiam ſic ſuadente grauamine totiús hæreditatis reſtituendæ ab vltimo moriente, qui totam minime reſtituere poſſet niſi ab ipſis deſcendentibus,& de vno in alium,& tandem in vltimum integre perueniat.

Et licet non ſit expræſſe dictū ab vltimo moriente ita,qđ dici valeat ſubſtitutio facta poſt mortē omniū,qđ ſatis dubitabile reddit, an dicatur inducta ta
11 cita ſubſtitutio reciproca, tamen dato, qđ dicatur facta poſt mortē omniū deſcendentiū,& in tota hæreditate,& illi quibus ſit facta ſubſtitutio,ſint tales perſonæ,quæ ex veriſimili mēte teſtātis ſubſtitutos excluderēt ſiue dicatur facta poſt mortē oīum ſiue vltimo morienti inducit inter eos tacitum fideicommiſſum.ita pro indubitabili tradit Soz.Iun.cōſ.110. lib.3.ſentit Ruy.conſ.134.ſub n.10.lib.3. Couarr. late in c.Raynutius.§.8.ſub nume.4.de teſtam.

12 Nec negamus hanc † coniecturam oneris reſtituendi fore controuerſam, vt per Manti.de coniect. vlt.volunta.d.tit.3.nu.2.& ideo quomodocunq;ſit, ſatis fuit pro nūc qđ ſi non ſola,ſaltem cōcurrēs cū alijs valde adminiculetur,quibus accedebat quali-
13 tas † legitimitatis, & naturalitatis a teſtatore expręſſa,quæ potiſſima reputatur Soz.Iun.d.conſilio 110.num.29.lib.3.

Aderant etiam, & aliæ coniecturæ ſimiliter ab illis,qui ante nos iudicarunt perpenſæ, & vnica tantum ratione ab illis damnatæ,videlicet cum nulla eorū per ſe ſufficeret tanquam imperfecta,ita etiam

nec

nec iunctæ cum alijs imperfectis inducant fideicommiſſum, imperfecta enim non iunguntur cum imperfectis ad faciendum perfectum.

Quorum argumentationi acquieſcere nen potuimus, quia omnes qui in hac materia loquuntur, nõ ponderant aliquod genus perfecti, vel imperfecti, ſed vim faciunt in ſingularitate coniecturarum, & hoc eſt, quod communiter reprobatur, videlicet qđ vna ſola non ſufficiat ad informandum religionem iudicare debentis, vt patet es vna tantum coniectura io conditione poſitos dici vocatos.

Quod ſi ſint plures coniecturæ, omnes fatentur, quod coniecturarum concurſus recipiatur ad iudicandum extare, vel non extare fideicommiſſum.

Alioquin libenter ab illis audiremus, quænam ſint illę coniecturæ de per ſe perfectæ, & quæ cum alijs coniuogi poſſint, & laudabimus eos.

Alias ſequeretur ſecundum eos, quod per concurſum præmiſſarũ coniecturarum nũquàm pręſumi poſſet tales in conditione poſitos cenſeri voca-
14 tos, quod eſt falſum † cum videamus paſſim quandoque tribus, quandoque quatuor ex his coniecturis ſimul iunctis & plus, & minus ex qualitate facti & tenore teſtamenti iudicari inductum fideicommiſſum, & ſic vocatos. Cepha. d. conſ. 201. num. 87. Rip. in d. l. centurio, num. 163 Camill Por. inter cõſilia vlti. volunta. conſil. 31. num 20. lib. 2. cui ſe ſubſcripſerunt 24. doctores.

Et omiſſis esemplis externis, repetendo domeſtica ita ſæpius hæc Rota votauit vt patet lib. 6. Motiuorum fol. 131. & 225. & lib 7. fol. 552. & lib. 25. fol. 114. & lib. 29 fol. 269. & 278. & 359. & lib. 39. fol. 233. & lib 36. fol. 268.

Diximus bona in bonis fideicommittentis Vgo
15 nis probatum, qoia ſtante † natura antiquiſſimi facti metam 150. annorum escedentis, plena, & ordinaria probatio non requirebatur, ſed ſufficiebat preſumptiua, & coniecturalis, vt poſt Aymo. de antiqui. tempo. verbo viſo de fama. nume. 36 tradit alios citans Meno. de arbi. iudi. libr. 2. centu. 2. caſu 315. Hercul. d. reſponſo nume. 300. & ſeq.

16 Concurrebat † enim fama quam in antiquiſſimis probare non negat Aymo. & alij ab Herculano aelati nu. 303. & de com. Pariſ. conſil. 52. nu. 50. lib. 3. Maxime ſi ſit adminiculata. Calca. conſil. 77. Siluan. conſil. 7. num. 6. lib. 1. & 187. lib. 1.

Et licet ex aduerſo replicaretur de requiſitis ad famam neceſſarijs non concurrentibus, his tamen ſubtilitatibus abũde reſpondet Hercula. vbi ſupra, ad quem breuitatis cauſa nos remittimus cenſentes
17 † in tam antiquis factis vbi vera probatio vix poſſit haberi, ſufficere talem qualem, & famam ipſam. Alex. conſil. 101. lib. 7. vbi Natta in addi. nume. 17. Deci. conſil. 146. nume. 12. & nume. 14. Pariſ. cõſil. 205. nume. lib. 2.

Quæ quidem fama poſito, quod non valeret ſub
18 ſiſtere in vim famæ, † remanebat ſaltem in vim probationis de auditu quæ in antiquiſſimis probat ſecundum gloſſ. communiter receptam in l. ſi arbiter. ff. de arbit. Deci. conſil. 146. nume. 12. Siluan. conſi. 57. numer. 5. & 6. lib. 1. & 187. lib. 2. in puncto Areti. conſil. 37. col. 2. verſ. Amplius, & concord. allegat, & ſequitur Riminal. Iun. conſi. 23. num. 290. lib. 1. Aleſan. conſil. 116 num. 8. lib. 5. Natta conſi. 378. nume. 6. & addentes ad Aleſan. d. conſil. 101. vbi citatur Bald. in conſil. 88. ſed eſt conſil. 84. lib. 1.

19 Aderat quoque iuris præſumptio, † quod bona pœnes filios reperta forent paterna, & a patre proueniſſe. l. 2. & ibi Bal. C. de patri. poteſta. gloſ. in l. cũ oportet. C. de bon. mater. in prin. & in puncto Zaſi. conſi. 5. lib. 1. & ſentit Albenſ. conſil. 6. nume. 8. refert Marza. de fideicom. q. 58. Vnde cum d. Vgonis filij non multum poſt mortem patris d. bona inter ſe diuiſerint etiam, quod non diſerint eſſe hæreditaria, præſumuntur à patre in eos deueniſſe, & in hæreditate paterna remanſiſſe.

Faciebat etiam quidam liber priuatus viuo patre ab Alexandro filio retentus, contra quẽ multa erãt oppoſita in alia cauſa quibus reſpõdet idem Hercula. vbi ſupra nume. 338 & ſequen.

Et es his patebat reſponſum primo. 2. & 3. loco oppoſitis, & ad quartum de l. cum à matre. C. de rei
20 vendica. † replicabatur non procedere, quando factum patris tenderet ad priuandum filium aliquo commodo ſibi à lege vel anteceſſorum prouidẽtia, non autem ex facto patris debito ſecundum gloſſ. communiter receptam in §. hoc quoque, verbo inueſtiri. de ſucceſſio. feudi, quam ibi ſequitur Bald. numero 5. & 6. & concord. allegat Cacheta. deciſ. 178. num. 3.

21 Et quod per † diuiſionem non cenſeatur renunciatum fideicommiſſo de quo præſumitur ignorantia, articulus eſt tritiſſimus, & ſtat communis opinio de qua per Ant. Gab. de fideicom. conclu. 1. nu. 1. Et Marza. de fideicom. q. 59. maxime cum in allegato compromiſſo non adſint verba prægnantia apta ad renunciationem inducendam.

Nec obſt. ſextum de re iudicata, quod bis fuerit iudicatum inter Aleſandros, & Machiauellos non extare fideicommiſſum, quia reſpectu actoris in hac cauſa, illa non fuit agitata cum legitimo contradictore à quo iura aliorum penderent, & in eadem re
22 deriuarentur, merito † ſententia inter alios lata alijs non nocebit ex propria vi, & natura illius ſententiæ, licet forte qualem qualem faciat præſumptionem esploſa Bartol. opin. tenentis ſemiplene probare quoad alios in l. admonendi numero 45. de iur. iur. de quo Couarru. practi. quæſtio. cap. 13. num. 4. &c.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de redimendo rem à pluribus venditam poteſt exerceri ab vno ex venditoribus, num. 2.*

2 *De quo articulo fuerunt opiniones.*

3 *Pluribus vendentibus eandem rem, & diuidentibus poſtea alia bona, ius reluendi remanet commune inter eos.*

Pactum redimendi rem communiter venditam, commune remanet inter eos quantumcunque cætera diuidant.

4 *L. qui actionem. ff. de reg. iur. quomodo procedat.*

Actionem habens ad rem, rem habere videtur, procedit ficte, non autem vere.
5 *Statutum non comprębendit caſum fictum.*
Fictio non operatur in ſtatutis.
6 *Fictio propter ęquitatem locum habet.*
Aequit.∶s facit locum eſſe fictioni.
7 *Ius publicum priuatorum pactis lędi non poteſt.*
8 *Spes eſt conſideranda, & ea quis non debet priuari.*
9 *Circuitus ſunt vitandi.*

ARGVMENTVM.

De pacto redimendi rem à pluribus ſimul venditam, & an Vnus ex eis exercere illud poßit, & de circuitu vitando.

DECISIO XXVIII.

SALVATOR, & Iacobus fratres in communione degentes de anno 1545.14.Octobris, vendiderāt fundum Matthæo Bartolureio cum pacto de retrouendendo intra quinquennium.

Secuta poſtmodum inter eos diuiſione nullaque habita ratione d.iuris ſeu facultatis reluendi, Saluator inſcio Iacobo prędium integrum recomperauit
1 die 15.Octob. 1546. † quod fieri potuiſſe etiam inuito emptore magis communiter eſt receptum, vt in puncto conſuluit Caſtren.conſil.221. in hoc paſſu ad fin.lib 1.conſ.74. in fin. lib.2.& alios citat Tiraq.de ret.conuent.§.1.gloſ.6.num.37.& Foller.
2 de cenſibus in ver.inſtrumento gratiæ,num.39.† licet de hoc fuerint opiniones, an emptor teneretur vni ſoli tantum retrouendere, cum a duobus emerit, tamen ita ſeruatur, vt alter poſſit oblato toto precio totum prędium redimere, qui poſtea tenebitur fratri partem remittere oblata rata pręcij, vt in præcitatis locis.

Succeſſiue idem Saluator eundem agrum vendidit Petro Sandonino: modo Iacobus iudicialiter quęrit dictum agrum recuperare a ſucceſſoribus dicti Petri, aſſerens duplici iure ſibi ad id retractum competere, primo iure proprio in dimidia, quia pro dimidia erat dominus, & vendidit cum reſeruatione reluendi, ſecundo, quia pro alia dimidia eſt ſuffultus beneficio ſtatuti vigore conſortorię, libro 2. cap. 109.

Neque ad rem facit diuiſio inter fratres ſecuta,
3 † quia commune inter eos ius reluendi remanſit, vt in puncto concludit Aret conſil. 6.per totum. Alex. conſi.75.viſo themate, lib.6.vel conſ.76 referunt & ſequuntur Tiraq.& Foller. vbi ſupra, ille: nume.4. hic vero, num.40.

D.primus Iudex pronunciauit ad fauorem actoris abſolute; ſecundus vero in parte confirmauit videlicet in dimidia, videlicet condemnando reum conuentum ad retrouendendum dimidiam, & in alia dimidia abſoluit adiecta cauſa, quia nimis propere agit ad iſtam partem vigore retractus, & vtroquo ad nos appellante diximus, quatenus ſententiæ hactenus latę ſint conformes, iuriſdictionem ad nos non fore deuolutam: quatenus ſint difformes, bene per D.primum iudicem, ac male iudicatum per ſecundum, & ex his bene, vel male appellatum.

Quæſtio erat ſatis dubitabilis propter verba ſtatuti, quod permittit retractum vicino, & cōſorti ad rem ſtabilem eo inconſulto venditam, ſed Iacobus eo tempore quo Saluator, (qui redimerat) vendidit Petro, non erat vicinus, quia eius rei nec dominium neque poſſeſſionem habebat, vtrumque enim a ſe abdicarat dum primo loco, vna cum Saluatore vendidit Matthęo cum pacto reſolutiuo merito, &c. & licet ius haberet ad eam recuperandam ex pacto reſeruatiuo cui præiudicari non potuit per Saluatorē pręuenientem in reſolutione contractus, vt ſupra dictum eſt, tamen in portione Saluatoris, & eo reſpectu non videtur ius competere retrahendi a d. Iacobo, qui ratione vicinitatis nullatenus cohęrebat, ſed tantum ius habebat reluendi pro ſua rata, & ſic eū non aptantur verba ſtatuti nec illius diſpoſitio con-
4 uenire poteſt iuribus vulgaribus. † Illud enim, qđ dicebatur d.l.qui actionem, de reg.Iur., quod habens actionem ad rem, rem ipſam habere dicatur, & propterea res in bonis noſtris eſſe cenſeatur ad l. rem in bonis.ff.de acq.rer.dom, procedit ex l.interpretatione, & ſic non vere, nec proprie, ſed ficte, & ideo in ſtatutis exorbitantibus, & odioſis in quibus ſtricta fit interpretatio, regula non procedit, vt declarant Deci.& Cagno.in d.l.qui actionem, cum alibi dicat tex.in l.minus eſt.ff.eod.tit. quod minus ſit habere actionem, quam rē, quam proprie habere, nil aliud eſt quam penes ſe actualirer tenere.l.nomen filiarū.
5 verſ.habere.ff.de verb.ſignifi.† caſus igitur fictus a ſtatuto non comprehenditur l.3.§. hæc verba ff.de neg.geſt.Ant.Roſell.in tract.de legitimatio.de cauſa fina.ſeu effecti. legitima.num.29. & nu.31.tom.
6 10.cum ſimil.per Tiraquel.de ret.†conuē.§.1. gloſ. 10. num.76.

Nihilominus attenta æquitate, quæ fictioni locum eſſe facit, maximè in trāſlatiua fictione, vt poſt relatos tradit Tiraquel.d.§. 1.glo.10. nu.69.& per Bar.in l.ſi is, qui pro emptore, col.3.ff.de vſucapio. credidi locum fore petito retractui, nam ſtante, qđ iudicatum fuit actorem admittendum eſſe ad recuperandam ſuam ratam iam per eum venditam, & per Saluatorem, qui remittere tenebatur redemptam, & iterum venditam, non potuit Saluator alienando irrequiſito Iacobo, qui ius ad rem habebat, præiudicare facultati illius, q̄ erat ſi redemiſſet, poſſe impedire ne Saluator ſuam partem eo inſcio alteri venderet, & venditam recuperare. Redimendo igitur Iacobus ſuam portionem in tempore, & ſic in extremo habili fingitur retro emiſſe eo tēpore quo Saluator ſolus redemit, cum iure idem Iacobus redimere potuiſſet: ſed ſi tunc redemiſſet (prout iuris fictione pro redempta, reputatur propter potentiam actui comparatam, & propter ius ad rem) Saluator nū potuiſſet irrequiſito eius fratre, & conuicino

uen-

Digitized by Google

vendere alteri, merito volente eo conuicino, vendi
tio erit inualida, & veniet retrocedenda dicto Iaco-
7 bo.† Alias ſequeretur abſurdum, quod eſſet in pri-
uatorum arbitrio priuare conuicinos ſtatuti bene-
ficio retractus, quod non eſt ferendum. Afflict.de
iure prothomiſc.§ 6.num.6.verſi. in contrarium ta
men, vnde venditio iſta vltimo loco de tota re fa-
cta d. Petro dici debet facta cum ſua cauſa, videli-
cet, quod ſi offeratur precium pro parte d. Iacobi
contractus reſoluatur, quia non poterat ille præiudi
care in illo iure retrahendi pro ſua rata, & ſic reſo-
luto iure emptoris pro iſta rata, reſolui etiam debet
pro alia dimidia, quam habere reperitur idem em-
ptor non requiſito conſorte, & proximiori vicino
d. Iacobo, qui ſi vt dictum eſt tẽpore venditionis ve-
re, nec poſſeſſionem nec dominium habebat, ius ta-
men, & facultatem a fratre retrahendi habebat ex
8 contractu,† quo quidem iure etiam, quod in ſpe iſ
tum conſiſteret dummodo iuridica, (vt erat iſta) ſi-
ne facto ſuo Iacobus nõ potuit priuari. l. id quod no
ſtrum, de reg. iur. l. in diem, verſ. nõ autem. ff. de ae-
qua plu. arc. Bal. conſ. 431. ad euidentiã. col. 2. lib. 2.
Tiraq. de ret. conuentio. §. 1. gloſ. 7. nume. 20. & 22.

Nec obſtat, quod propere, & nimis feſtinanter id
actor attentarit, quaſi debuiſſet prius vigore dictæ
conformitatis ſententię accipere poſſeſſionem ſuę
portionis, & poſtea cum reperiret ſe vicinum, & cõ-
ſortem intentare remedium, ſcilicet ſtatuti, cũ tunc
haberet qualitates ſtatuti, quia cum vtrunque in
modum ſubordinatum petierit, & fuerit ſuper eiſ-
dem exceptionibus, quæ veniſſent proponendæ in
euentum in quem principaliter, & de per ſe ad re-
tractum egiſſet, plene cognitum ad euitandos litis
anfractus hac vnica ſentẽtia vtrumque diffinite pro
be factum exiſtimauimus. l. dominus teſtamento,
vbi Iaſ. num. 3. de cond ind. late Tiraq. de ret. conuẽ
tio. in fin. nume. 41. Gramma. deciſ. 113. nume. 187.
Boer. Deci. 183. num. 13. Tiraq. † d. tit. de ret. con-
9 uentio. § 1. gloſſ. 1. num. 71. circuitus enim inutilis
omnino euitandus, vt no. Card. Flo. in Clemẽ. audi-
tor nu. 24 de reſcriptis, & ibi Imol. co. pen. cum con
cord. in præcitatis locis, & in not. q. quod fruſtrato-
rijs remedijs non ſit vtendum, tradit Vaſq. quæſtio.
illuſtrium, lib. 1. cap. 33. num. 13. & potentia illa re-
trahendi ſuam portionem vigore rei iudicatæ pro-
pinqua actui, pro actu ipſo reputari debebat, &c.

SVMMARIVM.

1 *Prothomiſcos ius, an poſſit exerceri pluribus rebus ſimul venditis, & ſeparatis ad earum alteram cui, quis ſit vicinus, an vero ad omnes.*
Ius congrui, an rebus pluribus venditis competat ad omnes, vel ad rem cui cohæret.
2 *Deſtinatione patrisfamilias vna res, etſi ſit ſeparata ab alijs ratione officij (ſi non loci) cenſetur pars alterius.*
3 *Deſtinatio patrisfamilias mutat naturam prædij.*
4 *Hortus adiacens domui dicitur vrbanus, niſi deputetur ad ruſticos vſus.*

ARGVMENTVM.

De iure prothomiſeos, an ſi plura bona ſeparata ſimul vendantur poſſit vicinus non citatus, qui in vna re tantum cohæret, omnia bona retrahere vel rem tantum ſibi contiguam.

DECISIO XXIX.

EMERAT Dominicus Gauille
à Mariano Laurentij plura capi-
ta bonorum ſtabilium inter ſe ſe-
paratorum, non requiſitis proxi-
mioribus conuicinis, ad quorum
retractum agebat Alexander Al
toita, qui cum cohęreret domui, & horto domui cõ
tiguo, cætera bona quoque ſibi deberi prætende-
bat, & offerente emptore ſe paratum retrouendere
domum tantum cum horto contiguo, cæteris bo-
nis ſeparatis retentis, fuerunt latæ diuerſæ ſenten-
tiæ, & cauſa ad nos per appellationem deuoluta, vi
debatur in puncto extare ad fauorem Dominici
1 deciſio Baldi de iure protho. numero 23 † vbi poſt
quam determinauit illam q an retrahens vnam ex
pluribus rebus ſeparatis ſimul venditis cogi poſſit
omnes accipere iuxta illud, aut totum dimittas
aut totum accipias. l. quidam eulogio C. de iure de-
lib. format aliam quæſtionem, an ex pluribus re-
bus ſimul venditis, & ſeparatis poſſit conuicinus
ratione vicinitatis vnius cogere emptorem ad tra-
dendum omnes? & determinat emptorem non co-
gendum, niſi ad retrouendendum bona retrahen-
ti conuicina, cum in reliquis melior ſit conditio poſ
ſidentis, eaſdem quęſtiones format Afflict. de iure
protho. § 6. nume. 6. & 8. reſidet cum Bald. tangit
Tiraquell. de ret. conſan. §. 23. gl. 1. & Anton. Bard.
in eodem tract. de iur. protho. ad interpretationem
conſtitutio & bullarum almę vrbis ſuper ędifi. con-
ſtruend. §. 5. & hęc opinio Baldi, & ſequacium mihi
magis placebat.

Contrarium tamen fuit votatum per Dominos
hac ratione motos, quia conſtitit determinatione
2 patrisfamilias, vnam ex iſtis rebus † fore partem
alterius, & ſolitas in ſimul locari. Ita quod quaſi
eiuſdem officij alia ſine altera commode ſtare non
poſſit, & propterea placuit dominis ratione con-
nexitatis (ſi non locorum) ſaltem officij, & deſtina
tione, licere Aleſandro domui conuicino, ratione
3 domus, cætera quoque bona etiam non vicina retra
here poſſe, & debere d. l. quidam, & argum. not. per
Antonium Bard. d. §. 5. nume. 4. vbi ſi dominus do-
mus ſit ſolitus vnã eius domum vnica penſione to-
tam locare, non autem partem, vicinus totam pe-
tet, non partem, & arg. hor. per Cæpollam in l. cum
eiuſdem, ſub num. 11. de ędili. edic. verſ. prima con-
cluſio, vbi venditis pluribus rebus eiuſdem officij

vnico precio,propter vitium vnius omnes redhibentur.

Deſtinatio igitur domini immutat naturam præ
3 diorum.l. locus, de verb.ſignifi.† Vnde hortus do-
4 mui adiacens, † qui propter amenitatem vrbani
prædij cõſtituitur, dicitur vrbanus,niſi deſtinatione
patris familias ad redditus ruſticos deputetur, veluti ſi fiat linearius,vinearius, vel olitorius,tunc ruſticorum prædiorum naturam aſſumit. l. vrbana prædia,vbi Alciat & Rebuſſ.de verb.ſignifi.&c.

S V M M A R I V M.

1 *Dolus conſiderari poteſt in eo, qui non vtitur remedijs ordinarijs.*
2 *Plus cautionis eſt incumbere in re,quam in perſona.*
3 *Faciens,quod ſibi non prodeſt,& alteri nocet,dicitur eſſe in dolo.*
4 *Pacta plura in eodem inſtrumento appoſita dicuntur correſpectiua.*
5 *Non implens implenda pro parte ſua non auditur.*
6 *Fideiuſſor non tenetur ſi non fiat per creditores, quod pro eorum parte erat faciendum.*
7 *Fideiuſſor ſoluens præpropere omiſſis exceptionibus ſuo principali competentibus, non repetit.*
8 *Fides ſeruata rempublicam conſeruat vehementer.*
9 *Obſeruans promiſſa non eſt arguendus.*
10 *Sciens ius ſuum ſibi ſaluum fore,ſi aliquid facere omittat, ſibi non nocet.*
11 *Soluens contempta denunciatione,ſibi imputet fideiuſſor ſoluens ſpreta denunciatione, & proteſtatione ne ſolueret ſibi imputet.*
12 *Dolus non præſumitur in vtente iure ſuo.*
13 *Fideiuſſor ſimplex, & fideiuſſor in ſubſidium multum differunt inter ſe.*

A R G V M E N T V M.

De fideiuſſore præpropere ſoluente, & an repetat, & quomodo fideiuſſor ſimplex differat a fideiuſſore in ſubſidium.

D E C I S I O XXX.

FRANCISCVS Centis de Piſtorio de anno 1564. Vendiderat Gherardo de Camillis, quędam bona ſtabilia certo conuento precio intra certum tempus libere, & ſine exceptione ſoluendo cum promiſſione euictionis, & defenſionis generalis, & cum pacto,quod venditor teneretur in actu ſolutionis dicti precij liberare d. bona ab omnibus affictibus ad quos tenerentur,& hypothecata eſſent d.bona,ipſumque emptorem indemnem conſeruare,ac pro plena obſeruatione promiſſorum inter alios in fideiuſſorem acceſſit pœnes emptorem Andreas de Alluminatis cum obligationibus, & clauſulis ſolitis,& conſuetis. Aduenieute ſolutionis tempore emptor precium venditori perſoluit per eum non procurata liberatione,nec per venditorem ſimiliter facta bonorum liberatione facienda iuxta conuenta, & promiſſa.

Demum tractu temporis ſecuta moleſtia, & euictis d.bonis ex cauſa quorundam affictuum, ſecutiſque debitis notificationibus tam venditori, quam fideiuſſoribus factis,tandē pro liberandis bonis ſoluit creditum actoribus recepta iurium ceſſione.

Qui quidem Gherardus pro conſeruatione indemnitatis, ac pro ſumma, vt ſupra ſoluta egit aduerſus hæredes Andreæ fideiuſſoris. Qui rei conuēti contradicendo ſatagebant ſubmouere actorem doli mali exceptione eo, quod cum is eſſet tutus exceptione implementi non ſecuti pro parte venditoris non liberantis bona, non debebat tam procliuiter in ſolutione precij prolabi, non procurata prius liberatione iuxta conuenta.l.qui æquitate.ff.de dol. mal.excep.

Dicebat enim Baldus,in conſi.395. ſub nume.4. lib.2.pro D.Arnaldo,quem refert, & ſequitur Aymon.conſ.97.num.7.per textum, in l.idemque.§.ſi ignorantes.ff.mand.& l.fi.§.illud, verſ. ſumma ope.
1 C.de temp. appel. † quod dolus conſiderari poteſt
in eo,qui non vtitur remedijs oportunis, ſed potius negligit,vt fecerat iſte emptor,qui ſpreta liberatione bonorum de qua ſibi cautelloſe prouideat ex pacto,maluit potius ſupine ſoluere,quam in retentione precij, (quod ſaltem deponere poterat ſoluendū ſecuta liberatione) incumbere immemor vulgatiſſi-
2 mæ regulæ plus † eſſe cautionis in re, quam in per-
ſona.l.plus cautionis.ff de reg.iu.quod tanquam veriſimiliter profuturum erat ſaltem attentandum, vt inquit Bal.conſ.195.num.4.lib.2.
3 Faciendo † igitur, quod ſibi non proderat, &
alteri nocebat, id eſt fideiuſſoribus, qui liberari eſſent, & qui fortaſſe non fuiſſent aliter promiſſuri, & omittendo facere, quod ſibi minime nocebat, & alijs proderat,dolo carere non videatur. Aymo. conſi.25.nume.10. Accedebat pręterea, quod pactum hoc de liberandis bonis dicebatur eſſe correſpectiuum, reſpectu quoque fideiuſſorum, qui eo audito in inſtrumento fideiuſſerunt fortaſſe non
4 aliter acceſſuri,† nam vbi plura pacta in eodem in-
ſtrumento fiunt,vnum dicitur fieri propter aliud.l. in fundi partem.ff de contrahen.empt. l. iuris gentium §.quinimo, de pactis. Quo fit, vt id non potuerit negligi, & in necem fideiuſſorum ante dictum implementum liberationis ſoluere, quę liberatio cum fieri deberet in actu ſolutionis ab emptore faciendæ,& aliter facta ſit quam fieri debuiſſet cum non fuerint liberata bona in ipſo ſolutionis actu, ſoluens non debet audiri in repetitio-
5 ne precij ſoluti, † quia non impleuit pro par-
te ſua faciendo ſeu procurando liberationem priuſquam ſolueret. l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti. & ſibi imputet, qui culpa ſua in hoc damnum incidit, & pro iſta parte allegabatur deciſio Sozin.in conſilio 273. numero tertio, libro ſecundo. Item.l.ſi.ſtipulatus es, & l.inter empto-
6 rem.ff.de fideiuſſ.in quibus locis habetur,† quod ſi
non

Digitized by Google

non ſiat, quod pro parte creditorum faciendum fo-
ret, fideiuſſores non teneutur, & pro optimo ſimi-
li arguebatur à fideiuſſore ad emptorem quos ad
hoc ęquipatat Bart. poſt gloſſ. in l. at qui natura. §.
cum me abſente, numer. 6. ff. de neg. geſt. vbi etiam
Bald. colum. fin. dicit, quod iura loquentia de re-
greſſu fideiuſſoris locum habent in regreſſu empto-
7 ris. † Vnde ſicut denegatur repetitio ſoluti fideiuſ-
ſori nimis propere ſoluenti omiſſis exceptioni-
bus ſuo principali competentibus, vel ex propria
perſona. l. exceptionibus, vbi Bart. ff. de fideiuſſo.
Bart. & alij in l. ſi fideiuſſor in prin. ff. mãdati. Alex.
conſil. 57. in princ. libr. 1. in l. ſi is pro quo. ff. quod
quiſque iur. de quo articulo latè in deciſione mea
Lucana 92. Ita etiam in emptore dicendum qui o-
miſſis exceptionibus ſibi competentibus ſupine ſol-
uit, cui non eſt dandus regreſſus pro euictione con-
tra fideiuſſores propter regulam æquiparatorum.

In contrarium dicebatur tantum abeſſe empto-
rem hunc ſegniter ac doloſe ſe geſſiſſe in dicta ſolu-
tione, vt nil magis laudabilius aut æquius ab eo
agi potuerit.

Emerat, precium certa die ſe daturum ſpopon-
derat, die adueniente ſoluit, quod ſine exceptio-
ne ſe ſoluturum promiſerat, quid igitur arguendus
8 ſi fidem ſeruauit † qua nulla res vehementius R ẽp.
continet? Luc. de pen. in l. 2. C. de pond. & aur. illat.
lib. 10. ſi promiſſa impleuit, & ſolutionem non pro
craſtinauit, quam ſine dolo differre non potuiſſet?
l. 2. §. item quæritur de dol. mal. excep. Alias ſi em-
ptor iure retentionis de depoſito vti voluiſſet, ad
quid in hoc fideiuſſores accepiſſet, pro obſeruantia
promiſſorum?

Solutionis igitur actus præcedere debebat ex
parte emptoris, onus autem liberandi bona (quod
in perſonam venditoris radicatum erat) explican-
dum ſucceſſiue veniebat pro parte venditoris qui ſi
non fecit, prout non feciſſe probatur, ad not. per
Bart. in conſil. 102. numer. 1. non mirum ſi fideiuſ-
ſores vexentur pro non facto, qui pro obſeruantia
pleniori promiſſorum accepti ſunt.

Nec vitio eſt aſcribendum ſoluenti, quod debe-
9 bat quia ſic ſine exceptione aliqua, † & cum clau-
ſula ſaluis præmiſſis, promiſerat exburſare adueni-
ente die. Sozi. iun. conſi. 89. nume. 16. lib. 10.

Qui ſi non inſtetit in actu ſolutionis pro libera-
tione bonorum id nec ex pacto, neque de iure face-
re tenebatur. l. 1. vt nemo inuitus agere, & potuit
hanc diligentiam omittere, tum, quod ignoraret
creditores affectuũ, de quibus in genere fuit dictũ,
tum, quod ſciret ius ſuum ſibi ſaluum fore in caſu
10 moleſtiæ ex cautione fideiuſſoris, † & ideo nullum
ſibi dici poteſt illatum præiudicium. l. ſi erit. §. non
videtur. ff. quibus mod. pig. vel hip. tacite ſolu. gloſ.
in can. plerumque 2. quęſt. 7.

Circa quam liberationem faciẽdam fideiuſſores
ipſi debebant attentius inuigilare ſi de venditoris
conditione dubitabãt, potuiſſent enim emptori de-
nunciare, & proteſtari ne ſoluerent niſi prius libera-
11 rentur bona, quo † caſu forte ſi contempta denun-
ciatione ſoluiſſet, ſibi imputandum foret. l. ait. § ſi
quis. ff. de his quæ in fraud. cred. cum concord. per
Paleum quæſt. 31. vbi in puncto de hac denunciatio
ne late diſcurrit, & diſtinguit.

Nec obſtat, quod ex iſta procliui ſolutione fide-
iuſſores in conſequentiam damnum ſentiant, quia
de ijs, quæ in conſequentiã damnum ſentiant, quia
de ijs quę in conſequentiam accedunt, non habetur
ratio. l. 5. de auto. pręſt. l. ſi ſponſus. §. donationis, &
§. generaliter. ff. de donat. int. vir. & vxor.

12 Et ſatis eſt in hoc caſu dolum abeſſe, † prout ab-
eſſe regulariter præſumi debet etiam ſi alteri pręiu-
dicium fiat. Nam quotiens quis ſuo iure vtitur, &
de re ſua diſponit, fraudem non committit. Barba.
conſil. 30. nume. 21. lib. 4. l. nullus. de reg. iur. l. flu-
minum. §. fin. ff. de dam. infect.

Fuit concluſum pro actore non obſtantibus con-
trarijs, quibus ex iam dictis patet reſponſio.

Supereſt ſolum reſpondere auctoritati Sozin. &
l. ſi ſtipulatus es. & l. inter emptorem, quæ omnes
non obſtant, quia Sozin. loquitur in longe diuer-
ſo caſu. Nam ibi ſindici promiſerant facere quan-
dam exactionem ante, quam experirentur contra
fideiuſſores, quam non fecerant, merito fideiuſſo-
res ſe defendebant exceptione non impleti: hic
autem venditor ad nihilum vltra ſolutionem pre-
cij ſe, ſuamque fidem aſtrinxit quam ſolutionem li-
bere facere promiſit, non autem obligauit ſe ad nõ
ſoluendum niſi ſecuta liberatione, nec quiſquam id
ſtipulatus eſt neque promiſit.

Idem erat in caſu l. inter emptorem, vbi fideiuſ-
ſor fuit acceptus in id minus, quod ex pignoribus
redigeretur: ante diſtractionem igitur non erat fi-
deiuſſor conueniendus, & ſic in omnibus dictis caſi-
bus erat prius aliquid faciendum, vel pręſtandum a
creditoribus, quam contra fideiuſſores proſilirent,
quod hic deſideratur, quia emptor ad nihilum te-
nebatur, quàm ad ſolutionem precij: liberatio au-
tem bonorum erat conſecutiua ad ſui fauorem in-
ducta, quam pro tunc potuit renunciare, quia ius
ſibi ſaluum erat, quandocunque in caſu moleſtiæ,
& euictionis, vnde in caſu Sozin. & d. l. inter emp-
torem, dici poteſt, quod illi fideiuſſores non erant
propriè fideiuſſores, quia non ſimpliciter, ac pure
ſe obligarunt ad id, ad quod principalis teneretur,
ſed ad aliud, quod minus exigeretur, & ſic ſunt
conditionales fideiuſſores obligati tantummodo
ad id, quod deficeret, vt tradit Caſtren. conſi. 239.
lib. 2.

Hic autem ſumus in fideiuſſore ſimpliciter, &
ſimpliciter ac pure obligato ad id, quod principalis
debitor facere tenebatur, qui non expectato alio
conditionis euentu, conſtito de non facto principa-
lis, poteſt arbitrio creditoris conueniri.

Multum enim intereſt inter fideiuſſorem ſimpli-
citer, vel fideiuſſorem in ſubſidium, & in id, quod
minus conſequi poſſit, vt egregie declarat Fernãd.
Vaſqu. lib. 1. quæſtionum illuſtrium cap. 33.

S V M M A R I V M.

1 *Inſtantia perempta iudex in eo tantum iudex remanet,*
videlicet in pronunciando inſtantiam peremptam cũ

condemnatione expenſarum.

2 *Audientia ſi eſt deneganda alicui, quicquid cum eo fit, nulliter fit.*

Eique omnis agendi ſeu excipiendi via præcluditur.

3 *Lis nulliter mota, pro non mota reputatur, & nullam litis pendentiam inducit.*

4 *Citatio illegitima non inducit preuentionem.*

5 *Actus, qui præcedere debebat, ſi ſubſequatur eſt nullus.*

6 *Additum an ſit eiuſdem naturæ, vel nouam ſpeciem faciat.*

7 *Additum an idem ſit cum primordio, materia eſt Brochardica.*

8 *Quod potui nolui, quod volui, implere nequiui.*

9 *Incompetentia ex pluribus arguitur.*

10 *Finis ignoratur, ſi de principio non conſtet.*

11 *Litis principium, quod ſit, varie ſentitur apud Doctores.*

12 *Sequeſtrum non inducit litis pendentiam.*

Litis pendentia ex ſequeſtro non inducitur.

13 *Sequeſtrum ante litem motam factum dicitur eſſe preparatorium quoddam ad litem futuram abſtractum à petitione, & libellum expectans.*

14 *Actor habilitatus dicitur per ſpeciales exceptiones oppoſitas, & prorogata iuriſdictio.*

Prorogatur iuriſdictio per ſpeciales oppoſitiones.

15 *Interlocutoria non iuſtificatur, niſi ex cauſis in appellatione expreſſis.*

16 *Super non ente non ædificatur.*

17 *Roma, in conſi. 412 declaratur.*

ARGVMENTVM.

De citatione nulliter facta, & lite illegitime mota, quod litis pendentiã non inducant.

Et de ſequeſtro, quod ante litem motã fit, tanquam præparatorium, litis pendentiam non inducere.

DECISIO XXXI.

EVERAT factum ſequeſtrum ſuper quadã naui, detta la ſgoarcia bocca, & auaritia fulcinentis, rebuſque alijs in ea exiſtentibus, tanquam ſuper bonis Domini Antonij Spinulæ proprietarij, & participantis in ea pro octo caratis, & hoc inſtante Domino Nicoloſo Lomellino ſeu eius agente.

Quod ſequeſtrum eum eſſet nulliter factum non ſeruata forma legis municipalis procedêris cũ clauſula irritante, Si ſecus fiat, & cum denegatione audientiæ, fuit poſtea reiteratum ſeruatis ſeruandis, & cum proteſtatione de non diſcedendo a primo, niſi ſi, & quatenus de nouo fieri opus eſſet.

Succeſſiue nomine d. D. Nicoloſi fuit coram DD. conſulibus maris ciuitatis Piſarum productus libellus citatis N. & N. defenſoribus d. D. Antonij. Qui comparentes oppoſuerunt exceptionem nullitatis tam defectu fideiuſſionis non præſtitæ more forenſium, & mandati, quam anterioritatis hypothecę, ſuper quibus petierunt per d. DD. Cõſules maris gradatim pronunciari, quod quidem iudicium ſic motum, cum non eſſet intra 45. dies per DD. Conſules terminatum, actor intra quinque dies immediatè ſequentes eorum eiſdem petijt recurſum iuxta formam ordinamentorum d. ciuitatis, quo recurſu mediante lis decidatur. † Ex aduerſo fuit dictum de in

1 competentia DD. Conſulum propter lapſum inſtantiæ 45. dierum, quo caſu ipſi in alio non remanent de iure amplius iudices, quam in pronunciando inſtantiam peremptam cum condemnatione expenſarum eius cuius culpa ſit perempta, vt not. in l. properandum, in fi. & ibi Cyn. C. de iudi. Phil. Franc. in cap. ex ratione, nume. 75. de app. Iaffred. deciſione 269. & iſta tantum fuit propoſita exceptio expreſſe in hoc iudicio incompetentiæ, quæ iuſtificari ſoler ex expreſſis, & non aliter iuxta legem incompetẽtiarum, licet in allegationibus iuris fuerit in alio poſtea fundata incompetentiæ exceptio omnino iã propoſitæ diuerſa, & contraria.

Dicebat enim D. Aduocatus, non poſſe Conſules concedere recurſum, quia nunquam de aliquo fuit, vel proceſſit aliqua lis. Ergo a recurſu non inchoandum. Nam ex quo ſequeſtrantes, in primo ſequeſtro non cauerunt medijs fideiuſſoribus, vt ex forma ſtatuti tenebantur facere, ſe reddiderunt indignos iudicis audientia, & in ius illis reddi non po-

2 tuit, vnde † quicquid cum talibus non audiendis fit, nulliter fieri dicitur. Iaſon in l. 1. §. ſublata, num. 6. ad Trebell. eiſque omnis agendi ſeu excipiẽdi via percluditur in quocunque iudicio quantumcunque fauorabili. Rui. conſ. 49. nu. 7. to. 4. † Si nul-

3 liter, ergo lis pro non mota reputabitur, & nullam iuriſdictionis præuentionem, vel litis pendentiã inducit. Roma. conſ. 412. nu. 5. & 9. cum concord. per Sebaſt. Vant. de nulli. Quo. & intra quæ tempo. nu.

4 27. † Vbi citatio illegitima non inducit præuentionem, & queſtio illegitime mota, non dicitur mota. Nec refert, quod poſt d. ſequeſtrũ nullum, ſequeſtrans dederit fideiuſſorem, quia non ob id dicitur ſatisfactum ſtatuto requirenti, quod fideiuſſio pro-

5 cederet. † Actos enim, qui præcedere debet ſi ſubſequatur, annullatur. Rip. l. 1. in prin. n. 27. de verbo. oblig. & in l. admonendi, nu. 195. ff. de iureiur. poſt Bar. & alios in l. 2. §. prius, de op. no. nun. Cachera. de ciſ. 165. Nec etiam dici poteſt, quod lis ſaltem pẽde

6 re incæperit a die quæſitæ cautionis, † quia videbatur fideiuſſio venire per viam additionis ad primũ ſequeſtrum, cũ pars ab eo proteſtetur nolle recedere, & ideo non alterat naturã primi, & ſemper cenſebitor idẽ cũ primo ita, quod erit ſemper eadẽ inſtãtia, & non noua, arg. no. p gl. in l. pen. de acti. & obl. & in l. vulgaris, in prin. ff. de fur. Bald. conſi. 48. lib. 1. & 392. lib. 5. in fi. Corn. conſi. 132. lib. 5. in fin.

7 De quo Brocardico articulo, † An additum conſtituat nouam ſpeciem, vel ſapiat eandem naturam illius cui additur, late Tiraq. de ret. conſa. §. 1. gloſ. 18. nume. 31. & ſeq. & dato, quod ex ſcdo ſequeſtro iudicium

iudicium ſubſtineri potuiſſet, non poteſt ſubſtineri
8 ex alio, quia agitur in vim primi inualidi: vnde, †
quod potuit noluit, quod voluit, implere nequiuit.
Roma. conſilio 446. & 496. & per Bald. in l. falſus,
C. de furt. num. 25. vbi procurator agens limitate vi-
gore vnius mandati inſufficientis, non poteſt actus
validari ex alio mandato valido.

Quibus non obſt. diximus DD. Conſules fore
competentes, & poſſe in cauſa recurſus ad vlteriora
procedere. Moti, quoad primam excep. non in pro-
9 ceſſu expreſſam, quia † geſta coram iudicibus ordi-
narijs, vt ſunt DD. Conſules, ſolent impugnari de
competentia ex altero iſtorum capitum, videlicet,
aut ratione cauſæ, aut ipſorum litigantium, vel tem
poris, vel loci, aut culpa eius, qui ius dicit, vt tradit
Seba. Vant. de null. ex defect. iuriſd. ordi. numero 8.
Hic autem ex duobus arguitur incompetentia ra-
tione, videlicet temporis, ſeu inſtantiæ lapſæ, & ra-
tione perſonæ actoris, cui tua non erat dicendum,
10 & † de fine temporis, ſeu inſtantiæ non poteſt co-
gnoſci, ſi ignoretur principium, gloſſ. in Clemen. 2.
verbo poſtquam, vt lit. penden. Bald conſilio 327. in
fi. Deci. conſilio 115. in fi. ideo poſito pro conſtan-
11 ti, quod & ſi variè ſentiant † Docto. de litis princi-
pio, & pendentia cum ad varios effectus conſiderari
ſoleat, vt egregiè tradit Lancell. in tract. de atte(n)ta. in
2. part. cap 4. numero 6. Tamen, quoad caſum iſtum
credidimus non inchoaſſe a die facti ſequeſtri, quia
12 † per ſequeſtrum non inducitur aliqua litis pen-
dentia. Natta conſilio ſecundo, numero 2. ſicuti
neque per capturam perſonæ, vt inquit idem Lan-
cellot. ibi. num. 209.

13 Nam † cum huiuſmodi ſequeſtrum, quod ante li-
tem motam fit pro aſſecuratione eius, quod veniet
poſtea in actione deducendum Iaco. de Aretin. in
tracta. de ſequ. col j. & 2. quod etiam fit parte non
citata, ſit præparatorium litis futuræ, & tamquam
abſtractum a petitione expectet poſt ſe oblationem
libelli, & iuris ſequeſtrantis probationem, vt inquit
Pract. Pap. in for. lib. ſequeſtrorum in verbo audeat,
ideo ſiue a libelli oblatione ſeu a litis conteſtatione
dicatur lis capta, non potuit dici inſtantia totaliter
perempta, cum ex diſpoſitione ſtatuti totum caueatur
elapſis 45. diebus ad huc poſſe coram eiſdem DD.
Conſulibus de recurſu agi ad deciſionem eorum,
quæ ab ipſis intra 45. dies non fuerunt terminata,
dummodo recurſus intra quinque dies immediate
ſequentes petatur. Alias illis elapſis, & ſic quinqua-
ginta diebus, & non petito recurſu inſtantia dicitur
perempta. Vnde & ſi non ſint amplius iudices elap-
ſis quadragintaquinque diebus, vt ſoli poſſint iudi-
care, remanent tamen iudices in recurſu, & du-
rat inſtantia, quoad hoc & ſic facto calculo dierum
vtillum inſtantia integra quinquaginta dierum nõ
erat lapſas merito d. exceptioni ex hoc capite non
fuit locus.

Prout nec etiam locum ſibi vendicauit alia ex-
ceptio perſonæ cui audientia erat deneganda, quia
14 excipiens comparuit in cauſa libelli, † & cooſen-
tiendo in iudicem, & litem conteſtando dedit exce-
ptiones ſpeciales, ſuper quibus petendo, & inſtando
per DD. Conſules pronunciari videntur habilitaſ-
ſe perſonam actoris, & in iudicem conſentiſſe. Ho-
ſtienſ. in ſumma de excepr. Anto. de Matthæis in tra
ctatu de protoga. iuriſdict. numero 12. ſub verſicu.
veniamus ad tacitam, ibi dubium eſt an ante conte-
ſtationem; & ex his conſequenter paratur reſponſio
ad ſecundam exceptionem, quæ vltra, quod non erat
attendenda tamquam expreſſe non oppoſita intra
legitima tempora ſecundum legem incompetẽtia-
tum, quæ non poteſt iuſtificari niſi ex expreſſis, vt
notum eſt in curia, & arg. eorum, quæ de ſententia
15 † interlocutoria dicuntur non iuſtificanda, niſi ex
cauſis in appellatione expreſſis, Clem. appellanti, de
appellat. Phil. Fran. in cap. cum in Eccleſia, col. 2. ex-
tra eodem tit.

Tamen ex alio non militabat, quia de directo ad-
uerſabatur aliæ exceptioni oppoſitæ, quæ fundaba-
tur ſuper lapſu inſtantiæ, & ſic præſuppoſuit compe
tentiam de cætero fuiſſe, & iudices competen-
tes extitiſſe, & litem pependiſſe ſuper nullitate ſe-
queſtri, & hipothecæ anterioris, quæ omnia cum
non fuerint per DD. Conſules terminata, veniont
in recurſu poſtea decidẽda tam reſpectu nullitatis,
quam aliarum quatenus dd. DD. Conſulibus ſuper
recurſus arbitrabitur.

Nec obſtant, quæ de conſenſu præpoſtero ad ſe-
cũdum ſequeſtrum in argumentum allegabãtur, &
de additione ad primum ſequeſtrum nulliter fa-
ctum, quia ſecũdum ſequeſtrum ritè factum caute-
loſe, & in ſupplemẽtum primi, & quo actor vtitur
in ſubſidium, fuit tempeſtiue factum, & antequam
in iudicio cum ſuo libello proſiliret, & licet inhæ-
reat primo ex abundanti, non ideo ſecũdo renũciat,
cum nõ ſimpliciter faciat, ſed cumulatiuè per modum
ſubordinatæ cõditionis, vt ſi non primum, ſaltem
ſecundum iuuet, vt quotidie hac fraſi productionis
vtuntur cauſidici, cum clauſula ſanatiua omni mo
do meliori.

Nec ſecũdum aliter cohæret primo, quia fuit de
nouo ex integro factum, & reſtauratum, nihil com-
mune habens cum primo, quod cum eſſet nullum
non patiebatur additamẽti ſeu incrementi qualita-
16 tem † cum ſuper non ente nõ ædificatur, l. eius qui
in prouincia, ſi cert. pet. §. quod ſi ſtipulatus. Deci.
conſi. 583. circa fi.

17 Non † obſtant dicta per Roma. dicto conſil. 412.
quia procedunt, & intelligẽda ſunt priuatiue quo
ad alios iudices, videlicet, quod citatio nulla non in-
ducat litis pendentiam neque præuentionem, hoc
eſt verum, quoad alios iudices coram quibus ſi legi-
time procedatur, illa prima citatio ſic nulliter facta
non impedit, quin coram alio procedatur, vt colli-
gitur ex notat. per Sozi. in cap. poſtulaſti, num. 15.
& 20. de fo. compet.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum loquens de tenutis intelligitur de validis.*
2 *Iudicialis venditio non valet, credito non exiſtente vero.*
3 *Creditor an de euictione teneatur pro pignore vendito iu-*
dicialiter, & euicto.

Euictio

Euictio pignoris prętorij, an obliget creditorem.

4 *Creditor diſtrahendo pignus pro maiori ſumma, quam ſit creditor, obligatur de euictione.*

Venditio pignoris facta inſtante creditore pro credito non vero, ſeu pro maiori ſumma obligat creditorem de euictione.

5 *Intereſſe damni emergentis, & lucri ceſſantis in mercatore conſideratur.*

6 *Intereſſe debetur tam in contractibus bonæ fidei, quam ſtricti iuris.*

7 *Tam de iure canonico, quam ciuili.*

8 *Intereſſe incertum non probatum, an iure ſuper eo pronuncietur.*

ARGVMENTVM.

Creditor, an & quando teneatur de euictione pignoris prætorij venditi, & euicti.

Et de intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergentis mercatori debito.

DECISIO XXXII.

PAPIANI cum eſſét creditores illorum de Bianciardis, procurarunt diſtrahi eorum bona, & reperto emptore Georgio Vgolino creditum receperūt cedendo eidē ſua iura, quæ apud ſe integra, & illæſa eſſe affirmabant.

Bianciardi ad deſperatorum remedium conuolātes, iudicium nullitatis intentarunt contra emptorem, ſub prætextu, quod non eſſet ſoluta gabella ceſſionis iuriū ab Alamannis facta illis de Papianis, qui tā proprio, quàm ceſſionario nomine dd. bona diſtrahi ſatagerunt, & tandem obtinuerunt, & fuerunt euocata bona de manibus Vgolini emptoris, qui ſucceſſiuè egit contra Papianos tamquam de euictione obligatos, petendo eos condemnari ad intereſſe, damna, & expenſas, quia iura ceſſa per eos non erāt illæſa, & integra, vt promiſerant, cum ſubiacerent vitio gabellæ non ſolutę, acquiſitionem lucri ex tenuta impedientis.

Statutum enim tribuēs emolumentum tenutarum 1 † intelligitur de tenutis validis. Barto. in l. 2. §. prætor ait, in fi. ff. qui ſat. cogi. Anania, in conſi. 83. in 2 fi. Ruy. cōſilio 39. col. 10. lib. j. † & vero non exiſtēte credito tenutarum iudicialis vēditio in nulla parte tenet. Bar. in l. fulcinius, §. cum hoc, num. 6. ff. quibus ex cau. in poſſeſ. Fulgoſ. in puncto, conſilio 137. Ruy. conſi. 160. num. 17. lib. 2.

Replicabant Papiani ſe nō vendidiſſe, nec quicquam euictionis nomine promiſiſſe, quam hi ſoli præſtant, qui vel ex natura rei geſtæ tenentur, vel propria obligatione ad euictionem ſe aſtrinxerunt. Caſtrenſ. cōſilio 207. col. j. libro j. ſed omnia fuerunt geſta a iudice debitorem repræſentante, l. ſi ob cauſam, C. de euictio. Bal. in l. ordo, C. de execu. rei iudi. Tiraq. de retra. cōſan. §. j. glo. 14. nu. 13. & ſic ceſſabant ea, quæ dicuntur de creditore vēdente rem pignoratam, de quo Bald. in conſil. 375. libro 5. Alex. conſi. 135. num. 9. lib. 6.

Et ſi fortè ad aliquod tenerentur, dicebant vltra reſtitutionem veri crediti nōn eſſe obligatos.

Quia ceſſio facta ad certam, & determinatam ſummam, inſtar habet venditionis nominis debitoris. Pariſi. conſil. 83. num. 30. libro 3. l. ſi nomen, vbi Bal. ff. de hæred. vel actio. vend. & præſertim cum in ſpecie id non fuerit promiſſum. Deci. conſi. 102. col. j. licet, quando non ſit relata ad certam quātitatem, teneatur vendens quanti interſit, l. & quidem, ff. de hæred. vel actio. vend.

Quo fit vt non teneantur Vgolino ad prætēſum intereſſe extrinſecum, quod in contractibus bonæ fidei non debetur. Ioan. Igneus, in l. quatenus, num. 45. de reg. iu.

Præſertim ſi intrinſecum in re vēdita poſſit cōſiderari. Iaſ. in l. nummis, de in lit. iur. Curt. Iun. in l. j. num. 17. C. de ſentē. quę pro eo, quod int. Ad quod etiam verba promiſſionis referri debent. Fulgoſ. in conſilio 143. iuris intellectu, & rei geſtæ natura ſic ſuadente. Bero. in quæſtio. 97. ſtante maximè ruſticali ignorantia. Cor. in puncto in conſilio 202. nume. 2. libro j. Deci. in l. ſi id quod, nume. 37. ff. de iuriſd. om. iudi.

Quæ quidem ignorantia eos excuſat, vbi tractetur de damno euitando, vt hic, l. error, C. de iur. & fa. ign. Sozi. conſilio 82. num. 13. libro 2. in re maximè exigua, vt erat iſta, quæ nullitatis cauſam dederat. Iaſ. in d. l. ſi id, quod. poſt Bart. in l. ſerunm, eo. tit. Aret. in l. j. C. de in ius vocā. reiecta diſtinctione illa, potuerint, nec ne iſti ruſtici adire peritiores, ſecundum Bar. in l. bonorum, ff. de bonor. poſſeſſ. Ruy. cōſilio 79. num. 10. lib. 2.

Quod quidem intereſſe quatenus deberetur, duplum excedere non valeret, l. Titius, §. fi. de actio. empt. & ibi Barto. num. 7. in fi. Sali. num. 20. Curt. Iun. num. 51. Alcia. cap. 5. num. 20. & cap. 9. num. 19. 20. dicta l. j. C. de ſent. q̄ pro eo, qd̄. & hæc quatenus circa hoc valide ſentētiari poſſit:, propterea, quod nulla ſit expreſſa quātitas in petitione, nec in proſecutione probata, & ideo ſe non poſſe condemnari in aliquo intereſſe contendebāt, §. curare, inſtitu. de actio. cum ibi not. & in l. certi condictio. in prin. ſi cer. pet. Ruy. cōſil. 29. col. j. lib. 5. Natta cōſilio 169. nu. 12.

His non obſtantibus ſequendo ſentētiam Dom. Primi iudicis pronūciauimus pro actoribus taxantes intereſſe computato precio ad ſcut. 200.

3 Moti, quia, & ſi † quando inſtante creditore pignus prætorium diſtrahitur, non tenetur creditor de euictione, toto titulo C. credito. euictio. pigno. non deb. niſi vel vt dominus is vendat, vel nuncupatim de euictione promittat, aut doloſe in ea verſatus ſit, tamē niſi ea quatuor præſtētur, quæ enumerat gloſſ. in l. j. ver. modo, C. eod. titulo, tenebitur de euictione, & inter alia oportet ſe probare creditorē in ea quantitate quam aſſerit, alias euictionis nexu tenebitur ſi pro pluri, quam ſit creditor, diſtrahere

faciat.

faciat, l. ſi pignore ſubrepto, §. fi. & l. ſequ. de pignor. actio, Odofre. in terminis, in dicta l. j. qui ita dicit intelligendam l. ſequentem prout fecerunt Papiani, qui cum prætorio pignore in bonis Bianciardorum potiti eſſent, non ipſi diſtraxerunt, ſed iudicis opera vſi ſunt in diſtractione, his omnibus ſeruatis, quæ neceſſaria erant ad validitatem, quorum meminit Neguſan. de pigno. 1. memb. 6. par. numero 9. verſi. adde, in materia pro eorum credito, quod erat longe minus, quam aſſecutiſſent propter vitium nullitatis ex prætermiſſa ſolutione gabellæ ceſſionis, quæ fuit impedimento ne lucrum tenutarium acquirat, propter quod non poterant ſe tueri, quin euicto pignore prætorio de euictione tenerentur, propter falſam iurium ceſſionem, quantumcunque creditum foret
4 in parte verum: diſtrahendo † igitur pro maiori ſumma pro euictione obnoxij remanſerunt, gloſſ. in dicta l. j. in fi. quam ibi approbant Odofr. Bald. Salyc. & alij, & Saly. in l. reſcriptum, §. j. de diſtra. pigno. & in puncto Neguſa. de pigno. 1. memb. j 6. par. nu. 40. verſic. & primo, & verſi. fallit quando. Deci. in conſ. 444. Duen. in reg. 169. numero 4. in 4. limita. Caball. de euictio. §. 3. num. 38. & conſequenter tenentur vltra precium intereſſe præſtare, l. controuerſia, & l. ſucceſſores, C. de euictio.

Nec obſt. quod iudex, non Papiani vendiderit iure creditoris, quia & ſi ipſi pignus, & ſic rem alienã non vendiderint, vendiderunt tamen ius, quod in eo habebant, & ſic creditum ſuum, ita declarat Odofr. in dicta l. j. in fi. C. cred. euict. pig. non deb. vnde cum nõ eſſent creditores tantæ ſummæ euictionem non effugiunt.

Nec ſufficit dolum abeſſe, cum ſatis ſit defectos crediti non veri ad hoc, vt de euictione teneantur, Odofr. d. l. j.

Nec obſt. quod extrinſecum intereſſe in contra-
5 ctibus bonæfidei non debeatur, † quia iſte actor erat mercator cui, & damni emergentis, & lucri ceſſantis intereſſe debetur, l. cum quæſtio, C. de euictio. l. 3. in fi. cum ibi no. ff. de eo, quod certo loco, & tradunt ſcribentes, in l. j. C. de ſen. quæ pro eo, quod int. Cor.
6 conſilio 44. num. 12. libro 2. † tam in contractibus bon. fidei, quam ſtricti iuris. Anchar. in cap. conqueſtus, de vſu. & ibi Abba. num. 6. Alex. ad Bar. in l. iulianus, §. offerri, de actio. emp. Miſing. cent. 4. obſeru. 56. Franc. Mar. deciſio. 167. libro 2. Sebaſtia. Sapi. dicta l. j. num. 88. Cagnol. nume 44. Rebuf. num. 581. Berò. conſilio 193. libro j. Anto. Gabr. de emptio. cõ-
7 cluſ. 4. num. 20. † tam de iure ciuili, quam canonico Areti. conſilio 9. columna fi. Soz. conſilio 156. col. 4. libro 2. Bello. conſi. 22. columna pen. Anchara. Regienſ. quæſt. 33. numero 13. in ſecunda parte. Natta conſilio 569. Deci. conſilio 441. Menochi. conſ. 110. nom. 52. Rube. Alex. conſilio 88. Kiminal. ſen. conſilio 318. Hiero. Gabr. conſi. 26. quicquid in contrarium ſenſerit Silua. in conſi. 10.

Nec obſt. incertitudo intereſſe certi non petiti ne-
8 que probati, † quia amplectentes Soz auctoritatem in cap. dilecti, numero 6. de fo. comp. verſic. in eadem gl. ibi, & iudex, vbi dicit ſe pluries conſuluiſſe, & arguiſſe iudices, qui per huiuſmodi incertitudinem abſoluunt reos conuentos ab intereſſe actoris, ſed deberent ex coniecturis ſuum animum informare, & quantitatem diffinire, quantitatem præfatam taxauimus, & Sozi. ſequitur Rebuf. in dicta l. prima, numero 478.

SVMMARIVM.

1 *Remedium reſtitutorium non competit ijs, qui facto proprio a poſſeſſione ceciderint.*
2 *Contractus talis præſumitur qualiter verba ſonant.*
3 *Precij nomen indicat venditionem,*
4 *Extimatio regulariter venditionem facit.*
5 *Contractum approbat poſſidens ſub illo contractu.*
6 *Capitulans non dicitur fateri.*
7 *Niſi capitulata reproducat.*
8 *Promiſſio de vendendo non eſt venditio.*
9 *Poſteriora dant prioribus complementum.*
10 *Permutatio quõ dignoſcatur a venditiona, & è contra.*
11 *Cõtractus iudicatur ſecundum naturam in qua præualet.*
12 *Permutatio dignior, & vtilior venditione.*
13 *Intentio principalis agentium attenditur.*
14 *Ex actu impugnato quis non iuuatur.*
15 *Pars, quæ impugnauit articulos, poteſt ſe fundare ſuper probationibus factis.*
16 *Teſtes deponentes extra capitulata an, & quando attendendi.*

ARGVMENTVM.

De contractu venditionis, & permutationis, & qualiter dignoſcatur in concurſu vnus ab altero, & de teſtibus extra capitulata deponentibus, & an ex actu impugnato quis iuuetur.

DECISIO XXXIII.

EX duobus remedijs intentatis per Dominos de Vgolinis cõtra Bianciardos alterum, videlicet recuperandæ poſſeſſiones in vim ſpolij non fuit attẽdendum cum conſtiterit bona petita, & a quibus ſe deiectos aſſerebant, fuiſſe per eoſdem tradita in executionem
1 infra dicendę conuentionis, † & ſic tanquam facto proprio cadentes ab eorum poſſeſſione nullo reſtitutorio remedio iuuari poterant. Sozi. in l. rem quæ nobis, col. 5. de acqui. poſſeſſ. & in conſilio 39. col. 3. libro 3. Soz. iun. conſilio 47. num 4. lib. 2. Alex. cõſi. 92. lib. j col. 2. Deci. conſi. 57. num. 2.

Alterum vero de nullitate tituli dictę dicendæ conuentionis, non parum negocij faciebat. Dicebãt enim Vgolini mediante ſcriptura priuata fuiſſe in-

ter

ter eos factam conuentionem de inoicem vendendo
dd.bona,& quod virtute d. conuentionis erant ſub-
ſecutæ traditiones,& cum d.conuentionis cõtractus
eſſet gabellabilis , & gabella ſoluta non fuerit , ipſo
iure erat nullos iuxta legem gabellæ . Ideo ſumpta
occaſione veniendi contra factum proprium petie-
rãt declarari titulum nullum, quod ex pluribus de-
ducebant iam ex verbis ſcripturæ priuatę , quam
ex confeſſione partis aduerſæ.

Primo igitur ex mẽte contrahentium verbis de-
clarata,cantat enim d.ſcriptura,quod Biãciardi pro
mittebant Vgolinis vẽdere certa bona certo expreſ-
ſo precio,& è contra Vgolini promittebant illis da-
re totidem bona certo precio extimata in recom-
penſa precij.

2 Talis † igitur erat cenſendus contractus qualiter
verba ſonant. Bar.in l.cotem ferro,§. qui maximos,
in 5.q. ff.de pub.& vectiga.Anch.& Imol.in c. pro-
pter ſterilitatem,in fi.extra loca. Aret.in conſi.55.in
prin & in fi.At hic fit mentio de precio,& de vendẽ
3 do, merito vẽditio erat dicenda,† quam precij men-
tio deſignat.gl in d.l. cũ dotem in verbo quos enim,
C. de iure dot.Rip.in tract.de peſte, in tit.de priuil.
contract.cau.peſt.nu.48.Hypol.ſing.105.

4 Accedebat,quod dabantur bona extimata,† & ex
timatio regulariter venditionem facit, glo.in l.ſi in
ter,C.de iu.dot.Ales. in l.ex quæſtione de pact.& in
conſi.79.num.2.lib.j.

Secundo, quod ipſimet Bianciardi fecerant capi-
tula , & deducebant actum venditionis per teſtes ad
euitandam gabellam,& ſic approbabant cõtractum
5 venditionis,† quia poſſidẽs ex aliquo contractu,cõ-
tractum approbat. Deci.conſi. 583.nu.6 licet id nõ
probarint , quia teſtes de permutatione depoſuerũt,
non autem de venditione.

6 Et licet † capitulans non dicatur fateri capitula-
ta ſecundum Ioã.Andr.in cap.fina.de iureiurã.in 6.
Butri.in cap.quoniam, colum.j. de proba. Alexand.
cõſilio 133.ſub num.4.libro j.& 172.libro 6 quod
7 reprobat Barb.in conſilio 3.libro 2.† Tamen ex quo
capitulantes ea reproduxerunt iudicialiter , contra
capitulantes producentes probant. Grammat.conſ.
ciuil.89.num.j.

Tertio nitebantur in re iudicata ex duabus con-
formibus dum D. primus iudex dixit petita per V-
golinos fieri debere,quatenus conſtet de ſcriptura
permutationis: ſecundus vero dixit ſimpliciter pe-
tita fieri debere.

Nec ſibi obſtare putabant, quod ſcriptura ſona-
8 ret in promiſſionem de vendendo † quaſi talis pro-
miſſio non ſit venditio. Alb. & Caſtrenſ.poſt gloſ.in
l.2.ff de eo,quod cert.loco.Mattheſ. in ſing.46.quia
replicabant ex traditione ſubſecuta eam perfectam,
9 & cõſumatam,cum priora † a poſterioribus comple-
mẽtum recipiant. Bal. conſ.451.lib.2.Cur.Iun.cõſ.
8 a nu 8. Tiraq. de ret.conſan.verbo finis,nu.82.

Aduerſus , quæ ijdem de Bianciardis replicabant
in eadem ſcriptura ſe fundantes dicendo ex ea non
magis conſtare, quod voluerint vendere, quam per-
mutare cum alternatioe locuti ſint,videlicet,vel per
mutare cum Vgolinis, &c.& è contra Vgolini pro-
mittebant dare in recompenſam bonorum tot bo-
na, &c. & ſic ſcriptura illa reddebat dubiam inten-
tionem contrahentium vtrum hoc magis, quam il-
lud voluerint.

Quo ſtante ancipiti ſermone, ſi (vt par eſt) con-
iecturis iudicium eſſet faciendum, vtique videbatur
permutationis cõtractus iudicãdus, quia bona hinc
inde data præponderant precio, quod datur ab alte-
10 ro † quo caſu omnes dicunt accedere ad naturam cõ
tractus permutationis.Ioan. And.Butri. Imol.& alij
in cap.ad conquæſtionem,de permuta.cum concor-
dantibus per Tiraq.de ret.conſa.§.30.gloſ.j. num.9.
11 vbi etiam,num.10,dicit id eſſe perpetuum , † quod
contractus iudicetur ſecundum eius naturã in qua
magis prævalet.Couarru. ex communi opin. lib. 2.
variar.reſolut cap 4. num.9.

Et ita quoque in dubio eſſe præſumendum argue
12 bant ab vtilitate , & dignitate contractus, quippe †
cum permutatio dignior ſit , & contrahentibus vti-
lior,quam venditio. Tiraqu. plene in loco proximè
citato,num.46.& ſeq. & num.38.eliciendo vtilitatẽ
nedum ex iure cõmuni , ſed etiam ex lege gabellæ ;
cum ſi ſit permutatio non erit gabellabilis : ſecus ſi
ſit venditio,& partes ceſentur elegiſſe viam tutio-
rem ad ſubſtentationem actus.

DD. Inclinarunt pro reis conuentis declarando
petita per actores fieri non poſſe.

Nam quicquid ſit de verbali denominatione ex
13 aduerſo perpenſa , placuit † principalem agentium
intentionem attendi debere, l. ſi quis nec cauſam,&
ibi Bal.& alij,ſi cert.petat.

Intentio autem fuit permutare, & ex facto,& ver
bis declarata , dum bona hinc inde tradita ſint pre-
cium excedentia, & expreſſe fatentur, dum Vgolini
in ſententijs , ſeu re iudicata ſe fundant, quæ pendet
a ſcriptura permutationis,prout etiam nõ videban-
tur negare producendo fidem ſolutionis gabellæ in
permutationem cantantis.

Et licet ſoluerint ſimplum ad modum venditio-
nis , tamen vltra , quod ſit poſita ſub poſt permuta-
tiones officiales gabellæ nobis ſignificabant ſe vel-
le conſequi reſiduum ab Vgolinis ad rationem per-
mutationis ſubdentes id callidè factũm ab Vgoli-
nis, & inſtantes, quod non audirentur.

Nec etiam teſtis deerat ab Vgolinis inductos,qui
de permutatione fidem faceret contra producẽtem
omnino probans.Roma. conſilio 104. in fi.& ad ita
iudicandum nos mouit fauor quoque gabellæ qua
cauetur in dubio gabellæ eſſe fauendum.

Non ob. quod Bianciardi vim fecerint in capi-
tulando venditionem quaſi videantur impugnaſſe
14 permutationem, † ex qua poſtea iuuari nõ poſſint.
cap.ex eo.de reg.iur.in 6.cap. cum olim, vbi Abb.in
6.nota de cenſi.Bellame deciſ.554.

Quia dato, quod impugnaſſent (quod non appa-
15 ret) adhuc † poſſent ſe fundare ſuper probationi-
bus ſuper ea factis, quas non impugnarunt, ita Bar.
in l.poſt legatum,col.fi. verſ.quæro ego, ff.de his qui
bus,vt indi.ſequitur Alex.conſ.283 ſub nu.4. lib.5.
vbi dicit etiam iudicem poſſe ſe fundare ſuper im-
pugnatis ad fauorem impugnantis.

Nec

Digitized by Google

Nec extimatio infert neceſſario ad venditionem, cum fieri ſoleat ad varios fines, & effectus, vt hic vbi fit ad ſciẽdum valorem rerum permutatarum ad finem ea reducendi ad æqualitatem. ad not. per Areti. conſi. 84. num. j. & per Emilia. conſi. 90. nu. 4. Prout nec etiam obſtabat precij nominatio, quia qualitas precij non alterat contractum, quem conſtat contrahentes velle gerere, Boer. deciſ. 144. nu. 7.

Accedebant etiam pro reis teſtes ab eiſdem inducti, qui & ſi ſuper capitulata vẽditione dum de per-
16 mutatione deponunt, videntur † extra capitulata teſtificari, & ſic non attendendi. Innoc. in c. inquiſitionis, de accuſa. Barto. in l. ſi quis legatum, de fal. 2. q. Natta conſi. 96. col. j. & num. 6.

Tamen deponendo de re ad cauſam faciente, & iurati ſuper tota cauſa probant, Bar. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus, ff. de iureiuran. Marſil. in l. j. §. diuus, num. 2. ff. de quæſt.

Qui quidem Brãciardi quãtumcunq; attentarint de probanda vẽditione, non ideo ſe ſe ſuppoſuerunt ad nullitatem tituli ex non ſoluta gabella, quia eam probare conabãtur per viam pacti, & conuentionis abſque ſcriptura, quo caſu non erat gabellabilis.

Nec fuit attẽdenda allegata res iudicata, quia nõ aderat conformitas, cum altera eſſet conditionalis, alia pura, & de prima non erat faciendum capitale, quia non erat de ea ſoluta gabella, quo caſu D. primus Iudex dixit non fore audiendos, &c.

SVMMARIVM.

1 *Tutor non poteſt conſtituere dotem pupillę in rebus mobilibus, & immobilibus ſine decreto iudicis.*
Dos a tutore ſine decreto non conſtituitur.
2 *Mulier habet tria genera bonorum.*
3 *Dos congrua regulatur a qualitate viri, & ſecundum vires patrimonij, & iuxta conſuetudinem.*
4 *Dotis augumentum dos dicitur, & dotis priuilegio gaudet.*
5 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
6 *Incluſio vnius non excludit alterum, quando ex alia via debetur.*
7 *Res iudicata ex quibus conficiatur.*
8 *Dotis lucrum marito per ſtatutum delatum dicitur eſſe contra voluntatem vxoris.*
9 *L. Si inter me, ff. de excep. rei iudic. declaratur.*
Intellectus l. ſi inter me, de excep. rei iudi.
10 *Agens ex diuerſa cauſa non remouetur exceptione rei iudicatæ.*
11 *Reus non prohibetur vti pluribus remedijs, & defenſionibus.*
12 *Ius, quod per modum agendi, & excipiendi deduci poterat, ſi non ſit deductum per viam excipiendi, deduci poteſt per modum agendi.*
13 *Exceptio ſcienter opponi prætermiſſa, an opponi poſſit.*
14 *Verbum ſuccedat, an importet ius hæreditarium.*
Verbum hoc an importet per modum ſuccedendi iure hæreditatis in vniuerſali.
15 *Verbum ſuccedat iunctum non vniuerſitati bonorum, ſed certæ rei importat acquiſitionem iuris particularis.*
16 *Donatio tertiæ partis bonorum dicitur acquiſitio particularis.*
17 *Verbum bonorum dicitur verbum corporum, non autem iuris.*

ARGVMENTVM.

De natura verbi, Succedat, ſi adijciatur vniuerſitati bonorum, vel rei certæ, quam acquiſitionem importet.

Et de exceptione omiſſa opponi in vno iudicio, an in alio opponi valeat.

DECISIO XXXIIII.

EGERAT D. Violantes Almena de Offredis tanquam hæres teſtamentaria q. D. Iuliæ ſuæ ſororis, & vxoris D. Lelij Taurelli contra d. D. Lelium poſſeſſorem bonorũ petitione hæreditatis, inſtando ſe declarari hæredem Dom. Iuliæ, & illius bona ad ſe pertinere, & ſpectare, Replicante ex aduerſo d. Domino Lelio petita fieri non debere, quia omnia bona d. ſuæ q. vxoris fuerant ſibi data in dotem, vt conſtabat quodam Chirographo, & ſtante ſtatuto Florentino, quod vir lucretur totam dotem vxoris ſine filijs defunctæ dicebat actrici ius agendi non competere.

Et huiuſmodi cauſa fuit determinata ad fauorem actricis data retentione reo conuento pro congrua dote.

Ratio huius deciſionis fuit, quia dicta conſtitutio dotis in bonis mobilibus, & immobilibus conſiſtens fuit facta per tutorem abſque decreto iudi-
1 cis, † & propterea fuit reputata nulliter facta l. quæ tutores, cum ibi no. C. de admi. tuto. Bal. conſi. 11. libro j. Bal. Nouell. in tract. de dote 6. par. priuil. 58. num. 2. Rolan. de lucro dot. q. 25.

Quibus ſtantibus D. Lelius, vt certus eſſet de iure ſuo, egit coram clariſſimis DD. Conſiliarijs, & fuit declaratum dotem congruam fore ſcut. 3200.

Succeſſiuè habita dicta declaratoria, & ſtante alio ſtatuto rub. 129. libro 2. quod vltra lucrum integrę dotis defert etiam tertiam partem bonorum extra dotalium, idem Dominus Lelius egit coram Dom. Iudice quarteriorum, & petijt declarari in bonis extradotalibus ſuę q. vxoris tertiam quoque partem ſibi fore deuolutam, & pro actore ius dicendum exiſtimauimus.

Animi noſtri motiua fuerunt ex verbis dicti ſta-
2 tuti lecta. Nam † dum mulier dicatur habere plura genera bonorum, videlicet dotalium, & extradotalium, vt not. Bart. in l. ſi maritus, C. de procu. Aret. in §. pen. de excuſat. tuto. Bertran. conſil. 19. lib. 3. & conſil. 127. lib. 2. Marc. Mant. in apophteg. 109. & in omnibus ſtatutum præſeruet lucrum viro declarando

rando

Digitized by Google

rando vlterius in dotem dici datum quicquid marito promiſſum, vel datum ſit, & quod in aliquo præiudicium inferri non poſſit per mulierem tam ex teſtamento, quam per actus inter vivos, merito probato matrimonio, morte, & ſuperexiſtentia intrabat diſpoſitio ſtatuti viro vltra dotem tertiam aliorum bonorum partem deferenti.

Nec obſtabar, quod Domina Iulia eſſet dotata in ſcut. mille, dum eſſet puella, & ſic quod declaratio DD. Conſiliariorum vltra mille faciat reputari bona ſupra dotalia, & ſic quod petat actor, quod intus haberet.

Quia illa dotis conſtitutio, ſeu taxatio Dom. Iulię olim puellæ innuptæ facta, non fuit facta ad effectū declarandi ſuam propriam dotem cum qua fuiſſet maritanda.

Sed facta tantum pro adæquatione bonorum paternorum, & maternorum de quorum diuiſione inter ſorores tunc agebatur, & ſic ad alium finem nihil commune habentem cum iſto caſu, in quo omnia bona poſtea fuerunt data in dotem licet nulliter ex defectu ſolemnitatis, nō autem potentiæ, quia ſtatutum permittit in dotem dari quicquid marito traditur, vel promittitur, merito, &c. Quod euidenter probatur, quia DD. tres non reputantes illam cōſtitutionem de mille ſcut. fore habendam in conſideratione pro dote danda in caſu matrimonij, annullantes dictam promiſſionem, cōceſſerunt nihilominus marito retentionē bonorum pro congrua dote, & ſic illa mille non habuerunt pro dote congrua, attenta qualitate viri, patrimonij, & loci conſuetu-
3 dine, † ſecundum quæ dotis conſtitutio regulatur, l. quæro, in prin. l. cum poſt, § gener. de iu. dot. Oſaſch. deciſio. 10. num. 2. latè Menoch. de arbi. iud. lib. 2. centu 2. caſu 149. & dato, quod dicta mille ſcut. computentur in ſumma 3200. per Do. Conſiliarios taxata, ſemper tamen erit verum dicere, quod quicquid acceſſerit per d. declarationem dotis augumentum reputabitur, quia in dotem congruam conſtitu-
4 tum eſt. † Dotis autem augumentum dos eſt, dotiſque priuilegia habet, & eadē dos dicitur eſſe, vt not. Bal. per illum tex. in l. ſi proprietate, ff. de iu. dot. Rolan. de lucro dot. q. 100. per totam.

Non obſt. quod ſententia DD. trium referuet, & tantum faciat mentionem de dote congrua, quaſi inde videatur excluſum omne aliud ius competens
5 in rebus extradotalibus ex regula generali, † quod incluſio vnius ſit excluſio alterius. l. prætor ait, ff. de
6 iudici, quia regula † iſta perdit officium ſuum, vbi id, quod non includitur alia ratione debetur, vt eſt lucrum tertiæ partis bonorum extradotalium, quod non ex pacto, ſed ex prouiſione ſtatuti debetur. Deci. in l. prima, in 3. lectura, numero 84. ſi cert. peta. & in conſi. 190.

Nec obſtabat exceptio rei iudicatæ ex text. qui in puncto allegabatur, in l. ſi inter me, & te, ff. de excep. rei iud. Nam ex quo in primo iudicio petitionis hæreditatis fuit pronunciatum hæreditatem, & bona d. q. Dom. Iuliæ ſpectare D. Violanti vti hæredi ſtatim fuit pronunciatum per conſequens neceſſariū ad D. Lelium non pertinere, præterquam in retentionem pro congrua dote.

Vnde modo agendo Dominus Lelius ad dictam tertiam bonorum, videtur inſurgere contra rem iudicatam, quia cum iam totum petijſſet excipiendo de dote promiſſa, & ſuccubuerit, modo partem eorundem bonorum petendo iuſte ſubmouebitur exceptione rei iudicatæ, dicta l. ſi inter, & l. ſi quis totum, ff. de excep. rei iudi.

Quia reſp. deficere concurſum trium qualitatum
7 † quæ rem iudicatam faciunt, idemptitas rei, cauſæ, & perſonarum, de quibus no. Abb. in conſi. 10. lib. j.

Nam & ſi agat ad partem eorundem bonorum, & contra eandem perſonam, agitur tamen diuerſa cauſa, & alio iure. Nam in primo iudicio Dominus Lelius excipiendo prętendebat totum vigore promiſſionis dotis, hic autem petit partem tantum ſupra dotalium bonorum ſibi a ſtatuto delatam, quæ ſibi debetur abſque eo, quod vxor valeat in aliquo
8 præiudicare, † quia non iudicio vxoris, ſed contra vxoris mentem debetur ſecundum Bal. in l. ſi pro hęreditarijs, col. 8 C. de hęred. actio. & in l. quod ſcitis, C. de bon. quæ lib. Caſtrenſ. Cuma. Fulgo. & alij quorum meminit Rolan. de lucro dot. q. 82.
9 Et † ad tex. l. ſi inter me, replicabatur procedere, quando cum idemptitate rei, & perſonæ concurreret idemptitas cauſæ, ſeu idem ius agendi, cum tūc obſtat iudicatum, ne de nouo ius agentis ventillari poſſit, ſecus ſi alio iure experiatur, quod a iure permittitur, & ita ibi dicta l. ſi inter me, declarat Petr. de Bellapertica, qui diſcurrens ſuper intellectu illius Theoricæ, quod idemptitas cauſæ, perſonæ, & rei faciat rem iudicatam, dicit ſe tantum muſaſſe, vt iratus ſit, & tandem dicit idemptitatem cauſæ intelligi debere de idemptitate iuris agendi, & an agens in eo perſiſtat ſuper quo fuerit alias cognitum, & diſcuſſum. Alias diuerſitas iuris agendi, ſeu cauſæ agēdi, rei diuerſitatem facit. Idem ſentit Caſtrenſ. in d. l. ſi quis cum totum, in princip. eod. titulo, vbi dicit,
10 † quod agens ex diuerſa cauſa non remouetur exceptione rei iudicatę.

Et ſi dicatur id eſſe verum in actore, ſecus in reo, aſſignādo rationem, quia ſi pronunciatur rem actoris eſſe, ſequitur neceſſario ad reum nō pertinere, ſecus ſi dicatur ad actorem non pertinere, quia nō ſequitur ad reum ſpectare, cum tunc pręſumatur lata ſententia contra actorem, quia non probatum, vnde ad incluſionem iuris actoris ſequitur excluſio rei cōuenti non e contra. Caſtrē. in d. l. ſi inter me, j. reſp.
11 idem, & fauorabilius dicendum in reo, † qui nō prohibetur vti pluribus defenſionibus, l. nemo, ff. de re-
12 gu. iu. c. nulli, de regu. iu. in 6. † Nam vbi ſit aliquod ius, quod in iudicium deduci poſſit per modum agēdi, & per modum excipiendi, ſi non fuerit deductum excipiendo non prohibetur deduci agendo ad not. per Caſtrenſ. in ſumma eod. tit.

Nec enim Dom. Lelio erat imputandum ſi conuentus in primo iudicio petitionis hæreditatis, non excepit de hoc lucro ſtatutario, quia tunc prætendebat totum iure promiſſionis dotis, ita, quod ſi ex eo obtinebat non remanebat quæſtio extradotaliū bonorum argu. not. per Deci. in l. ędita, num. 60. C. de

edēn.

edcn. Prætcrquam, quod is ſciebat ius ſuum a ſtatu-
to proueniens ſibi ſaluum fore, l. vendicantem, vbi
gl. ff. de euictio, & videtur ad propoſitum, l. ex ſextao
te, §. Latinus, ff. de excep. rei iud. vbi ſi poſterior cre
ditor agit hypothecaria contra poſſeſſorem haben-
tem priorem, & obtineat ex eo, quod is de iure ſuo
anteriori non oppoſuerit, non prohibetur poſtea ab
eodem recuperare non obſtante ſenteotia, & licet
13 ibi Caſtrē. † tangat, an ſciens ſi omiſerit opponere
audiatur, qua ſi malitioſè tacuerit, tamen nihil ſit-
mat relinquendo cogitandum, de quo in caſu iſto
non erat dubitādum, eum probabiliter omiſerit cer-
tus de iure ſuo aliunde proueniente, quam ex ſtipu-
latu, vel pacto, & cum illa ſententia non abſorbeat
hoc ius tertię partis, a diuerſo fonte ortum traheos,
non oppoſitum, nec diſcuſſum, non poteſt exceptio-
ne iudicati elidi. Quippe cum Dominus Lelius ſic
agendo non venit contra ſententiam, quod ipſe ve-
lit eſſe hæres, & non D. Iulia, imò ab ea tanquam ab
hęrede conſeqoi intendit d. tertiam partem de hære
ditate vti ęs alienom detrahendam.

Et licet ſtatutum vtatur verbo ſuccedat vir in ter
tia parte, &c. quaſi videatur Domious Lelius hæres
14 ponderando verbum † ſuccedat ſecundum Angel.
in conſilio 81. verſico. quia dos, in ſecunda colum.
& ſic obſtaret iudicatum, quo fuit declaratum Do-
minam Iuliam hæredem: reſp. qood verbum ſucce-
dat dicitur verbum commune, l. non tantum, in prin
cip. ff. de fideicommiſſ. lib. Ioan. Andre. in cap. 2. de
teſtamen. in 6. Bart. & alij, in l. Centurio, ff. de vulga.
15 & pupill. † Quod verbum ſi non iungatur vniuerſi
tati, bonorum, ſed ſingulari, & rei certæ, vel quanti-
tati, importat acquiſitionem iuris particularis, vt
idem Angel. not. ibi columna j. verſiculo ſecuodo
ex natura, & tradit Ruy. conſilio 126. numero quar
to libro j.

Verum cum dictum ſtatutum iungat verbū ſuc-
cedat tertię parti bonorum, non autem hæreditatis,
ſequitur, quod hoc commodum a ſtatuto delatum,
ſingulari titulo, noo vniuerſali, marito ſit acquiſi-
tum, Angel. dicto conſi. 81. columna j. verſico. ſecun
do, ex natura, Ruy. conſilio 132. numero 22. libro 2.
16 & quod tradit Deci. conſilio 237. num. 5. vbi † dona
tio tertiæ partis bonorum alicui facta dicitur acqui
ſitio particularis ſicut legatum certæ partis bono-
rum, in quem non traoſcunt iura actiuè, nec paſſiuè
17 ſicut eſſet in legato hæreditatis, quia † verbum bo-
norum dicitur eſſe verbum corporum, non iuris, qđ
etiam ex eo deducitur non importare ius hæredita-
rium, quia hoc lucrum tanquam, quid abſtractum,
& ſeparatum ab hæreditate ipſa, & aditione hæredi-
tatis, tranſmittitur etiā ad quoſcunque etiam ſi non
ſit agnitum, gloſ. in dicta l. pro hęreditarijs in verbo
ſextus, C. de hæred. actio. Caſtreoſ. Salyc. Iaſon, &
Alexand. in l. cum antiquioribus, C. de iure deliber.
Doct. in l. ſi arrogator, ff. de adoptio. & alios allegan
do tradit Rolan. de luc. dot. quæſtio. 90. & latius, q.
47. per totam, & in puncto huius ſucceſſionis ex
hoc ſtatuto Florentino, ita communiter teneri, ait
Caſtren. in dicta l. cum antiquioribus, num. 7. de iu-
re delib. &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum particulare dicitur, vbi non continen-
tur iura nec actiones.*
2 *Fideicommiſſum vniuerſale dicitur, vbi ſit ſub commemo
ratione omnium bonorum, & hęreditatis.*
3 *Fideicommiſſum particulare non patitur Trebellianicæ
detractionem. ſecus in vniuerſali.*
*Fideicommiſſum particulare, & vniuerſale differunt in-
ter ſe.*
4 *Trebellianica, an poſſit prohiberi filijs primi gradus, quæ
ſtio eſt multum controuerſa.*
5 *Florentiæ tamen receptior eſt opinio pro parte nega-
tiua.*
6 *Approbatio teſtamenti ab hęrede facta an, & quando
ſufficiat ad excluſionem Trebellianicæ.*
7 *Generalis approbatio teſtamenti, an ſpecialis eſſe debeat
ad excluſionem legitimæ.*
8 *Approbatio teſtamenti expreſſa operatur in omnibus,
& per omnia.*
Teſtamenti approbatio, qualis eſſe debet.
9 *Approbatio teſtamenti ſpecialis eſſe debet ad excluſionē
Trebellianicæ.*
10 *Legitimę amiſſio ex ſpeciali renunciatione fit.*
Generalis renunciatio non præiudicat legitimæ.
11 *Prohibitio alienandi teſtatoris concurrens cum prohibi-
tione legis potentior eſt.*
12 *Legitimæ electio non cadit in rebus particulariter lega-
tis.*
13 *In legitima imputantur omnia, quæ ad manus filiorum
peruenerunt.*
14 *Legitima debetur in ſingulis rebus hæreditarijs, licet in
iudicio diuiſorio non fiat detractio ſuper ſingulis.*
15 *Legitimæ electio iudicis arbitrio conceditur in vna, vel
pluribus rebus.*
16 *Filius alienans prӕſumitur alienatum in legitimam ſuā
elegiſſe.*
*Et an, & quando talis electio, & alienatio ſit appro-
banda.*
17 *Prohibitio generalis alienandi, quando non afficit legi-
timam.*
18 *Filius pro legitima non tenetur accipere pecunias ſi ad
ſunt bona ſtabilia.*
19 *Imò nec ipſa ſtabilia ſi ſubſint periculo alluuionis.*
20 *Pecunia deſtinata in emptionem bonorum ſtabilium, an
tanquam res immobilis conſideretur.*
21 *Alienatio, & conſumptio electionem arguit, & filius
alienando cenſetur rem alienatam elegiſſe in legiti-
mam.*
22 *Et velit, nolitve, imputare debet d. rem alienatam.*
23 *Subrogatum ſapit naturam eius cuius loco ſubrogatur.*
24 *Æqualitas ſeruanda inter filias.*
25 *Lex multum laborat pro æqualitate ſeruanda inter fra-
tres.*
26 *Niſi aliter conſtet de mente diſponentis.*
27 *Æqualitatis ſeruandæ materia, vbi de mente patris du
bitatur, datur tantum exceptio, non autem actio.*
*Exceptio, non actio datur in materia ęqualitatis ſeruan-
dæ inter fratres, vbi mens patris ſit dubia.*
28 *Subrogatum non ſapit naturam illius cuius loco ſubroga
tur, quando ſubrogatur ad quid diuerſum.*

A R-

ARGVMENTVM.

De fideicommiſſo vniuerſali, & particulari, & qualiter differant inter ſe.

Terbellianica, an poſſit prohiberi filijs primi gradus. &

De approbatione teſtamenti, an, & quando, & qualis eſſe debeat ad hoc vt Trebellianicam, & legitimam efficiat.

Legitima ex quibus rebus detrahatur, et de alienatione, & conſumptio tione alicuius rei per filium facta, quod dicatur eam ſibi elegiſſe in legitimam, & de aqualitate ſeruanda inter fratres.

DECISIO XXXV.

IN canſa Dominatum fideicõmiſſariatum de Doſſis cum Archihoſpitali incurrabilium de Florentia, ſtãte teſtamento Ludouici in quo hæredes vniuerſales fecit Io. Papii, & Nicolaũ eius filios quos inuicem ſubſtituit, & ſine prole decedentibus, filias fœminas tantum vocauit cum prohibitione omnino alienationis, ac detractionis Trebellianicæ, falcidiæ, & aliarum quartarum, quibus aſſignauit partem ſuam. Nec non grauando Ioannem Baptiſtam de reficiendo d. Nicolao ſcut. 1600. pro adæquatione diuiſionum bonorum ſtabilium, ac etiam dando auctoritatem d. Ioan. Baptiſtæ diſponendi de ſcut. 400. quatenus vxorem ducat. Ac ſtante teſtamẽto matris prædictorum, quæ pariter ipſis inſtitutis omnia eius bona ſub fideicommiſſo ſuppoſuit. De pluribus dubitabatur, videlicet.

Primo, quoad ipſos Ioan. Bap. & Nicolaum, an diceretur inductum fideicommiſſum particulare, vel vniuerſale propter illam facultatem datam Io. Bap. diſponendi de ſcut. 400. (nam quoad filias fœminas in ſuo caſu vocatas in bonis immobilibus non erat dubitãdum, quin eſſet fideicommiſſum particulare,
1 † cum non contineret iura nec actiones, l. q̃ tuberonis, §. decẽ. de pecul. Bar. in l. centurio, nu. 27. & ibi Sozi. Iun. nu. 132. & ſeq. ff. de vulg. & pupi. & Cuma. in puncto, in conſi. 132. ſeu 133. filius a patre, nu. j.)
2 & fuit concluſum dici debere eſſe vniuerſale, † quia factum ſub commemoratione omnium bonorum, & hereditatis, & ſic cum in eos trãſeant iura, & actiones, vniuerſale cenſetur, vt habetur ex notatis p Bar. in l. ſi quis ſeruum, in fi. de leg. primo, & l. cũ filius, § j. de leg. 2. & in l. cogi. in prin. ad Trebellia. & egregiè Bero. in conſi. 93. num. 36. lib. j. & per Sozi. Iuni. conſi. 136. num. 4. lib. j.

3 Vtilitas erit inter alias, † quia ſi eſſet particulare fideicommiſſum, non fieret detractio Trebellianicę, l. mulier, & ibi Bar. & alij ad Trebellia. Aymo. conſi. 19. nu. 15. Sozi. Iun. d. conſi. 136. nu. 4. Bero. d. conſi. 93. nu. 31.

Secondo dubitabatur, an potuerit prohiberi talis
4 detractio Trebellianicæ filijs primi gradus? † iſta q̃ſtio eſt multum controuerſa, vt patet ex congeſtis p D. Anto. Gab. lib. 4 ad Trebellia. concluſ. j. & per ſcribentes in l. iubemus, C. ad Trebellia. & in Auth. ſed cum teſtator, C. ad l. Falci. Tamen hic Florentiæ eſt canonizata, & obſeruata opinio negatiua: vnde quæ certam habuerunt interpretationem mutare, & nos nefas eſſe exiſtimauimus, ideo prohiberi non poſſe
5 credidimus, † & in hoc pari paſſu ambulat cum ipſa legitima, de quo articulo latè Marza. de fideicõ. quæſt. 49.

6 Tertio, an ſtante prohibitione prædicta, † ſi concurrat approbatio teſtamenti mediante aditione filij, peti poſſit. Et hoc quidem difficultate non carebat, propterea, quod ſeſe offerebant non pauci, qui poſt Anch. in conſil 152 tenuerint partem negatiuam, videlicet, Bal. conſil. 472. lib. 5. nu. 2. Iaſ. conſil. 108. col. fi. lib 4. Bello. conſi. 64 nu. 4. Pariſi. conſi. 17. nu. 19. lib. 2. & conſi. 16. num. 60 eod. lib. 2. Homode. conſi. 80. Cur. Iun. conſil. 260. nu. 10. lib. 3. & conſil. 21. Rube. Alex. conſi. 73. nu. 8. quos refert, & ſequit Hypol. Riminal. in conſil. 131. nu. 55. lib. 2. & conſi. 9. nu. 142. lib. j. Cagnol in l. Papinianus, § meminiſſe, nu. 17. de inoffi. teſt. Rol. conſ. 78 nu. 13. lib. j. Gozza. conſi. 97. in prin. Thobi. Noni. in conſi. 44. & 90. nu. 27. Meno. conſil. 164. nu. 29 Decia. conſil. 59. nu. 17. lib. 2. & conſi. 32. nu. 101. eod. lib. 2. Mari. Anguſciol. in conſi. 66. nu. 16. vbi defendit Ancharanum a
7 Curt ſeni. in conſi. 75. qui † omnes concludunt ſufficere generalem approbationem teſtamenti ad excluſionem Trebellianicæ, quæ cum detrahatur contra voluntatem teſtantis, non mirum ſi filius adeundo approbet, & cõtra factum proprium non veniat, vt inquit Ancha. d. conſi. 152.

Contrarium tñ fuit concluſum, videlicet, qđ niſi filius expreſſe prohibitionẽ approbaſſet, vel ſaltem verbis prægnantibus teſtm̃ approbaſſet in omnibus, & per oĩa, non cenſeri per ſimplicẽ aditionẽ remiſſum ius Trebellianicæ, Nam Ancha. & alij ſupra relati loquũtur in caſu, & ſecundum eam opinionẽ, quod Trebellianica filijs primi gradus poſſit prohiberi, & ſit expreſſe prohibita, & expreſſe acceptata: at hic ſumus in caſu diuerſo, vbi ex cõi obſeruantia non poteſt prohiberi, ita pręcitatos intelligi debere, declarat Rol. a Valle in conſi. 78. nu. 13. & ſeq. lib. j. poſt Curt. ſenio. conſ. 75. & Deci. conſ. 257. col. fi. Pariſ. conſi. 43. num. 58. & ſeq. lib. 3. & nu. 30.

8 Expreſſa † enim & omnimoda teſtamenti approbatio in omnibus, & per omnia de qua Marza. de fideicom. quęſt. 50. & q. 52. operatur vniuerſaliter nec in vllo reſtrictionem admittit, etiam ad excluſionem

ſioncm ſupplemcnti legitimę, vt dicit Roland. in cõ
ſilio 60. nu. 29. libro j. poſt Ruy. conſil. 57. col. 4. nu.
12. libro 2.

Cum igitur ex præſcripta conſuetudine Floren-
tina æquè difficiliter amittatur ius Trebellianicæ ſi-
cut ius legitimę, non mirum ſi quemadmodum in
amiſſione legitimę requiritur expreſſa renonciatio,
& approbatio ſpecialis, vt habetur in l. ſi quando, §.
generaliter, & ibi Bald. Salic. Caſtrenſ. Iaſ. Vaſqui, &
alij, C. de inoffic. teſtamen. Guido Pap. quæſtione 93.
idem Vaſqui. in l. quoniam in prioribus, num. 541.
C. de eod. Cæphal. conſilio 148. numero 25. Marc.
Anto. Cuchius in tract. de legitima. ver. nec vſufru-
ctu defraudati, num. 63. in fi. Roland. d. conſilio 78.
Ruy. d. conſ. 56. Rip. in l j. onm. 69. ff. de vulga. & pu
pil. Deci. conſi. 505. nu. 3. Sozi. iun. conſilio 122. col.
fi. libro j. & 136. col. penul. eod. libro 4. Pariſ. conſilio
9 9. nu. 5. & conſilio 43. num. 41. libro 3. † Ita etiam in
amiſſione Trebellianicæ ſpecialis, & expreſſa appro
batio interuenire debet aliter importata, quam per
ſimplicem aditionem hæreditatis, cum eſſet differẽ-
tia conſiderata ab Ancha. & ſequentibus, videlicet,
quod difficilius tollatur legitima, quã Trebelliani-
ca, cum ex dicta conſuetudine pari paſſu ambulent,
ita, quod hodie Florentiæ dici poteſt Trebellianicã
non deduci contra mentem teſtatoris, & ita etiam
firmat Ʃcro. in conſilio 93. numero 65. libro primo,
10 & † quod in amiſſione legitimæ ſpecialis renuncia-
tio ſit neceſſaria, multa congerit Anton. Gab. lib. 6.
de legiti. concluſio. 8. & de acceptatione ſeu appro-
batione expreſſa, vel per verba prægnantia molta di
cit Marza. de fideicom. q. 50.

Quarto quærebatur, an ſtante, qood Ioan. Bapt.
contraxiſſet multum ęris alieni, & dediſſet in ſolu-
tum Nicolao fratri quędam bona ſtabilia de dicta
hæreditate, alienatio iſta teneret, quaſi illis bonis lo-
co legitimę, & trebellianicę electis.

Negocium faciebat prohibitio teſtatoris expreſ-
11 ſa, concurrens cum tacita legis, † cuius concurſus
impedit alienationem fieri poſſe ẽt in cõcurſu alias
permiſſo. Gual. de arte teſtan. in titu. de vari. teſtat.
præcep. cautela 8. Roland. a Valle, conſilio 20. & 81.
nu. 6. libro 2. Natta conſilio 481. numero 17. & 304.
num. 13.

Hęc etiam res dubia reddebat, qood prohibitio
alienationis erat particularis de rebus ſtabilibus, &
12 alteri relictis, † in quibus non cadit electio pro legi-
tima, Caſtrenſ. conſi. 247. in cauſa, num. 4. lib j. Grat.
conſi. 17. num. 23. lib. j. Gram. deciſ 93 nu. 6. Iaſ. in l.
Marcellus, §. res quæ, col. fi. ad Trebelli. & in puncto
Sozi. conſil. 75. nu. 11. libro j. cum concord. per Ant.
Gabr. de legiti. concluſi. 6. & maximè ſi adeſſent alia
bona, vt hic adeſſe dicebatur, ſuper quibus poſſit
conſuli legitimę filiorum.

Dicebatur enim io caſo noſtro extare pecunias,
maſſaritias, beſtiamina, credita montis, & alia quæ
ad manus hæredum perueniſſent, vt in his legitimę
detractio fieret abſque præiudicio vocatorum ad fi-
deicommiſſum, prout in his præſumitur facta ele-
13 ctio, † quia in legitima imputantur omnia, quæ ad
filiorum manus peruenere, l. quoniam, & l. omnimo-
do, C. de inoffic. teſtamen. Bart. & alij in l. in quar-
tam, ad l. Falcid. Sozin iun. conſilio 49. numero 22.
libro 3.

Quibus non obſtantibus cenſuimus alienationẽ
ratam habendam, ſic ſuadente æquitate.

Nam etſi legitima debeatur in ſingulis rebus hę-
14 reditarijs, † in iudicio tamen diuiſorio non fiet de-
tractio ſuper ſingulis, cum & filio, & fideicommiſſa-
15 rijs hæc minutata diuiſio inutilis eſſe poſſet, † &
ideo iudicis arbitrio in vna, vel pluribus rebus ele-
ctio conceditur, Barto. in dicta l. in quartam, col. 3. in
fi. ad l. Falci. Alexan. in l. Marcellus, §. res quæ, ad Tre
bel. & pro commu. opi. Deci. conſilio 81. col. fi. Bert.
conſi. 143. nu. 48. in nouis, libro 3. Menoch. de arbit.
caſu 163. Anto. Gab. de legitim. conclo. 3. & M. An-
to. Cuchi. in tract. de legitima. verſiculo ex ſubſtan-
tia debet, fol. 29.

Et licet Ioannes Baptiſta ſine iudicis decreto ele-
gerit ſuo arbitrio, & ſine conſenſu, & ſcientia fidei-
commiſſarij, & vendiderit;

16 Tamen † cum comperimus illum alienaſſe bo-
na fide ante diem reſtitutionis cedentem, & mode-
ſte ſe geſſiſſe, ac neceſſitate ductum, & pro rata le-
gitimę, & non viliori precio, non potuimus non ra-
tam habere dictam alienationem, iuxta celebre con
ſilium Bal. 217. quæritur, libro primo. Res enim
non meliores electæ, vrgens vendendi neceſſitas, iu-
ſtum precium, quo venditæ ſint, & non vltra legiti-
mam facta alienatio, fraudis præſumptionem exclu
dunt, & inducunt animum iudicis (cuius arbitrio
res hæc reſidet) ad inclinandum pro confirmatio-
ne alienatorum. Aretin. conſilio 18. Rolan. a Valle,
conſilio 78. col. penul. & fi. libro primo, Deci. conſil.
136. num. 10.

Non obſtant in contrarium adducta, quia omnia
erant prohibita alienari, & cum non ſupereſſet in
17 quo de legitima ſibi ſatisfieri potuiſſet, † genera-
lis illa prohibitio non afficit legitimam, Alexand.
& Iaſon, in §. res quæ, & in l. in quartam, & quam-
uis deeſſent pecuniæ tunc tempore alienationis in
emptionẽ prædiorum de mandato teſtatoris con-
uertendæ, ſuper quibus manum apponere potuiſſet
18 pro ſatisfactione ſuæ legitimę, † tamen ſi eas pe-
cunias conſideremus ſimpliciter, & ſine onere,
tunc non tenebatur etiam iuſſu teſtatoris in legiti-
mam capere, vbi adeſſent immobilia, vt es com-
muni opinione tradit Vaſqui. de ſucceſſio. creatio.
19 & progre. libro primo, §. 10. numero 258. † Immo
nec etiam ipſa immobilia, quæ alluuionis, ſeu corro
ſionis periculo ſubiacerent, Rip. in d. l. in quartam,
nu. 130. & 132.

Si autem eas conſideremus, vt deſtinatas emptio
20 ni prædiorum ſupponẽdorum fideicommiſſo, † quo
caſu tamquam immobilia reputantur Roma. con-
ſilio 188. & in ſingul. 103. Sozin. conſilio 249. nume
ro vigeſimoſeptimo, libro ſecundo, & eo caſu po-
tuit filius eas tamquam ſic deſtinatas contemnere,
& alia ſtabilia eligere, quam electionem filius ſicut
tanquam creditor facere potuiſſet, ita etiam ſic fe-
ciſſe tradendum eſt, vt concludit Roma. conſil. 177.
num. 2.

Digitized by Google

Nec obſt. quod ad manus illius peruenerint mo-
bilia, & ſe mouentia, quia reſpondetur, quod non
ſola perceptio, & appropriatio rerum hæreditaria-
rum eſt illa, quæ pro legitima electionem arguat (id
21 enim eſt potius continuare,) † ſed conſumptio, &
alienatio, præbet verum electionis argumentum ſe-
cundum Cyn. in authen. res, quæ, in fi. C. commu. de
lega. & pro commu. opin. Aretin. conſilio 18. num.
5. Cæphal. conſilio 189. num. 19. Antu. Gab. de legi
ti. concluſ. 4. num 8.

22 Quod adeo † verum eſt, vt filius poſt alienatio-
nem, & conſumptionem velit, nolit, teneatur eam
imputare in legitimam nec liceat variare etiam ſi
eandem redimat, & conferre paratus ſit, vt dicit
Angel. in dicta l. in quartam, columna 3. licet in hoc
de variando contra ſenſerit Imol. in dicta l. in quar-
tam, columna 5. qui in §. res, quę l. Marcellus ad Tre
bel. cum Angelo aliter ſenſit de quo plenè Cuchi. in
dicto tracta. cautc. 31. & ſequen. a numero 49. vſque
ad numero 69.

Quinto quærebatur, an 1600. ſcut. pro adæqua-
tione bonorum ſtabilium precioſorum in portione
Ioannis Baptiſtæ obuentorum ſoluta dicto Nicolao
ſint reſtituenda fideicommiſſarijs tamquam ſubro-
gata loco bonorum dictorum, & in hoc maior pars
dominorum dicebant reſtituenda, tamquam ſi fo-
rent bona ſtabilia, in quorum loco pro adæquatione
23 ſucceſſerunt, & arguebant † a regula ſubroga-
ti, quod ſapiat naturam eius cuius loco ſubrogatur.
Ruy. conſilio 14. numero 5. libro 1. & quod æquali-
24 tas, † quam prudens teſtator paterfamilias ſeruari
voluit, & mandauit iuſta legis conſilium Deci. con-
ſilio 59. num. 3. Alexan. conſilio 100. numero 5. lib.
4. non ſeruaretur cùm pecuniæ eſſent ſine onere pœ
nes Nicolaum, & bona pœnes Ioannem Baptiſtam
cum onere fideicommiſſi.

Ipſe autem dicebam, quod abſurdum inæqualita
tis non erat verum, quia ipſe teſtator reputarat eos
æquales facta ſolutione, & reſtauro prædicto.

Secundo, quia quod ſeruetur æqualitas, eſt de cõ-
ſilio, non autem de præcepto, nam quod dicitur de
25 æquitate ſeruanda inter fratres, & † quod lex mul-
tum laborat, pro æqualitate iſta ſecundum Soz. iun.
26 conſilio 143. numero 38. libro ſecundo. † Habet lo-
cum, niſi aliter de contraria mente diſponentis appa
reat Socy. iun. conſilio 160. numero 20. & ſeq. libro
2. quo caſu voluntas patris attenditur, toto titulo fa
mil. erciſcun. vbi hæreditas diuiditur ſecundum pa-
tris voluntatem, & declarat Pariſ. conſilio 61. num.
32. libro 2.

At inter iſtos filios pater non habuit pro abſurdo
inæqualitatem, grauauit etiam Ioan. Baptiſtam ad
reinueſtiendum dd. pecunias, & Nicolaum ab onere
fideicommiſſi liberauit.

Tertio dicebam non poſſe negari, quin eſſet du-
bia teſtatoris voluntas, an ſenſerit hoc ſupplemen-
tum valutationis pro adæquatione diuiſionum fa-
ciendum ad inſtar aliorum bonorum ſtabilium re-
27 putari velle, & in materia æqualitatis † ſeruandę
vbi patris intentio ſit dubia, datur exceptio tantum,
non actio, vt tradit Ruy. conſilio 212. numero 14.
libro j. merito fideicommiſſariæ in hoc non erant
audiendę, tanquam ſine actione agentes, de qua æ-
qualitate alias inter filios, & fratres ſeruanda Luc.
de Pen. in l. in ſacris, C. de proxi. ſacro. ſcri. libro 12.
Pariſ. conſi. 92. numero 23. libro j. Sozin. in l. ſi ita le
gatum ſit, ff. de condit. & demon. Pariſ. conſilio 106.
numero 12. libro 2 & 126. numero 30. libro j. & cõ-
ſilio 11. numero 27. libro 3. & plura tradit Rebuff.
in tract. de inquiſitio. ſeu commiſſa. articul. j. gloſſ. j.
tomo 3.

28 Et ad regulam ſubrogati, dicebam † perdere offi-
cium ſuum, quando ſubrogatur ad quid diuerſum,
vt hic, vbi ſubrogatio fit ad adæquationem valuta-
tionis, vt idem teſtator ſæpius enunciarat, non au-
tem ad paritatem qualitatum, & onerum, Bart. in l.
pater filium, in repe. columna penultima, ff. de inof-
fic. teſtam. Brun. in tract. ſtantibus maſcul. 11. artic.
2. quæſt. columna 3. fol. 56. verſi. & vt clarius. Prout
nil releuat auctoritas Ruy. dicto conſilio 14. num.
5. libro j. quia loquitur in caſu quo non cadit quæ-
ſtio voluntatis. Nam in ſuo caſu expreſſe erat con-
uentum, quod pecunię ſaperent naturam illius feu-
di cuius loco ſubrogabantur. Et ideo aliorum ſen-
tentiam non fui ſecutus maximè, quia eramus in
materia repetitionis qualitatis, & oneris odioſa, de
qua Barto. & alij in l. in repetendis, ff. de lega. 3. & in
l. Seia, §. Gaio. ff. de fun. inſtru. & inſtru. lega. in qua
materia magiſtraliter locutus eſt Bald. in conſi. 139.
quidam teſtator numero 3. libro quinto, & in con-
ſilio 58. in reſtitutione, numero ſecundo, libro ſecũ
do, dicens tres eſſe cauſas inductiuas, & totidem ex-
cluſiuas repetitionis qualitatum, & oneris, quam
Baldi doctrinam in notabili quæſtione expēdit Goz
zad. in conſilio 104. numero 5. Licet mens teſtato-
ris in hoc ſit præcipuè attendenda etiam contra re-
gulas iuris in materia repetitionis loquentes Bart.
in d. §. Gaio. Aymo. in ſuo reſponſo poſt deciſ. Pede-
monta. 22. nu. 10.

SUMMARIUM.

1 *Sententia dicitur eſſe indiuidua.*
Inſtantia dicitur indiuidua, & pro parte valere, & pro parte non valere, non poteſt.
2 *Declaratur verum eſſe in vno capitulo ſecus in pluribus ſeparatis.*
3 *Vtile per inutile non vitiatur.*
4 *Citatio ſubſtantialis eſt ad faciendum iudicium.*
5 *Gabellę lex dicitur odioſa.*
6 *Nullitas actus pœna eſt.*
Actus annullatio eſt pœna.
7 *Intromittens res non gabellabiles, cum gabellabili, an pœna gabellæ locum habeat.*
8 *Nullitas reſpiciens totum proceſſum eſt inſanabilis.*
9 *Statutum prohibens exceptiones, non prohibet exceptiones ex alio ſtatuto prouenientes.*
10 *Vtile per inutile vitiatur, quando producitur ſcriptura priuata in fraudem gabellæ.*
11 *Actus, vbi annullatur, quoad quoſdam, quia factus contra legem, non valet etiam, quoad alios.*

ARGV-

A R G V M E N T V M.

Inſtrumentum gabellabile in aliqua parte, in aliqua non gabellabile ſi producatur in ea parte non gabellabile, an non ſoluta gabella pro parte gabellabili proceſſus, & ſententia teneat.

Et an vtile per inutile vitietur.

D E C I S I O X X X V I.

INSTRVMENTVM ſi in aliqua parte ſit gabellabile, io aliqua non gabellabile, ao ſi prodocatur io ea parte non gabellabili, non ſoluta gabella pro alia parte gabellabili, proceſſus teneat, & ſententia, ſtante ſtatuto annollante acta, & proceſſum, ſi noo ſolnatur gabella, & ſi ean vtile per inutile vitietur. Rota Florentina in hoc attienlo variauit ſæpius.

Aliquãdo enim tenuit partem negatiuam prout in motiuis 1522. die 5. Decembris, in cauſa Illuſtriſſimi Comitis de Gerardeſcha, & 1574. 17. Februarij. In caoſa Ioannis del Maeſtro 1577. 23. Augusti in cauſa Do. Catherinæ, & Coſimi de Rodulfis 1577. 16. Feb. in cauſa ſeruæ, & alibi ſæpius.

1 Nam, † & ſi ſententia ſit indiuidua, & inſtantia ita, qđ io parte valere, in parte non valere nequeat, l. in hoc iudicio, vbi Doctores, ff. famil. erciſcun. id
2 † tamen aiunt procedete in indiniduo, & vno capitulo, ſecos in ſeparatis, & in vno capite ab alijs ſeparato per l. quædam mulier, vbi Bal. ff. eodem, & l. car melia, ff. de iur. patronat. l. etiam, de minor. & Bald. in dicta l. in hoc iudicio. capit. Raynutius, & capit. Raynal. de teſtam. Roma, conſilio 281. Caſtreoſ. conſilio 329. oumero 6. libro primo, in fi. & per regolã,
3 † vtile per inutile oon vitiati, c. vtile, de regu. iur. in 6. l. 2. §. penul. vbi ſetibeotes, de verborum obligat. & les gabellæ quantumcunque annullet actum
4 & proceſſum, & conſequeoter citatiooem, † quę eſt de ſubſtantia, & fundamentum iudicij, Barto. Bald. & alij in tub. C. de in ius voca. & in capit. quoniam, contra, de probatio. tamen id procedit reſpectu actus gabellabilis, in quo quis ſe fundet, ſecus in nun
5 gabellabili. † les enim gabellæ videtur rigoroſa, &
6 odioſa, quia penalis, † nam actus anoullatio pœna eſt. Docto. in l. oon dubium, C. de legibus, Bartol. & alij, in l. turpia, de leg j. & ideo ſtrictè intelligenda, capitulo, odia, cum ſimil. de regu. iur. io 6. & facit,
7 † quod ſi cum re gabellabili fuerit intromiſſa res noo gabellabilis, non eatenditur pœna ad nõ gabellabiles. Bart. & Salyc. in l. cum proponas, C. de naut. fe. l. ſi publica, de publica. & vecti. Berta de gabell. 9. parte princip. numeto decimoquarto. Aliquando ſumit partem affirmatiuam, vt in motiuis 1571. die 19. Ianuarij, & 1579. die 8. Iulij, & 7. Ianua. 1572. qoia lex gabellæ expreſſe loquitur annullando proceſſum, & ſenteotiam cum inde ſecutis ipſo iore, l. 4.
8 §. condemnatum, de re iud. † & nullitas reſpiciens totum proceſſum noo ſanaror aliquo modo. Sozi. cõſ. 21. lib. 4. & Alex. in conſi. 53. nu. 3. lib. 5. Vbi diſtinguit inter oullitatem reſpiciẽtem proceſſum, & omnia ſecuta, vel ſententiam taotum.

Quod procedit io ſententijs magiſtratus pupillorum, alias non annullabilibus, nam propter non ſolutam gabellam aonullantur, qoia hæc nullitas ve-
9 nit ex alio capite ſtatutorum, & † opponi poteſt oõ obſtante prohibitione expreſſa dicti ſtatuti mercantiæ. Bart. in l. prima, §. nec parui, ff. quod vi, aut clam. Alex. conſ. 21. num. 6. lib. 7. Ange. in auth. vt omnes obediant iud. §. pen. & pro iſta parte adducit Bertac. de gabel. 3. memb. 8. par. princ. de gabellis contrac.
10 num. 34. verſicu. 24. quæro, & nota. † quod vbi producitur ſcriptura priuata io fraudem gabellę legis, tunc vtile per inutile vitiaror, l. libertus, §. peoul. de iu. pat. per quem tex. dicit Bal. io l. certi condictio. §. penul. ſi cert. per. quem ſequitur Ruy. conſilio 109.
11 numero 27. libro 4. † quod vbi quidam actus non valet quoad quoſdam, vt contrà legem, non valet &
quoad alios licet lex non vetet. Quæſtio iſta eſt adeo controuerſa, vt ſecuodum qualitatem caſuom occurrentium fiaot reſolutiones, licet nobis ſemper placuerit opinio negatiua.

S V M M A R I V M.

1 *Agenti ex fideicommiſſo incumbit onus probandi bona fuiſſe in bonis fideicommittentis.*
2 *Et non ſolum in illius hæreditate fuiſſe, ſed etiam in dominio.*
3 *Cataſtum in antiquis inter diuerſas perſonas ſaltem præſumptiuè probat.*
Eſtimum in antiquis, quid probet.
Decima in antiquis præſumptiuè probat inter diuerſas perſonas.
4 *Subiecta materia facit pręſumere datum inſolutum.*
Creditor poſſidens rem debitoris pręſumi debet habuiſſe inſolutum.
5 *Locatio, an probet dominiũ, & poſſeſſionẽ contra tertiũ.*
6 *Hæres, & hæredis hęres declarare poteſt defuncti intentionem.*
7 *Titulus probatur &̃ ex coniecturis, & præſumptionibus.*
8 *Libri æſtimi, cataſtus, & decima habent pro ſe bonam præſumptionem.*
9 *Cataſtum ſeu decima probat maximè, quando bona accataſtata non erant poſſeſſa ab alio.*
10 *Prohibitio alienationis duplex eſt fortior ſimplici, & impedit alienationem etiam in caſu permiſſo.*
11 *Alienatio eſt permiſſa ex cauſa dotis dandę, vel reſtituendæ.*
12 *Non præſumuntur aliqua bona extare illius, qui ſine hęrede decedit.*
13 *Vxor poſſidens bona viri aliquo hęrede non adeunte, pręſumitur poſſidere iure proprio ſuarum dotium, non autem iure familiaritatis.*
14 *Grauato, an vero grauanti ſuccedatur, articulus difficilis.*

Digitized by Google

15 Prẹſumptiones rei præferuntur præſumptionibus actoris data paritate.

16 Emens pro ſe, & nominandis ab eo, ante nominationem, ius ſibi quærit, & ſuis hæredibus.

Nominandus ab emente pro ſe, & nominandis ab eo, ante nominationem nullum ius habet, ſed reſidet in emptore, & eius hẹrede.

17 Argumentum a contrario ſenſu conditionis appoſitẹ valet.

18 Inſtrumenta, vbi cantant, non eſt locus diſputationi.

19 Fideicommiſſorum ſucceſſio regulatur ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato.

Succeſſio fideicommiſſorum regulatur ſecundum ſucceſſionem ab inteſtato.

20 Collectiuo nomine vocati, dicuntur vocati ordine ſucceſſiuo.

Nomen collectiuum in fideicommiſſis importat ordinem ſucceſſiuum.

21 Clauſula poſita in inſtitutionibus, cenſetur repetita in ſubſtitutionibus.

22 Conditio ſufficit ſemel impleta.

23 Dictio tunc, denotat extremitatem temporis.

24 Dictio tunc, relata ad tempus exponitur pro eo tempore.

25 Dictio tunc, reſtringit diſpoſitionem ad caſum expreſſum.

26 Subſtitutiǒ vulgaris in vno caſu concepta, quẹ alias extenderetur ad alios caſus ſimiles, non extenditur, quando in illo caſu apponitur dictio, tunc, quia reſtringitur ad caſum expreſſum.

27 Dictio tunc, & eo caſu, cuius ſit virtutis.

28 Dictio ſuperſtites, & ſuperuiuentes ſic geminata, quid importet.

29 Teſtator vocando illos de familia, an cenſeatur inter eos inducere fideicommiſſum.

Familiæ mentio facta a teſtatore, an indicet fideicommiſſum.

30 Teſtator præſumitur plus diligere ſuperuiuentes proximiores, quam remotiores.

31 Dictio tunc, quando non excludat caſus ſimiles.

32 Filia dicitur agnata.

33 Non tamen conſeruat agnationem, ſed terminat.

34 Vocati per nomen collectiuum dicuntur vocati ordine ſucceſſiuo.

35 Dictio, ſemper, denotat perpetuitatem.

36 Dictio ſemper poſita in inſtitutione cenſetur repetita in ſubſtitutione.

37 Dictio, vt ſupra, repetitiua præcedentium.

38 Deciſio in puncto eſt magnifacienda.

39 Superfluum non dicitur eſſe, quod venit declaratiue eorum, quẹ tacitè inerant.

40 Qualitas ſequitur naturam actus cui adijcitur.

41 Dictio tunc, & aliæ dictiones taxatiuæ extenduntur ad caſus ſimiles diuerſitatem rationis non habentes.

42 Dictio tunc, ſtat plerumque demonſtratiuè, & declaratiuè ſine iuris miniſterio, & differt ab alijs taxatiuis.

43 Teſtator ſi quandoque vocet fœminas, non ideo minus dicitur habuiſſe reſpectum ad agnationem.

ARGVMENTVM.

Agenti ex fideicommiſſo incumbere onus probandi bona in bonis fideicommittentis fuiſſe, & quando de dominio quoque ſit probandum, &

De dictione, tunc, et alijs taxatiuis dictionibus, & illius virtute.

DECISIO XXXVII.

DO M. Ioannes Baptiſta de Antinoris egerat contra Dominã Lucretiam de Medicis vxorem, & hæredem teſtamentariam quond. Do. Franciſci ſui viri, & patrui dicti actoris reſpectiuè, ad plura bonorum capita pluribus ex cauſis ſibi debita, &

Primo ad domum ſitam Florentiæ vigore fideicõmiſſi ex teſtamento quond. Antonij eius Attaui paterni, & demum in eius perſonam purificati, & de eius validitate non dubitabatur.

Sed tota difficultas erat, an d. domus remãſerit in hæreditate teſtatoris, & quomodo legitimè perueneri in manibus D. Lucretiæ.

Quod cum eſſet fundamentum intentionis agen
1 tis ex fideicommiſſo, † illud præcipuum erat ab eo
probandum, Alexand. conſilio 82. numero 14. libro
2. & conſilio 51. numero 5. libro 5. Aymo. conſi. 61.
nu. 5. Lancellot. Galiau. in l. centurio, nu. 56. circa fi.
ff. de vulg. & pupil.

Et non ſolum, quod remanſerit in hæreditate,
2 † ſed etiam in dominio fideicommittentis fuiſſe,
cum agatur contra extraneum, quod ſecus eſſet ſi
contra hæredem grauatum ageretur, cum tunc ſa-
tis eſſet probare bona petita fuiſſe in bonis teſtato-
ris abſque probatione dominij, & eſt ratio, quia
tunc hæres non poſſet allegando turpitudinem au-
ctoris dicere defunctum poſſediſſe bona aliena. Ay-
mo, dicto conſilio 61. & Roland. conſilio 46. nume-
ro 11. libro 3.

Id autem actor mediante cataſto, ſeu decima pro
3 bare ſatagebat, † quẹ in antiquis inter diuerſas per-
ſonas ſaltem præſumptiuè dominium, & poſſeſſio-
nem probat, ſecundum Bald. in l. quidam in ſuo, in
fi. de hæred. inſti. Rom. conſi. 127.

Verum iſta præſumptiua probatio videbatur contraria vrgentiori præſumptiua probatione confundi, cum appareret eandem domum ab anno 1521. fuiſſe a decima dicti quond. Franciſci proaui paterni poſitam ad decimam Dominæ Franciſcæ eius vxoris, & actoris proauiæ reſpectiuè, quæ cum dotes promiſſas viro ſoluiſſet, & poſt viri mortem quaſi decocti prædefuncti reperiretur in poſſeſſione d. domus, ſatis probabiliter erat credendum, quod ex dotis præambulæ ſolutione titulo

tulo dationis in ſolutum in eãdem deuenerit, & ſuc-
ceſſiue ad eius nepotes condiuidentes, qui poſtea li-
bere de ea diſponere poterant.

Sic enim ſuadere videbatur nobiliſſima iuris præ
ſumptio excluſiua delicti, videlicet, occupationis,
4 † ſic ſubiecta materia dotis ſolutæ. Bald. Nouell. in
tract. de dote in 6. par. in 14. priuile. 2. & 3. caſu. Ay-
mo. conſil. 227. circa medium, longa poſſeſſio, cara-
ſtum, repudiata hęreditas viri facta per filium, filij,
& nepotum ſucceſſiua patientia, & valor domus nõ
excedens dotem ſolutam. Accedente quoque domi-
nij præſumptiua probatione ex locatione facta per
5 Dominam Franciſcam. Nam † locatio, etſi de per-
ſe nec dominium neque poſſeſſionem contra ter-
tium probet, adminiculata tamen probat Pariſ. cõſ.
27. num. 5. libro j. Natta conſi. 636. num. 85. Albeu.
conſi. 9. nu. 12.

Titulus enim, ſeu cauſa iſta dationis inſolutum
6 (qui † per hæredem, & hæredis hæredem declarari
poteſt, Bar. in l gerit, nu. 17. de acq. hæred. Corn. cõſ.
7 310. in fi. lib. 3. Aymo. conſi. 197. nu. 4) † per pręſum
ptiones, & coniecturas eſt probabilis ſecundum Ab
ba. conſi. 82. nu. 5. lib. j. ex nota per Bar. Bal. Angel. &
alios in l. qui alienam, ff. de acquir. hæred. Fely. in c.
Albericus de teſtib. & in c. illud, nu. 7. de præſump.
Soz. iun. conſ. 135. nu. 14. lib. 2.

Nec obſtare videbatur, quod decima Do. Franci-
ſcæ trahatur a decima viri quaſi videretur vitioſa,
8 † quia pro iſtis libris caute cuſtoditis, & ſumma ſo-
lemnitate ponderatis, vt inquit Bal. in conſil. 195. in
9 fi. lib. j. multum præſumitur, † & ideo ex quo tempo
re, quo poſita fuit ad decimam D. Frãciſcæ non erat
ab alio poſſeſſa, decima Do. Franciſcę attendi debet.
Sozin. conſi. 89. col. pen. verſ. confirmatur, lib. j. Re
pudiaret enim Ioan. Baptiſta hæreditatem patris, &
ideo patris poſſeſſio non poterat dici continuata in
filium, quod quidem non negat D. primus Iudex in
motiuis, & ad probationem incumbentium ſola de-
cima non ſufficit.

10 Nec etiam concurſus † duplicis probationis erat
impedimento quaſi ſit impeditiuus alienationis et
in caſu alias permiſſo. Ripa in l. filiusfam. §. diui, nu.
70. de leg. j. Rolan. conſi. 81. num. 6. lib. 2. Natta con
11 ſil. 481. num. 7. Quia † non prohibetur alienatio ex
cauſa dotis dandę, vel reſtituendæ, vt in locis citatis,
& adsd, quod dicebatur de exiſtentia aliorum bono
rum, quibus Domina Frãciſca ſibi conſulere potuiſ
ſet, obſtabat, quod non probabatur, & ex præſum-
12 ptionibus aliter ſuadebatur, † quia vir ſine hærede
deceſſerat ad Bald. conſi. 198. lib. j. & per Roland. cõ-
ſil. 9. num. 20. lib. j.

Et inde quoque inferebatur ad excludendam pręſumptionem, quod iure familiaritatis deueniſſet in
vxorem, quæ familiariter cum viro cohabitabat,
13 † nam cum poſſideret hærede aliquo non adeun-
te, in re proprio ſuarum dotium, non autem familia
ritatis cauſa poſſediſſe dicetur. Deci. in conſilio 400.
num. 5. Fuit etiam animaduerſum, quod pater acto-
ris, & patruus diuiſerunt dictam domum tanquam
a paterna hæreditate prouenientem, non auitam, &
14 fideicommiſſo vinculatam, † quo caſu ſucceſſerunt
teſtatori grauanti, & non grauato. Bar. in l. cognatis,
de reb. dub. Iaſ. conſil. 245. col. j. lib. 2. licet articulus
iſte non careat difficultate.

Et ex his concurrente curſu longi temporis ad fa
ciendum præſumi omnia ſolemniter geſta, ſenſimus
15 præſumptiones Dom. Lucretiæ reæ conuentæ pręferendas fore præſumptionibus actoris ad gloſ. in c.
ſi clerici. 81. diſt. Abb. in c. ex literis. de probatio. &
not. in l. fauorabiliores, de reg. iur.

Secundo egit ad alia bona per D. Franciſcã acqui
ſita a monialibus; conduxerat enim d. Do. Franciſca
ad emphyteuſim ad lineam maſculinã, quædam bo-
na ſtabilia, & circa hoc reperientes ſententias hacte-
nus latas eſſe conformes, diximus ad nos iuriſdictio
nem non fore deuolutam.

Emerat quoque eadem Domina Franciſca, &
alia bona pro ſe, & ſucceſſoribus, & nominandis ab
ea, & in hoc diximus male iudicatum per Dominũ
16 primum Iudicem. † Quia facta venditione ſub hu-
iuſmodi pacto ad nominandum, ante nominationẽ
ſtatim emptori ius quæritur, & hæredibus, licet re-
uocabiliter, nam poſtea ſecuta nominatione, ius il-
lud quæſitum reſoluitur, & acquiritur nominato,
vt tradit Deci. conſi. 543. col. 2. num. 5. & cum dicta
mulier mortua ſit non facta nominatione, bona prę
dicta libere deuenerant in hæredes de his libere di-
ſponere valentes.

Quicquid ſuper dictis bonis cum dictis moniali-
bus fuerit cõuentum, videlicet, quod finita linea bo
na ſic empta reuerſa intelligantur ad monaſterium
pro eodẽ precio ſoluendo emptricis hæredibus, qua
tenus tunc non eſſent alienata, ſed reperirentur pe-
nes hæredes. Quæ verba nedum non inducunt inter
hęredes aliquod ius deuolutiuum, ſed potius decla-
rant, ſeu permittunt facultatem alienandi, argumen-
17 do a cõtrario ſenſu conditionis oppoſitæ, † quod eſt
probabile ſecundum Bal. Ang. & Caſtrenſ. in l. quæ
teſtamenta, §. mulier, de teſta. & de his erant inſtru-
18 menta clara, † ideo non fuit dubitandum Bal. conſi.
149. in fi. lib. j. Aym. conſ. 31. in fi.

Tertio fuit actum ad bona vigore alterius fidei-
commiſſi per quendam Raphaelem de Antinoris
inducti, qui inſtitutis filijs maſculis, & vocatis de-
ſcendentibus in infinitum cum prohibitione alienã
di, & illis deficientibus vocata filia cum ſuis deſcen-
dentibus in infinitum, & his deficientibus vocauit
illos de familia Antinorea, tunc viuos exiſtentes.

Et cum vtraque linea defeciſſet per mortem Pe-
tri teſtatoris ex fratre nepotis, ipſeque actor repe-
riretur de familia natus, & conceptus tempore pu-
rificati teſtamenti, & ad præſens proximior de fami
lia, ideo tanquam vocatus fideicommiſſariæ petitio
ni per eum propoſitæ locum eſſe dicebat. Cui pro
parte Dominæ Lucretiæ replicabatur fideicommiſ-
ſum expiraſſe. Mortuo enim dicto Petro, inſurrexe-
rant plures de familia, inhiantes d. fideicommiſſo,
& fuit per DD. tres iudicatum fideicommiſſum pu-
rificatum in perſonam Domini Franciſci mariti Do
minæ Lucretiæ, & actoris, & Antonij Raphaelis tã-
quam proximiores ex his, qui tunc de familia viue-
19 rent, ea quidem † ratione moti, quod in fideicom-

miſſis ſucceſſio reguletur ad inſtar ſucceſſionis ab
inteſtato. Barto. & alij, in l. heredes mei, § cum ita, ad
Trebellia. & in l. Gallus, §. primo, de lib. & poſthu. in
qua inteſtati ſucceſſio, prærogatiua gradus attendi-
tur, ergo idem erat ſeruandum in ſucceſſione ex te-
20 ſtamento inter vocatos nomine collectiuo, † qui
ſucceſſiuo ordine vocati cenſentur. Ange. conſilio
38. num. 3. Iaſ. poſt alios in l. Gallus, §. quidam rectè,
num. 22. de liber. & poſthum. Pariſ. conſilio 40. per
totum libro 2. Deci. conſilio 248. Sozi. conſilio 238.
libro 2. Couarru. in capit. Raynutius, §. 2. numero
6. de teſtam. Ioan. Dilec. de arte teſtan. tit. 4. cautela
6. numero 4. & de hoc relicto familiæ, quod admit-
tantur proximiores, eſt tex. in l. cum ita, §. in fideicõ-
miſſi, & l. peto, §. fratre, de lega. 2. Corne. conſil 238.
num. 11. libro 4. & conſilio 131. libro 2. Sozin. conſi-
lio 51. nu. 11. libro quarto, Sozin. iun. conſilio 116.
nu. j. libro j.

Quod etiam colligebatur ex alijs verbis teſtato-
ris, qui in alijs ſubſtitutionibus inter deſcendentes
paſſim vſus fuit his verbis, videlicet, intelligendo or
21 dine ſucceſſiuo, † quæ clauſula ſemel adiecta in
inſtitutionibus cenſetur repetita in ſubſtitutioni-
bus illorum de domo. Iaſ. conſi. 148. col. 3. lib. 2. Ru-
be. Alex. conſi. 104. in fi. Cæphal. conſi. 114. num. 17.
Deci. conſi. 227. nu. 9. & ſic ex quo ſemel proximio-
res fuerunt admiſſi, non videtur vlterius extenden-
22 dum d. fideicommiſſum, † ſufficit enim conditionẽ
proximorum tunc viuentium ſemel impleri, l. bo-
ues, §. hoc ſermone, de verborum ſignificatio. Deci.
conſi. 95. in fi. Caſtrenſ. in l. ex facto, § penu. num. 6.
ad Trebellia.

Et hoc non obſcure videbatur colligi virtute di-
23 ctionis, tunc, † quę denotat extremitatem temporis,
l. 4. in fi. de conditio. & demonſtra. Bartol. in l. tuto-
24 ribus, de teſta. tutela. † & relata ad tempus exponi-
tur pro eo tempore. Rebuff. in l. mulieres, §. deſinc-
25 te, ff. de verbor. ſignifica. † Cuius natura eſt reſtrin-
gere diſpoſitionem ad caſum expreſſum, & negare
extenſionem ad alios. Deci. conſilio 315. num. 3. &
22. columna j. Gomeſ. in §. rurſus, num. decimoſex-
to, inſtitut. de actio. & in propoſito allegabatur cele-
26 bre conſilium Ancharan. 356. ex ſerie. †. Vbi ſub-
ſtitutio vulgaris in vno caſu concepta quantuncum
que ſit extenſibilis ad alios caſus, l. cum propona,
C. de hæredi. inſtitut. fallit tamen, quando in vno ca
ſu apponitur dictio, tũc, quia reſtringitur ad caſum
expreſſum, ſequitur Deci. conſilio 89. numero 3. &
conſilio 63. columna 2. & 352. 433. & 516. Roman.
conſilio 131. & 138. Bal. conſilio 57. colum. 3. lib. 2.
& ſentit Ruy. conſi. 66. ſub num. 8. libro 3. Rebuff.
d. §. deſinere, verſic. ex quo, Goza. conſilio 64. Sozin.
iun. conſi. fi. lib. 2.

Et quamuis ex aduerſo replicaretur, quod ſupra
27 dicti loquuntur in dictionibus geminatis, † vi-
delicet tunc, & eo caſu, de quarum virtute Paul. Fu-
ſci. in ſingulari 44. in litera D. idem tamen erat in
caſu prædicto, vbi præter dictionem, tunc, aderant
verba illa geminata, viuos exiſtentes, quorum ver-
borum geminatio operatur, vt omnes alij ſint ex-
cluſi, qui tunc non eſſent ſuperſtites, & proximio-
28 res, † & ita per dd. verba ſuperſtites, & ſuperuiuen-
tes decidit Sozin. iun. conſilio 133. libro primo, quid
quid contra ſenſerit idem Ancharan. in conſilio
decimoſeptimo, vbi non obſtante dicta dictione
tunc, admittit extenſionem ad alium caſum non ex-
preſſum. Nam ibi aderat alia dictio, in perpe-
tuum, & erat in caſu legati pauperibus facti, quod
ſimiliter eſt perpetuum, cum loco deficientium ſub-
rogentur alij. Vnde non mirum ſi illa ſubſtitutio
de duobus ſenioribus de domo non contentatur de
primis duobus, ſed ad ſequentes porrigitur, ſecus
hic, vbi ſine aliquo ſigno perpetuitatis ſimpliciter
finitis lineis filiorum vocantur tunc viuentes de
domo, qui iuris intellectu de proximioribus intel-
liguntur.

29 Nec obſt. † quod vocando illos de familia cen-
ſeatur voluiſſe inter eos inducere fideicommiſſum,
l. cum ita, §. in fideicommiſſo, vbi Caſtrenſ. decla-
rat, de lega. 2. & tradit Areti. in l. Gallus, §. quidam
rectè, in fi. de libe. & poſthu. vbi etiam Sozin. colum.
penul. & conſilio 90. colum. fi. libro j. Ang. conſilio
238. Aymon. conſilio 180. num. 2. quia non ſimpli-
citer, ſed limitate per dictionem tunc, fecit mentio-
nem de familia, & ſic non habuit affectionem ad om
nes de familia, ſed ad tunc viuentes, & proximiores,
& ſic teſtator voluit facere vnam ſubſtitutionem de
propinquioribus ſui generis, & non plures, cum ad
30 viuentes proximiores ſe reſtrinxerit † in quibus
maior cadit affectio, quam ad remotiores, vt arguit
Aymo. d. conſi. 180. nu. 3.

Prout nec videbatur obſtare conſideratus fauor
31 agnationis, † quo caſu dictio tunc, non excludit ca-
ſus ſimiles, vt tradit Ruy. conſilio 203. libro ſecun-
do, & Natta conſilio 675. numero duodecimo, quia
contra teſtatoris voluntas fuit prouidere in infini-
tum deſcendentibus, non autem principaliter reſpi-
cere agnationem cum intermiſcuerit filiam, & de-
32 ſcendentes ex ea, per quam (etſi † dicatur agnata,)
33 † non conſeruatur agnatio, ſed finitur in ea. Bald.
conſi. 474 libro 5. Coro. conſi. 335. col. 3. lib. j. Curt.
iun. conſi. 152. col pen. & 176.

Ex aduerſo actor non minus valide nitebatur in
præcitatis motiuis DD. trium, qui inter illos de fa-
milia Antinorea iudicarunt. Nam ex quo collecti-
34 uo nomine fuerunt vocati illi de familia, † & talis
vocatio importat ordinẽ ſucceſſiuum, vt vnus poſt
alium admittatur, & proximior præferatur, Aymo.
conſilio vigeſimoſecundo, num. 2. Ergo is iam com-
prehenſus ſub nomine collectiuo, & conſideratus
cum eadem aliorum de familia affectione, cenſebi-
tur vocatus ad modum poſſibilem, & ſic in ſubordi-
natam ſucceſſionem, d. l. peto, §. a fratre. Alias fruſtra
de ſucceſſiuo ordine, & gradus prærogatiua diſpone-
retur, ſi prima vice in proximiorem terminaretur di
ſpoſitio, Pariſ. conſi. 20. lib. 2 & maximè, quia teſta-
tor ſæpius vſus fuit in alijs partibus teſtamenti hu-
iuſmodi verbis, ordine ſucceſſiuo.

35 Dictio † enim, ſemper, denotat perpetuita-
tem, & pro omni tempore, ac pro omni caſu ex-
ponitur, gloſſ. in proe. inſtitut. verbo ſemper. Pariſ.
36 conſilio 93. numero 16. libro ſecundo, & † poſita ſæ-
pius

Digitized by Google

pius in alijs diſpoſitionibus inſtitutionum cenſetur
repetita, Rip. in l. Centurio, num. 3. ff. de vulga. & pu
pil. Cæphal. conſil. 114. num. 17. Maximè cum non
poſſit reddi probabilis ratio diuerſitatis, quare ma
gis in vno caſu, quam in alio maluiſſet apponere,
quemadmodum etiam confirmat ſæpius repetita di
37 ctio, † vt ſupra, quę eſt repetitiua precedentium, Bar
tol. in l. j. §. hoc edicto, ff. de poſtulan. Deci. conſi. 394.
num. 9. Pariſ. conſi. 37. nu. 59. lib. j.
Et in terminis allegabatur deciſio Albenſis in cõ
38 ſi. 51. † de qua cum ſit in puncto reperta, ſit maximũ
capitale. Natta conſilio 631. num. 17. vbi dicit, quod
tam ex proprietate verborum principalium inter il
los de familia fideicommiſſum importantium, quá
ex veriſimili mente teſtantis ad agnationem inclinã
tis, concludit fore inductum fideicommiſſum perpe
tuum, quod quanto magis erat dicendum inter vi-
uentes, & erat caſus iſte.
Et ad dictionem, tunc viuos, quæ videbatur diſpo
ſitionem reſtringere ad primum caſum tantum pro
ximiorum, ne odioſum fideicommiſſum extendatur
quando alia præſumptio capi poſſit, reſpondebatur
dictam dictionem ſtare declaratiuè eorum, quæ ta-
citè inerant, nam ſi non eſſent viui, non admitteren-
tur. Caſſad. de teſta. deciſ. 2. numero 7. & numero 4.
39 & ideo non debet dici † ſuperflua, l. quæ dubitatio-
nis, de reg. iur.
Rurſus operari alium effectum, quam reſpicere
extremitatem temporis, videlicet ad tollendam il-
lam dubitabilem quæſtionem, an filij ſubintrent in
locum patrum præmortuorum, nam vocando ſuper
ſtites ſeu ſuperuiuentes, (quia proximiores intelli-
guntur) non dabitur illa iuris repręſentatio de qua
alias fuiſſet dubitandum, vt egregiè declarat Pariſ.
conſi. 40. nu. 10. & ſeq. & conſi. 37. nu. 50. lib. 2. item
& alia ſubmoueatur dubitatio, an dicta verba intel-
ligantur de natis tantum, vel conceptis tẽpore mor-
tis teſtatoris. Deci. conſil. 121. & 387. Sozi. conſil. fi.
Ruy. conſi. 129. nu. 10. & 162. libro 3. Alias d. dictio
tunc repugnaret dd. verbis ordine ſucceſſiuo, & non
eſt credendũ, quod teſtator per illa verba voluerit
allegare diſpoſitionem iuris, vt dicit Alben. d. conſi.
51. & ideo dictio tunc debebit qualificare, non autẽ
alterare naturam illius termini, familię, qua voca-
ta admittentur proximiores, non autem in ſimul vl
40 teriores niſi ordine ſucceſſiuo, † cum proprium ſit
qualitatis ſequi naturam actus cui addicitur. Deci.
conſi. 235. in fi. Cæph. conſi. 46. nu. 45.
Et cum non videatur poſſe negari, quin teſtator
principaliter ad agnationem reſpexerit, quaſi volue
rit bona conſeruari in familia, Ruyn. conſilio 203.
num. 11. lib. 2. locum ſibi vendicabat alia iuris theo
41 rica, † quod vbi non conſtat de veriſimili mente te-
ſtatoris, dictio tunc, & aliæ taxatiuæ perdunt offi-
cium ſuum, & extenduntur ad caſus ſimiles, diuerſi
tatem rationis non habentes, vt hic. vbi vocando il-
los de familia, videtur ſimpliciter habere affectio-
nem ad omnes, vt inquit Aymo. d. conſilio 180. ſub
num. 2. verſic. quia primo caſu, qui etiam ſub num.
3. verſic. & ideo, dicit quod vocati nomine collecti-
uo, vel per numerũ pluralem intelliguntur ſemper
uocati cum eadem affectione quoad omnes, ordine
tamen ſucceſſiuo, & quod non obſtante natura d.
dictionis reſtrictiuę ex veriſimili mente teſtantis
trahatur diſpoſitio ad caſus ſimiles, firmat Pariſ. cõ-
ſil. 50. nume. 52. lib. 3. & Natta in conſi. 675. nu. 12.
vbi reſpondet ad d. dictionem, & quod d. dictio ta-
xatiua non excludat ex identitate rationis caſus
ſimiles, de communi opin. tradit Grat. conſil. 106.
nume. 27. lib. 2. Ruin. d. conſ. 203. nume. 2. Ancha-
ra. d. conſil. 27. quod conſilium principaliter fuit al-
legatum pro hac parte quam ſemper ſe ſecurum eſ-
ſe dicit Marzar. de fideicommiſ. 2. par. quæſtio. 24.
42 & in conſil. 5. & dicit Caſſado. d. deciſio. 2. † quod
dictio, tunc, non apponitur neceſſario, nec inducit
iuris miniſterium, ſed ſtat plerumque demonſtra-
tiue, & declaratiue, & longe differre ab alijs taxati-
uis veluti tantum, ſolum, & eo caſu, & tunc, & eo ca
ſu, & ſimili. vt ibi per eum.
Nec obſt. quod quandoque ſint fęminæ vocatæ,
43 † quia non ideo minus dicitur habitus reſpectus ad
agnationem per ea quę tradit Ruy. conſil. 22. num.
9. lib. 3. & Sozin. iun. conſil. 23. nume. 37. lib. 1. &
Sozin. ſeni. conſ. 81. prope fin. lib. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Fideiuſſores ſimpliciter, & fideiuſſores indemnitatis multum inter ſe differunt.*
2 *Fideiuſſor ſimpliciter, etiam ſi renunciet beneficio de fideiuſſoribus poterit conueniri etiam non excuſſo principali.*
3 *Fideiuſſor indemnitatis per renunciationem beneficij de fideiuſſoribus non perdit beneficium excuſſionis.*
4 *Fideiuſſor indemnitatis non eſt proprie fideiuſſor.*
5 *Fideiuſſor indemnitatis differt in pluribus a fideiuſſore ſimpliciter.*
Exceptio ordinis quando opponenda.
6 *Fideiuſſor indemnitatis etiam poſt litem conteſtatam opponere poteſt exceptionem ordinis.*
Fideiuſſor ſimpliciter ſi ſit negligens in exequendo contra ſuum principalem qui quandoque fuerit ſoluendo, et efficiatur poſtea non ſoluendo ſibi imputet, cum ſuo damno cedat.
7 *Secus in fideiuſſore indemnitatis.*
8 *Excuſſio fideiuſſori competit contra principalem.*
9 *Fideiuſſor indemnitatis improprie dicitur fideiuſſor.*
10 *Dictio nulla, negatiua vniuerſalis excluſiua totius, & totum negans.*
Nulla, dictio negatiua, & excluſiua totius.
11 *Dictio, Nullatenus, vniuerſalis negatiua.*
Nullatenus, dictio eſt negatiua vniuerſalis.
12 *Dictionis, Nullæ & nullatenus virtus quæ ſit.*
13 *Dictio, aliquis eſt vniuerſalis omnia comprabendens.*
Aliquis dictio vniuerſalis omnium comprabenſiua.
14 *Dictio alius includit ſimilia expreſſis, et diuerſa.*
Alius alia aliud comprabenſiuum pronomẽ ſimilium, & diuerſorum ab expreſsis.
15 *Dictio alius, excludit expræſſa, & includit omiſſa.*
16 *Alius, dictio iſta excludit expræſſa, & includit omiſſa.*
17 *Excuſſio prodeſt etiam tertio.*

18 *Clauſula renunciantes, &c. extenditur, vt dicatur renunciatum omni legum auxilio.*

ARGVMENTVM.

De fideiuſſore ſimpliciter, et fideiuſſore indemnitatis, et quomodo inter ſe differant. Et de dictionibus alius, aliquis, nullus, & nullatenus.

DECISIO XXXVIIII.

CAVETVR lib. 2. ſtatutorum Florentiæ. cap. 59. quod nulla excuſſio principalium debitorũ fideiuſſorum ſeu correorũ, vel bonorũ in aliqua cauſa requiratur.

Quidam Andreas extitit fideiuſſor pro Laurentio penes Clementem & dictum Andream Petrus de Marchinis promiſit indemnem conſeruare, quos omnes pariter Laurentius ſine dãno conſeruare pollicitus eſt, quemadmodum in Inſtrumentis ſubinde celebratis.

Coacto d. Andrea ad ſoluendum cum pro conſernatione ſuæ indemnitatis aduerſus Petrum inſurgeret, fuit & oppoſita ordinis exceptio, & dictum quod cum ipſe Petrus eſſet fideiuſſor in ſubſidium, & indemnitatis debuiſſet prius excuti principalis.

1 Multum, enim intereſt † an quis promittat ſeu
fideiubeat pro alios ſimpliciter, an conſeruationem
indemnitatis promittat, vt tradit Bald. in l. 1. C. de
conu. fiſ. debito. lib. 10. & alibi ſæpius vt refert Marſil. in rub. C. de fideiuſſ. nume. 23. vbi alios citat.
2 † Nam fideiubens ſimpliciter ſi renuntiet beneficio
de fideiuſſoribus poterit conueniri etiam nõ excuſſo principali gloſ. & doct. in cap. peruenit. de fideiuſſo. Bald. in auct. præſente. C eod. & eſt communis opinio pes teſtum; in l. pen. C. de pact. & pro nota. refert Marſil. in præcitato loco Caſtrenſ. conſil. 239.
3 lib. 1. ſecus † vero in fideiuſſore indemnitatis, qui
per huiuſmodi renunciationem non perdit beneficium excuſſionis, quia non includitur hoc caſu ex natura beneficij fideiuſſionis, ſed potius ex natura obligationis quemadmodum notabiliter declarat Barto. in d. l. 1. C. de conue. fiſ. debito. & in l. quæro. ff. loca. Bald. in d. auct. præſente. Iaſ. in l. fin. in princ. ff. ſi cert pet. Iaſ. in l. cum filiusfam. §. ita ſtipulatus,
4 num. 22. de verbo. obliga. † Videntur enim fideiuſ-
ſores Indemnitatis non proprij fideiuſſores qui ſimpliciter obligãtur & pure ad id ad qđ principalis eſt obligatus inquit Pau. de Caſt. d. conſ. 239. nu. 1. li. 1.
5 Differt † etiam in alijs multis fideiuſſor indem-
nitatis a fideiuſſore ſimpliciter, & quantum attinet ad caſum iſtum vbi fuerat oppoſitum quod exceptio ordinis non fuerat opportunæ, id eſt, ante litem conteſtatã propoſita prout proponi debuiſſet, quia eſt exceptio dilatoria Cyn. Bald. & Salic. in l. exceptionem, C. de probat. Sal. in l. 2. C. com. diui. Caſtren. in l. decem, ff. de verbo. oblig. cum concord. per Ant. Gabr. de fideiuſſor. concluſio. j. num. 12. Rol. a Valle conſilio 79. columna j. numero 4. libro j. id non procedit fideiuſſore indemnitatis, vel in eo, qui promi-
6 ſit quanto minus a principali conſequi poterit † nam
is etiam poſt litem conteſtatam huiuſmodi excuſſionis exceptionem opponere poteſt. Bald. in capitulo, ex reſcripto, de iur. iurando, licet Bartol. contrarium ſenciat, in d. l. fi. in princip. ſi cer. pet. vbi Iaſ. colum. j. in fi. ſuper quo non fuit inſiſtendum, quia in tempore fuit oppoſita.

7 Adduntt † etiam nonnulli aliam differentiam nam
ſi principalis debitor fuerit a liqñ ſoluendo, & creditor neglexerit, & poſtea efficiatur non ſoluendo id cedit damno fideiuſſoris ſimpliciter, ſecus in fideiuſſore indemnitatis, & in ſubſidium promittentis, l. ſi fideiuſſor creditori, vbi gl. & Bart. ff de fideiuſ. & ibi Caſtren. & in l. decem, & Iaſ. in d. l. fi. ſi cer pet.

Nec obſtat ſtatutum prædictum excluſiuum excuſſionis, quia loqui dicebatur, & intelligi debere in fideiuſſore ſimplici, non autem in fideiuſſore indemnitatis cum ſtrictè, & propriè ſtatuta ſint de per ſe intelligenda, & maximè in exorbitantibus a iure cõ
8 muni, vt erat materia iſta qua † de iure communi da-
batur excuſſio, vt ſupra dictũ eſt ex traditis p Marſ.
9 d. rub. de fideiuſſor. ſub nume. 23. † fideiuſſor enim
indemnitatis dicitur impropriè fideiuſſor, & tenetur in ſubſidium, vt tradit Iaſ. in l. cum filiusfam. §. ſi ſtipulatus, de verb. oblig.

Et quamuis Rota hæc Florentina alias ſenſerit contrarium, vt in motiuis de anno 1511. die 20. Septem. & 1549. die 7. Ianuarij. Tamen cum nulla alia ratione illi DD. Auditores moti fuerint ad ita dicendum, quam quod non probetur in iure aliud eſſe in fideiuſſore indemnitatis aliud in fideiuſſore ſimpliciter, & ad hoc nihil allegent, & contrarium ſupra uerius eſſe, oſtenſum ſit non videbatur ſola authoritate dictę Rotæ tantum a conſtitutis differentijs iuribus, & auctoritatibus comprobatis diſcedendum. Et ita in puncto firmat Rom. in conſi. 241. in terminis d. ſtatuti.

Quibus nõ obſtantibus cenſuimus ſtatutum prædictum compræhendere etiam fideiuſſores indemnitatis, & eorum quoque reſpectu excuſſionem ſublatam, inducendo ad hoc idem ſtatutum in pluribus
10 ſuis partibus, videlicet primo ibi, † Nulla excuſ-
ſio dicto enim illa nulla eſt vniuerſalis negatiua totum excludens, vt notiſſimum eſſe aſſerit Rebuff. de
11 verbo. ſignifi. in l. Labeo, & Sabinus, in fi. ſicuti † di-
ctio nullatenus, quæ eſt dictio vniuerſalis negatiua. Ruy. conſi. 50. nu. 3. lib. 3.

12 Harum † autem dictionum vniuerſalium natura,
& virtus eſt compræhendere ea, quæ alias non compræhenderetur. Ruy. conſil. 112. nu. 16. libro 5. & 149. num. 10. libro 2.

13 Secundo ibi aliqua cauſa. † Nam nomen aliqui
eſt vniuerſalis, & omnia compræhendit Ioan. Andr. in capit. quiſquis de electio. Hoſti. in cap. cum ſatiſ. de offic. Archidi. Gemini. conſil. 29. licet, colum. j. & eſt adeo vniuerſale, vt etiam ad minimum referatur

tur Bar. in l. ſi ſeruum. §. Pretor ait, de aeq. hered. etiam ad ei, quæ dici aut cogitari poſſont, Dec. cõſ. 29 colu. 2. verſ. ſecundo, nam cum per legem; & in puncto, quod dicta verba Aliqua cauſa, generaliter ſint intelligenda abſque reſtrictione aliqua tradit Aymo. in conſi. 135. num. 29. & quod ſimiliter verificari debeat in qualibet minima parte late tradit Titaquel. in l. ſi vnquam verbo omnium, vel partẽ num. 14. & ſeq. C. de reuoca. dona. ergo erat ſublata excuſſio etiam in cauſa inter fideiuſſorem indemnitatis, & eum qui indemnis ſeruari debet cum ſtatutum mandet in aliqua cauſa nullam requiri excuſſionem.

Tertio, nam poſtquam ſtatutum enumerauit certas perſonas quas non obſtante excuſſione conueniri permittit veluti reos principales, correos, fideiuſſores (intelligendo, vt ex aduerſo præſupponitur de fideiuſſoribus principalis debitoris,) & extraneos poſſeſſores bonorũ & augumentatiue procedendo vlterius dixit ſeu alios obligatos certe intelligendum eſt voluiſſe de alijs diuerſis ab expreſſis,
14 & ſic de fideiuſſoribus indemnitatum, † quia natura pronominis alius eſt nedum includere ſimilia expreſſis, ſed etiam diuerſa, quia ſimile non eſt idẽ, & ſic de omni genere fideiuſſorum, vt tradit Soziu. conſi. 300. colu. 2. verſ. 3. principaliter, lib. 1. Pariſ.
15 conſi. 26. num. 5. lib. 1. Hæc † enim dictio alius excludit expreſſa, & includit omiſſa. Pariſ. conſilio 78. numer. 31. libro 2. Sozi. iunio. conſilio 117. numer. 45. & 47. lib. 3.

In quam quidem ſententiam eo libentius deue-
16 nimus, quia huiuſmodi exceptiones † excuſſionum dicuntur eſſe de apicibus iuris, vt loquit Benedict. de Plumb. in tract. de diſcuſſio. in fin.

Et ex his cenſuimus exceptione excuſſionis non obſtante, quod grauamentum factum inſtante Andrea contra Petrum fore confirmandum, & maxime, quia interim dictus Petrus fecerat grauare Laurentium in perſona, & in bonis, & per nouam fideiuſſionem, & pignora capta ſuę idẽnitati ſibi prouiſit, & receptis his cautionibus excarcerationi d. Laurentij conſenſit. Vnde dici poteſt excuſſionem
17 fuiſſe factam ea ipſomet Andrea, † quæ prodeſt etiam tertio, vt in mea deciſ. Lucenſi 66. num. 15. & per Emilia. conſ. 103. num. 3.

Nec nobis negocium fecit auctoritas Roma. in conſ. 241. vbi in puncto dicti ſtatuti firmat non procedere in fideiuſſore indemnitatis, quia vltra iam dicta limitari poteſt non procedere ſi renunciatum ſit omni legum auxilio, vt hic, vbi aderat clauſula
18 renunciantes, &c. quæ ſecũdum † formularium Florentinom ita extenditur, vt dicatur renunciatum omni legum auxilio. & ita limitat in puncto Bald. in l. 1. C. de conuen. fiſci debito. ſequitur Alex. conſi. 29. lib. 7. & latius, conſil. 32. num. 9. lib. 4. vbi etiam aliter limitat hoc dictum de fideiuſſore indemnitatis, & ita vt dictum eſt hæc Rota alias tenuit.

SVMMARIVM.

1 *Cedens debitum debet illud manutenere verum fore, non autem exigibile.*
2 *Debitum ceſſum debet eſſe verum debitum, & tale cui non opponatur exceptio aliqua. Nomen debitoris ceſſum quale eſſe debeat.*
3 *Nomen debitoris ſi facto cedentis fiant non ſoluendo, ceſſionarius habet regreſſum contra cedentem.*
4 *Nomen debitoris ceſſum ante receptionem reuocari poteſt.*
5 *Notario ſtipulãte pro abſente, ante acceptationem locus eſt pęnitentię.*
6 *Iuramentum pręſtitum ſuper dependentibus a mera voluntate iurantis, non eget abſolutione ſuperioris ſi iurans contrafaciat, licet periurus efficiatur.*
7 *Solutio creditur facta in duriorem cauſam.*
Debitum de quo ſtat inſtrumentum, durius dicitur eſſe alio credito chirografario.
8 *Debitor pręſumitur ſemper ſoluere in duriorem cauſam.*
9 *Mercatores ſolent ſcribere in libris creditum, & debitum per contrapoſitionem.*
Et quod ſibi ſoluitur non ſcribunt tanquam ſolutum in extinctionem debiti, ſed tanquam creditum ſoluentis in dare, & hauere, & poteſt ſoluens declarare in quam voluit eſſe ſolutum.
10 *Delegans quaſi decoctum, vel de proximo decocturum non liberatur.*
11 *Delegatio debiti iuramento firmata eſt irreuocabilis.*
Iuramentum facit actum irreuocabilem.
12 *Iuramentum ſupplet defectum abſentium, & loco præſentis eſſe facit.*
13 *Iuramentum operatur, vt ſine ceſſione actio acquiratur.*
14 *Notario ſtipulante pro abſente, an & quando ante acceptationem reuocari poſſit.*
15 *Promiſit. Hoc verbum imperſonaliter prolatum coram notario, vel iudici cenſentur promiſſum habentibus intereſſe.*
16 *Abſenti ius non quęritur niſi notarius expreſſe pro abſente ſtipuletur.*
17 *Perſona extrinſeca in contractibus non cenſetur repetita nec ſubintellecta.*
18 *Soluens poteſt declarare in quam cauſam ſolutum velit, niſi ſit facta electio à creditore.*
19 *Solutio in dubio potius facta pręſumitur in debitum purum, quem in diem.*
20 *Item magis in debitum antiquius.*

ARGVMENTVM.

De nomine debitoris ceſſo, & qualiter, & quando cedens debeat illud manutenere verum, & exigibile.
Et de ſolutione à debitore facta in dubio in duriorem cauſam præſumi factam.

DECI-

DECISIO XXIX.

CAVSA iſta inter Dominos de Saluiatis, ac dominos deputatos creditorum hæredum Sebaſtiaui de Monteacuto ob proceſſatorum molem, ac allegationum congeriem, adeo moleſta eſſe videbatur, vt iure dici potuit per nos illud Iuuenalis, occidit miſeros Grambe repetita magiſtros.

Ex hoc enim plures foreoſes controuerſias ortas cognouimus, & eius occaſione tam hic quam in vrbe Roma (vbi adhuc indeciſa pendet) ter ſepties iudicatum fore proſpeximus.

Iterum tandem ad noſtrum auditorium præuijs appellationibus deuoluta, illud idem de quo non ſemel actum erat, quærebatur, videlicet an debitum Domini Pauli Antonij Soderini illis de Saluiatis per Monteacutos ceſſum, eſſet verum debitum.

Monteacuti enim cum eſſent creditores dicti de Soderiois in ſumma ſcuto. 12. millium, & vltra, & debitores illorum de Saluiatis procurarunt, quod Soderinus mediante inſtrumento iurato ipſis tamen abſentibus, & notario pro eis ſtipulante recognoſcendo ſe debitorem Monteacutorum de ſumma ſcutorum ſex millium pro parte maioris ſummæ, promiſiſſet eos ſoluere illis de Saluiatis abſentibus, quam promiſſionem fecit ſine præiudicio reſidui, & aliarum cautelarum, & aſſignamentorum vſque ad illam diem dd. de Monteacutis datorum (tranſmiſerat enim iam Soderinus quandam frumentorum quantitatem, & alias merces N. & N. de Ricaſolis Piſis degentibus mandando eiſdem, che le tenellero a ordine di Monteacuti.)

Qui quidem Soderinus inde ad menſem vocato eodem notario, & facta mentione dictæ promiſſionis ad fauorem Saluiatorum, illam reuocauit, & ad ſolutionem dictorum ſex millium amplius ſe nolle teneri proteſtatus eſt ex cauſis eius animum mouentibus, & quia poſt dictam obligationem plures ſolutiones feciſſet ad dictum computum illis de Monteacutis prout in inſtrumento reuocationis.

Quærebatur his ſtantibus, an dictum debitum ſeu creditum ſcutorum ſex millium, (vt ſupra ceſ-
1 ſum) eſſet verum † pro vt verum eſſe manutenendum (licet non exigibile) a cedente ſeu vendente iuris eſt indubitati. l. ſi nomen. cum. l. ſeq. ff. de hære. & act. vend. Bar. & alij in l. Meuia, in princ. ſolu. mat. Alex. conſ. 242. num. 3. lib. 6. Dec. conſi. 99. l. ſi plus, in fi. vbi gloſ. ff. de euictio.

2 Et † taliter verum eſt præſtandum, quod nulla obſtet exceptio, vt dicit Bald. in l. prędia, num. 4 C. de fideicom. qui etiam in conſil. 72. ſi quæratur, lib.
3 3. num. 2. † dicit, quod ſi ex facto cedentis illud nomen debitoris fiat non ſoluendo, non ſolum tenetur cedens præſtare verum, ſed etiam ſoluendo, & vbi ceſſionarius excluditur aliqua exceptione ex perſona cedentis habet regreſſum pro ſuo intereſſe contra cedentem. Barto. & Bald. in l. qui duos, in fin. princ. de leg. 2. Deci. conſilio 102. præſtantiſſime, numero primo.

Quod autem non eſſet verum, dupliciter Saluiati demonſtrare nitebantur; primo, videlicet ex reuocatione ipſa, quam fieri potuiſſe affirmabant
4 Saluiati, quia † adhuc nec ipſi Saluiati nec alius eorum nomine illam acceptarat; ita, quod re integra locus fuit pœnitentiæ l. abſenti, vbi Docto. communiter. ff. de donat. Pariſi. conſilio 88. numero 15. libro 3. & pro concord. Iul. Clar. in §. donatio. quæſtio. 12.

Immo etiam ſi notarius pro eis ſtipulatus eſſet
5 (pro vt non † fuit ſtipulatus) non ſecuta ratificatione illorum etiam reuocationi locus eſſet ſecundum Caſtrenſ. in l. illud. C. de ſacroſ. eccl. & in conſil. 195. viſis, num. 2. lib. 2. & pro concord. Anto. Gabriel. de verborum oblig. concluſio. prima, nume. 102. verſi. 2. amplia.

6 Neque obſtare iuramentum aiebant, † quia cum ſit interpoſitum ſuper dependentibus a mera voluntate iurantis, poteſt iurans non adito ſuperiore contrauenire, licet periurus efficiatur, ſecundum gl. in cap. fin. In verbo reuocatus, de procur. in 6. Bar. in l. ſi quis, in princ. teſtamenti, numero 14. de leg. 3. Caſtrenſ. conſil. 361. venerabilis, num. 4. libro. 1. Alexand. & ibi addent. in conſi. 16. num. 3. lib. 3. Deci. conſi. 304. iuridicam, num. 3. in fi.

Secundo principaliter dicebatur creditum non verum propter ſolutiones ſubſecutas per quas debitum reducit ad non debitum, cum ſolutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio, iuribus vulgaribus.

Peruenerant enim ad manus Monteacutorum multæ pecuniæ ad ſummam ſex millium tràſcendètes poſt factam d. promiſſionem, quas liberum fuit Soderino debitori in extinctionem illius debiti ap-
7 plicare, quod ſibi magis expedire cognouerit, † qui eligendo extinctionem dicti debiti inſtrumentalis tanquam durioris iure permittente feciſſe videtur. l. 3. ff. de ſol. l. ſi ex pluribus. §. fin. vbi Bartol. & alij; & in l. cum ex pluribus. ff. eo tit. Soz. conſi. 24. num. 1. lib. 3. Pariſ. conſ. 122. num. 6. & ſeq. lib. 4.

Promiſſio enim illa per Soderinum facta Saluiatis erat inſtrumentalis in forma cameræ, & cum onere cambiorum, & recambiorum, quia dabat licentiam Saluiatis eas accipiendi ad cambium niſi intra annum ſoluiſſet: quod vero remanſerat debitor Monteacutorum, erat debitum ſimplex, & in partitis librorum non ita executiuum, & oneratum, quemadmodum illud, quod Saluiatis ſe ſolutorum promiſerat: licuit igitur ei huiuſmodi decla-
8 rationem facere, quam etiam ius ipſum feciſſet † cum iuris præſumptione credatur quis ſemper ſoluere in duriorem cauſam d. l. 3. Corne. conſil. 295. num. 2. lib. 3.

Allegabatur etiam pro validitate prædictorum conſuetudo quædam mercatorum, qui ſolent debi-
9 tum, & creditum hinc inde adſcribere, † & quod id quod numeratur non ſcribitur tanquam ſolutum in extinctionem debiti, ſed tanquam creditum ſoluentis, & ſic in dare, & hauere, qui poteſt quandocunque declarare in quam cauſam velit imputa-

ri,

ri, vt poſt Imo. & alios tradit Alex. conſil. 85. lib.
3. Deci. conſil. 308. in caſu ad nos. colum. fin. Corne. conſil. 111. lib. 4. Benuenu. Strach. de mercatu. 2. parte nume. 57. ſecundum nouas impreſſiones. Et ſtante, quod promiſſio adhuc non erat acceptata à Saluiatis, interim foret inutilis quodámodo, quia nullus liberationis effectus ſecutus fuerat, nó enim inter Monteacutos cedentes, & Saluiatos aliqua fuit orta liberatio, neque inter Soderinum ceſſum, & ipſos cedentes nedum liberatio, ſed ne quidem aliqua requiſitio interceſſit, merito cum nulla dici poſſit facta delegatio, reuocari potuit. Caſtrenſ. in l. delegare. ff. de noua. Benuenut. Str. de mercatu. in tit. de mand. num. 3.

Qui etiam Monteacuti (data delegatione) adhuc non erant immunes à conſeruando indemnes
10 Saluiatos† quaſi delegaſſent Soderinum qui ſtatim decoxit & quem ob temporis breuitatem decocturum ſciuiſſe præſumebantur. Sozin. & Purpura. in l. ſingularia, ſi cert. peta. ille colum. pen. iſte. colum. 21. Bero. conſil. 197. nume. 7. & 8. lib. 1. & pro concord. Ant. Gabri. de noua. concluſ. 1. nume. 29. 2. fallent.

In contrarium pro deputatis dicebatur, nomen debitoris Soderini Saluiatis aſſignati eſſe verum, & patere per inſtrumentum recognitionis, quod dicitur probatio probata.

Nec referre in aliquo reuocationem per Soderi-
11 num factam† quia cum fuerit iuramento firmata, fuit irreuocabilis effecta, gloſ. communiter approbata in l. ſi pecuniam in prin. de cond. cau. data, quá appellat ſingularem Iaſ. in §. actionum nume. 47. inſti. de actio. & teſtatur Couarru. varia. reſol. cap.
12 14. num. 10. Quod † iuramentum ſupplere etiam defectum Saluiatorum abſentium replicabatur, ita vt eis ius quæſitum foret etiam nemine ſtipulante. gloſ. in can. quoties 1. quæſt. 7. Butri. in proe. Gregori. num. 6. Anch. conſil. 21. num. 10. Bald. in l. pactum, quod dotale. num. 7. C. de colla. Baueri. in tracta. de iura. nume. 25. Ant. Gabr. plura allegans. de
13 verborum oblig. concluſio 1. nume. 60.† quia ſtante iuramento quæritur actio ſine ceſſione. Butri. vbi ſupra, & Felin. ibidem num. 24.

Et ideo non videbatur potuiſſe fieri hæc reuoca-
14 tio in præiudicium Monteacutorum pro † quibus expreſſe notarius fuit ſtipulatus etiá ante partis acceptationem. Couartu. in rub. de teſta. in 3. par. nu. 13. & lib. 1. varia. reſolutionum cap. 14. nume. 11. Tiraqu. de iur. conſti. 3. part. in 30. limita. num. 49.

Quinimmo dici poterat Notarium pro Saluia-
15 tis recepiſſe † cum reperiatur in inſtrumento verbum promiſit, quod ſi imperſonaliter proferatur iuris intellectu notario, & iudici (ſi coram iudice fiat) cenſetur promiſſum pro habentibus intereſſe. Caſtrenſ. in l. cum à quo ff. de in ius voc. Celſ. Vgo. in conſil. 72. licet hoc facilliter euitari poſſit, cum in caſu Caſtrenſis promiſſio fuit facta in iudicio, cuius calore multa fouentur, quod non cadit in notario vbique ſtipulanti, cui licet ſit permiſſum ſtipu-
16 lari pro abſentibus, † non tamen cautum reperitur quod ex promiſſione ſimpliciter facta coram notario ius abſenti acquiratur, niſi expreſſe notarius pro
17 abſente ſtipuletur, quia † in contractibus numquã cenſetur repetita extrinſeca perſona. l. ſi ita. §. Griſogonus. ff. de verborum oblig. per quem tex. concludit Corn. conſil. 129 num. 24. lib 2. quod ſtipulatio notarij pro abſente appoſita in vno caſu, non cenſetur repetita in alio, in quo nihil de ea ſit dictum, vltra, quod cum Saluiati eſſent exteri, & non ſubditi illi domino qui notarium crearat, pro eis ſtipulari non poterat ſecundum Afflic. ſuper conſt. in tit. de fer. & ſal. nume. 41. refert & ſequitur Ant. Gabr. de verborum oblig. concluſ. 1. nume. 97. prima limita.

Neque ex iam dictis ſolutionibus debitum deſinit eſſe debitum, ita vt licuerit Soderino reuocare ſuam promiſſionem reſpectu Saluiatorũ, quia ante d. promiſſionem de ſoluendo Saluiatis iam Soderinus deſtinarat dictos effectus, ex quibus ſolutio facta fuit in extinctionem debiti reſiduati cum Monteacutis, pro vt in actu promiſſionis etiam declarauit ſe facere ſine præiudicio aſſignamentorum datorum illis de Monteacutis, vnde ſemel facta electione debitor non poterat variare, & ſolutum ex
18 vna cauſa in aliam interuertere l. 1. 2. & 3. de ſolut. quia † quod dicitur ſolutum præſumi in duriorem cauſam ſolutum, poſſeque ſoluentem declarare cuius debiti extinctioni cedere velit, locum habet non facta electione a creditore pro vt hic facta fuit, vnde licet forte tempore recognitionis d. debiti vel tempore reuocationis non eſſent omnes ſummæ præordinatæ, & exactę, tamen quoad Soderinum habebantur pro exactis, nam dum diſpoſuit, quod ſtarent ad ordinem Monteacutorum, quo ad eum perinde eſt ac ſi ſoluiſſet, quia non poteſt amplius in illis apponere manus, & alterare ordinem in præiudicium Monteacutorum, vt notum eſt in via mercatorum.

Et ſi pręſumptionibus foret iudicandum, adhuc dicebatur debere præſumi ſolutum in cauſam reſidui crediti cum Monteacutis potius quam in cauſam promiſſionis factæ illis de Saluiatis, cum quibus habuiſſet debitum in diem ſoluendum cum
19 Monteacutis purum, † & in dubio præſumitur ſolutum in cauſam puri potius quam debiti in diem d. l. 3. in fin.

Præterea debitum reſiduatum cum Monteacutis erat debitum antiquum, promiſſum autem illis
20 de Saluiatis erat nouum & † ſic vetuſtiori creditori creditur ſolutum, & illi pro quo ſoluendo debitor non acceperat dilationem l. cum ex pluribus ibi vetuſtior contractus, de ſoluti.

Nec deerat pro iſtis exceptio rei iudicatę, quippe cum tam in iudicio recurſus quam in iudicio coram DD. ſex mercantię, ſuper valutatione d. debiti de Soderinis, non obſtantibus exceptis pro parte Saluiatorum de non vero debito, fuit valutatum ad ſolidos decem pro libra. Nam ſi illi DD. Iudices non habuiſſent debitum pro vero, vtique non valutaſſent, quia ſuper non ente non ędificatur, in neceſſarium igitur antecedens videntur prononciaſſe etiam ſuper veritate debiti reiectis exceptionibus

Domini

Domini attenta litis pendentia in curia Romana de qua deputati exceperunt, & ne detur occaſio contrariarum ſententiarum, ac ne lites ex litibus oriantur, pronunciarunt expectandum litis euentũ in vrbe pendentis, & interim deputatos non fore moleſtandos prout idem ſenſerunt, qui ante nos iudicauerunt, licet ſub quibuſdam modis & conditionibus in quibus placuit eorum ſententias reformare, & ſimpliciter dicere expectandum d. litis euẽtum iuribus vulga. l. vbi acceptum. ff. de iud. l. nulli. C. eodem.

SVMMARIVM.

1 *Statuti qualitates probandæ ſunt ab eo, qui beneficio ſtatuti vtitur.*
2 *Negatiua probatur per rimationem actorum.*
3 *Notificatio ſi eſt pro forma, ſi non fiat actus redditur nullus.*
4 *Scientia vera, & plena cum ſuis qualitatibus eſſe debet, vbi notificatio ſit pro forma facienda.*
5 *Secus, vbi notificatio non ſit neceſſaria, & pro forma facienda, quia tunc ſufficit ſcientia vndecumque veniat.*
6 *Et tali caſu ſufficit ſcientia ſimplex, & generalis.*
Scientia generalis, & ſimplex quando ſufficiat.
6 *Scientia probatur per confeſſionem extraiudicialem per teſtes ſingulares probatam, ſcientia ex quibus probetur.*
8 *Probatio vera ſumitur ex pluribus præſumptionibus.*
9 *Scientia præſumpta ſufficit, vt labatur terminus ad retractum.*

ARGVMENTVM.

De iure prothomiſeos, & qualiter ſcientia probetur, & ex quibus præſumatur.

Et de notificatione facienda plurimũ intereſſe, an ſit neceſſaria, pro forma necne.

DECISIO XL.

STAT ſtatutum lib. 2. cap. 109. in materia retractus editũ prohibitiuum alienationis rei immobilis, niſi facta notificatione conſorti, & proximiori conuicino, qua notificatione facta, cum termino per Dom. Iudicem ſtatuendo (intra quem conſors, & vicinus comparere debeat ad deliberandum) interim iſto medio tempore talis res alienari non poſſit, & ſi alienetur, alienatio ipſo iure ſit nulla, & poſt multa de pretio diſpoſita in d. ſtatuto, ſequuntur hæc verba, videlicet.

Et ſi qua alienatio facta fuerit contra formam prædictam, compellatur notarius de alienatione rogatus copiam inſtrumenti dare conſorti redimere volenti, qui conſors talem rem ſic alienatam petere poſſit ab eo in quem alienatio facta ſit ſibi vendi, & concedi infra tempus trium annorum tantum numerandorum a die notificationis factæ per alienantem, ad quam reuenditionem faciendam emens teneatur & compellatur, quibus lapſis amplius redimere non poſſit, &c.

Huius ſtatuti cenſuram intentauerat Cionus de Serualle contra Benedictum, & litis conſortes emptores bonorum immobilium vſque de ann. 1561. eo irrequiſito, vt conſorti.

1 Et probatis qualitatibus d. ſtatuti, † pro vt probandæ erant ab eo, qui ſe fundabat in ſtatuto. Soz. conſi. 37 num. 24. & conſi. 65. nume. 4. lib. 4. Ruin. conſi. 143. num. 9. lib. 2. Rimi. conſi. 472. nume. 42.
2 lib. 3. videlicet conſortería per teſtes, † & negatiua notificationis, per inſpectionem, & rimationem proceſſus. l. fi. & ibi Doct. per illum textum. C. de rebus cred. Vanti. de nulli. ex defectu mandati nume. 62. Natta, conſi. 45. num. 3. & 373. num. 9. videbatur ius dicendum pro actore, niſi negocium feciſſet, quod pro parte reorum conuentorum excipiebatur de ſcientia d. alienationis poſt lapſum triennium habita per d. Actorem, quo caſu non obſtante defectu d. notificationis ſeu requiſitionis, dicebatur ſtaturarium remedium non competere.

Quippe cum non eſſemus in primo caſu ſtatuti de notificatione ſeu requiſitione facienda ante alie-
3 nationem † (quo caſu pro forma dicitur inducta notificatio cum clauſula irritante, & conſors ſeu vicinus etiam poſt triennium auferre poſſet emptori propter formam non ſeruatam. Afflict. deciſio. 378. num. 4 & 355. num. 5. late Pari. conſil. 19. nu. 88. & ſeq lib. 2. ita, vt ea non ſeruata actus corruat,
4 † & ſcientia in eo caſu debet eſſe plena, & notificatio prægnans cum ſuis omnibus qualitatibus precij & pacti Anto. de Bard. in tract. iuris protomiſe. q. 6. nu. 3. vbi citat Tiraq Afflic. & alios.)

Sed in ſecundo caſu ſtatuti alienationis iam factæ vbi notificatio, & requiſitio non videtur requiri pro forma, cum ſtatutum præſupponat venditionem validam etiam non facta notificatione, non autem nullam dum ſtatuit trium annorum terminum ad retrahendum inchoandum a die notificationis factæ, quam ſtatutum non mandat (vt prima) iudicialiter fieri, quod ſtatutum cum ſit correctorium iuris communis, vti odioſum debet ſtrictè interpretari, iuris vulgaribus, & hæc in ſecundo caſu longe differt a prima in primo caſu, cum in primo caſu ante venditionem requiſitio fiat iudicialiter, & requiſitus habet menſem ad acceptandum, & non facta reddit venditionem nullam, in ſecundo vero caſu facta poſt venditionem requiſitus habet trien-
5 nium, & venditio tenet: † vnde cum iſta notificatio de qua in ſecundo capite trium annorum, ſit inducta ad effectũ, vt notificans ſciat, ſi aliunde ſciat, quam per notificationem, non opus eſt alia notificatione, & a die ſcientię currit triennium, vt late tradit Tiraquel. de ret conſ §. 36. glo. 2. num. 24. vbi alios citat, & num. 28. Alex. conſil. 24. lib. 4. vbi in puncto talis ſtatuti, et ita tenuit hęc Rota Florentina 31. Martij 1578. lib. 46. motiuorum carta 173,

licet

licet ibi DD. Auditores non uegent hoc ſtatutum varie interpretatum, tamen in dubio pro reo cenſuerunt iudicandum.l.fauorabiliores, de reg. iur. Cæphal.conſ.134.num.55.

6 Et iden in iſto caſu, † quando requiſitio, & notificatio non eſt de forma, & facta non fuerit, non requiritur ſcientia plena, & vera cum omnibus qualitatibus, ſed ſufficit ſimplex, & generalis, & notanter de ipſa alienatione ſine qualitatibus, vt triennium incipiat a die ſcientiæ, & terminet ad excluſionem conſortis. Anton.de Bar. dicta q.6. numero 3.verſ.ſi vero.

7 Scientiam † autem ita deducebant ex confeſſione actoris extraiudiciali, etiam per teſtes ſingulares probata. Pariſi.conſ.57.col.pen.lib.1. Bertran.conſ. 125.lib.2.colum.3.

Ex apparatu fabricandi, & ex ipſis bonificamentis, quæ ſolent a dominis fieri.

Ex eo quoque, quod procurauit ſcire, & videre inſtrumentum venditionis, & ex ſcientia notarij, qui ſit rogatus de eo, ex vicinitate, ex longa poſſeſſione, ex fama. Soz.iun. conſilio 31.nume.36.lib.2. Aymo.conſi.168.num.5. Anton.de Bard. in præcitato loco.

Et ſingula ſingulis referendo ſatis vera ſcientia
8 videtur probata, † quia ex pluribus præſumptionibus vera ſumitur probatio, gloſ.in l. excuſantur, de excuſat. tuto. Bald. conſi. 249.l.1. in fine, & magis ad rem loquitur Calcan. conſi.16.num.66. & Dec. conſi.222.verſ.principaliter. Alex.conſi.24.colum.
9 2.lib.4.& 138.lib.7. † vbi volunt ſufficere ſcientiam præſumptam, vt labatur terminus ad retractum.

In contrarium replicabatur de dicta notificatione non facta, & quod tam in primo, quam in ſecundo capite ſtatuti, ſit pro forma inducta, & ita non ſemel in hac eadem Rota fuit tentum, & interpretatum d. ſtatutum, vt patet in motiuis ſub die 4. Nouemb.1574.lib.39.motiuorum, cart.193.

Videntur enim tam in primo, quam in ſecundo capite dicti ſtatuti verba clare, & aperte requirere notificationem, & tempus currere a die notificationis, vnde dicebant inhærendum eſſe verbis ſtatuti, & plura in id congerit Tiraquel. in l.ſi vnquam, verſ. liberalis, num.40.C.de reuocan. dona. & ideo ſatisfaciendum dicto ſtatuto, ne clementiores ſimus ipſa lege.

Hęc enim notificatio a ſtatuto inducta, non videtur induci ad eum finem ſolum, vt vicinus ſciat, ſed etiam vt emptor acquirat plenam ſecuritatem, & vicinus priuetur beneficio ſtatuti, vt dicunt addentes ad Alex.d.conſ.24.verſ.ſcientia, lib.4.

Quo fit vt is, qui ſe a vicino liberari velit, & ſic ab eo aliquid acquirere iuſtificando, neceſſe eſt, qđ notificet, vt ille intelligat id, ad quod per notificationem incitatur.

Fuit concluſum contra actorem, quia crebrius eſt hic receptum in ſecundo capite ſtatuti, notificationē nō requiri pro forma, & ibi Saluetta late, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Obſtetrici creditur.*
2 *Natus ſtatim moriturus habetur pro non nato.*
3 *Natus in 5.6.& 8.menſe non dicitur vitalis.*
4 *Natus, quod viuus natus ſit ex pluribus præſumitur, ex oris apertione, extenſione, baptiſmate, & ſepultura eccleſiaſtica.*
Signa multa, quod puer natus, viuus natus dicatur.
5 *Præſumitur in dubio, quod viuus quis naſcatur.*
6 *Sufficit probabiliter per regulam naturę quem potuiſſe viuere, licet per accidens non uixerit.*
7 *Mors, & vita etiam per conſanguineos probatur conſanguinei idonei teſtes ad probandam mortem, & uitam conſanguinei.*

A R G V M E N T V M.

De partu edito ſtatim mortuo, & an et quando dicatur vitalis.

D E C I S I O XLI.

PVNCTVS quæſtionis vertentis inter D. Franciſcam ex vna, & Dominicum (omnes de Mazzetis) partes ex altera, erat.

An partus per d.D. Franciſcā viuus editus, & ſtatim mortuus, vitalis eſſet, ita vt propter illius natiuitatem locus fieret diſpoſitioni l.quod certatum. C.de liber.& poſthum.& conſequenter tanquam viuus, & vitalis natus, in monſtrum non declinans, (quantumcunque ſtatim mortuus) ſit aperta via petitæ bonorum reſtitutioni, iuxta conuenta per laudē, & alteri ſuccedat, & eidem ſuccedatur.

Dubium faciebat mors illa ſit illico ſubſecuta,
1 iuncta atteſtatione obſtetricis † cui creditur. l. 1. §.
1.de ventre inſpi.dicentis eum fuiſſe quinque men-
2 ſium in circa. Nam † is, qui natus ſtatim moritur,
pro non nato habetur, gl. in cap 1.§. quin etiam, in
tito. Epiſcopum, vel Abbatem in vſi.feud. prout pa
tia ſunt non naſci viuum, vel viuum naſci, & viuere non poſſe, aut vitale non eſſe. l.ſeptimo menſe, a contrario ſenſu.ff. de ſtatu hom. Caſtr. & alij in d.l. quod certatum, cum infinitis congeſtis per Tiraq. in l.ſi vnquam, nume. 205.& ſequ.C.de reuo.dona. Franci. Mantica.de coniectu.vlti.volunt.lib.11.tit.
3 10.eſt † enim & legiſtarum, & philoſophorum communis ſententia, quod natus in 5.6.& 8.menſe non ſit vitalis, vt in præcitatis locis, & per Menoc.de arbitr.iud.lib.2.centu.1.caſu 89. num. 34. cum multis ſeq. vbi etiam proſequitur materiam partus octimeſtris, & 10.ac 11.menſium, &c.

In contrarium ſtante, quod ambigi non poterat, quin puer iſte viuus natus fuerit, cum per tres
4 teſtes probetur, † ter os eum apetuiſſe, ſeque extendiſſe baptizatum ab obſtetrice, & traditum eccleſiaſticæ ſepulturæ (hæc enim euidentiſſima, & indubitata vitæ ſigna præbent, vt in puncto affirmat Hiero Gab. in conſil.55.nume.3.) dicebatur in iſta incertitudine temporis conceptionis illius, in dubio cenſendum fuiſſe 7. menſium poſtquam omnes

nes illæ mulieres vitalem eum faciunt, niſi in terram
5 protinus eccidiſſet. † hæc enim interpretatio & computatio tanquam in meliorem partem pro vita inclinans, libentius erit accipienda, vti magis naturæ conſona. l. ſi. C. de ſacroſ. eccl. & iure quoque conueniens. Burſ. conſi. 35. num. 10. & in puncto ita determinat Boer. deciſ. 220. in fine. Quæ quidem benigna præſumptio adminiculatur ea eo, quod & quę peperit de menſe Septembris, viſa fuit de menſe Aprilis præcedentis pati quædam accidentia prægnantibus contingere ſolita, ea quibus indicatur, quod ante d. menſem Aprilis conceperit, & ſic qđ de ſeptimo menſe tetigerit, & conſequenter. quod partus fuerit vitalis, licet vagitum non emiſerit, & momento vixerit. d. l. quod certatum. Ange. conſil. 51. col. 2. in fin.

6 Sufficit enim probabiliter ſecundum † regulam naturę potuiſſe viuere, licet propter aliquod accidens, & propter aliam cauſam viuere nequierit. Hier. Gab. d. conſi. 55. in fi.

Vnde in hoc eius dictum ſeu peritia, tanquam ortum non habens a certis principiijs, & quæ aliter ſe habere non poſſunt, non eſt attendendum, vt ei ſtetur circa tale tempus.

Nec obſtat, quod maior pars dd. mulierũ in teſtes productarum, ſint affines producentis, quia ad probationem vitæ, & mortis etiam conſanguinei, & amici admittuntur, vt in puncto concludit Cæpoll. conſi. 50. num. 2. ciuilium.

Et per iſta tolluntur etiam alia in cõtrarium adducta, ſufficit enim momento vixiſſe eum, qui ſecundum naturam viuere poterat. Ita reſpõdet Cæpol. d. conſi 50. nu 7. & 8.

Et hanc partem Rota amplexa fuit, inclinando pro vitali partu.

Et ad defenſam humani partus dierum 171. videndum eſt plenum reſponſum D. Claudij Giardini Maceratenſis.

S V M M A R I V M.

1 *Adminiſtrator quilibet tenetur reddere rationem ſuę adminiſtrationis.*
2 *Procurator ad negocia tenetur reddere rationem.*
3 *Adminiſtrationis ratio reddenda afficit etiam hęredes adminiſtrantis.*
4 *L. procula ff. de probatio. quomodo procedat intellectus.*
5 *Compenſans dicitur ſoluere.*
6 *Compenſatio, an cadat in debito iurato.*
Debitum iuratum, an cadat in compenſatione.
7 *Creditum natum poſt primam obligationem iuratam cadit in compenſationem.*
8 *Compenſatio opponi poteſt in qualibet inſtantia, & etiã in executione.*
9 *Debitum alienum non cadit in compenſationem.*
10 *Debitum alienum ceſſum deſinit eſſe alienum, & fit proprium ceſſionarij, vt originarium.*
11 *Fructus dotis non ſolutę, an paciſci poſſint.*
12 *Fructus, an debeantur ſoluta ſorte principali ſine proteſtatione.*
13 *Fructus debiti æque principaliter, & iure actionis debentur ſoluta quoque ſorte principali.*
14 *Fructus debiti iure actionis, peti poſſunt etiam in alia inſtantia.*
15 *Expenſa litis debitę iure contractus perpetuo peti poſſunt.*
16 *Fructus, & vſuræ dotis, an per 10. annos non petiti cenſeantur remiſſi, & pręſcripti.*
17 *Præſcriptionis exceptio debet a parte opponi, nec per iudicem eſt ſupplenda.*
Iudex non ſupplet ex officio exceptionem pręſcriptionis a parte allegari omiſſam.

A R G V M E N T V M.

De quolibet rei alienæ adminiſtratore obligato ad reddendam rationem ſuæ villicationis, et in id teneri eius quoque hæredes.
Et de compenſatione debiti iurati.
Et an fructus per receptionem ſortis principalis cenſeantur remiſſi.

D E C I S I O XLII.

PAVLVS Franciſci Artedilana procuratorio nomine Ioannis q. Bartholomæi eiuſdem cognominis Artedilana vendidit quandam d. Ioannis domum pro precio ſcut. 120. erogandorum in tot bonis ſtabilibus ad vtilitatem d. Ioannis, & reliquia erogatis in emptionem ſtabilium, remanſerunt de d. precio pœnes d. Paulum ſcu. 70.

Mortuis Paulo, & Ioanne Nicolaus Salamonius hæres Ioannis egit aduerſus D. Catherinam hæredem Pauli, & D. Biccem matrem illius & ſuccubuit, quia D. Catherina fuit abſoluta a petitis.

Et reclamante d. Nicolao Salamoni obtinuit reuocatoriam, & fuit condemnata d. Dom. Catherinæ ad reddendam rationem de geſtis per d. Paulum eius autorem, & procuratorem reſpectiue d. Ioannis cum reſtitutione reliquorum.

Ab iſta ſententia ad nos appellationis vocem emiſit Domina Catherina, quæ pendente iudicio deceſſit relictis filijs cauſam perſequentibus, & vlterius compenſationis exceptionem proponentibus. Dicebant enim dictum Ioannem ſe olim conſtituiſſe debitorem dictis Bicis occaſione dotis in ſcut. 160. & in fructibus ad rationem quinque pro centenario, donec ſors principalis ſolueretur, quod creditum fuit poſtea ceſſum Federigo Vernacciæ d. Dom. Catherinæ marito pro dotibus ſuis præſente, & conſentiente d. Ioanne.

Et licet forent ſoluti dd. ſcut. 160. ſuperarent tñ fructus decurſi, quos tanquam liquidos cõpenſare

in-

intendebant pro concurrenti quantitate. Et factis hinc inde pluribus oppoſitionibus,& latis diuerſis ſententijs, diximus bene iudicatum per D.Iudicem à quo, & compenſationis locum fore cenſuimus.

1 Mox,quia † generale eſt in quolibet adminiſtratore alienarum rerum eum teneri ad reddendam rationem ſuæ adminiſtrationis,& id ſumma ratione eſſe inductum,quia ſic villico præcipit Saluator noſter Luc.cap. 16.& cap. qualiter,& quando il.2. de accuſa. Iaſ.in l.præſes. nume. 3. C. de tranſactio.

2 Deci.conſil.100.num.7. † & in terminis de procuratore ad negocia eſt tex. in l. ſi procuratorem. §. 1. ff. manda. & generaliter de alijs late Roland. à Valle in conſil.49 lib.1.Menoch.de arbit. iudi. lib. 2.cent.3.caſu 209. Pioell.in lib.1.in 2.parte, num.

3 139.C.de bon.mat.quæ quidem rationis † redditio afficit etiam hęredes adminiſtratoris l. 3. §. hæc actio.ff.de nego.geſt.l.tutelæ. & l.omnes tutores. C. arb.tute. Roman.in conſil. 413. colum. 1. Deci.d. conſil.110.num.7.

Neque repellendum duximus actionem ex eo quod Ioannes eius autor fecerit ſe debitorem D. Bicis,& Catherinæ poſt contractum creditum cum d.Paulo nulla mentione facta de dd. ſcut. 70. quaſi ob id crederetur ſatisfactus argumen.l.procula, eū ibi nota.ff.de proba.

4 Quia † d.l.procula, cum ſua materia non procedit,niſi tribus concurrentibus,lapſus temporis,iterata ratio calculi,& coniunctio ſanguinis,vt tradit Dec.in conſil. 79. poſt Alex.in conſil. 56.num.6.& num.14.lib.4. Affl.ct.deciſ.13. Alcia. de præſump. tegu.32.præſump.2.Sozin.iun.conſil. 129 nume. 129.lib.1.Menoch. de arbitra.iudi.lib. 2.centu. 3. caſu 58.nume.17.

5 Placuit pariter compenſationi locum eſſe,quia † qui compenſat dicitur ſoluere l.4. ff. qui po. in pri habe.Bar.in l.diuortio §.ob donationis, ſolut. matr.in prima oppo.cum concord. per Iraqu. de ret conſ.§.3.gloſſ.3.nume.2.

6 Nec fuit elaborandum † an d.compenſatio competeret ad debitum iuratum prout negatiue reſpondit gloſſ.in cap.ad noſtram, il primo de iur.iur. quā ibi ſequuntur Hoſtien.Ioan.And.Butr.& Imola, & ita communiter teneri dixit Alexan. in conſil. 91. colum.2.lib.1.Cachera.deciſ.91.num.16.

Tum quia vtraque inſtrumenta erant ſub eadē formula concepta, ita quod eodem iure erant iudicanda gloſſ.& Bald.in l.fin.C. de compenſa. Tindar.in trac.de compenſ.prima par.ſub nu. 66.in fin.

7 Tum quia † creditum, quod compenſari quærebatur,erat natum,& creatum poſt primam promiſſionem, quo caſu compenſatio admittitur non obſtante iuramento, vt fedete diſtinctionis declarat Senat.Pedemonta.in dicta deciſ.92.nume.34. Burſat.conſil.106.nume.1.

Prout nec etiam releuare exiſtimauimus, quod huiuſmodi exceptio compenſationis non fuerit op-

8 poſita in prima inſtantia, † quia etiam in ſecunda opponi poſſe non negatur.l.1.in fi.ff.quæ ſent.ſi.ap pella.reſcind.& cap.ſi.de appella.in 6.Immo in ipſa executione ex cauſa.C.de compenſa.

Et licet d.creditum non foret originarium d. Fe-

9 derici, ſed D.Bicis, ita quod † vt debitum alienum non poſſet in compenſationem deduci l.eius. C. de comp.Nat.conſil.101.in fi.

10 Tamen † quia fuit ceſſum,de eo vti de originario,iudicatur.Definit enim eſſe alienum per ceſſionem,& proprium fit ceſſionarij. Tindar. d. trac. de compenſ.art.7.num.3.

Et quia creditum cōſiſtebat in fructibus,de duobus dubitabatur.

Primo,an pactio de quinque pro centenario ob protractam dotis ſolutionem vſuraria eſſet, prout

11 † affirmatiue videbatur dicendum cap. Salubriter de vſur.vbi ita tradit Ioan. Andr.quem communiter ſequuntur doctores,teſte Silua.in cōſi.10.nu.46.

Hic articulus etſi ſatis nodoſus, & controuerſus ſit,placuit tamen DD. in eam partem inclinare pro validitate pacti,potuiſſeque ab initio cōtractus hoc intereſſe veriſimiliter taxarum deduci, & promitti tanquam damnum emergens ſecundū Cald. Ancha. Abba.in d.cap.ſalubriter. Bald. Nouell.de dote in 7.part.3. priuil. & hanc eſſe communem opin.teſtatur Couarru.varia.reſol.lib.3.cap.1. Accedente maxime ioueterata conſuetudine ciuitatis huiuſmodi pactiones paſſim admittente.

12 Secundo dubitabatur † an dd. fructus per receptionem ſortis principalis ſine proteſtatione dicerentur remiſſi per ea quæ nota.Bald. in l.fin. §. prætera.C.de iu.dot.col.2.& 3. Aretin.in §.fuerat, num. 4.inſti. de actionib.vbi monet ne petantur iure actionis.Corn. conſil.145.num.27.lib.2. quia videntur remiſſi per ſortis receptionem,l 4. C. depoſ. l.ſi quis in iudicio.C.de excep.rei iudi.

Huic oppoſitioni non potuimus aſſentire, quia prædicta forte procederent in acceſſionibus debitis officio Iudicis mercenatio in quibus ſublata actione ceſſat iudicis officium conſecutiuum.d.l.4. Sozin.in cap.qualiter il 3,num.44.de accuſa.Iaſ. in

13 l.edita.nume.33.C.de eden. Hic autem eramus † in fructibus equè principaliter cū ſorte promiſſis per ſtipulationem,ita quod ex ſolutione vnius non infertur ad ſolutionem alterius gloſſ.in l.ſi marito. §. ſi fundum. ſol. matr. vbi per receptionem dotis ſimpliciter promiſſæ nun ceſſat petitio fructuū, & acceſſionum, quas officio iudicis nobili equè principaliter deberi tradit ibi Bar.& Caſtrenſ.& Roma. & late Bald.nouell.de Dote 2.par.princ.nu.6.& nu. 11.Rui.in rub.ſol.mat.nu.80.Matheſi.in ſing.91.

14 Accedit † quod in ſimilibus fructibus iure actionis debitis datur petitio in alia inſtantia, quantum cumque res principalis foret reſtituta.Ioan. Fab.in §.etſi in rem,inſti.de offic.iudi.Specul. in tit. de Actore num.64.Angel. in l.mala fide. C. de cond. ex lege,& quod not.Cagno.in l.eum principalis,num. 11.de regu.iur.

15 Sicuti † idem dicitur de expenſis litis iure contractus debitis quæ perpetuo peti poſſunt. Ange. Bal.Corne. in l.terminato. C.de iudici.Rip. in l. qd tuliſſit,nume.12.ff.de re iud.

16 Obtulit etiam ſeſe alia quæſtio,† An per lapſum 10. annorū d.vſurę cenſerentur remiſſę.de qua Bal. conſil.

conſi.474.lib.3.Iaſ.in §.fuerat, nume. 20. inſti. de actio. Gramma.deciſio.70.Roma.conſi. 517. Alcia. de præſump.regu.1.præſump.32.

Verum quia Nicolaus nihil de ea dixit, non viſum nobis fuit aliquid ſuper eo irrequiſitis deter-
17 minare. † Præſcriptionis enim exceptio debet a
parte opponi dicit Bald. in l. ſi obligata. C.de euictio. & iudicis officio non eſt ſupplenda. Riminal. iun.in conſi.107.num 26.

S V M M A R I V M.

1 *Mater renuncians tutelę filiorum non petito tutore efficitur indigna hæreditatis illorum,nu.3.*

2 *Statutum Florentinum, lib. 2 cap. 131.excludens matrem ſtantibus agnatis, non excludit eam propter agnatas fęminas.*

3 *Tutor non petendus habenti tutorem.*

4 *Mater tranſiens ad ſecunda vota, vel aliter renuncians tutelæ non cogitur petere tutorem filijs ſi ſtent conſanguinei quibus defertur tutela.*

5 *Mater non petens tutorem filio, qui intra annum mortuus ſit,non perdit ſucceſſionem.*

6 *Excuſatur a tutela aliorum,qui rebus ſuisupereſſe non poſſit.*

7 *Vxor ad effugiendam ſuſpitionem turpis quęſtus præſumitur lucrata de bonis uiri.*

8 *l.Quintus ff.pro ſocio.an procedat in vidua,num.12.*

9 *Donatio filij matri factę tenet.*

10 *Deponens matris nomine cenſetur donare.*

Depoſitum factum a filio matris nomine cenſetur donatio.

11 *Pater habens filiam ſi donet extraneo, & deinde naſcatur filius quomodo, & inquantum donatio reuocetur.*

12 *l.Quintus. ff.pro ſocio ex communi opinione non procedit in vidua.*

13 *Pecunię pręſumuntur eſſe ſoluentis.*

14 *Creditor recipiens pecunias a debitore per manus Titij, tunc dicitur Titius ſoluere de pecunijs debitoris, & nudum miniſterium pręſtat.*

15 *l.Quintus,pro ſocio,an heredes mariti tantum, vel alij excipere valeant de d.l. Quintus.*

16 *Mater permanens cum filijs mortuo viro, ſi acquirat præſumitur acquirere de bonis filiorum.*

17 *Matri, & pro matre ſufficit extare incertitudinem in defectum probationum.*

A R G V M E N T V M.

L. Quintus.ff.pro ſocio, an procedat in vidua.

Item an hæredes tantum viri, vel alij quoque excipere poſſint de d.l.quintus.

Et de matre renunciante tutela filiorum non petito tutore, an ſucceſſionem perdat.

D E C I S I O XLIII.

IN libro viridi ſignato A. de depoſitis Hoſpitalis Sanctæ Mariæ Innocentum extat partita ſic cantans, videlicet

M. Benedetta donna fu di Zenobi Coppoli deue hauere a dì 5.Marzo 1572. ſcudi 60. portò Saluestro ſuo figliuolo. Et a di 25. Nouembre 1575. ſcudi 40. portò Saluestro ſuo figliuolo,)& ſic de alijs partitis aſcendentibus ad ſummam ſcud.300.

Qui quidem Silueſter ſucceſſiuis temporibus depoſuit alias pecunias nomine proprio cantantes pœnes montem pietatis.

Idem Silueſter condito cum quo deceſſit teſtamento relicta Blanca ſua vxore, & inſtitutis filijs reliquit vſufructum dd.pecuniarum d. Do.Benedictæ matri ſuæ, & mortuis dd. ſuis filijs infantibus pœnes d. Do. Benedictā auiam exiſtentibus, orta erat quæſtio inter Dom. Blancham, & D. Benedictam ſuper ſucceſſione dd. filiorum, & nepotum ſeu filij vltimo loco decedentis reſpectiuę. Affirmante Do. Blanca matre primam cauſam ſucceſſionis ad ſe ſpectare, & econtra negante Do. Benedicta illam
1 fore indignam † cum illius tutelæ renunciaſſet non
petito alio tutore. l.2.§. ſinautem, & l.fi.ff. qui pet. tuto. vel curato.

Circa hoc aderat conformitas ſententiarum ab eis, qui ante nos iudicarūt latarū ad fauorē matris.

Quorum motiua ea fuerunt in ſumma authoritas glo.& Doct.in auc.defuncto. C. ad Tertullia. & ex communi opin. per Deci. in conſi.245.in cauſa, num. 1. defendentes hanc opinionem a ſtatuto lib. 2.cap.131. Nam per d.ſtatutum non impeditur mater ab auia, ſed tantum auus paternus inter agna-
2 tos nominatur, † quod ſtatutum licet excludat ma-
trem ſtantibus agnatis, nō tamen excludit matrem propter agnatas fęminas, vt poſt Ang. & Bald.voluit Corn.in conſi.335.lib.3.

Et ad non petitum tutorem reſpondebatur non ideo matrem indignam reputandam hæreditate fi-
3 lij, † quia ſtatim facta renunciatione ſuſcepit auia
tutelam, ita quod pupillus nullo tempore remanſit indefenſus,& ſic cum tutricem haberet,non egebat alia prouiſione per matrem facienda ad Deci. conſi.246.

4 Præterquam, † quod ſtantibus conſanguineis
quibus tutela defertur, non cogebatur mater tutorem petere cum eſſet aperta via legitimis.glo. & Sali in l.matres.C.ad Tertullia. Alex.conſi.185.nu. 12.lib.6.Soz.iun.con.76.num.16.lib.2.

Offerebat etiam ſe ſe alia excuſatio pro matre,
5 †quia filius mortuus erat intra annum. l. ſciant, &
ibi Ang.Caſtr.Sal.& alij.C.de legi.hæred. Silua nuptia.lib.2.tit.non eſt nubendū,nu.53.ver.limi.6. & limi.7.Ant.Gab.lib.6.de tutel.conc.1.nu.35.& 48.

Vltra,quod interim ſe mala valetudine affectam
6 mater probabat,quo fit, † vt qui rebus ſuis ſuper-
eſſe non ualeat, ſi alienis ſe non immiſceant,ſit excuſandus.l.1. & ibi do.C.qui morbo,ſe excu. Soz.iun.

conſ.

conſi. 16. nume. 23. lib. 2.
Tota difficultas erat, quæ illos qui ante nos iudi
carunt, in diuerſas ſententias traxit, circa illos 300.
ſcut. expoſitos ad lucrum nomine Dominæ Benedi-
ctæ, an eſſent Dominæ Benedictæ, vel Siluestri filij,
& ſic hæreditatis, prout Silueſtri fore arguebat Do-
mina Blancha ſumpta occaſione a paupertate Do-
minę Benedictæ, quæ ſolum habebat in dote ſcut.
7 40. & ideo † 300. dicebat de bonis uiri prouenisse
ad effugiendam ſuſpitionem turpis quæſtus. l. quin
tus. ff. de donat. inter vi. & vxo. l. etiam. C. eod. titu.
gloſſ. can. ſicut manifeſte 7. q. 1. Rip. lib. 3. reſponſo.
c. 4. de dona. perfici.
Aduerſus quam ſe defendendo replicabat Do-
8 mina Benedicta † d. l. quintus, non procedere in vi-
dua, & poſt annum luctus, vt hic vbi Domina Be-
nedicta viduarat per annos 25. Alber. in d. l. etiam.
Angel. conſi. 141. Clemen. ſingul. 6. licet nō deſint
qui indiſtincte d. l. quintus, etiam in vidua locum
habere affirment, vt placuit Alexand. in conſil. 82.
num. 13. libro 2. qui dicit fuiſſe eius opinionis Sa-
lic. in d. l. etiam.
Et vtendo pluribus defenſionibus dicebat Do-
mina Benedicta etiam quod dd. pecuniæ fuiſſent d.
Silueſtri, ex quo is eas poſuit ſub nomine matris, vi
9 detur donaſſe matri † cui donationi lex non reſi-
10 ſtit. l. donationes. §. ſpecies. ff. de donatin. & in † ter-
minis depoſiti, quod ex eo inferatur donatio, alle-
gabatur l. etiam, in prin. in verſ. ex hoc quiſque in-
telligat. C. de donat. inter vir. & uxo. quam indu-
ctionem reprobat ibi Alberi.
Sed hæc non tranſibant ſine difficultate propter
natiuitatem Silueſtri, & per ea quæ in terminis poſt
Angel. tradit Rip. in l. fin. in 6. quæſtio. C. de reuo.
11 donat. † vbi ponit quæſtionem de patre donante
extraneo, qui habet filiam iam natam, & ſibi po-
ſtea naſcatur poſthumus, an, quomodo, et in quan-
tum donatio ſit reuocanda, et dicit eſſe ambiguam
quæſtionem.
Fuit tandem concluſum bene iudicatum per Do
minum Iudicem a quo ad fauorem Dominę Bene-
dictę, et male appellatum pro parte Dominæ Blan-
chæ, et declaratum dd. pecunias pleno iure ſpectare
& pertinere ad Dominam Benedictam, nam vltra,
12 † quod receptior opinio ſit, quod l. quintus, non
habet locum in vidua acquirente poſt annum lu-
ctus (alias vidua nunquam emeret, vel acquire-
ret,) & adhuc remaneat coniecturalis ſecundum
Aleiat. de præſump. 26. reg. nume. 4. & 5. Inſpecto
quoque inuentario confecto de bonis Silueſtri ſa-
tis exiguo, & abſque deſcriptione aliquorum bono-
rum ſtabilium, venimus in cognitionem patrimo-
nij Zenobij patris Silueſtri, & viri Dominæ Bene-
dictæ fuiſſe ſatis debile, vt inuerisimile reputare-
mus de bonis viri eam ſommam ſuperlucratam. Eţ
ideo ſtante d. paritia in perſonam d. Benedictę can-
13 tante, pecuniæ illę, † quæ forte alias præſumeren-
tur eſſe ſoluentis, & ſic Silueſtri, l. 2. vbi Bar. & Bal.
C. pro ſocin. & l. & magis puto, de ſolutio. maxime
ſi ſint ſolutæ pro coniuncta perſona, Aymo. conſil.
129. nume. 4. in hoc tamen caſu dicuntur eſſe, &
præſumuntur eſſe d. Do. Bened. cuius nomine Sil-
ueſter portauit, quia Silueſter nudum miniſterium
exhibuit, & paſſus fuit deſcribi nomine matris cre-
ditricis ad no. per Bertran. in conſi. 282. nume. 2. li-
14 bro 2. † vbi creditor, ſi fatetur ſe recipere pecunias
a debitore per manus Titij ſoluentis, Titius dicitur
ſoluere de proprijs ipſius debitoris pecunijs, & nu-
dum miniſterium pręſtare.
Nec obſtat acceptatio vſufructus, quaſi fateatur
D. Bened. proprietatem dd. pecuniarum ad Silue-
ſtrum attinere, quia acceptatio intelligitur facta ſe-
cundum legatum, videlicet de vſufructu pecunia-
rum Silueſtri nomine depoſitarum, hæ autem pe-
cuniæ cantabant nomine matris, quæ etiam oppo-
ſuit Dominam Blancham ſine actione experiri,
quia agebatur de bonis filij, non autem de bonis
15 viri, & ſi de bonis viri ageretur, † ſolus viri hę-
res excipere poſſet de d. l. quintus, vt inquit Alex.
in l. qui iure, de acquiren. poſſeſſ. & in conſi. 101.
lib. 7. licet contrarium ſenſerit Alcia. d. pręſump.
26. nu. 7.
16 Neque nos mouit, † quod Domina Benedicta
poſt viri mortem permanſerit cum Silueſtro filio,
vt inde coniici poſſit ex re filij eum ſuperlucratam
ad no. in leg. ſi defunctus. C. arb. tute.
Quia id forte locum haberet in filio pupillo di-
uite, & in matre bonorum adminiſtratrice, quod
hic non probatur, & ſemotis diuitiarum præſum-
ptionibus filij, & paupertatis matris, vel induſtrię
matris, & paupertatis filij, ſufficit in dubio matri
poſſidenti, quod non probentur ꝙ pecunię ſint filij.
17 † Nam etſi non præſumatur pro matre, ſatis eſt
non præſumi contra matrem, pro qua ſufficit exta-
re incertitudinem in defectum probationum ad
alterutrum extremorum, ita decidit Bald. in con-
ſilio 137. lib. 5. quędam uidua, & tradit Angel. in
conſil. 141.

SVMMARIVM.

1 *Pluralitas factorum non præſumitur.*
2 *Filius ergo hæres, quomodo procedat.*
3 *Qualitas fundatiua ſuæ intentionis debet ab eo, qui ſe fundat in ea probari.*
4 *Præſuppoſitum debet verificari ad hoc vt diſpoſitum ſuper eo locum habeat.*
5 *Soluens debita hæreditatis dicitur adire.*
6 *Aditio inducitur per ſolutionem debitorum.*
7 *Solutionem allegans non dicitur fateri debitum.*
8 *Compenſationem opponens dicitur fateri debitum.*
9 *Debitum alienum non venit in compenſatione.*
Compenſatio non cadit in alieno debito.

ARGVMENTVM.

De excipiente ſolutionem, quod non fateatur debitum, ſecus vero in opponente compenſationem, qui dicitur debitum fateri.

H DE-

DECISIO XLIIII.

AGEBAT Fabianus de Pola ad dotis creditum ſibi promiſſæ per Dominam Siluestrá eius ſocrum aduerſus Ludouicum eius filium, & hæredem, de quo conſtabat per priuatam ſcripturam recognitam.

Et de tribus fuit exceptum pro parte rei conuenti, quorum primum erat, quod alia adeſſet ſcriptura dotis pœnes actorem exiſtens, in qua conſtabat de ſolutione, quod cum de iure non præſume-
1 retur, † (pluralitas enim factorum non præſumitur ex communi opin. Meno. de arbi. iudi. libro 2. cent. 3. caſu 213. nume. 9) allegans probare nixus eſt per teſtes, ſed aſſecutus non fuit cum de auditu tantum depoſuerint, merito non attendendum.

Alterum erat de ſolutione in longe maiori quãtitate, quam actor fateretur, & hoc laborabat eodem morbo, quia tanquam contentum in d. alia ſcriptura non probata, & non probatum, pro non excepto habebatur.

Tertium vero, (quod ſatis vrgere videbatur) erat quod is eum negaſſet ſe hæredem matris, quæ dotem promiſerat, onus probandi contrarium in
2 agentem tranſtulit, quia † quod dicitur, filius ergo hæres, non procedit in odioſis & in filio conuento, ſed in actore pro commu. Roland conſil. 20. num. 18. lib. 1. poſt Imol. in l. ſi cum dotem §. tranſgrediamur colum. 1 ſolut. matri. & Soz. conſil. 60.
3 colum. 3. lib. 1. & ideo actor non ignarus, † quod qualitas fundatiua ſuę intentionis erat tanquam medium ex quo agebat, ab eo probanda. Bellame. in cap. paſtoralis, num. 2. de cau. poſſ. & proprie. ad teſtium examen conuolauit, quorum duo tantum deponebant Ludouicum hæredem matris eſſe, quia poſſedit bona materna nullis bonis expreſſis, quæ a matre detinerentur, quod genus probationis non videbatur vſquequaque concludens, quia præ-
4 ſuppoſitum † bonorum, quod fuerint pœnes matrem, non verificatur, vt ſubinde diſpoſitum locum habeat. gloſ. in l. mancipia. in ver. aduocandum. C. de ſeru. fug. Alexan. in rub. ſolut. matri. num. 22. Natta conſi. 12. num. 3.

His non obſtantibus, concluſum fuit pro actore, ex propria eiuſdemmet rei confeſſione, negabat enim creditum Iuliani aſcendere ad ſummam petitam, & longe minorem eſſe affirmabat extenuatam propter ſolutiones factas, quod reſiduum compenſare intendebat cum alio eiuſdem Ludouici credito. Hæc autem citra ius, & nomen hæredis fieri
5 poſſe minime videntur, † cum ſolutio debitorum hæreditariorum aditionem importent. l. 2. C. de
6 iur. delib. vbi Caſtren. aſſignat rationem, † quia in dubio præſumitur, quis actum agere potius proprio nomine, quam alieno. Natta conſi. 140. verſ. 9. & li-
7 cet † excipiens de ſolutione non dicatur fateri debitum, Arg. in l. decem, colum. pen. de verb. oblig.
8 opponens tamen † de compenſatione vtrinque debitum confiretur ſecundum Bal. in l. cum Papinianus, num. 11. C. de ſenten. & inter. ſequitur Natta in conſilio 134. numero 3. offerendo igitur compenſationem, in neceſſarium antecedens fatetur ſe debitorem, & creditorem reſpectiue. Debitum autem in perſona ſua radicatum, non aliunde deriuatur, quam ex aditione d. hæreditatis, qua mediante quaſi contraxit cum creditoribus hęreditarijs. Alias compenſationis exceptio non procederet, ſi non eſſet is quoque debitor, & hæres, de alia enim
9 cauſa non conſtat nec allegabatur, † quia alienum debitum non venit in compenſationem etiam volente creditore. l. eius. C. de compenſ. Tinda. in tracta. de compen. art. 7. num. 2. Natta conſi. 101. num. 16. &c.

SVMMARIVM.

1 *Fideiuſſor ſimplex differt a fideiuſſore indemnitatis, & num. 8.*
2 *Fideiuſſor ſimplex etiam, quod renunciet beneficio de fideiuſſoribus, poterit conueniri etiam non excuſſo principali.*
3 *Fideiuſſor indemnitatis per d. renunciationem non perdit beneficium excuſſionis, & ibi de ratione.*
4 *Fideiuſſor indemnitatis non videtur proprie fideiuſſor.*
5 *Fideiuſſor ſimplex proprie fideiuſſor eſt.*
6 *Exceptio ordinis tanquam dilatoria opponi debet ante litem conteſtatam.*
7 *Exceptio ordinis poteſt opponi a fideiuſſore indemnitatis, etiam poteſt litem conteſtatam.*
8 *Differentia inter fideiuſſorem indemnitatis, & ſimplicem fideiuſſorem.*
9 *Excuſſionis beneficium de iure communi competit.*
10 *Fideiuſſor indemnitatis, an ſit proprie fideiuſſor.*
11 *Dictio, nulla eſt vniuerſalis negatiua, omnia excludens.*
Et comprehendens ea, quæ alias non comprehenderentur nulla, de virtute huius negatiuę.
12 *Dictio aliquis, eſt vniuerſalis omnia comprehendens, ita vt etiam ad minimum referatur.*
Aliquis, aliqua &c. dictiones vniuerſales omnia etiam minima comprehendentes.
13 *Dictio alius, alia &c. eſt incluſiua ſimilium expreſſis, & diuerſa.*
Et eius natura eſt excludere expreſſa, & includere omiſſa.
14 *Excuſſio dicitur eſſe de apicibus iuris.*
15 *Excuſſio prodeſt etiam tertio.*
16 *Clauſula renunciantes, &c extenditur omni legum auxilio renunciatum dici debere.*

ARGVMENTVM.

De fideiuſſore ſimplici, & de fideiuſſore indemnitatis, & qualiter differant inter ſe.

Et de dictionibus nullus, aliquis, alius, et earum natura.

DECI-

DECISIO XLV.

CAVETVR ſtatuto Florentino lib. 2. cap. 59. quod nulla excuſſio principalium debitorum, fideiuſſorum, ſeu correorum, vel bonorum in aliqua cauſa requiratur, ſed omiſſa excuſſionis exceptione poſſit immediate deueniri contra dd. reos fideiuſſores, vel alios obligatos, vel extraneos bonorum poſſeſſores.

Quidam Andreas erat fideiuſſor pro Laurentio penes Clementem, & eundem Andream indemnem cõſeruare promiſit Petrus de Marchinis, & eos omnes pariter Laurentius ſine damno conſeruare ſe obligauit.

Coacto Andrea ad ſoluendum Clementi, & eo inſurgente pro cõſeruatione ſuæ indemnitatis aduerſus Petrum, fuit oppoſitum de exceptione ordinis, nam cum is eſſet fideiuſſor indemnitatis in ſubſidium, debuiſſe prius principalem excuti allegabat.

1 Nam multum intereſt † an quis fideiubeat pro alio ſimpliciter, vel indemnitatis conſeruationem promittat, vt tradit Bar. in l. 1. C. de conue. fi. debito, lib. 10. & alibi ſępius refert Marſi. in rub. C. de fideiuſſ. num. 23.

2 Nam ſimpliciter fideiubens ſi renunciet beneficio de fideiuſſoribus poterit conueniri etiam non excuſſo principali. glo. & Doc. in ca. peruenit, de fideiuſſ. Bal. in auct. præſente. C. eo. vt eſt communis opinio per tex. in l. pen. C. de pac. pro notabili refert Marſi. in d. rub. & Caſt. in conſi. 239. lib. 1.

3 Secus vero in fideiuſſore † indemnitatis, qui per huiuſmodi renunciationem non perdit beneficium excuſſionis, quia non inducitur hoc caſu ex natura beneficij fideiuſſionis, ſed potius ex natura obligationis, vt notabiliter declarat Bart. in d. l. prima. de conu. fiſ. debito. & in l. quæro. ff. loca. Bald. in d. auct. præſente. Iaſ. in l. fi. in prin. ff. ſi certum peta. Iaſ. in l. cum filiusfam. §. ita ſtipulatus, nume. 22. de verb. oblig.

4 Videntur enim fideiuſſores † indemnitatis non
5 proprij fideiuſſores, † qui ſimpliciter obligantur, & pure ad id, quod principalis ſit obligatus, vt dicit Caſtr. d. conſi. 239. numero 1. lib. 1. differt etiam in alijs multis fideiuſſor indemnitatis a fideiuſſore ſimpliciter, & quantum attinet ad caſum, de quo agitur, vbi fuit oppoſitum, quod exceptio ordinis non ſit opportune, ideſt ante litem conteſtatam,
6 † propoſita, vt opponi debuiſſet cum ſit exceptio dilatoria, Cy. Bal. Saly. in l. exceptionem, C. de proba. Saly. in l. 2. C. comm. diuid. Caſtren. in l. decem. de verb. obl. Rolan. in conſi. 79. col. 1. nu. 4. lib. 1. Anto. Gabrie. de fideiuſſ. conclu. 1. nu. 12. id non procedit in fideiuſſore indemnitatis, vel in eo, qui promiſit quanto minus a principali conſequi poterit.
7 † Nã is ẽt poſt litẽ conteſtatam excuſſionis exceptionem recte proponit. Bal. in cap. ex reſcripto, de iureiurando, licet Bar. contrarium ſentiat in d. l. fi. in prin. vbi ẽt Iaſ. col. 1. in fin. ſuper quo non fuit inſiſtendum, quia in tempore fuit exceptum.

8 Addunt † etiam nonnulli aliam differentiam, nam ſi principalis debitor fuerit aliquando ſoluendo, & creditor neglexerit, & poſtea efficiatur non ſoluendo, id cedit damno fideiuſſoris ſimpliciter, ſecus in fideiuſſore indemnitatis, & in ſubſidium permittentis. l. ſi fideiuſſor creditori, vbi gloſſ. & Barto. ff. de fideiuſſo. & ibi Caſtren. & in l. decem, de verb. obl. & Iaſ. d. l. fin.

Nec obſtat ſtatutum prædictum excluſiuum excuſſionis, quia dicebatur intelligi debere in ſimplici fideiuſſore, non autem in fideiuſſore indemnitatis, cum ſtatuta ſtrictè, & propriè ſint recipienda, & de per ſe, maxime in exorbitantibus a iure commu-
9 ni, vt erat materia iſta, † ſecundum ius commune detur beneficium excuſſionis ad Marſil. d. rub. de fideiuſſo, num. 23.

10 Fideiuſſor † enim indemnitatis dicitur impropriè fideiuſſor, & tenetur in ſubſidium, Iaſ. in l. cum filiusfamilias §. ſi ſtipulatus. de verbo. oblig.

Et quamuis hæc Rota aliàs ſenſerit contrariũ, vt ĩ motiuis 1511. die 20. Septembris, & 1549. die 7. Ianua. Tamen cum nulla alia ratione DD. moti fuerint, quàm quod non probetur in iure aliud eſſe in fideiuſſore indemnitatis, aliud in fideiuſſore ſimplici, & ad hoc nil aliud allegant, & contrarium verius de iure ſupra oſtenſum ſit, nobis non viſum fuit ſola authoritate Rotę a dictis difficientijs diſcedere.

Et ideo cenſuimus, ſtatutum prædictum comprę hendere fideiuſſores quoque indemnitatis, & corũ quoque reſpectu excuſſionem ſublatam inducendo d. ſtatutum in pluribus ſuis partibus, videlicet.

11 Primo ibi, † nulla executio, &c. Dictio enim nulla, eſt vniuerſalis negatiua totum excludens. Rebuf. in l. Labeo, ff. de verb. ſign. in fin.

Harum enim vniuerſalium dictionũ natura eſt, & virtus compræhendere, ea quæ alias non compræhenderentur. Rui. conſi. 112. nume. 16. lib. 5. & 149. num. 10. lib. 2.

12 Secundo ibi, In aliqua cauſa. † Dictio enim aliquis eſt vniuerſalis omnia compræhendens. Ioan. And. in cap. quiſquis, de electio. Hoſt. in cap. cum ſatis, de offi. archidia. Gemin. conſil. 29. col. 1. & eſt adeo vniuerſalis, vt etiam ad minimum referatur. Bar. in l. ſi ſeruum. §. prętor ait, de acqui. hęredi. etiam ad ea, quæ dici, cogitari ve poſſint. Deci. conſil. 29. columi. 2. verſic. 2.

Et in puncto, quod dd. verba aliqua cauſa, generaliter ſint intelligenda abſque reſtrictione, tradit Aymo. conſi. 135. nume. 29. & de eius generalitate verificanda in qualibet minima parte Tiraq. in l. ſi vnquam verbo omnium, nu. 14. & ſeq. C. de reuoc. dona. Mandando igitur ſtatutũ in aliqua cauſa nullã requiri excuſſionem, ergo erit ſublata inter iſtos.

Tertio, poſtquam ſtatutum enumerauit certas perſonas quas non obſtante excuſſione vult conueniri poſſe veluti reos principales, correos, fideiuſſores (intelligẽdo, vt ex aduerſo prętendebatur de fideiuſſoribus principalis debitoris,) & extraneos poſſeſſores bonorum, & augumentatiue procedendo

ſubdit ſeu alius obligatos, certe intellexit de diuer-
ſis ab expreſſis, & ſic de fideiuſſoribus indemnita-
13 tis,† quia,natura dictionis,alius, eſt non ſolum in-
cludere ſimilia expreſſis, ſed etiam diuerſa, cum ſi-
mile non ſit idem, & ſic de omni genere fideiuſſo-
rum. Soz.conſil.300.col.2. verſi.Tertio principali-
ter lib.2.Pariſ.conſi.92.num.5.lib.1.Hæc enim di-
ctio alius excludit expreſſa,& includit omiſſa. Pa-
riſi.conſi.78.num.21.lib.2.Soz. iun.conſil.117.nu.
45.& 47.lib.3.

In qua quidẽ ſententia eo libentius deuenimus,
14 quia huiuſmodi excuſſiones †dicuntur eſſe de apici
bus iuris, vt dicit Bened. de Plumb. in tract. de di-
ſcuſſio. in fin.

Et ex his cenſuimus non obſtante exceptione ex
cuſſionis,grauamentum factũ inſtante Andrea con
tra Petrum fore confirmandũ, & maxime, quia in-
terim idem Petrus fecerat grauare Laurentiũ con-
tra quem per captionem pignorum,& capturã per
ſonalem extorſit nouam cautionem, & conſenſit il-
lius excarcerationi.

Vnde dici poteſt excuſſionem fore factã ab ipſo-
15 met Andrea,† quæ prodeſt etiam tertio, vt per D.
collegã noſtrum Magoniũ,in deciſ. Lucen. 66.nu.
15.& per Emil.conſ.103.nu.3.

Nec nobis negocium faciebat authoritas Roma
ni in conſi. 241. vbi in puncto d. ſtatuti firmat non
procedere in fideiuſſore indemnitatis, quia ultra iã
dicta limitari poteſt non procedere ſi ſit renuncia-
tum omni legum auxilio, ut hic ubi aderat clauſu-
16 la renunciantes, † quæ ſecundum formularium
Florentinum extenditur omni legum auxilio, ita
Bald. in puncto in l. 1. C. de conue.fiſ. debit. ſequi
tor Alex.conſi.29.lib.7. & Iaſon,conſi.32.nume.9.
lib.4 vbi etiam aliter limitat hoc in fideiuſſore in-
demnitatis, & ita ,vt diximus tenuit alias hæc Ro-
ta, &c.

SVMMARIVM.

1 *Communio parit diſcordias,& lites.*
In communione manere nemo cogitur.
2 *Diuiſio non fit rei commodè non diuiſibilis,ſed fit adiu-dicatio iudicis arbitrio.*
3 *Edificare in re communi inuito ſocio non licet.*
4 *Solum cuius eſt,cuius eſt vſque ad cœlum.*
5 *Prohibentis conditio melior eſt in re communi.*
Melior eſt conditio prohibentis.
6 *Socius re communi non uti debet ad vſum non deſtina-tum.*
7 *In pariete communi non licet habere murum commu-nem.*
8 *Socius in re communi quando ędificare prohibeatur.*
9 *Edificans in re communi ſi intendit ędificatum eſſe ſuũ, & tunc non poteſt ędificare,ſi vero velit eſſe commu-ne,& tunc poſſit.*
10 *Socio licet in re communi aliquid facere inuito ſocio, ſi tamen non interſit,poteſt eo inuito aliquid facere.*
11 *Edificare in muro communi inuito ſocio,licet tribus con currentibus.*
12 *Tacens, & præſens an & quando ſibi præiudicet.*
Præſentia cum taciturnitate quando noceant.

ARGVMENTVM.

In muro communi,an et quatenus ædi ficari inuito ſocio fas ſit.

DECISIO XLVI.

EMERAT Horatius de Porta a
DD. Officialibus fluminum pro
ſe, magiſtro Petro Menozo, Aleſ-
ſandro Maffeo, & Ioanne Blaſij,
vnam ſtratam vicinalem longitu
dinis brachiorum 24. & latitudi-
nis brachiorum quatuor cum facultate illam clau-
dendi,& fuit emptio ratificata, & expenſis commu-
nibus clauſula mediante vna porta,&c.

idem Horatius incœpit poſtea in d. porta ſuper-
ędificare, & cum inde Petrus proſpectui, & lumini-
bus ſuæ domus officii cognouerit, egit iudicialiter
aduerſus eum, ad demolitionem operis,& ex aduer-
ſo fuit reconuentus ab eodem Horatio ad diuiſionẽ
dictę ſtratæ. Et latis ab his,qui ante nos iudicarunt,
varijs ſentẽtijs, diximus petita in principali petitio
nẽ actoris circa demolitionem,fieri debere,& a recõ
uentia eundem abſoluimus.

Nam & ſi nemo teneatur ſtare in communione,
1 † quia plerumque communio ſolet lites, & diſcor-
dias parere,l.fi. & ibi glo.C commun.diuid.Iaſ.in §.
2 quædam,num.3.inſti.de actio. Tamen,† quando res
non patitur commodam diuiſionem non fit diuiſio,
ſed aliter prouidetur iudicis arbitrio, vt tradit Iaſ.d.
§.quædam,num. 59.l.arbor.§.de veſtibulo,commu.
diuid.Cæpoll. de ſeruitut.vrban.prædio.in cautelis,
capitu. 75.de introitu, nume.quarto,& de curia ſeu
curte,num.3.capitulo 40.Prout hic diuiſio impedi-
ri videbatur, propter incommoditatem ſociorum,
per latitudinem enim fieri nequibat diuiſio,quia is,
qui poſterior remaneret, non haberet vſum ingreſ-
ſus,& regreſſus d. portæ, & per longitudinẽ pariter
redderetur inutilis diuiſio, quia onuſtum iumẽtum
non poſſet tranſire.

Et ſucceſſiue ſtante communione d. viæ, & por-
3 tæ communibus expenſis conſtructæ,† non licuiſſe
nec licere d.Horatio in re communi inuito ſocio no-
uum opus facere, & factum remouendum eſſe, l. ſi
4 duo,§.Labeo,ff.vti poſſidetis,& ibi gloſſ.†Et eſt ra-
tio,quod cuius ſit ſolum, eius debet eſſe vſque ad cę
lum,l.fi.ff.de ſeruit.l.altius,C.de ſeru.& aq.& tradit
Cæpolla in cautela,de ſeru.vrba.pręd.& de ſeruit.ti-
gni iniun.ſub num.17.de ſeruit.protect.num.3.cap.
32 & de ponticello,nu.9.

Quo fit vt nedum licuerit d. Petro prohibere di-
cto Horatio vlteriorem ædificij progreſſum l. Sabi-
nus,ff.commu.diui.& c.in re communi,de reg.iur.in
6. vbi ad literã dicitur, in re communi inuito ſocio
5 non licere quicquam facere,† & meliorem conditio
nem fore inhibentis,& expreſsè tradit Caſtrenſ.in l.
in re communi, ff de ſeruit. vrban.præd.nume.3.&
pro concluſione altos allegat Burſat.conſilio 57.nu.
4.& ſequent.

Verum

Verum & factum procurare, quod demoliatur ſtante diſſenſu d. Petri d.l. Sabinus, & ita in puncto decidit Boeri, conſ. 5. in fin.

6 Et maxime † quod ſocius non vtitur re ipſa ad vſum deſtinatum, fuit autem vendita res, & empta ad vſum claudendi ad commodum eorum qui domos habebant d. viæ adiacentes, non autem ad ædificandum. Merito prohiberi potuit a conſocio. l. ſi ędes. ff. commu. diui. l. 1. C. de ędifi. priua. Boeri. d. conſil. 5. Iaſ. conſil. 98. lib. 1. Bero. conſ. 133. nume. 8. lib. 3. Neuiza. conſil. 65. Franciſ. Mar. deciſ. 498. numero 17. Burſ. d. conſ. 57. & conſ. 111. num. 2. & num. 7. Port. conſ. 17. num. 14.

7 Nephas eſt igitur † ſuper pariete communi, proprium murum habere. l. quidam hiberus, & ibi Bartol. not. ff. de ſeruitu. vrba. prædiorum.

8 Non obſtat † quod in re communi ſocius non prohibeatur ędificando. l. altius. C. de ſeruit. & aqua, cum alijs quæ allegat Burſa. d. conſil. 57. numero 2. Iaſ. d. conſil. 98 quia non procedit in ędificante in alieno vel in proprio ad damnum ſocij ſecundum Bart. & alios in d. l. altius. Porti. conſil. 17. in fin. Marſi. ſing 84. Corn. conſil. 78. lib. 4. Bero. conſil. 130. lib. 3. Cepoll. conſ. ciuil. 33. num. 10. Burſa. d. conſil. 57. num. 26.

Nec intrat diſtinctio illa quam faciunt doctores,

9 † quod ſi ędificans in re communi intendat ſuper ędificatum eſſe ſuum, & non poſſit, ſi autem velit eſſe commune, ſicut pars inferior, & poſſit & non demolitur. Bart. Ange & Floria. in d. l. quidam hiberus, & refert Boer. d. conſil. 5. num. 26.

Quia non ſibi vendicat locum, quando nocet ſocio, vt de veritate atteſtatur Boer. ibi ſub d. numero 26.

10 Cęterum † ſemoto damno, & intereſſe ſocij, nil prohibet quin ſocio liceat aliquid in re communi facere etiam inuicto ſocio veluti depingere, incruſtare, ſcalas, muro communi appodiare, & ſimilia, vt per Boer. d. conſi. 5. nume. 18. egregie Bero. d. conſil. 132. lib. 3.

Cum itaque ſecundum Bald. relatum a Boer. in

11 d. conſil. 5. nume. 18. † tria ſint propter quæ inuito ſocio permittunt in communi muro ędificare, videlicet pactum, patientia, & natura rei, & horum neutrum in hac facti ſpecie concurrere proſpeximus, merito, &c.

Neque allegatus expreſſus conſenſus ſocij fuit probatus ad excluſionem actoris, quinimo potius contradictio iuſtificata, quo fit vt nedum ad demolitionem, ſed etiam ad intereſſe agi valeat, vt cum Alexand. & Cepol. tranſit Boer d. cõſil. 5. in fin. vbi

12 magiſtraliter tradit, † an & quando præſentia, & taciturnitas, & contradictio in hac materia proſint vel officiant, &c.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de non alienando non impedit translationem dominij.*

2 *Niſi ſit appoſitum pactum reſolutiuum.*

3 *Semel poſſidens, præſumitur poſſidere vſque ad mortem*

Poſſidens ſemel ſemper præſumitur poſſidere.

4 *Mortuus non negat.*

5 *Præſumitur continuatio poſſeſſionis de prædeceſſore in ſucceſſorem.*

6 *Teſtibus pro inſtrumento deponentibus magis creditur.*

7 *Inſtrumentum diuiſionis inter diuidentes, & ab eis cauſam habentes probat dominium.*

8 *Delictum mutua compenſatione tollitur.*

9 *Res iudicata ex tribus conficitur.*

10 *Motiua & rationes ſententiam declarant, & partes ſententiæ ſunt.*

11 *Clauſula in fine poſita refertur ad proxime præcedentia.*

12 *Maxime ſubſiſtente diuerſitate rationis.*

13 *Pœna conuentionalis non extenditur.*

14 *Contrauentio probatur per inſtrumentum venditionis, & poſſeſſionem emptoris.*

15 *Morte delinquentis delictum extinguitur.*

16 *Sententia fertur contra mortuum in pecuniarijs pœnis.*

17 *Mors an & quando, & quomodo ſoluat delictum.*

18 *Cauſa ciuilis, & criminalis quæ dicatur.*

19 *Inſtrumentum inducit notorium.*

Notorium æquiparatur ſententiæ.

20 *Iudex in notorijs exequi potius dicitur quàm ſententiare.*

In Notorijs Iudex dicitur exequi magis, quam ſententiare.

21 *In Notorijs requiritur declaratio, nu. 24.*

Declaratoria requiritur in notorijs.

22 *Nullum malum adeo notorium eſt, quod non præſumatur aliqua defenſione excuſari.*

Citatio ſuper notorio requiritur.

23 *In notorio ſine citatione non proceditur.*

Sententia declaratoria requiritur in notorijs.

ARGVMENTVM.

Pactum de non alienando quando impediat tranſlationem dominij. Semel poſſidens ſemper poſſediſſe præſumitur vſque ad mortem. Notorium requirit declaratoriam ſententiam.

DECISIO XLVII.

MICHAEL, Iacobus, & Antonius fratres de Nobilibus, facta bonorum diuiſione inter eos, conuenerunt, quod neutri ipſorum liceret de dd. bonis alienare, niſi requiſitis alijs, & hoc ſub pęna 200. ſcutorum.

Accidit, quod Iacobus vendidit irrequiſitis fratribus Baronto, & fratribus de Ciampolinis, qui ſimiliter inter ſe diuiſerunt, & dicta bona ſic empta obuenerunt in portionem Baronti.

Succeſſiue Barontus cognito, quod nonnulla
petia terrarum de dd. bonis a Iacobo venditis detine-
rentur ab Anton. & Michaele egit aduerſus illos
ad relaxationem, & dimiſſionem illorum.

Et negantibus reis conuentis, reconuenerunt a-
ctorem ad dimittendum, & relaxandum alia bo-
na per Iacobum, ipſis inconſultis, vendita, & per
eum poſſeſſa, quæ bona, tanquam ſibi obligata, re-
tinere intendebant iure pignoris, & hipothecæ do-
nec eis ſatisfactum fuiſſet de dd. ſcu. 200. debitis pro
pœna conuentionali promiſſa, & commiſſa pro-
pter dictam alienationem eis irrequiſitis factam,
petendo vlterius declarari Iacobum incidiſſe in di-
ctam pœnam, & bona alienata fore obligata, &
actorem teneri ad ea dimittendum, vel pœnam ſol-
uendum.

D. Primus Iudex tam in conuentione, quàm in
reconuentione abſoluit partes ab obſeruatione iu-
dicij, cum reſeruatione iurium, & vtraque parte ap-
pellante ſecundus Iudex condemnauit reos con-
uentos abſoluendo actorem a reconuentis.

Nos autem, ad quos pro parte illorum de nobi-
libus reclamatum fuit, diximus bene iudicatum, &
male appellatum, condemnando ſuccumbentes in
expenſis huius inſtantiæ tantum.

Et ad declarationem noſtrorum motiuorum
præmittendum erat, quod alias iidem de nobili-
bus egerant contra Barontum ad retractum dd.
bonorum ipſis irrequiſitis venditorum, inſtan-
do retrouendi pro eodem precio, & hæc vigore di-
cti pacti, & reportauerunt ſententiam contra, quia
Rota declarauit ius illis non competere, tum quia
1 † pactum de non alienando non impedit tranſla-
tionem dominij Barto. in l. filiusfam. §. diui. in 4.
q. de legat. 1. Neguſant. de pigno. 1. memb. 2. par.
2 prin. num. 5. † maxime vbi non ſit appoſitum pa-
ctum reſolutiuum, vt hic Alex. conſil. 10. num. 8. lib.
3. Ruin. conſi. 32. num. 14. & ſequē. lib. 1. Roland. a
Valle. conſi. 62. lib. 2.

Tum etiam quia d. pactum prohibitiuum alie-
nationis fuit immediate appoſitum ad certa bona
immediate præcedentia pro indiuiſo relicta, vt erat
area, pratum, furnus, & ortus, in quibus conſide-
rabatur diuerſa ratio, quam in alijs rebus diui-
ſis, vt optime animaduertebant DD. in eorum mo-
tiuis.

Quibus præmiſſis moti fuimus ad condemnan-
dum reos conuentos ad petita, quia pro parte a-
ctoris tam per inſtrumenta, quam per teſtes fuerant
probata incumbentia.

Et quamuis illi de nobilibus vim facerent in
eo, quod venditio Iacobi fuerit facta de bonis per
eum poſſeſſis in Montecarſo, & quod res vendi-
ta non poſſideretur per venditorem, iſta tamen ex-
ceptio reddebatur vana per depoſitionem vnius-
met teſtis ipſorum de nobilibus contra producen-
tes plene probantis. Roma. in conſ. 104. in fi. Aym.
in conſil. 188. nu. 5. is enim teſtis deponebat Iaco-
bum tanto tempore poſſediſſe, vt longe ante ven-
3 ditionem poſſediſſe compertum ſit, † vnde tan-
quam ſemel poſſidens vſque ad mortem ſemper
poſſediſſe præſumatur: Nam vt inquit Abb. in cap.
ad ſedem, colum. 3. verſi. quarto hic, de reſti. ſpolia.
4 † ex quo mortuus non negat, nec mutatio volun-
tatis præſumatur, nec rerum ſuarum iactura, ſeu ha-
bitus pro derelicto, ſemel poſſidens ſemper poſſe-
diſſe cenſetur vſque ad mortem, & ſic etiam medio
5 tempore quo vendidit; quod † ſi præſumitur con-
tinuatio de prædeceſſore in ſucceſſorem, Barto. in l.
Pomponius. §. fi. in fi. ff. de acquiren. poſſeſſ. Areti.
in §. diutina, inſtit. de vſucap. quanto magis poſſeſ-
ſio continuata cenſebitur in perſona eiuſdem, cum
ſolo animo retineatur. l. 3. §. in amittenda, de acq.
poſſeſ. l. licet. C. eod.

6 Vnde † ſtante poſſeſſione venditoris poſt diuiſio-
nem continuata, & concurrentibus inſtrumentis
diuiſorijs, plenius actoris teſtibus credendum du-
ximus, ſecuti Alexan. in conſi. 93. colum. penult. lib.
5. Aymo. conſilio 56. numero 7. Deci. conſilio 111.
in fine, Rimin. Iuni. conſilio 113. nu. 57.

7 Et ſic ſtantibus † inſtrumentis diuiſorijs, domi-
nium inter diuidentes, & cauſam ab eis habentes
probantibus Soz. conſil. 46. lib. 3. Afflict. Deci. 14.
num. 8. & ſtante inſtrumento venditionis, diximus
reos conuentos teneri ad petitam relaxationem
bonorum Baronto vendicanti. l. in rem. ff. de rei
vendi. Abſoluimus præterea Barontum a recon-
uentione.

Primo reſpectu Antonij, quia is quoque aliena-
8 nit alijs inconſultis, & ſic † mutua alienationis com-
penſatione tollebatur. l. viro, atq. vxore. ff. ſol. mat.

Abſurdum enim eſt, quod vnus ex pluribus pro-
hibitis alienet, & admittatur ad reuocationem alie-
natorum ab alijs, l. cum pater, §. libertis. ff. de leg. 2.

Secundo, quia obſtabat res iudicata, licet de hoc
9 non fecimus multum capitale, † quia ad rem iudi-
catam requiritur concurſus trium qualitatum, vi-
delicet identitas rei, perſonæ, & actionis. l. & an ea-
dem, vbi Bar. ff. de iud. Soz. conſ. 18. num. 84. lib. 1.
Abb. conſ. 10. nu. 2. lib. 1. Aymo conſ. 181. nu. 5. at
hic duo deſiderabantur, videlicet rerum identi-
tas, quia agitur de pœna de qua alibi non fuit co-
gnitum, & actionis, cum ibi ad rem, & actione rea-
li ſit actum, hic autem ad pœnam.

Vnde, & tertio loco ſi nō militabat res iudicata,
adhæſimus tamen motiuis, & rationibus DD. Iudi-
10 cum, † quæ ſententiam declarant. Soz. iun. in conſ.
181. num. 79. lib. 2.

Placuit enim & nobis pactum illud de non alie-
nando referri ſolum ad bona proxime præcedentia
pro indiuiſo relicta, & non ad alia ſeparata per ea,
11 quæ tradit Ant. Gab. de clauſul. conclu. 9. 3. † Tum
pp coniunctionem immediatam ad præcedentia nul-
la admixta alia coniunctione. Anch. conſ. 4. Tum et
12 † propter diuerſitatem rationis, quam probabiliter
DD. de Rota conſiderarunt, quod ad proxime præ-
cedentia referatur magis, quam ad ſeparata. l. talis
ſcriptura. §. fi. de leg. 1. & l. ſi idē cum eod. §. fin. ff. de
13 iuriſd. om. iud. † & eſt regulare, quod pœna conuen-
tionalis non extenditur. Corn. conſ. 188. lib. 1.

Et enim, quæ indiuiſa remanſerunt, non ita ad-
mittebāt extraneos ad eorū vſū, quēadmodū ipſos
con-

coniunctos, quorum ſi quoque gratia rata ſit; tamen propter morum conformitatem, & ſanguinis coniunctionem facilius ſe compatiuntur, & lites euitant.

Quarto, quia non videbamus, quonam pacto petita per reus conuentos fieri poſſent, & quomodo Iacobus, qui iam erat mortuus, condemnaſi valeret.

14 Nam & ſi † per inſtrumentum venditionis, &
poſſeſſionem emptoris de contrauentione conſtaret, & ideo ad pœnam conuentionalem iuſte agatur, Alex. conſ. 158. colum. 1. lib. 2. Vital. de Gamba in tract. clauſula, cart. 723. verſ. reſtat, vt videamus, ſecundum paruas impreſſiones de quo Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſu. 260. Anto. Gab.
15 de crimi. concluſ. 34. Tamen † mortuo delinquente videbatur delictum extinctum. l. defuncto, de pub. iud. Cagnol. in l. pupillum qui. §. in heredes ſub num. 4. de reg. iur.

16 Et quamuis † vbi agitur de pœna pecuniaria poſſit fieri condemnatio poſt mortem delinquentis, vt conſuluit Albenſ. in conſil. 90. vbi poſt Areti. de
17 maleſi in verbo qui D. Iudex num. 41. † magiſtraliter declarat omnia iura dicentia morte delinquētis extingui delictum quemadmodum intelligi debeat, id tamen verum erit ſi proceſſus ſit inchoatus eo viuente, & cum eo ſit concluſum in cauſa, vt ibi declarat Albenſ. & poſt eum Iuli. Clar. in §. fina. quæſtio. 51. verſi. ſic etiam, in pract. crimi. vel ſaltim ſecuta declaratione, vt voluit Iaſon in l. 3. §. quod autem. ff. quod quiſq; & ita communiter teneri dicit Boſſi. in titu. de pœnis, numero 34. in fine.

Nec obſtat, ſi dicatur non agi de pœna prouenientε ex crimine, ſed ex cauſa mere ciuili deſcen-
18 dente, † videlicet ex contractu excluſo iure fiſci. Barto. in l. licitatio. §. 1. de publica. Areti. in rubri. de iudi. colum. fin. Marant. in Spec. 4. par. prin. Aſini. in pract. iudici. §. 1. cap. 5. quia ad hoc dicitur tale iudicium debuiſſe intentari contra heredem, in quem iura defuncti actiue, & paſſiue tranſeunt. l. 1. C. vt omnes actio. ab hære. & contra hær. & quamuis inſtrumentum d. venditionis uideretur induce-
19 re notorium contrauentionis, † quod æquipara-
20 tur ſententiæ. l. emptorem, de actio. empt. † ita, quod iudex in notorijs potius exequi quam ſententiare dicatur. cap. ex parte, vbi gloſ. no. de verb. ſignifi. Doct. in l. ictus. ff. de his, qui not. infam. ad-
21 huc tamen requirebatur declaratoria, † quæ veniebat facienda cum hærede, in cuius perſonam verba ſententiæ erant concipienda ſecundum Albenſ. d. conſil. 90. in fin. Nec enim ſufficit, quid eſſe notorium, niſi notoriæ ſint eius quoque qualitates, uidelicet, quod non competat ei aliqua defenſio ſeu
22 exculpatio. † Cum nullum malum adeo notorium ſit, ut non præſumatur aliqua defenſione excuſari poſſe, ut ex communi opin. tradit Hierony. de Tortis inter conſilia Anto. de Butrio, in conſi. ſi. nu. 37. Curſem. conſi. 21. nu. 13.

Et ideo hæredes, quorum intereſt, debuiſſent ci-
23 tati, quia † ſine citatione ſuper notorio non proceditur, vt in d. conſi. ſi. & per Boſſi. in tit. de denuncia. num. 6. & in tit. quo modo proced. in noto. num. 6. Areti. conſi. 163. num. 7.

24 Et maxime, quia † hodie vſu receptum eſt in quibuſcunque notorijs requiri ſententiam declaratoriam. Teſte Couar. in repe. cap. alma mater; ſub num. 9. de ſent. excommu. in 6. §. 2. Ronchegall. in l. 2. num. 34. ff. de duob. reis. Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nume. 400. C. de reuocan. donatio. &c.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionis cauſa mutari poteſt.*
Cauſa poſſeſſionis mutari poteſt.
2 *Rem non videtur habere is, qui alio titulo habet.*
Tituli mutatio mutat poſſeſſionem.
Mutatio poſſeſſionis ex cauſa fit.
3 *Mutatio poſſeſſionis ſolo animo fit.*
Poſſeſſionis cauſa ſolo animo fit.
4 *Euictio tacite fit ſibi ipſi.*
5 *Stipulatio dupla dicitur pœnalis, & locum habet in vera euictione.*
Euictio vera facit locum eſſe ſtipulationi duplæ.
6 *Stipulatio dupla, & actio ex empto differunt.*
Actio ex empto differt a ſtipulatione duplæ.
7 *Intereſſe in tacita euictione debetur per actionem ex empto.*
Euictione tacite ſecuta debetur intereſſe per actionem ex empto.
8 *Intereſſe debitum in tacita euictione eſt ſimplum.*
9 *Simplum, quod debetur in euictione tacite ſecuta, eſt æſtimatio rei inſpecto tempore euictionis.*
10 *Simplum continet omnes actiones quibus rem ſeu æſtimationem perſequimur.*
11 *Emens ſcienter rem alienam perdit beneficium euictionis, niſi expreſſe caueat.*
Scienter emens rem alienam non agit de euictione.
12 *Scientia rei alienæ in materia euictionis ſat eſt, ſi ſit in genere.*
13 *Emens ſcienter rem alienam ſi expreſſe ſibi promiſit de euictione, vt promiſſa ſit ſic ſeruanda.*
14 *Mandatum procuratorium morte mandantis lite pendente, an expiret.*
15 *Procurator ſi ſit effectus dominus litis morte mandantis non reuocatur.*
16 *Mandati forma ampliſſima comprehendit etiam facultatem appellandi, & proſequendi.*

ARGVMENTVM.

De tacita euictione ſibi ipſi facta.
Et de mutatione cauſa ſua poſſeſſionis.
Et de intereſſe debito in tacita euictione, quid, & quo iure ſeu actione petatur.

DECISIO XLVIII.

DOMINVS Iacobus de bona parte emerat a Domina Caſſandra de Martinis, certo conuento, & ſoluto precio, tertiam partem prædij de quo in actis, fideiubentibus de euictione in forma penes d. emptorem Ioanne Baptiſta, & Hieronymo venditricis filijs.

Succeſſiue mortua d. Dn. venditrice, idem emptor cognito, quod totum illud integrum prędium ad ſe ſpectabat pleno iure, & ſic, quod ignoranter rem propriam a non Domino reſpectu d. tertiæ partis emerat, egit tanquam re tacite euicta, aduerſus fideiuſſores, & hęredes venditricis, ad precij reſtitutionem vna cum fructibus, expenſis, damnis, & intereſſe.

Intentio actoris erat fundata in mutatione cauſæ, dominij, & poſſeſſionis, nam vbi tunc bonafide poſſidebat tanquam Dominua, ea aquiſitione titulo emptionis, poſtea habita notitia, quod rem propriam emerat, tanquam Dominus ex primeua cauſa poſſidere propter ſuperuenientem ſcientiam
1 intendebat, † quam quidem poſſeſſionis cauſæ mutationem fieri poſſe communiter tradunt DD. in l.
2 huiuſmodi. §. qui ſeruum. ff. de leg. 1. † quia iatem habere non videtur, ex quo non amplius habet eodem titulo. Ioan. And. in apdi. ad Specu. de empt. §. 3. loco in fine.

3 Ad quam † mutationem ſolum animum ſufficere tradit Soz. conſi. 131. num. 7. lib. 1. & in l. 3. §. ſi ex pluribus, de acquiren. poſſeſ. vbi Alex. & Iaſ. Hierony. Gabr. conſi. 31. num. 2. 3.

4 Et propterea † veluti re tacite, per ſe ipſum ſibi euicta iuxta l. ſi vendideris, & l. ſi cui, & l. non tamē, ff. de euict. & d. §. qui ſeruum, egit aduerſus hæredes venditricis, & fideiuſſores reſpectiue ad precij reſtitutionem, cum damnis, & intereſſe fructibus, & expenſis.

Domini Iudices, qui ante nos in hac cauſa iudicauerunt in omnibus fere concordes fuerunt, ita quod propter conformitatem in illis partibus iuriſdictio ad nos non fuit deuoluta. ſed tantum reſpectu intereſſe petiti, quod an deberetur ex præmiſſa tacita euictione, apud eos non fuit habitum pro expedito, cum eorum alter per actionem ex empto deberi cenſuerit. Alter vero conditionaliter quatenus de iure deberetur iuxta petita pro actore
5 ſenſerit: ambobus tamen conuenientibus, † quod in hac tacita euictione ſtipulatio duplę, quæ eſt pęnalis locum ſibi vendicans in vera euictione ſecundum Caballinum non ſit commiſſa, quia nemo actor ſeuicerit vere, & proprie, vt per Cabal. in tract.
6 de eo, quod intereſt, nume. 122. † vbi ponit differentias inter ſtipulationem duplæ, & actionem ex empto, & remiſſiue de dd. differentijs. Menochius in conſi. 104. nume. 66. lib. 1. & Caball. in d. tracta. de euict. in additio. in prefatio.

Nos autem ambiguitatem Dominorum Iudicis amputantes diximus intereſſe † petitum deberi per
7 actionem ex empto, & eatenus quatenus ex d. ex empto actione de iure infertus in tacita euictione, iuxta l. non tamen. ff. de euictionib. l. ſi vendideris. l. ſi cui. §. 1. ff eod. cum ſimili. Salic. in l. ſi in venditione. ff. de euict. & in l. non dubitatur. C. eodem. Caballi. in tract. de euicti. §. 2. num. 3. & ſeq. & in tract. de eo, quod intereſt, ſub nu. 122. Hieron. Gab. conſ. 129. nume. 13. & 14. Cuma. conſ. 33. col. fi. in princ.

Quæ actio, & ſi detur ad diuerſa, vt poſt Ioannē Fab. & Io. de Platea tradit plenius Iaſ. in §. actionū.
8 num. 145. cum multis ſeq. inſtit. de actio. † in hoc tamen caſu euictionis tacitè ſecutæ dabitur tantū ad intereſſe, quod erit ſimplum, vt dicit glo. in d. l.
9 non tamen, † quod erit æſtimatio rei inſpecto euictionis tempore. Cuma. d. conſil. 33. col. fin. in princ. Caball. d. tract. de euictio. in addi. in princ. car. 203. & Hier. Gab. d. conſ. 129. nu. 14. & ſic ad verum, & iuſtum intereſſe caſuale, Caball. in tract. de eo, quod
10 intereſt, num. 108. † ſimpli enim perſecutio continet omnes actiones, quibus rem ſeu æſtimationem perſequimur. Rebuf. in l. alienatum, circa finē ff. de verb. ſignifi.

Nec obſtare viſum fuit, quod ex aduerſo diceba-
11 tur de ſcientia emptoris, † quod prudens ſciensq; rem alienam emerit, & ſic nec ad precium nec ad intereſſe actionem vllam habeat re euicta, niſi ſibi expreſſe caueat. l. ſi fundum. C. de euict. l. fi. §. cum emptor. C. commu. de legat. & vtrobiq; per Doctores. Gomeſ. varia. reſolu. li. 2. cap. 2. num. 41. de empt. & vendi. & Couarru. varia. reſolu. lib. 3. cap. 17. n. 1. & 2.

12 Quia † de ſcientia, (quæ fortaſſe etiam in genere ſatis fuiſſet, vt p Bar. & Bal. in d. l. ſi fundū) nō cōſtitit, & debet eſſe certa, vt tradit Couar. d. c. 17. nu. 2.

13 Et dato, quod certa foret, & mala fide emerit † ex quo ſibi de euictione proſpexit, eodem modo quo ſibi cauit, ſeruari debet. d. l. ſi fundum, & per Aym. conſi. 64. num. 4. & 5.

Minus etiam faciebat, quod mandatum procuratorium per Ioannem Baptiſtam Martinum in
14 perſonam Domini Thomæ de Martinis factū † morte mandantis lite pendente in ſecunda inſtantia videretur extinctū, & propterea, quod non procurator, ſed hæredes ſeu hæreditas iacens d. Ioānis Bap. citandi fuiſſent. Doct. in l. eius, qui, ſi cer. pet. §. item adhuc. inſtit. mand. l. mandatum. C. eod. & pro concluſ. Anton. Gabri. de procura. concluſ. 2.

Quia cum d. Thomas procurator plures fecerit actus iudiciarios, fuit effectus dominus litis, vnde ſecundum communem ſententiam ſequitur, quod non obſtante, quod principalis per ſe iudicium cęperit, & litem conteſtatus ſit, ſi poſtea procuratorē conſtituat, is qui ſic conſtitutus ſit, ſi aliquem iudi-
15 ciarium actum faciat, dominus litis efficitur, & † ſic mandatum non expirat morte mandantis ſecundū Bal. in l. nihil. C. de procu. & ibi Caſtr. Alexand. Iaſ. & alij, & propterea potuit iudicium finiri cum eo, non obſtante morte Domini, & ſententia ferri contra procuratorem Dominum litis, ſtante ma-
16 xime forma mandati pleniſſima † compræhenſiua facultatis appellandi, & proſequendi. Bald. in

Digitized by Google

in l. Dominus cauſe, C. de appel. & re non integra. d. §. item ſi adhuc, & d. l. mandatum, & tradit Bald. in l. inuitus, C. de procurat. & propterea fuit concluſum pro actore.

SVMMARIVM.

1 *Conditionis reſolutiuę effectus eſt, quod ſemel fuit infectum reddere ſub alieno futuro euentu.*
2 *Pactum reſolutiuum reddit contractum nullum ipſo iure abſque retraditione.*
Reſolutiua verba contractus, quæ ſint.
3 *Conditio non poteſt proprius induci, quam per verbum ipſum conditionis.*
4 *Beneplacitum importat conditionem.*
Dictio, Ad beneplacitum.
5 *Dictio, Ad, appoſita incerto euentui importat conditionem.*
6 *Bannitus ad voluntatem Iudicis, non dicitur bannitus niſi facta declaratiene voluntatis, an velit eum habere pro bannito.*
7 *Clauſula, Non aliter, nec alio modo, conditionem importat.*
8 *Dictio non aliter, &c. taxat, & reſtringit actum, & naturam præciſam inducit.*
9 *Conditionalia in diſpoſitionibus dicuntur eſſe de forma.*
10 *Nominatio ſi annulletur, vel alias reddatur pro non facta, ius in nominantem redit, & reſidet.*
11 *Nominatio omne ius in nominatum transfert.*
12 *Actus vltra intentionem agentis non operatur.*
13 *Conformitas ſententiarum licet iudices vtantur diuerſis verbis, & diuerſis rationibus moueantur, dummodo idem ſit finis.*
Diuerſitas rationum, & verborum non diuerſificat virtutem ſententię, quin dicatur conformis.
14 *Nominatione dicitur reſolutum ius nominantis.*
15 *In nominatione non poteſt apponi noua conditio.*
16 *Conſenſus conditionaliter pręſtitutus, conſenſus eſt.*
17 *Coacta voluntas, voluntas eſt.*
Voluntas coacta, voluntas eſt.
18 *Conditio pendens ex voluntate alterius ex contrahentibus eſt inutilis, & vana.*
19 *Tacens præſens, an dicatur conſentire.*
Conſenſus præſumptus ex taciturnitate non procedit ſi agatur de magno pręiudicio.
20 *Fideiubere pro alio, eſt dilapidare bona ſua.*
21 *Actus nullus reiterari poteſt.*
22 *Aſſenſus in præiudicium hæredum nominantis non tenet.*
Retentio pro melioramentis datur.
23 *Melioramentorum cauſa datur retentio.*
24 *Melioramenta vtilia, quæ ſint.*
25 *Melioramentorum materia, quod minimum eſt attendi debet.*
26 *Melioramentorum refectio fit ad rationem impenſi, & meliorati, nec ſufficit tantum impenſum, niſi tantũ ſit melioratum, & è contra.*
27 *Melioramentorum valor, quo tempore attendatur.*
Valor melioramentorum, quando attendatur.

ARGVMENTVM.

De conditionibus reſolutiuis, & de clauſula, Non aliter nec alio modo, & de nominatione, & eius effectu, et de melioramentis, & illorum refectione.

DECISIO XLIX.

MICHAELANGELVS de Aluminatis conduxerat ab officialibus domus ſapientiæ de Piſtorio quoddam prædium ad lineam maſculinam per ſe, & nominandis ab eo, ſaluo beneplacito dd. Officialium, qui nominauit in conductorem Gabrielem de Santinis, ſaluo tamen dicto beneplacito, & cum proteſtatione, quod alias nominationis inſtrumentum haberetur pro non facto, & non aliter, nec alio modo, &c.

Huic nominationi DD. Officiales aſſenſerunt cũ reſeruatione, quod pro obſeruatione contentorum in inſtrumento inito cum d. M. Angelo intelligantur remanere obligata bona, & hæredes d. Michaelisangeli nominantis, & non aliter nec alio modo. Et ſub iſta nominatione, Gabriel, & eius hæredes continuarunt per annos 20. ſoluendo conuentam penſionem, & alia ad quæ tenebatur faciendo, &cę. Tandem Aurelius filius d. M. Angeli, & hæres tam proprio, quam fratrum nomine, (qui quandoque ſe moleſtatum aſſerebat a dd. Officialibus ob non ſolutionem a nominato factam) egit contra hæredes Gabrielis ad recuperationem dd. bonorum, allegando officialium beneplacitum nõ acceſſiſſe, cum non ſimpliciter nominatum receperint, ſed ſub conditione, quod obligata remaneant bona, & hæredes nominantis.

Dominus primus Iudex abſoluit reos conuentos, eo, quod haberet acceptationem officialiũ pro nulla, & inualida; ſcdẽs vero dixit locũ eſſe petitis pro actore data retentione reis conuentis pro melioramentis. Moti, quia iſti contractus tam officialium ſapiẽtiæ cum M. Angelo, quam eiuſdem Michaelisangeli cum Gabriele nominato, & eiuſdem Gabrielis cum dd. officialibus nominationi aſſentientibus, om
1 nes ſunt initi ſub conditione reſolutiua. † Cuius natura eſt ſemel factum infectum reddere ſub aliquo futuro euentu, ad no. in l. 2. & per totum tit. ff. de in diem addit. & toto tit. de leg. commiſſo. tradit Vaſqui. lib. 3. quæſtio. illuſtri. ca. 99. nu. 2. de quibus verbis reſolutis tradit Franc. Mar. in deciſio. 488. nu. 4.
2 & † de virtute pacti reſolutiui, quod ipſo iure ſine alia retrotraditione transferat dominium, Rolan. a Valle in conſi. 62. nu. 17. & ſeq. lib. 2. & id multipliciter probari videbatur.

Primo ex lectura inſtrumentorum, vbi contrahentes hac verborũ fraſi vtuntur; videlicet cum cõ-

ditione

Digitized by Google

poſt gloſſ. numero 10. ff. de condictio. indeb. Capic. deciſ. 17. Rebuff. in l. non poteſt, de verbor. ſignif. &
24 † melioramenta comperimus eſſe eius generis, quæ refici debent cum conſtent in conſtructione domorum, plantatione arborum, & vinearum, quæ inter vtilia commemorantur. Caſtren. conſi. 276. num. 4. lib. 2. Boeri. deciſ. 44. nu. 6. & 7. Rol. conſi. 28. nu. 12. lib. j. Burſæ. conſi. 85. nu. 32.

Melioramenta autem nobis non fuit viſum fore liquidata propter varietatem teſtium cum alter de pluri, alter de minori ſumma deponeret, & in hac
25 materia, † quod minimum eſt, ſequimur, Caſtrenſ. conſilio 326. col. 3. lib. 2. quem ſequitur Curt. iuni. conſilio 144. col. fi. & poſt relatos Roland. dicto conſilio 28.

Vltra, quod d. Teſtes deponerent de tantum im-
26 penſo, † quod non ſufficit niſi tantum quoque ſit melioratum, Neguſ. de pign. quintæ par. prin. 4. memb. nu. 16.

27 Valor † autem melioramentorum ſolet attendi tempore reſtitutionis faciendę, non autem quo facta fuerunt. Roland. dicto conſilio 28. nu. 4 & ex communi opin. teſtatur Menoc. de recup. poſſeſ. 15. remedio, numero 557. Marza, de fideicom. quęſt. 65. in 3 par.

Aderat enim domus extimanda, circa quam reſpectu melioramentorum non ſatis liquet, quomodo ſint æſtimanda, & an muratores, qui conſtruxerunt, ſint idonei teſtes per ea, quæ tradit Anch. regienſ. quæſtione 46. & Curt. iun. conſilio 165. numero 20.

Prout etiam ſatis dubium erat, an eſſet æſtimanda iuxta valorem ędificij conſiſtentis; vel tanquam rudera, & maceries, quæ dirupto ædificio vẽdi valeret de quo Clar. in §. feudum, quæſt. 88.

S V M M A R I V M.

1 *Præceptum teſtatoris de non alienando dicitur honeſtũ.*
2 *Pręceptum teſtatoris ſpernens efficitur teſtatori odioſus, & cadit ab omni commodo.*
3 *Et teſtator non amplius de illo contrafaciente confidit.*
4 *Prohibitio teſtatoris, & legis ſimul concurrens potentior eſt contrahentium prohibitione.*
5 *Prohibitio duplex impedit translationem dominij.*
6 *Prohibitionis duplicis plures effectus.*
7 *Prohibitio duplex reſiſtit alienationis alias permiſſæ.*
8 *Teſtatoris voluntas eſt indiuidua.*
9 *Voluntas teſtatoris in vno offenſa, offendens omniũ reus erit.*
10 *Fruſtra legis auxilium implorat, qui contra legẽ facit.*
11 *Veniens contra ſcripturam non iuuatur ex ea.*
12 *Actus impugnatus non prodeſt impugnanti.*
13 *Fideicõmiſſum duplex induci poteſt in teſtamento, alterum in caſu mortis, alterum in caſu alienationis.*
14 *Fideicommiſſum duplex in caſu mortis, & in caſu alienationis differt, & de vno ad aliud non infertur.*
15 *Subſtitutus impugnans inſtitutionem, non prohibetur venire ex ſubſtitutione.*
16 *Inſtitutio, & ſubſtitutio ſunt capitula diuerſa, & de vno ad aliud non infertur.*
17 *Fideicommiſſo in ſpecie oportet contrauenire, vt quis excludatur ab eo.*
18 *Dictio, videlicet, ſtat reſtrictiuè.*
19 *Dictio ſic, ſtat modificatiue.*
20 *Fideicommiſſi bona oportet fore in bonis fideicommittentis.*
21 *Fideicommiſſa, an in contractibus inducantur.*
22 *Eſt quæſtio dubitabilis.*
23 *Prohibitus alienare, alienat in cauſam dotis.*
24 *Paupertas probatur per famam.*
Fama probat paupertatem.
25 *Pauper dicitur, quæ non poteſt ſecundum ſuam qualitatem ſe dotare.*
26 *Alienatio permittitur in cauſam dotis.*
Quando dotem dans non habeat alia bona propria.
27 *Egenus quis dicatur.*
28 *Paupertas ab egeſtate, quomodo differat.*
29 *Alienatio nulla propter duplicem prohibitionem, nullum producit priuationis effectum.*
30 *Alienatio dicitur nulla volentibus vocatis, qui poſſunt agere ad bona alienata.*
31 *Alienatio prohibita ſi ſit nulla ex defectu ſolemnitatis, & formę omiſſa non producit effectum priuationis.*
Secus ſi alia de cauſa.
32 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio non egreditur perſonas inſtitutorum.*
33 *Niſi aliter conijciatur de voluntate teſtatoris.*
34 *Priuationis pœna non habet locum, niſi in caſu expreſſo.*
35 *Argumentum a ſimili non ſumitur in materia priuationis.*
36 *Contrafaciens voluntati teſtatoris cadit ab illo commodo, quod ſub illa conditione eſt relictum.*
37 *Conſentiens alienationi per alium faciendæ non dicitur contrauenire nec alienare.*
Alienare non dicitur conſentiens alienationi.
38 *Contrafaciens pręcepto teſtantis, quomodo dicatur cadere ab omni commodo.*
39 *Dictio, videlicet, & dictio dicta, quomodo ſtent, & cuius naturę ſunt.*
40 *Dictio ſic, ſtat illatiuè.*
41 *Verba improprientur ad inducendum fideicommiſſum.*
42 *Nec non ad diminuendum.*
43 *Declarans ſe ſtatim, non dicitur ſe corrigere.*
44 *Declaratio ineſt actui declarato.*
45 *Declaratio fingitur vna cum ipſa principali diſpoſitione emanaſſe.*

A R G V M E N T V M.

De duplici fideicommiſſo in caſu mortis, & alienationis iniuncto, & an ab vno inferatur ad aliud. Et de eo, qui teſtatoris præceptis non pareat, quomodo cadat ab omni commodo.

Et.

Et an prohibitus alienare, alienando partes a cohæredibus alienatas recuperet.

Et de dictionibus Sic, Videlicet.

DECISIO L.

LAVRENTIVS de Camillis condito cum quo deceſſit teſtamento, inſtitutis Franciſco & Bernardo filijs eiſdemque inuicem ſubſtitutis vulga. & pupill. & per fideicommiſſum; prohibuit illis ac eorum filijs & deſcendentibus omnimodam alienationem, adiecta cauſa, quia volebat, d. bona ſemper remanere & eſſe ſuorum deſcendentium & in eius deſcendentes tranſire. Et caſu quo dd. eius filij, vel deſcendentes vel eorum aliquis vllo vnquam tempore contrafecerit, ex nunc reliquit dd. bona alij ſeu alijs ſuperuiuentibus non contrafacientibus, videlicet ſi aliquis ex dd. ſuis filijs contrafaceret reliquit dicta bona ſic alienata, alteri nō contrafacienti, &c.

Facta diuiſione bonorum inter Inſtitutos filios, deceſſit Bernardus relictis Laurentio iuniore, Simone & Petro filijs legi. & natur. Qui ſimiliter diuiſerunt hæreditatem paternam & in portione Laurentij & Petri in communione remanentium obuenerunt bona fideicommiſſo ſuppoſita. In portione verò Simonis contigit prædium (detto il colro vecchio) a Bernardo patre emptum, quod prędium, etſi non eſſet vinculatum fideicommiſſo, placuit tamen dd. diuidentibus fideicommiſſi onere grauare & ſupponere.

Succeſſiue Simon d. prædium ex conuentione fideicommiſſo affectum alienauit. Et mortuo demum Petro Laurentius tamquam fideicommiſſarius egit per viam tenutæ in bonis illius excluſo Simone eius fratre, quem propter prohibitam alienationem a fideicommiſſo per mortem Petri purificatam, excluſum contendebat ex pluribus, videlicet. Nam ſtante præcepto teſtatoris de non alienan-
1 do (quod † propter conſeruationem agnationis fauore reipub. iuſtum reputatur & honeſtum, ut dicit Pariſ. conſi. 1. nu. 64. & ſeq. lib. 1.) debuiſſet ſer-
2 uari per heredem. Alias † propter tranſgreſſionem tamquam teſtatori odioſus effectus ab omni commodo cadere debet ſibi ex teſtamento prouenien- te. l. fi. C. de fideicom. Pariſ. d. conſi. 1. nume. 65. Aret. conſi. 67. in 3. dubio, & ſic inferebatur per hanc alienationem contra expreſſam voluntatem teſtatoris non ſolum alienantem priuari a dependentibus a caſu alienationis, ſed etiam a fideicommiſſo in caſu mortis cohæredum inducto, quia vt dictum eſt
3 † negligens teſtatoris mandata fit ei odioſus, ita vt de eo amplius teſtator confidere non credatur. Alexand. conſi. 12. colum. 3. lib. 1. & in terminis pro iſta parte allegabatur §. libertis. l. cum pater, de lega. 2. vbi teſtator eos ad fideicommiſſum inuitaſſe cenſetur, qui non alienando eius iudicio paruerint, & dicebatur extare in puncto doctrinam Bart. in d. §. libertis, ſub num. 2. verſ. quæro primo. Vbi firmata quæſtione de duobus fratribus rogatis reſtituere fideicommiſſum, an ſi omnes alienent admittantur ad illud, ex conſtituta differentia inter tacitam & expreſſam prohibitionem, in expreſſa non admitti exiſtimat, de qua expreſſa prohibitione Laurentius faciebat capitale ad confutandum argumentum paupertatis ex cauſa dotis, in quo ſe fundabat Simon, qui dicebat ſibi licuiſſe alienare pro maritandis filiabus ſtante eius paupertate, contrarium aſſerente Laurentio propter expreſſam prohibitionem cum tacita legis concurrentem, quæ vetat fieri alienationem alias permiſſam etiam in cauſa dotis.

4 Duplex † enim teſtatoris & legis prohibitio concurrens reputatur potentior & efficacius operatur quam contrahentium prohibitio. Rip. in l. filiusfa. §. diui num. 70. de leg. 1. Caſtrenſ. conſi. 80. nume. 1.
5 lib. 1. † Impedit enim translationem dominij. doc. d. §. diui. Bero. conſi. 129. num. 17. lib. 2. Et inter a-
6 lios effectus quorum † plures recenſet Zanchi. in repetit. l. hæredes mei. §. cum ita, num. 109. in 5. part.
7 ff. ad trebellia. † reſiſtit vt alienatio non fiat etiam in caſu alias alienabili. Guald. de arte teſtan. in titu. de vari. teſta. præcept. cante. 8. Roland. a Valle conſil. 48. nu. 61. & 20. li. 2. Natta conſi. 481. num. 17. & 304. nu. 13.

Corroborantur prædicta ex multis generalibus,
8 veluti † quod indiuidua ſit teſtatoris voluntas &
9 quod † in vno eam offendens omnino reus fiat. l. furioſum C. qui teſta. fa. poſſ. l. quidam eulogium.
10 C. de iu. delib. Barto. & Roma. in d. §. diui. † Item fruſtra legis auxilium implorat, qui contra legem
11 facit, & propterea dicebat Bald. in d. §. libertis. † quod
12 ueniens contra ſcripturam non iuuatur ex ea † cum actus impugnatus impugnanti non proſit ca. ex eo de regu. iur. in 6. cum concordantibus per Anton. Gab. de regu. iu. concluſio. 1.

Ex aduerſo non minus valide Simon arguebat dicens in teſtamento duplex inductum fore fidei-
13 commiſſum † vnum in caſu mortis inſtitutorum & ſubſtitutorum ſine filijs. Alterum vero in caſu alienationis, & in hoc ſecundo caſu non omnes ſuperſtites cenſentur vocati ſicut in primo, ſed tantum veniunt illi qui non alienarunt. Bar. in d. §. libertis. doc. in l. qui Romæ. §. cohæredes, ubi Sozin. num. 18. de uerbo. obliga. Rip. d. §. diui, num. 122. Quo ſtante duplici fideicommiſſo, videbatur alienans excluſus a fideicommiſſo in caſu alienationis
14 inducto, non autem in caſu mortis. Nam † cum ſint diuerſa & diuerſam cauſam habentia, non recte inferebatur de uno ad aliud, ut alienans contra præceptum cadat etiam a fideicōmiſſo in caſu mortis. argu. notatorum per Bald. in l. ſi filiusfam. ff.
15 de hæred. inſtitut. ubi † ſubſtitutus impugnans inſtitutionem non prohibetur uenire ex ſubſtitutione, ſequitur Alexan. in l. inter cætera, in fin. de lib. & poſthu. & in l. ex facto. §. huius. ff. de vulgar. & pupill. Dec. conſi. 316. & in l. 1. num. 16. ff. ſi cert. peta. Nam vt idem Deci. inquit in l. cum proponas, la 2. num. 9.

16 num.9.C. de pact. † inſtitutio, & ſubſtitutio ſunt ca
pitula ſeparata, & de vno ad aliud non fit illatio,
17 † quia oportet in ſpecie eſſe contrafactum fideicom
miſſo ad hoc, vt quis ab eo excludatur. Aymo. conſi-
lio 225. in prin. & propterea dicebatur prohibitum
alienare ſi alienet non prohiberi, quin veniat ad bo-
na ad quæ ex alio mortis capite vocabatur, quod &
videbatur eſſe de mente teſtatoris in illis verbis, vi-
delicet. Bona ſic alienata reliquit non contrafacien-
18 tibus. † Dictio enim, videlicet de ſui natura ſtat re-
ſtrictiuè. Sozin. conſilio 32. num. 4. libro 2. & dictio
19 † ſic ſimiliter ſtat modificatiue. Rebuff. in l. triplici,
de verbo. ſignific. l. Titio centum, §. j. de manu. teſta.
vnde ſtantibus d. dictionibus immediate ad generali
tatem ſermonis appoſitis generalitatem reſtringũt.
Bart. in §. ſi quis fundum, l. quæſitum, ff. de fun. inſt.
& inſt. lega. & contraueniens priuabitur regreſſu ad
bona per alios alienata, nõ autem alijs bonis ad quæ
in caſu mortis inuitabitur.

Rurſus dicebat Simon ſe alienaſſe iure permitten
20 te, tum, quia † fundus per eum alienatus nunquam
fuit in bonis aui fideicommittentis, & ſic non ſubia-
cere fideicommiſſo. Aymo. conſilio 61. nu. 6 Alexã.
conſilio 82. num. 14. libro 2. fuerat enim emptus a
Bernardo, & quamuis filij Bernardi in diuiſione con-
uenerint, quod ſubiaceret oneri fideicommiſſi, id ta-
21 men videbatur dubitabile, † cum ſecundum aliquos
in contractibus fideicommiſſa inducantur. Ruy. con
ſilio 7. num. 14 libro j. Alexand. poſt Cuma. in l. qui
Romæ, §. cohæredes, de verbor. obliga. Deci. conſilio
22 488. ſub num. 20. & 613. num. 2. † Sed hoc non ca-
ret contradictoribus, vt per Marza. de fideicommiſſ.
23 par. prima, quæſtione ſecunda. † Tum etiam, quia
vendidit neceſſitate ductus pro dote conſtituenda fi-
liæ ſuæ iux. auc. res quæ. C. communia de leg. Barto.
poſt gloſſ. ibi in l. quemadmodum, C. de agri. & cẽſi.
24 libro 10. & de paupertate, ſatis † probatum videba-
tur per famam, quod ſufficere affirmat Emilia. in cõ
ſilio 49. & in propoſito dicit Natta in conſilio 37.
25 † pauperem eam dici, quæ non poſſit ſecundum ſuã
qualitatem dotari.

26 Sed hæc argumentatio parum vrgebat, † quia
conſtabat Simonem habere alia bona venuodanda
abſque eo, quod manus apponeret ad ſuppoſita fi-
27 deicommiſſo. Rip. dicto §. diui, nu. 74. † & Doctores
dum loquuntur de paupertate, qua liceat vendere
de bonis fideicommiſſi, intelligũt de egeno, ita quod
aliunde vitam degere non valeat, vt inquit Beninca.
in tractat. de paupertate, quæſtio. 8. in 10. ſpeciali. in
28 contract. nu. 4. & ſequen. † & differt paupertas ab
egeſtate Luc. de Penna, in l. j. col. j. C. de mendi. vali.
Argumentabatur, & tertio loco a nullitate aliena-
29 tionis, nam ſi fuit nulla † propter duplicem pro-
hibitionem Rip. d. §. diui, nu. 48. ergo nullum priua
tionis producit effectum. Iaſ. in l. ſciẽdebemus, §. j.
col. penult. ff. de verb. oblig. & in materia no. Rip. d.
§. diui. nu. 22.

Hoc autem argumentum parum ſtringere videba-
tur, quia in iſto caſu alienatio erit nulla volenti-
bus vocatis, non autem, quoad ipſum alienantem,
30 † quia vocati poſſunt agere ad bona alienata. l. pe-
to, §. fratre, de leg. 2. vel contra alienantem ad inter-
eſſe. Rip. d. §. diui, nu. 49.

Præterea id fortè procederet, quando alienatio eſ
ſet nulla ex defectu formæ ob non ſeruatas ſolemni
31 tates in alienatione requiſitas, tunc † enim non com
mittitur pœna, ſecus ſi alia cauſa, vt egregiè decla-
rat Ruy. conſi. 85. nu. 3. lib. 5.

Quarto dicebatur eſſe animaduertendum, quod
reſpectu Simonis, & fratrum non aderat niſi expreſ
ſa teſtatoris prohibitio, non autem tacita legis. Nã
licet in perſona Bernardi, & Franciſci inſtitutorum
adſit duplex, in perſona tamen deſcendentium non
32 videtur niſi expreſſa, † quia fideicommiſſaria ſubſti
tutio non egreditur perſonas inſtitutorum, vt in the
mate patet, ergo ad alios non porrigitur. Old. conſi.
21. cum concordantibus per Deci. conſil. 377.

33 Hoc † quoque fundamentum videbatur ceſſare
ſtantibus coniecturis, quibus apparebat teſtatorem
voluiſſe bona ſua ſemper remanere inter filios inſti
tutorum, & deſcendentium. Mar. Mantu. conſi. 240.
lib. 2. Cror. conſi. 58. Port. conſi 46. nu. 20. & nu. 26.
Dec. inter conſilia eiuſdem Portij 44. Marsa. de fidei
com 2. par. quæſt. 19.

Domini pronunciarunt ad fauorem Simonis, &
infirmantes ſententiam D. iudicis ad quem, dixerũt
bene iudicatum per primum.

Mori, quia non potuit negari, quin adeſſet du-
plex fideicommiſſum, & cum priuationis pœna nõ
reſpiciat niſi cauſam alienationis, non ſe extendet ad
34 caſum mortis; priuationis enim † pœna non habet
35 locum niſi in caſu expreſſo, & in materia † priuati-
ua non ſumitur argumentum a ſimili. gloſ. ordina-
naria in capit. ſi. de iure patro. Fely. in capit. 2. num.
12. de ſponſal. Bald. in auct. ex teſtamento in ſecunda
lecta, C. de ſecund. nupt. Bero. conſilio 54 nu. 20 lib.
3. Roland. conſilio 27. nu. 14. libri j. & caſus iſte vi-
detur decidi per tex. dicto §. libertis. Vbi ex pluribus
prohibitis alienare ſiquis alienet, alienatas partes
repetet is, qui non alienauit; eos enim ad fideicom-
miſſum inuitaſſe creditur, qui iudicio paruerint, a-
lioquin inquit textus per abſurdum erit, vt ab alte-
ro alienatam partem quis petat, cum ſuam alienan-
do perdiderit, & ita declarat ibi gloſſ. in verbo alio-
quin, verſicu. intellige ergo, & ita omnes Docto. ibi
ſentiunt dum in ſummario dicunt, quod veniẽs con
tra voluntatem teſtatoris in eo, quod eſt cauſa fidei-
commiſſi, ab eius petitione repellitur, & ſic quod
ille repellatur ab illo fideicommiſſo, quod procedit
a cauſa, quam impugnauit, ergo ab eo tantum,
quod per alienationem fuit purificatũ, cum huius
cauſa tãtum impugnet alienans, non alterius in ca-
ſu mortis, & ita tenet Bart. in d. §. libertis, verſ. item
hic ille, qui alienat perdit ea, quæ ſibi debentur ex
cauſa alienationis, non autem cauſa mortis, ſenſit
Aretin. conſilio 67. & Ruy. conſilio 166. libro 2. nu-
mero 4.

36 Nec obſtat, † quod contraueniens teſtatoris præ-
cepto fiat illi odioſus, & cadat ab omni commodo,
Quia vt dicit Pariſan conſilio 26. nu. 14 lib. 2. con-
trafaciens cadit ſolum ab illo commodo, quod ſub
illa conditione ſit relictum, & idem dicit in conſilio
19.

19.nu.55. eod. libro 2.l.ſi quis ſepulcrum, §.prętor ait,de religio.& ſump.fun.l.pen. C.de lega.vbi gl.& Doct. At hic relinquit ſub conditione de non aliená do, ergo alienans contrafaciendo nõ perdit lucrum ex alia cauſa prouueniens,in qua non reperitur priuatio indicta.

Nec obſt. quod teſtator generaliter prohibuerit, & generaliter reliquerit ſua bona non contrafacientibus, & ſic quod contraueniẽs cadat ab omni commodo, quia id fortè procederet, niſi teſtator vlterius modificatiuè proceſſerit, vt hic,vbi ſtatim ſubiunxit illa verba, videlicet, Bona ſic alienata, & quamuis per Petrum fuerit conſenſum alienationi a Simone facta,non ideo dicitur ſibi præiudicaſſe in fideicommiſſo in caſum mortis,vt dicit Caſtren.d.§. libertis,verſ.& hoc.

37 Conſentiens enim † alienationi per alium faciẽdę,non dicitur contrauenire prohibitioni de non alienando, ſed ſuo fauori, ac commodo renunciare, & ideo is quoque admittetur ad reuocationem eorum, quæ poſtea alienarentur ab illis quibus non accommodauit conſenſum,ita Bar poſt glo.in dicto §.libertis,verſ.quærit glo.

Neque obeſſe viſum fuit, quod dicebatur de duplici prohibitione, quod ob id omne vndecumque prouueniens lucrum contrafaciens amittat, quia non fuit probatum ex duplici prohibitione hunc oriri effectum.

38 Et ad iura † in contrarium allegata de ſpernente præceptum teſtatoris, quod cadat ab omni commodo, replicabatur procedere in caſu, quo lucrum ſit relictum propter onus. Tunc enim non implens voluntatem defuncti cadit ac commodo:non autem quando ſimpliciter prohibetur alienatio ſine pęna, & ita declarantur omnes ll. antiquæ in materia loquentes, vt inquit Caſtren.in auc.hoc amplius,nu.j. C.de fideicom.

Et ad ponderationem dictionum, videlicet, & dicta bona, quod ſtare deberent exemplificatiuè & repetitiuè, ne alias videretur incontinenti teſtator ſe correxiſſe, quod non præſumitur, l.nam ad ea.ff. de conditio. & demonſt. fuit ſuperius reſponſum de

39 propria natura † harum dictionum eſſe, quod ſtent reſtrictiuè ſimul,& declaratiuè, vt vltra Sozi.& Bar. ſupra allegatos, tradit Menoc. conſilio 21.nu.27.& Bertran.conſi.57.num.2 lib.2. Corn.conſi.178.col. 3.& 195.libro 2.& conſil.115.lib.3.& conſi.90.nu. j.& 6.libro 4.

40 Pro † vt idem dicitur de dictione, Sic, quæ ſtat illatiuè,& repetitiuè ad præcedentia.Ruy.conſi.111. num.11.libro 2.& 185. num.6.7.eod.lib. 2.Alias ſi exemplificatiuè iacerent,eſſent ocioſę,quod non eſt

41 ferendum, † quia ſi in teſtamentis improprientur verba ne ſtent ſuperfluè,etiam ad inducendum fidei

42 commiſſum,Cuma.in l.cum filio,de leg.3. † quanto magis erit dicendum ad diminuendum fideicommiſſum,ita arguit Grat.in conſ.126.nu.24.& 25.lib.2.

Nec propterea dicetur teſtator ſe immediatè corri-

43 gere,quia † qui ſe ſtatim declarat, non corrigit. Fely.in cap.2.col.2. de libel.obla.

44 Declaratio enim ineſt ei qui declarat, † & retrotrahitur ad tempus principalis diſpoſitionis.Ioan. And.in addit. ad Specul,de teſte. §. nunc videndum, verſicu.hoc quoque,num. 18.Roma. conſilio 45.in

45 prin. † & fingitur vna cum ipſa principali diſpoſitione emanaſſe. Roma. conſilio 65. num.3. Afflict. ſuper conſtit.Regni, in tit. de exceptio. dilato.rub. 18.nu.2.lib.2.&c.

S V M M A R I V M.

1 *Melioramenta faciens in aliqua re conuentus hypothecaria poteſt offerre rei extimationem, & ſe liberare, licet extimatio foret minor debito.*

Faciens melioramenta in aliqua re,ſi conueniatur ab aliquo hipothecaria,poteſt offerre.

2 *Meliorans,an offerre debeat integrũ debitum creditori.*

3 *Valor rei melioratæ, an attendi debeat tempore motæ litis, vel attento ſtatu antequam melioraretur.*

Æſtimatio rei melioratæ ad effectum offerendi, an ſecũdum tempus præſens, vel tempus ante meliorationem & in tempore conſtituti debiti attendatur.

4 *Oblatio iſta ratione melioramentorum,an a quolibet poſſeſſore,vel ſolum a meliorante fieri poſſit.*

5 *Melioramenta facta ſcienter in re ſuppoſita fideicommiſſo perduntur.*

6 *Niſi eſſent omnino neceſſaria.*

7 *Emens ſcienter rem alienam non agit de euictione.*

Euictionis beneficium perdit emens rem alienam ſciẽter.

8 *Ad ius offerendi occaſione melioramentorum duo neceſſaria ſunt.*

Melioramentorum ratione ius offerendi competit ſi duo concurrant, melioramenta, videlicet, & poſſeſſio eius, qui fecerit.

A R G V M E N T V M.

Melioramentorum ratione, an, & quando facienti competat ius offerendi creditori.

Et quid offerendum, & cuius temporis ratio habenda ſit in extimatione rei melioratæ.

D E C I S I O LI.

FVIT nobis tranſmiſſa per MM. DD. Conſeruatores legum ad referendum cauſa vertens inter Coſimum Griſonum hipothecaria agentem ex vna; & magiſtrum Alexandrum poſſeſſorem bonorum hipothecatorum ex alia.

In qua quidem cauſa dubitabatur, an ex quo Alexander poſſeſſor fecerat plura melioramenta in dd.bonis,poſſet offerre creditori,& rem retinere.

Et quatenus ex iure ſpeciali fauore melioramentorum offerre valeret;

An deberet offerre integrum creditum, etiam, quod

quod res demptis melioramentis minor eſſet, an
vero extimationem.

Et ſi extimatio offerri poſſit, an debeat attendi
rei valor tempore quo non erant facta melioramen
ta, & ſic tempus hipotecæ inductæ, an vero inſpici
debeat tempus præſens, vt tantum ſit creditori re-
fundendum, quantum res ipſa hodie valeat, ſeu va-
leret ſi non adeſſent melioramenta.

Et quoad primum res erat expedita ex commu-
ni opinione quæ cum Bart. in l. 1. C. de prædi. & om
nibus rebus nauiculari, lib. 11. celebris eſt & rece-
1 pta, † vt is qui proprijs impenſis rem meliorauer-
rit, & preciosiorem reddiderit, poſſit abſolui ab hi-
pothecaria, offerendo veram rei extimationem, dem
ptis tamen melioramentis, licet extimatio minor eſ
ſet quam ipſum debitum, pro cuius ſolutione fue-
rit obligata, &c.

Huius opioionis fuerunt poſt Barto. Bal. Ange.
Ioannes de Pla. Rebuff. Alex. Soz. Neguſan. & alij
quos refert Couarru. varia. reſol. lib. 1. cap. 8. nu. 2.
qui etiam ſub nume. 2. verſic. 4. eandem dicit hanc
Bart. opin. communiter recipi, licet ipſe ingenioſis
argumentis falſam eſſe oſtendere conetur reſpon-
dendo ad contraria, ſed quicquid dicat ſatis eſt ha-
bere communem opinionem pro ſe, quam iudican-
tes ſequi debent, & ita fuit alias in hac Rota iudica
tum die 26. Ianuarij. 1569. lib. 31. motinorum car.
413. & lib. 24. car. 97. die 2. Octobris. 1563.

Circa ſecundum data facultate melioranti per
oblationē ſeſe ab actione liberari, an offerre debeat
integrum creditum, & videbatur dicendum offerri
2 debere † integrum creditum, etiamſi res minoris
ſit, quia proprium hipothecæ eſt vt vel creditum
ſoluatur uel res obligata præſtetur. l. ſi diuus. ff. de
pign. l. mulier. ff. qui pot. in pig. habe. l. ſi cum ven-
ditor in princ. ff. de euictio. tamen durum eſt con-
tra ſtimulum communis opinionis calcitrare, cum
& in hoc ſit commu. opin. cum Bart. vt in præalle-
gatis locis, cum magis communiter ſit receptum,
ſatis eſſe offerre extimationem rei, non autem cre-
ditum ſolui neceſſe ſit. Caſtren. in l. ſi conuenerit la
2. §. ſi fundus, de pigno. act.

Quatorum ad tertium in caſu quo extimatio tan
tum offerri poſſit, an præſens tempus ſit attenden-
dum, vel attento ſtatu priuſquam meliorararetur, &
3 circa hoc † pro claro ponit Neguſan. d. 4. memb.
nume. 21. in fine. Quod attendi debeat valor tem-
poris præſentis quem ſequitur Couarru. d. cap. 8.
num. 3. verſ. cæterum, & de hoc nouiſſime plenius
per Simo. de Pret. in tract. de vltim. volunt. lib. 3. du-
bit. 5. nu. 17. 18. 20. & ſeq.

Et ex his ſecundum communes concluſiones, vi-
debatur de iure reſpondendum Alexandro tam-
quam melioramenta facienti ius competere offe-
rendi ne quidem creditum, ſed extimationem rei,
attento præſenti ſtatu quanti valeret ſi non eſſet bo
4 nificata, licet † an id in alio poſſeſſore non faciente
melioramenta procedat, ſatis dubitetur ex his quæ
idem Neguſan. late tradit d. 4. membro. ſub nume.
21. verſ. ſi difficultas, licet Couarru. ibi ſub nume. 8.
verſ. tandem ex profeſſo veram eſſe, neget Bart. &
ſequacium opinionem, quam ſuſtinere poſſe exiſti-
mat, actore recuſant reficere melioramenta, vt poſ-
ſeſſori hic liceat offerre non creditum, ſed extima-
tionem, attento ſtatu, quo erat ante meliorationes
factas.

Actore autē volēte reficere meliorationes factas,
reſtitutionem rei cum melioramentis non fore de-
negandā, iuſtius fore exiſtimat, facta tamen compen
ſatione fructuum perceptorum a die litis conteſta-
tæ cum melioramentis reficiendis.

Addebat actor, quod Alexander prudens ſcienſ-
que dicta bona eſſe actori hypothecata, & ſic tan-
quam malę fidei poſſeſſor, nō recuperet melioramē
ta ſcienter facta in re alteri obligata. Argumento eo
rum, quæ dicuntur de emente ſcienter rem fideicom
5 miſſo ſuppoſitam, & ibi ſuper ędificante, † nam per-
dit melioramenta, tum ex mala fide, tum quod ani-
mo donandi in ſolo alieno ędificarit, l. fi. & ibi gloſſ.
C. commun. de legat. Neguſan. de pignori. d. memb.
6 4. numero 19. † niſi ea eſſent omnino neceſſaria me-
lioramēta, & quæ Dominus ipſe feciſſet, tunc enim
recuperat non obſtante mala fide, ne dominus locu
pletetur cum aliena iactura. Bello. conſilio 65. nu-
mero 12. Menoch. de recupera. poſſ. remed. 15. nu.
507. 514. 537. & in mea deciſ. Lucenſis 33. numero
22. & ſeq.

7 Et facit, † quod ſciens rem alienam, ſeu alteri hy-
pothecatam non agit de euictione, & neque ad pre-
cium, l. ſi fundum, C. de euictio. Gomeſ. vari. reſolu.
tomo 2. cap. 2. de emptione, & venditione, num. 8.
& num. 42.

8 Rurſus, † quod duo concurrere debent, vt quis
propter bonificamenta ius habeat offerendi, videli-
cet, quod melioramenta ſint facta in re, quæ præten
ditur retineri, & quod is ea fecerat, qui poſſideat
alias non ita, Neguſan. d. 4. memb. 5. par. princ. col.
fin. reprobato Suzin. conſilio 224. circa fi. libro 2.
dum vult allegata per Bart. in dicta l. j. procedere et
ad fauorem cuiuslibet tertij poſſeſſoris. Rota Flo-
rent. lib. 24. moriu. car. 97. die 2. Octobris 1563. vn-
de cum prætenſa melioramenta non ſint facta, niſi
in domo, ius offerendi ceſſare debet reſpectu terra-
rum hypothecatarum.

Fuit relatum pro meliorante, vt is poſſit offerre
exiſtimationem rei quanti nunc valeat demptis me
lioramentis, ſic dictante communi opinione, vt ſu-
pra relata, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Conditio ſi ſine liberis pręſumitur adiecta in ſubſtitutio-
ne deſcendentium.*
2 *Soboles aliena non præſumitur propriæ præpoſita.*
3 *L. cum auus, & l generaliter, & l. cum acutiſſimi, proce-
dit in omnibus deſcendentibus.*
4 *Relinquere in vita, & grauare poſt mortem paria ſunt.
Paria ſunt in vita relinquere, & grauare poſt mortem.*
5 *Hæres ſemel, ſemel hæres.*
6 *Pręſumptio iuris, & de iure non recipit probationem in
contrarium.*
7 *L. cum auus, ff. de condit. & demonſt. ſuper coniecturis
fundatur.*

Digitized by Google

fundatur.
8 *Fictio fundatur ſemper ſuper æquitate.*
9 *Maſculinitatis mentio agnationem reſpicit.*
10 *Filia dicitur de agnatione, non tamen eius filij.*
11 *L. cum auus, ceſſat fauore agnationis.*
12 *In ſubſtitutionibus, vbi in perſonam vnius ſit mentio de filijs filiorum, in alia non, non habet locum l. cum auus.*
13 *Dictio taxatiua, quod eſt perpetuum illud limitat ad tempus.*
14 *Coniunctio verborum vnico orationis contextu parit ius accreſcendi.*
15 *Verbis inhærendum in dubio ad interpretandam mentem defuncti.*
Mens teſtatoris, vbi incerta ſit, & erroris materiam præbeat, melius eſt inhærere verbis, & errare, & teſtatori imputare, cur apertius non ſit locutus.
16 *Mandatum procuratoris, an morte mandantis expiret lite pendente.*
17 *Mandatum procuratorium, an ſe extendat ad appellationis cauſam.*

ARGVMENTVM.

De materia l. cum auus, de condit. & demonſt. et l generaliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitu. & l. cum acutiſsimi, C. de fideicommiſ. Et de exiſtentia filiorum an, & quando excludat ſubſtitutum.

DECISIO LII.

RAYNALDVS de Rondinellis condito teſtamento, & inſtitutis filijs maſculis, & deſcendentibus maſculis ex eis, illis deficientibus vocauit, & inſtituit filias fœminas ipſius teſtatoris durante earum vita tantum, & non vltra. Quibus ſubſtituit Franciſcum teſtatoris fratrem, & filios, & deſcendentes Taddei, & Verij eius nepotes ex dd. fratribus &c.

Mortuo teſtatore ſine filijs, & deſcendentibus maſculis ſuperſtite D. Franciſca filia inſtituta, quæ adijt hæreditatem, eaque tandem D. Franciſca ſuperſtitibus filijs defuncta, Remigius Taddei filius, & teſtatoris ex fratre nepos egit aduerſus filios D. Fràciſcæ ad relaxationem bonorum in hæreditate d. teſtatoris remanſorum, quæ ad ſe ſpectare dicebat virtute dicti fideicommiſſi in ſua perſona purificati.

Et quamuis rei conuenti negando fuiſſe apertam viam prætenſo fideicommiſſo propter ipſorum exiſtentiam iuxta diſpoſitionem l. cum auus, de cond. & demonſtratio. plura etiam exceperint, retentionem bonorum concernentia tam reſpectu melioramentorum, quam dotis maternæ, legitimæ, ac Trebellianicæ, nec non pro debitis hæreditarijs ſolutis, ac defectus mandati procuratorij:

Illud tamen fuit principaliter controuerſum; An conditio illa ſi ſine liberis &c. pietatis ac humanitatis intuitu a iure ex coniectutata mente defuncti ſubintellecta, locum habeat in hac facti ſpecie, ita quod filij D. Franciſcæ fingantur in conditione poſiti ad excluſionem ſubſtitutorum.

Articulus erat quidem ſatis notus totus coniecturalis & de quo varie varijs in locis per doctores diffuſiſſime eſt tractatum. In quo omiſſa fimbriatã dilatatione, ſic breuiter cum reaſſumptione hinc inde deductorum concludendum duximus.

Videbatur igitur affirmatiue reſpondendum vna
1 cum D. Iudice a quo, & quod † tamquam plus dictum & minus ſcriptum d. conditio ſi ſine liberis, pro appoſita haberetur, cum non ſit veriſimile patrem feciſſe talem ſubſtitutionem ſi de nepotibus
2 cogitaſſet, † illis alienam ſobolem præponendo. Sozi. in d. l. cum auus. nu. 66. de cond. & demonſt. quia ita ius præſumit teſtatorem feciſſe ſi de nepotibus
3 cogitaſſet & pro facto fingit † d. l. cum auus. l. generaliter §. cum autem. C. de inſti. & ſubſt. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. quod nedum procedit in filio hærede inſtituto & grauato, ſed etiam in filia, nepte & deinceps in omnibus deſcendentibus honoratis & grauatis reſtituere.

Nec erat dubitandum quod d D. Franciſca inſtituta eſſet grauata reſtituere poſt mortem extraneo, licet durante tantum ſua vita naturali eſſet in-
4 ſtituta. Quia paria † ſunt relinquere in vita tantum, vel grauare poſt mortem reſtituere. l. titia cum teſtamento, de lega 2. ita quod non poteſt dici directa facta ſubſtitutio de nepotibus ex fratre cum verbis directis, cum in vtroque caſu inſtitutus qui
5 fuit † ſemel hæres ſemper erit hæres, nec hæres eſſe deſinet, vt dicunt docto. ind §. fin. per l. ei qui ſoluendo, ff. de hæred. inſtitu. & ita videtur concludere Sozin. in d l. cum auus, num. 25. & ſequen. affirmans in his terminis ſic conſultum fuiſſe per excellentes DD. aduocatos quos ipſe memorat & ſequitur, & reſpondet contrarijs & præſertim dd. dictionibus taxatiuis & limitatiuis, tantum & non vltra, & deducit hanc & ſimiles diſpoſitiones regulari debere ſecundum alias legum diſpoſitiones & præſumptiones a legibus inductas, ita, ut quemadmodum datio hæreditatis durante vita tantum eſt perpetua non obſtantibus dd. uerbis taxatiuis, ſed reſoluitur in fideicommiſſum, ita etiam in alio recipiat hoc pietatis & humanitatis præſumptæ moderamen ut fideicommiſſum debeatur ſi filia ſine filijs deceſſerit. Et cum lex ſuper huiuſmodi pietate
6 aſcendentium præſumat & fingat & † fingendo ſtatuat, uix uidetur in contrarium aliquid probari poſſe. gl. in c. 2. de arb. in 6. l. antiquo. C. ad Velleia. Fel. in ca. quanto, de præſump. Alc. pro concord. in trac. præſumptio. 2. par. nu. 5.

Per exiſtentiam igitur filiorum & nepotum reſpectiue erit præcluſa uia fideicommiſſi ad ſubſtitutos, quos uocatos lex fingit ſi filia ſine filijs deceſſerit.

Replicabat ex aduerſo ſubſtitutus locum eſſe

fidei-

fideicommiſſo, & in eius perſonam purificato. Aie-
7 bat enim diſpoſitionem d. l. cum auus, † cum con-
cord. fundari ſuper coniecturis, & præſumptioni-
bus, quarum vna ad inſtar clauis trudit aliam, vt in
puncto d. l. cum auus, inquit Anch. conſi. 46. num. j.
Roma. conſi. 370. num. 3. & concord. allegat Franc.
Mant. in tract. de coniec. vlt. volunt. lib. 10. tit. 8. nu.
16. quicquid ſupra dictum ſit de iuris fictione con-
8 trariam probationem non admittente. Nam † cum
fictio fundetur ſemper ſuper æquitate aliqua ſecun-
dum Bar. in l. ſi is, qui pro emptore, de vſuca. & æqui
tas in hac materia ſuper qua fundatur fictio, ſit pie-
tas parentum coniecturata erga deſcendentes, qui-
bus extraneos præpoſuiſſe non creditur, ſi ceſſabit
pietas, & de contraria voluntate teſtantis conſtet, qđ
voluerit nepotes excludere, ceſſabit etiam pietatis
ratio, & conſequenter æquitas fictionis fundatiua,
& ſucceſſiuè diſpoſitio d. l. cum auus, locum non ſibi
vendicabit, vt tradit ibi Sozi. nu. 73.

Quod autem in hac facti ſpecie voluerit nepotes
omittere in fauorem ſubſtitutorum multiplici con-
iectura oſtendi videbatur.

Primo ex affectione agnationis ad quam reſpexiſ-
ſe non obſcure comprehenditur ex eo, quod tam in
primo, quam in tertio gradu ſubſtitutionum teſta-
tor ſemper fecit mentionem de maſculis, & deſcen-
9 dentibus † maſculis, vnde ſumitur argumentum agna
tionis reſpectus, Ioan. And. in addi. ad Spec. de teſta.
verſ. ſub hoc tit. Aymo, conſi. 202. nu. 12.

Nec ob. quod in diſpoſitione ſit admiſſa filia,
10 † quia quoad eam dicitur agnata licet non eius filij,
§. j. inſti. de leg. agna. tute. l. lege 12. tab. C. de legi. hæ
red. & l. fi. eod. titu. finitur enim in fœminis agnatio,
non autem præſeruatur, inquit Bald. conſi. 474. libro
5. vnde conſulto creditur, quod teſtator prætermiſe-
rit nepotes ex filia, quia ſciret per eos agnationis ius
non ſeruari tamquam alienam familiam ſequentes.
Et vbicūque ſit fideicommiſſum fauore agnationis,
non ſufficit eſſe agnatum, ſed talem agnatum per
quem poſſit, & agnatio, & bona in familia conſer-
11 uari: quod † autem fauore agnationis ceſſet diſpoſi-
tio dictę l. cum auus, voluit Cuma. conſilio 2. nume-
ro 4. ſenſit Sozin. conſilio 191. num. 6. libro 2. Deci.
conſi. 581. num. 5.

Nec obſt. quod non ſint vocati omnes agnati, &
ſic non videatur habitus reſpectus ad agnationem.
Hiero. Gab. conſ. 97. no. 24. quia ſat eſt, quod ſint vo
cati effectiuè cum ſint inſtituti, & ſubſtituti maſcu-
li, & deſcendentes, & ſufficit alterum exprimi, vide-
licet agnatos, vel deſcendentes abſque eo, quod vtrū
que exprimatur Hiero. Gab. d. conſi. 97.

Secundo, quia teſtator fecit plures gradus ſubſti-
tutionum, in primo gradu ad fauorem filiorum ma
ſculorum facto, fecit mentionem de filijs filiorum
maſculis eos ponendo in conditione, & diſpoſitio-
ne. In ſecundo verò gradu ad fauorem filiarum ni-
12 hil horum enunciauit. Vnde † ſequitur commu-
nis concluſio, quod vbi in perſonam vnius ſit facta
mentio de filijs filiorum, in alia non, tunc ceſſat di-
ſpoſitio dictę l. cum auus, ita voluit Cuma. relatus à
Sozi. in dicta l. cum auus, numero 38. vbi etiam di-
cit ſe conſuluiſſe cum Bal. de Barto. idem in conſilio
91. columna fi. libro 2. & conſilio 2. inter conſi. Cur.
ſenio. Deci. conſilio 416. colum. pen. & 581. numero
5. Roma. & ibi addentes conſilio 370. Sozin. iun. cō-
ſilio 100. num. 17. libro j. vbi dicit eam opinionem
fore approbatam per omnes Doct. Italiæ, & idem in
conſi. 128. co. lib. j. cui ſe ſubſcripſerunt 22. celeber-
ſimi Doct. ſequitur Pariſ. conſi. 19. nu. 98. & ſeq. lib.
2. Anto. Gab. de fideicom. concl. 1. nu. 29. & nu. 56.
refert Mantica d. lib. 10. tit. 8. nu. 9.

Quicquid aliter ſenſerit Ruy. conſilio 77. nu. 14.
libro 2. & 131. libro 3. de quo non eſſet curandum
cum loquatur contra communes traditiones, & eū
tāquam nimis ſubtiliter interpretātem l. cum auus,
reprehendit Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, nu.
43. in 8. par. ad Trebell.

Nec ob. quod non ſit facta mentio de filijs eius
cui ſit facta ſubſtitutio, quia ſat eſt fuiſſe factam mē
tionem de filijs alterius filij, cui ſit facta ſubſtitutio
ſecundum receptam ſententiam de qua Sozin. iun.
dicto conſilio 128. num. 49. Cuma. relatus à Sozin.
in d. l. cum auus, num. 38. & ſubſcribentes ad dictum
conſil. 128. num. 211. & 248. non dixit de filijs filia-
rum, ergo noluit.

Tertio, non leuis eſt coniectura pro ſubſtituto,
quod non excludatur per exiſtentiam filiorum, &
nepotum, quæ ſumitur ex illa limitata, & taxata in-
ſtitutione filiarum in earum. vita naturali tantum
durante facta, & non vltra, per verba limitata, & ta-
xatiua videtur teſtator ad fauorem ſubſtituti vo-
luiſſe excludere omne aliud tempus, & omnes alias
perſonas poſt mortem filiarum, vt oſtendit Ruyn.
conſilio 3. nu. 26. lib. 2. vbi etiam reſpondet ad id de
hærede ſemel effecto, qui non poſſit deſinere eſſe hę
res, dicens etiam ex actu nullo ex defectu poteſtatis
datur declaratio voluntatis. Quibus accedant, quæ
in ſimili de legato ad vitam, & cum d. taxatiuis di-
ctionibus facto tradit Cęphal. conſilio 158. num. 5.
13 & nu. 39. † Vbi propter huiuſmodi taxatiuas, & li-
mitatas diſpoſitiones id quod eſt perpetuum, ſit tem
porale, & enixa voluntas oſtenditur per tot gemina-
tas taxatiuas ex quibus perſonalitas quędā induci
videtur quam egredi non licet contra mentem di-
ſponentis. Quod etiam comprobatur vltimo loco,
quod teſtator nedum in primo gradu de filiorum
filijs mentionem fecit, ſed etiam in tertio, in quos
tres de agnatione ſubſtituit, & eorum filios, & de-
ſcendentes, quod in ſecundo gradu non fecit. Præ-
terquam quod mandauit dotes filiabus conſtitui, &
Dominam Frāciſcam intra certum tempus nuptui
tradi, & ſic cogitando de matrimonio filiarum, co-
gitaſſe videtur etiam de filijs earum, & nihilomi-
nus eos non commemorauit, ita, quod conſulto præ
termiſiſſe dicatur.

Nec vis aliqua erat facienda in eo, quod de tribus
ſubſtitutis duo ante mortem Dominæ Franciſcæ
obierint, ita quod ſi locus ſit fideicommiſſo, erit pu-
rificatum tantum in tertia parte dicti Remigij.
14 † Nam cum dd. ſubſtituti eſſent vno verborum con
textu compræhenſi, & verbis coniuncti, Doct. in l. re
cōiuncti, de leg. 3. cęterorū portiones p ius accreſcē

I di

di in eundem fuerunt translatæ. Bar.conſ 63.Iaſ.d.
l.re coniuncti.nu.206.

Domini pronunciarunt benè iudicatum per D. primum iudicem ad fauorem Remigij, & hic ceſſare diſpoſitionem dictę l.cum auus,cum reſeruationibus quartarum, & aliarum rerum de quibus in ſententia. Ad id dicendum moti ex proximè deductis fundamentis tanquam probabilioribus,& alijs etiā adductis per dictum Primum Do. Iudicem de conſilio Aſſeſſoris.

Et ex quo agitur de interpretanda mente defuncti, ſi in ea interpretanda ſit errandum, tutiorem
15 † errorem fore arbitrari ſuot inhærere verbis, & ſcripto,& teſtatori imputare ſi apertius voluntatem ſuam non dixerit,vt dicebat Caſtrenſ.in l.ſi plurib. §.ſi eadem,de leg.j.refert & ſequitur Marzar,conſ.7. verſi.& certè ſi errandum, &c.

Et ita per huiuſmodi maſculinitatis rationes taxatiuaſque dictiones, & limitata verba in ſimili facti ſpecie hæc Rota non ſemel iudicauit, vt eſt videre in motiuis de anno 1547. libro 16. cart. 556. & 1555.libro 18.car. 185.& 1561.libro 21.cart.374. & nouiſſime 1580.libro 50.cart. 24. die 6. Iunij in cauſa illorum de Gambaſſis.

Et quoniam cauſa iſta agebatur mediante procuratore Actoris, qui lite pendente mortuus erat,fuit oppoſitum de defectu mandati, & conſequenter nō poſſe quicquā decidi ad fauorem illius iuxta no.per
16 Doct.in l.eius,qui in prouincia,ff ſi cer.peta.†Mandatum enim videbatur morte mandantis expiraſſe. §.item ſi adhuc, inſt. manda.& l. mandatum,C.eod.
17 Ant.Gab.pro concluſ. † de procurato.concluſio.2.
Et vltra terminos primæ cauſæ non ſe extendere ad perſecutionem cauſæ appellationis,quæ dicitur eſſe noua cauſa prout noua iudicis perſona, nouum tribunal,diuerſitas ordinis, & varietas inſtantię demōſtrant. Bal.in l.inuitus,col.ſi. C.de procura.& maximè, quod hæc erat ſecundæ appellationis proſecutio,cum de prima tantum intellexiſſe creditur mandans,iux.l.bones. §.hoc ſermone, de verb.ſign.

Iſta exceptio non fuit attendenda, attenta pleniſſima forma mandati exhibita comprehenſiua facultatis appellandi,& proſequendi.Bald. in l. dominus cauſæ, C.de appell.& res non erat integra, vt ceſſet mandatum morte mandantis, d.§. item ſi adhuc, & d.l.mandatū,a contrario ſenſu,& pro concluſio. Anto.Gabr. de procu.concluſ.3. Nec refert,quod videretur ſaltim expiraſſe mandatum per primam appellationem , quia cum primus appellationis actus non fuerit conſecutus effectum ſecundum intentionem mandantis, intelligitur mandans, & de ſecundo ad conſumationem intentionis effectus intellexiſſe,ita Bal.in d.l.intuitus.in ſi.

S V M M A R I V M.

1 *Aſcribere ſibi non licet notario quicquam in inſtrumento aliorum citra falſi crimen.*
Notario non licet quicquam ſibi aſcribere.
2 *Nec etiam patri.*
3 *Nec fratri.*
4 *Siue de profectitijs, ſiue de aduentitijs bonis agatur.*
5 *Aſcribere non licet ſibi nec ſuis tam in teſtamento in ſcriptis, quam nuncupatiuo.*
6 *Subſcriptio teſtatoris non excuſat aſcribentem ſibi.*
7 *Teſtium depoſitio non excuſat aſcribentem ſibi.*
8 *Filius emancipatus notarius poteſt impunè ſorori, patri, vel fratri aſcribere.*
Emancipatus rectè aſcribit patri, & alijs.
9 *Notarius non aſcribit patri in contractibus.*
10 *Notarius poteſt aſcribere matri.*

A R G V M E N T V M.

De Notario, an, & quando poſſit ſibi vel patri, fratri, ſorori, & matri aſcribere.

D E C I S I O LIII.

HIERONYMVS de Farſis condiderat teſtamentum ſub rogitu N. Tabellionis fratris D. Lucretię cui teſtator legauerat 50.ſcut. quæ ſoluere recuſabat hæres ex eo,quod Tabellio ſorori aſcripſerat contra formam iuris,& ſtatutorum.

Extat enim ſtatutum Florentię,quod nullus notarius Florentinus roget inſtrumenta ſui conſortis ſub pœna, &c.quod eſt conforme ſenatuſconſulto Liboniano de quo Placentin. de varieta. actio.lib.5. tit.18.ad ſenatuſconſul. Libonia.

Huius hæredis deſiderio aſſentire nō potuimus.
1 Quamquam † .n.non ſolum nobis non liceat quicquam citra falſi ſuſpicionem aſcribere,l.2.C.de his, qui ſibi aſcrib. Fely.in c.ſuper,de teſtib. Paſc.conſil.
2 162.nu.5.ſed† et patri eadem ratione aſcribere prohibemur.l.ſi filius,& ibi Barto.&alij.ff ad l.Cornel.
3 de fal.l.diuus,eod.titu.Immo† nec etiam fratri,l.de eo,& ibi glo.& Albert. ff.eo.titu.Odoff.in rub.C.de
4 his,qui ſibi aſcrib.ſiue†de profectitijs ſiue de aduentitijs agat. Bar.in l.impuberem, §.ſi ei,ff.eo.tit.& ita de communi opin.Ioan.de Anan.in c. accedens. col. 4.de crim.fal.Decian.conſi.8.nu.5.lib.2.
5 Et hoc† procedere tam in teſtamento in ſcriptis, quam in nuncupatiuo,dicit Cyn. poſt Dyn.in d.l.2. Bart.in l.j § ex illa,ff.de falſ. Albert.in rub.C.de his, qui ſibi aſcrib, Ioan. And.in addi. ad Spec.de inſtru. editio,§.inſtrumentum, nu.28.litera D.Boſſi.eo.tit. de his, qui ſibi aſcrib.

Etiam ſi teſtatoris generalis adeſſet ſubſcriptio.
6 Hæc enim † a pœna falſi eximeret, nō autem validaret legatum,Bal.conſi.92.in ſi.lib.5.
7 Vel † etiam ſi teſtes ſic actum deponerent. Angel.& alij in l.j.C. de his,qui ſibi aſcrib, Auguſt. ad Angel.de maleſi. verbo falſario,num.35.Niſi tot teſtes adeſſent, qui legatum probarent ſine ſcriptura. Auguſt.ibi.

Nobis tamen non obſtante d. ſtatuto , viſum fuit pro actrice ius dicendum.
8 Nam † quoad ius commune filius, qui a patre eman-

emancipatus eſſet, non vetabatur patri, vel ſorori aſcribere, d. l. impubere, §. j. & l. ſi pater, §. fi. vbi Bar. ff. de faſ. & conſi. 61. Cyn. in l. parentes, 2. q. C. de teſtib. Albert. in d. l. de eo. in fi. vbi in puncto de fratre emãcipato fratri aſcribente.

Non enim ſanguinis neceſſitudo, & vinculum eſt in cauſa, quod pater non poſſit filio aſcribere, ſed patria poteſtas propter reflexum acquiſitionis, quæ ad patrem redit d. l. de eo, & ibi Albert. & alij, & l. impuberem, §. ſi teſtamenta. Vnde in his, quæ patris acquiſitionem fingunt pater aſcribit filio ſine falſi crimine, Bart. in dicta l. impuberem, §. j. Angel. in dicta l. prima, in fi. C. de his, qui ſibi aſcrib. Natta conſi. 470. nu. 3 t.

Et quod ad ſtatutum plura ſunt animaduertenda, quæ huic noſtræ ſententiæ non aduerſantur.

Primo, quod ſtatutum locum habet in contractibus inter viuos, & quod declaratiuè veniat ad ſenatuſconſultum Libonianum, quod etſi prohibitionẽ actus inter viuos contineat, id tamen non verbis, ſed ex ſententia procedebat.

Ad tollendam igitur omnem dubitationem ſtatutum loquitur de contractibus, † in quibus filius
9 patri, vel econtra, non aſcribit, Bero. in conſilio 150. nu. 28 lib. j.

Secundo, quod dicit de inſtrumentis, & ſecũdum communem vſum loquẽdi ad contractus magis, quam ad teſtamenta ſe refert.

Tertio, quia creditur ſtatuentes voluiſſe derogare iure communi in minus, quam fieri poſſit, & ſic, quod coarctarint hanc prohibitionem ad lineam
10 maſculinam. † De matre enim & auo materno non dubitatur, quin filius, & nepos, qui ſit notarius poſſit conficere eorum inſtrumenta, & multo minus dubitandum de vlterioribus affinibus. Albert. dicta l. de eo. nu. 5. & ſtante emancipatione notarij credidimus legatum debere, &c.

S V M M A R I U M.

1 *Motiua ſeu deciſiones Florentiæ ſunt pars ſententiæ cum lex loci mandet motiua dari infra certum tempus, maximè ſi reddunt cauſam contentorum in ſententia.*

2 *Quando non apparet ex qua cauſa ſententia data fuerit ordinariè præſumitur ex ea, quia probatũ non fuerit.*

3 *In feudis prima inueſtitura attenditur cui ex poſterioribus non derogatur ſi aliter loquantur, quam ipſa prima.*

4 *Prima inueſtitura præfertur omni feudorum naturæ, & illa ſola attendi debet.*

5 *Cuiuſque rei regulariter initium ſpectandum eſt, & numero 25.*

6 *Feudum cuius principium, & inueſtitura non inſpiciatur lapſo longo tempore in dubio iudicandum eſt potius eſſe ex pacto, & prouidentia, quam hæreditarium.*

7 *Quando non apparet de conceſſione emphyteuſis Eccleſiaſticæ temporalis præſumitur conceſſio, & non tranſit ad extraneos, ſed tantum ad deſcendentes maſculos, vt in feudo.*

8 *Quando non apparet de natura feudi, an ſit antiquum, vel hæreditarium, & an ex pacto, & prouidentia cognoſcitur, et nota ſit ex confeſſione facta per defunctos, cui hæredes, & ſucceſſores ſtare tenentur.*

9 *Conceſſio facta alicui pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus, dicitur ex pacto, & prouidentia, & non hæreditaria.*

10 *Licet in conceſſione feudi apponatur verbum hæredibus, tamen addendo ex legitimo corpore deſcendentibus declaratur intentio concedentis, vt voluerit verbum illud hæredibus intelligi pro liberis, & ſic hæredibus ſanguinis, vt ordinariè in feudis intelligitur.*

11 *Quotiens ad eſſe alicuius duo requiruntur, non ſufficit, ſi alterum interueniat.*

12 *Feudum an, & quando veniat in reſtitutione fideicommiſſi, & an ſit differentia inter feudum hæreditarium, & ex pacto, & prouidentia, quoad dictam reſtitutionem.*

13 *Ea, quæ non tranſeunt ad extraneum hæredem non veniunt in fideicommiſſo.*

14 *Feuda de ſui natura non tranſeunt ad extraneos hæredes etiam ſi feudum ſit hæreditarium niſi facta ſit conceſſio pro ſe, & hæredibus quibuſcunque.*

15 *Feudum hæreditarium, vt veniat in reſtitutione fideicommiſſi requiritur, quod fideicommiſſarius ſit de illis, qui ſunt habiles ad ſuccedendum in feudo.*

16 *Feudum acceptum pro ſe, & hæredibus, licet hæreditarium dicatur, non tamẽ tranſit ad hæredes extraneos, & ſic non retinet propriam naturam rei hæreditariæ, quia in materia feudali verbum hæredes exponitur, id eſt deſcendentes, quod magis procedit ratione adiuncti ex corpore legitimè deſcendentibus.*

17 *In diſpoſitione generali feuda non continentur appellatione bonorum, niſi nominatim exponantur, attento, quod eorum natura eſt ab alijs ſeparata.*

18 *Si verò apponantur verba hæc vniuerſalia, vel generalia, Omnia & ſingula bona, tunc videtur nominatim dictum de feudis ob dicta verba, quæ exprimunt, & diſtribuunt indiuidualiter.*

19 *Appellatione bonorum licet veniant feuda, attamen opus eſt, vt de feudis nominatim mentio fiat, ad hoc, vt in diſpoſitione generali bonorum veniant feuda, alias talis diſpoſitio non teneat, niſi ſumus in feudo in totum hæreditario, quoniam eo caſu inter bona patrimonialia, & feuda hæreditaria nulla datur differentia.*

20 *In diſpoſitione rerum feudalium, requiritur pro validitate, aſſenſus Regius ſeu alterius domini concedentis.*

21 *Æſtimatio feudi debetur, vt aiunt ex ſecundaria intentione; videlicet, quando diſpoſitio de feudo non valet defectu aſſenſus, naturaq;, tunc clara eſt intentio diſponentis, quod voluerit potius illud haberi ab eo in quem eſt facta diſpoſitio, quam a ſuo hærede, & propterea nimirum ſi hæres excipiat de inualiditate diſpoſitionis ex defectu aſſenſus, condemnatur ad extimationem, ex ſecundaria intentione teſtatoris, qui cenſetur hoc voluiſſe, vt ſubſtitutus habeat feudum, & ſi illud habere nequeat, eius æſtimationem conſequatur.*

22 *In feudo ex pacto, & prouidentia æſtimatio, quo vis modo non debetur, quia cenſetur tunc legaſſe ius, quod habet in eo, & cum finiatur per mortem æſtimatio non debetur, quia ſuccedit loco rei, tunc enim debetur æſti-*

matio, quando res præſtari non poteſt ex natura rei, quę non eſt regulariter in communi commercio, ſecus quando extinguitur ius in re ob defectum iuris legantis.

23 *Prætendens feudum, & non petens infra annum a die factæ inueſtituræ in alium reuocationem dictę conceſſionis neque tacitè neque expreſsè, omne ius ſibi competens amittit.*

24 *Non entis, nullæ ſunt qualitates, & demonſtrationes, & non ens, non cadit in ſenſum, & de non ente non fit ſenſatio.*

25 *Initium cuiuſque rei ſpectandum.*

26 *Licet, qui poſſit feudum alienare, eius tamen naturam mutare non poteſt ſeu, vt dicunt formam, quia nouam formam ponere non ad priuatum, ſed ad principem ſpectat.*

27 *Feudum licet reſpectu acquirentis dicatur nouum, & non attendantur priores conceſſiones, attamen eius forma ſeu natura mutari non poteſt, ſed illa ſeruata alienari poſſit.*

28 *Si in inueſtitura noua etiam prima addatur clauſula iure feudi paterni, auiti, vel antiqui, non obſtante, quod feudum ſit nouum, attamen antiquum reputatur.*

29 *Rex ſi concedat caſtrum poſſidendum iure antiqui feudi, licet ſit nouum, attamen aſſumit qualitates feudi paterni.*

30 *Feudum regulatur ſecundum concedentis voluntatem.*

31 *Verbis expreſſis conceſſionis ſtandum eſt etiam ſi aliæ præſumptiones præponerentur.*

32 *Idem iuris eſt de toto, quoad totum, quod de parte quoad partem.*

33 *Pars feudi ſi ſit antiqua, & altera pariter antiqua reputatur.*

34 *Quando feudum eſt nouum illud prætendens non admittitur niſi ſit de deſcendentibus, ſed reuertitur ad dominum.*

35 *Hodie in Regno Neapolis mulieres per eius conſtitutiones ad feudum admittuntur, & ſoror ſuccedit fratri ſi conceſſio ſit cum dicta clauſula ex corpore legitimę deſcendentibus, dummodo conceſſio facta ſit patri, vel maioribus.*

36 *In dicto regno femina habilitatur in ſucceſſionem feudi, dummodo non adſit maſculus in gradu æqualis, vt cōſtituit Fed ricus Imperator.*

37 *Reus ex non iure actoris abſoluitur etiam quod fateatur ſe prædonem ſeu malæfidei poſſeſſorem, quia ius actoris tantum conſideratur.*

38 *Hæres poteſt venire contra factum defuncti, quando illud eſt inualidum, & factum iure reſiſtente.*

ARGVMENTVM.

De feudis. Et quod non apparente inueſtitura præſumatur potius feudū, ex pacto, & prouidentia, quam hæreditarium.

Conceſſio pro ſe, & hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus dicitur ex pacto, & prouidentia, ob illa verba ex ſuo corpore, &c. addita, & non hæreditarium.

Feudum, an, & quando veniat in reſtitutione ſideicommiſſi.

Bonorum appellatione, an in generali diſpoſitione feuda contineantur, & an ſaltem debeat fieri expreſſa mentio de feudis in dicta generali diſpoſitione, alias de eis non dicatur diſpoſitio.

An, & quando ſideicommiſſarius, qui feudum conſequi non poteſt defectu aſſenſus domini, ſeu aliàs, poſsit petere aſtimationem feudi.

DECISIO LIIII.

In fine noſtri Auditoratus officij præuia appellatione pendebat cauſa feudalis inter M. Baccium Ginorū ex vna, et M. D. Capitaneum Franciſcum Medices, & Dominam Conſtātiam eius vxorem partibus ex altera, in qua etſi non potuimus pronūciare, placuit tamen motiua D. Primi iudicis hic inſerere, quia materia feudalis hic eſt de raro cōtingētibus, & egregiè per Excellētiſsimum D. Primū Iudicem D. Octauium Purum Magonium doctrina, & integritate celebrem abſoluta fuit.

IN cauſa magnifici Bacci de Ginoris, mota contra Mag. Dominum Capitaneum Franciſcum Medices, & D. Conſtantiam eius vxorem, ſuper feodo dato inſolutum quondam D. Ioanni de Ginoris per Thomam Cambium, vigore fideicommiſſi in teſtamēto d. q. D. Ioannis iniuncti. In qua Do. Iudex a quo abſoluit conuentos a petitis, ob non factas probationes præſupponens inſtrumenta, & documenta producta non eſſe in forma probante, reſeruatis iuribus actori, q̃ood in idem cadit, qđ ab obſeruatione
1 iudicij, vt apertè in ſuis motiuis declarauit, † quæ

Flo-

Florentiæ ſunt pars ſententiæ ſtante lege, quod dari debeant, vt inquit Soz.iun.conſi. 181. nu.79.vol. 2. maximè quando motiua reddunt cauſam contentorum in ſententia, vt inquit Boer.deciſ.172.num. 15.& Roma.conſi.45. in princ. Vltra quod ordinariè, quando non apparet ex qua cauſa ſententia la-
2 ta fuerit, † præſumitur ex ea cauſa, quia probatum non fuit, l. ſi quis ad exhibendum, ff. de except. rei iud.gl.& Barto.in l. Iulianus, de cond. inde. quos refert Roma.d.conſil.45.num. 2. Bart.in l.fundum.& in l. ſed ſi aliter, de excep. & in l. naturaliter, §.nihil commune, de acquiren. poſſeſſ.Soz.conſi.94.nu.6. prop.fi.vol.3.

Nos meritis cauſæ viſis, diſcuſſis, & bene conſideratis, & inſtrumentis pro veris, & validis præſuppoſitis fuimus voti, conuentos abſoluendos eſſe a petitis prout abſoluimus.

Petebat enim Dominus Baccius Ginotus feudũ de quo agitur, ſibi reſtitui vt fideicommiſſarius Domini Ioannis Ginori dictum feudum acquirentis, vel ſaltem ſibi reſtitui pretium eiuſdem habito reſpectu ad æſtimationem ipſorum bonorum feudalium ad tempus, quo ſe valuit de dictis annuis redditibus feudalibus, & quidem ad cognoſcendum de iure dicti actoris, neceſſe fuit perquirere naturam ipſius feudi, vt inde cognoſcatur, an cadat in reſti-
3 tutione fideicommiſſi, vel ne, & dubio † procul prima inueſtitura attendi debet cui ex poſterioribus non derogatur, quæ alias loquuntur quam ipſa prima, vt inquit Bald.in capit. primo, §.fi. vet. quæro, quis dicatur Caſtaldus, de feud. guard. Caſtr.conſi.
4 176.num.j. & 3.vol.j. in nouis. † Vbi quod prima inueſtitura præfertur omni feudorum naturæ, & illa ſola attendi debet, Aluar. in conſi.j. poſt eius lecturam feudorum Card. Zabar.conſi.92.poſt num. j.verſi. nec etiam noua inueſtitura, & facit Bal.in l. j.C.quando non peten.par. Vbi dicit, quod attenditur prima radix, & fundamentum, & non curatur quo tramite feudum deſcenderet, ſed quid ſit principium, & in pluribus alijs locis relatis per Dec.cõſilio 184.poſt num.3. verſi.non obſtat, quod in alia poſteriori, idem conſil.193. col.3. & Pariſ.conſilio 17. col 3. vbi plures citat volumine j. Prout & regu-
5 lariter † cuiuſque rei initium ſpectandum eſſe inquiunt. l.ſi procuratorem, ff.mandati. Sozi.conſ.151. num.15.vol.j. Dec.conſi.381.col. fi.latè Roland.cõſilio 23.nu.2.vol.j.

Vnde recurrere debemus ad conceſſionem, & inueſtituram factam Illuſtriſſimo Domino Marchioni del Vaſto a Carolo V. Imperatore Auguſto, qui Marchio fuit primus feudatarius horum, & aliorũ plurium introituum, & adhuc eius deſcendẽtes remanent. Verum cum dictam inueſtituram non inſpexerimus, niſi per relationem ſequentium inueſtituratum, recurrẽdum eſt ad cõiecturas, & præſum-
6 ptiones legitimas. † Propterea in dubio dicimus feudum potius ex pacto, & prouidentia iudicari, quam hæreditarium, lapſo longo tempore, prout in caſu iſto annorum 50. & vltra, prout tenet Iſern. ſummus feudiſta in c.j. poſt nu.6. ver. alij voluerũt, an agna. vel filij, vbi etiam Afflict. poſt num.10. latiſſimè, proſequitur & docet quomodo dictũ Iſern. intelligatur, & melius etiam in cap.j.num.62.cum ſequ. ex quibus cauſis feud.amitt. faciunt trad. per Bald.in l.j. in addit. poſt num.3.& 4.ff.de rer.diuiſ. & num.24.& in l.fi.in princ.C.de lib.ca. Papien.in for. lib. quo agitur ad reuocationem feudi. in 7.diuiſ.num.8.verſ. At nomine recti. Gozad.conſ.4.nu. 26. Rebuff.in declarat. feud.in 7.diuiſ.numero 15. Ang.in l.2.C. de iur.emph & in l.j. ſi ager vectig.
7 vel emphy.pet. † vbi dicit, quod quando non apparet de conceſſione emphyteuſis, & ſit Eccleſia, præſumitur temporalis, & non tranſit niſi ad deſcendentes maſculos, & non extraneos, prout in feudo Dec.conſi.78 poſt num.4. verſ.& vlterius hoc idem probatur, & num.5. & conſil. 184.num.3. ita etiam reſidet in conſ.395 nu. 6 Rub. ſibi contrarius conſ. 84.& 85. 110.164.in 3.dubio. Gozad.conſil. 26.nu. 30.Pariſ.conſi.10.nu.7.vol.j. Sozi.iun.conſ.72.nu. 27.28.vol.j.Iaſ.conſi.118.num.3.vol.4. Brun.conſ. 24.num.3. Bello.conſi.33.num.2.vbi dicit opinionem Dec. communem, Crau.conſi.197.num.2.3 4. Iaſ.in l.Gallus, §.etiam ſi a parẽte. ſub nu.22.de lib. & poſth.Bero.conſil.68 nu.72.73.vol.j.& conſil.ſequen.Rol.conſi.67.ſibi contrarius, nu.20 & ſequẽ. vol.j.Grat. ſibi contrarius conſilio 91.nu. 26.vol.j. Zaſi de feu.par.8.numero 62. Marſ.ſing.160. Alba. conſi.78 num.17. & hanc opinionem tuetur nouiſſimè Menoch.conſil.j.poſt num. 309. vbi plures congerit, verſi. cæterum dubitationem non medio-crem, & apertius conſi 61.nu.9. citans, & antiquos feudiſtas, & modernos. Tandem hanc firmat Pinel. optimis rationibus, & auctoritatibus, in l.j.part.3. num 91. C.de bon.mater. Vnde quicquid aliqui tenuerint ab hac opinione tanquam magis communi, & magis fauente iuri ſanguinis recedendum nõ eſt in iudicando, & conſulendo.

A qua ſi recedere vellemus ob aucto. Alexand. Ruyn. Curt. Sozin. & aliorum patrum, qui hæreditarium in dubio eſſe tenuerunt, & ſi minus vere, rationibus per Pinell. inductis: attamen in caſu iſto nos non poſſe clari iuris eſt, ex eo, quia & Illuſtriſſimus Marchio primus inueſtitus faſſus eſt ſibi conceſſum fuiſſe pro ſe, & hæredibus ex corpore legitime deſcendentibus dum partem dicti feudi diſtraxit Thom. Cambio, & pariter Thomas, quando inſolutum dedit dictam partem ſibi venditam Do. Ioan. Ginoto, & inueſtituræ conceſſæ, ſiue aſſenſus Regij tam in vẽditione facta Thomæ, quã in adiudicatione facta dicto Domino Ioan. quam etiam poſtea in confirmatione facta Odoardoq; Ioannis filio, & demum in conceſſione, & inueſtitura nouiſſimè facta Magnificæ Dominæ Conſtan-
8 tiæ Domini Ioannis filiæ, & Odoardi ſorori, † & quotieſcunque non apparet de natura feudi, an ſit antiquum, vel hæreditarium, & an ex pacto, & prouidentia datũ ſit, cognoſcitur ex confeſſione facta per defunctos, cui hæredes, & ſucceſſores ſtare tenentur, vt inquit Pinell.in l prima.part.3.nu. 81. in quarta ampliat. vbi plures citat, tenentes habere locum etiam in hærede hæredis; & in feudalibus ad quem remittere ſat ſit, & etiam Rolan.

conſi 90.num. 36.37.vol.4. vnde cum res clara red
datur per proprias confeſſiones, & inueſtituras,
non eſt ab eis recedendum. l. non aliter, de leg. 3.
9 Quod autem † talis conceſſio facta pro ſe & hæ-
redibus ex corpore legitime deſcendentibus dica-
tur ex pacto, et prouidentia, tenuit Rain. de Forliu.
in ſua quæſt. incip. Quidam habebat duos filios re-
latus & ſequutus per Bal. in l. Caius num. 4. verſi.
Rain. de Forliuio ff. ſol. mat. & in l. cum virum. nu.
2. C. de fideicom. & in l. gallus. §. etiam vbi Iaſ. nu.
20. 21. 22. & ibi alij de lib. & poſth. & in l. liberti li-
berteq; nu. 43. C. de oper. lib. Iſern. in cap. 1. §. hoc
quoque poſt nume. 7. de ſucceſ. feud. Fulgoſ. conſi.
228. num. 2. Alexand. conſi 105. nu. 1. vol. 2. & in l.
quod dicitur, de verb. oblig. conſ. 138. vol. 6. Deci.
conſi. 18 num. 3. & verſi. 8. infertur. & nu. 5. 38. nu.
6. conſ. 184. num. 3. 195. num. 6. 7 445. nu. 8. 516.
num. 10. late Sozi. Iun. conſi. 72. nu. 27. vol. 1. 112.
nu. 9. 14. vol 2 42 nu 6. vol. 3. Ruyn. conſi. 122.
col. 1. vol. 1 Pariſ. conſi. 10. nu. 7. vol. 1. 50. num. 10.
conſ. 31. nu. 47. vol. 2 conſ. 25. nu. 21. 56. nume. 13.
24. 65. nu. 16. 17. vol. 3. Affl. in prælud. feud. nume.
166. 170. & in c. 1. nume. 11. 13. an agnatus, & in
cap. 1. §. præterea ducatus. de proh. feud. alien. per
Feder. & lib. 3. conſtit. Rubr. 23. num. 74. 75. & in
ca. 1. nu. 2. de eo, qui ſibi vel hæred. ſuis. Crau. conſ.
38. num. 5. 197. nume. 2. 3. & communem teſtatur
Gozad conſi. 16. nu. 30. Bello. adducens Curt. Iun.
Brun. & alios, conſi. 33. num. 2. Rol. tract. de inuen
tarin §. 8. cap. nunquid hæres, qui cum cautela in-
uentarij, num. 19 par. 3. vbi plures cumulat, quia
10 licet appoſitum ſit verbum † hæredibus, tamen per
ſequentia uerba ex legitimo corpore deſcendenti-
bus quæ declaratiue & expoſitiue fuerunt appoſi-
ta, declaratur intentio concedentis, ut noluerit
uerbum hæredibus intelligi pro liberis, & ſic hære
dibus ſanguinis, ut ordinarie intelligitur, in feu-
dis, ut declarat Clar. §. de feudis quæſt 9. uer. nunc
proſequendo, & Deci. conſi. 184. nu. 3. ut magis fa-
ueatur deſcendentibus ex ratione text. in l. 1. §. lar-
gius de ſucceſ. edi. ibi in honorem ſanguinis, & ex
ſubiecta materia, quæ propter poſteros, non extra-
neos admittit.

Nimirum ergo ſi hæredis nomen tunc non ad
hæreditatis aditionem, ſed ad rationem ſanguinis
refertur, ut perbelle conſiderat Pinell. in l 1. par. 3.
nu. 91. C. de bo. mat. ubi alias facit conſiderationes
uiſu & conſideratione dignis, ad cognoſcendum e-
tiam in dubio conceſſionem factam dici ex pacto
& prouidentia, non autem hæreditarium.

Hanc eandem opinionem, ut ex pacto & proui-
dentia dicatur, firmat Rol. conſi. 67. nu. 31. 32. uo-
lu. 1. Rub. conſi. 85. num. 4. & 5. conſi 164. nu. 12.
Couarru. uaria. reſolut. lib. 2 cap. 18. nu. 4. uerſ. 4.
præmiſſis, & uerſ 5. deducitur, & uerſ. 6. tunc infer
tur, ubi redarguit Rub. in conſi. 18. num. 3. repræ-
hendentem Dec. & uerſi. 8. infertur, & nu. 5. Zaſi.
de feud. par 8. num. 61. Brun. conſi. 14 num. 3. Iaſ.
in prælud. feud nu. 118. Bero. conſi. 68. nu. 72. 73.
& conſ. ſeq num. 20. uol. 1. idem uelle uidetur Rip.
in l. in quartam, num. 181. ad l. falcid. loquendo de
feudo hæreditario ſecundum quod vt pro ſe & hæ-
redibus maſculis vult intelligi de liberis hæredibus
ſecundum naturam feudi vt ſolum transeat ad libe
ros hæredes ſecundum Bal. in l. cũ virum col. fi. C.
de fideicom. Maria. Freccia de feud. lib. 3. quæſt. 33.
Thom. Mari. vt ſit ex pacto & prouidentia de iure
communi, tenet in tract. de feud. De feudo hære-
ditario. tit. 5. num. 27. licet velit, nu. ſeq. ſecundum
11 aliquos eſſe hæreditarium ea ratione † quia quo-
ties ad eſſe alicuius duo requiruntur, hoc eſt, vt ſit
hæres, & ex corpore deſcendens, non ſufficit ſi alte-
rum interueniat, ideoque oportebit ſucceſſorem eſ
ſe, & de deſcendentibus, & hæredem. plures conge-
rit Menoch. in conſ. 104. in prin. licet ipſe videatur
ibi ſentire cõtrarium, ſed alijs fundamentis in hoc
non cõmemorans. Nouiſſime Cannetius in feudis
peritiſſi. ſuper extrauagante Volentes Regni Sici-
liæ. §. 17. ver. ſed quid ſi fuerit addictum a nu. 4. vſ-
que ad fi. plurimis rationibus et auctoritatibus hãc
opinionem tuendo, & roborando, quod etiam vult
tes. ipſe in cap. 1. §. ſi clientulus de alien. feud. ibi ſi
ſine legitimo hærede maſculo deceſſerit, quę uerba
importare potius hæredem ſanguinis quam bono
rum velimus nolimus, fatendum eſt. Et idem ap-
probat Ange. Piſanell. in ſuo conſi. impreſſo poſt
interpretationem Cannetij nu. 6. vbi tenet non ex
tendi ad tranſuerſales, & Io. Ant. Villanus conſil.
inde ſequenti nu. 27. Ex quibus ſic congeſtis & ſi
plures contrarium teneant hanc magis eſſe com-
munem opinionem et melioribus rationibus fulci
tam euidenter apparet.

Quibus ſic firmis ſequitur veriſſima concluſio,
12 † vt non veniat in reſtitutione fideicommiſſi, vt fir
mauit Din. in l. ſi patroni in princ. vbi et Barto. ad
Trebell. Bald. in l. cum virum nu. 21. 22. 23. C. de
fideicõ. qui indiſtincte loquuntur, et qd magis eſt
ſi non ſit hæreditarium, ſed ex pacto & prouiden-
tia, & prætendens feudum non ſit de deſcendenti-
bus capacibus ad ſucceſſionẽ feudi, ut in caſu iſto,
vt infra oſtendemus, ita Ange. in d. l. ſi patroni nu.
1. ubi late Alex. a nu. 9. uſque ad 14. & ibi Imo. nu.
1. in fi. eum tranſeat ſimpliciter cum Bar. eum refe
rendo, & melius Caſtr. ibi nu. 3. & ante hos omnes
Goffred poſt. nu. 2. uer. item pone exemplum Iac.
de Are. ibidem, ſequitur Curt. Iun. tract. de feud.
par. 4. dubit. 1. & uidetur de mente Alex. conſil. 55.
num. 1. uol. 4. & melius conſi. 19. num. 9. conſi. 19.
num. 7. uol. 5. facit doct. Fran. Aret. in cap. ſignifica
uit, num. 3. de teſti. ubi loquendo de iure patrona-
tus firmat quod licet tranſeat ad extraneos hære-
des, non tamen uenit in reſtitutione fideicommiſ-
ſi. per doctr. Barto. & Imo. in dicta l. ſi patroni. ad
Trebell. & latiſſime ac dilucide, ita vt omnem pę
nitius remoueat difficultatem, firmat, & multis cõ
probat rationibus, Sozin. Iuo. conſil. 72. a nume.
12. uſque ad fin. conſil. uolum. 2. & Deci. conſil.
395. a nume. ſexto uſque ad fin. cum infinitis ſimi-
13 libus. Et rationem reddere uidentur. † Quia ea
quæ non tranſeunt ad extraneum hæredem, non
ueniunt in fideicommiſſo, l. qui liberis. §. hæc ver-
ba, de vulga. & pupill. Alexand. conſi. 19. num. 9.
vol.

14 vol.5.† & feuda de ſui natura non tranſeunt ad hæ-
redes extraneos, c.j. §. & ſi clientulus, de alien. feud.
etiam ſi feudum ſit hæreditarium, vt docet Roland.
conſi.60. nu.49. vol.j. niſi facta ſit conceſſio pro ſe,
& hæredibus quibuſcunque, vt docet Rol. conſil.j.
nu.45. & ſeq. & conſi.10. nu.18. vol.3.

15 Namque, † vt feudum hæreditarium veniat in
reſtitutione fideicommiſſi, requiritur, quod fideicõ
miſſarius ſit de illis, qui ſunt habiles ad ſuccedendũ
in feudo, vt inquit Alexand. conſilio 19. numero 9.
22. vol.5. Vnde ſtante conceſſione pro ſe, & deſcen-
dentibus ex corpore legitime procreatis, non poteſt
dictum feudum, & ſi hæreditarium eſſet, prout non
eſt, tranſire in Dominum Baccium actorem tanquã
extraneum, vt firmat Alexand. conſilio 29. num.7.
8. vol.5. & nu.15. Et hanc eandem opinionem, quod
veniat in reſtitutione fideicommiſſi niſi verba in-
ueſtituræ ſint talia, quæ comprehendant quomodu
cunque hæredem etiam extraneum, firmat Canet.
in d. extrauag. volentes. §. 46. incip. At non erit inu-
tile, nu 70. quod videtur comprobare Ioã. Baptiſta
Viucemola in conſi.j. num. 87.88. inter conſi. feud.
16 diuerſ. vbi firmat plures adducens, † quod feudum
acceptum pro ſe, & hæredibus licet hæreditarium
dicatur non tamen tranſit ad hæredes extraneos, &
ſic non retinet propriam naturam rei hæreditariæ,
quia in materia feudali verbum hęredes exponitur,
idest deſcendentes, vt omnes vnanimes volunt. Qđ
magis procedere ratione adiuncti ex corpore legi-
time deſcendentibus, tenet Sozin. Iun. conſi.42. nu.
5.6.7. vol.3.

Ex quibus omnibus dilucidè patet non poſſe Do
minum Baccium virtute dicti fideicommiſſi aſpira
re ad dictum feudum.

Qui Dominus Baccius vltra prædicta circa di-
ctum feudum incaſſum laborat, cum nec in dicto
fideicommiſſo contineatur, attento. quod de eo nul
la facta eſt mentio, vt requiritur, ſed ſolum dixit te-
17 ſtator, in omnibus alijs bonis iuribus, &c. † & bo-
norum appellatione in diſpoſitione generali feuda
non continentur. tex. eſt in puncto, in cap.j. §. ſi vaſ-
ſallus in fi ſi de feud. defun. cont. ſit inter dominũ,
& agnat. vbi expreſsè habetur, in generali alienatio
ne vaſſalli non continetur feudum, niſi nominatim
dictum ſit, & in capitulo, primo, poſt princ. de cap.
qui cur. vend. quia eorum natura ab alijs eſt ſepara
ta, vt tenet Bald. poſt Iaco. de Ardizo. in conſi.207.
col.j. vol.2. Cardin; Alexan. & alij in capit j. in fi. de
inueſt. de re ali. fac. Signor. conſilio 218. Dec. conſi
lio 139. an & quando fœmi. in fi Alexan. conſilio 2.
in princ. infinitos congerens, vol.4. Pariſ. conſilio 7.
num.3. vol.j. 72. nom.62. eo. vol. idem Alex. conſilio
19. num.4. & ibi adden. & conſilio 168. col.2. vol.2.
conſi.19. num.8. vol.5. Guid. Pap. conſi.215. & 218.
col. pen. latè Rol. conſi.23. nu.8. & ſeq. vol.4. vbi plu
rimos congerit, etiam magis communem aſſerit, &
in tract. de luct. dot. quæſt.54. numero 8. & ſequen.
Curt. Iun. conſil.30. num.12. ante fact. l. obligatio-
ne generali de pignor. & l. quod in rerum, §. primo,
& ibi Docto. de leg.j. Crau. conſilio 10. num.13 Ca-
ther. deci.85. num.18. Marzar. de fideicom. quæſt.4.
Gozad. conſilio 26 num.51. verſi. præterea. Boſſ. de
Principe, num.311. Afflict. deciſ.14. num 9. Anch-
iun. lib 3. quæſt.5. nu.13.14.15. Clar. in §. feudum.
quæſt.31. ver. in propoſiti. Menoch. de arbitr. lib.j.
quæſt.54. num.50 Nouiſſimè Cannet in extrauag.
volentes, §.5. numero 28. vbi firmat hanc concluſio
18 nem † niſi apponantur verba hæc, videlicet omnia,
& ſingula bona, quia tunc videtur nominatim di-
ctum de feudis ob dictionem illam, ſingula, quæ
exprimit, & diſtribuit indiuidualiter, vt firmat Ol-
19 dra. conſilio 300. vol.2. vbi ſubdit, † quod licet ap-
pellatione bonorum ſecundum aliquos, quos alle-
gat veniant feuda, & ipſe hoc pro conſtanti teneat.
Attamen dicit, quod tex. in cap j. §. in generali. ſi de
feud fue. contr. inter dom. & agn. non decidit ſub
hac ratione, quod appellatione bonorum non ve-
niant feuda ſed quia oportet de feudis nominatim
mentionem fieri, quod eſt veriſſimum, quia eſto,
quod appellatione bonorum veniant feuda, atten-
ta ęthimologia huius vocis bona, quæ a beando di-
cuntur, l. bonorum de verb. ſignif. non tamen repu
gnant inſimul, ſed conueniunt, quod niſi de feudo
nominatim fiat mentio, diſpoſitio non teneat, & ita
intelligendi ſunt, qui contrariam opinionem te-
nẽt, vel quod loquantur de feudo in totum hæredi-
tario, quia eo caſu inter bona patrimonialia. & feu-
da hæreditaria nulla datur differentia, vt inquit
Guid Pap. deciſi.59. & deciſi.297. conſilio 18. &
conſilio 176. Chaſſa. in conſuet. Burgun. rub.3. §.5.
ver. in eos. & propterea venit in petitione hęredita-
tis, vt inquit Hern. in cap.j. num.7. de ſucceſſ. feud.
& Docto. omnes in l. ſi patroni, ad Trebel. & ſi ſub
dubio hoc dicamus ſtante regula generali in con-
trarium, de qua ſupra, licet Rolan. in d. conſilio 29.
num.20. vol.3. hanc det reſponſionem. Vnde cum
de feudo in fideicommiſſ. nulla ſit facta mentio, di-
camus neceſſe eſt, & quod ſine actione expetitur, &
quo uis modo d. feudum non veniat in reſtitutione
fideicommiſſi, de quo ſi diſpoſuiſſet, fuiſſet aliter,
quam iura in feudis diſponant, cum vt ſupra dixi-
mus non tranſeant ad extraneum hæredem, & ex
conſequenti nec ad fideicommiſſarium, l. qui libe-
ris, §. hæc verba de vulga. & pupill. l. ſi patroni cum
gloſſ. ad Trebell.

Quod magis eſt in caſu iſto, in quo etiam ſi men
tio ſpecialis feudi facta fuiſſet, ſubſtitutio non va-
20 leret, † quia non interuenit aſſenſus Regius, vt
requiritur cap j. de ſucceſ. feud. cap. imperialem, de
prohib. feud. alienan. per Feder. & de prohib. feud.
ali. per Lothar & in conſtitutione Regni incip. di-
uæ memoriæ, & Dominus Baccius non eſt de com-
præhenſis in inueſtitura qui, & ſi comprehenſus eſ-
ſet, non ſat eſſet, niſi eſſet immediatè ſucceſſurus, vt
aduertit Loffred. conſilio 46 numero 18. quia eo ca
ſu habetur ac ſi eſſet extraneus, & non procedit ſine
aſſenſu (proximiori exiſtente in gradu,) & ſi ſit
in primo gradu, non habebit ex fideicommiſſo, niſi
vt hæres vltimi morientis ſi feudum eſſet hæredita
rium, vt inquit Capic deciſ 97.

Qua cõcluſione veriſſima ſtante, quod non com-
prehendatur introitus iſti feudales in dicto fide cõ-

miſſo vana redditur intentio Domini Bacci præ-
tendentis ſaltem pretium ſeu æſtimationem dicti
feudi, ex eo, quia fideicommiſſum factum eſt ſine
aſſenſu Regio, vt velle videtur Dominus Iulius Cę
ſar Minadons conſultor in cauſa pro dicto Domi-
no Baccio poſt ver. quæ opinio. colum. 2. verſi. quę
opinio, ſequendo doctr. Capic. decif 64. numero 6.
Cur. iun. conſil. 30. & aliorum quos citat. Quoniam
æſtimatio debetur ex ſecundaria intentione (vt ſeu
diſtæ vtuntur) quando diſpoſitio eſt facta de feudo,
& non valet defectu aſſenſus. Namque cum tunc
clara ſit intentio teſtatoris, qui ſpecificè diſpoſuit
de feudo, quòd voluit illud potius haberi ab eo, in
quem eſt facta diſpoſitio, quam a ſuo hærede, non
mirum ſi quando hæres excipit de inualiditate di-
ſpoſitionis ex defectu aſſenſus, condemnatur ad ę-
ſtimationē ex ſecundaria intentione teſtatoris, qui
cenſetur hoc voluiſſe, vt ſubſtitutus habeat feudū,
& ſi illud habere nequeat, eius æſtimationem con-
ſequatur, vt clarius declarat Camerar. in cap. impe-
rialem fol. 26. 27. de proh. feud. alien. per Feder. &
eſt de intentione Curt. iun. conſil. 30. Mari. Frec. de
ſubfeud. lib. 3. tit. de differentijs inter feudum hæ-
reditarium, & feudum ex pacto, & prouidentia, in
12. differentia ſiue quæſt. vbi verſi. quando autem,
22 firmst, † quod in feudo ex pacto, & prouidentia,
quo vis modo non debetur ęſtimatio, quia cenſetur
tunc legaſſe ius, quod habet in feudo, & cum finia-
tur per mortem, æſtimatio minimè debetur, quæ
ſuccederet loco rei, tunc enim debetur æſtimatio,
quando res præſtari non poteſt ex natura rei, quæ
non eſt regulariter in communi comercio, ſecus
quando extinguitur ius in re, ob defectum iuris le-
gantis, vt firmat Bal. conſi. 275. quod pro regula in
princ. vol. 2. allegat, l. Sticho. de vſufr. leg.

At ſecus eſt in caſu iſto in quo non apparet de
primaria intentione teſtatoris, cum nullo modo de
feudo iſto, & eius introitibus diſpoſuerit, vt proin-
de prætendi non poſſit æſtimatio intentione ſecun
daria, quæ ſubrogatur, quando primæua effectum
habere non poteſt defectu ſolemnitatis, non autem
defectu voluntatis. Non poteſt ergo Dominus
Baecins ſe fundsre, quod vbi non adeſt principa-
lis, & primaria diſpoſitio feudi, poſſit prætendi æ-
ſtimatio.

Ex quibus ſic in nitidum redactis arbitramur ſa
tis dilucidè conſtare de non iure dicti Domini Bac-
ci, neque quo ad feudum ipſum, neque quo ad eius
æſtimationem.

Qui, & ſi omnia prædicta non obſtsrent, prout
obſtant, adhuc obtinere non poſſet hac viua ratio-
ne, quia poſt mortem Odoardi Petrus Franciſ. pri-
mus fideicommiſſarius per plures annos vixit, ple-
nam dicti feudi notitiam habens. Deinde Thom.
23 eius filius, poſtea ipſe Dominus Baccius, † & nun-
quam petierunt reuocationem dicti feudi conceſſi
prædictæ Dominæ Coſtantię, neque tacitè, neque
expreſsè, ex quo lapſu anno a die factę inueſtituræ
omne ius eis competens amiſerunt, ita Grammat.
deciſ. 203. poſt numerū 105. per capit. j. §. Titius, ſi
de feud. fuer. controu. vbi Grammat. plures citat,
num. 206. & mult. ſeq procedere in feud. ex pacto,
& prouidentia. Nam quando eſſet facta alienatio
feudi hæreditarij cum conſenſu Regis, & ſic licitè
non poteſt, neque per filios, neque per agnatos re-
uocari prout in caſu iſto, quo per Regiam maieſta-
tem fuit Domina Conſtantia inueſtita, addo, quod
& ſi eſſet hæreditarium, vt Dominus Ginorus præ-
tendit, ius omne amiſiſſet ob præſumptum conſen-
ſum per lapſum anni, ad quem Grammat. ſufficiat
remittere pro concordantibus, & idem firmat Clar.
§. feudum quęſt. 42. verſ. ceu. ſcias tamen, vbi plures
tenentes congerit. Et licet ipſe ignorantiæ clipeo
ſe tueri poſſet, attamen ſcientia authorum ſibi ob-
eſſe debet, quorum eſt hæres vniuerſalis.

Et per præfatam rationem ſeu concluſionem,
quòd non fuerit diſpoſitum de iſto feudo in teſta-
mento, & fideicommiſſo, ceſſant omnia alia, quæ
pro parte Domini Bacci deducebantur, videlicet,
quod iſtud feudum eſſet nouum, quia pecunia pa-
tris emptum, & acquiſitum, quod eſſet alienabile,
24 & ideo ęſtimatio debeatur, † namque non entis
nullæ ſunt qualitates, & demonſtrationes, & non
ęns non cadit in ſenſum, & de non ente non fit ſen-
ſatio, vt inquit Bald. in l. cum mulier, num. 40. ſolu.
matrim. & in l. ſiue apud, C. de tranſact. & in l. ſi in-
ſtituta, C. de inoffic. teſtamen. Vnde ſi non eſt facta
diſpoſitio ipſius feudi, ſiue ſit nouum, ſiue empti-
tium, non poteſt quo vis modo nec qua vis cauſa
prętendi ęſtimatio.

Dicitur ſecundo feudum iſtud non poſſe dici
nouum, ſed antiquum, & per Ioannem Ginorum,
& eius pecunia acquiſitum fuerit. Quoniam di-
ctus Ioannes Ginorus habuit iam formatum, & a
principe conceſſum, non ob pecuniam, & pre-
tium, ſed ob merita, & ſeruitia ſuæ maieſtati ex-
hibita, vt idem Illuſtriſſimus Marchio in aliena-
tione, quam facit aſſerit, & propterea regulari debet
25 iux. d. Principis conceſſionem, † cuiuſque enim rei
initium ſpectandum eſſe inquit Vlpi. I.C. in l. ſi pro
curatorem. ff. mand.

Et quamuis dictus Ioannes fuerit habilitatus
ad portionem dicti feudi in ſolutum accipiēdo, at-
tamen prima inueſtitura attendi debet, vt ſupra di-
26 ximus. † quia licet quis poſſit feudum alienare, nō
poteſt tamen legare, & naturam feudi mutare. fa-
cit capit. primū, §. profecto. de lege Corradi, vbi li-
cet poſſit feudatarius feudum ſcinfeudare, atta-
men non poteſt ſub alia lege dare, quam ipſe ha-
beat, quam legem, formam vocat Petrus conſil. 6.
qui dicit, quòd contrahentes non poſſunt nouam
formam ponere, quia non ſpectat ad priuatum, ſed
ad Principem.

27 Et licet † reſpectu acquirentis poſſit dici nouū,
& non attendantur priores conceſſiones, vt inquit
Alexan. conſilio 28. numero j. 2. volum. 5. Attamen
Alex. non pręſupponit mutationem naturæ feudi,
ſed quod ſeruata prima feudi natura, alienatio fa-
cta eſſet ex permiſſione Principis. At hic ſi iux. in-
tentionem Domini Bacci intelligeretur, natura, &
forma feudi in totum mutata eſſet, quoniam vbi
eſt ex pacto, & prouidentia, & antiquum, efficeretur
mere

mere hæreditarium, & nouum, quod dicendom nõ
eſt ex ſupradictis.

At in caſu iſto ſumus extra omne dubium per
clauſulam appoſitam, eiuſdem feudi natura nõ mu
tata per quam recedi non poteſt a prima inueſtitu-
ra, & ſic remanet feudum antiquum, præſertim cũ
Illuſtriſſimus Dominus Marchio alienando Tho-
mę Cambio, illud concedat cum eiſdem modis con
ditionibus, & pactis quibus ſibi conceſſum fuerat
a Sereniſſ. Imperatore Carolo V. & cum dictis clau
ſulis tranſiuit in d. Thomam, & a Thoma in Ioan-
nem, & a Ioanne in Odoardum, & ab Odoardo in
D. Conſtantiam, adeo quod remanſit iux. ſuam pri-
meuam naturam, & propterea non poſſumus illud,
vt nouum conſiderare, ita videtur terminari per
conſilium Collegij Bonon. inter conſ. Cur. ſen. cõſ.
28 50. volens, † quod ſi in inueſtitura etiam noua, &
prima addatur clauſula iure feudi paterni, auiti, vel
antiqui non obſtante, quod ſit nouum, antiquum
reputatur, idem dicunt Bald. & alij in cap. 1. §. hoc
quoque de ſucceſſ. feud. Clar. §. feudum quæſt. 8.
Dec. conſi. 184. num. 8. facit Alex. conſi. 29. nume.
22. 23. 24. vol. 5. per clauſulam tanquam hactenus
per maiores ſuos tenta, & ibi num. 24. allegando
29 Bal. in cap. 1. de alien. feud. pater. tenet, † quod ſi
Rex concedit Caſtrum poſſidendum iure antiqui
feudi, quod licet ſit nouum, tamen aſſumit qualita
tes feudi paterni, facit idem Alexan. conſi. 30. num.
6. & 7. volum. 1. declarat etiam Rolan. conſi 60. nu.
26. & de magis communi teſtatur ibi nume. 38. &
46. vol. 1. late Cur. iun. de feud. pat. 1. quæſt. 3. nu.
me. 9. vbi infinitos congerit, & nouiſſime Cacher.
30 deciſ. 53. num. 8. 9. † Regulatur enim feudum ſe-
cundum concedentis voluntatem, vt Doct. qui ſu-
pra tradunt, vnde cum cõcedens dixerit, feudi eiuſ-
dem natura non mutata, ſummouetur omnis dubi
tatio, quia in claris non eſt opus coniecturis, l. con-
tinuus. §. cum ita, de verb. oblig. l. non aliter, de leg.
3. & nulla cadit interpretatio etiam ſecundum na
turam actus, quando verba ſunt clara. Ceph. conſ.
31 138. Rolan. conſi. 62. num. 23. volum. 3. † & ver-
bis expreſſis conceſſionis ſtandum eſt, etiam ſi alię
præſumptiones preponderarent, vt inquit Oldra.
conſilio 159. quem refert & ſequitur Crau. conſi.
20. num. 4.

Et idem, quod ex illis clauſulis, vt de antiquo iu
dicari debeat, tenet Curt. ſen. conſi. 50. col. 6. Crot.
in l. re coniuncti, colum. pen. de leg. 3. Dec. conſilio
194. Ruy. conſi. 45. volum. 5. Iaſ. conſi. 136 vol. 4.
Afflict. in puncto de clauſula noſtra, in conſtit. vt
de ſucceſſionibus tit. de ſucceſ. nobil. rubr. 24. nu.
62. vt aſſenſus non dicitur præſtitus in præiudiciũ
iuris tertij, puta filij alienantis.

Eſt enim iſtud feudum pars, & portio eius, quod
Illuſtriſ. Marchioni conceſſum fuit, & propterea ſi
cut illud antiquum reputatur, ita & iſtud reputari
32 debet, † vt idem iuris ſit totius, quo ad totum, qđ
partis, quo ad partem l. quæ de tota. ff. de rei vend.
33 & in indiuiduo, † quod ſi pars feudi ſit antiqua,
& altera pariter antiqua reputetur. tradit Afflic. in
conſtit. de ſucceſ. nobil. rub. 24. relatus, & ſequutus
per Menoch. de arbi. caſu 191. num. 5.

34 Quibus accedat, † quod ſi eſſet nouum, ipſe Do-
minus Baccius non admitteretur, ſed reuerſum eſ-
ſet ad Dominum cap. 1. de benef. fratrum cap. 1. §.
ſi duo fratres. de feud. marchiæ. cap. 1. de fratribus
de nouo benef. inueſt. c. 1. § ſi autem Titij auus. de
ſucceſſ. fratruum, & propterea iure optimo fuiſſet
Domina Conſtantia nouiter inueſtita per Proregẽ,
abſque eo, quod quid per dictum Baccium dici poſ-
ſet.

Quinimo nec frater acquirentis ſuccedit in feu-
do nouo ſtante dicta clauſula, ex ſuo corpore legiti
me deſcendenti, quæ clauſula fuit adiuncta ad cau-
telam, ne fratres acquirentis ſuccederent, cum per
conſtitutionẽ, vt ſucceſſionibus, habilitabantur fra
tres ad ſucceſſionem contra ius commune, vt in-
quit excell. Dominus Scipio Garganus in cauſa cõ
ſultor pro Domino Baccio, ver. ſed & ſi omnia defi-
cerent, non eſt ergo, vnde conqueri poſſit Domi-
nus Baccius ſi principi placuit ipſam Dominã Cõ-
ſtantiam inueſtire de ipſo feudo.

Præſertim cum hodie in regno per eius conſti-
35 tutiones † mulieres ad feudum admittuntur, vt in
quit Io. Bologn. conſi. 5. num. 13. 27. Et per conſti-
tutionem, conſiderantes, ſoror ſuccedit fratri, ſi cõ-
ceſſio cum dicta clauſula ex corpore facta ſit, dum-
modo conceſſio facta ſit patri, vel maioribus, vt in
caſu iſto vt firmat Thom. Mar. de feudis rit. 12. in
prin. poſt num. 6. & per conſtitutionem, in aliqui-
36 bus, fœmina † habilitatur ad ſucceſſionem feudi,
dummodo non adſit maſculus in gradu æquali,
quæ conſtitutio fuit Federici Imperatoris, & facit
Bald. conſi. 353. in fin. & comprobat prædictos Do-
minus Scipio in dicto conſil. ver. ſimilique errore
in ſi.

Quæ omnia, & ſi vera non eſſent, attamen Do-
minus Baccius ex non iure venit excluſus, quoniã
37 † reus abſoluitur ex non iure actoris, etiam quod
reus fateretur ſe prædonem, & male fidei poſſeſſo-
rem, vt inquit Abb. in ca. cum ſuper no. 9. & Deci.
in l. qui accuſare, num. 14. C. de eden. quia vt ibi di
cit, ius actoris tantum conſideratur. l. fi. C. de rei vẽ.
vbi Dec. alios allegat, faciunt Caſtr. & Aret. in l. cũ
ſeruus. C. de ſeru. fugit. & propterea poteſt ſemper
excipi de non iure agentis. Corn conſil. 65. vol. 4.
Menoch. conſi. 101. num. 31. Caſtren. in l. ſi conten-
dat, de fideiuſſ.

Indeque notum ſit non obſtare, quod dicebatur,
quod cum hęc Domina eſſet hęres Domini Odo-
ardi ſui fratris, & ex conſequenti Ioannis patris, cũ
hæres hęredis dicatur teſtatoris hęres, vulgatis
iuribus, tenetur ſeruare factum defuncti. Vnde cũ
teſtator ſubmiſerit d. feudum fideicommiſſo, tene-
tur id ratum habere. l. cum a matre, de rei vendic.

Quoniam abſumpto, ac fundamento huius pro-
poſitionis non ſubſiſtente, totum corruit ędificiũ.
Non conſtat inquam, nec verum eſt, quòd dictum
feudum fideicommiſſo ſubmiſerit, ob non factam
eius ſpecialem, & expreſſam mentionem, vt ſupe-
rius late tractauimus, & propterea non tenetur fa-
ctum aliquod defuncti ſeruare.

De

De quo, & ſi facta eſſet mentio ſpecialis non ob
38 ſtaret, † & hæres contrauenire poſſet, quia factum fuiſſet inualidum, tum quia caret aſſenſu regio, vt ſupeadictum eſt. Tum etiam quia Dominus Baccios non eſt de compræhenſis in inueſtiura, quo caſu venire poteſt contra factum defuncti, præſertim, quia non iure hæreditario, ſed ex mera prouidentia principis illud recognoſcat, reg. eſt in c. non præſtat. de reg. iur. lib. 6 arg. l. 4. §. condemnatum. de re iud. Aret. conſi. 123. num. 7. Grat. conſi. 91. num. 25. vol. 1. Cor. iun. conſ 175. num. 10. Grammat. deciſ. 93. num 8. 9. Soz. conſi. 79. num. 47. vol. 4. Affli. deciſ. 240. num. 8. deciſ. 98. num. 8.

Et propterea cum iure patiente poſſit contrauenire, non tenetur ſeruare, Soz. d. conſi. 79. num. 48. vol 4. & declarat Affl. dicta deciſ. 93. num. 9.

Et quateous diceremus dictum feudum emptitium, quod noo eſt, cum non procedat a Domino feudi, nihilominus Domina Conſtantia ſuccederet ex doctr. Bal. in cap. ſignificauit, num. 11. de reſcript. & in cap. 1. §. decedenti, qui feud. dar. poſſ. Rom. cõſi. 567. Cur. ſenio. conſi 49. Dec. conſ. 139. colum. 2. vnde quoquo ſe Dominus Baccius vertat, incidit in laqueos.

Remanet ſolum difficultas, an dictum feudum, ſiue ſit antiquum, ſiue nouum, ſiue ex pacto, & prouidentia, ſiue hęreditarium, & non compræhenſũ in fideicommiſſo debeat imputari in legitimam, & nunc Dominæ Conſtantię mediante eius fratris pſona, vt inde fideicommiſſarius exgrauetur ab illarum præſtatione ſuper bonis hæreditarijs quem articulum cum inter partes ipſas pendeat, & breuiter decidendus ſit, ex profeſſo dimittendum duximus; latius ſuper eo diſcuſſuri, & partes ob probabilia iuris dubia ab expenſis abſoluimus, vulg. iuribus. Ex quibus ad ita iudicandum, vt ſupra moti fuimus, plura dicturi ſi opus fuerit. Laus Deo, & Virgini &c.

Octauius Puteus Magonius.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia lata in iudicio ſummario, & extraordinario dicitur interlocutoria.*
2 *Inſtantia perempta in ea cauſa iudices deſinunt eſſe iudices, & quicquid ſit coram eis eſt nullum.*
3 *Tot ſunt ſententiæ quot capitula diuerſa, & ſeparata.*
4 *Rubrica continens orationem perfectam pro legem, & ad deciſionem cauſarum, allegari poteſt.*
5 *Appellatio vnius prodeſt alteri in connexis.*
6 *Cautela abundans non nocet.*
7 *Prohibentis conditio melior eſt in re communi.*
8 *Murus diuiſorius, qui ſit & non debet in alium vſum vti, quam quo deſtinatus ſit.*
9 *Appellatio vnius in diuerſis capitulis, & ſeparatis non prodeſt alteri deſerta appellatione res in iudicatum abit.*
10 *Deſertione fingitur retro nihil actum.*
11 *Deſertio appellationis plus nocet, quam pronunciatio male appellatum.*
12 *Res iudicata pro veritate habetur.*
13 *Statuta dicuntur eſſe ſterilia ſicuti mulæ.*
14 *Statuta ſtricte intelligenda.*
15 *Statuta tantum diſponunt quantum loquuntur.*
16 *Statuta debent contraire iure communi minuſquam poſſint: mutatio voluntatis non præſumitur. & nu. 17.*
18 *Diſtincte procedere bonum eſt.*
19 *Non entium nullæ ſunt partes.*
20 *Adhæſio appellationis olim niſi in tertio non dabatur.*
21 *Tertius beneficio alterius appellationis gaudet, quod per ſe habere non poterat.*
22 *Appellatio prima valida attenditur.*
23 *Appellatio prima valida eſt in proſecutione, & deſertione.*
24 *Statutum vltra ius commune ſi aliquid non operatur, non eſt inconueniens.*
25 *Nullitas ſeorſum ab appellatione proponi poteſt.*
26 *Adhærens appellationi efficitur vnus ſpiritus cũ appellante.*
Adhærere, quid ſit.
27 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
28 *Vna via electa ad aliam regreſſus non datur.*
29 *Actus factus ex vna cauſa, qua ſuſtineri non poteſt, non valebit ex alia etiam qua ſuſtineri poterat.*
30 *Quod potui nolui, quod volui adimplere nequiui.*
Adhæſio nil aliud eſt, quam appellatio.
31 *Appellationi ſuperuacua iura non deferunt.*
32 *Sententia contra ſententiam non valet.*
33 *Ex actu impugnato non debet quis commodum reportare.*
34 *Nemo poteſt facere quin leges locum habeant declaratiui.*
35 *Muro diuiſorio, an ſuperedificari poſſit.*
36 *Benefacienti benefacere debemus, & ad antidora obligamur.*
37 *In dubio quis bonus præſumitur.*
38 *Collapſo, & diruto ædificio adhuc remanet ius ædificandi.*
39 *Reficiens non dicitur de nouo facere.*
40 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
41 *Fallit in materia teſtium.*
42 *Teſtes ſpecialiter deponentis, præferuntur generaliter deponentibus.*
43 *Probatio per rei euidentiam cęteris præſtantior eſt.*

A R G V M E N T V M.

De peremptione inſtantia &
De muro diuiſorio, & communi an, & quatenus inuito ſocio in eo ſuper ædificari liceat.
De adhæſione, & quando appellatus gaudet beneficio appellationis appellantis.

DECI.

DECISIO LV.

Iſta deciſio erat imprimenda inter deciſiones Lucanas, vnacum ſequenti deciſione, quæ fuerunt hic errore transportatæ.

IN cauſa N. cum A. pronunciauimus inſtantiam peremptam, partemque, cui perempta erat, in expenſis condemnauimus.

Quia cum iudicium præſentis cauſæ operis noui nunciationis eſſet ſummarium, & extraordinarium quod ex eo apparet, quia non requirit libellum neque alium ordinem iudiciarium, ſed executive in ea proceditur per uiam præcepti, iuxta cap. 135. lib. 2. ſtatutorum, in illis verbis maxime, videlicet ſine libello ſummariè, & nulla iuris aut ſtatutorum, ſollennitate ſeruata, & no. Angel. in conſil. 115. in prin-
1 cip. † Sequitur quod ſententia lata in tali iudicio dicatur interlocutoria, vim habens diffinitiuæ, ut not. dicit Angel. d. conſil. 115. & eum ſequitur Benintend. in deciſ. 79. nu. 7. tradit Fel. in ca. quærenti, nu. 9. extra de offi. deleg.

Quæ quidem interlocutoria habet inſtantiam 30. dierum vtilium ex forma capitulorum Rotæ. 49. ſed facto calculo præſentis cauſæ repertum fuit lapſos fore 22. dies vtiles, & ſic proculdubio inno-
2 tuit inſtantiam fore peremptam. † Qua ſtante peremptione iudices in d. cauſa, iudices eſſe deſinunt, & quicquid coram eis fit, nulliter fit, prout etiam nulla eſſet eorum ſententia perempta inſtantia lata. l. properandum, §. illo, vbi gl. & communiter docto. C. de iud. Natta conſ. 309. nu. 11. Roland. conſi. 51. nu. 5. lib. 1.

Nec obſtat dum dicebatur quod cum vnicum eſſet iudicium, & vnica appellatio, ita etiam vna utrique parti eſſe deberet inſtantiæ peremptio. Quia reſp. duas fuiſſe appellationes ſeparatas, & ſic duo iudicia.

Vnaquæque pars enim appellauit ab illo capitulo agrauante, non a tota cauſa, ſeu tota ſententia, quo caſu non deuoluitur totum, ſed pars tantum-
3 modo, a qua appellatum fuit. † Tot enim ſunt ſententiæ quot capitula diuerſa & ſeparata, & ſententia poteſt in uno confirmari, & in alio retractari. l. quædam mulier. fam. erciſ. l. Cornelia pia, de iur. pat. tradit Fran. in c. ſi duobus nu. 6. & nu. 8. de appella.

Præterea cum ſeparatim ab utraque parte fuerit appellatum, & ſeparatim ſoluta datia, & æſtimatũ intereſſe, ac etiam hinc inde oppoſitum, alterius appellationi non eſſe deferendum, idcirco ſequebatur ſtante etiam præcepto ſeu interdicto ſuper diuerſis capitulis facto, diuerſas, & ſeparatas cauſas fore cenſendas.

Præceptum ſeu interdictum per d. N. obtentum erat huiuſmodi tenoris, videlicet ne A. mutare faceret ſuper muro diuiſorio exiſtenti inter utranque domum N. nunciatoris nouum opus, & A. nunciati, & quod ab inceptis deſiſteret, nec non, quod non auderet appodiare alio muro proprio ipſius nunciantis, & eadem cauſa reaſſumpta, pronunciatũ fuit per D. Iudicem primarum inſtantiarum; qui quoad murum diuiſorium præceptum reuocauit, & quoad murum proprium confirmauit.

Vtraque parte in parte, & partibus appellante nomine tamen d. nunciantis appellatio concepta fuit videlicet; Adhæreo appellationi partis aduerſæ, quatenus appellauit, vel appellabit, & quatenus opus ſit, appello.

Et cauſa iſta ſic in noſtro Rotæ auditorio introducta facto in primis calculo dierum, reperimus pro parte d. nunciantis inſtantiam ſuæ appellationis peremptam, & ita pronunciauimus, vt in alia noſtra deciſione ſubinde promulgata.

Qua peremptione non obſtante quoad appellationem nunciati (obſtante tamen quoad illam nunciantis) cum adhuc ad vlteriora verſaremur in cauſa appellationis D. Helenæ non deſerta, idem nuncians inſtetit, & petijt dictam ſententiam reformari ad ſui fauorem reſpectu muri diuiſorij cuius reſpectu appellauerat, licet non fuerit proſecutus, vt dictum eſt, & ad d. reformationem petendam mouebatur vigore ſtatuti lib. 5. cap. 23. inducendo illud tam in rubro, videlicet, De eo quod appellatio deuoluat totam cauſam ad iudicem ad quem
4 fuit appellatum, † quaſi tamquam continens rubricam, & orationem perfectam allegari poſſit ad deciſionem cauſarum ſecundum Alex. in l. 1. nu. 4. ff. ſi cert. pet. quam in nigro ibi; poſſit tamen perſona appellata vigore appellationis ab aduerſario interpoſitæ a iudice ad quem, petere ſententiam reformari non ſolum in capitulo a qua fuit appellatum, ſed etiam in alijs, & propterea videbatur non obſtante ſua deſertione appellationis ſe poſſe iuuari appellatione aduerſarij, & inde ad ſui fauorem ſententiæ reformationem ſpectare.

5 Comprobat prædicta d. nuncians, † quia etiam de iure communi appellatio vnius prodeſt alteri, & fit communis vtrique parti, licet altera pars non appellet, l. ampliorem. C. de appella.

Et licet id procedere videatur in connexis, & dependentibus a cauſa, a qua appellatur, tamen ex quo ſtatutum idem inducit quod ius commune concedit, vt aliquid operetur, debet etiam in ſeparatis intelligi ad Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra numero 8. C. de iudi.

Nec obſtare ſibi dicebat deſertionem ſuæ appellationis ſeu adhæſionis, quia ex abundanti cautela interpoſuit, tutus etiam prouiſione iuris cõmunis,
6 † quę cautela ſibi nocere nõ debet. l. quod fauore C. de legi. l. legati, §. ſi. ff. de lib. lega.

Iuſtificabatque præterea cauſas petitæ reformationis ex pluribus.

Primo, quia illę murus diuiſorius erat cõmunis pro indiuiſo inter d. partes vt in proceſſu probaba-
7 tur, † & ſic in re communi melior erat ſua conditio prohibentis. l. in re cõi. ff. de ſerui. vrb. prædi. c. in re communi, de reg. iu. in 6. & inuito ſocio ſu-

per

per eo ædificari non poteſt. l. ſed & ſi. ff. eod. de ſer-
uit. vrb. ot ædio.

Secũdo, quia tanquam muros diuiſorios, & priu
8 cipaliter ad diuidendum domos fabricstus, † non
debet ad alium vſum non deſtinatum commutari,
vt late tradit Burſa. conſ. 57. & 58. & notanter Nat-
ta. conſi. 23. lib. j. vbi dicit, quod eo caſu quo quis
vult vti ad vſum non deſtinatum, tunc res commu-
nis non dicitur mea, ſed aliena.

Tertio, quia ad emulationem fieri videbatur, qđ
ſimiliter de iure non permittitur. Bar. & alij in l al-
tius. C. de ſerui. & aqua Corne. conſ. 78. lib. 4.

Quibus tamen non obſtantibus, in petita refor-
matione nunciantem non audiendum exiſtimaui-
mus ex multis.

Primo, quia ex quo ſententia primi iudicis con-
tinebat diuerſa, ac ſeparata capitula videlicet muri
diuiſorij, & muri proprij, quemadmodum, & nos
tanquam diuerſa indictam deſertionis ſententiam
declarauimus, oportebat in tali caſu a ſentiente ſe
grauatum ab ea expreſſe appellare, aut expreſſe ad
hærere appellationi aduerſarij, prout, & bene factũ
fuit a nunciante, alias appellatio vnius in diuerſis
ac ſeparatis capitulis non eſſet communis, nec alte-
ri non appellanti aut non adhærenti prodeſſet, vt
magiſtraliter tradit Phil. Fran. in cap. ſi duobus. de
appel. & hoc videtur etiam de mente d. ſtatuti, vbi
facit differentiam quando appellatur tota cauſa,
vel ab aliquo capitulo, vt in primo caſu totam cau-
ſam deuoluat: in ſecundo vero capitulum illud tan-
tum cum ſuis annexis, & dependentijs.

Vnde ſtante d. appellatione D. Ioſephi, quæ vt di
9 ctum eſt, erat neceſſaria, † & ſucceſſiue ſtante illius
deſertione, illud, quod reformare petebat, iam in
rem iudicatam tranſierat. Bar. in auth. ei qui. C. de
appella. gloſſ. & Anchar. in clem. ſi appellationi, eo.
tit. & ſic non erat vlterius ſuper reformatione in-
ſtandum.

10 Per † deſertionẽ enim fingitur retro nihil actum
in odium deſerentis, ac totum deperditum cenſe-
tur, vt dicit Rebuf. de appella. art. 5. gloſ. 1. nume. 7.
11 & num. 23. † vbi etiam dicit plus nocere deſertio-
nem, quam ſi pronuncietur male appellatum.

12 Res † enim iudicata pro veritate habetur. l. res
iudicata, de reg. iu. Afflict. deciſ. 13. num. 38 ius ad-
uerſarij tollit, litis pendentiam remouet, & finem li
ti imponit. Pariſ. conſi. 30. lib. 1. num. 34. Merito ſtá
te d. re iudicata d. Nunciantem illud idem reforma-
ri petentem, quod iam deciſum erat, non admiſi-
mus, vt firmat Soz. in conſi. 40. num. 5. lib. 2.

Nec obſtat dictum ſtatutum, vt ſupra conſidera-
tum.

13 Quia reſpondetur † ſtatuta eſſe ſtricti iuris, &
ſterilia veluti Mulæ, vt dicebat Rip. in cap. 3. col. 3.
14 num. 2. lib 1. reſponſ. † & ſtricte intelligenda l. quic
quid aſtringendæ, de ver. oblig. l. 1. §. is, qui nauem,
15 de exercito. & † tantum dicuntur diſponere quan-
tum loquuntur. Iaſ. in l. quæ de legato, nume. 17. de
16 legat. 1. † debentque iuri communi aduerſari mi-
nus, quàm poſſint fieri, & propterea licet contraire
quando clare conſtat ſtatuentes voluiſſe a iure com
muni diſcedere, vt not. tradit Alben. conſi. 81. num.
31. Sed in dicto ſtatuto non apparet ſtatuens vo-
luiſſe alterare ius commune, immo potius cum eo
ſe conformare, merito, &c.

Nam in prima parte ſtatutum diſponit, quando
appellatur a tota cauſa, vt tunc totum deuoluat ne
gocium, & appellatio vnius alteri proſit. In ſecunda
vero parte dicit, quod ſi appelletur ab aliquo capi-
tulo ſniæ, tunc deuoluat capitulum dictum cum om
nibus ſuis cauſis in iuſtitiam, & nullitatis, & dicto
caſu pars appellata vigore d. appellationis poſſit re
formationem petere, non ſolum in dicto capitulo a
quo appellatum fuit, ſed etiam in alijs.

Modo velle intelligere illa verba in alijs, quod
teferantur ad diuerſa, & minime connexa, & ad to-
tam cauſam, eſſet redarguere ſtatuentes de ſuper-
flua, importuna, & intempeſtiua diſtinctione appel
lantis a tota ſenteotia, & appellantis ab vno capitu
17 lo, & parte ſententię, † quod non eſt dicendum.
Rui. conſi. 87. num. 7. lib. 1. l. nam ad ea. ff. de cond.
& demon. & ſi ſtatuentes non voluiſſent idem ope-
rari totum, quoad totum, quod partem quoad par-
tem, & ſic diſtinctionem vtiliter adiectam vtique
ſatis fuiſſet dicere, quod appellatio proſit etiã non
appellanti; abſque illa rationabili diſtinctione à ſta-
to facta, quam ſine miſterio non credendum eſt
18 eſſe factam; † propterea, quod diſtinguere ſemper
bonum ſit, & per diſtinctiones congruentes omniũ
cęlorum amaritudines euitantur, & ad propoſitum
diſtinguendi multa vtiliter tradit Sil. nup. in titu.
quomodo ſit iudicandũ, nume. 32. & numero 29.
car. 410.

Verba igitur illa in ſecunda parte ſtatuti appoſi-
ta, intelligenda putamus, in alijs, idest connexis, &
annexis, cauſis d. capituli, alias ſequeretur iuris com
munis correctio ad diſpoſita in d. l. ampliorem, quod
non eſt dicendum.

Et dato, non concesso, quod illa verba indiſtin-
cte, & ad totam cauſam, & ſententiam referantur,
adhuc in caſu iſto nihil operari poſſunt ſtante d. ap-
pellatione deſerta, nam cum in rem iudicatam tran
ſierit, fruſtra de reformatione quæritur, quia nihil
19 reformabile reperitur, & † non entium nullæ ſunt
partes. c. ad diſſoluendũ, de deſponſ. imp. Pariſ. conſ.
25. num. 28 lib. 3. & conſi. 3. lib. 4. num. 1. Vel alter
reſpondendo dici poteſt, non obſtare dictum ſtatu-
tum, nam dato, quod in ſecundo capite corrigat ius
commune dum dicit, quod ſi fuerit appellatum ab
vno capitulo poſſit appellatus virtute talis appel-
lationis petere, quod ſententia reformetur in alijs
capitulis, cùm de iure communi appellatus reſpe-
ctu aliorum capitulorum appellet, adeo quod in
ciuitate Lucenſi appellatus habet duo remedia, al-
terum de iure communi, quod appellet, altera de
iure municipali, vt adhęreat appellationi appellãtis
20 vt ſeruat ſtilus curiæ, & † licet de iure communi in
iſtis terminis adhæſio non detur, ſed quando ter-
tius pro ſuo intereſſe appellationem proſequi deſi-
derat, quo caſu intra 10. dies aduertere debet. Ar-
chid. in cap. vi circa num. 3. de electi. in 6. Soz. conſ.
45. num. 10. lib. 1. Guid. Papæ, de appella. nume. 51.

&

21 & † ſic tertius beneficio alterius. Archid. vbi ſu-
pra. Old. conſi. 290. num. 5. Tamen cum appellatus
habeat duo remedia, videlicet appellationem ab
alijs capitulis, & adhæſionem virtute appellationis
appellantis, & appellauerit, ac adhæſerit, fruſtra di-
citur adhæſiſſe, cum duas fecerit appellationes. &
22 † prima valida attenditur, quæ deuoluit, quo caſu
adhæſio nullius eſt momenti ſecundo loco facta,
quæ non reperit aliquid, quod deuoluere poſſit. Ro
ma. conſi. 11. nume. 4. & ibi addentes. Bal. conſilio
425. num. 1. lib. 3. vbi quando prima appellatio eſt
23 valida, ea ſola † eſt in perſecutione, & deſertione.

Nec obſtat, quod ſtatutum aliquid operari de-
bet vltra ius commune, quia id procedit, quando
clare apparet ſtatuentes ſic velle facere, vt dictum
eſt. Alias non eſt inconueniens, quod ſtatuat idem,
24 † quod ius commune præcipit, vt not. Rolan. de lu
cro dotis, quæſt. 26. in fin. Barba. in cap. conſuluit.
de offi. deleg. Borſat. conſi. 44. nu. 37.

Preterea dictum ſtatutum non poteſt dici in
ſuo caſu Fruſtratorium, quia pinguius prouidet ex-
peditioni cauſarum, & diuerſum quid a iure com-
muni inducet.

Vult enim, quod finita inſtantia appellationis
ſit etiam finita cauſa nullitatis, etiam ſi de nullita-
te in appellatione nihil fuerit dictum, quod de iure
communi non ſeruabatur, ſed aliter diſponebatur,
25 quia nullitas † ſeorſum ab appellatione proponi
poteſt de iure communi, & vſque ad 30. annos ius
de nullitate dicendi durat, vt not. Vanti. de nullita.
in tit. quor. & quib. & in tit. quotiens, & intra quæ
temp. num 8. Contard. in l. 17. limita. num. 8. C. ſi
de mom. poſſeſſio.

Nec refragatur adhęſio appellationi nunciati fa-
26 cta, quaſi adhærens † ſit effectus per adhæſionem
vnus ſpiritus cum appellante, & adhęrere nil aliud
ſit quam ex virtute appellationis alterius conſequi
ſuæ intentionis effectum, vt not. tradit Oldrad. con-
ſil. 90.

Quia vltra iam dicta replicatur de diuerſitate
27 capitulorum, & † propoſitum in mente retentum
nihil operari l. ſi ita legatum. §. 1. de leg. 1. vbi Iaſ.
no. Rip. in l. ſi vnquam, nu. 23. de reuo. dona.

Vnde ſi nuncians inhærere intendebat, non de-
bebat vim facere, & ſe fundare in appellatione pro
ut fecit ſoluendo datium, & illam proſequendo, &
ſibi imputet ſi adhęſionis remedio neglecto ad ap-
pellationis viam conuolauit, quę ſibi parum fœli-
28 citer ſucceſſit, † & ideo ad adheſionis refugium
eidem non datur amplius regreſſus. l. quod in hære-
dem. §. eligere, de trib. actio. not. Deci. in l. nemo ex
29 his §. 1. de regu. iur. † & actus factus ex vna cauſa
quia ſubſtineri non poteſt, non valebit etiam ea alia
qua ſubſtineri poterat, quia voluntas obſtat pote-
30 ſtati, † & militat illud, quod potui nolui, quod volui
adimplere nequiui. Crauet. conſil. 171. num. 17. Ro-
ma conſi. 446 & conſi. 496. & certe ſi nunc adhæſio
eſſet attendenda, vtique nihil aliud eſſet quam ad
appellationem redire, cum adhæſio appellatio ſit.
Old. d. conſi. 291. num. 3.

Et ſi conſideretur in caſu iſto adhæſio tanquam
quid differens in effectu ab appellatione, ſequere-
tur, quod circa idem darentur duæ appellationes,
31 quod fieri minime poteſt. † Iura enim ſuperuacuè
appellationi non deferunt, vt tradit Fran. in cap.
ſi duobus. num. 4. de app. Fely. in c. ſignificauerũt,
nu. 1. de excep.

Et inde daretur quoque occaſio ferendi ſenten-
32 tiam contra ſententiam, † quod pariter fieri ne-
quit ad Craue. conſi. 103. col. 1. lib. 1. l. 3. C. quando
prouo. non eſt neceſ. Bar. & ſcribentes in l. ſi diuer-
ſa C. tranſa. Corne. conſi. 216. lib. 1.

Vltra quod d. nuncians appellationem nuncia-
33 ti totis viribus impugnare nixus eſt, † & ex actu
impugnato per eum commodum reportare nõ de-
bet, cap. ea eo. de reg. iu. in 6. l. Papinianos. §. memi-
niſſe, de teſta. Bellam. deciſ. 554.

Nec obſtat, doctrina Phil. Fran. in cap. directe,
num. 7. de app ea aduerſo allegata, quia loquitur
in terminis longe diuerſis, videlicet, quando cauſa
eſt deuoluta ad alium iudicem per partis appella-
tionẽ cuius beneficio gaudet appellatus, qui alias
per ſe appellare non poterat. Hic autem ſumus in
caſu, quo quiſque poterat principaliter appellare
prout appellauit, & verſamur coram eodem audito
rio, & eiſdẽ iudicibus, qui in materia petitorij, quę
reformari petitur, pronunciarunt ſuper deſertione
appellationis, & ſucceſſiue functi ſunt officio ſuo,
pronunciãdo ſuper dicta deſertione appellationis.

Minus etiam obſtat quod dicebatur ſtatuti bene
ficium, vt ſupra per d. Nunciantem inducti, non eſ-
ſe amiſſum per ſuam appellationem, cum partes
34 non poſſint facere quin † leges locũ habeant. vulg.
l. nemo poteſt, de leg. 1.

Quia illud procedit in his, quę principaliter in-
ducta ſunt iuris publici conſeruandi cauſa, non au
tem ad priuatorum vtilitatem, & commodum vt
eſt appellatio cui renunciari poteſt, vt no. doc. d. l.
nemo poteſt. vt Bart. in l. ius publicum. C. de pac.

Secundo nos principaliter mouit reformationi
petitę non aſſentire, quia murus ille eſt diuiſorius,
& communis, vt partes ipſę fatentur, & teſtes de-
35 ponunt, † & ſic inuito ſocio in eo ſuperędificari
poſſe. l. Sabinus. ff. communi diuid. & no. poſt rela-
tos Burſat. d. conſil. 57. nu. 2.

Et dum ad hoc replicatur, murum iſtum diuiſo-
rium domorum, non debere ad alium vſum non de-
ſtinatum conuerti, & vti diccbamus, ſociorum cõ-
ditionem eſſe debere ęqualem, & ad imparia non
iudicari, & ſicuti placuit dicto nuncianti in dicto
muro ſuperędificare, & ad alium vſum vti, ita &
nunciato ſimiliter facere, & licere non eſt nefas re-
putandum, cum nihil tam naturale ſit, quàm legẽ
pati, quam ipſe fecerit, & quod quiſque iuris in a-
lium ſtatuit, ipſe quoque eodem iure vtatur.

Parum etiam faciebat quod oretenus allegaba-
tur, nũciantem de licentia nunciati ędificaſſe, tum
quia de hoc verbum nullum in proceſſu, tum etiã
quia ſi a vicino ſeruitium recepit, quare in eodem
genere gratitudinis vicino vices retribuere tenuit,
36 & benefacienti benefacere recuſat ? l. ſed & ſi le-
ge. §. conſuluit, de petit. hæred. Aflict. pulchre
de-

deciſ. 307. numero 13.
Et hæc inſeruiunt quoque ad allegatam emula
tionem vltra, quod adhuc non conſtat de genere
ędificij faciendi, ita quod ſuſpicari poſſet de inten-
tione ędificare volentis. Et cum ipſe nuncians ſu-
per dicto muro diuiſorio murum adhibitum eleua
ret relinquendo feneſtras verſus cortile nunciati,
non debet ſeſe melioris cõditionis præſumere quã
37 ſit nunciatus, † cum in dubio quiſque bonus præ-
ſumatur, & dolus abeſſe credatur. l. fluminum. §.
fin. de damn. infe. l. nullus, de regu. iur. Alcia. de præ
ſumptio. reg. 3. præſump. 23. & de communi opin.
Rip. in l. quo minus. nu. 28. de flumi.
Pronunciauimus præterea circa murum ſingu-
larem quem proprium dicebat ipſe nuncians, fore
& eſſe male iudicatum, & bene appellatum.
Quia tam ex inſpectione loci per nos viſitati,
quam ex peritorum teſtium depoſitione (quibus
credendum aſſerit Cepol. in cap. de pariete nu. 4.)
conſtitit murum illum eſſe antiquiſſimum, & con
ſtructum per multum tempus ante conſtructionẽ
domus nunciantis.
In quo quidem muro cum probetur nunciatum
haboiſſe furnum d. muro contiguum et adiacentẽ,
prout & quædam foramina apparentia tignorum
38 immiſſorum oſtendunt, † non eſt dubium adhuc
idem ius adhærendi nunciato competere. l. hæc au
tem iura. in fin. ff. de ſeruit. urb. præ dio. quem text.
ibi Caſtrenſ. appellat bonum, magiſtralem, & prin
cipalem, not. Cepol. de ſerui. ting. immit. verſicu. &
idem dicendum eſt in domo. Facit etiam l. 1. §. ſi
39 quis ædificium, de oper. nou. nuncia. † Vbi reficiens
non dicitur de nouo facere. & not. deciſ. in l. domũ
de reg. iur.
Nec obſtãt allegata per Ruin. conſil. 55. lib 4. vi
delicet quod murus iſte dici deberet proprius nun
ciantis qui ſuper eo exercuit actus poſſeſſorios ędi
ficando, & extollendo.
Quia dicta per Ruin. procederent in ſuo caſu,
quando appareret murum illum factum ab eo qui
ſuperędificabat vel ab eius autore. Sed hic non con
ſtat a quo dictus murus vſque ad dicta ſigna, &
foramina fuerit conſtructus.
Immo potius apparebat, nec ab ipſo nunciante
neque ab eius autore fuiſſe ędificatum, merito ſub
intrat alia eiuſdem Ruin. conſideratio in d. conſil.
55. numero 6. quod ſit communis per ea quæ ibi
allegat.
Nec ob. dum nuncians intendit probaſſe d. mu-
rum ab eius autore factum, ex quo teſtes ab eo in-
ducti dicunt, domum modo poſſeſſam a fundamen
40 tis foiſse conſtructum ab eius autore, † quaſi hæc
indefinita teſtium locutio ęquipolleat vniuerſali,
ac ſi dixiſsent teſtes domum illam ab autore nun-
ciantis fabricatam, ad no. per Couarru. l. 1. cap. 13.
nu. 8. varia. reſolut.
41 Quia † dicebamus in teſtium materia, indefini-
tam non ęquipollere vniuerſali, vt pulchre in ter-
minis de teſtibus tradit Alex. conſ. 110. lib. 1. poteſt
enim dictum teſtis ſic indefinite, deponentis verifi-
cari in vna parte domus, non autem de neceſſita-
te in vniuerſa domo. vt ibi Alex. no. ſequitur De-
ci. in l. contractus quidam nume. 20. de regu. iur.
Ruin. conſil. 64. numero 13. libro 4. & conſil. 12. li-
bro 5.
42 Et ſic † cum teſtes nunciati ſuper dicto muro an
tiquiſſimo, & conſtructo ante confectionem do-
mus nunciantis ſpecifice expreſſim, & ſignanter
ſuper eo de quo agitur deponant, propterea teſti-
bus actoris nunciantis generaliter, ac indefinitè, &
indiſtinctè deponentibus pręferendos duximus, vul
gata regula generi per ſpeciem derogatur. capit. in
præſentia de proba. l. neque natales. ff. eod. & per
Burſat. conſil. 83. nume. 16. Accedentibus maxime
alijs coniecturis inſurgentibus per ipſius rei inſpe-
43 ctionem, & euidentiam † quę qualibet alia proba-
tione præſtantior reputatur, vt late tradit Plo. de in
lit. iur. §. 49. nume. 23.

SVMMARIVM.

1 *Conductor vtens equo conducto vlterius quam cum locatore conuenerit, furti tenetur.*
2 *Id tamen procedit vbi conducens ſit certo contraire voluntati locatoris.*
3 *Contractus a conſuetudine interpretationem recipiunt.*
4 *Iudicis arbitrio reſidet an ſit credendum conductori allegannti ſe credere dominum conſenſurum.*
5 *Mala electio famuli eligenti imputatur.*
6 *Famulorum malorum miniſterio vtens dicitur eſſe in culpa.*
Electi ad particularia negocia quaſi delegati videntur, & periculo eligentis adminiſtrant.
7 *Conductor de ſua, ſuorumque famulorum culpa, non de aliena tenetur.*
8 *Dominus diligenter inquirere debet de qualitate famuli quo vti intendit.*
9 *Famuli hoſpitum quos vetturinos appellant, ſolent reſiſtere violentium conductorum vlterius cum equis trãſeuntium.*
10 *Inculpatum eſſe dicitur, quod conſuetudine approbante factum eſt.*
11 *Equo conducto, & in paſcuis iuxta conſuetudinem dimiſſo quem lupi comedunt, excuſatur dimittens.*
12 *Multum intereſt an famulus cum equo ſit datus perſonæ vel rei.*
13 *Imputatur mala electio eligenti.*

ARGVMENTVM.

De eo qui vtitur equo conducto vltra locum conuentum cum conſenſu tamen famuli locatoris.
Et de famulo cum equo dàto, an rei vel perſonæ ſit datus.

DECI.

DECISIO LVI.

FRANCISCVS hoſpes Lucæ habitator locauit pro certa, ac conſueta mercede Martino de Monte Tignaſo equum vſque ad ciuitatem Piſtoriæ, qui locator tranſmiſit famulum pro reducendo equo. Poſtquam ad Piſtoriæ locum peruentum eſſet, equorum penuria tunc ibidem exiſtente, idem Martinus eundem equum a dicto famulo vſque ad Florentiam reconduxit, qui famulus cum dicto equo inde aufugit.

Et orta controuerſia inter locatorem, & conductorem ſuper ſolutione dicti equi, fuit tandem conductor per Dominum Iudicem a quo, a petitis abſolutus.

Cuius ſententiam in cauſa appellationis ad nos interpoſitæ per d. locatorem confirmantes, diximus bene iudicatum, & male appellatum.

Moti, quia & ſi prima fronte videretur dicendum, conductorem teneri nedum ad damna loca-
1 toris, ſed etiam ad pœnam, † quia vſus fuerit re conducta vlterius, quam cum locatore conuenerit ad not. in l. qui fundum, de cond. furti, & in l. ſi vt certo. § plene, ff. commod. & per Aul. Gelli. noct. attica. lib. 7. cap. 15.

2 Id tamen † procedit, vbi conducens certus ſit ſe animo & voluntati locantis contraire, tunc enim pro furti ſpecie reputatur.

Hic autem conductor iſte allegabat ſe credidiſſe magis gratam rem locatori facturum, quam diſplicere, ſi vltra deſtinatum locum equo vſus eſſet, accedente maxime aſſenſu famuli; ſolent enim iſti famuli tanquam bene informati de voluntate dominorum ad libitum equos relocare, & ſic attenta qualitate equi ſoliti locari, & natura hoſpitum, qui contriſtantur, quando eorum equi in ſtabulis ocioſi permanent, propter quod locator dici poteſt probabiliter exiſtimaſſe dominum equi ratum id habi-
3 turum, † vt docet cauponarum conſuetudo interpretatiua huiuſmodi contractuum. l. quid ſi nolit. §. qui aſſidua, ff. de ędil. edi. & per Iaſ. in l. certi condictio §. ſi nummos, ſi cert. pet. Roncagal. in l. nemo, num. 27. & ſeq. de duobus reis, late Ant. Gab. lib. 6. de conſuetu. concluſ. 1.

4 Quæ omnia † per D. Iudicantem (cuius arbitrio hoc reſidet) recte intuenda ſunt ex mente Barto. Ang. & aliorum, quos refert Menoc. de arbit. iudi. lib. 1. cent. 3. caſu 298.

Vnde ſi poſtea furto ſit equus a famulo ſubtractus, non eſt in culpa tranſitus vltra locum conuentum, ſed vitium, & praua qualitas famuli, qui idem erat facturus etiam ſi conductor vlterius non fuiſ-
5 ſet progreſſus, vt patet ad ſenſum, † & ſic mala de famulo locatoris electio in culpa eſt. l. cum plures. §. ſeruum, ff. loca. cum concord. per gloſſ. in l. nam & Seruius, la prima, § ſi. ff. de nego. geſt. in verbo elege-
6 ris, † ſibique imputare debet, qui malorum miniſtrorum opera vtitur. l. 1. ff. de furt. aduerſ. naut. electi enim ad quædam particularia negocia, quaſi delegati videntur, ſecundum Ruin. conſi. 62. num. 1. lib. 5. & tanquam ſubſtituti miniſtri periculo eius, qui poſuit, adminiſtrant, vt idem Ruin. dicit in cõſ. 161. num. 1. lib. 4.

7 Conductor † enim de ſua; ſuorumque famulorum tantum culpa, non autem de aliena, tenetur, vt tradit Rolan. in conſi 95. num. 4. lib.

8 Locator † autem cuncta diligenter perquirere debebat de moribus, & qualitatibus famuli, ne ſibi imputandum foret ſi non cogitarit, quod de facili euenire poſſet ad Craue. conſi. 97. nu. 4. & 170. nu. 11.

Accedebat etiam pro conductore conſuetudo probata, quod conductores impune vltra locum primo deſtinatum reconducta vtuntur concurrente placito, & conſenſu d. famulorum pro deducendis equis tranſmiſſorum, qui tacitum mandatum a Domino ad protogandum habere cenſentur, quia ipſis famulis inuitis vix vtuntur.

9 Solent enim † iſti violentiæ reſiſtendo acclamare, & cęlum terrę miſcere, vt no. Luc. de Pen. in l. nō per diuerſas, colum. 1. C. de exac. tribut. lib. 12 & ſic
10 † inculpatum eſſe dicendum eſt, quod conſuetudine approbante factum eſt d. § qui aſſidua. Dominoque locatori imputandum, qui malos cuſtodes appoſuit ſecundum Bal. in l. ex diui. C. loca.

11 Cui proximum eſt, † quod de equo in paſcuis dimiſſo iuxta conſuetudinem dicitur, quem ſi lupi comedent, dimittens excuſatur teſte Pileo gloſſatore antiquo in quæſtio. 91. Bonacurſius. tradit Fran. Mar. in deciſ 887. num. 6.

Et in terminis propoſitę quęſtionis videbatur eſ-
12 ſe deciſio Bal. in d. l. ex diui. C. loca. † vbi de tranſmiſſo famulo cum equo locato ſcholari diſtinguit, an famulus ſit datus perſonæ, & tunc conductor teneatur: ſi vero ſit datus rei, & pro re ipſa locata reducenda, vt hic, & tunc locatoris damno cedat, quia per appoſitionem cuſtodis in ſe ſuſcepiſſe pe-
13 riculum videtur, & ſic † ſibi imputet, qui minus fidos elegerit, vt ibi per Bal. & plene per Franc. Mar. in deciſ. 524. contra male eligentes inticulata, per totum omnino videnda.

SVMMARIVM.

1 *Notario pro abſente ſtipulante ius, & actio quæritur abſenti etiam ante ratificationem.*

Stipulatio pro abſente a notario facta, abſenti ius quæris etiam ante ratificationem.

Abſenti mediate notario pro eo ſtipulanti ius quæritur.

2 *Notarii verba dicuntur eſſe verba partis: verba notarij ſunt verba partis.*

3 *Fideiuſſionis datio loco ſolutionis, & ſatisfactionis eſt.*

4 *Superfluitas vitanda eſt.*

5 *Verba ſemper debent aliquid operari.*

6 *Dictio, non ſolum, augmentatiua eſt.*

Verba non ſolum ſtant augmentatiue.

7 *Verba enunciatiua per modum cauſæ prolata non obligant.*

Enunciatiua verba per modum cauſæ prolata non obligant.

8 *Verba*

Digitized by Google

8 *Verba debent dirigi in aliquem, non autem imperſonaliter, vt obligent.*

9 *Verba enunciatiua per modum cauſæ prolata diſponunt.*

10 *Promiſſio imperſonaliter facta in iudicio dicitur facta magiſtratui iudici, vel officialibus, qui recipere præſumuntur pro habentibus intereſſe.*

11 *Imperſonalitas an vitiet ſtipulationem.*

12 *Socius ſocietate finita agit actione ſociali pro conſumatione negociorum inchoatorum.*

13 *Perſona non ſubintelligitur in ſtipulatione.*

14 *Dictio, per omnia, indiſtincte, & ſine aliqua exceptione operatur.*

Verba, per omnia, quid importent.

15 *Clauſula, omni meliori modo, eſt eius naturæ vt nõ reſtringatur ad ſpecificata.*

16 *Stipulati actione non agit niſi is in quem ſtipulationis verba diriguntur.*

17 *Scriptura ſi non loquitur de aliquo, de eo non ſubintelligitur.*

18 *Qui mecum contraxit, mecum agat.*

19 *Diſpoſitio ad aliam relata reſtringitur & regulatur ſecundum relatam.*

20 *In fideiuſſione perſona extrinſecus non ſubintrat.*

21 *Fideiuſſio non extenditur de perſona in perſonam, neque de caſu ad caſum.*

22 *Qualitates relati, continentur in referente.*

23 *Relatiuum quis vel qui quatenus reſpicit præteritum tempus facit relationem in ſpecie, & in indiuiduo fideiuſſionis præſtitæ.*

24 *Quatenus vero reſpiciat tempus præſens facit demonſtrationem.*

25 *Contractus vbi non habetur pro abſoluto a partibus nulli ius queritur.*

Contractus quando dicatur perfectus.

26 *Contractus non dicitur perfectus, niſi quando tenor inſtrumenti lectus ſit.*

27 *Notarius ſi apponat in inſtrumento verba impertinentia de ſtilo, non nocet partibus.*

Verba impertinentia in inſtrumento de imperitia, & ſtilo notarij appoſita non nocent partibus.

28 *Verba impertinentia, & non habentia iuris miniſterium non alterant diſpoſitionem.*

29 *Geminatum verbum non plus operatur quam ſimplex ſi in eadem oratione ſit poſitum.*

30 *Pluralitas obligationis non præſumitur.*

31 *Recomendatio pro ciuilibus in carceribus facilis.*

32 *Stipulatio ſequitur naturam actus principalis.*

33 *Fideiuſſionis ſubſtantia eſt obligatio principalis.*

34 *Verba contra intentionem proferentis in eius præiudicium nouam obligationem non inducunt.*

35 *Argumentum a ſuperfluitate, & ocioſitate verborum periculoſum eſt.*

36 *Superfluitas verborum potius tolleranda quam abſurda eorum operatio.*

37 *Verbum vnum vbi poteſt dupliciter intelligi, ſemper intelligi debet eodem modo quo ſemel in eadem oratione fuit intellectum.*

38 *Relatio fit ad principaliter diſpoſita.*

39 *Societate finita, ipſo iure dicuntur diuiſa lucra & actiones.*

40 *Socij præſumuntur habere tacitum mandatum.*

41 *Tacitum mandatum finita ſocietate expirat.*

Mandatum tacitum ſociorum, ſocietate finita expirat.

42 *Socius etiam finita ſocietate poteſt negocia incboata finire & perficere.*

43 *Procurator vbicunque non tenetur mandatum ſuſceptũ implere, ibi nec negociorũ geſtor, nec ſocius negocia inchoata explicare.*

44 *Notarius poſt extenſam copiam emendatam, & traditam non poteſt tradere aliam diſſimilem ſine iuſſu Iudicis.*

45 *Notarius poſt iuſſum Iudicis de corrigendo non poteſt data copia parti aliquid addere.*

46 *Decretum de corrigendo, de prima vice intelligitur.*

47 *Delegatus longe debilior ordinario.*

48 *Clauſula, omni meliori modo, in fine appoſita, non alterat nec ampliat principalem diſpoſitionem.*

49 *Verba executiua ſi non alterant diſpoſitionem, declarãt tamen ſi obſcure ſit locutum.*

50 *Verba enunciatiua per modum cauſa prolatu quando diſponant.*

51 *Enunciatiua verba per modum cauſæ prolata diſponunt, quando cauſa eſſet finalis.*

52 *Cauſa impulſiua & finalis quomodo cognoſcatur.*

53 *Verba enunciatiua per modum cauſæ prolata an differant in cauſa contractus & in cauſa teſtamenti.*

54 *Verba enunciatiua de præterito, &c.*

55 *Præſupponentia verba non inducunt diſpoſitionem in præſuppoſito.*

56 *Clauſula generalis in fine poſita an referatur ad omnia præcedentia.*

57 *Fideiubere pro alio eſt dilapidare.*

58 *Amico ſat eſt in paucis amici labore conſolari.*

59 *Clauſula, omni meliori modo, ex ſtilo notariorum potius, quam de mente contrahentium cenſetur appoſita.*

60 *Clauſula omni meliori modo non operatur in expreſſis per modum ineptum.*

61 *Fideiuſſor morbo alieno laborat & ideo in dubio ad eius fauorem ius dicendum.*

62 *In dubio contra fundantem in verbis contractus interpretandum.*

63 *Fideiuſſio vbi ſit nimis grauis fideiubenti & oneroſa, interpretatur potius ſit inutilis quam quod nimis grauet.*

64 *Præſuppoſitum oportet verificari ad hoc vt diſpoſitum ſuper eo locum habeat.*

65 *Homo conſideratur in triplici ſtatu voluntatis.*

Voluntas hominis triplex concepta, prolata, & ſcripta.

66 *Pactum nudum fideiuſſionem non ſubſtinet etiam de iure canonico.*

Fideiuſſio non valet pacto nudo.

67 *Iudices debent inter ſe concordare quia diſcordia multum detrahit eorum autoritati.*

Auditores Rotæ in ſententiando debent concordare, & non diſſentire, alias eorum dignitati multum detrahitur.

ARGV-

ARGVMENTVM.

De fideiuſſoria obligatione, & de verbis enuntiatiuis per modum cauſæ prolatis.

De promiſsione imperſonaliter facta, & de clauſula omni meliori modo.

DECISIO LVII.

DOMINVS Ioannes Franciſcus Altouita, olim inſtitor ſocietatis cantantis ſub nomine hæredum Bartholomæi, & Vincentij Vgolini: Fuit ad inſtantiam Domini Nicolai Vgolini vnius ex ſocijs dictæ ſocietatis iam finitæ carceratus pro ſuo tantum intereſſe, excluſo intereſſe Domini Ioannis ſui fratris, & conſocij, vt rationem redderet de adminiſtratis, cum reſtitutione reliquorum. Qui vt ſe a carceribus liberaret, in fideiuſſorem de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo dedit Dom. Simonem de Antella, vt conſtat publico inſtrumento ſubinde confecto.

In cuius celebratione Notarius tam imperite ſe habuit, vt & cauſam nodoſam reddiderit, & ſe ipſum Proteo, ac Eriſicthonis Metra mutabiliorem oſtenderit.

Tenor autem inſtrumenti talis erat, videlicet,

Conſtituto perſonalmente in giudicio al banco della ragione di detto M. Vfficiale, & Corte, & a me Notario Simone dell'Antella Cittadino Fiorentino, & ſapendo non eſſer tenuto, ne obligato, & volendoſi efficacemente obligare con le conditioni, & riſerui infraſcritti per cagiun, che queſta mattina è ſtato preſo, & carcerato nelle carcere di queſta corte Gio. Franceſco Altouiti, per il Putta Meſſo di detta Corte ad inſtanza di Nicolo di Bartolomeo Vgolini, come compagno della compagnia, che diſſe, & cantò in rede di Bartolomeo, & Vincentio Vgolini, e compagni, & che vltimamente veglio del libro verde ſegnato. P. Et perche renda cõtu dell'amminiſtratione per lui fatta in detta compagnia, & reſtituiſchi il reſto de reſti per fiorini 250. per parte di redimento di conto, come miniſtro, & agente, che è ſtato di detta compagnia, & per le ragioni, che nella giuſtificatione ſi diranno, & per le ſpeſe, & come al baſtardello di detta Corte appare. Et perche altre volte à ſtata fatta contro detto Gio. Franceſco, vna ſimile cattura ad inſtantia de' medeſimi auuerſarij, & Vgolini, detti aſſerti nomi, mediante la quale, & per liberarſi da dette carcere per ſtare à ragione con detti Vgolini diede detto Gio. Franceſco Malleuadori approuati da Signori ſei di detta Corte per pagare il giudicato, & quello, & quanto in detto ſodamento, & promeſſa ſi contiene, & per gl'atti di detta preſura, ſopra la quale non è per ancora ſtato datone alcun giuditio, & reſta la cauſa nel ſuo termine, come ne gl'atti ſopra ciò ſeguiti appare, & però ſi pretende detta cattura eſſere ſtata fatta indebitamente, & che non ſarebbe neceſſario d'altra datione di Malleuadore, & non può eſſere detto Giouan Franceſco ritornato nelle carcere. Nientedimeno per euitare il tedio di quelle, & con ſaluo, & riſeruo, di qualunque ragione, & della nullità della preſente cattura, & ſenza pregiuditio di qualunque ragione di detto Gio. Franceſco, il detto Simone dell'Antella conſtituto, vt ſupra, per cagione di detta preſente cattura, come di ſopra è detto fatta, & accioche Gio. Franceſco ſia rilaſciato dalle carcere, & per godere i beneficij delli ſtatuti, & ordini di detta corte, & per ogn'altro miglior modo, & con detti ſalui, riſerui, & conditioni, promeſſe, & promette al detto Nicolò Vgolini, benche aſſente, & a me Notario ſtipulante, &c. in detti modi, & nomi, che l'ha fatto pigliare, & ſenza pregiuditio come di ſopra che detto Giouan Franceſco ſtarà fermo a ragione in detta corte con detto Nicolò detti aſſerti nomi in ditta cattura, pagherà il giudicato, & ſua importanza, ſecondo la dichiaratione da farſi, & vbidità a mandati di detto M. Vfficiale, & corte, & farà & oſſeruarà tutto quello, & quanto fare, & oſſeruare foſſe tenuto detto Gio. Franceſco ſecondo gl'ordini. Il qual ſodamento detto Simone ha fatto, & fa non ſolamente per, eſſere rilaſciato da dette carcere, ma ancora per euitare qualunque altra eſſecutione, che fare li poteſſe detto Nicolò detti nomi, & altri intereſſati, benche aſſenti, & a me Notario ſtipulante, &c. & in tutto, & per tutto ſodò ſecondo gli ordini, & per godere qualunque loro beneficij. Altrimenti di ſuo proprio attendere, & oſſeruare promeſſe, & promette detto Simone detti nomi, & perciò oſſeruare obligò, &c. ſottomeſſiſi &c.

Cuius quidem inſtrumenti uigore, cum D. Ioannes pro ſuo quoque intereſſe ſe iuuare intenderet (ſicuti Dom. Simoni relatum extitit) egit idem D. Simon in iudicio, & citato D. Ioanne petijt declarari ſe ei in aliquo non teneri occaſione præcitati inſtrumenti fideiuſſorij, & in prima inſtantia corã Dom. Iudice quarteriorum ſuccubuit, cuius ſententia poſtea fuit in totum reuocata per Do. Iudicem primarum appellationum, & pro parte D. Ioannis emiſſa voce appellationis coram nobis de more huiuſmodi cauſæ cognitio deuoluta fuit.

Et quamuis vtraque pars uſa fuerit diſertorum Aduocatorum copioſis, ac doctiſſimis allegationibus in forma tractatus ſcriptis, & per D. Iudicem a quo reaſſumptis, prout in ſuis motiuis;

Nobis tamen probabilius viſum fuit, neceſsaria breuius tangendo, rem ipſam perſtringere, quam ſæpius dicta repetendo Crambe, (quod aiunt) recocta moleſtiorem reddere.

Prætendebat igitur D. Ioannes ex dicto inſtrumento ſibi quoque fore proſpectum, & pro ſuo intereſſe æque principaliter factam promiſsionẽ a D. Simone, quemadmodũ D. Nicolao, illud tã ex ver-

bis expreſſis, quam ex mente promittentis dedu-
cendo pluribus modis, videlicet.

Primo ibi. Il qual ſodamento ha fatto, & fa det-
to Simone non ſolamente &c. ma ancora per eutta
re qualunque altra eſſecutione, che far li poteſſe
detto Nicolo, detti nomi, & altri intereſſati ben-
che aſſenti, & a me Notario in vece loro ſtipulante,
& riceuente, &c.

At eum Dominus Ioannes ſit alter ſocius dictę
ſocietatis adminiſtratæ per d. de Altouitis, & idem
intereſſe habeat eum illo occaſione pręfata, me-
rito dicendum erat ipſi quoque Ioanni vti intereſ-
ſato, & qui eodem modo exequutionem facere po-
terat contra eundem inſtitorem eandem promiſ-
ſionem de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo fa-
ctam fore. Neque enim dubitandum videbatur
de huiuſmodi ſtipulatione a notario abſente par-
1 te facta, † quin ius abſenti, & actio acquiratur
etiam ante ratificationem. l. non enim. ff. de ado-
pt. §. cum autem. inſt. eodem tit. vbi Aret. & §. ſi
quis alteri, vbi gloſſ. magiſtra. & §. alteri, inſtu. de
inutil ſtipul. & poſt alios quorum meminit Cache.
deciſ. Pedemon. 33. num. 10 vbi de magis commu-
ni opinione atteſtatur, tradit Roman. & ibi adden.
in conſilio 513. columna 5. Celſ. Vgo, in conſilio
72. colum. 1.

Verum, quia de iſta ſtipulatione dubitabatur ex
eo, quod illa verba, benche aſſenti, & a me nota-
rio in vece loro riceuente, non legebantur in origi
nali, ſeu matrice, ſed fuerunt addita per notarium
poſt traditam copiam Domino Simoni, vt infra di-
cetur, ideo & ſecundo loco circumſcripta iſta for-
mali ſtipulatione, dicebat adhuc aliunde apparere
de eadem promiſſione ſibi facta. Nam poſtquam
fuit conſultum Domino Nicolao, vſque ad verſi. il
qual ſodamento, &c. ampliatiue procedendo d. D.
2 Simon dicit. verba enim † notarij ſunt verba par-
tis, gloſ. in l. ſciendum, de verbo. obligatio. Bald. in
l. ab executione, in fi. C. quomodo appel. non recip.
Natt. conſi 483. nume. 7. dictam promiſſionem fe-
ciſſe, & facere videlicet, il qual ſodamento ha fat-
to, & fa non ſolo, &c. ma ancora, &c. Ecce igitur
inquit Dom. Ioannes, quòd Dom. Simon iterum,
& denuo promittit, & ad alium finem, videlicet li-
berandi Ioannem Franciſcum ab alijs moleſtijs,
tam a d. Dom. Nicolao (non quidem proprio no-
3 mine, quia † per fideiuſſionem iam præſtitam per
Do. Simonem, dicitur iam ſatisfactio, quoad hunc
effectum, quod non poſſit amplius ea de cauſa fie-
ri exequutio, licet remaneat, & fideiuſſor, & princi
palis obligatus ad reddendam rationem cum reſti-
tutione reliquorum. l. ſatisfactū, et l. ſolutiones. de
ſolution. & habetur in lib 2. ſtatutorum mercantię
rub. 8) quam ab alijs inferendis, & quæ inferri poſ
ſent, alias ſi aliter dicatur, & quod non intelligatur
facta noua ſtipulatio per illa verba, & fa, &c. non
ſolo &c. ma ancora, &c. ſequetur, quod verba om-
nia iſtius clauſulæ ſtabūt ſuperfluè, & otioſè, ac ni-
4 hil operarentur, † quod non eſt ferendum, ſuper-
fluitas enim eſt euitanda. l. 1. in prine. & ibi not. ff.
quod met. cauſ. l. 1. in fi. cum ibi not. ff. ad municip.
5 & verba † ſemper debent aliquid operari. gloſſ. in
cap. ſolitæ. de maior. & obed. Cald. conſil. 6. in fi. qui
fil. ſint legit.

Sequeretur etiam, quod nec ipſemet Dom. Si-
mon aſſequi valeret liberationem pro dicto carce-
rato a futuris exequutionibus, quas tam dictus Ni
colaus nomine non ſuo proprio, ſed ſociorum, &
alij in dicta ſocietate intereſſati facere potuiſſent,
& ſic quod non gauderet beneficijs ſecundum or-
dinationes dictæ curiæ, prout aſſequi, & conſequi
velle ſatagebat, dum ſubdit, Il quale ſodamento
6 ha fatto, & fa non ſolo, &c. ma ancora, &c. † Iſta-
rum enim dictionum ſiaſis, & natura eſt, vt reſpi-
ciant augumentum, & amplient diſpoſitionem. l.
ſciendum, la ſecunda, ff. de ędil. edict. tradit. Rebuff.
in l. cognoſcere §. liberorum verſicu. Nam tantum.
l. propemodum, verſi. interdum, & in l. ſponſio. pro
pe. fi. ff. de verb. ſignifi.

Neq; his obſtare videbatur quatenus inde ex il-
lis verbis nullam dici poſſet reſultare nouam ſtipu
7 lationem, ſeu obligationem, † Tum, quia ſint il-
la verba per modum cauſæ enunciatiuè prolata. Ca
8 ſtren. conſi. 224. ſuper in 3. dub. lib. 2. † Tum etiam
quia non adſit perſona in quam verba promiſſiua,
& exequutiua dirigantur. Bero. conſi. 61. nume. 14.
lib. 2.

Quia, quoad primum replicabatur contrarium
9 de iure veriuſ eſſe. † Nam verba enunciatiua, etiam
per modum cauſæ prolata diſponunt, vt tradit
Barto. in l. ea hac ſcriptura, columna 2. verſicu. ve-
nio ad ſecundum. ff. de donation. Corneus conſi-
lio 108 lib. 2. Alexand. conſilio 46. libro 1. Quoad
ſecundum vero dicebatur adeſſe verbum promit-
tit, ibi, ha fatto, & fa, quod idem importat, quod
promittit, quia ſodamento ſecundum communem
vſum loquendi Florentinorum intelligitur fideiuſ-
10 ſionis promiſſio, † quod quidem verbum in pu-
blica ſcriptura redactum ſolemnem fideiuſſionis
ſtipulationem importat. §. fina. inſtit. de fideiuſſor.
§. ſi ſcriptum inſtrumentum, de inutil. ſtipul. Cor-
raſ. in l. qui liberos, numero 171. ff. de rit. nupt. Al-
ciat. in l. prima, numero 34. ff. de verbo. obligatio-
nib. Quo ſtante dicebatur non obſtare imperſona-
litatem, & defectum perſonæ, cui verba per-
11 miſſoria, & exequutiua dirigantur † Nam ex
quo talis promiſſio, & facta in iudicio ad ban-
cum iuris, dicitur ſaltem facta magiſtratui, iudi-
ci, ſeu officialibus, qui recipere præſumuntur pro
illis intereſſe habentibus, ſecundum Caſtren. in l.
eum a quo. ff. de in ius voc. ſequitur Sozin. conſi-
lio 93. columna 4. verſic. confirmatur hoc per tex
12 &c. libro 1. Celſ. Hugo conſilio 72. † Et de imperſo
nalitate, quod non vitiet ſtipulationem ex parte
creditoris. Bald. & alij in Auth. ſi quando. C. de
conſt. pec.

Præterea, & tertio dicebatur dicta verba, il qual
ſodamento ha fatto, & fa, &c. referri poſſe, &
debere dicto Nicolao, qui licet ſuum intereſſe ſe
pararint ab aliorum intereſſe, nihilominus vole
re fideiuſſore potuit ſtipulari pro alijs intereſſati
ſtatuto permittente alterum pro altero indifferen

ter

ter ſtipulari poſſe, & maxime pro ſocijs, & in re ſo-
12 ciali. Nam & ſi ſit finita ſocietas, † poſſe videtur
nihilominus ſocius agere ſociali nomine pro con-
ſumatione inchoatorum pendente ſocietate. l. cum
& Seruius. §. ſi viuo. ff. de nego. geſt. l. Titium. §. alte
rum. de adminiſtr. tut. Et hoc eſt, quod dicitur ibi,
ogn'altra eſſecutione, che detto Nicolò far li poteſ
13 ſe detti nomi, &c. † Et ſic abſque eo, quod fiat ex-
tēſio de perſona ad perſonam, & de caſu ad caſum,
contra diſpoſitionem l. ſi vnus. §. ante omnia. ff. de
pact. Et quod extrinſecus alia perſona ſubintelliga
tur, vel præſumatur, huiuſmodi abundans, & plena
promiſſio totalem inſtantis, & futuri periculi carce
rum prouiſionem reſpiciens congrue dicitur facta
eidem Nicolao tam ſibi, quàm ceteris in dicta ſo-
cietate ius habentibus, ad beneficium, & ad commo
dum tamen dicti carcerati proſpicienti.

Quarto comprobabat D. Ioannes argumento
eorum, quę occaſione dictæ promiſſionis in alijs iu
dicijs iam actitatis contigerunt. Nam cum alias D.
Simon inſteriſſet pro reuocatione dictę ſuę promiſ
ſionis ante acceptationem, cum nulla in dicto in-
ſtrumēto reperiretur acceptatio facta pro eodem
Nicolao abſente, & in eodem iudicio citari fecerit
d. Dom. Ioannem, datur intelligi, quod etiam reſpe
ctu intereſſe illius reuocationem attentaſſet, & ſic
oritur declaratio ſuæ intentionis, quod ea mente
promiſerit, vt liberaret Aſtounam etiam ab exe-
quutione, quæ contra eundem fieri poſſet per d. D.
Ioannem, & ſtante ſententia ſubinde ſequuta con-
tra d. D. Simonem, qua fuit pronunciatum reuoca
tionem fieri non potuiſſe, dicebatur obſtare rem iu-
dicatam vigore ſententiæ in contradictorio cum di
cto Domino Ioanne latæ.

Quinto vim faciebat ſuper illis verbis, in tutto,
& per tutte ſodò, ſecondo li ordini, &c. Et in clau-
ſula, omni modo meliori, &c. quaſi illa verba in om
nibus, & per omnia oſtendant fideiuſſionem, quo-
ad omnia factam, & ſic comprehendere omnes in-
tereſſatos, argum. not. per Docto. in l. 1. de leg. 1. Et
14 præſertim Iaſ. nume. 15. † vbi declarat illud ver-
bum, per omnia, intelligi debere indiſtincte, & ſi-
ne aliqua exceptione. Prout etiam idem ferè im-
15 portare videbatur clauſula † omni modo, &c. cu-
ius natura eſt, vt non reſtringatur diſpoſitio ad ſpe
cificata, vt inquit Craue. in conſi. 226. num. 15. lib.
2. Et maxime cum D. Simon non videatur ſe velle
ſpecificatis reſtringere, dum vlterius progreſſus di
xit, non ſolo, ma ancora, &c. Bal. in l. vinum, colum.
7. ſi cert. peta. Et in conſi. 389. in cauſa, col. 1. lib. 3.
Soz. conſi. 142. col. antepenult.

Ex aduerſo D. Simon non minus valide ſe tue-
batur vnica tātum ratione munitus, licet pluribus
argumentis comprobata, contendebat enim ſe in
aliquo non teneri Dom. Ioanni, quia in inſtrumen
16 to [illegible] legitur, † quod alteri, quam Nicolao fi-
deiuſſor acceſſerit, vel quod in alium præter Ni-
colaum verba promiſſiua, & exequutiua directa
ſint, vt alteri actio quęſita dici poſſit ſecundum Bar
to. in l. ſtipulatio iſta. §. ſi ſtipuler, verſi. quintus mo
dus, & ibi Doc. communiter. ff. de verbo. obligatio.
l. ſi pater, vbi Bal. Salyc. & alij. C. de dot. promiſſ. l.
ſeruo legato. §. ſi teſtator, & ibi Docto. & præcipue
Iaſ. nume. 12. ff. de lega. 1. vbi ex re ſtipulata non
agit niſi is, in quem verba ſtipulationis diriguntur.
Vnde quo ad Dom. Ioannem liberas ædes habet. l.
17 loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeru. vend. quia † de
eo ſcriptura non loquitur, vt inquit Oldrad. conſil.
21. poſt Ioan. Andr. titu. de teſtamen. §. 1. verſic. oc-
18 currit in fi. † Et mecum non agit niſi qui mecum
contrahit. l. eum qui. ff de actio. & oblig. l. ſi is. C. cō
mu. de leg.

Quod quidem vnicum fundamentum clarius
deduci videbatur, ſi ſingulę dicti inſtrumenti par-
tes, & verba ſummatim timentur, quorum perſcru
tatione patebit etiam reſponſum ad contraria, &
omiſſis illis verbis vſque, ibi promeſſe, & promet-
te, &c. quæ reſpiciūt narratiuam, & nihil conti-
nent ad inducendam obligationem, aſſumendo il-
la verba, promeſſe, & promette a detto Nicolò,
che l'ha fatto pigliare, clare conſtat promiſſio-
nem ſolum factam Nicolào, & pro Nicolai tan-
tum intereſſe, quia captura ad quam ſe refert pro-
miſſio, ſolum reſpicit perſonam, & intereſſe illiuſ-
19 met Nicolai, & cantat capturæ relatio. † Diſpo
ſitio autem, quæ ad alia refertur, intelligitur ſe-
cundum relata, & ab eis reſtringitur, ac regulatur.
Barto. in l. edita, colum. pen. C. de eden. Alex. conſi.
66. col pen. lib. 1. Bald. in l. 2. col. 1. C. de error. calc.
Pariſ. conſi. 7. num. 3. lib. 3. & ideo ad perſonam, &
intereſſe D. Ioannis expreſſe in captura excluſam
20 non eſt fideiuſſio extendenda. † Quia in fideiuſ-
ſione perſona extrinſecus non ſubintrat. l. ſi ita ſti-
pulatus. §. Chriſogonus, vbi Barto. & alij, de verbo.
21 obliga. Corne. conſil. 129. nume. 24. lib. 3. † Prout
nec de perſona ad perſonam, neque de caſu ad ca-
ſum extendi, tradit Bald. conſilio. 142. libro quin-
to, Cur. iun. conſilio 36. numero quinto, Natta,
conſilio 340. numero 5. Roland conſilio 58. nume-
ro 10. libro 1. Cæphal. conſilio 587. numero 12.
22 † Qualitates enim illæ, & modi, qui excludunt
Dominum Ioannem cum ſuo intereſſe in captura
contenti, cenſentur ſimpliciter in fideiuſſione
referente contineri, & exprimi. Roland. conſilio
58. numero 23. libro 3. Caſtren. conſilio 287. co-
lumna ſeptima, libro primo, Pariſ. conſilio 22.
numero nono, libro primo, Aymon. conſilio 47.
numero 4.

Et deueniendo ad aliam dicti inſtrumenti par-
ticulam, quæ facit totum negocium. Ibi, il qual
ſodamento ha fatto, & fa; vſque ibi. Et per tut-
to ſodò ſecondo gli ordini, &c. Dum ponderaba-
tur verbum, ha fatto, tamquam præteriti tempo-
ris, quod reſpiceret, & contineret promiſſionem
factam ad fauorem Nicolai, & quod verbum, &
fa, tamquam præſentis temporis nouam fideiuſſio-
nem contineret, alios intereſſatos reſpicientem;
dicebatur, id nequaquam inde colligi poſſe,
perperamque dicta verba ſic expendi, quip-
pe cum pateat vtrumque verbum regere rela-
tiuum præcedens, il qual ſodamento. Quod
23 † relatiuum quatenus reſpicit tempus præteritum,

ha fatto,facit relationem in ſpecie,& in indiuiduo
fideiuſſionis pręſtitæ Nicolao,ut per Bart.Caſtr.&
alios in l.iulianus.ff.de hæred.inſtit, Ruyn. conſil.
132.nume.9.lib.2.& 148.num 6 lib 8.Rol.conſ.
24 58.nume.23. lib. 3. † Et quatenus reſpiciat tem
pus præſens, facit demonſtrationem fideiuſſionis
quam præſtat Nicolao, Bart.l.demonſtratio,nu.5.
titu.de condit.& demon.Ruy.conſi.74.lib.2.nu n.
5.In qua quidem optime verificatur verbum præ-
ſentis temporis. Quia ſtipulatio fideiuſſionis ad-
huc erat in fieri quæ facta dici non poterat, donec
contractus non haberetur pro facto, & abſoluto,
vt tradit Bart. in l.contractus nu.3.4.C.de fid.inſt.
25 Curt. ſen. conſil.55.nume.21.in fin. † Vbi donec
partes nõ habent cõtractũ pro abſoluto,neutri eſt
ius quæſitũ ex pactis,& verbis primo appoſitis, &
omnia in inſtrumento contenta ſimul, & ſemel in
abſolutione contractus vires aſſumunt. Aret. in l.
doli clauſula, col.fin.de verb. obligation. poſt Bal.
in l quid ergo §.pœna grauior.ff.de his qui not.in
26 fam. † Pro perfecto autem haberi dici nõ poterat,
niſi poſtquam tenor inſtrumẽti lectus ſit dicto Si
moni coram teſtibus, Corn.conſi.211.col.2.lib.1.
vel quòd Notarius peruenerit ad clauſulam Actũ
&c. Iaſ.in l. ſi ita ſit ſcriptum nume. 15.de lega.1.
Merito, & illud quoque verbum & fa,&c. ad eun-
dem Nicolaum referẽdum eſt, quicquid arguatur
in contrarium a duplicitate dictorum verborum,
quod alias otioſe & ſuperflue ſtarent, nam dicitur
eſſe quædam inculcatio,& multiplicatio verborũ
potius ab vſu,& inſipido Notariorum ſtilo appoſi
ta, & Notarij huius præcipue qui hæc ſcripſit quã
quod ex profeſſo, & cum miſterio ſint quaſi a par-
tibus animaduerſa,prout eſt uidere in alia parte in
ſtrumenti poſt narratiuam, vbi idem Notarius vti
tur eadem verborum fraſi, videlicet promeſſe, &
prometto, & tamen adhuc non erat verum quod
27 hactenus D.Simon promiſiſſet †& iſta verba im-
pertinentia de ſtilo Notarij appoſita non nocent
partibus,vt inquit Bero.in conſi.63.nume.7.lib.2.
28 Ruyn.conſi.98.nume.28.lib.1.& † tamquam nõ
habentia iuris miniſterium,& effectum,diſpoſitio
nem non alterant. Craue. conſil 70.nume.30.poſt
Abb.conſi.117.colum.fin.lib.1.&c.Omnia igitur
hic ad præſens tempus referuntur, & perinde eſt
29 ac ſi idem verbum geminatum ſit, † quod nil ma-
gis operatur quam ſimplex,quando in eadem ora-
tione ſit poſitum. Iaſ.in l. ſi quis in cõſcriben.nu.
23.& ibi Dec.nume.1.2. 3. C. de pact. Quæ etiam
quod duplicata, & geminata dicantur, cum tamen
ſemper Nicolaum reſpiciant virtute dicti relatiui.
Il qual ſodamento, &c. nil plus operari debent
quam ſimplex, quia ſi bis idem promittitur, non
niſi ſemel debetur.l.quibus idem, & ibi ſcriben.de
verb.oblig &c.

Rurſus accipiendo illa uerba ſequentia, non ſo-
lo per eſſer rilaſciato, ma ancora per euitar ogni
altra eſſecutione, che far li poteſſe detto Nicolo
in detti nomi, & altri intereſſati, &c. Dicebat D.
Simon huiuſmodi uerba pendere, & regi a proxi-
me præcedentibus uerbis, Ha fatto & fa &c. quæ
cum eam veram, & geminam interpretationem,
receperint, vt Nicolao ſint proprie, & neceſſario
referenda, qui ſibi tantum prouidere voluit exclu-
ſo nominatim intereſſe Dom.Ioannis, certe ſequi-
tur, quod iaceant ibi, non, vt inducant nouam o-
30 obligationem.† cuius multiplicatio non pręſumi-
tur Affl. deciſ. 27. Craue. conſil. 73. numero 38.
Ceph.conſil.156 ſed vt denotent quid inde ex di-
cta cautione præſtita d. Nicolao, ſibi tantum con-
ſulenti conſequi poſſe exiſtimet in beneficium car-
cerati,quem quanto citius inde eripiet, eo facilius
euitabit exequutiones forte imminentes aliorum
31 creditorum, † qui facile potuiſſent eundem in
carceribus recommendare Bar.in l.ſi de eximendo.
ff.ne quis eum qui in ius,& in l. 2. de cuſtod. reor.
Bal.conſil.96.lib.5.& in tract. de carcerib. §.teſtat
modo,in prin.& hoc eſt,quod veriſimiliter intelle-
xiſſe credendum eſt D. Simonem, dum dicebat ſe
feciſſe,& facere d.ſodamentum non ſolum, &c.
Sed ad euitandas quaſcunque alias exequutiones,
quas d. Nicolaus dictis nominibus eidem facere
potuiſſet, & alij intereſſati, non autem, quod eius
intentionis fuerit vt ſe alijs intereſſatis, & dicto Ni
colao pro illis iterum obligare voluerit.

Quod non obſcure deprehenditur ex omiſſa in
timatione,quæ ex forma d.ſtatuti Mercantiæ inte-
reſſatis erat facienda intra triduũ,cauetur enim d.
ſtatuto qđ ſic fideiubens ad euitandas exequutio-
nes teneatur in d. termino triũ dierum notificare
creditoribus,alias cõtra cũ pro quo cauet, poterit
procedi ad exequutionẽ, non obſtãte dicta fideiuſ-
ſione:ſed cum D. Simon vel carceratus eã non adhi
buerit diligentiam intimandi, ſequitur quod ita
cenſendum ſit,vt pro intereſſatis non promiſerit.

Nec ob.quatenus dicebatur in contrarijs, quod
illa verba,non ſolo,&c.Ma ancora,che far li poteſ-
ſe d.Nicolo detti nomi, & altri Intereſſati &c. quæ
de ſui natura ampliãt diſpoſitionẽ, & ſic perderent
officiũ ſuũ,ſi nõ cõcedatur qđ vigore, & virtute il-
lorũ intelligat fideiuſſiſſe etiã pro alijs intereſſatis,
cũ alias illorũ exequutionẽ effugere nõ valeret Alto
uita,& ſic fruſtratorie ac otioſe reperiret appoſita.

Quia reſpondebatur ea verba non fuiſſe prola-
ta ad finem obligandi ſe alijs de nouo, ſed vt ex-
primat quid inde cõſequi deberet Altouita carce-
ratus,eſcarcerationem, videlicet, & ſecuritatem ab
omnibus alijs exequutionibus,quam ſi conſequi
non contingat, non ideo dici debet Dom. Simon
in nouam, & duriorem obligationem cæteris cre-
32 ditoribus obnoxius; † ſtipulatio enim ſequitur na
turam actus principalis ſuper quo interponitur,vt
ne quis in plus licet arctius,& efficacius obligetur.
Ruyn.conſil.195.numero 16.lib.1.

33 Verũ † cum ſubſtantia fideiuſſionis ſit obligatio
pluralis,vt dicit Pariſ.cõſ.162.nu.25.lib.4.& Alto
uita in plus nõ teneretur Nicolao q̃ pro ſua rata,&
ſuo intereſſe,cum eſſet diuiſa ſocietas,& ipſo quo-
que iure diuiſæ actiones,vtique credendũ eſt D.Si
monem in eã conditionẽ acceſſiſſem fideiuſſorem
qua tenebatur Altouita.Nicolao.Pariſ.cõſ.164.n.
20.lib.4. Vnde quantũ ad intentionẽ, & credentiã
ipſius

Digitized by Google

ipſius D. Simonis illa verba non ſolum &c. reſta-
bunt ampliatiue, quia ſic credebat futurum.

Ceterum ſi non efficaciter diſpoſitionem am-
plient ad alios præter Nicolaum, & nihil iuris ope
34 rentur, † id magis eſt tollerandum, quam quod cō
tra mentem, & intētionem D. Simonis in eius pre-
iudicium nouā obligationem inducant, vt egregie
Dec. conſ. 232. in fi. & in l. 2 §. creditū. nu. 19. ſi cer.
pet. & conſ. 262. in fi. Crau. conſ. 70. nu. 29 ad fi.
35 Argumentum † enim a ſuperfluitate, & otioſita
te verborum, eſt valde periculoſum, & fragile in iu-
re noſtro, vt inquit Alciat. in l. 3. num. 3. de legat. 1.
Alba. conſi. 11. in fin. cum frequens ſit apud omnes
Battologiæ vitium.

Nec ſimiliter ob. quod dicebatur ex illis verbis,
ma anco per fuggir ogn'altra eſſecutione, che far li
poteſſe d. Nicolo in detti nomi, quaſi dicatur facta
promiſſio d. Nicolao, etiam pro intereſſatis, quia
huiuſmodi promiſſio prout non legitur facta, ita ēt
non præſumitur facta, nam Nicolaus mox recepe-
rat cautionem pro ſuo intereſſe tātum ſeparando,
& excludendo intereſſe aliorum, vt D. Ioānis in ſpe
cie, modo quod ſibi contrarius fingamus cum ſtipu
latum fore pro eodem Ioanne, id quidem perabſur
dum videtur, vt illico palinodiam canat, quod non
eſt credendum l. nam ad ea de cond. & dem. vnde
intelligendum eſt de ea promiſſione occaſione ca-
pturę factæ, quę limitatam habet obligationem ad
intereſſe tantum D. Nicolai, & illa verba, In detti
nomi, non intelliguntur nomine ſociali, vel ſocieta
tis, aut intereſſatorum, ſed eo modo quo accipiun-
tur in cauſa capturæ, vbi ſolus pro ſuo tantum inte
reſſe excluſis alijs fecit capturā, & nihilominus vti-
tur iiſdem verbis detti modi, & nomi pluralitatem
perſonarum denotantibus, vt ex lectura inſtrumēti
apparet, & iſta eſt ſicut alia de qua ſupra notarij im
36 periti fraſis, & verborum inculcatio, † quā multo
melius eſt reijci, vel pati nihil operari, quam abſur
de operari, inquit Zaſ. cōſ. 3. n. 21. 22. 26. lib. 1. Quæ
quidem verba, detti nomi, cum in eodem inſtrumē
to bis ſupra eam intelligentiam habuerint, vt de ſe
ſolo Nicolao intelligeretur, eodem ergo modo hic
37 recipi debent † Nam vbi vnum, & idem verbum
poteſt dupliciter intelligi, debet eo modo ſumi, quo
ſemel in eadem diſpoſitione acceptum fuit. Corn.
conſi. 199. num. 3. lib. 1. conſil. 152. num. 22. lib. 2.
Ruyn. conſi. 168. nu. 13. 15. lib. 3. & conſ. 140. nu.
2. lib. 1. Iaſ. in l. qui filiabus, in prin. de lega. 1. vltra,
quod iſta verba, detti nomi, ſunt relatiua, & referri
debent ad nomina, quibus captura facta fuit, & de
quibus principaliter, & diſpoſitiue mentio facta
fuit, non autē ad ſocietatē, & ſocietatis nomina, de
qua incidenter, & demonſtrationis cauſa fuit dictū
ad oſtendendum originem, & cauſam crediti, cuius
38 vigore Nicolaus capturam fecerat: † Eſt enim re-
gulare, quod relatio fiat ad principaliter diſpoſita,
non autem ad incidenter & demonſtratiue enūcia-
ta. l. fi. §. Titia. ff. de liber. leg. vt ibi not. Bar. Ruyn.
conſi. 136. num. 9. lib. 3.

Nec etiam videbatur expeditum, quod Nico-
laus quatenuscunque ex dicta cautione ſatisfactus,
non potuiſſet amplius pro ſuo intereſſe exequutio
nem facere contra Dom. de Altouitis; potuiſſet ta-
men pro ſocijs, & ſociale nomine ſocietatis tenta-
re prout in contrarijs præſupponebatur ex l. nam,
& ſeruius. §. ſi viuo, de nego. geſt. l. ſed ſi manente.
ff. de præcar.

Quia contrarium determinat Aym. conſil. 159.
39 num. 7. † vbi dicit, quod finita ſocietate dicuntur
ipſo iure diuiſa lucra, & actiones inter ſocios, ita
quod vnuſquiſque pro ſua tantum portione agere
poteſt. Et ea videtur ratio reddi poſſe, quia duran-
te ſocietate poteſt ſocius inſolidum agere contra
40 debitorem ſocietatis, quia † inter ſocios præſumi-
tur adeſſe tacitum mandatum. Ad tradita per Bar.
in l. eandem in 7. q. ff. de duob. reis. Paul. de Caſtr. in
l. 1. §. ſi plures. ff. de exercit. actio. & in l. ſi vnus. in
princip. ff. de pact. poſt Bal. in l. eum te. C. ſi certum
peta. & de communi opinione Roncagal. in dicta
41 l. eadem. in princip. nume. 198. Quod † tacitum
mandatum finita ſocietate expirat. Bald. in l. hæres
ſocij. ff pro ſoc. Aneh. conſ. 394. nu. 2. Paul. de Caſt.
conſil. 104. libro 1. colum. 1. & fi. Merito ceſſat fa-
cultas agendi in totum a dicto mandato deſcen-
dens. & ad. §. ſi viuo, cum concor. Reſpondetur lo-
cum ſibi vendicare in his, quæ ita connexa ſunt,
quod poſterior actus priori cohæreat, & diuiſus
propriam rationem non habeat, vt dicit tex. in l. tu
torem, qui tutelam. ff. de admin. tutor. & l. tutor. C.
arb. tut. l. ita autem. §. poſt complementum. ff. de
42 admin. tutor. † In his enim poterit forte ſocius
etiam finita ſocietate incohoata negocia perficere,
& vetera explicare, vt probatur ex traditis per Bar.
in d. § ſi viuo, quem ſanctè loquutum dixit ibi Ful
43 goſ. Dum concludit, † quod quandocunque non te-
neretur procurator mandatum ſuſceptum imple-
re, tunc non teneretur, nec etiam negotiorum ge-
ſtor negotium perficere, nec ſocius inchoata expli-
care, & in puncto, quod d. §. ſi viuo, non procedat in
exactione debitorum, ſenſit Iaſ. in conſilio 100. in
princip. lib. 4.

Sequuntur alia dicti inſtrumenti verba, che gli
poteſſe far detto Nicolo, &c. & altri intereſſati,
benche aſſenti, & a me notario come publica per-
ſona per loro ſtipulante, & ricevente, &c. Quæ
quidem verba ſi ſuis loco, & tempore ſcripta fo-
rent, vtique remiſſam extra omnem difficultatem
reddidiſſent, prout eam ſatis dubiam, & diffici-
lem faciunt, ex quo intempeſtiue ſuperaddita re-
periuntur; errauerat enim notarius in imbreuiatu-
ra ſua, omittendo ſcribere ſtipulationem pro ab-
ſente, & ideo ex decreto iudicis fuit ſibi data li-
centia, & facultas corrigendi, & addendi ſtipula-
tionem pro abſente, vbi deficiebat, iuxta tradita
per Barto. & alios in l. Imperator. ff. de ſtat. hom.
& in l. ſi librarius, vbi Cagnol. ff de regu. iur. Vital.
de Gamb. in tracta. clauſularum. car. 314. verſ. re-
ſtat videndum ſecundum paruas impræſſiones. Cu
44 ius decreti vigore † notarius poſt exteoſam copiā
emendatam, & correctam traditam Domino Simo
ni dedit aliam illi diſſimilem, & diuerſam Domi-
no Ioanni cum additione prædicta, quod fieri non

 potuiſ-

potuiſſet ſine nouo Iudicis iuſſu, vt egregie oſten-
dit Dom. Iudex primæ appellationis in ſuis erudi-
45 tiſſimis motiuis,ea ratione ductus,† quod poſt iuſ-
ſum Iudicis de corrigendo,data copia parti nõ poſ
ſit notarius aliquod addere, quia functus eſt offi-
cio ſuo, vt dicunt Doct.in d.l. imperator,& l.ſi libra
46 rius, † & decretum illud Iudicis de corrigendo de
prima correctione intelligitur ſecundum Bal.in d.
l. Imperator,nu.2 per l.boues. §.hoc ſermone, de
ver. ſign. vbi Tiraq.limi.6.num.20.ampliat etiam
in ſententia Iudicis, & idem dicit in regula,nu.42.
Nec mirum, nam ſi notarius de poteſtate ordi-
naria poſt traditam copiam parti non poteſt quic-
quam amplius addere,vel corrigere,quanto minus
eidem permiſſum dicetur, quãdo ſibi a Iudice fuit
47 demandata correctio, † & ſic vtatur poteſtate de-
legata longe debiliori,quam ordinaria,ad Bar.in l.
ſi expreſſim.num.14.de appel. & in l. ante ſenten-
tiam,num.6.eod.tit. Quicquid in contrarium ſen-
ſerit D.primus Iudex, quod ſententia ſemper lo-
quatur, & quod millies poſſit corrigere, cui abun
de reſpondet D.Iudex primæ appellationis in mo-
tiuis ex Soz.in conſil.98.lib.3.& 277.lib.2.& alijs
per eum adductis,& ponderatis,reſpectu etiam ma
lę latinitatis, & diſſonantiæ ſeu Cacephaton illo-
rum verborum,che far li poteſſe Nicolo,& altri
intereſſati, & me notario, &c.Qui etiam dato,
quod millies ſe corrigere valeret,& clauſulam pro
abſente addere, nunquam tamen id fieri debebit,
niſi quãdo aliquid abſentibus ſit promiſſum, alias
ſtipulatio notarij erit inutilis pro abſentibus,ſi ni-
hil acceptabile reperiatur,quòd in ſtipulatione de-
ducat,vt hic,vbi in alium præter Nicolaum princi
palem,nec promiſſiua,neque exequutiua verba vl-
lo modo reperiuntur directa, & ad id de quo actũ
non eſt,ſtipulatio actionem non parit. l.ſi id quod,
de verbo.oblig.
Nouiſſime ſe ſe offerunt illa verba, in tuttto, &
per tutto ſodò, &c. & in ogni miglior modo, &c.
inducta ad fauorem Dom. Ioannis, prout in con-
trarijs,quibus breuiter replicabatur, quod iſta ver
ba ſic in compendium redacta, & imperſonaliter
adiecta,deberent referri ad Nicolaum principali-
ter in cauſa intereſſe habentem,& illius gratia tan
tum appoſita,ne extrinſecus alia perſona ſubintret
l.ita ſtipulatus.§.Chriſogonus,de verb.oblig.quæ
48 † quidem clauſula tanquam in fine diſpoſitionis
exequutiuæ appoſita non alterat,nec ampliat prin
cipalem diſpoſitionem.clem.1.de præben. Card.in
cap.quoniam Abbas,de offic.deleg.Cur.Iun. conſ.
3.nu.3. Cęph conſi.343.num.30. Natta, conſilio
39.num.7.& 327.Et quamuis dicta verba exequu
tiua ſi non alterant diſpoſitionem, declarant tamẽ
intentionem dubiam,ſecundum.Bal.in l.eam quã,
verſi.ſed pone C.de fideicom.
49 Reſpondetur, ad hoc, vt effectum declaratiuũ
intentionis operentur,oportere quod fuerit permiſ
ſum ſaltim ex aliquo verbo obſcuro, vt inquit Nat
ta,d.conſi.39. Quod hic videbatur deſiderari, quia
tota clauſula præcedens, il qual fodamento,& c.
apparet inſerta in dictu inſtrumento per modum
cauſæ, non autem per modum diſpoſitiuis enun-
tiata, quicquid in contrarium ex mente Barto.in
l.ex hac ſcriptura.de donation.ſupra fuerit in con-
trarium dictum, quod enunciata per modum cau-
50 ſæ diſponant, † nam forte procedit id in materia
fauorabili, ſecus in odioſa & ſtricta, ita limitando
declarat Bald. in l.2.C.de neceſſ.ſeru.hęred.inſt.ſe
quitur Aymo. cum alijs quorum ipſe meminit in
tract.de antiq.temp.in 3.part.verſi. ampliatur nũc,
numero 53.
51 Quibus † additur, quod narrata per modũ cau-
ſæ tunc forte diſponerent, quando cauſa illa eſſet fi
nalis,non autem impulſiua, a qua non licet argue-
re l.1.§.ſexum.ff.de poſtul.& ex mente Tiraque.in
tract.de ceſſ.cauſ.trad. Fanuc.de inuent. in 7. part.
nume.34.prout videtur eſſe in caſu iſto, vbi timor
futurarum exequutionum contra d. de Altouitis,
quæ ab alijs intereſſatis fieri põt,non eſt cauſa fina
lis, vel cohærens diſpoſitioni fideiuſſoriæ, vt ſine il
latum reſpectu non fuiſſet promiſſurus,quia pote
rat, prout credendum eſt, ita factum ad fauorem
Nicolai, & vt ab eo liberaretur, abſque eo, quod
proſpiceret alijs creditoribus,qua ſtante ſeparatio-
ne,& quod alias ita eſſet facturus,& facere potuiſ-
ſet,cauſa illa ſic narrata,per euitar ogn'altra eſſecu
52 tione &c.† Erit cauſa impulſiua; non autem fina-
lis,iuxta tradita per Bartol.& Salyc.in l.1.C.de fal.
cauſ.adie.leg. Ioan. Monac.in ca.cupientes, colum.
2 de reſcrip.in 6.Bal.in l.cum tale. §.falſam.ff. de
conditio.& demonſtr. Nam attenta radice vnde o-
ritur hæc obligatio,finalis cauſa erit effectus libera
tionis a carceribus in quibus fuit poſitus Altouita
inſtante Nicolao,& pro ſuo tantum iure,& intereſ
ſe,non aliorum. Bald.in d.l.1.verſi.quæro quo mo-
do,C.de falſ.cauſ.adiect. Adeo, quod ſi non ſequa-
tur liberatio reſpectu omnium, non ideo ceſſabit
obligatio ad fauorem Nicolai;quod non continge-
ret,ſi cauſa illa eſſet finalis,quia quando cauſa,ſeu
ratio ſumitur ex particulari,vt dictum eſt vniuerſa
liter, impulſiua non finalis cauſa dicitur eſſe, &c.
53 Præterea, † quod dicit Barto.in d. l. ex hac ſcri-
ptura,locum habet in vltimis voluntatibus,non au
tem in contractibus,prout Ruyn.conſil.70.nume.
10.lib.1. Et egregie Caſtren.conſil.324.lib.1.nu.3.
licet pro nunc non firmemus.
Vltra,quod eadem verba non eſſe enunciatiue
54 prolata dici poſſent, † quia nihil in præteritum e-
nunciant explicatum ad fauorem intereſſatorum.
Alex.conſi.190.num.31.lib.6.Dec.in l.ex his,num.
8.C.de milit.teſt. Sed tantum ponunt cauſam fide-
iuſſionis factæ Nicolao in cuius narratione pręſup
ponunt promiſſionem factam intereſſatis, & ideo
55 non probant, † quia verba præſupponentia non
inducunt diſpoſitionem in pręſuppoſito. Fely. in c.
licet,num.7.de offic.ordin. præterquam, quod dicta
verba, intereſſati, poſſunt intelligi,non de intereſſa
tis in ſocietate, ſed cum dicto Nicolao cui fuit fa-
cta promiſſio &c.
56 Quæ quidẽ clauſula† generalis in fine poſita,&
ſi regulariter ad omnia præcedentia referatur. l.ta-
lis ſcriptura.§.ſi.de legat.1. cum ſimil. Non tamen
ex-

extenditur ad ea,quæ in diſpoſitione non exprimantur,ſed per argumenta,& ſubintelligentias ſupplētur,vt hic,ita Bald in l.1, in prin. in lectura antiq. & ibi Alex.col.fi.ff. quod quiſque iur. Fely. in cap. cauſam,quæ.in 8.limit.de teſcri.

Nec ad rem facit Celſ.Hugo.conſilio 72. numero 10. ex aduerſo pro magno fundamento reputatus, quia in eius dictis non eſt faciendum capitale tanquam pœnitus diuerſis a caſu noſtro, ibi enim fuit facta obligatio expreſſe pro filio non ſolum de eo, quod actori deberet, ſed & creditoribus, & omnibus alijs quorum intererat, &c. vt legitur in diſcurſu dicti conſilij. Hic autem vna tantum facta eſt promiſſio, vna ſtipulatio, vni tantum pro vnius intereſſe excluſis alijs, quæ quidem vnica tã reſpectu ſummę,quam perſonę limitata obligatio, in quacunque parte inſtrumenti poſtea enarietur, ſemper relatiue, & cum ſuo relatiuo,omnes qualitates præcedentes referente enuntiatur,& in illa repetitione, & ita fiue dicamus facere, ideſt promittere eidem Nicolao, vel notario, velut placuit Sozi. conſilio 94. numero 12. libro 1. Magiſtratui, nunquam erit alia promiſſio,quam vna, & eadem quę Nicolao fuit facta, ſibi tantum proſpicere velle proteſtanti: neque in æternum erit verum quod ex illis verbis dicatur inducta noua obligatio pro alijs quibuſcunque, quia natura verborum non patitur, vt dicit Barto.in d.l.ex hac ſcriptura, columna ante penultima verſi. Aduerte, quòd glo. de donation. Mens ſtipulantis repugnat expreſſe,
57 & voluntas promittentis cenſetur abeſſe. † Nam cum fideiubere pro alio ſit ſpecies dilapidationis bonorum, & maximum periculum, & incommodum, vt dicit Couarru. libro 3. var.reſol.cap. 2.nu. 6. Et nemo de iure præſumatur velle iactare ſuum. l.cum de indebito, de probat. Vtique non eſt cre-
58 dendum, † quòd is, qui in vnam cauſam amico inſeruiuit (ſufficit enim Amici labore cuiquam vel in paucis conſolari l.tutori. C. de negoc. geſt. Rot. in deciſ. 864. in antiq.) pro qua tantum erat carceratus, & fideiuſſore egebat, voluerit vltro cæteris illius creditoribus non inſtantibus,neque moleſtiam inferentibus ſeſe, & fidem ſuam aſtringere, ac ignotam,& nimis grauem illius debitorum molem fideiuſſione ſubire.

Neque vis erat facienda in clauſula,omni modo meliori, vt ſupra in contrarijs expenſa, & pon-
59 derata, † quia cum ex natura & ſtilo notariorum, potius quam ex mente contrahentium paſſim vbique apponatur,reſtringitur ad caſus expreſſos tantum & ſpecificatos, & eos quo poteſt, meliori modo validat, non autem, quod omiſſum eſt ampliet. Bald.in l.quoties,C.de hæred. inſtit. Dec. in l. precibus numero 18. C.de impub. Alexan.conſil. 113. lib.3. Gozad.conſi.78.num.12. Cæph.conſi.43.nu. 12. & ſequ.

Et ſtante, quod notarius in dicta clauſula,Il qual
60 ſodamento,expreſſerit † modum ineptum, ita qđ aptus ex eo deſcendere non potuit ad inducendam nouam obligationem reſpectu aliorum intereſſatorũ,ſequitur,quod dicta clauſula,omni meliori modo, nihil operari potuerit, vt tradit Menoch. de arbit.iud.lib. 1.q.47.num.36.

In deciſione tandem huius cauſę ſatis controuerſæ,& non ſemel inter nos diſcuſſę, magnifici Domini Coadiutores cenſuerunt in dicto inſtrumento Domino Ioanni fore proſpectum,ac pro ſuo quoque intereſſe per Dom. Simonem fuiſſe promiſſum, & cautum, quorum ſententiæ aſſentire minime potui,tum quia ex prędictis, & alijs per Dom. Iudicem a quo, allegatis cõtrariam ſententiam de iure veriorem crediderim,tum quia ſaltem rem ipſam fore valide dubiam negari non poſſe proſpexe-
61 rim, † quo caſu pro fideiuſſore tanquam morbo alieno laborante, vt poſt Bar. no. Roncagal. in l.3. §.vbi duo.num.88 & 194.& in l.duos reos,nume.
62 3 ff.de duob.reis. † contra eum,qui nititur in verbis contractus,in dubio interpretationem fieri debere,reſpondit eleganter Pariſ.in conſ. 110.nume. 55.lib.1. Qui etiam ſub nume.57.notabilius dicit,
63 † quod vbi promiſſio fideiuſſuris futura ſit nimis grauis promittenti, & onoroſa,potius fit interpretatio, vt ſit inutilis, quam quod nimis grauet, idem inquit Fulgoſ.in l.3.§.ſi quis in inſulam, ff.de eo, quod cer.loc. Et ſequitur pro notabili Iaſ. in l. quoties in ſtipulationibus. nu.3.de verb.obligatio.

Nec obſtant iudicia illa, quę circa reuocationẽ præceſſerunt in contradictorio cum D. Ioãne in id citato, quia eorum alterum obeſt eidem Domino Ioanni dum fuit excluſus a beneficio dictę capturę, quæ eſt lapis angularis dictę fideiuſſionis. Alterum vero dum fuit declaratum reuocationem dictæ promiſſionis fieri non potuiſſe,non prodeſt, quia non ſequitur,fuit citatus Dominus Ioannes,cõparuit, contradixit, ergo declarauit D. Simon eius intentionis fuiſſe,vt dicta fideiuſſio ad eum quoque porrigeretur.

Nam per huiuſmodi citationes,quatenus ſua putaret intereſſe,non inducitur obligatio aliqua, nec alicuius incertę obligationis declaratio, quia fieri ſolent ad cautelam ad excludendum diffamantes a prætenſis iuribus,& ad imponendum eis perpetuũ ſilentium, non autem vt ius conferant. Nam hoc eſſet contra intentionem agentis, vnde licet citando videretur D.Simon præſupponere ſe promiſiſſe vt inde inferr D.Ioannes, tamen illud præſuppoſi-
64 tum non induxit aliquam diſpoſitionem, † & oportet præſuppoſitum verificari,vt ſuper eo diſpoſitum locum habeat Deci.conſi.291.numero 3. & 591.num.3.Natta,conſilio 343.numero 2.& 407. numero 1.
65 Homini enim † qui in triplici ſtatu voluntatis conſideratur, conceptæ videlicet prolatæ, & ſcriptæ,vt dicit Bald.in tracta. ſciſma. quem poſuit ſub tit. ſi quis aliq. teſta. prohib.colum. 3. in actibus humanis complendis,ſolum habere voluntatem conceptam, ſeu intentionem, niſi verbis vel facto eam declaret, non ſufficit, alias in ſtatu ſimplicis intentionis,ſeu conceptæ voluntatis conſideratus, non erit totus homo,ſed anima, & intelligentia puta: mentalis igitur cogitatio, ſeu pręſuppoſitum fideiuſſoriam obligationem non inducit,q

vltta voluntatem requirit in ſui origine verborum
conceptionem.l.2.& l.ſtipulationum.§.ſtipulatio.
66 ff.de verb.obligatio.† Et pacto nudo etiam de iu-
re canonico non ſuſtinetur ſecundum Bald. in cap.
1.colum.peoul.de pact.Cuius dictum tanquam be
ne notandum ſequitur Vaſq.lib.1.quæſt.illuſtr.cap.
33.num.3.Et ex his non ſpiritu contradictionis du
67 ctus,† (nouetam enim per diſcrepantias audito-
rum, authoritati, ac honorificentiæ plurimum de
trahi,vt dicebat Luc.de Pen.in l.quicunque,col.2.
C.de.exact.& exeq.lib.12.) Sed iure dictante, & æ-
quitate a iure informata ſic ſuadente, in hanc ſen-
tentiam ſolus deucoi exiſtimans ſanctius eſſe in
hoc perplexo iuris articulo inclinare in mitiorem
partem D.Simonis morbo alieno laborantis & ex
imperitia(ne dicam dolo notarij) ſolliciti, & in an-
xietate politi,quam io eiuſdem grauis,& nimis o-
neroſæ promiſſionis diſpendium pro D. Ioanne de
lucro captante,tem ita controuerſam & obſcura
interpretarij,&c.

S V M M A R I V M.

1 *Pro cautandis miſſis poteſt aliquid relinqui,& recipi citra ſimoniæ labem.*
2 *Hæres hæredis teſtatoris eſt hæres.*
3 *Teſtamentum,& codicilli de eorum ſubſtantia ſcripturam non requirunt.*
4 *Vltima voluntas quantumcunque priuilegiata duorum ſaltim teſtium numero debet eſſe ſuffulta.*
Teſtamentum inter liberos omni alia vltima voluntate etiam militari magis priuilegiatum omnium iuris ſolemnitatum relaxationem habet ibi.
5 *Inſtitutio poteſt fieri coram duobus teſtibus.*
6 *Legatum per tres teſtes comprobetur.*
7 *Teſtium maior numerus in teſtamentis iure publico eſt inuentus ad euitandas falſitates,& pro maiori volũtatis teſtantium obſeruantia.*
8 *Teſtimonium vnius teſtimonium nullius.*
9 *Vni teſti, quod credatur an ſtatuto, conſuetudine vel a principi induci poſſit.*
10 *Teſtandi facultas ex gratia, & iuris indulgentia nobis competit.*
11 *Agnitio vnius legati an agnoſcenti in reliquis præiudicet.*
12 *Repetitio non cadit in ſolutione debiti de iure naturali.*
13 *Legatum in non ſolemni voluntate factum debetur ſi eius ſolutio ab hærede ſit promiſſa.*
14 *Approbatio ſimplex inutilis diſpoſitionis ex defectu publici iuris non nocet.*
Non ſufficit veritas ſine ſolemnitate,num.14.
15 *Confitens codicillos eſſe factos ſed cum pauciori numero teſtium non ſibi præiudicat.*
16 *Solutio vni legatario facta voluntarie,quoad alios non nocet.*
17 *Teſtatores dicuntur mortis cogitatione turbari.*
18 *Filij non debet iudicium patris irreuerenti infringere.*
19 *Teſtamentum inter liberos quantumcunque imperfectum tenet, dummodo duorum teſtium numero munitum ſit.*
20 *Sacerdos vicem duorum teſtium ſubſtinet.*
21 *Obſeruantia ſecuta ex pluribus contentis in diſpoſitione minus ſolemni facit illi fidem adhiberi.*
22 *Inſtrumenta per obſeruationem partium, tranſeunt in perpetuam fidem.*
23 *Soluens virtute tranſactionis,quæ alias ſoluenti non nocebat cenſetur eam approbare.*
24 *Producens ſcripturam cenſetur omnia contenta in ea approbare.*
25 *Etiam,quoad ea,quæ enunciatiue ſeu incidenter prolata ſunt.*
26 *Etiam ſeparatis.*
27 *Approbatio omnis habet vim confeſſionis.*
28 *Confeſſio hæredis de legato in minus ſolemni teſtamento facto actionem parit.*
29 *Teſtamentum minus ſolemne ſemel approbatum, non poteſt amplius reprobari.*
30 *Approbatio minus ſolemnis voluntatis præſente eo cuius intereſt facta,nocet quoad alia.*
31 *Approbatio ſcripturæ minus ſolemnis, an proſit etiam abſentibus habentibus intereſſe.*
32 *Approbationis actus dependens a ſola voluntate approbanti,& patris præſentiam non requirit.*
33 *Approbatio teſtamenti non ſolemnis non facit illud valere,vt teſtamentum,ſed in vim pacti,donationis,vel conſtituti.*
34 *Vni teſti a partibus approbatio plene creditur.*
35 *Etiam ſi tacite approbetur.*
36 *Partes poſſunt diſpenſare cum numero teſtium, & conſentire,quod vnus teſtis non legitimus probet.*
37 *Sacerdoti dicenti ſe in confeſſione habuiſſe licentiam publicandi aliquid creditur.*
38 *Caſus legis facit ceſſare omnem diſputationem.*
39 *Relictum dilectæ perſonæ tenet etiam, quod teſtamentum ſit minus ſolemne.*
40 *Impugnans teſtamentum ſub prætextu defectus ſolemnitatis,dicitur mortaliter peccare.*

A R G V M E N T V M.

Legata in minus ſolemni teſtamento facta an debeantur, & an hæres vnum vel plura ex his legata agnoſcẽdo in reliquis ſibi præiudicet etc.

D E C I S I O LVIII.

CONSTITVTVS in mortis articulo D. Angelus nobilis Vrbeuetanus de Aduedutis non valens temporis anguſtiã,& mortis cogitatione turbatus ſolemniter teſtari, eo quo tũc temporis valuit modo Reuerendo P.N.eius confeſſori,& Sancti Franciſci Guardiano ſuam vltimam enunciauit voluntatem.

Qui Reuerendus P.N.de ea fidem fecit per annotationem, manu propria in quodam libro magno in d.eccleſia diligenter conſeruato, vbi ſimilia deſcribi,& annotari cõſueuerũt.Tenor aũt voluntatis

tis prædictæ talis erat, videlicet.
Quod Iulius eius filius conſtitui faceret capel-
lam Sanctiſſimæ Conceptionis in Eccleſia prædi-
cta, & quod pro Miſſis ibi celebrãdis certum, quid
1 daret, (quod citra † Simoniæ labem fieri poſſe tra-
dunt Card. Panor. & Ioan. Andr. in cap. ſignificaſti,
de præb.) Neptibuſque eiuſdem in monaſterio San
cti B. profeſſis quinquaginta ſcut. perſolueret. Nec
non quod Domino Vincentio de Benincaſa nobi-
li ſimiliter Vrbeuetano, pro maritanda altera eius
filia, & dicti teſtatoris nepte centum ſimiliter nu-
meraret.
Hęc autem omnia ferè legata voluntatem patris
ſecutus Iulius hæres viuens agnouit excepto dicto
legato D. Vincentio relicto, quod morte præuentus
implere non potuit.
Agnitio vero, & ſatisfactio de cæteris legatis ap-
paret facta per hæredem vigore dictæ partitæ in di-
cto libro Magno prædicti conuentus ſcriptæ, vt pa-
tet publico inſtrumento in quo Dominus Vincen-
tius facit quietationem dicto Iulio de d. centum flo
renis, vt ſupra monialibus relictis victore dictę par
titæ, &c.
2 Mortuo Iulio, eius filij, & hęredes, † qui & te-
ſtatoris hęredes eſſe dicuntur, l. finali, C. de hæred.
inſtitut. Bertran. conſi. 42 numero ſexto, lib. ad hu-
iuſmodi legati ſolutionem ſe minimè teneri con-
tendebant.
Pro quibus valide adduci poſſe videbatur, quod
non conſtabat de voluntate diſponentis. Nam &
3 ſi † teſtamentum, & codicilli de ſubſtantia ſcriptu-
ram non requirant. Sozin. conſil. 142. colum. fi. ver-
ſic. & probatur manifeſte, lib. j. Fern. Vaſqui. de ſuc-
4 ceſſio. crea. lib. 3. §. 25. limita. 30. num. 22. † Vna-
quæque tamen vltima voluntas quantumcunque
priuilegiata, & informis etiam inter liberos in qua
omnis iuris ſolemnitas relaxatur, & quę quacunq;
alia vltima voluntate etiam militari fauorabilior
reputatur ſecundum Iaſ. in l. hac conſultiſſima, §. ex
imperfecto, C. de teſtamẽ. debet eſſe ſaltem ſuffulta
numero duorum teſtium, vt de iure gentium ſubſi-
ſtat, in ore enim duorum, vel trium ſtat omne ver-
bum, l. vbi numerus, C. de teſtib. capit. in omni ne-
gocio. extra eod. titu. Natta. in conſil. 423. res in hoc
conſiſtit. col. j. vbi in relicto facto per patrem filio ſi
dubitetur, an iure inſtitutionis ſit factum conclu-
dit ex mente Bald. & Caſtrenſ. per duos teſtes poſſe
5 probari iure inſtitutionis factum, † quia & coram
duobus teſtibus inſtitutio fieri potuiſſet.
Et eſt vera concluſio, quod teſtamenta informia,
& in quibus omnis ſolemnitas relaxatur debent
eam ſaltem habere ſolemnitatem, quæ eſt neceſſa-
ria in actibus inter viuos, & ſic numerus duorum
teſtium adeſſe debet.
Vnde legatarius, qui in dicta partita nititur, vi-
detur ſe fundare in teſtimonio vnius tantum, & ſic
per vnum teſtem hanc vltimam voluntatem, & le-
gatum probare ſatagit, quod non eſt ferendum, cũ
6 nec quidem per tres † teſtes legatum probari aſſe-
ueraret. Ruyn. in conſ. 120. nu. 10. lib. 5.
Nam ſicuti non tenemur credere contractui vni
co tantum teſte comprobato, ita & tanto minus in
vltimis voluntatibus vnico tantum teſtimonio mu
7 nitis, in quibus † ad euitandas falſitates, & ad ma-
iorem obſeruantiam uoluntatis defunctorum ma-
ior numerus teſtium ex publico iure inuentus eſt.
l. fin. C. de fideicommiſ. gloſſ. communiter approba
ta in ca. quæ in eccleſiarum de conſtitu. Iaſ. in l. ne
8 mo poteſt. ſecunda lect. nu. 105. ff. de leg. 1. † Et eſt
commune dictum teſtimonium vnius, teſtimoniũ
nullius. ca. veniens. de teſtib. cum concord. per Ti-
raquell. in tracta. de iudici. in reb. exigen. in princ.
9 verſicu. ſecunda ratio † vbi etiam dubitat an ſta-
tuto vel conſuetudine aliqua induci poſſit, quod
vni tantũ teſti credatur & de principe tradit Fern.
Vaſqui. de ſucceſſio crea. lib. 2. §. 12. in 2. requiſito
nume. 5.
10 Cum igitur teſtari † ex gratia & iuris indulgen-
tia nobis competat, non debent teſtatores huius tra
mites præſcriptos excedere poſſe. Guill. de Bened.
in c. Raynutius. in verbo. teſtamentum. 1. nu. 5. de
teſta. Abb. in rub. eod. tit. & ſic cum minori teſtiũ
numero quam duorum diſponere.
11 Nec releuat † agnitio & approbatio cæterorum
legatorum in d. partita contentorum per hæredem
facta, quaſi ob id ad reliqua implenda neceſſitatem
habeat. l. non dubium. C. de teſt. & ad not. per Natt.
in conſi. 77. num. 7. ubi ſoluens partem debiti dici-
tur agnoſcere fidem cautionis, & ad reliquum te-
netur.
Quia reſp. ita demum agnitionem & approba-
tionem legatorum ex inutili, & inualida diſpoſitio
12 ne approbanti nocere, ſi ſoluerit, † quia tunc tan-
quam naturaliter ſaltem debitum non repetit. doc.
communiter. in l. 1. de cond. indeb. & in l. cũ quis.
13 C. de iu. & fac. ignor. vel ſi hæres † ſoluere promiſe
rit ſecundum gloſſ. communiter approbatam in d.
l. non dubium, uel alias hæres legatum confeſſus
ſit a defuncto factum. Bero. in conſ. 56. nu. 26. lib.
1. Curt. Iun. in conſ. 166. nu. 12.
14 Alias † ſola et ſimplex approbatio inutilis diſpo
ſitionis propter defectum publici iuris non noce-
bit, quia non ſufficit veritas ſine ſolemnitate. Bal.
in l. alia cauſa. C. de his quibus, vt indi. & ideo dice
15 bat Corn. in conſi. 18. col. 2. lib. 2. quod † confitens
codicillos eſſe factos, ſed cum minori numero te-
ſtium, ſibi non præiudicat.
16 Quemadmodum † non nocet ſolutio alijs lega-
tarijs facta quoad alios quibus non eſt ſolutum.
Quia cum id fecerit uoluntariè quoad vnum vel
plures, quoad alios non tenetur quibus ipſo iure nõ
eſt obligatus hæres, ita inquit Areti. conſi. 92. in fi.
per gloſſ. in d. l. non dubium & per tex. in l. fin. C. ne
uxor pro mari.
Quibus tamen non obſtantibus contrarium di-
cendum eſt in caſu iſto.
Primo quia huiuſmodi teſtatori tanquam mor-
17 tis † cogitatione turbato. l. hac conſultiſſima. §. cum
humana. C. qui teſta. fa. poſſ. ignoſcendũ eſt potius
quàm iraſcendum ſi ſcrupuloſa iuris ſolemnia non
ſeruarit, quod potiſſimum dicendum eſt in diſpoſi-
18 tione patris, † cuius iudicium filij non debent in-
frin-

fringere, neque contra illud irreuerenter inſurge-
19 re, hoc enim † quantumcunque imperfectum, ſub
ſtinetur inter liberos, dummodo ſaltem duorum
teſtium numero muniatur, vt es communi opi. tra
dit Ales in conſil 76 num. 2. & conſil. 12 lib. 3. Iaſ.
in d. §. ex imperfecto, num. 6. Fern. Vaſq. de ſucceſ-
ſio. creat lib. 3. § 21. in 7. limit. num. 58. qui nume-
rus hic non deeſſe videtur, quod ſola ſacerdotis at-
20 teſtatione ſubſiſtat, quia † is vicem duorum obti-
net. Menoch. conſi. 92. nu. 89.

Secundo, quia Iulius voluntatem patris defun-
cti, & ſi legibus non ſubnexam, approbauit, ſponte
ſoluendo multa legata in dicta partita deſcripta,
quo fit, vt & aliorum ſoluendi neceſſitate obnoxius
fit. d. l. non dubium.

21 Obſeruantia † enim ſubſecuta ex pluribus ſolu-
tionibus contentorum in dicta partita facit eidem
fidem adhiberi quantumcumque minus ſolemni,
argu. no per Cy. inter conſil. Bal. 400. col. 5. libro 4.
22 Et per Bal in conſil. 402. in fi. libro 5. † Vbi inſtru-
menta per obſeruantiam partium tranſeunt in per
petuam fidem.

23 Facit, quia † ſoluens aliquid virtute alicuius tran
ſactionis, quæ illi non nocebat, cenſetur eam appro-
bare. Calca. conſi. 101. in fi.

Sicuti ſoluens virtute ſententiæ, illam appro-
bare dicitur, l. ad ſolutionem, C. de re iudic.

24 Confirmantur prædicta ex his, † quæ de produ-
cente aliquam ſcripturam dicuntur, is enim vide-
tur fateri omnia in ea contenta, & approbare. capit.
cum olim. de cenſ. l. cum precum, C. de liber. cau.
25 † etiam quoad ea, quæ enunciatiuè, ſeu incidenter
prolata ſunt. Abb. conſi. 52. in quæſtione, numero 3.
lib. 2. Aymo. conſi. 77. num 8. & 201. num. 4. Quod
26 procedit † etiam in ſeparatis ſecundum Angel. in
27 conſil. 132. Et omnis † approbatio vim habet con-
28 feſſionis. Bero. in conſil. 32 num. 4. lib 3. & ſic † pa-
rit actionem ad legatum in minus ſolemni volun-
tate factum, vt dicunt Doct. in d. l non dubium, &
tradit idem Bero. in conſil. 56. num. 26. lib. j. Ex quo
29 ſequitur, quod hæc informis vltima † voluntas ſe-
mel approbata amplius reprobari nõ poſſit, l. ſi quis
teſtium. de teſtib. capit. quod ſemel. de reg. iur. in 6.
Old. conſi. 28. in prin. Deci. conſi 66. in prin. Meno
nochi. conſi. 105. nu. 27. Vaſq. de ſucceſſio. crea. lib.
2. §. 18. in 2. requiſi nu. 7.

Nec obſtat gloſſ. communiter recepta in d. l. non
dubium, diſponens, quod ſimpler approbatio ſimi-
lis legati ſine ſolutione, vel promiſſione de ſoluen-
do, non noceat hæredi approbanti.

Quia dictum gloſ. limitatur non procedere, quã
30 do is cuius intereſt, † ſit præſens ſimplici approba-
tioni, ita poſt Salyce. Fulg. & Ales. tradit Siccard. in
dicta l. non dubium, col. 5. num. 4. vt contigit in fa-
cto iſto, vbi Iulius in præcitato inſtrumento quie-
tationis pręſente d. V. legatario fatetur ſe ſoluere
illud legatum monialibus virtute dictæ partitæ in
d. libro Magno, vt ſupra deſcriptę, & eſt ratio, quia
approbatio ſimplex cum præſentia eorum quorum
intereſt habet vim pacti, & cum relicta in minus
ſolemni vltima voluntate dicuntur naturaliter de-
bita, ſequitur quod pactum nudum ſuper naturali-
ter debitum actionem pariat ſicuti conſtitutum, vt
per Aneha. conſi. 429. nu. 4.

Quinimo dici poſſet hanc approbationem non
31 ſolemnis diſpoſitionis prodeſſe † etiam abſentibus
per ea, quę not. Angel. in auth. de hæred. & falci. §.
ſi vero expreſſim, vbi approbatio inſtrumenti tan-
quam veri prodeſt omnibus prætendentibus inte-
reſſe, etiã ſi non fuerint præſentes, & eſt ratio, quia
32 actus † approbationis depẽdet a ſola voluntate ap-
probantis, quo caſu partis pręſentia nõ requiritur,
Bart. in l. Pomponius. colum. 2. verſic. Item ex eo. ff.
de nego. geſt. & in l. a quo ff. rem rat. hab. & hoc di-
ctum Angel. pro notabili ſequitur Iaſ. in l. non ſo-
lum. §. morte, colum. 5. verſ. item per concluſionem
Bald. ff. de oper. nou. nun. quicquid contra ſenſerit
Sozin. in conſil. 105. colum j. in fi. libro 4. commu-
niter reprobatus teſte Aymo. de antiqui. temp. in 1.
par. ver. viſo de verbo. num. 47.

Non ob. quod hæc diſpoſitio, quæ dicitur nulla
propter defectum ſubſtantialis ſolemnitatis teſtiũ,
non autem probatoriæ, non valeat approbari a ve-
nientibus ab inteſtato, vt inquit Caſtren. in d. l. non
33 dubium. Quia huiuſmodi † approbatio non opera-
tur conualidationem actus interim teſtamenti, vel
codicillorum, ita quod inde ex teſtamento agi poſ-
ſit, ſed facit eum valere in vim donationis, pacti, vel
conſtituti, vt idem Caſtrenſ. dicit ibidem poſt eum
plenius Alex. & Siccar col. 3. nu. 6.

Non obſtat, quod dicta partita ſic deſcripta non
debere plus operari, quam illius Rẽu. P. N. iudicia-
lis depoſitio, & ſic vnius teſtis loco habenda, & con
34 ſequenter non probare, † quia ſi a partibus appro-
betur plene probat. gloſſ. Anto. & Cano. in cap. ve-
niens, de teſtibus. Iaſ. in l. admonendi. colum. 78. de
iur. iuran. verſiculo, quid ſi vnus teſtis. Quod am-
35 pliatur procedere † etiam ſi tacitè approbetur. Iaſ.
ibi. in fin. Angel. in l. ſciendum, de verborum oblig.
Anto de Butri. in capit. cum ad ſedem. de reſtitutio.
ſpoliat.

36 Nam ſicuti partes † poſſunt diſpenſare cum
numero teſtium, ita clarum eſt poſſe conſentire,
quod vnus teſtis minus legitimus probet, l. ſi quis
teſtibus, de teſti. gloſſ. & Bart. in l. 1. §. 1. de feri. Fe-
ly. in dicto capitu. veniens, quod verum eſt ſiue ex-
preſſe, ſiue tacitè conſentiant. gloſſ. ſingu. in §. ea li-
cet. in auth. de teſtibus, in verbo ſupplicijs, quam ſe
quitur Bal. & Imol. in l. ad teſtium, §. conditionem.
ff. de teſtib. Butri. & Imol. in capitulo, ex literis, de
tranſactio.

37 Maximè ſi teſtis ſit fide dignus, & ſacerdos, † qui
aſſerat ſe habuiſſe in confeſſione licentiam publi-
candi, vt hic, quia tunc eius dicto plenè ſtatur Lap.
alleg 93. ſequitur alios citans Anto. Gab. lib. j de te
ſtib. concluſi. 1. nu. 28.

38 Tertio principaliter allegatur caſus † legis, qui
facit ceſſare omnem diſputationem. Cæphal. conſi.
138. Craue. conſil. 4. ſub numero 21. Deci. conſilio
484 Iaſ. conſilio 147. & 180. libro 2.

Nam in hac materia minus ſolemnis, & inutilis
voluntatis ſtat deciſio iuris, quod ſi relinquatur ali-
quid

39. quid † dilectæ perſonæ venientes ab inteſtato tenentur ſoluere non obſtante inutili diſpoſitione, & imperfecta, adducitur text. in terminis in l. in teſtamento, iuncta gloſſ. ibi in verbo debuiſſe, ff. de fideicommiſ. liber. quam gloſſ. dicit ſingularem Alcia. de præſumpt. in 28. præſump. primæ regul. num. 6. & pro limitatione ad regulam, ſed ex inutili teſtaměto, nihil peti poſſit, vt nō procedat in legato facto dilectæ perſonæ poſt Corne. ibi in dicta l. non dubium, tradit Iaſ. numero 6. dicens d. gloſ. communiter approbari, & pro notabili ſequitur Siccat. numero 10. At hic legatum eſt factum neptibus teſtatoris ab eo dilectis, & in cauſam dotis, quę pia reputatur, cuius fauore vni tātum teſti creditur, l. Theopompus, de dote prælega. ſecūndum intellectum Barto. ibi.

Merito hæredes Iulij, qui comperta prædefuncti patris voluntate non ex ea ſola ſcriptura, ſed ex conſcientia relictorum legatorum illam agnouit, & approbauit, non minus indebite, quam impiè huius reſiduari legati ſolutionem detrahunt, cum etiam ex facto defuncti authoris approbantis teneantur
40 maximè in foro ęquitatis, & veritatis, in † quo mortaliter peccat is, qui ſub prætextu defectus numeri teſtium, vel alterius ſolemnitatis teſtamentum impugnare conatur. Abb. Barba. & Ana. in capitu. cum eſſes de teſta. Vaſqui. de ſucceſſio. creat. §. primo, num. 23. & ſequen. §. 2. num. 9. & de ſucceſſio. progre. §. 30. num. 30. & ſequ. vbi de commu. opin. aſſerit reprobato Couarru. in d. capitu. cum eſſes, de teſtam.

Et hanc opinionem plerique ex noſtratibus ſecuti ſunt tanquam non dubiam in foro conſcientiæ per denunciationem euangelicam, cum ex voluntate defuncti minus ſolemni oriatur obligatio naturalis, l. fin. & ibi. Bald. C. ad l. Falci. l. in teſtamento, de fideicom. libert. l. fideicommiſſum, C. de condict. indeb. & eſt communis opinio, vt poſt Alberi. & Iaſo. in l. cum quis, C. de iur. & fa. ignoran. teſtatur Michael de Graſſis, libro 2. commu. opin. capitulo 3. teſtamentum, quæſtione j. Couarru. in capit. cum eſſes, numero 5. de teſtament. licet ipſe contrarium teneat, & Vaſqui. de ſucceſſio. creat. libro j. §. j. ſub numero 2. verſicu. pro parte negatiua, licet & ipſe contra ſentiat Alciat. in capit. nouit. nume. 47. de iudici.

Et naturaliter debitum in foro conſcientiæ neceſſario ſolui debet, Barto. ad reprimen. in verbo denunciationem. Doct. in capit. nouit, de iudi. Couarru. dicto cap. cum eſſes, num. 5. & quod huiuſmodi legata in minus ſolemni diſpoſitione debeantur in foro conſcientię, tenet Barto. in l. nemo poteſt, de lega. j. numero 18. Alexand. num. 23. Rip. num. 99. & alios citans aſſerit hanc eſſe communem opinionē Iuli. Clar. in §. teſtamentum. quæſtio. 90. & ſequitur Eneas de Falco. in addit. ad Abba. in cap. quia plerique, de immu. eccleſ. numero 43. in verbo, ſed totū, vbi dicit, quod interrogatus a clariſſimo I. V. D. Domino Eraſmo Vrbeuetano, tunc Tuderti locum tenente, ita reſpondit. Verum vt dixi de iure quoque ciuili prædicta procederent ſine dubio propter expreſſam approbationem dictæ partitæ per ſupradicta, & ad Pariſ. conſi. 68. lib. 3.

Et in patriam reuerſus conſultus ſic de iure reſpondidi, & per iſta fuit aperta via concordię inter partes ſubſecutę.

SVMMARIVM.

1 *Hypotheca pro legatis dicitur conſtituta ſuper bonis teſtatoris deducto ære alieno.*
2 *Hypothecaria actio ſine perſonali non conſiſtit.*
3 *Hæres ſoluens prioribus creditoribus ſine ceſſione iuriū non agit, excipit tamen, & retinet, & ſe defendit aduerſus poſteriores.*
4 *Et hoc ius excipiendi, & retinendi competit etiam ſingulari ſucceſſori.*
5 *Vſufructuarius, & ſi dicatur non teneri ad æs alienum, permittit tamen, quod ex bonis deducatur, & ſoluatur.*
6 *Hæres, qui creditor ſit, & hæres, præſumitur tot bona hæreditaria accepiſſe pro ſuo credito inſolutum, & eo iure retinere.*
7 *Legatum habet ius tacitæ hypothecæ.*
8 *Hypotheca pro legatis eſt perpetua.*
9 *Legatum excedens vires patrimonij hodie non dicitur eſſe nullum.*
10 *Hypotheca tacita pro legatis, an fuerit cognita de iure ff. vel an iure C. introducta.*
11 *Hypotheca non commenſuratur cum credito, ſed omnia bona amplectitur.*
12 *Legatarius non experitur ſua hypotheca niſi ſuper eo, quod ſupereſt ſatisfactis creditoribus.*
13 *Hæres ſine beneficio inuentarij pręſumitur occultaſſe bona hæreditaria.*
14 *Hæres emens bona hæreditaria, adhuc ea remanent hypothecata creditoribus poſterioribus.*
15 *Error patrimonij, an vitiet legatum.*
Legatum, an vitietur per errorem legantis, qui de viribus patrimonij ſui ignarus fuit.

ARGVMENTVM.

De intellectu, & materia l. creditoribus, ff. de ſeparationibus.
Et de hypotheca pro legato competenti, & de legato vltra vires patrimonij facto, an ſit nullum.

DECISIO LIX.

DOM. Geneura de Vbertinis vti legataria egerat aduerſus bona Sebaſtiani ſui viri pœnes tertios exiſtētia; onerarat enim Sebaſtianus teſtando ſuos hæredes quatenus emerēt d. Dom. ſuæ vxori tot loca montium fidei, quæ annuatim aſcēderent ad ſummā ſcut. 150. Qui tandem mortuus eſt relicto

licto

Digitized by Google

lićto ita tenui patrimonio, vt creditoribus vix ſu-
pereſſet.

Quo ſit vt hoc legatum nullam hypothecæ præ-
rogatiuam habere videretur in bonis teſtatoris, ſed
tantum haberet hæredes obligatos, qui ſimpliciter
adeundo videntur quaſi contraxiſſe cum creditori-
bus, iuribus vulgaribus.

1 Dubium faciebat, † quod legatarius ius hypo-
thecæ haberet in eo tantum, quod ſupereſſet dedu-
cto ære alieno, l. crediturìbus, & ibi Rayne. Bart. An
gel. & alij, ff. de ſepara. & in l. quoties, eod. tit. vt ni-
hil etiam referre videretur, an de hypotheca ea lex
loquatur, an vero perſonalem actionem tantum de
2 neget † ſine qua nec hypothecaria conſiſtit, l. 1. vbi
Alcia. col. pen. & Iaco. de Nigr. num. 130. de lega. 1.
Iaſ. in l. j. num. 6. C. commu. de legat. Bello. inſtit. de
fideicom. lib. 2. nu. 10. Couarr. in cap. Raynutius, §.
10. num. 4. de teſtam.

Vrgebat, & aliud, quod etſi hæredes quorum per
ſonam repręſentabant poſſeſſores iſti, nulla iurium
ceſſione impetrata ab anterioribus creditoribus te-
3 ſtatoris quibus ſatisfecerunt, † poſterioribus cre-
ditoribus aditum patefeciſſe dicerentur, nec aliter
priorum creditorum locum adepti toto tit. C. de his
qui. in pri. lo. Id tamen actiue intelligendum eſt, vt
ſcilicet per iſtam ſolutionem egere nequeant ſine
ceſſione; excipere tamen ſic & retinere, ſi bona illa
pœnes ſe reperiantur, quæ ſoluendo ab ære alieno
liberarunt, gloſſ. in l. cum prior, ff. de diſtrac. pigno.
Corne. conſil. 245. num. 13. lib. j. Boeri. deciſ. 47. Ne
guſan. de pigno. 3. membr. 5. par. princ. num. 3. Ben-
inten. deciſ. 50. & eſt ratio, quia ſi hæres non ſoluiſ-
ſet, duraret anterior obligatio, quæ deſiderio actri-
4 cis noceret, quod † quidem ius retinendi, & excipiē
di hæredibus competens, competit etiam ſingulari
bus ſucceſſoribus, l. etiam. de iurein. l. ſi. de exceptio.
rei iud. Aymo. conſi. 148.

5 Ad quod facit, † quod de vſufructuario dicit Soz.
conſilio 109. num. 8. lib. j. qui & ſi non tenetur ad ęs
alienum, permittit tamen, quod ex bonis deducatur
& ſoluatur. Pariſi. conſi. 46. num. 23. lib. 2. Rota Ro
ma. per Moder. deciſio 123.

6 Facit, quod no. Aymo. conſi. 195. num. 3. † hære-
dem, qui creditor ſit, videri tot bona hæreditaria
pro credito ſuo accepiſſe inſolutum, & eo iure re-
tinere. Bal. & Caſtrenſ. in l. Stichum. §. ſi credit. ff. de
ſolutio. Sozi. iun. conſi. 170. nu. 5. lib. 2. Porti. Imol.
conſi. 92. nu. 14. Marz. conſi. 22. circa medium.

In contrarium pro actrice allegabatur ius tacitę
7 hypothecæ, quo † gaudent omnia legata. l. j. & ibi
doc. C. communia de lega. §. noſtra, & ibi no. inſtit.
de lega. Scribentes in l. j. de lega. j. Neguſa. de pigno.
8 memb. 4. 2. par. num. 157. † quæ perpetuo durat ad
quoſcunque vadant bona teſtatoris ſic affecta. Bal.
in l. debitorem. in prin. C. de pigno. & in l. ſi prædiū,
C. de euictio. quod ampliant procedere etiam ſi le-
9 gata excedant vires hæreditatis, † quia hodie talia
legata non ſunt nulla a principio, ſed ita demum
creditoribus reclamantibus, quibus permiſſum eſt
Caluiſiana, ſeu Fauiana actione reuocare, l. qui au-
tem in fin. ff. quę in fraud. credito. quod non proce-
deret niſi legata ipſo iure valuiſſent, vt inquit Al-
cia. d. l. j. numero 14. de legat. j. vel hęredes adierint
cum beneficio legis, & inuentarij, ita, quod hæc res
a futuro euentu pendeat, vt ſenſit Barto. in l. ſi vni-
uerſę, & ibi Caſtrenſ. numero primo, C. de legat. &
defendit Alcia. d. num. 14. quidquid Bald. & Salyc.
ſenſerint ſiue in ſpecie, ſiue in quantitate legata cō-
ſiſtant, cum omnium eadem ſit ratio, licet Bald. ſe-
cus ſenſerit, cum quo non conuenit Salyc. idem te-
nens in vtroque caſu d. l. vniuerſæ, qui tamen quo
ad principalem quæſtionem conciliari poſſunt cir-
ca validitatem legatorum, vt negatiua opinio pro-
cedat, quando ab initio appareat de viribus patri-
monij non ſufficientibus ad legata per confectionē
inuentarij.

Quare cum aliunde non conſtaret, quod iſta le-
gata excedant vires patrimonij, quam ex declara-
tione per annos decem, poſtea in Curia mercatoriæ
facta poſt mortem teſtatoris per aditionem hæredi-
tatis, & hæredis decoctionem, merito ab initio lega
ta tenuiſſe cenſuimus. Nam tempore declarationis
poterant multa deeſſe, quæ teſtator reliquiſſe, &
quæ occultari potuerunt, vnde quamdiu durant bo
na, durat hypotheca.

10 Non obſtat l. creditoribus, † quia ſiue iſta tacita
hypotheca fuerit cognita de iure digeſtorum, vt ſen
tit Cyn. d. l. j. nu. 8. C. com. de lega. & tenet Barto. in
d. l. creditoribus, & ibi Bald. col. j. & in l. j. de lega. j.
quos ſequitur Rom. in ſingu. 598. ſiue iure Codicis
ſit introducta, vt in dicta l. j. C. com. de lega. & com-
muniter videntur tenere Doct. in d. l. j. de legat. j. &
teſtantur addentes ad d. ſingul. Roman. Iaſ. in dicta
l. j. numero 3. Alcia. num. 59. de lega. j. iſta indagatio
non eſt multum vtilis, vt inquit Crot. in dicta l. pri-
ma, num. 76. in fi. de legat. j. Vnum eſt, quod ex quo
hæredes iſti inconſulte adierunt hæreditatem Seba
ſtiani ſpræto beneficio inuentarij, ſi ſatisfecerunt
creditoribus hęreditarijs aliter, quam per diſtractio
nem bonorum hæreditatis veluti de ſuo proprio, vt
facere tenebantur, iſta hypotheca pro legatis non
euanuit. Aut igitur Crot. ad l. creditoribus, loqui-
tur, quando eſt facta bonorum ſeparatio, quæ facit,
vt creditores hac diligentia hærede relicto, & bonis
confici meliorem ſibi conditionem naneiſcantur;
aut ita intelligenda erit d. l. creditoribus, vt omnino
non deneget hypothecam, ſed effectū ipſum reſpi-
ciat, quo careant legatarij, quandiu creditoribus ſit
ſatisfactum, quos lex anteponit, quod ſuadetur ex
textu ibi, in ea tantum parte, &c. quę verba non con
11 ueniunt hypothecæ, † cuius natura eſt, vt quemad
modum non commenſuratur cum credito, Bald. in
d. l. creditoribus, verſic. item nota, ita etiam nec vllis
eſt finibus pręſcripta, vt latiſſimè pateat, & omnia
amplectatur. Neguſa. de pigno. 2. parte 4. membr.
numero 165.

Et ita intelligenda ſunt dicta per Bartol. Angel.
12 Alberi. & alios in d. l. creditoribus, in eo, † ſcilicet,
quod ſupereſt legatarios habere hypothecam quo-
ad rem, & effectum, ideſt, quod legatarij non poſ-
ſint prius experiri effectualiter ſua hypotheca, niſi
ſatisfactis creditoribus; non autem quod ęs alienū

pręſtet

Digitized by Google

præſtet impedimentum, ne hypotheca oriatur pro legatis, & quod legata ab initio non valeant, & ſecum non afferant hanc hypothecam licet otioſam & inutilem, niſi ſimplex, & inconſulta hæredis aditio acceſſiſſet, propter quod moti fuimus ad dicendum, vt non ſolum teneatur vltra vires hæreditarias legatarijs, Iaſ. in l. prima, §. denique, num. 7. ad Trebellia. ſed & hypothecæ primæuę ius maneat, & exerceri potuiſſe cõtra tertios iſtos poſſeſſores, qui non gaudent eadem creditorum hæreditariorum prærogatiua, de qua loquuntur Bar. & alij in d. l. creditoribus, vt ſcilicet non valeant inſtituere hypothecariam, ſed perſonalem aduerſus hæredes dirigere oportere, l. ſeruus, §. ſi vero creditores, C. de iu. deli.

Nec enim comperimus hæredem hunc ſic inconſulto adeuntem, & debita hæreditaria ſoluentem, iura creditorum, & prælaturam mancisci, ita, quod legatarios excludat. Nam cum præſumptione legis, & nos credidimus eos ſoluiſſe de ære hæreditario, & ſic feciſſe, quod erat ſuum facere, & ad quod tenebatur, non autem ea ratione, vt aliqui exiſtimãt,
13 † quia ſic voluerit hęres, ſed quia les præſumit ſemper adeſſe de bonis defuncti, ſed occultata per hæredem, vt poſt Ioan. And. Bald. & alios not. Aret. in rub. de acqui. hæred. colum. 3. Iaſ. in l. fin. §. j. num. 2. C. de iure delib.

14 Immo † etiam ſi hæres bona hæreditaria emiſſet à creditoribus, eodem modo oneri hypothecæ ſubintrãt, ſi alij etiam poſteriores creditores eadem bona impetere vellent. glo. in l. 2. & ibi Caſtren. & Iaſ. C. de rep. hæredi. Neguſan. de pigno. 5. par. memb. 3. nu. 5. & in terminis Bero. q. 63.

Et allegata per Neguſan. d. 3. memb. num. 3. non nocere actrici dicebamus, quia locum habent in emptoribus, qui ſoluunt creditoribus, non autem in debitore ſoluente, & etiam cum pecunia emptoris ſatisfaciente creditoribus ſuis. Pauſpoſ. in l. prima, in princip. ff. quibus mod. pign. ſolu. Hic autem hæredes ipſi ſoluerunt, & de pecunijs hæreditarijs iuris præſumptione, l. 2. vbi Barto. not. C. pro ſocio.

Vnde ſicut ipſis hæredibus non competit ius retinendi, nec excipiendi, ſic nec habentibus cauſam ab eis.

Et ex his patet reſponſio ad Aymo. conſi. 295. & ad Sozin. Iuni. d. conſilio 109. ſunt enim illi caſus diuerſi, & diuerſam rationem habentes, vt colligitur ex prædictis.

Nec obſtat teſtatorem errore ductum adita legandum, exiſtimando plus eſſe in ſuis bonis, quam in his eſſet, & tamquam erroneam diſpoſitionem
15 non valere, † quia teſtator non fecit mentionem de bonis ſuis per modum cauſę in quibus terminis loquitur Barto. in l. demonſtratio falſa, num. 13. de cõditio. & demonſtra. Immo in ea parte nil dixit de ea re, ſed ſolum errauit circa vires ſui patrimonij, ſi ita fuit, quod non eſt credendum, quod non vitiat legatum. auc. ſed cum teſtator in fi. C. ad l. falc. vbi valent legata vltra vires non confecto inuentario, quod non eſſet ſi error vitiaret.

Non obſt. ſtatutum de ceſſantibus, quia actrix eſt creditris hæreditatis Sebaſtiani, & in illius bonis habet hypothecam, & iſta ſunt bona Sebaſtiani, & nihil habet commune cum creditoribus hæredum decoctorum merito illis præferenda fuit. l. hęreditatem, de actio. & obliga. gloſſ. in l. fina. C. de hęred. actio.

Elegit enim legataria ex tribus actionibus ad legatum competentibus viam hypothecariam omiſſa perſonali, quam ſibi tutiorem exiſtimauit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Iudex competens quis dicatur.*
2 *Ciuitas qualibet pręſumitur libera.*
3 *Piſtorienſes ciues non trahi poſſe Florentiæ.*
4 *Ciuis ex priuilegio gaudet priuilegijs, vti originarius.*
5 *Ciuis ciuitatis dominantis non ligatur ſtatuto ciuitatis ſubditæ.*
6 *Piſtorium non comprahęnditur ſub ſtatutis, & ordinamentis Florentiæ, niſi ſpecialiter de ea fiat mentio.*
7 *Lex noua declaratiuè procedens trahitur ad præterita.*
8 *Piſtorij ciuitas non ſubeſt Florentię, ſed dicitur ciuitas ſocia.*
9 *Sociæ ciuitas, & ſocius Rex quis dicatur.*
10 *Sociari inter ſe ciuitates quid ſit.*
11 *Confederati, & adhærentes, qui dicantur.*
Adhærentes, qui dicantur.
12 *Federis genus triplex.*
13 *Perſona loquens ſemper intelligitur excepta.*
14 *Inferior ſuperioris factum non improbat.*
15 *Princeps ſolus ſuo reſcripto ius rei iudicatæ tollit.*

ARGVMENTVM.

Piſtorij ciuitas ſocia ciuitatis Florentiæ, & non ſubdita.
Et de ciuitate ſocia, adhærenti, & confederata.
Et quid ſit ſociari, & confæderari, & de multiplici fæderis genere, &c.

DECISIO LX.

DOM. Bracciolini de Piſtorio egerunt aduerſus Illuſtriſſimum D. Marchionem Fabium de Maleſpinis, & litis conſortes, ad recuperationem nonnullorum bonorum vigore prætenſi fideicommiſſi, & ſuccubuerunt; quia per nos fuerunt abſoluti d. Illuſtriſſimi rei conuenti, cũ reſeruatione tamen iuris, ſi quod competit, iterum conſultus reaſſumendi teſtamentum illud, quo Bracciolini nitebantur.

Huius victorię dicti de Maleſpinis minimè contenti, mouerunt iudicium contra dd. de Bracciolinis

nis cotam D. Iud. quarteriorum petentes per viam
principalis petitionis declarari præfatam iurium
reſeruationem fieri non potuiſſe, ac nullum ius il-
lis competere conſultius ſumendi, ſententiamque
noſtram perinde haberi, ac ſi ſimpliciter, & ſine re-
ſeruatione lata foret.

Quibus oppoſuerunt Bracciolini de Iudicis in-
cómpetentia, eam iuſtificando, tam de iure commu
ni, quam ſtatutario d. ciuitatis Piſtorij.

Competens enim de iure Iudex ordinarius is eſt,
1 † qui rei conuenti Iudex eſt. gloſſ. in cap. primo, §.
fina. de prohib. feud. aliena. per Feder. Doct. in l. fin.
2 ff. de iuriſd. omn. iud. † & in dubio quælibet ciuitas
præſumitur libera l. altius, C. de ſeruit. & aqua. & in
puncto, quod in dubio vna ciuitas nõ præſumatur
alteri ſubiecta, conſuluit pro ciuitate Sauonæ, Dec.
conſi. 360.

Quod etiam videtur expreſsè deciſum per ſtatu-
ta Piſtorij legitimè confirmata, libro 7. cap. antepe.
3 & penul. † Quibus cauetur, ciues Piſtorienſes non
poſſe trahi ad tribunalia ciuitatis Florentiæ, niſi in
Curia Mercantiç, vt habetur lib. j. cap. 12. ſtatutorũ
d. ciuitatis Piſtorij.

Et quamuis per viam appellationis aliter ſerue
tur, id tamen eſt ex iure deuoluto, ſic dictante ſtatu-
to Piſtorij lib. 2 cap. 2.

Replicabant ex aduerſo dd. de Maleſpinis, id lo-
cum ſibi vendicare, quoad alios, non autem, quoad
ciues Florentinos, qui vigore contrarij ſtatuti ciui-
tatis Florentiæ dominantis habent facultatem tra-
hendi quemcunque de diſtrictu, & comitatu Flo-
rentiæ coram officiali, vel Rectore Florentiæ, vt pa
ter lib. 4. c. 34. ſtatuto. Piſtorium autem eſſe de eius
comitatu, alio ſtatuto, ſeu deliberatione edita de an-
no 1401. comprobabant.

Et ſtante, quod Illuſtriſs. D. Marchio ſit effectus
4 ciuis Florentinus, de quo non ambigebatur, † &
gaudeat omnibus priuilegijs, quibus gaudent alij
originarij ciues ciuitatis Florentiæ. Bart. in l. mari-
tus, §. legis, colum. j. in fi. de adult. Ruyn. conſil. 227.
numero 2. libro primo, & ſit ciuis ciuitatis domi-
5 nantis † non ligatur ſtatutis loci ſubditi, ac prædo-
minati, poteritque, non obſtante aliquo ſtatuto in
contrarium edito, vel edendo habere ſubditos hu-
ius ciuitatis ad Palatium D. Poteſtatis ſic expreſſe
dictante dicto ſtatuto. cap. 34.

Quibus tamẽ non obſtantibus pronunciauimus
Dominum Iudicem quarteriorum incompetentẽ,
& non potuiſſe, neque poſſe in hac cauſa ſe ſe intro-
mittere; moti, quia dictum ſtatutum cap. 34. & d. de
6 liberatio edita de anno 1401. non † comprçhendunt
ciuita. Piſtorij, & licet in dicta deliberatione dicatur
Piſtorium eſſe de comitatu Floren. id tamen fuit fa
ctum in gratiam Piſtorienſium, tunc temporis pro
pter diſcordias, & bella iugiter perturbatorum, non
autem, quod inde Reſp. Florentina eius intentio-
nis fuerit, acquirere aliquam ſuperioritatem in Pi-
ſtorienſes, quod non obſcure oſtendit alia delibe-
ratio, ſeu prouiſio in generali Floren. conſilio po-
ſtea edita de anno 1496. vbi inter alia, ſic legi-
tur.

[Ancor che d. Città, & huomini di Piſtoia, & con
tado, non s'intendino, ne ſiano in alcun modo com-
preſi in alcuna prouiſione, ò leggè, che per l'auuenir
ſi faceſſe per il commune di Fiorenza, la qual in ge-
nere comprendeſſi, ò toccaſſi, l'huomini della iuriſ-
dic. Fiorentina ſe particolarmente non ſarà ſtata fat
ta ſpeciale, & eſpreſſa mentione di d. Città, Conta-
do, huomini, & perſone di Piſtoia, &c.

Quod quidem ordinamentum, ſeu lex ſuperue-
niens, cum ſtet declaratiuè, ibi anche non s'intendi-
7 no, † ne dum ad futura, ſed etiam ad preterita ſe ex-
tendit ſecundum Imol. in c. fi. de conſtit. Vaſq. lib. j.
quæſtio Illuſtri. c. 44. nu. 2. ſed cum nullibi, nec an-
te, nec poſtea reperiatur expreſſe cautum, quod Pi-
ſtorienſes trahi poſſint a ciuibus Floren. ad forum
poteſtatis Florentiæ, meritò, &c.

Et vlterius, quòd Piſtorium non ſubalternetur,
8 ideſt, † non ſubſit ciuitati Florentiæ (ſic enim decla
rat Rebuff. de ſenten. prouiſ. art. j. glo. 2.) irrefraga-
bile præbent teſtimonium monumenta, & inſcri-
ptiones, quæ hodie leguntur, & patent omnibus in
Aula magna Sereniſſimi M. Ducis. Vbi appellat
Sereniſſ. Dux Piſtorium ciuitatem ſociam. Quæ ver
ba hoc important, videlicet, quod Piſtorienſes apud
Florentinos libertatem in rerum ſuarum dominiũ
retineant, ſicuti Florentini apud Piſtorienſes, ita ad
literam declarat text. in l. non dubito, ff. de capt. &
poſtlim. reuerſis.

9 De quibus † verbis, videlicet de ciuitate ſocia me
minit etiam text. in l. poſtliminium eſt ius, §. poſtli-
minio eod. titu. inquiens poſtliminio rediſſe dici
debere eum quoque, qui ad ciuitatem amicam ſo-
ciamve, vel ad regem ſocium, vel amicum perue ne-
10 rit. Sociari autem † ciuitates inter ſe nil aliud eſt,
quam fœderis vinculo colligari, propter quod non
inducitur ſubiectio, ſed ſub protectione receptio,
Card. in Clemen. ne Romani, de electio. & not. Bu-
de. in anno. pandecta. ad d. l. non dubito. Alcia. conſ.
460. Brun. colum. 87. num. 3. & dicit Natta in conſ.
11 301. † quod confœderati, & adhærentes dicuntur
eſſe liberi nec ſubſunt eius juriſdictioni, licet ſit sẽ-
per inſpiciendus tenor confœderationis, teſte Mar-
12 ti. Sando in tracta. de confœdera. quæſt. 7. † triplex
enim eſt fœderis genus ſecundũ Tit. Liui. lib. 4. de-
cade. 4. Vnum, quod æquum dicitur, & amicitiæ cau
ſa initum, quod eſt inter eos, quod inter ſe hoſtes
non ſunt, quod genus parit æqualitatem, vt vnus al
teri non ſubſit, nec leges det, neque recipiat, quod
eſt proprium victoris, & victi, & in hoc verſatur Pi-
ſtorium cum Florentina, cum qua ad amicitiam ſo-
ciali fœdere cohiuit; alterum vero dicitur fœdus im
par: tertium verò dedititium, & hæc duo non fa-
ciunt ad rem noſtram, ſed de his erit videndus Me-
noch. de arb. iu. libro j. quæſt. 100. Accedit in argu-
mentum libertatis, & non ſubiectionis d. Ciuitatis,
quod in illa celebri annua ſolemnitate S. Ioan. in
qua ſono tubæ citantur, & vocantur omnes ciui-
tates ſubditę Dominio Florentino, & Sereniſſ. mag.
Ducibus, vt compareant ad recognoſcendum ſu-
perioritatem, non nominatur, nec vocatur ciuitas
Piſtorij.

Nec

Digitized by Google

Nec ob.ſtſt.capit.34.derogatoriom ſtatutis ędi- tis, vel ædendis in cootrarium,& ſic annullatiuum illius prouiſioois promulgatę de anno 1496.

Quia intelligi debet de ſtatutis editis , vel edendis ab alijs , non autem ab ipſiſmet ſtatuentibos, qui ſibi non cenſentur legem imponere voluiſſe, quin ab ea recedere non liceret, l. ſi quis in principio de leg. 3.

13 Et † in quolibet ſermone intelligitur exceptua ta perſona loquentis,l.Paulus,§.fi.& ibi gl.& Bart. ff.de pigno. Pil. quęſt.24. cum concord. per Anto. Gabr.lib.6.de verbo.ſignif.concluſ.9.

14 Poſtremo obſtabat res iudicata , † contra quam nefas fuit inſurgere, & maximè coram ioferiore Iudice , qui ſuperioris factum non reuocat , l. minor magiſtratus de mino. Aymo.conſi. 148.nu.3.

15 Ex † ſolo enim Principis reſcripto ius ex ſententia,& re iudicata quæſitum in dubium reuocatur, vt inquit Phil.Fran. in ca.ſua nobis,num.15.ext.de app.&c.

SUMMARIUM.

1 *Nominandi alium in contractibus facultas reſeruari ſæpè ſolet.*
2 *Dies, & pœna in contractu appoſita impediunt moręe purgationem.*
Mora impurgabilis eſt ſi in contractu ſit dies, & pœna.
3 *Mora a pręlato ſolo ſine capitulo remitti non poteſt.*
Prælatus ſolus ſine capitulo moram incurſam non remittit
4 *Hoſpitalarius prælato collegiatæ eccleſiæ comparatur.*
5 *Clauſula ipſo iure, & abſque declaratione, &c.reddit moram impurgabilem mora non purgatur.ſi ſit adiecta pœna cum die ipſo iure, & abſque declaratione.*
6 *Mora non purgatur in emphyteuſi, ſi poſt biennium ſint elapſi decem menſes.*
Emphyteuta nō purgat moram lapſis decem menſibus poſt biennium.
7 *Quinimo ne quis quidem poſt duos menſes.*
8 *Caducitatis declaratio requirit ſpeciale mandatum.*
9 *Hoſpitalarius tutori comparatur.*
10 *Moræ purgatio non admittitur ſecuta declaratione caducitatis.*
11 *Executione facta ab homine, vel a lege impeditur purgatio morę.*
12 *Mora geminata excludit purgationem.*
13 *Etiam de ęquitate Canonica.*
14 *Hoſpitale, an eccleſiaſticus locus dicatur eſſe.*
15 *Hoſpitale in dubio pręſumitur erectum ſine auctoritate Epiſcopi.*
16 *Hoſpitale gubernatum a laicis non dicitur eccleſiaſticum.*
17 *Hoſpitale ſi non eccleſiaſticus pius tamen locus dicitur.*
18 *Solemnitas, & conſenſus apoſtolicus curſu temporis pręſumitur acceſſiſſe.*
19 *Canonis libera receptio remittit caducitatem.*
20 *Caducitas cenſetur remiſſa per receptionem canonis ſine proteſtatione, ſecus cum proteſtatione.*
21 *Caducitas, an per ſucceſſorem intentari poſſit.*
22 *Oblatio canonis ante declaratam caducitatem, & ante diem citationis impedit caducitatem.*
23 *Mora per depoſitum reale poſt declarationem purgatur.*
24 *Caducitas ante declarationem non dicitur commiſſa.*
25 *Etiam non obſtantibus verbis ipſo iure ſolutioni, ſed priuationi adiectis.*
26 *Mora purgatur celeri ſatisfactione.*
27 *Etiam ſi iuramentum interuenerit.*
28 *Mora pręcedens ex actu affirmatiuo purgatur, & multo magis ſi ex actu negatiuo.*
29 *Celeris ſatisfactio quando dicatur.*
30 *Emphyteuſis eccleſiaſtica non differt a priuata in purgatione morę.*
31 *Æquitas canonica omnibus eſt communis.*
32 *Pœna ſtrictè interpretanda.*
33 *Dies, & pœna impedit purgationem moræ de rigore iuris, ſecus de æquitate.*
34 *Obligatio pręſumitur pręceſſiſſe ad euitandam pœnam.*
35 *Declaratoria requiritur in pœnis incurſis ipſo iure.*

ARGVMENTVM.

De purgatione moræ, & an, & quando ab emphyteuta fieri poſſit, & de hoſpitali laicorum, an eccleſiaſticus locus dicatur, vel ſaltem pius.

DECISIO LXI.

NOBILES de Mapheis Volaterrani cōduxerunt de anno 1531. in emphyteuſim ab hoſpitalario dictæ ciuitatis domum ſub annuo canone libratum 31. & hęc conductio fuit facta pro ſe, & nominandis ab eis, qui modus contrahendi frequens eſt,& a iure non impeobatus.vt inquit Deci. in cooſilio 543. Benuen. Stracha. in tracta.de aſſecura. in gloſ. 29. numero ſexto. Quorum is, qui primo ſic conduxit intra conuentum tempus non nominauit, neque intra biennium, in dicta domo, & pro eius reparatione impenderat ex conuentione impendenda, licet longe poſt expenderit, & reparatit,& vlterius eiſdem de Mapheis obijciebatur, quod ceſſaſſent per bieonium in ceſſatione canonis.

Et propterea ex vtroque capite Hoſpitalarius intentauit caducitatis iudicium addendo alienationi non acceſſiſſe auctoritatem apoſtolicam, & in cōtractu fuiſſe appoſitam diem, & pœnam, ita, quod moræ macula vix abſtergi valeat, l. magnam, C.de contra,ſtipul,l.traiectitiæ, §.de illo.ff.de actio.& obligat.Sozi.in conſilio 19 num 6.& 288. nom.34. libro 1.Pariſ.conſi.19.num.199.libro 2.& de commu.opi.Sylua.conſi.85.num.4.

Quæ

Digitized by Google

Quæ quidem mota nec ab ipſo hoſpitalario remitti potuiſſet, quia in rebus grauioribus peragendis ſine autoritate magiſtratus ſe intromittere nõ poteſt, ſi eum prælato collegiatæ eccleſiæ comparemus ſecundum gloſſ. in ca potuit, extra loca, quam receptam teſtatur Bero. in conſi. 122. in fin. lib. 1. Iuli. Clar. in § emphy. q. 8. verſi. aut vero eccleſia.

Et dato quod prædicta ceſſarent, vrgere videbatur quod ſit ceſſatum in ſolutione canonis ad quã guarentigiato inſtrumento tenebantur, quod reddit moram impurgabilem ſi credamus Signo et ibi adden. in l. ſi ex legati cauſa nume. 212. de verbo. obli. præſertim quod vltra diem ſit etiam pœna ipſo iure abſque declaratione incurrenda, quæ omnia moræ purgationi aditum claudunt. gl. in Clem. ne in agro. verſ. ipſo iure de ſtatu Monach Corne. cõſ. 246. nume. 3. lib. 3. Natta. conſi. 365. num. 10. Bero. conſi. 150. num. 2. lib. 1. etiam ſi celeris eſſet purgatio poſt effectum morę conſumatum, idem Bero. in cap. potuit nu. 60. Barto. in l. ſi inſulam, de verb. obliga. & ibi Rip. num. 77. Alcia nume. 21. Grat. conſ 93 nu. 63. lib. 1. & maxime ſi poſt biennium decem menſes effluxerint, quo caſu moræ purgatio non admittitur, vt reſpondit Bertran. in conſ. 11. lib. 3. alias 1. par. 2. vol. imo, nec poſt duos menſes. Fulgo. conſ. 7. col. 3.

Præſertim quod hic non deſiderabatur declaratio nullitatis procurata ab hoſpitalario priuſquã Maphei purgationem morę attentarent, quæ quidem petitio, & declaratio caducitatis, & ſi ſpeciale mandatum requirat, Bero. d. conſi. 150. nume. 18. Burſat. conſil. 26. nume. 41. potuit tamen fieri ab hoſpitalario, qui cum tutori ęquiparetur, l. orphanotrophos, & ibi Bartol & alij no. C. de epiſ. & cler. generalem habet adminiſtrationem in his quoque quæ ſpeciale mandatum requirunt ad no. per gloſ. & docto. in l. mandato generali. ff. de procu. Alexan. conſil. 22 nume. 9. lib. 3. vt hoc vno modo etiam illis ſatisfactum ſit qui declarationem adhibendã dixerunt, vt fuit Barto. in l. 1. ſi ager vectigæ. vel emphy. Cephal. conſil. 25. nume. 25. qua declaratione ſecuta omnes tenent morę purgationem excluſam eſſe. Deci. pro communi in conſil. 160. in fin. Alcia. in d. l. ſi inſulam num. 21. Cephal. d. conſi. 25. nume. 27. non minus quam ſi ab homine vel a lege executio facta foret, quo caſu pariter mora non purgatur. l. is cui. ff. de legat. 1. Barto. in d. l. ſi inſulã, quæſt. 1. Bero. d. c. potuit num. 60. & de communi opi. Bologn. conſ. 16. nu. 46.

Maxime ſi moræ ſit geminata, quæ ſola geminatio purgationem excludit Barto. Ange. Roma. & alij in d. l. ſi inſulam. Bero. d. cap potuit, nume. 142. & in conſil, 120. num. 21. lib. 1. Cephal. d. conſi. 25. nume. 2. Ita quod tali caſu nec æquitas canonica proſit ad purgandam moram. Bero. in d. conſ. 120. & pręſertim in caſu iſto Mapheorum, vbi de priuata emphyteuſi agitur in qua non videtur procedere. cap. potuit quod ſolum in emphytheoſi eccleſiaſtica locum habet. Iuli. Clar. in § emphytheoſis. q 8. verſic. ſecus autem. & Burſat. d. conſ. 26. nu. 43. licet aliqui id impugnent, videlicet, quod ęquitas canonica procedat, etiam in emphyteuſi priuata.

eſt repetitum in conſ.232.lib.2.

Octauo, quod ſit inter viuos donatio deducitur
ex proprietate ipſius donationis inter viuos, cum
ſit facta nullo cogente imperio, ſed mera liberalita
te, & nullo caſu ad donantem reuerſura ſecundum
donantis propoſitum. l. 1. eum gloſſ. ff. de donat.
Hic enim qui donat, pater eſt, in deſcendentes li-
beralitatem exercens, qui eo viuente, nec propria
bona diuidere cum filijs, neque legitimam tradere
coactus eſt, cuius uotum eſt, ut eius bona, ad deſcen
dentes deueniant. l. ſcripto. & l. cum ratio, de bon.
damnat. qui quod reuocandi animum non habue-
rit, nec ea intentione donauit, ſatis aperte colligi-
tur ex prædictis & ex lege ſibi impoſita, de non con
traueniẽdo vllo vmquam tempore, vt arguit Ang.
d.conſ.254.col.2.

Nono vrget ad ita concludendum coniectura
17 † reſeruati vſusfructus, cum reſeruatio quorundam
in alijs cenſeatur translatio, & ſic dominij, quia res
ſua nemini ſeruit, et fruſtratoria foret talis reſerua
tio, ſi nõ intendiſſet donare inter viuos, cum totum
foret in ſua poteſtate reuocare, ita ęgregiè Bald. in
conſ 107.col.2.lib.2. Reſeruatio igitur vſusfructus
rei donatæ ſub commemoratione mortis, facit tran
ſire donationem in donationẽ inter viuos reſpectu
dominij ſimpliciter, ac irreuocabiliter, Alex.conſil.
14.col.2.verſi.hac etiam, lib.2.Sozi.conſi.53.col.2.
libro j.Ruy.conſi.52.col 3.lib.j. Bertran.conſ.175.
col.2.lib j.Aymo.conſi.214.nu.10. & ſupradicta de
ciſ.Lucenſ.nu.7.

Et pro iſta opinione adducitur deciſio eiuſdem
Bal.clarior, quam alibi reperiatur, in addi.ad Specu.
de inſtr.edi. in fi.verſicu. ſi quis donat. Vbi inquit,
quod ſi quis donat proprietatem retẽto vſufructu
in vita, quod iſta eſt donatio inter viuos, quamuis
executio eius, quoad vſufructũ ſit collata poſt mor-
tem, & ſi in ea mortis mentio facta ſit, cum nõ adij
ciatur verbo præſentis temporis dono, ſed verbo
executiuo, vt hic, vbi adijcitur mortis mentio diui-
ſioni, & ſic executioni poſt mortem, quam Bal.de-
ciſionem extollendo, ſequitur Alex.d.dicta l.quæ do
tis, & Claudi.de Seiſell. Iaſ. Sozi. Ruy. Bald. & Deci.
in locis citatis per Rolã. dicto conſilio 61. num.13.
Natta in conſilio 453. numero 2. & ſeq. & hæc opi-
nio nobis quoq; magis placuit, licet ex aduerſo ple-
raque afferrentur in medium, quæ rem obſcuram
reddebant, tum ex facto, tum ex iure, cum hinc in-
18 de probabiliter allegari poſſet. Tamen † in dubio
potius eſt iudicandum, quod ſit donatio inter vi-
uos, quam mortis cauſa ſecundum Bal. conſi. 107.
col 3. per gl.inſti.de dona.in prin.

Nec obſtat, quæ in contrarium adducebantur,
quod tam in proœmialibus verbis, quam alibi in
dicto inſtrumento ſit facta mortis mentio, ita quod
mors ſit cauſa donationis, & ſit regulare, quod vbi
mortis ſit mentio, in dubio cenſeri debeat donatio
cauſa mortis, l. Sæia, cum gloſſ. ff.de dot. prælega. l.
Sæia, §. finali, ff.de donat. cauſa mort. Et quod di-
ſponens declarauit ſuam valere velle diſpoſitio-
nem, tam inter viuos, quam in vim vltimæ volun
tatis, quarum dictionum virtus eſt copulare diuer-
ſa, & æqualiter verificari ſi affirmatiue ponantur;
& ſimul æqualem faciunt comparationem, l. ait
diuus, ff.de iur.fiſci, l.nominis, de verborum ſignifi-
cationibus, l.cum ſcimus.§.finali, C.de agric.& cen
ſit.libro vndecimo, ita, quod ad conciliandam hanc
contrarietatem benigna ſit facienda interpretatio,
& ſic quod cum vtraque diſpoſitio ſubſtineri poſ-
ſit, videlicet reſpectu portionum filiorum ſit do-
natio inter viuos: reſpectu vero paternæ cauſa mor-
tis pro validitate vtriuſque ſit arbitrandum, quod-
que hæc donatio ſit reſtricta, & præciſa per illa ver-
19 ba, & eo † caſu, & dicto caſu, Ancharan. conſilio
357. Romanus conſilio 139. Bald. conſilio quin-
quageſimonono, libro ſecundo. Quia vbi conſtat
de intentione donantis voluiſſe donare inter vi-
uos, mentio mortis non attenditur, prout hic ſa-
tis ſuperque ex præmiſſis validioribus coniecturis
apparebat, & ita latius reſpondet Roland. dicto cõ-
ſilio octauo, num. 29. & 30. & dicto conſilio 61. nu.
50. & mortis mentio, ſeu tempus in caſu iſto fuit
adiectum

Digitized by Google

adiectum verbis executinis, nõ autem diſpoſitiuis;
ideo actus telinquitur purus, & ſimplex, executin
autem in diem, ideſt ad tempus mortis, non tan-
quam cauſa finalis appoſitum, ſed cauſa demon-
ſtrandi, quando velit executionem inchoari iux-
ta oot. per Bald. io additio. ad Specu. de ioſtrum.
edi. colum. fina. & per Alexand. in dicta l. quæ do-
tis, colum. 5. ſolu. matrimo. Barto. conſilio 212.
Dyn. conſilio 49. Angel. conſilio 179. numero 4.
Curt. Iuni. conſilio 15. Bello. conſilio 60. Gozad.
conſilin 81. Natta, conſilin 453. colum. 1. & illæ di
ctiones tam, & quam, in hoc caſu magis ſtant ele-
ctiue, ſeu comparatiue, & quaſi ſubſidiarie ad io-
ſtar clauſulæ, ſi non valet, vt ago, valeat, vt vale-
re poteſt, ideſt, vt ſi non valet vti donatin inter vi-
uos irreuocabilis, valeat ſaltem in vim vltimæ vo-
luntatis, alias implicarent cootradictionem, vt
vous, & idem actus valeat, vt diſpoſitio inter vi-
20 uos, & causa mortis. Prout † etiam parum vr-
gent illa verba dicto caſu, quæ quantumcunque
præciſa forent, ioterpretationem recipiont ex men
te proferentis, vt late reſpondet Roland. in dicto
conſilin 61. numero 54. & ſequen. & eum iſta opi-
nione reſidebant omnes DD. de Rota cenſentes
donationem hanc omnium bonorum præſentium
fore inter viuos, & conſequenter irreuocabilem.
l. poſſeſſionem, & l. fina. C. de reuocaod. donatio.
cap. ſi o. extra eodem, Kuyn. conſilio 123. colum. 3.
libro 1.

Qun ad tertium vero de ioſinuationis defectu,
21 † quam quatuor de cauſis in donationibus adeſſe
debere iura ordinauerunt, quas deſcribit Ioan. An
dre. io additio. ad Specular. de inſtrum. edi. §. pot-
rò, verſicu. donatio, & refert Rebuff. in titulo, de
donat. Ioſinuao. articu. 1. gloſſ. 1. numero 2. & duas
refert Vital. infra eirandus, numero 6. & ſi videre-
22 tor iſte defectus ſanatus mediante iuramento † per
quod ſuppleri inſinuationem magis communiter
atteſtantur Docto. vt per Clar. in §. donatio. quæ-
ſtio. 18. & Alba. conſilio 8. nume. 20. Bello. coofilin
60. nu. 18. Thobi. Non. conſilio 1. num. 13. & alij,
quos refert Vaſqui. de ſucceſſio. crea. & pro. lib. 1.
§. 5. oum. 4. Viui. ad commu. opio. in verbo dona-
tio inter uiuos. addentes ad Roma. conſ. 26.

23 Id tamen † non aliter pleriqueaffirmant eſſe
admittendum, oiſi ſpecifice renunciatum ſit cum
iuramento inſinuationi, & iuribus de inſinuatio-
24 ne loquentibus, cum nec † ſola reounciatio uidea-
tur ſat eſſe ſine iuramento. Vital. tract. clauſu. in
titu. an legi. inſioua. ſit renunciandum ſub nume-
ro 3. vbi de communi opinio. teſtatur, nec iuramẽ-
tum ſine expreſſa inſinuationis tenunciatinoe. Be-
ro. conſilio 56. nom. 9. libro 1. cum concordan. per
Phaou. de inuenta. in 7. part. num. 187. iuxta con-
ſil. Calder. in conſi. 2. de inteiuran. & Fede. de Senis,
conſil. 281. Coroe. conſil. 69. colum. 2. lib. 2. Clar.
d. quæſt. 18. verſ. retenta.

Et ideo ſtante difficultate iſta, inhærentes dona-
tioni conuolarunt ad aliud refugium, allegandn
valide fore tenunciatum inſionationi per clauſu-
25 lam iuratam, videlicet † renunciantes omni le-
gum, & ſtatutorum auxilin, &c. quæ clauſula li-
cet non expreſſe legeretur in inſtumento, ſupple-
batur tameo ex formulario Flor. ita, vt ex iſta ge-
nerali tenunciatione perinde eſſet, ac ſi expreſſim
inſinuationi foret teounciatum, vt ſeoſit Kuyn.
conſilio 180. numero 14. libro 1. Corne. cooſi. 221.
libro primo. Gozad. 87. numero 16. Sozin. conſilio
80. numero 10. libro 1. Roland. de iuer. dot. quæ-
ſtio. 42.

Verum obſtare videbatur, quod ooo deſunt
qui contrarium tenuerint, videlicet generalem hu-
iuſmodi renunciationem omni iuris, & ſtatuto-
rum auxilio, non comprehendere inſinuationem,
ſed particulariter, & ſpecialiter de ioſinuatione eſ-
ſe faciendam meotionem in renunciatione, quos
refert, & ſequitur Phanu. de iouentario, par. 7. nu-
mero 193. verſicu. ſed veritas, vbi in puncto ita
decidit, aſſerens ſic alias fuiſſe tentum io Rota Se-
nenſi io graui cauſa D. Pandulſi Petrucci cum illis
de Finettis, & idem poſtea fuiſſe cooſiimatum per
Rotam Florentioam.

Et dato ſine ueri præiudicio, quod ex capite
iſtius generalis clauſulæ inſinuationis defectus ſa-
natus oon eſſet, adhuc pro validitate donationis di-
cebatur eam fore inſinuatam, & non deſidera-
ri, quippe cum factis diuiſionibus per Capitaneũ
Ludouicum ioxta tenorem primi inſtrumenti, eæ-
dem fuerunt coram Dom. Iudice loci pręſentatæ,
& io eius præſentia acceptatę, vtique dicendum
26 erit inſinuationi ſatisfactum, † cum ſola Iudicis
præſentia ad inſinuationem ſufficiat abſque aliquo
decreto, ſecundum Bartol. in l. Modeſtinus. de do-
nat. Roland. poſt relatos in conſilio 93. nume. 44.
libro 1.

Hoc autem fundamentum replicabatot, non
eſſe verum in facto, nec in iure procedere, nam co-
ram Dom. Iudice oihil de donatione fuit actum,
aut dictum, ſed ſolom de diuiſionibus, & facta-
rum portionum acceptatione, vnde Iudicis præ-
ſentia non potuit inſinuationem ſopplere donatio-
nis, cuius nulla coram eo expoſita cauſa fuit; opor-
tet enim ad hoc, vt Iudicis præſentia donationi
ioſiouatioois robur addat, quod ei aperte cauſa ex-
ponatur, quod ſe velle donare intendat, alias nõ po-
teſt dici inſinuatum, ſi per Iudicem non intelliga-
tur, qood agatur, quo caſo verius erit dicere potius
clam actum, quam coram eo aliquid actum, vt in
puncto audacter decidit Bald. de verbo ad uerbum
relatus per Vital. vbi ſupra, ſub nu. 10.

Prætetquam, quod doctrina Barto. io dicta l. Mo
deſtinus, circa decretum non neceſſarium ooo vi-
detur paſſim recepta, & contrarium ſenſit Guili.
de Cune. in l. illud. C. de ſacroſan. eccleſ. cuius opi-
ninoem veriorem, & tutiorem dixit eſſe Guid. Pa-
pę deciſ. 325. & in conſ. 23. uiſo facto, nume. 6. re-
fert & ſequitur Rebuff. de donat. inſinua. articu. 1.
gl. fin. nu. 6.

Et nihilominus datn, non conceſſn, quod inſi-
nuationis defectus dici poſſit renuociatione iurata
ſanatus, ſubordinate excipiebator de alio nullita-
tis defectu, videlicet patriæ poteſtatis, quæ ratione
reſle-

teflexus acquiſitinnis reddit nullã donationem inter patrem, & filium celebratam, vt egregie oſtendit Guid.Papę,quæſt.146.late Iuli. Clat. in d.§.donatin quæſt.8.

Vnde ſtante duplici defectu, & inſinoationis,ac
27 patriæ poteſtatis, † non videbatur vnieo tantum iutamento vtrumque eſſe ſublatum,quia pluribus impedimentis plutes daotur remotiones. Roman. conſi.326.colum.ſecuuda nume.3.Gtamma. deciſ. 66.nume.13.

Et quod ioramẽtũ nõ ſuppleat plures defectus in puncto ſuſtinens donatiooẽ inter patrẽ, & filiũ iuratã,& nõ inſinuatã,propter duplex iuramentũ de per ſe teſpectu ſui defectus, tradit Deci. conſil. 239.col.2.verſicu.nec dicatur,qoem refert,& ſequitur Caſſane.conſil.7.nume.26.Laorenti.a pinu. in puncto in conſi.81.oume.18 Curti.Seni.conſi 66. & ita,alias in Rota Romana fuit tentum in quadã cauſa inter Soderinos.1548. vt refert Hiero. Naaarus d.Rotę auditor ĩ ſuis annotationibus & addẽtes ad Roma.in coofil.26.& hæc fuit etiam opioio gloſſarum in l.2.C.de reſcind. vend. & in cap. pen. extra de empt. & ven. eandem opiniooem videtur ſequi Bello.in conſil.1.nume.4. licet tangat in rationibus dubitandi,& contrarium concludat in caſu ſuo alijs rationibus,ſequitur Cnuar.in cap.quãuis 3.par.relectio. num.6.de pact. Menoch. conſil. 84.nume.48.& conſil.29. nume.40. Abb.conſil.8. in fin.lib.2.Soz.in l.1.§.ſi quis ita,de verbo.oblig. Ruy.conſil.48.nume. 18.lib. 1. Alcia. in cap. cum contingat, num.151.de iureiutan.Rimi.Iun. cõſil. 5.nume.148.lib.1.Curt.Iun.conſil.260.nume.11. lib.3 Cagno.in l.3.de reſciod.vend. Cachera. deciſ. Pedemont.70.nume.19. Octauius Simoncell.alios citans in tractatu de decteto,lib.3.cap.8.vbi latiſſime pro iſta opinione quam communem atteſtatur.

Verum iſta exceptio duplicis defectus vnico iuramento non ſanati,ptobabiliter reuocabatur in dubium ex eo, quod plerique de directo ſimpliciter contrarium tenuerunt,& maxime cum infraſcripta diſtinctione.

Contrarium enim tenuit ſimplieiter,quod iuramẽtum vnicum ſuppleat plures defectus, Caſtrẽſ. conſi.8.in cauſa,que vertitur lib.2. Abbas io cõſi. 8.Deci. hos referens, & ſibi contrarius ab his quæ tradidit in præallegat.conſi.239.in conſi.414.in fi. Pariſ.conſil.33.nume.46.lib.3.& coofi. 69.nume. 127.eo.lib.Cephal.conſil.61.nume.18.in fin.idem Deci.conſil. 232.nume.3.Rimin.Iun. coofil. 112. num.245.lib.1.ſibi contrarius in his,quæ dixit cõſil.5.ſupra citato,Sozin.Iun.conſil.32.nume.18.& 26.libr.3.& 89. nume.35.eod. libr. Thobi. Nonſ. conſil.1.nume. 14.& conſil. 56.nume. 14. & inter conſil.crimin.diuer.conſi.152.nume.7.lib. 1. licet ibi ſub diſtinctione loquatur Burſat.qui diffuſius quam præcitati locutus eſt, in conſil.184.num.18. lib.2.Simon.de Pret.conſil.72.nume.2.Curt. Iun. conſi.47.nume 2.lib.1.communem hanc eſſe opinionem atteſtatur Villalob.pro communi in verbo iuramentum,num.126.Collegi.Aduocatorum Marchiæ Ancooitaoæ inter conſi.criminal.diuerſ. lib.1.conſil.150.nume.17.& ſeq.Hieto.Gab.conſi. 127.nume.34.Neuiza.conſil.8.num.27.

Quæ qoidem opioio in eo magis procedete videbatur in caſu iſto,cum eſſet diſtinctione fulcita, & caderet ſub alia opioiooe diſtinguente communiter recepta,quę erat,quod dato,quod iutamentum vnicum plures obſtantes defectus non ſanet,id tameo forte eſſet concedendum, quando ſimpliciter iurator, ſecus ſi prægnanter iureiorãdo ſit dictum ſe nullo iute,nullaue cauſa contrauenturum,vel ſimilibus verbis,nam tunc iuramentum vnicum plura obſtantia remouet, & medetur;quæ generalitas verborum in caſu iſto, ſic iuramento firmata, non deſiderabatur, ita diſtinguendo videns periculoſam cõtrariam deciſionem ſimpliciter iotellectam tradit late Rimi.Iuni.in §.1.inſti.de actio.numero vſque ad nume 60.& egregie, per Io. Stepha.Lanbertẽgom in tracta. de contracti.in fi. numero 36. vbi poſt Barto. Albe. Salyc. Fulgo. Caſtrenſ. Iaſo. Ioã. Igne. Angel. Pãtal.de Crema.Hiero.Cagno. in Aut.ſacramẽta puberum, C.ſi aduet.vendit. Aluaro. Præpoſi. Afflic. Abba. Alexã.Rube. Alexandri. Deci. Crot. Bertrand. Crauet. Hoſtienſ. in varijs locis per eum ſignatis, vbi ſic reſidet eum prædictis, quod iuramẽtum ſimpliciter pręſtitũ nõ ſuppleat omnes defectus, ſecus ſi generaliter ſit iuratum nõ contrauenire, ex quacũque cauſa, colore,
28 vel occaſione, nam tũc vnicum iuramentum † obſtantia plura temouet, & ita de communi atteſtatur Alex.in cõſil.89.viſo,verſicu. nec huic libro 2. & idem tenet in cõſil.127.viſo,colum.2.verſic. tamen, eod. libro & de magis communi atteſtatur eum Bart.in d.l.2. de reſcind.ven. Anchara.Regiẽſ. quæſt.an.nume.4.in prima parte.

Hæc tamen diſtinctio,& ſi forte vera ſit,& recepta, non videbatur locum ſibi vendicare in caſu iſto;niſi in primo capite,quando ſimpliciter ſit iuratum, nam reſpectu ſecũdi membri, diſſimilis eſt caſus iſte ab illo,de quo per Rimi. & Lambertẽ. & relatos ab eis. Quippe cum, ſecũdum eos, iuramentum ſub generalitate verborum ſanat vtrumque defectum ſi enomeratis aliquibus impedimẽtis,ſeu defectibus, ſubſequatur poſteà generalitas aliorum quorumcũque. Veluti ſi minor iureiutãdo promittat contrahẽdo nõ contrauenire ratione minoris ætatis, vel alia qualibet cauſa, & in his terminis procedet ſecunda pars diſtinctionis, vt generalitas ſuppleat pluribus obſtãtijs:& iſte non eſt caſus noſter, vbi ſimpliciter nõ præuia enumeratione alicuius impedimẽti fuit iuratum non cõtrauenire aliquo iure,vel cauſa, ita vt perinde ſit, ac ſi ſimpliciter fuerit iuratum,& ita egregie dictã diſtinctionem in ſecundo membro declarando tradit Bero.in cõſil.22.numero 56.lib.1. Nam quando enumerata ratione minoris ætatis, ſubiungitur & omnia alia cauſa, tũc iſta verba omni alia ratione,vel cauſa,vt aliquid operentur,debent intelligi, vt ſuppleãt omnes alios defectus,aliàs iurãdo quis nõ contrauenire aliqua ratione, vel cauſa,non exprimendo particulare impedimentũ, habetur pro eo,ac ſi ſimpliciter iuraſſet, & ſic vnicum tantum

impedi-

impedimentum tollet,& idem ſenſit Anchata.Re-
gicuſ.in q. 20.nu.4.

Poſtremo, & rurſus data validitate primæ dona-
tionis , & quod comprærhendat etiam domum de-
qua quæritur,vt ceſſet omnis amaritudo, iſti ſecun
di donatarij excipiebant de lege cum a matre. C.
de rei vend.nam præſuppoſitu,quod D.Cęſar ſit hę
res patris,eius factum, & ſic ſecundam domus du-
nationem ratum habere tenetur , vel ſaltim de eui-
ctione promiſſa ohnoxius erit,quæ cadit etiam in
aliena re vendita.l.rem alienam,cum gl.ff.de cont.
29 emp. & quod filius , † & hæres teneantur acquie-
ſcere , nec inſurgere aduerſus factum defuncti cui
ſucceſſit,quando rem propriam ipſorum vendide-
rit , & procedat diſpoſitio d.legis cum a matre tra-
didit Pinell.C.de bon.mat.l.1.3.part.num.81.Ful-
goſ.conſi 66.Caſſane.conſi 69.in prin. Ruy.conſi.
220.colum.2.ſub num.4 verſi.nec obſtat lib 1. ma
xime ſi habet ex re hæreditaria æquiualentem rei
alienatæ. Roma.conſi.18 num.4.Natta,conſi.214.
colum.1. & pro conclu. Phano. de inuenta.part.5.
num.69.& ſeq.& num.76.quam conclusionem la-
tius reaſſumit in par.7.oum. 196. cum multis ſeq.
vbi ſub nu.199 conſtitoit differentiam inter alie-
nationem rei hęredis ab auctore factam,& inter ali
quam aliam obligatiooem,qui etiam ſub nu. 260.
& ſeq. dicit hunc articulum admodum perplexum
propter perplexas veterum , & modernorum con-
cluſiones,& traditiones,vt difficilius, quis ab eo ſe
explicare poſſit,quam antiquitus Dedali Labyrin-
to fieri valeret , ſubdens ibidem ex Arrio Pinello ,
30 qui hanc † materiam fuſius,quam alius per illatio-
nes,ampliationes,& limitationes nouiſſime tracta-
uit in l.1 in 3.par.num.82.C.de bon.mat. non niſi
maximam confuſionem huic articulo fuiſſe addi-
tam,& obſcuritatem, & quod ex eius dictis uix eli-
gi poſſit in quo mentem ſiſtere valeamus , licet in
alienatione, vtrobique firmet tanquam magis rece
ptum , hæredem non poſſe venire contra factum de
functi rem propriam hæredis alienantis.

Super iſta oppoſitione erat magis dubitandum
de facto, quam de iure propterea, quod non videre
tur probatum,quod D.Cęſar hæres eſſet patris.Ad.
31 ditio † enim hæreditatis in dubio non præſumitur
& coniectura hæreditatis aditę cum difficultate ſu-
mitur , quando alia capi poſſit. Signor.conſil. 165.
nume.4.Bal.conſ.224.lib.2. Rom.conſ.154 nu.2.
32 Et illa præſumptio naturalis in filio,† vt ſi ſit fi-
lius intelligat quoque hęres,iuxta illud Apoſtoli fi
lius ergo hæres , non videtur recepta in iure maxi-
me ſi filius conueniatur , licet forte aliud ſit ſi agat
ſecundum Angel. in l.in ſuis, de liber. et poſthum.
Alex.conſi.34.oum.3.lib.3.et communem teſtatur
Roma.in l.neceſſarius, num. 1.ff.de acquir.hæred.
Soz.conſi.60.num.7.lib. 1. Rolan.conſil.20.num.
16. & ſeq lib.1.

Et licet teſtes additionem probare nitentes di-
cant Dom. Cæſarem fuiſſe patris hæredem , tamen
eorum ratio non concludit neceſſarium dictũ,dum
dicunt ex eo id accidere, quia diuiſit cum fratribus
et nepotibus bona paterna,et poſſedit , quod factũ
replicabatur ab eo tanquam a donatario , non au-
33 tem vti hærede, & ex † actu dubio,quem quis citra
nomen hęredis gerere poteſt non inducitur addi-
tio.l.Iulianus.§.ſi.de acqui.hæred.Roma.d.conſilio
154.Bal.d.conſi.224.per l. primam, §. ſed.ſi paren
di.de cond.ob cauſ.& poteſt dicere ſe poſſediſſe , &
detinuiſſe ex cauſa ſibi vtiliori , & magis proficua;
Barto.in l.gerit,num.9.& 21.de acq.hæred.Alexã.
conſi.32.lib.3.verſic.vetum eſt.Bald.in l.1.vt ſe ab
34 hæred.abſti.† licet in dubio aliter non docto , de-
alia cauſa filius poſſidendo bona patris, & fructus
inde percipiẽdo præſumatur ſe immiſcuiſſe in eius
hæreditate.l.2.C.de iur.delib.Alex late d.conſi.32.
Sozin.conſi.153.lib 2.in prin.Pariſ.conſ.16.num.
40.& ſeq.lib.2.

Probabiliter tamen dubitabatur,an additio ſeu
immixtio D.Cęſaris dici deberet probata per ſolu-
35 tionem debitorum paternorum,† quæ in dubio fa
cit præſumere immixtionem.l.2.C.de iu.delib.l.pa
rentibus.§.qui autem agnouit.C. de inoffi. teſtam.
Bal.in l.potuit,num.20.C.de iur.delib.Natta,conſ.
440. num.10.& facile intrarent prædicta ſi debita
quorum D.Cęſar feciſſe dicebatur ſolutiones. pro-
uenissent aliunde,quàm ex pacto in donatione ap-
poſito,videlicet ex cauſa onerum publicorum tam
ordinariorum,quam extraordinariorũ, vel ex cau-
ſa neceſſitatis domus de quibus in donatione ex-
preſſe fuit cautum,quod vnuſquiſque pro rata con
curreret, ſed quod hactenus ſoluiſſe proponebatur
deſcendebat ex cauſa publicorum oneru, & gra-
uedinum,merito actus d.ſolutionis tanquã dubius
immixtionem non inducere replicabatur Alexan.
conſi 62.num.20.lib.7.& 179.num. 25.lib.2.Ca-
ſtren.conſi.13.lib.2.Roma.in contractu non regi-
ſtrato officialibus gabellæ in conſi.517.in fine , &
393.num.13.vbi late addentes.

Prætérquam, quod ratione iuramenti,quo ſe a-
ſtrinxerat donator nõ reuocare præſuppoſito,quod
36 includatur in donatione prima† non videtur vali-
da ſecunda,contra contractum iuratum,glo. in ca.
licet mulieres.de iur.iuran.in 6.Hoſt.in ca.cũ con-
tingat,de iur.iuran.Alex.in l.duob §.fi.de iur. iurã.
licet ad hoc replicari poſſet actum contra actum iu
ratum factum valere,hic vbi iuramentum non con
currit, cum actu quem iurans etiam ſine iuramen-
to tenebatur facere. gloſ.in d.ca.licet mulieres.Ale
xan.d.l.duobus § fin.vbi de communi,& vbi is cũ
quo actus,ſecundo loco geritur ſit ignarus primi
iuramenti.Bald.conſi.134 lib.1.cum concordanti-
bus per Anton.Gab.de iur.iuran. concluſ. 1. nu.3.
& num.6. vel vbi actus,ſecundo loco contra ſacra-
mẽtum factus,fortior eſt actu iurato,vt hic, vbi ſe
cunda donatio plenior eſt,prima cum in ſecunda li
bere.& ſine reſeruatione aliqua donetur, ita decla-
rat Rolan.conſ.6.num.53.lib.1.& donatarij erant
minores,& ignari primæ donationis.

Vltimo pro parte ſecundorum donatariorum ,
circa articulum inſinuationis iuramento ſuppletæ
opponebatur,quod dato non conceſſo , quod iura-
mentum ſanarit prædictos inſinuationis, & patriæ
poteſtatis impedimenta, & defectus, non ſatisfecit
regi.

Digitized by Google

tuebant aureos noſtri temporis 700. ad plus, vt
cummunis interpretatur opinio, ſecundum Bello.
conſi.74.num.22.ac etiam,vt nobis facta fuit fides
a peritis in arte:nam ſolidus tẽpore Iuſtiniani erat
ſexta pars vnciæ,& per conſequens 72.ſolidi confi
ciebant vnam libram auri. l. quoties. C. de ſuſcep.
prępoſ.& ibi Gloſ.& glo. in auth. de defenſ. Ciuit.
§.vt iudicate,in ver.ad trecentos collat. 3. & decla-
rat doctiſſimus iur. Didac.Couar.lib.1.variarum
reſolut.cap.11.ſub num.2.verſi.quo verò, & in tra
cta.de verb.coll.numiſma,cap.10.ſub nume.2.&c.
4.num.2.vnde ſolidi 500.conſtituebant fere ſeptẽ
libras auri: hodie autem cum aureus noſtri tempo-
ris ſit diminutus concurrunt ad conficiendam li-
bram auri aurei centum in circa, & per conſequẽs
ad conficiendum ſeptem libras requiruntur aurei
700. qui æquipollent ipſis 500. ſolidis, de quibus
in d.l.ſancimus,cum tamen tempore Bar.ſolum au
rei 670.Florentini, vel Veneti ſufficerent, quia au-
reus erat tunc octaua pars vnciæ & per conſequens
ad conſtituendam libram aurei 96. ſufficiebant,
40 † & ad eam vſque ſummam ſubſtinebatur abſque
inſinuatione, vt declarat Bar. in rub. C. de vet.nu-
miſma,& Alexander conſi.4.ſub num. 9. ad fi.vol.
1.Iaſ.in l.fi.num.1.ff.de in ius vocan.Soz.Iun.con-
ſilio 118.num.9.vol.2.Nat. conſi. 28.num.1.ad fi.
volum.1.Rolan.à Val.conſi.39.num.39.& 40.vol.
1.Bello.conſil.4.num.12. & 13. licet ipſi in calcu-
lando errent dicendo, quod vltra 700. ad dicta ra-
tionẽ valeret donatio, quia imo ad dictam rationẽ
non valeret facto recto calculo, niſi vſque ad 672.
aureos. Hodie tamen cum etiam magis forſan di-
minutus ſit ex communi opinione declaratur,vt di
cit Bello.& vt nobis relatum fuit,quod illi 500.ſo-
lidi conficiant aureos noſtri temporis 700.& per
conſequens, quod aurei 100.hodie requirantur ad
conficiendum vnam libram auri, & aurei 700.tem
pore donationis faciebant ſolum,ſolid. 1330.vltra
quã ſummã cum donatio excederet de ſoli. 2959.
ſeu de aureis 1444. non potuit merito ex defectu
inſinuationis ſubſtineri.

41 Nec nobis † viſum fuit obſtare iuramentum in
inſtrumento donationis appoſitum,quia licet inter
Docto.ſit admodum controuerſa quęſtio,vtrum iu
ramentum ſuppleat inſinuationis defectum,& in-
numeri ferè Doct. hinc inde reperiantur,qui partẽ
affirmatiuam tenẽt,& qui negatiuam, & plerique
aſſerunt hanc,& plerique aliam communem,& ma
gis communem,quos refert Tiraquel.in pręfat.l.ſi
vnquam,num.143. & 159. C.de reuocat. do. Iul.
Clar.lib.4.ſenten.quęſt.18.Pet. Duen.reg.224.nu.
5.verſi.5.fallit,Iac.Philip.Port.Imo.lib.1.commu.
opin.concluſ.40.verſi.16.limita.Einan. Suarez. in
ſuo Theſaur. recep.ſent.in ver.donatio,nume.167.
inter quos etiam plerique notantur ſibi ipſis con-
trarij,adeoquòd,vt inquit Iulius Clar.in prin.d.q
ſtio.18.vix diſcerni poteſt, quæ ſit magis commu.
opin.nihilominus plerique aduertentes,quod pro
maiori parte ij,qui tenent iuramentum ſupplere,lo
quuntur eo caſu,quo expreſſe renunciatum fuerat
cum iuramẽto inſinuationi,vel legibus inſinuatio
nem requirentibus,vt aduertit Tiraq. in pręfa.d.l.
nu.143.& Iu.Cla.in d.quęſ.18. verſ.retenta, igitur
ope diſtinctionis opiniones ad hanc concordiam,
& conciliationem reduxerunt,vt ſi quidem in ſpe-
cie fuit ipſi inſinuationi cum iuramento renuncia
tum,procedat prima opinio affirmatiua,quod iura
mẽtum ſuppleat:ſin autem expreſſe, & in ſpecie in
ſinuationi renunciatum nõ fuit,& quidem cum iu
ramento (abſque enim iuramento non poteſt etiã
expreſſe inſinuationi renunciari, vt per Oldrad.cõ
ſi.143.& 253.Ang.conſ.59.ad fi.& latius Tiraq.d.
num.143.in prin.Soz conſi 80.num.9.vol.1.& Cę
phal.conſi.208.num.15.volum.2.)& hoc caſu pro
cedat altera opinio, vt iuramentum non ſuppleat,
& hæc eſt opinio communis legiſtarum,& canoni-
ſtarum a qua, & conſulendo, & iudicando non eſt
recedendum,vt dicit Iul.Clar.d.quæſt.18. verſicu.
retenta.

Quam diſtinctionem, & concordiam prius fece
runt Federi.de Sen.conſil.281. caſus talis eſt, Ioan.
Cald.conſi.2.tit.de iur.iur.And.Barb.conſil.16.nu.
18.& 20.lib.2.& inter conſi.Cur.Sen.conſi.66.co-
lum.pen.& fi.cui ſe ſubſcripſerunt Io. An.de Placẽ.
Hier.Zorſus.Io.Put.& Nicolinus de Sãctu Nazar.
Item & Antonius de Canar.in tracta.de inſin.in 2.
par.q. 28.Steph.Aufre.in addi.ad deci.Tholo.381.
Ant.de But.in cap.cum contingat,& ibi Imo.num.
29.extra de iu.iu.Io.Bap. Caccialup.inter conſilia
Soz.d.conſi.80.colum.fi.ad fi.Curt.Iun.conſi.141.
colum.fi.vbi ad hoc allegat Aret.& Bald.de Barto.
item & Corn.expreſſe ita diſtinguendo, & opin cõ
cordando,conſi.221.num.3.& 4.volum.1.& conſ.
69.colum.3.num.14.cum ſequen.verſic.aduerten-
dum tamen eſt, vol.2.vbi poſtquam adduxit Doct.
hanc,& illam opin.tenentes ſubiungit aduertendũ
eſſe,quod opin.eorum qui tenent iuramentum ſup
plere,intelligenda eſt, quando cum iuramento re-
nunciatum eſt inſinuationi faciendæ:ſubiungens
poſtea, quod licet quando renunciatum fuit inſi-
nuationi,communis ſit opin. canoniſtarum, quod
iuramentum ſuppleat, tamen quando non fuit re-
nunciatum magis communis eſt opinio legiſtarũ,
& canoniſtarum,quod iuramentum non ſuppleat,
idem Cor.conſ.194.nu.9.volum.3.& conſi.54.nu.
5.verſi.qui defectus lib.4. vbi dicit, quod commu-
nis eſt opin.legiſtarum, & canoniſtarum ſaltem ſi
eſt renunciatum cum iuramento defectui inſinua-
tionis,vt ſuppleat, & Clarus conſi.186.num.13.&
nu.18.& 19.volum.2.ſequitur, & Crot. in l.nemo
poteſt,num.38.& ibi Rip.num.58.& Ruy.colum.
15.verſi.& prędicta procedunt,ff.de leg.1.Bero.cõ-
ſi.56.num.9.lib.1.Capy.deciſ.159.num.31.Alcia.
conſi.2.lib.2.& conſil.132.nume.4.lib.1.vbi dicit,
quod hæc eſt certa concluſio.Natta,conſi.110.nu.
16.vbi concludit,quod iuramentum generale non
ſufficit.Item,& Port.in d.concluſ.40.verſi.quando
autem eſſet renunciatum,vbi dicit,quod proculdu
bio tunc perfecta eſt donatio,cum renunciatum eſt
cum iuramẽto legibus inſinuationem requirenti-
bus,allegãdo ad hoc Bertran.Ruy.& alios, & quod
quando expreſſe renunciatum eſt cum iuramento
in-

Digitized by Google

inſinuationi iuramentum ſuppleat.ita cõcludit ſentiens aliud eſſe ſi non ſit ita renunciatum, Ruy cõſi.159.nu.15.vol.4.vbi dicit hanc opin. tenere Bal. Abb.Im.Io.An.Feder.de Sen.Alex.Aret. & Soz.& ab ea tanquam communi non eſſe recedendum in iudicando,ſequitur,& Gozad.conſi 87.nu.13.vbi dicit,quod opin. illa,quod iuramentum non ſuppleat,limitatur,quando cum iuramento fuit renunciatum inſinuationi,allegando Aret.& Sozi. ſequitur etiam Rub.Alex.conſi 59.nume.2.dicens hanc eſſe communem opinionem.

Ita etiam expreſſe diſtinguendo concludit idem Porti.Imol.conſi.36 contingit,nume.54.vbi dicit, quod veteres ita demum inſinuationis defectũ iuramenti virtute tolli declarant:cum quis illi exceptioni iuramento renuntiauit,allegando Ioã.And. Fed.de Sen. Bur. Ales. Corn. Aret.Dec.Cald. Cur. Sen.Sicul.Tortum.Put.Nazar. Rip.& Gozad. ſimiliter ita diſtinguendo, & opiniones conciliando concludit vir in hac legali ſcientia ſanè prudens Mith Gribald.inter Conſi.Por.Imol conſ 80.nu. 16 verſi.tandem in hoc,vbi cõcludit, quod ca quo non fuit in eo caſu renuntiatum expreſſe, & cum iuramento legibus de inſinuatione loquentibus,tale iuramento non ſupplet, licet in eo caſu adeſſet illa clauſula,promittentes ipſæ partes omnia,& ſingula habere rata, grata,& accepta, & ea perpetuo tenere, & obſeruare, & non contrafacere,vel cõtra venire illa ratione, vel cauſa, quia ſicut illa verba nõ alterant,nec mutant naturam & qualitatem ipſius donationis,neque eius effectum augent extrinſecus vltra ſtatum ſuum,vt ibi per eum,quę clauſulæ executiuæ nihil addunt ſtatui ipſius actus, vel diſpoſitionis,conſequenter iuramentum ſuper tali clauſula appoſitum nihil vltra vires eius operatur, ſed eius naturam ſequitur, vt ibi per eum,allegans hãc diſtinctionem ſequi etiam Petru.in tract.de viribus iuram to 12.effectu, ſequitur & accutiſſimus Hieronymus Toroſellus itidem inter communes. Por.Imol conſi.81.nu.31.vbi dicit.quod opin.illa, quod defectus inſinuationis tollatur per iuramentum,eſt dubitabilis,& ob id non audet illam ſirmare,quia plures Doct.magnę authoritatis contrariũ ſenſerunt,quorum opinio ſaltem videtur admittẽda ſecundum eum in caſu quo expreſſe.& in ſpecie cum iuramento renunciatum non fuit ſolemnitati inſinuationis.

Hanc etiam diſtinctionem approbat,vt ſupra dictum eſt Iul.Clar.in d.quæſt.18 verſi.retenta, & ſimiliter Eman.Suar.in d.verſ.donatio,nu. 170.vbi expreſſe dicit, quod illa ſententia, quod iuramentum ſuppleat, tunc admittetur eum & inſinuationi expreſſim renunciatum eſt,alias ſecus allegans ad hoc Bal.Paul.de Caſtr.Rom.Cald.Anto.de Can. & Corn.& eam nouiſſime approbat,& ſequitur Sozi.iun.conſil. 8. ſub nume.17.verſicu. 5.ex his, volum. 4 ad hoc allegans Fed.de Sen.Corn. Dec. Bertran Goza. & Rub. ſequentes hanc diſtinctionem,& ſecundum eam, ita expreſſe etiam concludit Cæphal.conſi 202.num.15.& 16.volum.2.qui expreſſe dicit, quod iuramentum non prodeſt, quã do in inſtrumento non fuit renunciatum legibus de inſinuatione loquentibus,& Tobias Non.conſ. 152.num.7. inter conſilia criminalia ſecundum nouiſſimam impreſſionem,lib.1.vbi tenet, & ipſe qđ iuramentum non ſupplet defectum inſinuationis, niſi expreſſe fuerit ipſi renunciatum.

Quam concluſionem, & diſtinctionem nos quoque ſecuti fuimus in hac cauſa, vt ſcilicet iuramentum non ſuppleat,niſi fuerit expreſſe renunciatum inſinuationi, tum quia nobis hæc opinio viſa fuit de iure verior,& optimis rationibus fundata, quæ inferius adducentur,tum etiam quia tot Doctores eam ſequuntur, vt innumeri ferè videantur quos ſupra citauimus, vt ſine controuerſia poſſit dici hanc concordiam eſſe communiter receptam, ac etiam quod vt inquit Sozin. iun. dicto conſilio octauo, ſub numero nono, verſicu. circa tertiam, volumine 4.Docto.tenentes,iuramentum ſupplere per Tiraquel.enumeratos, ſunt numero 23. & totidem ſunt tenentes contrarium, quos idem enumerat numero 159.& tamen plures ſunt ex illis qui computantur in numero tenentium partẽ affirmatiuam, qui (vt ipſe aduertit in fin. d. numero 143) loquantur in caſibus quibus renuntiatum fuerat inſinuationi cum iuramento,& tenent non ſatis eſſe donationem cum iuramento firmatam, niſi ſit expreſſe renunciatũ cum iuramẽto inſinuationi, qui ſi de medio tollantur,& ſolum attendantur illi,qui loquuntur in iuramento ſimplici abſque renuntiatione, adeo pauci remanebunt, vt proculdubio concludendum ſit, magis communem opinionem eſſe,tale iuramentum non ſupplere, & hoc quod non ſuppleat, pro regula ponendum eſſe, vt poſtea limitetur non procedere,quando cum iuramẽto renunciatum ſit inſinuationi,vt facit Gozad.& alij ſuperius citati.

Subducentur enim Ioan.And.in d.vltima addictione Feder.de Sen.d.conſil.281.Cald.d.conſilio 2.Cor.d.conſilio 221.volum.1.& d.conſilio 69.& 186.volum.2.& d.conſilio 194.vol.3.& conſilio 54.vol 4 item,& Alex.in d.l.nemo poteſt,nu.12.ff. de leg.1.Io Fab.in § & eum recto,ſub num.3.inſti. de dona.& Are.in §.alię autem, col.4.verſi.quæro, an talis,inſt.de dona.Soz.conſi.77.78.79.& 80.quę ſunt conſilia Alex.& Caccialup.Aret.conſ.2.Guid. Pap.q.350.Dec.conſ.432.Ruy cõſ.159.vol 4.Rol. a Vall.conſ.39.vol.1.Bertrã.conſ.385.vol.2.& cõſ. 585.vol.3.Rub.Alex.conſ.59.& Soz.iun.conſ.67. & 69.vol.2 quia vt ipſe dixit in d cõſ.8. ſub nu.9. vol.4.nunquam in dictis conſilijs firmauit d. partẽ affirmatiuam,quia ſemper habuit illam pro dubitabili,& tãdem re mature digeſta ſe reſoluit, quod pars negatiua ſit verior,& magis communis,vt per eum in dicto conſi.8.

Quinimo ſi recte aduertetur,quæſtio inter Doct. controuerſa non in eo principaliter conſiſtere videtur,nunquid iuramentum abſque renuntiatione ſuppleat, ſed in eo,an cum iuramento renunciari poſſit legibus inſinuationem requirẽtibus,vt clare dignoſci poteſt ex Tiraq. in d.numero 143.vbi in primis enumerat Doct. tenentes opin. affirmatiuã

quod

quod cum iuramento renunciari poſſit, aduertens,
vt dixi multos ex ipſis aſſerere iuramentum abſque
renuntiatione non ſufficere, & ipſe quoque mate-
riam proſequendo in vniuerſum loquẽs, nu. 148.
concludit eam ſententiam veluti à pedamentis eri-
gendam, & ſtabiliendam eſſe, vt nec iuramentum
cum renunciatione generali ſufficiat, ſed ſpecialis
renunciatio requiratur, vt iuramẽtum proſit plu-
res rationes adducens, quæ ſatis ad hanc inſinuatio
nis materiam accommodari poſſunt: tandem ſub
nume. 159. ad renuntiationem ſpecialem inſinua-
tionis iuratæ reuertens enumerat alios Doct. tenẽ-
tes talem renũtiationem p iuramẽtũ etiam in ſpe-
cie factum non ſufficere, qui non pauci ſunt quos
etiam citant Modet. addent. ad Alex. conſ. 4. ſub
num. 8. volum. 1. aſſerentes hanc eſſe veriorẽ opin.
& in Regno ſeruari, licet tamen hoc caſu vere, vt
ea his quæ ſuperius deducta ſunt, colligi poteſt, ma
gis com opin. videatur, vt iuramentum cum re-
nunciatione ſpeciali inſinuationis ſuppleat, ſed re-
mota renunciatione ſpeciali verior, & magis com-
munis proculdubio eſt opin. vt iuramentum non
ſuppleat, &c. illam vt dixi tanquam veriorem, &
communiorem ſequitur Sozin. Iun. d. conſi. 8. alias
in hac quæſt. anceps, tenens etiam indiſtinctæ hanc
eſſe veriorem.

Et in omnem caſum quatenus eſſet res omnino
dubia, hanc tamen partem in dubio ſequendam eſ-
42 ſe duximus, cum in dubijs opinionibus † ſtandum
ſit dicto diſtinguenti tanquam magis veritati ap-
propinquanti. Grat. conſ. 34. num. 7. & ſeq. & conſ.
102. nu. 44. vol. 2. & late Neuiz. in Silua nupt. lib.
5. nume. 32. Sozin. conſ. 66. vol. 1. & Soc. iun. conſ.
121. ad fi. vol. 2. quos refert, & ſequitur Poit. Imo.
conſ. 106. nu. 26. ergo multo magis pluribus, &c.
fere innumeris, prout ſunt in hoc caſu.

Nec nobis viſum eſt hanc diſtinctionem reſtrin
gendam eſſe ad caſum ſtatuti, de quo loquuntur Fe
der. de Sen. in d. conſ. 281. & Curt. iun. d. conſ. 141.
quia ratio ibi allegata per eos militat etiam ſecun-
dum terminos iuris communis, &c. ob id merito
Aret. in d. conſ. 2. ſub nume. 5. adducit primo ſe, lo-
quens in terminis iuris communis d. conſ. Federic.
fundando ſe ſuper ratione ibi adducta per Federic.
quæ ſanè militat etiam in terminis iuris commu-
nis, & licet aduertat Feder. loqui in terminis ſtatu-
ti, ſubiungit tamen ipſum ſtatutum fundatum eſſe
in diſpoſitione iuris cõmunis in ratione, videlicet
l. data. C. de donat. & nulla certe conſiderabilis, &
rationabilis differentia, circa hoc perpendi poteſt
inter ipſum ſtatutũ, & diſpoſitionem iuris commu
nis, cum ſtatutum, nihil aliud agat aduerſus ius cõ-
mune, niſi quod reſtringit tempus 30. annorum, in
fra quod attenta diſpoſitione iuris communis ita
ab omnibus Doct. communiter interpretata, dona
tio inſinuari debet, alias elapſo dicto tempore tam
quam excluſiuo facultatis inſinuãdi, donatio vltra
500. ſolidos tunc ſit abſolute retro nulla, & illud
tempus reducit ad ſpacium, ſex menſium, quo ela-
pſo nõ vult amplius inſinuationem adhiberi poſſe,
ſed donationẽ eſſe nullam: interim autẽ relinquet
illam ſub diſpoſitione iuris communis, ſecundum
quam cum non dicatur abſolute nulla donec inſi-
nuari poteſt, alias non poſſet tractu temporis ex
ſuperueniente inſinuatione confirmari per reg. l.
quod ab initio, & ibi not. per Dec. & Cagn. titu. de
reg. iur. ſed quodammodo ſtet in ſuſpenſo: quod ex
43 eo datur intelligi † quia inſinuatio neceſſario non
requiritur in ipſo actu donationis, ſed ſufficit, quod
poſtea vſque ad annos 30. adhibeatur, & ſic dona-
tio perfecta, & abſoluta reddatur Bar. Bal. & Ang.
quos citat, & ſequitur hoc in d. conſil. 78. col. fi. nu.
3. vol. 1. Io. Andr. in d. addi. vlti. Corn. d. conſil. 71.
num. 2. vol. 2. & d. conſ. 36. num. 1. in fin. volum. 3.
allegans tex. quem dicit eſſe expreſſum in l. fin. §.
fin. C. de dona. idem in conſil. 186. numer. 10. vol.
2. & in d. conſil. 221. Alba. conſ. 4. nu. 49. & Rimi-
nal. in §. 1. inſtit. de dona. nume. 202. vbi atteſtatur
44 de communi, † nam inſinuatio dicitur quædam
confirmatio ſecundum Bald. in l. cum multæ ad fin.
C. de dona. propter nupt. Corn. d. conſ. 71. nu. 5.

Et cõfirmatio regulariter poſt actum ſolet fieri,
vt per Cor. ibi, & ideo ſi donatio eſſet ab initio ab
ſolute nulla, non poſſet (vt dictum eſt) tractu tem-
poris poſtea conualeſcere, nec confirmari l. quod ab
initio, & quæ ibi not. Dec. & Cagnol. tit. de reg. iu.
45 † fuit autem inuenta inſinuatio ex quatuor cauſis,
de quibus per Pet. Duen. in d. ſua reg. 124. prima, vt
inter donationem, & inſinuationem donans delibe
rare poſſit, an ſibi expediat donationem perficere:
ſecunda, vt iteratio actus oſtendat mentis perſeue-
rantiam: tertia, vt tollatur deceptionis ſuſpicio:
quarta vt occuratur falſis probationum modis, ac
etiam quia intereſt Reipub. ne quis re ſua malè vta
tur, & quod in magnis quantitatibus magna re-
quiritur obſeruatio, vt ibi per eum, & per Vital.
Camb. in ſuo tract. cauſ. ſub tit. an leg. inſin. exig.
renunciari poſſit nu. 7. fol. mihi 902. & ſub nu. 13.
vbi adducit omnes ſupradictas rationes, & maxi-
46 me in donationibus, † quas lex quodammodo ab-
horret, & ob id regulariter omnem aliam coniectu
ram capit ſi poteſt, quam donationis, cum donare
ſit perdere, & potius præſumit errorem quam ani-
mum donandi. Alexan. conſil. 114. num. 4. vol. 3. &
late Dec. in l. cuius per errorem, in prin. & num. 2.
ff de regu. iur. vbi dicit, quod, ideo lex requirit
Inſinuationem quia ſi infra dictum tempus 30. an-
notum non fuerit adhibita inſinuatio, tunc ex hoc
defectu inſinuationis lex intelligit, quod in eo exceſ
ſu non adfuerit in donante animus donãdi, & pro-
pterea dicit in dicta l. ſancimus in prin. C. de dona.
quod id pro non appoſito, vel non intellecto eſſe
credatur, & ita l. fingit abeſſe conſenſum, vt not.
ibi Bald. in fin. colum. 1. verſic. not. quod hoc fingit.
quem refert, & ſequitur Sozin. Iun. d. conſi. 8. num.
13. & Port. Imol. in d. conſil. 36. ſub num. 50. poteſt
enim lex fingere poſtquam eſt lapſum tempus, &
per conſequens extincta facultas inſinuandi, & ex-
tinctum quoque ius donatarij prout in ſimili decla
47 rat Soz. conſi. 137. num. 4. vol. 3. † Interim tamen
in eo exceſſu non poteſt dici nec perfecte, & abſolu
te valida, nec perfecte, & abſolute nulla, cum id pen
deat

deat a futuro euentu inſinuationis infra tempus
interponendæ, vel obmittendæ, quicquid aliter di-
xerint Aret in d. conſi. 2. ſub nume. 5. & Corn. in d.
conſi. 69. ſub num. 26. vol. 2. quorum opinio, in hoc
certè confunditur ex prędictis, & ex his, quæ dicit
Soz. in d. conſi 78 ad fi. vbi dicit, quod plerique di-
cunt donationem interim non poſſe dici ipſo iure
nullam, ſed mere iure valere ex quo inſinuatio ne-
ceſſario non requiritur in ipſo actu, ſed ſufficit eam
poſtea ex interuallo adhiberi, licet interim ſit ſine
effectu, nec competat actionis exercitium, ſed ipſi
donanti, & eius hæredibus cõpetat exceptio, quod
non ſit inſinuata. ſed ſecuta poſtea inſinuatione do-
natio eſt omnino effectualis, quod etiam ſentit Bar.
in l ſi ita quis. §. ea lege, col. 2. ſub num. 6 ff. de verb.
obl. dum vult, quod quando inſinuatio requiritur
a lege, vel ſtatuto in ipſo actu donationis ſi non ap-
ponitur donatio ſit ipſo iure nulla, quando autem
non in ipſo actu, ſed poſtea infra certum tempus,
tunc interim donatio non ſit ipſo iure nulla.

Cum ergo ſtatutum prædictum ſit correctoriũ
iuris communis, quia reſtringat tempus 30. anno-
rum, ſed ex menſes debet ſtricte intelligi, vt minus
corrigat ius commune, quam ſit poſſibile, & ideo
licet dicat, quod donationes inſinuentur infra ſex
menſes, alias ſint nullæ, non tamen intelligendum
eſt. vt interim velit, quod ſint abſolute valide, cum
id expreſſe non dicat, ſed id extractum videatur a
48 contrario ſenſu, † quod tamen argumentum ceſſat
& ſumi non poteſt, quando reſultaret correctio
iuris communis ſecundum Doct. communiter in l.
1. ff. de offi. eius maxime Dec. num. 53. & ſatis eſt,
quod in ſenſu directo operetur in eo, quod reſtrin-
git tempus iuris communis, & in hoc intelligatur
contra diſpoſitionem iuris communis, in cęteris au
tem, & per conſequens in eo. quod interim non ſit
abſolute valida, vel nulla recipiet interpretationem
a iure communi, vt in ſimili in hac materia ſuper
alio ſtatuto loquens, dicit Alba. in d. cõſi. 4 ſub nu-
me. 50. & quod ſtatutum requirẽs inſinuationem
adhiberi infra certum tempus, interim non vali-
det, nec inualidet donationem ſentit Bart. in d. §. ea
lege, num. 6.

Et cum ſtatutum in hoc debeat intelligi ſecun-
dum diſpoſitionem iuris cõmunis, ſequitur, quod
nulla poteſt conſiderari rationabilis differentia in-
ter d. ſtatutum, & ius commune, & id circo illud qđ
Fed. de Sen. concludit in d. conſil. 281. ſuper eo ſta-
tuto loquens rationibus ibi per eum adductis, &
diſtinctionem quam facit, & differentiam inter iu
ramento ſine renuntiatione ſpeciali inſinuationis,
& iuramentum cum renunciatione prædicta, eſt ẽt
accipiendum in terminis iuris ex quo, & in termi-
49 nis iuris communis militat eadem ratio, † vt ſcili-
cet iuramentum ſimplex non suppleat illum defe-
ctum, qui accidit in futurum cum intelligatur re-
bus ſic ſtantibus; ſed suppleat ſolũ defectus, & nul
litates quę ſunt in conſideratione de præſenti tem
pore actus, non quę conſiderantur poſtea, & iſte de
fectus inſinuationis tunc proprie intelligitur inter
uenire cum amplius ipſa inſinuatio interponi non
poteſt, interponi autem tunc non poteſt cum facul
tas inſinuandi præſcripta eſt, quæ præſcribitur, vel
ſpacio 30. annorum de iure cõmuni, vel ſpacio ſex
menſium ex iure prædicto municipali, quod ſubro
gatum intelligitur loco ſpatij iuris cõmunis, quia
pręſcriptio ſtatutaria ſuccedit loco præſcriptionis
de iure communi, & ſapit eius naturam. Iaſ. in l. ex
hoc ædicto, nu. 6. de eo, per quem fact. erit. & Cor.
conſ. 180. ſub nu. 3. vol. 3.

Bene forſan inter ſtatutum, & ius commune fa-
50 cienda eſſe differentia, † quando ſtatutum require-
ret inſinuationem in ipſo actu donationis interpo-
ni, quòd tunc ex quo donatio non inſinuata eſſet ip
ſo iure nulla, vt dicit Bar. in d. § ea lege, nume. 6. &
Alba. d. conſi. 4. num. 50. hæc nullitas, quę abſolute
de præſenti ineſſet tolleret suppleretur per iuramẽ
tum ſimplex, & ideo hoc aduertens Iul. Clar. in d.
quæſt. 18 ad fi. verſ. ſatis enim concludit, quòd illa
concluſio, vt donatio iurata valeat non obſtante de
fectu inſinuationis procedit, quando ex forma ſta-
tuti, vel legis inſinuatio in ipſo donationis actu in-
teruenire deberet, at ſi lex, vel ſtatutum requirit do
nationem infra certum tempus inſinuari tunc iura
mentum non confirmaret donationem, vbi non eſ-
ſet inſinuata infra illud tempus ad hoc allegans d.
51 cõſ. Fed. & Curt. & adducens eam rationem, † qđ
iuramentum regulatur ſecundum tempus contra-
ctus, & ideo ſi poſtea ſuperueniat cauſa ex qua con
tractus abſolute annullet, non poteſt virtus iura-
menti ad illius confirmationẽ extendi, & ſic patet,
quod illud ſtatutum non eſt in hoc diuerſum a di-
ſpoſitione iuris communis cum nõ requirat neceſ
ſario inſinuationem in ipſo actu, ſed cõtentatur, vt
poſtea (dummodo infra certum tempus pręfiſſum)
adhibeatur, & ſimiliter, quòd illa ratio Fede. & eius
diſtinctio procedit, & accipitur etiam ſecundũ ter-
minos iuris communis, & omnes fere dd. ſuperius
citati ſi recte reſpiciantur, ita intelligunt loquẽtes,
& arguentes in terminis iuris communis, prout ul
tra eos facit Laur. Calca. conſi. 25. ſub nu. 33. uerſi.
nec obſtet.

Rationes autem quare iuramẽtum ſimplex hoc
eſt abſq; renunciatione inſinuationis non suppleat
plures adducuntur per Doct. ſuperius citatos, ſed
52 inter alias illa potiſſima videtur. † quod iuramen-
tum intelligitur rebus ſic ſtantibus, cap. cum p. ex-
tra, de renun. c. quemadmodum, extra de iur. iuran.
Pariſ. conſ. 110. num. 35. volum. 1. Boer. deciſ. 204.
num. 22. & late per Rimin. in §. 1. num. 258. inſtit.
de donat. & per Tiraq. in præfata. l. ſi unquam, nu.
166. & 167. C. de reuo dona. & ideo non porrigitur
ad ea, quæ ſuperueniunt de futuro, ut per eundem
Tiraq. in d. pręfa. num. 149. Pedemon. in deciſ. 112.
num. 9. & in ſpecie tradit Ant. de Caua. in d. tracta.
inſinua. in 2 par. q. 28. Natta, d. conſi. 110. num. 16.
& Cępha. d. conſi. 208. num. 12. poſt alios, quos ſu-
pra pro hac parte citauimus, ſed inſinuationis de-
fectus eſt de futuro, ergo iuramentum ad illum nõ
porrigitur.

53 Quod corroboratur, quia iuramentũ † regulatur
ſecundum naturam contractus, & recipit in ſe om-

nes

nes illa tacitss conditinnes quas habet principalis
contractus ſuper quo interponitur.cap.præueniẽs,
& d.cap.quemadmodum.Pariſ.d.conſi.1 10.nume.
33.& 34.& conſil.86.nume.47.cum ſeq.volum.3.
Natta,d.conſ.110.num 16.& late Tiraq.in d.præ-
fa.num.165.ſed contractus principalis ipſius dona
tionis habet in ſe hanc tacitam conditionem a le-
ge ſubintellectam, vt tunc demum perfecta dona-
tio intelligatur, ſi infra debitum tempus inſinuata
fuerit, ergo,& iuramentum ſuper ea interpoſitum
huiuſmodi conditinnem tacitam in ſe cootinere di
citur.

54 Confirmatur etiam, † quod iuramentum non
extendit conſenſum nec illum ſupplet, ſed ipſum
reſtringitur, & regulatur ſecundum mentem con-
trahentium.Calca.conſi.25.num.69.Pariſ.d.conſi.
110.num.34.& Tiraq.in d. præfa.num.170.ſed cõ
ſenſus,& mens contrahentium talis eſſe intelligi-
tur, vt ita demum donatio etiam in eo,quod ſum-
mam legitimam excedit,valida ſit, & effectum ſor-
tiatur ſi fuerit infra legitimum tempus inſinuata,
alias ſit nulla prout in ſimili dicitur,in princ.inſti.
de emp.& vendit. vbi tex, loquens de venditione
in ſcriptis dixit,quod in his venditionibus,quę ſcri
ptura conficiuntur, non aliter perfectam eſſe ven-
ditionem,& emptionem niſi.& inſtrumẽta emptio
nis fuerint conſcripta,& ſic cõſenſus abeſſe dicitur
donec ſcriptura illa non fuerit cõſcripta, conſuma
ta, & perfecta, omneſque ſuas completiones ha-
buerit, & fere idem eſt, in omnibus caſibus, in
quibus ſcriptura deſideratur de quibus in c.1.§.poſt
quam,extra de cenſibus,vt idem etiam dicendũ ſit
in caſu noſtro in quo ſcriptura,& ſub illa quidẽ for
ma requiritur de qua in l.donatio.§.in cõſcribẽdis,
& in l.in hac ſacratiſſima,cum l. ſeq.C.de donat. &
late per Vital.Gamb.in loco ſupra citato, nu.6. &
20.& ſub no.22.& 23.Io.Fab.in d.§.& retro,nu.2.
inſtit.de donat.& Aret.in §.alia aũt,inſt. eod.tit. &
hoc clare probatur ex d.l.ſancimus.ibi pro non ſcri
pto,& non intellecto credatur, C. de dona. vbi non
interpoſita inſinuatione, (quod debet intelligi in-
fra tempus legitimum ex quo non requiritur neceſ
ſario tempore actus interponi,vt ſupradictum eſt)
lex fingit, & declarat diſponens, vt in eo ſuperfluo
vſque ab initio cõſenſus intelligatur abfuiſſe,in tã-
55 tum, vt ex hoc etiam † reſultet nõ adeſſe(reſpectu
illius ſuperflui) nec ciuilem,nec naturalem obliga
tionem, ita,quod Iudex eccleſiaſticus adiri non po
teſt ratione peccati,ex eo, quod donans fidem non
præſtet, vt declarat Bal.ibi,in princ.col.1.in fi.ver.
not.quod hic eſt. Vital.Gamb.in tract.clauſul.d.ti.
in legib.inſinua.exig.renun.poſ.ſub nu. 19.fol. mi-
hi 913.& Soz.iun d.conſil 8. nu. 13.vol.4.ergo ſe-
quitur, quod iuramẽtum cum talem cõſenſum nõ
extendat,ſed imo ſecundum eum reſtringatur, & re
guletur,ita demum operetur,ſi donatio fuerit inſi-
nuata,& non aliter;cum enim conſenſus ſuper do-
natione præſtitus reſpectu illius ſuperflui,nõ adhi
bita inſinuatione totaliter a lege annulletur,ſequi-
tur,quod iuramẽtum non poteſt illum cõfirmare,
quia non confirmat,id,quod non reperitur confir-
mabile,vt dicit Vital. in loco citato, facit etiã quia
56 † iuramentum carens conſenſu,dicitur carere ſpiri
tu,Bal.in l.1.col.2.verſ.modo ſolet.C.de oper.liber.
Pariſ.d.cõſi.86.nu.51.& hinc dicitur,quod nõ ope
ratur in his in quibus deeſt cõſenſus.l.ſi.vbi Doct.
C.de non num.pec.& Soz.iun.d. conſ.8. nu. 13.ſed
in hoc,quod donatio ſtatim abſolute valeat,& per-
fecta ſit, tanquam inſinuata,caret conſenſu per ea,
quæ ſupradicta ſunt,ergo caret ſpiritu,& facit etiã
quia ex diſpoſitione iuris ita communiter intelle-
cta donatio non eſt abſolute valida,niſi cum fuerit
per inſinuationis adhibitionem confirmata,& per-
fecta,mens autem,& animus ac intentio partiũ ta-
lis in dubio intelligitur etiam, qualis eſt diſpoſitio
iuris,quia intelligitur ſe velle cum diſpoſitione iu-
ris conformare.Crau.conſi.33.n.23.ergo &c.cum
ergo iuramentum conſenſu in hoc careat,caret &
ſpiritu,& operatione.

57 Additur,quod iuramentum non † extenditur ad
ſanandum ea,quæ proueniunt ex culpa partis,Soz.
iun.d.conſi.8.ſub num.17.ver.ſed & tertio.Crot.in
d.l.nemo poteſt,num.38 ff.de leg 1.& Alcia.& alij
ſuperius pro hac parte allegati,hæc enim conditio
in quacunque donatione ſubintelligitur, dummo-
do ſcilicet culpa partis cui permittitur,abſit. Alex.
d.conſi.114.ſub num.2.verſi.3.vol.3.Soz conſi.70.
per totum,vbi loquitur etiam in promiſſione iura
ta,vol.3.Iaſ.in l.1.col.3.ſub nu.6.verſi.cõfirmatur
iſta ſolutio,C.de inſti.& ſub.& Pariſ.conſi.109 nu-
me.38.volum.1.

Sed a culpa donatarij prouenire dicitur,quod do-
natio euaneſcat ob non adhibitam inſinuationem,
quia poteſt ipſe ſolus infra debitum tẽpus inſinua-
tionem interponi facere ſecundum Bal. in d.l.cum
multæ,in primo not.& in auth.eo decurſum,io 3.
no.C.de dona.ante nup.& ſpon.& Ang.in d.conſil.
179.ad fi.verſ.ad vltimum quos refert, & ſequitur
58 Alex.conſ.157.col.2.nume.9.vol.2.† vbi dicit, qđ
ſufficit,quod donatio inſinuetur, notificetur,& pu
blicetur apud acta iudicis per ſolum donantem,vel
ſolum donatarium, & ſequitur Ruy. conſi.44. nu.
21.vol.2.Corn.d.conſil.221.ſub nu.6.& ſeq.vol.2.
Hyer.Torn.inter conſi.Port.Imol.in d.conſ.81.nu.
22.& Alcia.in d.conſi.54.& d.conſi.132. & in d.c.
cum contingat, vbi dicit, quod reprobando dona-
tionem non inſinuatã,eſt arguere donatariũ de ne-
gligentia,qđ nõ fecerit eã inſinuari, ergo talis eius
culpa non intelligitur per iuſm ſanata,tãquã quid
ſuperueniẽs,& ideo Soz.iun.in d.cõſ.8.ſub nu.17.
dicit,qđ cum donatarius non procurauerit, qđ do-
natio inſinuetur infra debita tẽpora, vſ non curaſſe
amplius de validitate donationis, & ſic ex hac ſua
voluntate,& ſic ex quodã iure hoc eſt nullitate do-
nationis ex omiſſione inſinuationis ſuperueniẽte,
remiſſum dr iuſm de quo iure, & nullitate nõ præ-
ſumitur cogitatũ quo argu.vtitur & Vital.Gãb.in
loco præcitato,nu.9 & 19.in prin.& ſub n.21. vbi
referendo quoddã conſi.Bal dicit,qđ iuſm non tol
lit defenſionem,quæ ex poſt naſcitur ex negligen-
tia ſequenti, vel ex alia cauſa noua.

Poſſent hic aliæ plures,& quidem vrgentiſſime

rationes ſubnecti, quæ conſiderantur, & adducun-
tur per Doct. tenentes indiſtinctè iuramentum nõ
ſupplere defectum inſinuationis etiam, quod re-
nuntiatum ſit in ſpecie legibus inſinuationem exi-
59 gentibus, nempe illa, † quod inſinuationis ſolem-
nitas requiratur pro forma, vt diligenter compro-
bant Moder. Mecacen. in ſuo tracta. de ſucceſ. crea.
progreſ. lib. 1. § 5. nume. 2. & Vital. Gam. in loco
pluries allegato, ſub nume 19. verſicu. 2. quia, &
ſub nume. 27. allegans. conſi. Bal. tum er eo, quod
lex præceptiue loquatur trahendo ordinem, & for-
mam interponendæ inſinuationis, tum etiam in
euentum non ſeruatæ ſolemnitatis, vlterius proce-
dit cum decreto annullatiuo, & ob id concluden-
tes talem ſolemnitatem iuramento ſuppleri non
poſſe.

60 Item illa, † quod inſinuatio fauorem publicum non ſolum ſecundario, ſed principaliter reſpiciat, vt ijdẽ Moder. ſuadent, ſimiliter ex hoc concludentes illi cum iuramento renunciari non poſſe. Item illa, quod introducta ſit in odium recipientium, clandeſtinas donationes. l. data. C. de donatio. & ideo illi renuntiari non poſſit etiam cum iuramento, vt Soz. iun. dicto conſil. 8. numero 14. & alij fere omnes quos pro hac parte citauimus, & clandeſtinæ dicuntur ſi non fiant coram Iudice intelligente, & coram eo inſinuentur, vt ſi ſibi videbitur poſſet donantem monere, vt per Bald. in conſilio 375. certum eſt, nume. 3. & 4 volum. 3. & 4. Vital. in ſupradicto loco, nume. 12. & Io. Petr. Ferrar. in form. libell. ſuper donatione, in verſi. ſolemnitet. in prin. & fin.

Item illa, quod inſinuatio introducta ſit fauore tertij ſcilicet creditorum, & contrahentium cum donatore, vt ſcilicet ſcire poſſint facultates illius cum quo contrahunt, & an hypothecæ tutæ ſint ne decipiantur ignorantes huiuſmodi exceſſiuas donationes, vt in propoſito dicunt Modern. Galli. conſil. 39. incip. quantumuis ad finem, & Alcia. & dicto conſil. 132. & in d. capit. cum contingat, ex hoc concludentes, quod illi renuntiari non poſſit etiam cum iuramento cum fauore tertij ſit introducta. Quæ rationes ſi veræ ſunt, & concludunt iuramentum non ſupplere, quando etiam conſtat de mente contrahentium, quod renuntiando expreſſe inſinuationi, voluerunt per iuramentum, tali defectui ſuppleri, multo magis dicendum eſt non ſupplere, quando de tali mente non conſtat, quia inſinuationi renuntiatum non fuit: ſed quia intentio noſtra eſt, pro nunc comprobare ſolum diſtinctionem, & concordiam ſuperius adductam, & illi inhęrere, has vltimas rationes cum alijs pluribus, idem concludentibus, quæ adduci poſſent omittimus innitentes ijs ſolis, quas ſuperius deduximus tamquam concludentes ſolum tunc iuramẽ cum non ſupplere, quando inſinuationi renunciatum expreſſe non ſit.

Eam tamen minime libet ſilẽtio præterire, quæ nos etiam maxime in hac cauſa mouit ad ita concludendum, quod tunc indiſtinctè iuramẽtum non ſuppleat inſinuationis defectus, quando vltra ſuſpitionem a lege præſumptam ob non adhibitam inſinuationem, alię quoque ſuſpitiones concurrũt, vt concludit Alba, conſi. 77. nume. 33. ſed plures in caſu noſtro concurrebant ob quas merito nobis erat huic opin. negatiue inhærendum, ergo.

Et prima erat, quam etiã conſiderat Alba. d. conſil. 77. num. 34. quod facile potuit, vel tunc, vel poſtea inſinuatio adhiberi in ciuitate Aretij, vbi donatio celebrata fuit, & tamen nunquam fuit adhibita, & ſuſpicio oritur, quando aliquid factum non fuit, quod neceſſarium erat, & facile fieri poterat per ea quæ de notario tradit Bald. in l. ſi poſt. C. de iur. & fact. igno. vel ex hoc ſaltem conſequitur, quod cum & donator, & donatarius ſcirent donationem infra debitũ tempus non inſinuatam euaneſcere, quia quilibet præſumitur ſcire leges. l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg. & vterque ſolus potuerit illam adhiberi facere, vt ſupra dictum eſt, non procurantes vnquam illam interponi, voluerint liberalitatem in eo pluri expleri, & donationem perfici.

Secunda erat, quod donatio de qua contenditur, potius videbatur ceſſio iurium, quam ſimplex, & mera, & pura donatio prout deſiderare videtur text. in l. per diuerſas, & l. ab Anaſtaſio. C. mand. & ideo non modica ſubeſſe videbatur redemptionis litis ſuſpicio, cum modicum videlicet, lib. 878. pro maxime videlicet pro ceſſione iurium valoris (detractis detrahendis) ad minus ſoli. 4289. receptum fuerit, & iſtæ donationes ex eo correſpectiuæ cenſerentur, cum vna poſt aliam incontinenti eodem loco, eadem die ijſdem teſtibus præſentibus, & eodem notario ſtipulante in eadem carta factæ fuerint, & id omne factum videretur in fraudem dictarum legũ prout, & ſuper hoc capite correſpectiuitatis, & fraudis dictarum legum maximopere cõtendebant, ex parte D. Pandulphi in euerſionẽ totius donationis.

Tertia erat, & adhuc maior ſuſpicio, quod de eademmet donatione, & ceſſione iurium duo reperiebantur inſtrumẽta, alterum rogatum per S. Venturam Montanum notarium Seneſem, alterum rogatum per S. Camillum Calderinum notarium Arretinum, ſed maxime inter ſe diuerſa, quia illud rogatũ per S. Vẽturam erat ſtipulatum ſub die 10. Octobris 1536. illud autem per S. Camillum rogatum, erat ſtipulatũ ſub die 11. eiuſdem mẽſis. Itẽ illud S. Vẽturę, erat ſimplex abſque illa donatione reciproca, illud autem S. Camilli erat cum dicta donatione reciproca, item in illo S. Vẽturę reperiebãtur iſta verba, ſuper quibus oĩbus, & ſingulis rogauerunt me notariũ infraſcriptũ, necnõ & S. Camillũ Calderinum, quod publicum cõficerem, & conficeret iſtrumẽtum, ſed rũ carebat ſubſcriptione S. Camilli, & in eo rogato per S. Camillum nõ erãt verba aliqua ex qbus appareret ſe rogatũ fuiſſe cũ d. S. Vẽtura, quinimo S. Camillus examinatus iureiurãdo affirmauit ſe nũquam rogatũ fuiſſe de inſtr̃o aliquo vnam cũ d. S. Vẽtura, ſed nec cognouiſſe d. S. Venturam, & quod de d. donatione ipſe ſolus rogatus extitit, & non ſub die 10. ſed ſub die 11. & nõ

co

eo modo, quo d. S. Ventuta, ſed cum dicta donatione reciproca, & veriſimile erat, quod d. S. Ventura de dicta donatione non eſſet rogatus, cum ex l. municipali Aretij Forenſes non matriculati non poſſunt in dicta ciuitate rogari de inſtrumento aliquo, & ipſe erat Senenſis, nec conſtabat, quod eſſet matriculatus & nihilominus dictum eius inſtrumẽtum exhibebat publicum, & authenticum, & illo ſolo ſemper vſus fuit dictus Achilles, quãdo ſibi contigit tractare de dicta donatione, nunquam faciens mentionẽ de illo S. Camilli, vt ex pluribus inſtrumentis in cauſa productis conſtat: accedat, quod vtrumque inſtrumentum apparebat ſtipulatum eodem loco, & eiſdem teſtibus præſentibus: nam licet poſſibile ſit, quod duo inſtrumenta fiant, & ſtipulentur a diuerſis notarijs diuerſis diebus, de eodem tamen re, & in eodem loco, & iiſdem teſtibus adhibitis, vis veriſimile videtur, & ſtante maxime diuerſitate prędicta, & quod vnus aſſerat alterum notarium eſſe rogatum, qui niſi præſens rogati non poteſt, & ſtipulati: ille autem neget ſe rogatum fuiſſe; & ſtantibus alijs ſupradictis videbantur ipſa inſtrumenta ſibi adinuicem fidem detrugare, & nihil ob falſitatis ſuſpicionem firmitatis habere. l. ſcripturæ. C. de fide inſtrumento. & ſuper hoc etiam maximom fiebat fundamentum ad deſtruendum pœnitus ipſam donationem.

Quarta ſuſpitio erat, quod donatio fuit notabilis valoris facta ab homine contrariæ, ac iniuriæ factionis, ac eo tempore, (vt ex multorum relatione comperimus) ſuppreſſæ in hominem potentem, ac tirannicè ſe gerentem, vt latius de eius praua vita conſtat ex depoſitionibus teſtium: ex quo duplex ſuboriri videbatur ſuſpicio, altera ex immẽſa donatione ſine cauſa apparenti facta ex his, quæ dicit Corn. conſi. 124. num. 4. & 5. volum. 3. & Cæphal. conſi. 208. num. 11. 13. & 14. & conſi. 110. nume. 84. volum. 2. altera ex qualitate perſonę, cui donatum eſt, videlicet potenti, & more tyrannico procedenti, ex his, quæ tradit Iaſ. poſt Bald. in l. interpoſita, num. 4. verſi 5. limita. notanter, C. de tranſa.

Quinta ſuſpicio aderat, quod in inſtrumento dicebatur, titulo pure, mere, & ſimplicis donationis, & tunc potius correſpectiua videbatur, vt ex hoc ſtante etiam enormiſſima læſione, quæ ſatis depræhendi videbatur, ſi nos in donante præſuppoſuiſſemus ignorantiam valoris iurium per eum ceſſorum, arguebatur in hac re dolus, & metus, cum ex enormiſſima læſione inferatur ad dolum re ip-
61 ſa, † qui æquiparatur dolo ex propoſito, & ad metum, ex his, quæ tradit Corn. d. cõſi. 124. num. 3. & 4. Alba. conſi. 77. num. 22. & conſi. 100. nume. 5. & Caphal. in locis ſuperius citatis.

Et ideo ſtantibus tot ſuſpicionibus, non potuimus proſpicientes etiam minori damno ipſorum reorum euitare, quin ex hoc ſaltem capite inſinuationis omiſſæ, donationem prędictam reprobaremus. in eo ſcilicet, quod ſupererat detractis dictis libris 878. pro quarum concurrenti quantitate exiſtimauimus donationem fuiſſe correſpectiuam, & detractis 500. ſolidis legalibus, de quibus in dicta l. ſancimus, iuxta æſtimationem dicti temporis, inhęrentes illi opin. negatiuæ tanquam magis communi, & veriori, quod iuramentum nõ ſuppleat inſinuationis defectum, niſi quando ſpecialiter illi renuntiatum ſit.

Cui opin. nihil omnino viſa eſt nobis obſtare illa ratio, quæ vnica fere allegatur per tenentes alteram partem, nempe, quod iuramentum ſeruandum ſit, vbi ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis æternæ. d. cap. cum contingat, de iureiuran. cap. quamuis, de pact. in 6. quia omiſſis alijs reſponſionibus, quæ dantur per illos, qui tenent iuramentum non ſupplere etiam quãdo eſſet renũtiatum & expreſſe, & ſpecialiter inſinuationi, reſpondimus, quod illud procedit, quando in eo, ſuper quo iuratum eſt, adeſt conſenſus partium, non in eo, in quo conſenſus abeſt, dicta l. fin. C. de non numerata pecunia, quia, vt dictum eſt, iuramentum ſine conſenſu, eſt ſine ſpiritu; ſed in hoc, quod valeat donatio ſuper illo exceſſu vltra 500. ſolidos, ſi non fuerit inſinuata infra debitum tempus, abeſt conſenſus, dicta l. ſancimus. in prin. & ibi Bald. & prout ſupra oſtenſum fuit, ergo, &c. & ita reſpondet etiam Soz. iuni. d. conſil. 8. num. 17. vbi etiam ſubiungit, quod certo modo iuramẽtum in hoc intelligitur remiſſum cum inſinuatio procurata non fuerit, vt ibi per eũ; ſed & cum iuramentum, vt ſupra dictum fuit, non extendatur ad hunc defectum ſuperuenientem, maxime ex culpa ipſius donatarij, vt per Soz. conſilio 70. numero 6. vol. 3. fruſtra requiritur obſeruantia iuramenti circa id, de quo iuramentum non fuit interpoſitum.

Nec obſtat, dum poſtea dicebatur, quod præſuppoſita pro vera illa opin. quod iuramentum non ſuppleat. niſi expreſſe renũtiatum ſit inſinuationi,
62 nihilominus cum † ſatis ſit hoc per æquipollens fieri, vt per Corn. dicto conſil. 69. & conſil. 186. nume 18. ad finem, volu. ſecundo, & dicto conſilio 221. nume. 4. volum. 1. & conſilio 54. volum. 4. in hoc caſu noſtro dicetur ſatis inſinuationi renũtiatum, ex pluribus, primo propter illa verba, pure libere, & ſimpliciter, vt per Corn. in dicto conſil. 69. volum. 2. Secundo donator promiſit hanc donationem, non reuocare ex cauſa ingratitudinis, vel propter ſuperueniẽtiam filiorum, quæ futurum reſpiciunt, & ob id non poſſunt intelligi rebus ſic ſtãtibus, vt per eundem, ibi num. 20.

Tertio, quia promiſit perpetuo attendere, & obſeruare, quę verba ſimiliter ad futurum referuntur, idem Corn. ibi, nu. 21. & 22.

Quarto, quia renuntiauit omni legum, & ſtatutorum auxilio, propter quæ verba intelligitur renuntiatum etiam defectui inſinuationis, vt per Gozad. conſilio 87. ſub nume. 13. & eſt de mente Corn. dicto conſil. 69. nume. 23. & in ſimil. Afdi. deciſ. 182. nu. 11. & deciſ. 174. ſub num. 4. verſicu. Item eſt renuntiatum. Alcia. in d. c. cum contingat, num. 114.

Quinto, & vltimo propter clauſulam, illã, omni meliori modo, quæ habet vim expreſſæ renũtiationis. Bal. in l. quotiens. & col. fi. C. de hæred. inſtit.

Quia ad hæc omnia reſpondetur, & in primis, quod quicquid teneat Corn. communis, et quidem ſine controuerſia videtur opin. quod requiratur ſpecialis, & expreſſa renuntiatio, & quod non ſufficiat generalis, & æquipollens, vt clare colligi poteſt ex Docto. ſuperius citatis: quod ex eo etiã ſuaderi poteſt quod donatio non inſinuata improbatur a lege, & habetur pro non facta. d. l. ſancimus,
63 † ſed generalis diſpoſitio nõ extenditur ad ea quæ in ſpecie prohibita ſunt, Crauet. conſilio 200. numero 6. ergo &c. Præterea cum expreſſa, & ſpecialis requiratur renuntiatio, ſequitur quod ſi ſpecialiter non ſit facta, cenſetur quaſi neglecta. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de iu. iur.
64 Secundo reſpondetur, † quod dictæ clauſulæ in omnibus fere inſtrumentis apponuntur cum parua cognitione potius ex quadam conſuetudine notariorum, quàm quod ita partes conueniant, & ita non debent operari renuntiationem eorum, quę requirunt ſpecialem mentionem. Bart. in l. 1. in 6. q. in fin. ff. de iure codicil. Pariſ. conſil. 20. num. 87. volum. 1. & conſil. 16. nume. 18. volum. 2. & conſi. 19. nume. 20. & conſi. 74. num. 69. volum. 3. Ruyn. conſil. 60. circa fin. volum. 3. Corn. conſil. 189. volum. 1. & quæ ad hoc late accumulat Tiraq. in præfat. d. l. ſi vnquam, nume. 126. & 172. C. de reuoc. donat. & in tract. de retract. ligna. §. 1. gloſſ. 18. nu. 16. & quod ſuper eis non ſit faciendum fundamentum, cum ex conſuetudine notariorum, plerumq; apponuntur abſque eo quod contrahentes intelligant eorum virtutem, dicit Cephal. conſi. 210. nu. 84. vol. 2. & Rip. in l. Centurio, nu. 81. & 84. ff. de vulgar. & pupill. ſubſt.

Tertio, Reſpondetur, quod cum clauſulæ huiuſmodi acceſſorię ſint ad executionem poſitæ, reſtringendæ ſunt ad caſus in quibus diſpoſitio principalis loquitur, ita vt illam non amplient, Clem. 1. de præben. Pariſ. d. conſ. 20. num. 88. volum. 1. & d. conſil. 16. nume. 13. volum. 2. Dec. conſil. in 305. colum. fin. & Matth. Gribal. in terminis inſinuationis, in d. conſilio 80. nume. 16. verſicu. tandem inter conſilia Port. Imol. & niſi ponatur in parte diſpoſitiua, ſed ſolũ inter clauſulas acceſſorias, & executiuas, nihil operatur vltra principalem naturam contractus, vt per Cæphal. conſilio 94. nume. 28. cum ſequen. lib. 1. & ideo cum principalis diſpoſitio hoc tantum contineat, vt vſque ad quingentos ſolidos ſit abſolute valida, ſed vltra dictam ſummam valeat, ita demum, vt perfecta, & abſoluta intelligatur ſi fuerit infra debitum tempus inſinuata, vt ſuperius oſtẽſum fuit, prædictæ clauſulæ ad hoc reſtringentur, vt nihil vlterius operentur, & in materia diuiſionis, vt cum per eam non intelligatur renuntiatum fideicõmiſſo futuro, dictę quoque clauſulæ nihil vlterius operentur quam ipſamet diuiſio, & ideo intelligantur ſtantibus ſic rebus, & ſecundum naturam contractus reſtringantur, vt per eas non intelligatur renuntiatum fideicommiſſo, niſi in ſpecie fuerit ei renuntiatum, tradunt Doc. in d. l. qui Romę §. duo fratres, ff. de ver. oblig. Natt. conſilio 272. & 373. nume. 14. & 15. volum. 2. & conſil. 410. nume. 43. Dec. conſil. 413. num. 7. cum ſequen. & Ruyn. latiſſime, conſil. 137. num. 10. volum. 2. quinimo potius tollerantur, vt ſint ſuperfluę, vt per Natt. d. conſi. 372. num. 16. & Dec. conſil. 388. num. 4. & Ruyn. conſi. 8. num. 11. volum. 5.

Sed & in ſpecie, & ſigillatim ad omnia reſpondendo dicitur, & quantũ ad primũ quod ſatis ex eo depræhendi poteſt dicta verba (pure libere, & ſimpliciter) ex conſuetudine notarij magis quam ex intentione partium appoſita, quia cum incontinenti eodem die loco, iiſdem teſtibus præſentibus, & eodẽ notario ſtipulante ſubſecuta fuerit illa donatio Achillis, præcedens donatio Iacobi non poterat dici abſolute, & ſimpliciter mera, pura, & ſimplex, ſed pro parte, & ſolum pro parte colorata, & ob cauſam, & per conſequens reciproca, vt per Sozin. conſilio 135. volum. primo, & conſil. 27. nume. 4. volum. ſecundo, & Crauet. conſil. 298. nume. 13. Corne. conſilio 45. licet in hoc iudicio volum. 4. & Natt. conſilio 111. numero 9. volum. primo, & nihilominus dictum fuit titulo mere, pure, & ſimplicis donationis. Nec huic obſtare viſum eſt dum replicabatur, quod ſi donatio non erat pura, ſuper
65 uacaneum erat diſputare de inſinuatione, cũ † clarum ſit donationem reciprocam inſinuatione non indigere. l. Aetilius. ff. de donatio. cum alijs congeſtis per Port. Imo. in d. concluſ. 40. in 14. & 15. limit. Suarez. in ver. donatio. numero 135. Rip. lib. 3. reſponſorum cap. quinto, nume. 3. vbi refert communem Creſcen. deciſ. 188. Sarmen. deciſio. 98. quia reſpondetur, quod in eo quod excedebat donationẽ ex aduerſo factam de dictis libris. 878. præſuppoſita ſcientia valoris iurium donatorum in ipſo donante, erat pura, & ſimplex, vt per Bald. d. conſilio 375. certum eſt poſt eum, volum. 3. vt per Cęphal. d. conſi. 94. num. 19. volum. 1. & Ruy. conſil. 98. nume. 20. volum. 1. & Natt. d. conſilio 111. nume. 9. & ob id in eo pluri reſpectu legittimi exceſſus requirebatur inſinuatio, vt per Bald. d. conſil. 375. & Corne. d. conſilio 45. ſub numero 3. volum. 4. & per Tiraquel. in d. tract. de retrahen. ligna. §. 1. gloſſ. 18. nume. 14. & 15. & ita erat pro parte pura, & ſimplex, & pro parte correſpectiua non abſolute ſimplex, & pura: item illa pars pura, & ſimplex non erat abſolute libera, ſed ſolum vſq; ad 500. ſolidos, vlterius autem non libera, ſed ſtabat ſub illa tacita conditione ſi fuiſſet infra legitimum tempus inſinuata, & ita intelligenda, & interpretanda ſunt dicta verba, cũ talis ſit natura actus ſuper quo fuerunt appoſita ſecundũ quam reſtringi debent, per ea quæ dicit Dec. conſi. 278. nu. 5. & conſilio 473. num. 11. Ruyn. conſi. 109. num. 4. vol. primo, & Craue. conſil. 33. num. 22. & num. 17. & 18. & Natt. d. conſil. 111. ſub num. 16. & interpretationem ſumere debent a diſpoſitione iuris quæ talis eſt, vt ſupra dictum eſt vt de uerbo &c. libere, quod debeat interpretari ſecundum diſpoſitionem aliorum iurium, dicit Alex. conſilio 8. numero 11. volum. 1. & Dec. in cap. repręhenſibilis ſub nume. 5. extra de appella. Præterea reſpondetur quod

dicta

dicta verba ita generaliter prolata non ſunt ad inſinuationis defectum referenda, ſed ad caſum poſt illam ſpecialiter expreſſum, quia verba generalia reſtringuntur ab his, quæ poſtea particulariter ſubſequuntur. Pariſ. conſilio 102. nume. 11. volum. 1. maxime ſi ea, quæ particulariter ſubſequuntur, ponuntur per verba reſtrictionem importantia iuxta trad. per Barto. in l. quæſitum. §. fin. ſub numero 15. verſ. aut facta fuit renuntiatio. ff. de fund. inſtru. Sed poſt illa verba, pure, mere, libere, ſimpliciter, &c. ſubſequuntur illa verba ſpecialia, videlicet ita, quod nulla ingratitudinis cauſa donatio reuocari poſſit, ergo ab illis reſtringentur, & declarabuntur, vt appoſita fuerint ad hunc tantum effectum, & non ad alium, vt denotaretur donationem eſſe puram, liberam, & ſimplicem ita, vt nulla ingratitudinis cauſa reuocari poſſet, & non ſub illa conditione ſi ingratitudo non ſubſequatur, & hoc denotant illa verba (ita, quod) de quorum natura eſt, vt reſtringant, & declarent præcedentia. Sozin. conſil. 99. numero 15. volum. 4. Dec. conſilio 227. num 6.

Ad ſecundum reſpondetur, quod licet illa promiſſio de non reuocando ex cauſa ingratitudinis, & ex ſuperuenientia liberorum, reſpiciat euentum futurum, & ob id non debeat intelligi (rebus ſic ſtantibus) nihilominus ex hoc non ſequitur, ergo intelligitur etiam de non reuocando ex defectu inſinuationis, cum & ipſe reſpicit futurum, & non intelligitur rebus ſic ſtantibus, quia hæc ſunt diuerſa, & ex diuerſis non fit bona illatio. l. Papinianus exuli. cum vulg. ff. de minor. ex illis enim duobus caſibus ingratitudinis, & ſuperuenientiæ liberorum, tota euertebatur donatio, & ideo partes ſpecialem mentionem, & prouiſionem de ipſis fecerunt nollentes ipſam donationem pœnitus detrahi, quatenus alijs reſpectibus non fuiſſet nulla, ſed valida, relinquentes illos reſpectus ſub diſpoſitione iuris communis: ex illo autem caſu defectus inſinuationis tota non euertitur, ſed vltra 500. ſolidos tantum, & ideo de ea mentionem non fecerunt, relinquentes in hoc donationem ſub diſpoſitione iuris communis ſecundum quam in dubio partes intelliguntur voluiſſe ſe conformare, & ab eius præcepto non diſcedere, volentes amplius ſuper illo plori vltra legitimam ſummam deliberare, nondum habentes tantam liberalitatem pro abſoluta, & perfecta, ac conſumata donec inſinuatio non fuiſſet adhibita prout, & ipſa lex præſumit, & credit talem fuiſſe mentem, & intentionem ipſarum partium, dicta l. ſãcimus. in princ. Quod ex eo etiam ſuadetur, quia ita faciliter potuiſſent mentionem huius defectus facere, & aduerſus hunc caſum ſpecialiter prouidere ſi voluiſſent ſicut aduerſus illos fecerunt, ſed quia hoc non fecerunt, intelliguntur voluiſſe, argumen. l. vni. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. c. ad audientiam, de decim. Pariſ. conſilio 147. numero 4. volumine 4.

66 Ad tertium reſpondetur, quod † illa clauſula perpetuo attendere, & obſeruare, cum ſit appoſita ad executionem contractus, non poteſt alterare, & mutare naturam ipſius contractus, quinimo ipſa ſecundum eam declaratur, & reſtringitur, vt per Pariſ. dicto conſil 20. nume. 102. volum. 1. Bartol. in d. §. duo fratres, ſuper ſecunda quæſt. & ibi Doctores communiter, & maxime Rip. num. 44 verſicu. 2. ampliatur, ff. de verborum obliga & in l. cum pater. §. hæreditatem, el ſecondo, ff. de legat. 2. Ruyn. conſilio 133. in princ. & in dicto conſilio 137. & ſequen. nume. 9. volum. 2. & in terminis iuris, ita reſpondet Math. Gribal. in dicto conſi. 80. nume. 17. & ideo intelligetur, vt perpetuo donatio attenderetur, & obſeruaretur ſi fuiſſet debito tempore inſinuata.

67 Ad quartum reſpondetur, quod illa † clauſula omni legum, & ſtatutorum auxilio, &c. non operatur in caſu noſtro, quia eſt appoſita in clauſulis generalibus ipſius donationis, non in parte diſpoſitiua, vt declarat Cephal d. conſi 94. num. 28.

Secundo reſpondetur, quod dicta clauſula tamquam generalis non comprehendit ea de quibus renuntians non cenſetur cogitaſſe, ad trad. per Beto. conſi 177. nume 31. cũ ſeq. vol. 1. Pariſ. conſil. 110. num. 100. vol. 1. ſed donans non cenſetur cogitaſſe de nullitate poſtea ex defectu inſinuationis ſuperueniente ex culpa donatarij, vt ſupra dictum fuit, & traditur per Rolan. a Valle, conſi. 95. num. 37. volum. 1. ergo &c.

Tertio reſpondetur, quod talis clauſula non includit caſum in quo expreſſa requiritur renuntiatio, vt per Pariſ. dicto conſi. 110. num. 98. ſed in caſu inſinuationis non adhibitæ requiritur expreſſa renuntiatio, ergo &c.

68 Quarto reſpondetur, quod † talis generalis renuntiatio cum addita ſit aliquibus præcedentibus ſpecialibus renunciationibus, trahenda eſt ad caſus ſimiles expreſſis, ſeu ad minores, non ad maiores, ſeu grauiores, vt per Pariſ. d. conſil. 110. nume. 97. & Mariſ. in rub. ff. de fideiuſ. num. 28. verſi. vidẽdum eſt, vbi poſt Rom. conſil. 472. quem ibi allegat, concludit generalem illam renũtiationem omnium beneficiorum, ſeu omni legum auxilio, non ſufficere, vt per eam intelligatur renuntiatum beneficio cedendarum eum ſpecialiter illi renuntiandum ſit, & hoc ex pluribus medijs, quæ admodum conferunt ad caſum noſtrum, & ob id placet hic ea tranſcribere, vt exinde poſſint ad caſum noſtrũ applicari: & primum eſt, quod generalis ademptio beneficiorum non extenditur ad id beneficium, quod ſtatim renuncians habiturus non ſit ſed ſolum poſt alicuius conditionis rei adiectæ implementum: ſecundũ, quod non extenditur ad excluſionẽ illius iuris, quod habet ortum ex cauſa de futuro: tertium, quod non extẽditur ad excluſionem exceptionis, quę ortum habet ex facto aduerſarij: quartũ, & vltimũ, qđ renuntiatio generalis addita renũciationi ſpeciali ſolum ad eos caſus trahitur, qui ſũt ſimiles ſpecialiter expreſſis ſeu minores, nõ maiores, vt ibi per eum. qđ etiam comprobat, quia quando illud genus iũctum eſt ſpeciei per copulatiuã coniũctionẽ tunc, ſolũ intelligitur includere ea, quæ ſunt

 eiuſdem

eiuſdem qualitatis, ſeu ſimilis ſpecici, ut ibi per
eum, ſed beneficium cedendarum non ſtatim com
petit, ſed ſub illa tacita conditione, ſi totum ſolue-
retur: item pendet a fururo euentu, & habet or-
tum es facto aduerſarij. & non eſt ſimilis aut mi
nor, ſed maior, & grauior præcedentibus bene-
ficijs expreſſis, quibus espreſſe renunciatum eſt,
ergo, & hoc procedit ſecundum cum etiam quod
talis generalis renuntiatio omnium beneficiorum,
ſeu omni legum auxilio ſit iurata, quia iuramẽtum
ad illos tantum caſus refertur, ad quos refertur ip-
ſa renuntiatio, vt ibi per eum, quæ omnia caſui
noſtro conueniunt, vt concludendum ſit illam ge-
neralem renunciationem, & omni legum, & ſtatu-
torum auxilio, &c. nõ comprehendere renuntiatio
nem defectus inſinuationis ſeu legum inſinuatio-
nem requirentium, quia & ipſa debet ſpecialiter,
& expreſſe fieri, & beneficium ſeu auxilium, quod
competit ex eius defectu, vt donatio ſit abſolute
nulla, ſtatim non competit, ſed ſub illa conditione
ſi infra tempus debitum non fuerit inſinuata, &
hoc pendet a futuro euẽtu, & ortum habet a facto,
& a culpa donatarij, & in hoc etiam caſu noſtro ta-
lis clauſula generalis, & omni legum auxilio, &c.
adiecta eſt cum illa culpa, & renuntiationi ſpeciali.
l. ſi unquam. C. de reuocan. don. & ideo debet re-
ſtringi ad eos ſolum caſus ſimiles expreſſo, & mi-
nores, non ad diſſimiles: ſed inſinuationis renun-
tiatio eſt diſſimilis, quia talis nullitas, & benefi-
cium oriens ex defectu inſinuationis prouenit ex
aliqua culpa ipſius donatarij: tex. autem d. l. ſi vn-
quam, minime. item illa non deſtruit totam dona-
tionem, hæc autem totam deſtruit, item hęc reſpi-
cit caſus, qui poſtquam donatio ſit abſolute perfe-
cta poſſunt ſuperuenire ad deſtruendum donatio-
nem iam perfectam, illa autem reſpuit caſum, qui
poteſt ſuperuenire ad impediendum perfectionem
abſolutam ipſius donationis: itẽ hoc pręſupponit
adeſſe cõſenſum abſolutum, & ſimplicem, vt dona-
tio valeat in totum; illa autem præſupponit cõſen-
ſum nõ adeſſe ſuper illo pluri, niſi ita demum fue-
rit per adhibitionem inſinuationis infra debitum
tempus confirmata d. l. ſancimus. ibi pro non ſcri-
pto, & non intellecto, & ideo talis generalis renun
tiatio omni legum auxilio non poteſt ſupplere in
eo, in quo non adeſt conſenſus. Pariſ. d. conſi. 20. nu
me 99. volum. 1. & per conſequens non poteſt tra-
hi ad hunc caſum penitus diuerſum, & diſſimilem,
& in quo non tanta militat ratio renuntiandi, quã
ta in expreſſo.

Nec refert, quod fuerit iurata, quia iuramen-
tum comprehendit, vt dictum eſt eos tantum ca-
ſus quos non iurata comprehendent, & non alios,
69 † quia licet habeat vim expreſſæ, & ſpecialis diſpo
ſitionis, hoc tamen procedit in his tãtum caſibus,
in quibus apparet de conſenſu, non alijs, vt per
Nattam, cõſi. 145. nume 4. & 5. cum ſeq & Ruy. in
conſil. 137. nume. 16 volum. 2. Gozad. conſilio 36.
nume. 15. & conſil. 53. num. 9. & late. Ripa in d. l. ſi
vnquam, quæſt. 3. & quæſt. 52. nu. 120. & Cęphal.
d. conſi. 194. num. 35. cum ſequen. volum. 1. ſubiun
70 gens ex Ruyn. ibi per eum citato, † quod iuramẽ-
tum nihil operatur in his, quæ debent ſpecificari.
& quod ſpecialis conſenſus habet quidem virtu-
tem quantum ad ſolemnitatis defectum, vt per iu-
ramentum ſuppleatur, non autem vt ipſe cõſenſus
ſuppleatur in eo in quo deficiat & in hoc deficit, vt
ſupra demonſtratum fuit, quod etiam ex eo ſuade-
detur, quia ita renuntiaſſet legib. inſinuationem re
quirentibus, ſi id voluiſſet facere, ſicut renuntiauit
d. l. ſi vnquam, argum. d. l. vni. §. ſin autem ad defi-
cientis, C. de cad. tol. & hoc confirmatur etiam ar-
gumento ab incluſione vnius ad excluſionem alte
rius. l. cum prętor. ff. de iud. nam cum ex pluribus
ſpecialem renunciationem exigentibus aliqua tan
tum ſpecialiter expreſſit, cætera non expreſſa cen-
ſentur ſub generalitate relicta, ita, vt illis non in-
telligatur renuntiatum, cum generalis renuntiatio
non ſufficiat.

71 Et quod iſta † clauſula, omni legum auxilio, ni-
bil operetur reſpectu renuntiationis iuris de futu-
ro, & in his, quæ ſpecialem renuntiationem requi
runt, colligitur etiam ea his, quæ in materia fidei-
commiſſi futuri concludunt Ruy. Natt. & Gozad.
ſupra citati, & nouiſſime Octau. Cachera. in deciſ.
Pedemon. 114. num. 10. tanto magis cum huiuſmo
di clauſula ſit acceſſoria inter clauſulam executio-
nem reſpicientes poſita, ac etiam iudicetur ex no-
tariorum conſuetudine magis, quam ex expreſſa
partium voluntate appoſita, & per Pariſ. d. conſilio
110. num. 100. 101. & 102. volum. 1. & Cæpha. d.
conſi. 94. ſub nume. 37. volum. 1. & idem procedet
etiam in materia d. l. ſi vnquam, vt ibi per Rip. d.
quæſt 52. & alij plures quos citat ibi Tiraq. in præ-
fa. nu. 122. quos tandem, & ipſe ſequitur, nu. 147.
& 148. cum ſequen. ad omnia in contrarium addu
cta reſpondendo.

Ad ſecundum, & vltimum reſpondetur, quod d.
72 clauſula † omni meliori modo, nihil plus operatur,
quam iuramentum ipſum in quo virtualiter dici-
tur ineſſe, vt per Ruy. conſi. 6. num. 7. & 8. vſque ad
fin. volumine 2. & ideo ſicut iuramentum non ope-
ratur in his, quæ ſpecialiter debent exprimi. Item
in his in quibus non apparet dictus conſenſus, vt
ſupra dictum eſt, ita nec clauſula omni meliori mo
do vt per Ruy. in loco præallegato.

Sed quatenus admittendam omnino fuiſſet
clauſulas prædictas iuratas ſufficere, (& per in-
de eſſe, ac ſi in ſpecie, & ſpecialiter renunciatum
fuiſſet inſinuationi, quod tamen nos admitti de
iure poſſe negamus) nihilominus adhuc non de-
fęcerunt, qui intrepide concluſerunt, hoc nullo pa
cto iurantis, & renuntiantis hæredes afficere, hoc
præſertim fundamento, quia donatio non inſinua-
ta prohibita eſt a lege non fauore donationis, ſed
odio recipientium clandeſtinas donationes dicta
l. datas: in tantum, vt ficta, & ſimulata cenſea-
tur, & non facta fingatur. dicta l. ſancimus. poſt
princip. vt nec ciuilis, nec naturalis oriatur actio,
vt ſupra dictum eſt, & ob id communiter conclu-
ditor inſinuationi, ſeu legibus inſinuationem
exigentibus, renuntiari non poſſe, & ideo cum
odio

Digitized by Google

odio recipientis ſit prohibita,non poteſt iuramen-
to firmari licet iurans teneatur iuramentum obſer
uare,cum ſine peccato obſeruari poſſit, nam licet
iuramentum non firmet contractum hoc reſpectu
prohibitum, prout regulariter non firmat, vt per
Alex.conſi.129 num.17 cum ſequen. vol.6.& per
alios inferios citandos, ligat tamen iurantem ra-
tione periurij, & eum impedit, ne poſſit ex nulli-
tate ſe præualere,vnde tenetur iuramentum ſerua-
re,& per cõſequens ſoluere habet,vt ſolutum ex in
de poſſit repetere, vel etiam ſolutionem euitare,
obtenta prius iuramenti abſolutione.cum ergo iu-
ramentum non firmet,hoc caſu noſtro licet ſeruan
dum ſit,ſequitur, quod ad hæredes iurantis non
tranſit, nec eos impedit, etiam nulla abſolutione
73 impetrata, † quia iuramentum eſt mere perſona-
le,& cum perſona iurantis extinguitur, vt per In-
noc.in c.veritatis.de iureiurao. Alexã.d.conſi.129.
nu.17.cum ſeq.& conſ.211.col.pen.vol. 7. & Soz.
conſi.115.num.31.vol.1.Cor.conſ.2.num.11.ver.
& inſuper vol.2.& Ruy conſil.132.num.17.vol.4.
74 † licet ſecundum eos ſecus eſſet,quando iuramen-
tum firmaret cõtractum, & ita in terminis noſtris
per rationem prædictam concludit Pau.de Caſtro,
conſil.195.viſis his, quæ narrantur, col pe.ſub nu.
5.verſi. ſupereſt tertium,vol. 2.& ante eum, ita cõ-
cludit Fed.de Sen.d.cõſi.181.incipit caſus talis eſt.
quem refert,& ſequitur Nat.d.conſi.110.ſub num.
16.& Port.Imol.d.cõſil.36.ſub num.57. & nume.
56.57. & 58.& ita cõcludit etiam Calca. d. conſil.
25.ſub num.37.& 38. cuius conſ. ſe ſubſcripſerũt
Iac.Put.Hyer.de Cerris.Augu.de Vbal.& Ant.Ro
ſcel.& in caſu noſtro eſt hæres, qui agit, & hoc di-
ctum ſit ex abundanti, quia credimus dictas clau-
ſulas non ſufficere.

Non obſtare etiam viſum fuit dum tertio dice-
75 batur,ſolemnitatem† inſinuationis præſumi inter
poſitam ex diurnitate temporis ad not, in l. ſcien-
dum.ff.de uer.ob.quia obmiſſis multis,quæ hic di-
ci poſſent, reſpõdetur, quod Bald. in terminis no-
ſtris concludit cõtrarium in l.2.ſub nume 3. C. de
de legi.hæredib.vbi dicit, quòd ex poſſeſſione lon-
gi temporis pacifica, & ſine vlla contradictione nõ
præſumitur inſinuatio donationis,quia nihil com-
mune habet patientia, & authoritas Prætoris cum
poſſeſſione, quod ex pluribus videtur poſſe com-
probare,quia licet regula, quæ habet,quod ſolem-
nitas extrinſeca non præſumitur. l. quęcunque.§.
vltimo.ff.de publiciana,limitatur pluribus modis,
& inter cæteros, vt non procedat ſtante diuturni-
tate temporis ſaltem decem annorum, quia tunc
præſumitur.vt per Docto. in l.ſciendum,maxime
Iaſ.ff.de verb.oblig.ex Fely.in cap.ſicut,nume.29.
extra de præſump.Brun.in tract. de for.& ſolemn.
titu.de proba.& præſumpt formæ, colum 9.verſic.
circa aliam regulam in 4.limit Crau.in trac.de an
tiq tempo.par.3.ſectio.prima,Tiraq.in trac.de præ
ſcrip.verſic.39. Vaſq libro 2. illuſt.controuerſ.ca-
pitu.64.nume.6.nihilominus hæc limitatio pluri-
bus modis declaratur,& reſtringitur,vt concluden
dum videatur non habere locum in ſolemnitate
76 inſinuationis, nam declaratur, vt † non procedat,
quando ſolemnitas eſt talis, cui partes renunciare
non poſſint, vt per Tiraq d. cap.29 verſi. aliter itẽ
alij,Crauc.d.ſectio.1.nume.15. Vaſq.d.cap.64. ſub
num.16.

Item vt non procedat, quando agitur de maxi-
mo præiudicio. Alex.conſi.17 num 8.vol.4. Crau.
d.ſectlu.1.num.6.cum ſeq. Vaſq.d.cap 64.num.10.
verſi.4.limita.& Tiraq.in loco præallegato,verſic.
ſed & multi hoc intelligunt.

Item,quando agitur de illa ſolẽnitate,quæ prin
cipaliter reſpicit præiudicium tertij.

Item nõ procedit in illa ſolemnitate quæ requi-
rit ſcripturam,vt per Tiraq.in præallegat.loco,ver
ſic.ſunt item qui hoc.

Item, & quando actus prohibetur ſine illius ſo-
lemnitatis interuẽtu ob publicam vtilitatem prin
cipaliter, ſed in caſu noſtro ſolemnitas inſinuatio-
nis eſt talis,cui partes renuntiare non poſſunt,vt ſu
pra demonſtratum fuit.

Item agitur de maximo præiudicio.

Item eſt ſolemnitas, quæ introducta fuit etiam
ad fauorem tertij, videlicet creditorum, vt ſimiliter
ſupra dictum fuit.

Item per ea requiritur ſcriptura, vt per Aret.in
d.§.aliæ autem,colum.3.ad fi.verſicu.in gloſſ.inſi-
nuatione,inſt.de don.& hoc.ibi Port.col.pen.verſ.
adde,quod vbi excederet.& Azo.in ſum.C.eo. titu.
num.7 & 8.& hoc clariſſimum eſt.

Item ſine eius interuentu donatio prohibetur
ob publicam vtilitatem principaliter, vt idẽ Vaſq.
demonſtrat in d.ſuo tract.de ſucceſſ. creati.lib.1.§.
5.num.2.ergo ſequitur, quod cum iſta ſolemnitas
ex diuturnitate temporis non præſumatur ſuper i-
ſtis interueniſſe,non fuit opus diſcuſſione,quia dif
ficultas,quę ſup hoc eſſe poterat,ex eo ſublata fuit,
quod nobis conſtitit ipſum Achillem donatarium
ob eius demerita,paulo poſt donationem fuiſſe bã-
nitum,& relegatum, & eius bona publicata, licet
poſtea conceſſa fuerint eius filijs,cum hac tamen
conditione, vt reſponderent omnibus creditoribus
ipſius Achillis, & exinde deceſſiſſe nondum elapſo
triennio a die donationis, ita quod in eo decenniũ
non poteſt opitulari,vt ex lapſu temporis præſuma
tur talis ſolemnitas interpoſita.

Non obſtare etiam viſum fuit illud,quod quar-
to loco dicebatur de præſcriptione,quia Io.Fab.in
§ & cum retro,col.pen.verſ.ſed qua actione,inſt.de
donat.dicit,quod donatio, quę non fuerit inſinua-
ta,nulla eſt ipſo iure in eo,quod excedit,& non cau
ſat titulum, & per conſequens poteſt repeti vſque
ad 30. annos, & hæres poteſt reuocare ſi donans
non reuocauit,vt ibi per eum,ſed & extra hanc dif
ficultatem fuimus,quia non fuerint probata probã
da in materia pręſcriptionis,& quatenus etiam tit.
fuiſſet ſufficiens ad præſcribendum,nihilominus
cum Iac.donãs eſſet abſens, quia habitabat Aretij,
non poterat contra ipſum præſcribi minori ſpatio
20.annorum, & tanto tempore non vixit poſt do-
nationem,vt,& pars ipſa fatetur,& d.Do. Pandul-
phus eius hæres erat pupillus, vnde multa tempo-

ra ſubduceretur non ſolum pupillaris, ſed etiam mi
noris ætatis cum ex forma ſtatuti præſcriptio non
currat non ſolum contra pupillos, ſed nec contra
minores durante tempore minoris ætatis, videlicet
25. annorum, etiam, quod habuerit initium in per
ſona maioris; item nec contra maiorem, qui tamen
ſit ſucceſſor ſiue ſingularis, ſiue vniuerſalis in ius
alterius, dummodo habuerit iuſtam cauſam igno-
randi, & alia etiam tempora, videlicet bellorum, pe
ſtis, & feriarum repentinarum, vt ex d. ſtatuto di-
ſponitur, & habenda etiam eſſet conſideratio qua-
litatis eorū temporum, quibus nedo nouarius fuit
electus, & qualitatis perſonarum, & ideo parū, vel
nihil fuit ſuper hoc controuerſum.

Non obſtare tandem etiam viſum fuit dum di-
cebatur, quod Achilles vendidit d. tertiam partem
hæreditatis Aug. patri ipſius D. Pandulphi, pro pre
tio dicti ſol. 2200. cum his pactis. Primo, quod di-
ctus Achilles non teneretur de euictione, niſi pro
ſuo dato, & facto tantum, nec ad aliquam pretij
reſtitutionem. Secundo, quod in dicta venditione
non venirent iura, & actiones, & facultas quam, &
quas d. Achilles habebat redimendi dicta bona S.
Columbæ, ſed ipſi Achilli ſalua, & reſeruata eſſēt,
& ita ea, & eam ſibi reſeruauit de cōſenſu d. Achil-
lis, & ideo cum d. D. Pandulphus ſit etiam hæres ip
ſius Auguſtini ſicut, & d. Iacobi non poteſt venire
contra eorum factum, & per conſequens nec repe-
tere dictum pretium, nec dicta bona recuperare, cū
hæres teneatur factum defuncti habere ratum. l. cū
a matre cum ibi not. C. de rei vend. cum concord.

Nam reſpondimus, quod quantum ad factum
ipſius Iacobi nulla prorſus poteſt eſſe difficultas,
quia ſicut ipſe Iacobus poterat venire cōtra factū
proprium, & illud, quod exceſſit legitimā ſummā
repetere, quia nulla efficacia, vel obligatione fuit
ſubnixum, vt dicit Bal. in d. conſi. 375. ſub nu. 2 vo-
lum. 2. ita poteſt hæres, vt per Ioan. Fab. in d. §. &
cum retro. colum. fi. in prin. inſtit. de donat. & hoc
non habet difficultatem.

Quantum ad factum Auguſtini, & conſenſum
ipſius, quod d. Achilles ſibi reſeruaret iura redimē
di bona Sanctæ Collumbæ, quæ ſibi donata fuerāt
a dicto Iacobo, reſpondimus duplicem conſiderari
77 conſenſum, † alium productiuum obligationis ve-
luti vendentis, vel aliter actum illum principaliter
explicantis; alium approbatorium. & cōfirmatoriū
actus geſti per alium; ex primo, vt ſupra conſidera-
tu, oritur obligatio, quæ deſcendit in hæredem ip-
ſius, & illum aſtringit ne contrauenire valeat. dicta
l. cū à matre, ex ſecundo autem nulla producitur o
bligatio, quæ tranſeat in hæredem, & illum impe-
diat contrauenire ex propria perſona, & iure, vt de
clarat Soz. iun. conſ. 72. abunde, col. 3. num. 4. lib. 4.
ſed nos non ſumus in conſenſu primo loco conſide
rato, ſed in ſecundo, ergo.

Et quod ex tali conſenſu Auguſtini, quod ſalua,
& reſeruata eſſent dicta iura ipſo Achilli, nō oria-
tur aliqua obligatio ſatis, aperte colligitur ex his,
quæ late tradit Cran. conſi. 33. num. 17. cum ſequē.
verſi. venio ad ſecundum, & maxime, num. 19. verſ.

78 4. licet, † vbi concludit ex pluribus per eum ibi ad
ductis, conſentientē alicui reſeruanti ſibi iura ex ta
li conſenſu non obligari, nec impediri quin actui
cui conſenſum adhibuerit, contrauenire poſſit non
obſtante conſenſu, & ibi adducit plura ad hoc con-
cordantia, & non poteſt eſſe, quia taliter conſen-
tiens non tam facere dicitur hoc eſt concedere, &
donare dicta iura, quam facientem hoc eſt reſer-
uantem dicta iura ab alio ſibi ceſſa non impedire.
l. ſi pater. in fin. ff. de man. vind. quam ſatis ad pro-
poſitum allegat Old. conſil. 182. licet de victoria,
vbi facit differentiam inter actum procedētem ab
aliquo, vt a perficiente, ſeu principaliter faciēte, &
actum ab aliquo factum ſuper quo alterius conſen
79 ſus interueniat, quia aliud eſt donare, † aliud do-
nāti conſentire. l. aliud. ff. de reg. iur. & facit etiam
id, quod concludunt Docto. in materia tranſactio-
nis in l. ſi pro fundo, C. de tranſac. dum volunt, d. le
gem diſponentem, quod quando res dimittitur ali
cui ex cauſa tranſactionis, ſi euincitur, dimittens
non obligatur de euictione, procedere, quando ille
cui dimittitur, habeat illam rem pœnes ſe, & illam
retinuit, non vt rem dimittentis, & quaſi ab eo tra-
ditam, ſed vt propriā, vt per Bald. ibi ſub nume. 4.
verſi. venio ad vos, & declarat Salyce. ibi, colum. 2.
numer. 6. verſicu. nunc opo. ad vltimum, & Pau. de
Caſtr. colum. fin. ſub num. 7. verſicu. 4. & vltimo, &
Aret. ad finem, & idem Bald. in cap. 1. in princ. co-
lum. penul. ſub nume. 17. verſicu. caueat tamen, de
probi. alien. feud. per Fede. & in l inter vos. C. com.
vtriuſque iud. Aug. in l. ſiue apud acta, ſub nu. 4. C.
de tranſ. & ibi Saly. ſub num. 17. & Docto. in l. pen.
C. de vſuc. pro empt. ſed in caſu noſtro d. Achilles
habebat pœnes ſe dd. iura ab alio ſibi donata, &
illa non retinuit, & ſeruauit vigore d. conſenſus tā-
quam iura dicti Auguſtini, nec tanquam ab eo ſibi
tradita, ſed tanquam ſua propria, ergo &c.

Et hoc tanto magis procedit in caſu noſtro, in
quo donatio illa vigore cuius d. Achilles ſibi dicta
iura reſeruauit de conſenſu Auguſtini, erat reſpe-
ctu iurium prædictorum a iure reprobata, quate-
nus inſinuata non foret, quia dicta iura erant ſu-
pra legitimam ſummam, de qua in d. l. ſancimus cū
iam ex d. venditione tertiæ partis hæreditatis ipſe
Achilles reciperet ſol. 2200. qui continebant, imo
etiam excedebant legitimam ſummam, vnde illud
omne, quod ſupererat etiam reſpectu dd. iuriū non
facta inſinuatione remanebat ipſo iure nullum tan
quam excedens legitimam ſummam, & ideo ne-
que expreſſo quidem conſenſu ipſiuſmet Iacobi do
natoris potuiſſet confirmari ita, vt obligaretur, ni-
ſi expreſſe, & ſpecifice ita confirmando renunciaſ-
ſet inſinuationi vt ſupra demōſtratum fuit, vnde ſi
Iacobus, ita conſentiendo ſibi non præiudicaſſet,
quo minus contrauenire poſſet, minus potuit ip-
ſe Auguſtinus ſibi præiudicare, quo minus contra-
uenire poſſet, confirmando illam donationem fa-
ctam a Iacobo a iure improbatam, ſi nō inſinuaba
tur, cum nullo modo ad ipſum Auguſtinum per-
tinerent iura donata viuente adhuc ipſo Iaco-
bo, & ideo nullo pacto neceſſarius erat eius con-
ſenſus

Digitized by Google

ſenſus, ad magis confirmandum, & validandum d. donationem, quia eius non eſt dare, qui non poteſt auferre, & ideirco verba dicti conſenſus ſi rectè perpendātur, fuerunt prolata non eo reſpectu, vt ea eo concederentur, ſeu confirmarentur dicta iura, & dicta donatio a d. Auguſtino conſentiente, ſed eo reſpectu ne dicta iura venirent aliquo modo in venditione dictæ tertiæ partis hęreditatis d. q. Io. Bapt. vnde extra huoc effectum non ſunt accipienda, quia verba non accipiuntur vltra intentionem agentis, l. non omnis, & ibi not. ff. ſi cer. pet. & in dubio etiá interpretatio fit contra eum, qui potuit apertius legem dicere, l. veteribus, ff. de pact. l. quicquid aſtringende. ff. de verbo. oblig. Præterea quatenus etiam conſenſus prædictus adhibitus diceretur eo reſpectu, vt dicta donatio confirmaretur, & eius vigore dicta iura redimendi bona Sanctæ Columbæ eſſent ipſius Achillis (quod minime dici poteſt.) & hoc factum eſſet, quia ad ipſum Auguſtinum pertineret, ita conſentire, nihilominus talis conſenſus in dubio intelligendus eſſet ſecundum diſpoſitionem iuris communis, vt in materia conſenſus, quod iura ſint alicui ſalua, & reſeruata dicit Crauet. d. conſilio 33. num. 18. & nu. 23. ſed diſpoſitio iuris communis eſt, vt donatio in eo, quòd excedit ſummam legitimam 500. ſolidorum ſit valida ita demum, ſi fuerit infra debitum tempus inſinuata, alias ſit ipſo iure nulla, ita, quod nec ciuilis, nec naturalis obligatio ex ea orta dicatur, ergo, & talis conſenſus ita intelligendus, & interpretandus eſſet, & ideo ſicut ipſe donans elapſo termino non facta inſinuatione, poſſet illud ſuperfluum repetere, ergo, & talis conſentiens, ſed vere talis conſenſus non fuit hoc reſpectu adhibitus, & ideo cum non ſit obligatorius, ſeu obligationis productiuus, ſequitur, quod non poteſt ligare hæredem, & per conſequens non ſibi vendicat locum dicta l. cum a matre, quia quatenus defunctus obligatur, & obligatio oritur, eatenus, & hæredes obligātur: quatenus autem non oritur, nec hęres obligatur, quia ex perſona defuncti nulla obligatio tunc poteſt in eum deſcendere, vt per Bald. in dicta l. cum a matre, nume. quarto, in fi. gloſſ. & Alber. & Auguſt. ibi. l. quæſitum, §. ſi ff. de præca. &
80 eſt receptiſſima omnium concluſio, † quod vbi nō oritur ex facto defuncti obligatio, hęres contra illud venire minimè impeditur, l. Lucius, vbi gloſſ. & Barto. Paul. de Caſtr. Alex. & alij, ff. ſolu. matrim. Suar. in l. quoniam in prioribus in amplia 7. verſic. adde tamen mirabile, numero 9. C. de inoffi. teſtam. Corn. conſilio 92. in fi. libro quarto, & conſil. 301. num. 3. & 10. libro j. Areti. conſilio 122. Afflict. deciſ. 240, num. 8. & Rolá. a Valle, conſi. 50. num 6. &
81 8. volum. 2. † tanto magis, quando hæres vult cōtrauenire non ex perſona defuncti, ſed ex perſona propria, prout facit ipſe Dominus Pandulphus, qui contrauenit ex perſona propria tanquam hæres Ia-
82 cobi. Præterea † dicta l. cum a matre, non procedit, quando actus factus per defunctum eſt validus, nō autem quando eſt nullus, item quando non eſt factus contra prohibitionem legis, vt per Gram. deciſ. 93. num. 8. & 9. Afflict. dicta deciſ. 240. nu. 8. quia, & defunctus poſſet cōtrauenire, vt ibi per eum: ſed iſta donatio, ſeu conſenſus ſuper ea interpoſitus quatenus etiam diceretur interpoſitus ad confirmandum dictam donationem, cum donatio nō fuerit inſinuata eſt nullus, & a iure improbatus in eo, quòd exceſſit legitimam ſummam, ſicut eſt & ipſa donatio, ergo, &c. & hoc quantum ad bona Sanctæ Columbę.

Quantum verò ad dictos ſolid. 2200. reſpondimus, dictá l. cum a matre, locum ſibi non vendicare in caſu noſtro, quia d. D. Pandulphus illos condicit, non ex perſona Auguſtini ſui patris, ſed ex perſona Iacobi cuius eſt hæres, & ſic ex perſona propria, & proprio iure: promiſſio autem Auguſtini, ſcilicet, quòd ipſe non repeteret, ſeu quòd ſibi non reſtituerentur, fuit de facto proprio, vnde non extenditur, vt intelligatur promiſiſſe de facto alieno, hoc eſt, quod alius non repeteret, ſeu, quòd alijs non deberent reſtitui, vt colligitur ex his, quæ not. per gloſſ. & Doct. in l. ſtipulatio iſta §. ſi quis forte, verſiculo, quæſitum, ff. de verbor. obligatio. vbi ne dum ſtipulatio de proprio facto non protenditur ad factum alienum, de quo non fuit expreſſe dictum, ſed nec vbi expreſſim fiat, valet, niſi ſub pœna caueatur, & propterea hęres, qui non contrauenit ex perſona, ſeu iure defuncti, ſed ex propria perſona, & iure non tanquam hæres, ſed tanquam extraneus, non facit, vt huiuſmodi pœnalis ſtipulatio committatur, vt pulchre conſuluit Ruy. conſilio 220. per totum libro j. vbi inter alia allegat Alexand. conſilio 18. vol. 5. & Corn. idem vult conſi. 258. quamquam nume. 14. verſicu. nec videtur obſtare, vol. quarto, dum dicit, quod clauſula, qua quis promittit per ſe, & ſuos hęredes non contrauenire, non facit, quo minus valeant hęredes promittentes ex proprio iure, & perſona tanquam extranei contrauenire, & eum refert, & ſequitur Rober. Maran. in ſua diſput. 10. poſt ſuum Specu. aor. nume. 24. verſiculo, ſupereſt modo reſpondere, & Alexa. conſi. 76. lib. 4. & Sozin. conſilio 50. colum. fi. vol. j. quod tunc hæres non cenſetur contrauenire, quando contrauenit ex propria perſona, tanquam extraneus. Præterea aduertimus, quòd dicta verba, quod dictus Achilles, non teneretur ad reſtitutionem dicti precij, intelliguntur, & reſtringuntur tantum ad caſum proxime præcedētem expreſſum, videlicet in caſu euictionis, quia dictum fuit, quòd Achilles non teneretur de euictione niſi de dato, & facto ſuo tantum, nec ad aliquam reſtitutionem pretij, nam cum in materia venditionis vendens teneatur de euictione, vel ſaltem ad reſtitutionem pretij, re euicta noluit ſibi proſpicere Achilles, vt re euicta non teneretur non ſolum de euictione, ſed nec etiam ad reſtitutionem pretij, & ideo non ſunt extra dictum caſum trahenda, ſed D. Pandulphus non repetijt d. pretium tanquam re euicta, quia illa non euicit, & per cōſequēs nō venit contra factum, & promiſſionem defuncti, ſed quia ſtante nullitate donationis ob non adhibitam inſinuationem debet apud donatarium tārum de bonis donatis remanere, quantum important ſolidi. 500. de quibus dicta l. ſancimus, quia ad hanc

vſque

vſque ſummam valet donatio, reſiduum autem de-
bet reſtitui donatario, vel eius hæredibus, quia in eo
donatio euanuit, & vt hoc commode fieri poſſit,
quando donatio non in auro, ſeu pecunia conſiſtit,
res donatæ æſtimantur, vt dicit tex. in dicta l. ſanci-
mus, §. alias vero; C. de dona. & quia in vniuerſali-
bus res ſuccedit loco pretij, & pretium loco rei, &
ob id ille, qui debebat reſtituere hęreditatem tene-
tur reſtituere, quicquid ex ea, vel eius occaſione per
cipit, vel habuit, l. ſi poſſeſſor, §. fi. l. ſi rem, & pre-
tium, l. ſed & ſi lege, §. primo, l. item veniunt, ff. de
pet. hęr. & fere per totum l. Imperator, §. fi. cum leg.
ſeq. ff. de leg. 2. propterea conſiderandum fuit illud
pretium ſolid. 2200. quòd d. Achilles percepit ex
venditione tertiæ partis hæreditatis tanquam ſuc-
cedens loco d. tertiæ partis hęreditatis, item, & for-
tilitium, & bona Sãctæ Columbæ, quæ idem Achil
les habuit mediãtibus iuribus, & facultate redimé-
di dicta bona ſibi donatis, tãquam ſuccedentia loco
dictorum iurium, item dd. ſol. 2200. ac dicta bona
Sanctæ Columbæ per inde habẽtur, ac ſi fuiſſent do
nati, & donata, & ideo ſicut d. q. Achilles teneretur
reſtituere d. tertiam partem hæreditatis, ac dicta iu
ra ſi extarent retento ſibi tanto, quantum importãt
ſolidi 500. ita tenetur reſtituere quicquid ex eis p-
cepit retentis ſibi dictis 500. ſolidis, & quia iam ex
venditione d. tertiæ partis hæreditatis perceperat
dd. ſolid. 2200. antequam redimeret bona Sanctæ
Columbæ, qui etiam excedebant ęſtimationem di-
ctorum ſolidorum 500. & ita iam habuerat illud
omne, quod vigore dictæ donationis legitimè habe
re, & retinere poterat, propterea iuri conſentaneum
fuit, vt de ipſis ratio haberetur, vt illis compenſatis
in legitimam ſummam 500. ſolidorum, quæ apud
ipſum remanere debebat de bonis, & iuribus dona
tis, reſiduum, quod apud ipſum remanere non de-
bebat tanquam ea cauſa nulla, & inualida reſtitue-
retur, & hoc modo non venit contra regulam d. l.
cum a matre, nã & idemmet Auguſtinus ſi fuiſſet
hęres Iacobi potuiſſet idem deſiderare, & obtine-
re, quia ſicut ſi dicta tertia pars hæreditatis nõ fuiſ-
ſet vendita, ſed pœnes ipſum Achillem, vel dictos
eius ſucceſſores adhuc reperiretur, in æſtimanda do
natione poſſet velle, vt ſibi cum alijs iuribus dona-
ris reſtitueretur excepto eo, quod conuerteret ad
ſummam 500. ſoli. ita poſſet velle d. pretium, & bo-
na Sanctæ Columbæ ſibi reſtitui exceptis dd. 500.
ſolidis, quia illis exceptis, reſiduum eſſet etiam re-
ſpectu ipſius Auguſtini indebite, & abſque cauſam
83 pœnes Achillem, & dominos eius ſucceſſores, † cũ
ipſius iactura, l. nam, ff. de condict. indeb. cap. locu-
pletari, de reg. iur. lib. 6. & ideo poſſet illud repete-
re, vel condictione indebiti, vel cõdictione ſine cau
ſa, vel ex æquitate, l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. petat.
ſecundum quam modificãtur omnes aliæ diſpoſi-
tiones, cum diſponatur ibi, quòd quando res mea,
vel mihi debita ad te peruenit, & nulla ſubeſt cau-
ſa propter quam debeat apud te remanere, datur mi
hi actio ex æquitate d. l. ad illam repetendum, vt ibi
ſumant omnes Docto. etiam quòd ea aliquo actu
meo, vel iuſſu, & voluntate mea ad te peruenerit,
vt ibi declarat Angel. colum. 2. num. primo, verſic.
ſed videamus, & procedit non ſolum quando nulla
ſubeſt cauſa, ſed etiam quando ſubeſt, ſed eſt iniu-
ſta, vt per Aret. & Sozi. in l. ſi eum ſeruum, in 2. not.
per illum tex. ff. ſi cert. pet. & Dec. in d. l. ſi me, & Ti
84 tium, num. 3. † quia quando quis locupletatur cũ
aliena iactura, cauſa habetur pro non cauſa ſecun-
dum Aret. in d. 2. not. nam & propter hoc licitum
eſt alicui venire contra factum proprium, & eſſe ſi-
bi ipſi contrarium, & inconſtantem, & reprobare,
quod ſemel approbauit, vt per Alexãd. in l. Pompo-
nius, colum. 2. & 3. ff. de nego. geſt. quam refert, &
ſequitur Marc. Mantua. in l. iure naturæ, ff. de regu.
iur. num. 2.

Item propter hoc, quando etiam nulla actio ali-
cui competit ea negocio per eum geſto, in ſubſidiũ
ſibi dat condictio indebiti, vel ſine cauſa, ne alter lo-
cupletetur cum aliena iactura, l. prima, cum ſequen.
ff. commod. Aret. in l. cum fundus, §. ſeruum tuum,
in primo not. & ibi Sozi. in primo not. ff. ſi cert. pet.
& Paul. de Caſtr. in dicta l. diſpenſatorem, columna
penul. ſub num. 6 verſicu. Item allegatur, ff. de ſolu.
& ſuccurritur etiam ei, qui damnum ſentit ex actu
ſuo erroneo cõtra illum, qui ex illo actu cum iactu-
ra, & damno illius locupletior fieret, vt dicit Bald. in
dicta l. ſi me, & Titium, in fi. & hinc eſt, quod ſi quis
emit rem, & poſtea reperiat illam rem ad ſe ſpectare,
poteſt pretium condicere, l. ſeruum meum, & ibi
Bar. & alij, ff. de cond. indeb. l. ſua rei, ff. de contrah.
empt. pariter ſi diuidat hæreditatem cum aliquo,
quem poſtea nanciſcatur non eſſe cohæredem, da-
tur ſibi dictum remedium, l. poſt diuiſionem, & ibi
not. C. de iur. & fact. igno. Deci. conſilio 600. & con
ſilio 475. & conſil. 408. Sozi. Iuni. conſil. 86. volum.
3. & Nat. conſil. 103. numero 6. non obſtante qua-
uis clauſula, vel oblatione in eo appoſita ſecundum
eos, quoniam omnis obligatio, & promiſſio quem-
admodum pęcuniæ, & res traditæ, vel datæ eadem
ratione condicitur, l. ſi his, ff. de condict. indeb. So-
zi. conſilio 79. circa medium libro j. ſi igitur dictus
Auguſtinus potuiſſet hoc facere, ergo multo ma-
gis ipſe D. Pandulphus.

Ex his tollitur etiam illa dubitatio, quę aliqui-
bus videbatur magni momenti, quòd cum iam lap-
ſum ſit tempus decimumoctauum annorum ad re-
dimendum dicta bona præfixum in inſtrumento vẽ
ditionis dictorum bonorum celebrato inter d. q.
Ioannem Baptiſtam, & Petrum de Celſa, nulla com
petit actio ad recuperandum dicta bona, quia ſicut
ſi nulla donatio facta fuiſſet, amplius ipſe Domi-
nus Pandulphus non poſſet illa recuperare exclu-
ſus tempore, ita nec nunc cum donatio reſcinda-
tur, & ita ſua amplius non interſit, & illa actio
perſonalis, quæ competebat contra dictum Pe-
trum de Celſa, non competit contra iſtos reos ſuc-
ceſſores dictis Achillis, quia omiſſis multis reſpon-
ſionibus, quę ad hæc dabantur pro parte ipſius Do
mini Pandulphi, ex hoc ſolo nobis viſum eſt om-
nem difficultatem tolli, quod amplius non eſt con-
ſideranda illa facultas redimendi, quæ fuit extincta
per actualem redemptionem factam per d. Achillẽ
vi-

Digitized by Google

vigore donationis ſibi factæ de dictá facultate, & iure redimendi, qua mediante videtur dicendum ipſum Achillem potuiſſe ſub ſpe futuræ inſinuationis dd. bona redimere, & ipſum Petrum potuiſſe dicta bona relaxarẽ, & a dicta obligatione ſe eximere, & ſi ſubſecuta fuiſſet inſinuatio omnia rectè tranſirent, vt amplius ipſe D. Pandolphus nihil poſſet ſuper dictis bonis prętendere, ſed quia non adhibita vnquam inſinuatione donatio fingitur retro ipſo iure nulla in eo, quod exceſſit legitimã ſommã, illud merito debet reſtitui ipſi donanti, vel eius hæredibus, vel quicquid ex eo perceptum eſt, quia vt dictũ eſt, in vniuerſalibus pretiũ ſuccedit loco rei, & res loco precij, & vna res loco alterius, & æquitas non patitur, vt res mea, vel mihi debita apud te remaneat, quæ ad te peruenit, & nulla ſubeſt cauſa propter quam debeat apud te remanere ẽt quod ex aliquo actu meo, vel iuſſu, vel volontate mea ad te peruenerit, ſiue nulla cauſa ſubſit, ſiue ſubſit, ſed ſit iniuſta, quia quãdo cum iactura aliena quis locupletatur, cauſa habetur pro nõ cauſa, & ob id licitum eſt, cuique venire contra factum proprium, & reprobare, quod ſemel approbauit, vt ſupra dictum fuit, & ita dicta bona poteſt recupetare non ex illa facultate, & iure redimẽdi, ſed vel condictione indebiti, vel ſine cauſa, aut ex æquitate d. l. ſi me, & Titium, quæ locum habẽt in ſubſidium, quando aliqua alia actio non competit, vt ſupra dictom eſt.

Ceſſat etiam illud, quod poſt ſentẽtiam noſtram dictum fuit, quòd non debebant ipſi rei condemnati ad relaxandum omnia dicta bona, retentis ſibi illis quingentis ſolidis ſolummodo de dictis ſoli. 2200. & non partim de ipſis, & partim de dictis bonis, quia id optima, & conſiderabili ratione moti fecimus; conſiderauimus enim legem maximè adhorrere in hoc caſu communionem, & ob id quando donatio conſiſtit in rebus tantum, & non in pecunia, vult ipſas res æſtimari, & ad quantitatem reduci, vt apud vnum res remaneant, & ipſe alteri quantitatem debitam ſoluat pro conuenienti portione, vt expreſſe colligitur in dicta l. ſancimus, §. alias vero, §. ne autem, C. de donatio. vnde cum nos viderimus hæreditatem, & iura donata redacta ad quantitatem ad bona redempta, quæ vt dictum eſt, ſuccedunt loco ipſorum iurium, declarauimus bona reſtitui, & quantitatem retineri pro conuenienti valore ſolid. 500. eo maximè cum iam (vt dictum eſt) illos donauimus, percepiſſet antequam dicta bona redimeret, & per conſequens ſibi ipſi ſatisfeciſſet de toto eo, quod iuridice, & irreuocabiliter poterat retinere vigore dictæ donationis, etiam ſecuta poſtea inſinuatione: & licet poſtea redemerit dicta bona, nihilominus ſicut ſi ea non redemiſſet teneretur retrocedere dicta iura, & facultatem illam redimendi tamquam excedentia, & exiſtentia vltra ſummam debitam, ita tenetur illa bona, quæ ex dictis iuribus reſtituendis percepit, reſtituere, quod etiam omnino fauendum eſſet, quando etiam aliũde non eſſet, vnde portio debita pro concurrenti quantitate, & valore dd. 500. ſoli. ipſi donatario aſſignati poſſet, niſi ſuper dictis bonis, quia hoc caſu ad euitandam communionem, quam vult omnino euitari, licet prębeat electionem retinendi bona, & quantitatem ſoluendi illi ad quem maior pars dictorum bonorum ſpectat, nihilominus cum

85 † dicta bona ſint bona maiorum ipſius D. Pandulphi, in hoc caſu danda eſt electio ipſi Dom. Pandulpho, per ea, quę dicit Ang. in l. Imperator, colum. 2. verſicu. & ex hoc ſumitur, ff. de pact. quem refert, & ſequitur Aret. conſilio 156. viſis diligenter colum. 2. num. 3. verſicu. Sed quãdo concurrit, & Tiraqu. in pręfa. tract. de vtroque retract. ſub num. 44. concludens, quod quãdo fit diuiſio inter cõſanguineos, & extraneos ſuper rebus, quæ fuerũt maiorum ipſorum cõſanguineorum, electio eſt ipſorum cõſanguineorum, quia conuenientius eſt, vt remaneant in familia, & ratione affectionis dicuntur magis ad ipſos pertinere, & ex hac ratione, vt bona maiorum remaneant in familia, multa alia ſpecialia inducta reperiuntur, de quibus latè per Tiraqu. in dicta præfa. num. 33. cum pluribus ſeq. His ergo omnibus conſideratis, & hic longius, & profuſius, quã certè par erat tranſcriptis, ſed hoc vt nobis ipſis ſatisfaceremus, & demonſtraremus, nihil ex his, quæ ex aduerſo deducta fuerunt, ſed nec quæ cogitari poſſent obſtare, declarauimus dictam donationem vltra 500. ſolid. de quibus in d. l. ſancimus, eſſe nullam, & per conſequens condemnauimus dictos ſucceſſores Achillis ad relaxandum ipſi D. Pandulpho d. bona Sanctæ Columbę reſtitutis ſibi prius per ipſum D. Pandulphum illis flo. 3691. quos dictus Achilles exburſauit pro redemptione dictorum bonorum per eum facta vigore dictorum iurium ſibi donatorum, nec non ad relaxandum, & reſtituendũ eidem D. Pandulpho, illud quod ſupereſt de dd. ſoli. 2200. detractis prius dictis libris 878. & detractis etiam 500. ſolidis legalibus, de quibus in d. l. ſancimus, licet aliquibus, qui in hac cauſa pro dictis reis ſcripſerunt, hoc durum viſum fuerit forſan ægre ferentes, quod eorum iudicium non ſimus ſecuti, prout libenter ſecuti fuiſſemus, ſi id ſalua conſcientia facere potuiſſemus, ſed amicus Plato, amicus Socrates, magis tamen amica veritas.

SVMMARIVM.

1 *Societas inter virum, & vxorem contrahi poteſt, tam expreſſe, quam tacitè.*
2 *Conſenſus in ſocietate tacitè ineunda requiritur.*
3 *Vxor tenetur cohabitare cum viro ſuo, & illi ſeruire.*
4 *Mulier cum ſuo marito ſine Mondualdo, an poſſit ſocietatem inire.*
5 *Cohabitatio vxoris, & viri non inducit ſocietatem.*
6 *Societas inhoneſta reputatur ſi omnes concurrant ad lucrum, & vnus tantum obligetur.*

ARGVMENTVM.

Societas inter virum, et vxorem, an, & quomodo contrahatur, & an vxor, qua ſtat in apotheca viri ſer-

uitia

uitia præſtando in emendo, & vendendo minutatim poſsit petere partem lucri.

DECISIO LXV.

DOMINA Eliſabeth de Benozis egit tanquam ſocia ſui viri in apotheca pizicariæ contra hæredes mariti ad dimidium lucri conſtante matrimonio ſubinde facti.

Fuit votatum petita per actricem fieri non poſſe de iure nec deberi.

1 Nam & ſi † ſocietas inter virum, & vxorem con-
trahi poſſit expreſſe, vel tacite. l. ex diuerſo, ſol. ma.
vbi gloſſ. & Bal. & l. alimenta, ff. de alimen. lega. Pet.
de Vbal. de duo. fratri. part. 3. quæſt. 4. & part. 4. q.
8. Ioan. Lup. in rub. de donat. int. vir. & vxo. § 61.
num. 3. Franc. March. decif. 508. nu. 3. Pet. Gherar.
ſing. 99. Id tamen intelligi debet, quando ad tacitã
ſocietatem ineundam interuenit conſenſus, l. ſocie-
tatem, & ibi gloſſ. ff. pro ſocio. Rolan. conſil. 91. nu.
2 24. libro j. † Qui quidem tacitus conſenſus elicitur
ex actibus ſocialibus, & qui citra ius nomenque ſo-
cietatis fieri non poſſent. Rolan. dicto conſilio 91.
Aymo. in conſilio 16. num. 8. qui actus non fuerunt
tales, & taliter probati hic, vt citra ſocietatis no-
men fieri non potuerint inter iſtos. Tetigit Corn.
conſi. j. lib. j.

Et quamuis eſſet probata cohabitatio, & ſerui-
tia in apotheca præſtita, non tamen inde ſocieta-
3 tis fit probatio aliqua, † quia cohabitare cum eo
tenebatur ratione matrimonij, l. prima, ff. de rit. nu-
pt. & pro eo operari, quia ab eo alitur. Anto. de Pra-
to veteri inter conſil. Alexan. conſi. 133. libro 4. nu.
34. Roderi. Suarez. in titu. de los pleitos, nume. 14.
vbi latè.

Vnde fit, quòd ex iſtis actibus nõ ſolum non in-
ferrebatur tacitè ad ſocietatem, quia ex neceſſitate
tenebatur facere.

4 Immo † nec expreſſe ſic facere potuiſſet, &
societatem coire ſine Mundualdo, vt cauetur ſta-
tuto Floren. quia alias alligaretur mulier debitis
ſocietatis, ad quæ ſine Mundualdo non poteſt ſe ob-
ligare expreſſe, vnde nec tacite factum præſumi de-
bet ad not. per Caſtrenſ. conſi. 366. lib. 2. Corn. conſ.
j. num. 8. lib. j. & 213. in princi. lib. 3. Pet. de Vbal. de
duob. 3. q. j.

5 Et ideo † in puncto Couarru. de ſponſal. 2. par-
te, capitu 7. §. primo, num. 5. falſum eſſe dicit, quod
ex ſola cohabitatione inducatur ſocietas inter vi-
rum, & vxorem, reprobando Ioan. Lop. in rubri-
ca, de donat. inter vir. & vxo. §. 61. & reſpondet ad
contraria.

Alias ſequeretur abſurdum inhoneſtæ ſocieta-
6 tis, † cum ambo lucrari potuiſſent, & alter tantum
obligari, vt in ſimil. Corne. conſil. 398. in fin. libro
j. & 187. lib. 3. & ideo non præſumitur inita, idem
Corne. conſil. 30. in fi. libro j. & ita hæc Rota alias
cenſuit, vt in motiuis 1555. die 10. Feb. lib. 18. mo-
tiuorum car. 324.

SVMMARIVM.

1 *Tributorum, & collectarum, exactio inter ſordida munera non reputatur.*
2 *Forenſes de generali conſuetudine collectantur pro bonis in alieno territorio ſitis.*
3 *Debitores tributorum debent deuotiſſime offerre.*
4 *Debitor non poteſt aliud pro alio inuito creditore ſoluere, num. 16.*
5 *Implementum non faciens pro parte ſua, non poteſt ex contractu vltro citroque obligatorio iuuari.*
6 *Exceptio implementi non ſecuti eſt ad modum fauorabilis.*
7 *Verba legis cui non conueniunt, nec ibi legis diſpoſitio adaptatur.*
8 *Exigere verbum, quot modis capiatur.*
9 *Forenſes non de iure, ſed de conſuetudine ad collectas tenentur, non præcisè, ſed cauſatiuè, & non poſſunt perſonaliter capi, ſed in bonis fit executio.*
10 *Legitimè factum pœnam non meretur.*
11 *Exactio collectarum per modum ablationis bonorum fit.*
12 *Et iſta bonorum ablatio remedium opportunum reputatur in iure.*
13 *Redigens ius ad actionem, mercedem conſequitur, ſicut ſi realiter pecunias exegiſſet.*
14 *Rei incumbere ſatius eſt, quam actioni.*
15 *Exactor tributorum, qualis eſſe debeat.*
16 *Debitor neceſſitate ſuadente poteſt inuito creditore aliud pro alio ſoluere.*
17 *Extimabilis rei quantitas ſemper ineſt ſaltem implicitè.*
18 *Stante ſtatuto, quod de qualibet quãtitate petita ſoluatur gabella duorum denariorum pro qualibet libra ſi petatur ſpecies, vel res, an debeatur gabella.*
19 *Exactor cui debetur certa quãtitas ad rationem tot pro qualibet libra, ſi exigat in re ſuper qua non cadit detractio, poteſt petere illius æſtimationem, & ſecundum dictam æſtimationem debet ſolui illi remuneratio.*
20 *Aduocati paucis agendo dicuntur pudorem ſuum conſeruare.*
21 *Deciſio in terminis dicitur caſus legis, & hodie totus labor aduocatorum, ſtat in reperiendo deciſionem in indiuiduo.*
22 *Argumentum a veriſimili ſumptum ex gloſſ. in l. tale pactum, §. ſi ff. de pact. dicitur eſſe multum fallax, & periculoſum.*
23 *Et in caſu omnino omiſſo non procedit.*
24 *Nullitatem actus faciens licet poſſit conuenire, tamen tenetur ad intereſſe.*
25 *Adiudicatio debet fieri pro concurrenti quantitate, debiti, alias in totum corruit.*
26 *Declara, id eſſe verum in decreto Iudicis pro maiori quantitate relaxato, ſecus in nuncio exequente in maiori quantitate debiti, quia tunc actus dicitur iniuſtus, & eget appellatione, non autem nullus.*

De

Digitized by Google

27 *De nullitate non poteſt dici, vltra tempus ad eam pro-
ponendam præfixum.*
28 *In ſolutione tributorum, ſeu collectarum executiuè pro-
reditur ordine non ſeruato.*

ARGVMENTVM.

De exactionibus tributorum, & de importantia verbi exigere, & aliqua de forenſibus qualiter collectentur, & exiguntur pro bonis in alieno territorio ſitis.

DECISIO LXVI.

Et ſi cauſarum mole magna præmeremur, non potui tamen requiſitus inſtanti amico non morem gerere. Extabat igitur decretum Magnificæ Ciuitatis Vrbiſueteris tenoris infraſcripti, videlicet.

CHE l'eſattione dell'impoſitioni
del preſente anno s'intenda cõ-
ceſſa a V.F. per feudi 40. di pro-
uiſione.
Et che delli reſidui medeſima
mente ſi riſcuoteranno da lui ſe
gli dia a ragione di quattro per cento ſino a mille
ſcudi, & da mille ſeudi in sù, otto per cento, &c.
Vigore d. decreti. V.F. pro exactore ſe gerens tri-
1 buta, & collectas exigens. † (quod nec inter ſordida
munera reputatur, cum & decurionibus quandoq;
huiuſmodi eſactio demandetur, l. Libertus, §. esigẽ
di, ff. ad munici. tradit Rebuff. in l. verbum esactæ.
verſ. 6. debitum, ff. de verb. ſignifi.) inter alios debi-
tores reſiduorum pro collectis iam impoſitis, & nõ
2 ſolutis eum quoſdam foréſes reperiret † (hi enim ex
generali conſuetudine collectãtur pro bonis in alie
no territorio ſitis. Bald. in l. etiam col. pen. C. de exe-
cu. rei iud. Bart. in l. vnica, C. de mulie. & in quo lo-
co. Nicola. Feſtaſ. in trac. de æſtimo. & collect. 2. par.
3 c. 3.) eoſdemq; moroſos, & renitentes, † cum deuo-
tiſſime offerre debuiſſent, l. omnes, C. de anno. & tri
bu. libro 10. contra illos tandem proceſſit ad abla-
tionem bonorum ſtabilium in pignus capiendo, ſub
haſtando, & adiudicari faciendo pro concurrenti
quantitate M. Communitati VV.
Expleto eſactionis officio, & reddita per eum ra
tione ſuæ villicationis, fuit reuocatum in dubium,
an illi merces ſeu prouiſio deberetur de iſtis terris
adiudicatis, & negocium faciebat, quia effectus hu-
iuſmodi exactionis fundatur in eſactione tributo-
rum, & collectarum in pecunijs, non autem in alia
ſpecie conſiſtentium, quæ inſeruiunt pro ſatisfa-
ciendo Reue. Cam. Apoſtolicę in ſimilibus pecu-
nijs crediti tiei. Modo ad conſequendam mercedem
pro reſiduis promiſſam, velle dare bona adiudica-
ta loco pecuniarum, nil aliud eſſet, quam aliud pro
4 alio ſoluere inuito creditore † quod fieri nequit. l.
2. §. mutui. ſi cert. peta. Neque per huiuſmodi ad-
iudicatorum exactionem videtur conſultum Ci-
uitati, quæ collectat in pecunijs, non autem in ſpe-
ciebus.
Cum itaque exactor iſte ſpe lucri ſuſceperit o-
nus exigendi reſiduatas pecunias, eaſque non in pe
cunijs, ſed in bonis exegerit, ſequitur, quod non
5 impleuerit implenda pro parte ſua, & † ſic ex obli-
gatione vltro citroque obligatoria nõ poteſt iuua-
ri obſtante exceptione non implemẽti. l. Iulianus.
6 §. offerri, ff. de actio. empt. † quæ quidem exceptio
eſt adeo fauorabilis, vt ex officio poſſit iudex ſup-
plere, vt poſt Roma. in cõſ. 244. col. 2. tradit Aym.
Craue. in conſi. 151. nu. 10.
Accedebat quod non poterant adaptari, neque
verificari verba decreti concedentis quatuor, vel
octo pro centenario pecuniarum exactarũ, cum nõ
in pecunia numerabili, ſed in corporibus ſit facta
7 eſactio † & vbi non conueniunt verba legis, nec il-
lius diſpoſitio locum habet. l. 4. §. toties. ff. de dã.
inſe. Crauet. conſ. 10. nu. 7.
Quibus non obſtantibus contrarium verius de
iure reſpondi, videlicet, & pro bonis adiudicatis
merces deberi perinde, ac ſi in promptis pecunijs
exegiſſet.
Primo ſuadetur ex virtute & importantia illius
8 verbi exigere de quo in decreto, † quod eſt gene-
rale aptum compræhendere, tam pecuniariam exa-
ctionem, quã in ſpeciebus conſiſtentem, & corpori
bus & ſimilibus, veluti operas vindictam, & huiuſ-
modi, vt tradit Iacob. Mandell. in conſi. 62. num.
26. can. ſi quis romipetas 24. quæſt. 3. de cuius ver-
bi latiſſima ſignificatione. Luc. de Pen. in l. 1. C.
in quibus. cau. colo. lib. 11. & in l. in fiſcalibus. C.
de exacto. tribut. lib. 10. Rebuff. in d. l. verbum
esactæ.
Suſcepit enim V.F. onus esigendi reſiduatas pe-
cunias ſimpliciter, non pręciſe in promptis pecu-
nijs, ita quod in alia ſpecie non valeat exactionem
esigere, argu. notato. per Rip. in d. §. mutui, da-
tio. nu. 28.
Secundo ex propria natura exigendi contra forẽ
9 ſes, qui cum non de iure † ſed de conſuetudine, non
præciſe, ſed cauſatiue teneãtur pro bonis in alieno
territorio poſitis, non poſſunt perſonaliter capi, ne
que arreſtari, ſed ad ablationem bonorum & fru-
ctuum contra eos deuenitur, vt factum fuit. Bald.
& Caſtrenſ. in d. l. etiam. & tradit Natta. conſ. 389.
Nicola. Feſtaſ. vbi ſupra. in d. cap. 3. nume. 10. Vn-
de esactor iſte procedendo ſecundum tramites iu-
10 ris † non eſt quid illi imputandum ſit ad aſſequen-
dam mercedem. vulga. l. Gracchus, C. de adult.
Quandoquidem huiuſmodi exactio collectarum
11 contra fruſtrantes debitores † per modum ablatio-
nis bonorum & fructuum, videtur eſſe etiam ordi-
naria l. hi qui. C. de conueni. fiſci debito. lib. 10.

Et

Digitized by Google

12 Er pto† opportuno remedio adinuentum aduer-
ſus permanentes in obdurata nequitia non ſoluen-
di; ſic enim fiet quod credente exactore ad debito-
rum ſubſtantias, ſolutioniſque obſequio cum ſub-
ſtantiæ proprietate ſuſcepto, cæteri proniores red-
dentur ad ſoluendum ea, quæ pro communi bene-
ficio poſcuntur.l.nemo.C.de exacto.trib.

Tertio, quia qood modo ambigitur, certam alias
habuit interpræiationem nou immutandam.l. mi-
nime.ff.de legi.

Superioribus enim annis clapſis cum alter exa-
ctor teſiduorum, officium exerceret, eo ipſo quod
debitores coegiſſet ad confeſſionem debiti per in-
ſtrumentum iotra certum tempus ſoluendi, fuit
declaratus creditor mercedis, ſicuti ſi iu pecuniam
redegiſſet, & iure quidem, per l.ſi poſſeſſor.§.reda-
ctæ.ff.de peti.hæred.cum ibi nota.per Angel.

13 Quod ſi † tedigenti actiones merces debetur,
quanto magis debebitur exequenti, & bona ipſa
14 incorporanti, † cum melius ſit iucumbere rei, quã
actioni.l.plus cautionis.ff.de reg.iur.

Quarto, quia reliquorum ſeu teſiduorum exa-
ctiu difficillima reputatur, vt experientia docet, &
ideo maior merces ſtatuitur, vt ex actores ſpe lucri
allecti, quod communiter negligebatur, diligẽtius
pruſequantur, ſicuti finis eiuſdem decreti oſtendit,
ibi. & coſi ſi viene a facilitare l'eſatione, &c. quod
ſi in his laboris ratio ſit habenda, quid propen-
15 ſins per hunc exactorem præſtari potuit, † qui ne-
mini contumelioſus, ſed humanns, & cum benigni
tate efficax, & ioſtantiſſimus cum humanitate, vt
decebat, io eſactione extitit, ſecundum Lucam de
Pen.in l.2.C.de conueni.fiſci debito.lib.10.

16 Nec obſtant adducta in contrarium, † quia vbi
neceſſitas ſuadet, poteſt inuito creditori aliud pro
alio ſului, & csigi.ad Rip.§.mutui datio, nu-
me. 24.

Hæc autem exactio in bonis forenſium eſt facta
ex iuris neceſſitate, prohibentis eos perſonaliter ca
pi, et permittentis acceſſum ad bons; vltra quod nũ
poteſt dici id actum iuuita communitate, cũ adiu-
dicationem approbarit, prout non eſt verũ per hu-
iuſmodi exactionem in bonis non eſſe conſultum
ciuitati, cum poſſint vendi, locari, & ex precio, &
mercede ac penſionibus creditoribus ſatisfacere.

Nou obſtat, quud verba decreti non aptentur ad
exactionem in bonis, & corporibus factam, quia
17 adaptaotur ſaltem implicitè, † cum qnantitas æſti-
mationis ſemper inſit, ad not. per Bertachi. de Ga-
bell.2.par.8.par.princip.verſieu.quæro, & in 4.pa.
18 8.par.prin.in prin.verſi.Secundo quæro, † vbi ſtan
te ſtatuto, quod de qualiber quantirste petita ſolua
tur gabella duotum denariorum pro qualiber li-
bra, ſi petatur res, adhuc dicit deberi gabella ſecun-
dum valorem, & æſtimatiunem rei petitæ, quia quã
titas implicitè ineſt rei petitæ æſtimabili, & ita de-
cidit in terminis Roman.conſ 434.nu.5.

19 Vbicunque enim † qois in ſui oneris remuuera-
tionem in re, ex qua oneratur, debet detrahere cer-
tam partẽ, vt res in qua oneratur, ſit talis ꝙ in ea
nõ cadat detractio, vt in caſu iſto, tũc petere potuit,
quod eius rei fiat æſtimatio, & ſecundum illam ei
ſoluatur remuneratitia dertactio. Ex quo loco ſu-
mitur etiam deciſio, quod ſolutio mercedis ſibi de-
bita ex bonis adiudicatis, non debet illi fieri in d.bo
uis, ſed in pecunia, vt per Rom. ibi.

Verum quia nimis ceruicoſe, & leuiter quidem
ex aduerſo replicabatur, ne ambitioſi videremur, ſi
contrarijs non reſponderemus, vt inquit Roland.
20 conſil.60.nu.31.libro j. † paucis agendo, vt aduoca-
ti pudorem couſeruemus. Natta in conſilio 24.in
princip.dicimus io contrarium, & contra Commu
nitatem eſſe deciſiones io terminis iam allegatas,
21 † quæ tutæ ſunt, ſicut iuris regulæ. Marza.de fidei-
commiſ.2. par. quæſt.8.iu fi.Iaſ.in l. penult.col.pe.
C.de pacti, & ideo hodie omuis aduocatorum labor
principaliter conſiſtit in teperiendo deciſionem in
indiuiduo, ſecuti conſilium Fely.in c. Rodulphus,
nu.3.de teſcr.in fi.

Quibus ſtantibus deciſionibus uon erat vlterius
inſiſtendum in argumentis ſumptis a regulis gene-
ralibus. Neuiza.coosil.99.legitimatis, nu.2. Tamen
ad euitandam ambitionem reſpondetur,

Non obſtare argumẽtum a veriſimili, ſumptum
ex gloſſ. in l.tale pactum, §.fina.ff. de pact.quaſi de-
cretantes, ſi fuiſſeot interrogati, an cogitaſſent ad
hanc exactionem iu bonis faciendam contra foren
22 ſes, nou ſtatuiſſent veriſimiliter mercedem, † tum
quia huiuſmodi argumentum dicitur fallax, & pe-
riculoſum, teſte Bero. in conſilio 63.numero 36.&
conſilio 99. num. 13. libro 2. tum etiam, quia quod
exactor noo poſſit exigere in alia ſpecie, quam in
23 pecunijs, ideſt omoino omiſſum; † vnde ceſſat in-
terpretatio veriſimilitudinis, ita declarat Ruyn.
conſil.177.num.11.lib.2.Hippol. Rimi.conſil.37.
num.17.lib.j.

Neque iuuari poteſt Communitas ad euitan-
dam mercedis ſolutionem, prætenſa oullitate ad-
iudicatarum terum, veluti factæ vltra concurren-
tem debiti quantitatem, ad Afflict.deciſione 358.
tum, quia nullitas allegata deſideratur, vt infra di-
cetur; tum etiam, quia ſiqua nullitas inſit in ad-
iudicatioulbus, id accidit facto, & culpa ipſiuſ-
met commuuitatis, mediantibus Syndico, & pro-
24 curatore; & † ſic dato, quod de nullitate dicere
poſſet, & facto proprio contrauenire, tenetur ta-
men ad intereſſe, ſecundum Bald.in l.j.In princ.ff.
de tutel. & ratiu. Mar. Mantua. libto 3. loco com-
mun.cap.53.

25 Nec obſtat, † quod ſint capta buna forenſium
vltra concurrentem quautitatem debiti cuutra for
mam decreti Domini Iudicis, quia actus, & inten-
tiu exequentis uou fuit ſeccipere, niſi pro concurrẽ
ti debiti quantitate, vt lu relatione nuncij apparet,
qui quidem nuncius ſeu executor eſto, quod contra
formam decreti, & maodati pro maiori quantita-
26 te executus ſit, † tamen cum non Iudex, ſed nun-
cius grauet excedendo, actus nou ideo dicitur nul-
lus, ſed iniuſtus, & oportebat appellare, non autem
de uullitate dicere, vt inquit Rebuff. de ſenten.
execo.artic.7.gloſſ.14.num.10.& gloſſ.12.num.4.
& uum.10.& idem ſentit Afflict.dicta deciſio.358,
num.7.

Digitized by Google

num. 7. dum facit differentiam in adiudicatione plus debito, quod ſit nulla, & ſic in facto iudicis, & in æſtimatione exceſſiua, quia non erit nulla, ſed valebit pro concurrenti quantitate, & ſic multum intereſt, an iudex grauet, vel alius, vt tradit Marant. in Spec. in 3. & vltimo actu prin. nu. 10.

Vltra, qđ ſi aliquo nullitatis vitio laboraret ad-
27 iudicatio, non poteſt † de nullitate dici, quia ſunt lapſa omnia tempora ad proponendum nullitatem præfixa. Sebaſt. Vanti. in tract. de nulli. in tit. quib. mod. ſent. nulli. repa. numero 15. Roland. a Valle, conſi. 83. lib. j.

Accedebat, quod in ſolutione tributorum, & col-
28 lectarum non attenduntur apices iuris, † & conſtito de debito executiue proceditur ordine non ſeruato. Bald. conſilio 434. libro 3. Cachera. deciſio. 111. Curt. & Aret. in l. ſi pacto, colum. 2. nu. 8. C. de pac. Iuli. Ferret. in Tract. de gabellis, num. 381. Et ita iudicatum fuit pro exactore iuxta deciſionem Rum. d. conſi. 434.

SVMMARIVM.

1 *Conductori impedito vti frui re conducta caſu, vel fortuna ex natura contractus locationis debetur penſionis remiſſio, num. 14.*
2 *Penſio rei conductæ ſoluitur pro fruitione fructuum, quibus non natis, nec perceptis penſionis remiſſio fit.*
3 *Actio, & obligatio, quæ reſpectu rei debetur, re perempta tollitur.*
4 *Contractus ex partium conuentione legem accipiunt.*
5 *Conductor poteſt ſuſcipere caſum fortuitum aduerſamque fortunam, & remiſſioni mercedis renunciare.*
6 *Incluſio vnius alterius dicitur excluſio.*
7 *Debitor in genere per peremptionem ſpeciei non liberatur, num. 21.*
8 *Difficultas non excuſat obligatum in genere debitorem.*
9 *Serere omittens non rectè dicitur pati ſterilitatem.*
10 *Iuramentum dicitur habere vim expreſſi.*
11 *Remiſſio fit conductori impedito vti frui caſu, vel fortuna.*
12 *Locuſtarum dira voracitas, & de his multa ſcitu digna.*
13 *Locuſtarum edacitas inter fortuitos caſus numeratur.*
14 *Caſus fortuiti ſpecialis deſignatio, & nominatim declaratio fieri debet, vt quis ex eo teneatur.*
15 *Conductor ſuſcipiens in ſe quibuſcunque verbis generalibus omnem caſum, & aduerſam fortunam, non obligatur ad caſus valde inſolitos.*
16 *Incluſio vnius excluſio alterius, fallit regula iſta vbi eadem ſit ratio in caſu excluſo.*
17 *Item fallit, vbi induceretur peccatum.*
18 *Item fallit, vbi mens agentis repugnat.*
19 *Exceptio firmat regulam in non exceptis, ſed non operatur comprehenſionem illorum, quæ ſui natura regula non comprehendit.*
20 *Exceptio non excludit caſus ſimiles expreſſis.*
22 *Intellectus l. ex conducto, §. cum quidam, ff. loca. & numero 25.*
23 *Locuſtarum partus, & procreatio.*
24 *Timor belli, idem operatur, quod bellum ipſum.*
26 *Iuramentum non ſupplet conſenſum, ſed ſolemnitatem, & non ampliat diſpoſitionem.*
27 *Locupletari cum aliena iactura non licet.*
28 *Remiſſio mercedis iudicis arbitrio fit.*
29 *Sententia lata non ſuper tota eſt nulla.*
30 *Sententia lata ex falſa cauſa expreſſa eſt nulla.*
31 *Sententia lata ex pluribus cauſis expreſſis, ſufficit vnā fore veram.*
32 *Sententia lata contra aliam ſententiam non valet.*
33 *Iudex non debet conuentionalia partium reuocare in dubium.*
34 *Sententia lata tempore iuriſdictionis ſuſpenſæ eſt nulla.*
35 *Alienatio in vita concedentis dicitur perpetua.*
36 *Contractus nullus non ligat contrahentem.*
37 *Præſcriptio non currit in contractu nullo.*
38 *Pacto proprio in actu nullo licet contrauenire.*
39 *Priuilegio dato ordini, & religioni non renunciatur.*
40 *Remunerationis cauſa a iure receditur, nu. 42.*
41 *Remuneratio cadit, & fit de rebus Eccleſiæ dummodo non fiat de rebus immobilibus, ſed de fructuum commoditate.*
42 *Remunerationis cauſa multa tollerantur, quæ non tollerarentur.*

ARGVMENTVM.

De locuſtarum mira edacitate, & de conductore impedito vti frui re cōducta caſu, vel fortuna. Et de remiſſione penſionis.

DECISIO LXVII.

Poſt reditum a Ciuitate Lucenſi expleto illius inclitæ Rotæ auditoratus officio, reperi in partibus cauſam cōtrouerſam inter communitatem, & homines terræ Gradularum ex vna, et M. D. Equitem Thomam de Thomaſis ex altera, in qua annuente Illuſtriſſimo, & Reuerendiſſ. D. Cardinale Farneſio conſultus de iure, vt infra reſpondidi, & ita fuit obtentum.

COMMVNITAS, & homines terræ Gradulatum de anno 1569. ad nouennium conduxerunt in affictum a M. d. Thoma de Thomaſijs Equite hieroſolymitano, quaſdam terras, his inter alia pactis conuentis, videlicet.

Quod

Quod d.homines tenerentur anno quolibet ſere re in dictis terris ſalmas 300.grani ad minus, & pro qualibet ſalma ſerenda ſalmam reſpondere, & pro affictu ſoluere obligati eſſent.

De anno 1575.& 1576.locis prædictis tanta locuſtarum nubes illata fuit, vt agros operientes, & fruges vniuerſas mira ædacitate funditus turmis, vt examinibus ſuis deuorarent. Cuius inſoliti, & ſic continuati portenti conductores præfati perterriti (per bienoium enim fruſtra laborarunt multum ſeminando, & nihil recolligendo) de anno 1577. promiſſam 300. ſalmarum quantitatem integre, ſeu in totum ſeminare non attentarunt, ſed in certa parte tantum, videlicet ſalmarum 150. ſeſe huius morbi periculo committere auſi ſunt, in qua eandem fructuum ſtragem, & deuaſtationem paſſi fuere.

Quærebatur his ſtantibus, an pro d.anno quo integram grani quantitatem non ſeminarunt conductoribus præfatis remiſſio penſionis fieri deberet, & perpenſis verbis inſtrumenti videbatur negatiuè
1 reſpondendum. Nam & ſi † de natura locationis ſit quod conductori impedito vti frui re conducta caſu, vel fortuna fiat remiſſio mercedis, l. ſi merces, §. vis maior. l. ex locato & cõducto. §. j. ff. loc. l. licet, C. eod. cap. propter ſterilitatem, extra loca. & vtrobique cõmuniter glo. & Doct. cuius dicti ea redditur ratio, quia cum ex intentione contrahentium, & ex
2 natura contractus † penſio ſoluatur pro fruitione fructuum, illis non natis nec perceptis pẽſionis re
3 miſſio fit, quia actio, † & obligatio, quæ ex reſpectu rei debetur, re perempta euaneſcit, l. j. in fi. C. de iu. emph. & tradit Saly. in l. licet in 2. oppo. C. loca. Ta
4 men † cum contractus ex partium conuentione legem accipiant l. j. §. ſi conuenerit, ff. depoſi. poteſt
5 † conductor remiſſioni renunciare, & caſum fortuitum, aduerſamque fortunam ſuſcipere, l. ſi quis fundum, ff. loc. l. ſed & ſi quis, §. quæſitum, ff. ſi quis cautio. vbi gl. not. tradit Rip. in trac. de priuil. cont. cau. peſt. nu. 69. vbi de comm. opi. cum concor. per Gomeſi. Varia. reſolu. tit. 2. c. 3. de loca. ſub. num. 19. & Boſſi. de remiſſio. merced. nu. 56. prout in præſenti facti ſpecie conuentum videtur ex parte conductorum, qui excipiendo, & includendo duos caſus impedimenti, videlicet belli cãpeſtris, in alijs non vidẽtur voluiſſe excuſari, vt inquit Bal. in conſi. 428. Do
6 minus Arnaldus, nu. 2. verſic. tertio, quia, lib. 2. † incluſio enim vnius dicitur excluſio alterius, l. præter ait, ff de iud. cap. nonne, de præſump.

Accedebat ad exceptionem remiſſionis, quod cõductores erant obligati pro penſione in certa grani
7 quantitate in genere, † & peremptio fructuum nõ
8 liberat. l. incendium, C. ſi cert. peta. neque † difficultas excuſat. l. continuus, ff. de verb. oblig. Bal. d. conſil. 428. col. 2.

Vltimo contra conductores faciebat, quia in dicto anno non ſeminarunt promiſſam grani quantitatem, & dimiſerunt terras incultas, ex quo ſequitur, quod ſi eo anno ſterilitas contigiſſet prout con
9 tigit, non fiet remiſſio, † quia non poteſt tunc dici fructus ob ſterilitatem ablatos fore, ſed quia non fuerunt ſeminati nec nati, nec naſcituri, l. ex conducto, §. cum quidam, ff. loc. & per illum tex. ſic tradit Saly. in dicta l. licet, ſub numero 4. verſic. tertius caſus, & Bene. Capra. ad commun. opin. in regu. 88. numero 30.

10 Nec etiam deſiderabatur iuramentum, † quod habet vim expreſſi, & ſic præter exceptos, perinde eſt ac ſi omnes alios caſus in ſe expreſſe ſuſcepiſſẽt, Rip. vbi ſupra, nu. 82. & ſeq. Bal. in l. j. in 2. q. C. cõmod. Alex. conſil. 3. nu. 5. lib. j. Iaſ. conſil. 107. col. 2. verſic. multum pondero, lib. j. Dec. conſil. 552. in fi. Neuiza conſi. 57. in fi. & conſi. 66.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium verius dicendum eſt in propoſito caſu tam ex ſupra
11 dicta iuris regula receptiſſima, quod † conductori impedito vti frui re conducta caſu, vel fortuna, remiſſio penſionis non ſit deneganda, vt poſt relatos cenſuit etiam Rube. in conſilio 113. in fi. primę par. Boeri. quęſt. 249. num. 4. Franciſ. Mar. deciſ. 62. ad fin. primæ par. quam etiam per textum expreſſum, qui decidit in terminis in l. excepto. C. locati, vbi excepto tempore quo locuſtarum ędaci pernicie, ſterilitatis vitium interceſſit, ſequentis temporis fructus conſueti debentur. Horum enim animalium
12 dira voracitas, † & ius vbicunque impellitur, tantam frugum peſtem affert, vt ad eam tollendũ ſumma diligentia opus ſit, & non minus horum animalium debellatione, hominum agmina colliguntur, quam ſi aduerſus hoſtes dimicandum foret, vt de Cn. Sicinio Prętore refert Liui. lib. 2. 5. deca. meminit, Pli. lib. 11. nat. hiſto. cap. 29. & dicit Alexã. ab Alexãd. dierum geniali. lib. 5. cap. 5. quod in Cerenaica erat lex, vt deſertoris pœna teneretur, qui ingentem vim, & fœtum locuſtarum non debellaret. De quorum ortu, & interitu plura notat Caſſan. conſi. j. col. j. & Rimi. Iuni. conſi. 4. num. 27. & inter
13 † caſus fortuitos hanc locuſtarum ędacitatem connumerat Sebaſtia. Medic. in tract. de caſib. fortui. c. 13. primæ par. nu. 19. & Menoch. de recup. poſſe. 12. remedio num. 37.

Nec obſtat, quod cõductor poſſit negligere mercedis remiſſionem, & onus periculi, & aduerſæ fortunæ ſuſcipere, quia vt teneatur de caſu fortuito,
14 † oportet, quod quis expreſſe ſpecialiter, & nominatim id exprimat, quod hic factum non dicitur, Boſſi. de remiſſio. merce. num. 58. Immo ſi expreſſe omne periculum aduerſæ fortunæ ſuſciperet, de fortuito caſu non teneretur, idem Boſſi. ibi, num. 57. & quod etiam ſi expreſſe ſe obligaſſet conductor ad omnes alios caſus quibuſcunque verbis generalibus aptis comprehendere caſus maiores expreſſis,
15 adhuc † talis conuentio non trahitur ad caſum valde inſolitum, & incogitatum prout eſt locuſtarum ędacitas in his regionibus probat tex. in l. fiſtulas, §. frumẽta, ff. de cõt. emp. Doc. in d. §. quæſitum. Rip. in d. tract. nu. 97. Iacob. Mand. conſil. j. & Menochi. conſi. 27. nu. 18. & ſeq.
16 Nec obſtat regula incluſionis vnius, &c. † quia non procedit, vbi in caſu omiſſo ſit eadem ratio, quæ in expreſſo, Deci. in cap. Secundo requiris, numero 3. de appella. & in conſil. 257. num. 21. refert

Fran.

Franciſ. Becci. in conſilio 82. numero 16.
Hic autem eadem videtur eſſe ratio impedimen-
ti expreſſa locuſtarum omiſſa, quæ in impedimen-
to belli ſit expreſſa, quandoquidem in iſtis animali-
bus nequicquid herbidum ſit abſumant, non mi-
nus dimicatur, & contrahitur, quam ſi cum hoſtib.
ſit certandum, vt docuit experientia, & ideo non mi
rum ſi ędaces, & deuaſtãtes appellantur, & illis reſi
ſtentes debellatores nuncupantur, quia in effectu
idem eſt quod bellum, nam ſi fructus, & ſegetes tol
lunt, vtique homines necare videntur.
27 Præterea, † regula iſta nõ procedit, vbi per exclu
ſionem omiſſi induceretur peccatum, vt hic contin
geret, quia locator cum aliena iactura locupletare-
tur, vt infra dicetur. Menochi. conſ. 82. num. 48.
18 Rurſus † regula prædicta non procedit quando
mens agentis repugnat, nam incluſio vnius non ex-
cludit alterum: hic autem expreſſe conductores nõ
ſe obligarunt ad caſum inſolitum, & in dubio mens
contraria præſumenda eſt, vt ex commu. opi. tradit
Boſſi. in præcitato loco. nu. 66. Immo talis obliga-
tio ad caſus inſolitos, & fortuitos, ac incogitatos
non eſſet vſquequaque valida, vt ex mente Ripæ.
& Alcia. tradit Menochi. conſ. 27. nu. 52.
Nec obſtat, quod exceptio duorum caſuum bel-
li, & peſtis deberet firmare regulam generalem, &
renunciationem generalem in non exceptis, quia
19 † & ſi exceptio firmet regulam in contrariũ, non
tamen facit, quod ſub regula compræhendãtur ea,
quæ de ſui natura generalis regula non contineret,
vt eſſet in vniuerſali renunciatione impedimento-
rum, quæ non extenditur ad caſus fortuitos, & val-
de inſolitos, cum de illis non pręſumatur cogitatũ.
Alex. in conſ. 28. nu. 18. lib. 1.
20 Pręterea † exceptio non excludit caſus ſimiles ex-
preſſis Rip. vbi ſupra nu. 77. & de commu. opi. Boſ-
ſi. in proxime citato loco, nume. 62. Euerard. in ſua
cent. arg. in loco ab excep. ad reg. in 3. limit.
Non obſtat quod obligatio frumenti ſit in gene
re, quia reſp. Saly. in d. l. licet. in 2. oppo. dicens hãc
21 † obligationem quantitatis contrahi propter fru-
ctus, & eorum reſpectum, & non ſimpliciter, ideo
fructuum peremptionis conſideratio eſt habenda.
22 Non obſtat. l. ex conducto. §. cum quidam. ff. lo-
ca. quia procedit in negligente colere ex propria dẽ
ſidia, ſecus in eo, qui iuſta eã colere prætermiſit, vt
accidit d. conductorib. qui iuſto metu perterriti ti-
mentes locuſtarum ędacitatẽ, quam duob. annis cõ
tinuis proximè pręteritis paſſi fuerant, a cultura de
ſtiterunt, neq; enim vanus dici poterat timor iſte
futurę deuaſtationis, tum quia euentus declarauit,
tum quia ſic futurum fore probe exiſtimarunt.
23 Dicunt enim † philoſophi naturales, quod locu-
ſtæ autumni tempore oua cõdenſa pariũt, quæ ſub
terra hieme durãt, & ſubſequenti anno veris tem-
pore emittunt locuſtas paruas, nigrãtes, & ſine plu
24 mis, penniſq; reputantes, vt refert Caſſane. d. cõſ. j.
col. 1. Et ratione iuſti timoris habetur ratio remiſ-
ſionis, ſicut quando ſequitur caſus fortuitus, vt in
terminis de timore belli conſuluit Imo. in conſ. 7.
& concordantes allegat Boeti. deciſ. 249. nume. 4.
nouiſſime Sebaſtia. de Medi. in tracta. de caſib. for-
tui. quæſt. 1. num. 13. ſecundæ par. & Plot. de in lit.
iuran. §. 4. nu. 4.
25 Præterea d. §. cum quidam non † requirit de ne-
ceſſitate fieri culturam in illo anno quo caſus eue-
nit ſecundum vnam lecturam gl. ibi quæ dicit, ſub-
intelligendum eſſe dictionem maxime, quæ eſt im-
plicatiua, & eiuſdem effectus in alio caſu, & vtrum
quæ compræhendit gl. in l. illud, ad l. Aquil. Pariſi.
conſ. 92. nu. 17. lib. 1.
Minus etiam obſtat iuramentum appoſitum in
26 d. contractu quaſi habeat vim expreſſi, † quia iu-
ramentum poteſt ſupplere ſolemnitatem, non autẽ
conſenſum ampliare vltra voluntatem diſponẽtis,
& iurantis, vt ex communi opi. tradit Ripa in prę-
citato loco, nu. 83. Alex. d. conſ. 28. nu. 19. & poſt re
latos Menochi. conſ. 27. nu. 47.
Hic autem non cenſetur cogitatũ de Inſolito, &
fortuito nec magis præciſe obligat iuramentũ quã
ipſa natura actus & ſemper intelligitur rebus
ſic ſtantibus, vt ibi egregie Menochi. dicit.
27 Et accedente æquitate † ne quis cum aliena iactu-
ra locupletetur, negari non poteſt, quin remiſſio de
beatur in contractibus maxime bonæ fidei Salye. d.
l. licet, col. 2. Fulgoſ. conſ. 193.
28 Quam quidem † mercedis remiſſionem Iudicis
arbitrio fieri debere in terminis ſterilitatis, tradit
Barba. conſ. 21. col. pen. in prin. lib. 2. refert Meno-
chi. de arbitr. Iudi. lib. 2. cent. 1. caſu 77.
In hoc iudicio plura hinc inde in controuerſiam
deducebantur. Dominus Auditor omiſſis alijs ſu-
per una parte tantum expreſſa cauſa (licet falſa)
contra communitatem pronunciauit, eam teneri
ad ſolutionem ſen. 55. retentorum in locum Ruſpi,
quia per ſecundam locationem fuit receſſum a
prima.
Contra quam ſententiam fuit de nullitate dictũ
& obtentum ex pluribus, videlicet.
29 Primo quia † non fuit lata ſuper toto, l. in hoc iu-
dicio. ff. famil. ercíſ. Fely. in c. cum inter, de re iu-
di. Iaco. Nouel. ad reg. iur. 191. Couarru. Varia. reſo
lu. lib. 1. c. 2. nu. 7. Rebuff. ſuper conſti. regi. in tract.
de expenſ. ar. 8. gl. 1.
30 Secundo, quia lata † ex falſa cauſa in ſententia
expreſſa, videlicet quod per ſecundam locationem
ſit a prima receſſum reſpectu Ruſpi, quod eſt fal-
ſum, nam ſuper hoc articulo partes iam compro-
miſſum fecerant in arbitros, qui laudarunt per ſe-
cundam locationem non intelligi derogatum con-
ceſſioni Ruſpi, & ſic Iudex non debebat conuen-
tionalia partium in dubium reuocare, cum laudo
acquieuiſſent, & hanc cauſam pro non cauſa habe-
ri uoluerũt, vt de communi opi. poſt relatos tradit
Anto. Gabriel. de ſentent. concluſio. 10. nume. 8. &
concluſio. 7. in prin. Burſa. conſi. 99. nume. 28. Niſi
31 † plures cauſæ eſſent expreſſæ quarum vna eſſet
uera. Contard. in l. 1. in 2. quæſt. num. 9. C. ſi de mo-
menta. poſſeſſio.
Ex quo & tertio loco nullitas apparebat, quia
32 † lata contra aliam ſententiã iam emologatã. l. 1. C.
quomodo, & quando iud. Aymo. Crauet. conſi. 103.

N maxime

maxime ſi talis ſententia acceptata, allegetur, &
producatur. Cachera. deciſio. j. numero 4.

Partes enim Do. Auditoris erant circa Ruſpum
inſpicere, an communitas impleuiſſet implēda pro
parte ſua, & ſic ex capite impleti, vel non impleri, in
firmare, vel confirmare Ruſpi conceſſionem, nō au-
tem ex capite ſecundæ locationis iudicare, quod iā
33 †erat deciſum per arbitros, & per partes emologa-
tum, l. ſi conuenerit, ff. de re iud. l. j §. inde quæritur,
ff. de oper. oo. nunc. ibi quid enim aliud agebat, &c.
34 Quarto, quia † ſnīa fuit lata tempore quo erat
ſuſpēſa iuriſdictio D. Auditoris per literas Illuſtriſ
ſimi D. Cardinalis Farneſij, & ſic lata a non iudice.
Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, num. 3. ff. de offi. pro
conſul. cap. primo, de iouesti. inter Dom. Docto. in l.
properandum, C. de iudici. & in cap. de cauſis, de of-
fic. delega. Roma. conſilio 427.

Hæc dum agerentur coram Illuſtriſſimo D. Car
dinale, & multum vrgerētD. Thomās Eques ad no-
nam exceptionem, tanquam ad ſacram ancoram cō
fugit, allegando obſtare decreta religionis Hieroſo-
lymitanæ, prohibentia alienationem rerum com-
mendæ, prout videbatur eſſe iſta in vita concedētis,
35 quę dicitur perpetua. Federi. de Sen. †conſilio 143.
36 & talis contractus dicitur nullus neque†ipſum cō
cedentem ligat neque ſucceſſorem, dicto cōſi. 143.
37 Inimo† nec currit aliqua præſcriptio etiam in vita
alienantis. Bologni. cōſil. 33. Sozi. iuni. conſilio 56.
libro 2. Guid. Papæ. q. 150. Deci. conſilio 36. Bero. in
38 c. primo, num. 14 de in inte. reſti. & in tali caſu† lici
tum eſt contrauenire facto proprio. Natta. conſilio
189. numero 5. & 304. numero 7. Arri. Pinell. in l. j.
39 in 3 parte, numero 73. C. de bon. mat. quia hoc† eſt
priuilegium datum ordini, non perſonæ, merito
partium conſenſu remitti non poteſt, Pariſ. conſilio
24. numero terzo, libro 8. Areti. in §. idem iuris, nu-
mero 49. inſti. de exceptio.

Sed his opportunè replicabatur conceſſionem
iſtā del Ruſpo ſubſiſtere, tum ob eius modicitatem
(Ruſpus enim ſunt quædam fragmenta, quæ ſuper
ſont animalibus affidatis, quę habentur pro dereli-
cto. & in quibus ſolemnitas omnis relaxatur) tum
etiam, quia illius conceſſio eſt facta in remuneratio
nem beneficij, vt cantat contractus.

Nam communitas auxerat in duplum redditus,
& prouentum dictæ commendę, vnde licuit dicto
commendatario hanc de modico conceſſionem fa-
40 cere, quia ex † cauſa remunerationis receditur a re-
gulis, & eſt permiſſum conſtituere vſumfructū in
dictis bonis, Innocen. in capitulo, cum in officijs, de
teſtam. Redoa. in tract. de rebus eccleſi. non alie. car.
20. verſiculo, Nec donatio, numero 7.

Et quod in caſu remunerationis licita ſit aliena-
tio rerum Eccleſię ſine alia ſolemnitate, late per eū-
dem Redoa. in dicto tracta. car. 267. verſiculo, Re-
41 munerationis cauſa, † dummodo non fiat de rebus
immobilibus, & dominij, ſed in commoditate fru-
ctuum vt ibi per eum. Remunerationis enim cauſa
42 † multa alias non permiſſibilia permittuntur, vt
per Fran. Beci. in conſilio 15. numero 20. & conſilio
87. numero 34. & ſeq &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro dote habet bona mariti hypothecata, & ratione iuris hypothecæ poteſt apprehendere, & retinere poſſeſſionem bonorum ſui viri.*
2 *Excuſſio in cauſa dotis, an ſit neceſſaria.*
3 *Confeſſio viri de dote recepta poſt contractum debitum non nocet anterioribus creditoribus, oppoſita exceptione non numeratę pecuniæ.*
4 *Exceptio de non numerata pecunia competit cuiquam intereſſe habenti.*
5 *Exceptio non numeratę pecunię eſt opponenda ex perſona rei, cui erat facienda ſolutio, non autem ex propria.*
6 *Mulier renuncians hypothecæ habet regreſſum ad bona viri alienata ſi non adſint alia bona, ex quibus dotibus ſuis conſuli poſſit.*
7 *Marito renunciante exceptioni non numeratæ pecunię fit præiudicium quibuſcunque creditoribus.*
8 *Quod procedit ſi creditores ſcierint renunciationem, & infra legitima tempora non exceperint.*
9 *Confeſſio dotis receptæ, & renunciatio non numeratæ dotis cuius nulla præceſſit promiſſio, non nocet creditoribus.*
10 *Dotis promiſſio precedens, & confeſſio de dote recepta nocet creditoribus.*
11 *Dotis reſtitutio, quæ fit vigore l. ſi conſtante, an ſit vera dotis reſtitutio.*
12 *Creditor fundans ſe in ſola confeſſione mariti non probata ſolutione in pari cauſa mulier erit præferenda.*
13 *Creditor, an offerre poſſit vxori, & eam excludat.*

ARGVMENTVM.

Confeſſio viri cum renunciatione exceptionis non numeratæ pecuniæ, an, & quando noceat creditoribus, & de exceptione non numeratæ pecuniæ, & an dos reſtituta ob vergentiam viri ad inopiam ſit vera dotis reſtitutio.

DECISIO LXVIII.

DOM. Laura vxor Dominici Fabene egit hypothecaria aduerſus Franciſcum Bonicontium poſſeſſorem bonorom ſui viri, cuius inopia narrata, & probato abuſu ſubſtantiæ ſuæ, dicebat locum eſſe reſtitutioni dotis, iuxta terminos l. ſi conſtante, ſol. matrimo. l. in rebus, de iu. dot. Bal. Nouell. de dote 7. par. priuil. 15. Campegi. eodem tracta. dotis, quæſt. 20.

Et propterea petijt reum conuentum condem-
nari ad dimittendum bona ſibi iure pignoris, &
hypothecæ obligata, & hoc videbatur de iure expe-
1 ditum, † qd mulier habeat pro dotibus ſuis ratione
hypothecę

hypothecę facultatem apprehendendi, petendi, & retinendi poſſeſſionem bonorum ſui viri. l. ſi cum venditor. in prin. ff. de euictio. l. j. C. de Salu. interd. l. j ff. eo. gl. & Doct. in l. ſciendum. §. creditor, ff. de pigno. actio. Alber. Brun. conſi. j. nu. 9. Campegi. inter conſilia eiuſdem Bruni, il ſecondo, nu. 5.

Nec ex eo actrix fuit repellenda, quod recta via egerit remedio dictę l. ſi conſtante, contra tertios poſſeſſores, omiſſa excuſſione bonorum, & omiſſo iudicio contra virum, tum quia non fuit oppoſita
2 † tum quia non erat neceſſaria. Gramma. deciſi. 92. num. 17.

Et quoniam actrix nitebatur inſtrumento confeſſionis viri de dote recepta poſt contractum debitum cum reo conuento celebrato, fuit oppoſitum de ſimulatione, & de non numerata pecunia, &
3 † ſic non noceret anteriori creditori, auth. ſed iam neceſſe, vbi Bart. & alij, C. de dona. ante nup. l. ſi cum auth. ſeq. C. de dot. cau. non nu. Addentes ad cappel. Toloſa. q. 338.
4 Quæ † quidem exceptio nedum marito, & eius quoque hæredibus competit, verum etiam cuilibet intereſſe habenti, l. penul. C. de don. cauſ. mort. tradit Iaſ. in §. fuerat, numero 74. inſtitu. de actio. Couarru. varia. reſol. libro j capit. 7. verſicu. de creditoribus mariti.
5 Quam † exceptionem dicit Angel. in §. idem iuris, numero 8. inſti. de exceptio. fore opponendam non ex perſona propria, ſed ex perſona rei, cui erat facienda ſolutio.

DD. inclinarunt pro reo conuento.

6 Nam † licet mulier dicatur habere regreſſum ad bona viri alienata pro reſtitutione dotis etiã, quod hypothecæ renunciaſſet, quando non adſunt alia bona viri quibus ſibi conſuli poſſit. l. vxor viro, ff. de do. inter vir. & vxo. Bald. in l. in rebus de iu. dot. Barto. in l Mæuia, §. ſi. vbi Alexan. & alij ſol. matri. Neguſan. de pigno. 3. memb. 7 par. numero 14. Pariſ. conſi. 75. num. 16. lib. 3. etiam ſi maritus haberet alia bona, non tamen tempore repetitionis. Fulgo. conſi. 206. num. 2. Sozin. conſi. 125. lib. 4. Rimin. conſi. 320. lib. 3.

Tamen ex quo non probauit de vera ſolutione dotis, neque de aliqua promiſſione præcedente docuit, & ſola viri confeſſione ſe iuuabat, quæ intra legitima tempora exceptionem non numeratę dotis admittit, merito tempeſtiue oppoſitam obſtare credidimus ad Bart. & alios in d. auth. ſed iam neceſſe. Aymo. in conſi. 44 num. j.

7 Et quamuis nonnullis viſum ſit † per ſolam viri renunciationem exceptionis non numeratæ pecuniæ præiudicium inferri quibuſcunque creditoribus abſque eo, quod expectetur lapſus temporis ad excipiendum a iure præſcripti, vt placuit Bart. contra gl ibi in l. aſſiduis, C. qui po. in pigno. habe. Afflict. deciſ. 402 ſub num. 18. & Bald. de Bartolinis, in l. j. nu. 146. ſol. mat.

Iſta tamen opinio vltra, quod reputatur multũ dubia, vt dicit Alex. d. l. j. num. 35. & illam expreſſæ poſt Aretinum reprobat Iaſ. in § fuerat, nume. 75.
8 inſtit. de actio. limitatur procedere † ſi creditores ſciuerint, & notitiam habuerint de iſta confeſſione dotis receptæ, & infra tempus iuris non exceperint, & ita declarant Alexan Sozi. & alij, in dicta l. j. & ſequuntur addentes ad Afflict. in d. deciſio. 402. ſub num. j.

9 Alias † ſola confeſſio mariti, & ſola renunciatio dotis non numeratæ, cuius nulla præceſſit promiſſio, non nocet creditoribus, niſi cum ſcientia illorũ concurrat lapſus temporis, vt ſupra. Aymo. in dicto conſi. 44. nu. 3. verſi. 3. reſpondeo.

10 Quod † ſi præcedat dotis promiſſio, & vir poſtea contrahat æs alienum, & demum de dote recepta cõfeſſionem faciat publico inſtrumento, tunc in eam ſententiam crebrius itum eſt, quod talis confeſſio noceat omnibus creditoribus, qui nec etiam intra tempora excipere poſſunt de dote non numerata, vt poſt relatos quorum ipſe meminit, firmat Afflic. de ciſ. 402. nu. 10. & ſeq. & ibi addẽtes, & plene Aym. d. conſ. 44 Duct. in l. in contractib. C. de non nu. pe. Couarr. c. 7. lib. j. verſic. cæterum, varia. reſol.

11 Cæterum † an huiuſmodi dotis reſtitutio, quę fit beneficio l. ſi conſtante, ſit vera dotis reſtitutio, quẽadmodum ea, quæ fit ſoluto matrimonio, id fuit obiter tactum, ideo non diſcuſſum, de quo ex profeſſo tradit Gramma deciſ. 92. Capici. deci ſ. 46. Afflic. de ciſ. 9. & ibi addentes Natta in conſi 8 t.

12 Nec fuit omittendum animaduertere, † quod ſi creditores non probarent veram numerationem ſui crediti, ſed ipſi quoque niterentur ex ſola confeſſione mariti, tunc in pari cauſa mulier erit præferenda, ita poſt Angel. Bald. & Imol. tradit Alexan. d. l. j. num. 35. verſicu. ſed Bald. & Iaſ. in d. §. fuerat, num. 91.

13 An † autem in caſu repetitæ dotis ob viri inopiã de quo agitur, creditor valeat mulieri offerre pecuniam, & eam excludere a bonis; videbatur dicendum quod ſic, ita Cy. in l. cum tibi, C. qui po. in pig. hab. Corne. conſilio 85. num. 5 libro 4. Sozi. conſil. 3. lib. 3. Bart. in l. ſi conſtante, numero 58. ſol. mat. & communem eſſe opi. dixit Rolan. a Valle in conſil. 9. nu. 38. libro j. Bald. Nouell. de dote 7. parte, priuil. 47. quicquid contra tenet Sarmien. lib. 2. c. 12. ſelecta. interpretationum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus debet hab. re ratum factum prædeceſſoris.*
2 *Prælatus ſucceſſor eadem eſt perſona ratione officij cum prædeceſſore.*
3 *Succeſſor non tenetur habere ratam alienationem anteceſſoris non rite factam.*
4 *Alienatio rerum eccleſiæ duo copulatiue requirit, vt valeat, videlicet, cauſa & ſolemnitas.*
5 *Quorum alterum deficiens reddit alienationem nullam.*
6 *Prælatus ipſemet alienans poteſt contrauenire re nulliter alienata.*
7 *Authoritas, & facultas alienandi conceſſa probanda eſt, nec aſſerenti creditur.*
8 *Cauſa vtilis, vel neceſſaria ad alienandum rem eccleſiæ eſt probanda.*

N 2 9 Licen-

9 *Licentia alienandi non requiritur, ſi ſtet authoritas Papę concedentis.*

10 *Votum, & pollicitatio valet ad perſonaliter obligandum.*

11 *Caducitas non propoſita tempore authoris non eſt exercenda contra hæredes.*

12 *Tempus canonem ſoluendi non currit ignorantibus.*

13 *Emens ab Eccleſia debet eſse cautus, vt videat precium conuerti in vtilitatem Eccleſiæ, alias contra Eccleſiam non habebit regreſſum, niſi in ſubſidium quando non valeat recuperare precium contra male alienantem.*

ARGVMENTVM.

Prælatus ſucceßor, an, & quando debeat ratum habere factum prædeceſſoris, & de requiſitis ad alienationem rerum Eccleſiæ neceſſarijs.

DECISIO LXIX.

SACRA domus Camaldulenſis habet annexam Abbatiam Sanctę Mariæ de Dieciano vallis Capreſis, quæ Abbatia fuit data per multos annos in commendã D. Petro Franciſco de Nobilibus de Montepolitiano, & per eius mortem fuit vnita ſacro eremo.

Tempore D. commendatarij 1540. fuit renouata emphyteuſis cuiuſdam domuncul æ magiſtro Aloyſio Finuecio ſub annuo canone mediæ libræ cerę, & cum pacto de renouando de 29. annis in 29. annos, alias ſi ceſſetur per biennium, res cadat in cõmiſſum cum melioramentis, &c.

De anno 1541. pro indigentijs ſedis Apoſtolicæ ſummus Põtifex impoſuit quaſdam decimas, & pro commoditate rectorum eccleſiarum cõceſſit facultatem affrancandi bona liuellaria, & cenſualia, dummodo rectores intra certum tempus emerent totidem bona, quæ liuello, ſeu cenſui extincto correſpõderent.

Cuius facultatis vigore, idem Abbas ad effectũ ſoluendi decimas affrancauit d. domunculam d. Aloyſio, aſſerendo ſe dare Eccleſię quædam bona aſcendentia ad ſcut. 55. & vltra, & hæc pro reſtauro liuelli extincti.

DD. Eremitę commendatario ſuccedentes egerant contra hæreditatem, & filios d. Aloyſij minores ad dimiſſionem d. domunculæ ex capite deuolutionis ob Canonem non ſolutum, & non petitam renouationem.

1 Qui eremitę, † & ſi alias forte deberent habere ratum factum pręlati anteceſſoris nomine dignitatis, & Eccleſię geſti ſecundum Bald. in capitu. 1. Qui ſucce. feu. da. ten. Archid. in can. deceſſorum, 25. quęſtio. 2. & in capitu. alienationes 12. quęſtio.
2 2 & idem Bald. in l. ædem 2. quęſt. C. loca. † quia eadem perſona ſignificatione officij videtur eſſe ſucceſſor cum prædeceſſore, vt inquit Natta in conſil. 517. nume. 4. & tradit Emilianus in conſ. 28. nume. 2. & latius Redoa. de reb. eccle. non alien. quæſ. 5. verſicu. ſed an, & verſicu. ſed ſi locatio, & verſicu. primo, an prælatus. Couarr. varia. reſolu. lib. 2. cap. 15.

Id tamen in caſu præmiſſo locum non habere contendebant, allegantes alienationem non rite factam, neque ſeruatis ſeruandis ſolemnitatibus,
3 † quo caſu ſucceſſores non tenentur ratum habere factum prædeceſſoris. ca. querelam, extra ne pręla. vi. ſuas. late Bald. in l. iubemus. la 2. col. pen. C. de ſacroſan. eccl. Redoa. d. verſic. ſed ſi, nume. 21. Couarr. d. c. 15. in fin.

4 In alienatione † enim rerum eccleſiaſticarum duo copulatiue requiruntur, videlicet, quod fiat ex cauſa vtili, vel neceſſaria, & quod ſeruatis ſeruandis ſolemnitatibus, capitu. nulli, de reb. eccle. non alie. clemen. 1. eod. titu. & vtrobique per ſcriben. Deci. conſi. 174. nume. 1. & 142. nume. 2. & 128. Roland. conſi. 99. nu. 38. lib. 1. Bero. in cap. 1. nu. 161. de reſtit. in integr. & in cap. quæ in eccleſiarum, nu
5 me. 37. de conſtitutio. † ita quod horum alterum ſi deficiat, alienatio nulla ſit, glo. in cap. pen. de reb. eccle. non alie. Soz. conſ. 29. num. 8. lib. 1. licet Ant. in cap. cum dilecti, de empt. & vend. colum. 2. contrarium teneat circa concurſum, credens, quod vbi adſit ſola ſolemnitas, ibi cenſeatur vtilitas & cauſa neceſſaria, quod forte verum eſſe dicit Couarr. lib. 2. cap. 5. nume. 2. varia. reſol. in dubio ex quadam iuris præſumptione, quæ reciperet probationem in contrarium.

Quibus deficientib. ne dum ſuccedentib. in præ-
6 latura ius retractandi alienata competit, † ſed etiã ipſiſmet alienantibus contra factum proprium venire fas ſit ſecũdum aliquos, vt tradit Pinel. in l. 1. in 2. par. nume. 73. C. de bon. mat. licet Pile. contra ſentiat, in 2. quæſt.

Et de defectu harum ſolemnitatum docebant, quia commendatarius propria authoritate ſine licentia DD. commiſſariorum iuxta formam bre-
7 uis obtinenda alienauit, † quod erat probandum. Abb. in ca. fi. num. 2. de ſciſma. Deci. in conſi. 288. in fin.

Et de non cauſa neceſſitatis ſeu vtilitatis ſimiliter edocebant, quia D. Commendatarius iam de anno 1541. ſoluerat decimas, & ſi neceſſaria non erat alienatio, nec precium apparebat conuerſum in vtilitatem eccleſiæ.

Vnde cum nec cauſa, propter quã permiſſa erat
8 alienatio, fuerit probata, † tñ probanda erat. Abb. in conſi. 41. lib. 1. Alex. conſ. 4. num. 8. lib. 3. & 160. num. 5. lib. 6. Didac. de commu. opi. cap. 17. num. 8. lib. 2. variar. reſol. immo contrarium apparebat merito, &c.

9 Ex aduerſo replicabatur † de authoritate per Breue cõceſſa, & ſic alterius iudicis ſeu commiſſarij licentia non erat neceſſaria, ſtante licentia Apoſtolica. Bald. in l. illud. C. quando decre. op. non eſt, & clem. 1. cum gl. de reb. eccle. non alie.

Si-

Similiter de vtilitate dicebatur apparere, & de compenſatione a commendatario eccleſiæ facta, qui de proprijs bonis eidem donauit æquiualens, immo longe excedens valorem rei alienatę, ita quod videretur ſatisfactum incumbentibus pro parte commendatarij alienantis.

Et quatenus affrancatio eſſet nulla, dicebatur remanere validam propter inueſtituram ſeu conceſſionem renouatam 1540. quia vtile per inutile vitiari non debet, a qua conceſſione non videbantur cecidiſſe ob non petitam renouationem elapſis 29. annis, vel ob canonem non ſolutum, quia cum iſti ſint minores, & hæredes in ius alterius ſuccedentes, & ſic iuſta cauſa ignorantiæ excuſati, non venirent ex propria eorum perſona priuandi de d. emphytheoſi, neque ex perſona autoris, quia caducitas eo viuente non fuit intentata, & contra hæredes exerceri non poteſt.

Domini fuerunt in voto quod affrancatio eſſet nulla tanquam ſine ſolemnitatibus facta, & omni prorſus compenſatione deſtituta, quicquid D. commendatarius confeſſus ſit in inſtrumento ſe dare in recompenſam terras de quibus in eo.

Nam cum idem commendatarius in libro Cenſuali propria manu ſcripſiſſet per menſes antea quam alienaret magiſtro Aloyſio hæc eadem bona eſſe libera d. eccleſiæ, non poterat modo eadem bona in compenſationem eidem eccleſiæ dare. Nam quod dicebatur neminem acceptaſſe pro eccleſia, dum ſic ſcripſit eſſe eccleſiæ quaſi donaſſet, & potuiſſe renouare donationem. Bar. in l. qui Romæ. §. flauius, de verb. oblig. Aymo. in conſil. 131. nu. 10. cum concor. per Iol. Clar. in §. emphytheoſis, quęſ. 12. in fin. non habet locum in donatione eccleſiæ facta fauore piæ cauſæ. Tiraque. de priuile. piæ cau. in priuileg. 114. Præterquam quod idem donator erat rector d. eccleſiæ quem pro ea & donaſſe, & acceptaſſe credendum eſt, cum propria voce affirmarit dd. bona eſſe libera ipſius eccleſiæ.

Vltra quod ſi non tenuiſſet tamquam donatio,
10 valuiſſet † tanquam votum, & pollicitatio ad perſonaliter obligandum, Ruy. in puncto, in conſi. 14. lib. 4.

Condemnauimus præterea reos conuentos ad ſolutionem canonum decurſorum iuxta formam inſtrumenti renouationis 1540. & ſecundum illud mandauimus continuari in futurum.

Quia non viſum fuit locum fore caducitati prætenſæ, tum quod ſi qua caducitas inerat, illa conti-
11 gerat tempore autoris † non exercenda in hæredes, Bart. Bald. Angel. & alij in l. ſecunda. C. de iure emphytheo. Deci. conſilio 146. nume. quinto, Caſſad. deciſ. ſecunda, & tertia de locatio. Curt. Iuni. in conſilio 309. numero 10. & conſilio 310. numero 23. Pariſ. conſilio 108. numero 33. lib. primo. Ruyn. conſil. 35. numero 28. lib. primo. Anto. Gab. de crimi. conclu. 35. nume. ſecundo lib. ſeptimo, & de iure emphytheo. concluſ. tertia, in fin. Burſat. conſilio 91. nu. 5.

Tum quia & ſi caducitas incidiſſet tempore iſtorum ſucceſſorū, ſunt excuſandi ex capite ignorātię, quia ſuccedunt in ius alterius probabiliter ignorū
12 & † tempus ad ſoluendū canonem non currit ignorantibus. Anchara. conſil. 174. Thobi. Noni. conſilio ſecundo, nume. 19. Iuli. Clar. in §. emphyteoſis, quæſtione octaua, & clarū eſt in iure quod quęlibet cauſa a caducitate excuſat.

Nec vlla ratio habenda fuit de libris centum denariorum pro affrancatione dicto Domino Commendatario ſolutis, vt ſaltim in compenſationem canonum imputarentur, quia non conſtitit verſas fuiſſe in vtilitatem eccleſiæ, quo caſu eccleſia non tenetur, niſi forte in ſubſidium alienante non exiſtente ſoluendo, & quatenus eſſet locupletata.

13 Emens enim † ab eccleſiarum rectoribus debet eſſe cautus, quod precium conuertatur in vtilitatē eccleſiæ, alias contra male alienantem habebit regreſſum ad precium, non autem contra eccleſiā, niſi in ſubſidium, & pro eo quod facta ſit locupletior, gl. fin. c. ſi quis, de rebus eccleſię non alien. late Redoa. in tract. de reb. eccleſię non alienan. q. 22. nu. 19. & q. 4. verſ. poteſt dubitari, nu. 12. & in rub. de cauſa vtilita. nu. 31. &c.

SVMMARIVM.

1 *Caducitas incurritur domino volente.*
Caducitas ſtat ſub conditione ſi Dominus velit.
2 *Caducitas incurſa tempore prædeceſſoris, & non intentata per eum, non poteſt per ſucceſſorem exerceri.*
3 *Feudum non auferendū filijs propter fellonium patris.*
4 *Caducitas dicitur pęna legalis, et nō tranſit ad hæredes.*
5 *Dominus tacendo videtur remittere, & condonare caducitatem, ſi ſciat incurſam.*
6 *Mandatum tacitum inducitur ex ſcientia, et patientia.*
7 *Cauſa quęlibet excuſat ab incurſu pęnæ caducitatis.*
8 *Caducitatem proponens dicitur tractare de pœna, & ſic de lucro captando.*
9 *Canonis ſolutio poteſt probari per teſtes.*
Solutio canonis per teſtes poteſt probari.
10 *Querela non præparata an tranſmittatur ad hæredes.*
11 *Dominus ſi declaret caducitatem an ſufficiat, vel requiratur declaratoria Iudicis.*
Caducitas declarata per Dominum an ſufficiat vel requiratur declaratoria Iudicis.
12 *Dominus an debeat iudicialiter declarare voluntatem ſuam circa caducitatem.*
13 *Teſti de facto proprio deponenti non creditur.*
14 *Soluens coniunctæ perſonæ non liberatur.*
15 *Soluens ſcienter, vel ignoranter non habenti mandatum non liberatur.*
16 *Soluens patri debitum filij non liberatur.*
17 *Minor ætas, & læſio ſunt cauſa reſtitutionis in integrū obtinendæ.*
18 *Curatoris datio probat minorem ætatem.*
Minor probatur per dationem curatoris.
19 *Læſio minoris non eſt his probanda.*
20 *Læſio eſt eo ipſo probata quod permittit labi tempus ad ſoluendum canonem ex quo oritur caducitas.*
21 *Reſtitutio in integrū an cum ſpeciali mādato ſit petēda.*
22 *Canones decurſi tempore prædeceſſoris an debeātur ſucceſſoribus in eccleſia, vel potius hæredibus.*

ARGVMENTVM.

De caducitate incurſa tempore prædeceſſoris, an poſſit per ſucceſſorem intentari, et de

Canone decurſo tempore prædeceſſoris, & non ſoluto cui debeatur, an hæredibus illius, vel ſucceſſori in Eccleſia.

DECISIO LXX.

FVIT iotentata caducitas bonorum emphytheuticorum contra Bertonum, & litis conſortes per Reuerend. Dominum Stephanum Rectorem Eccleſiæ Vallachiæ, eaque ex capite Canonis, non ſoluti tempore ſui prædeceſſoris, & ſic ex iure orto, viuente ſuo auctore.

Et fuit ex aduerſo oppoſitum de defectu iuris agentis, & de ſolutione, ac implemento ſecuto, & in ſubſidium fuit petita reſtitutio in integrum, ex capite minoris ætatis.

1 Primum deducebatur ex recepta opinione, † qđ caducitas ita demum iocurratur, ſi Dominus voluerit, l. j. & ibi Bart. & alij per illum textum, C. de iure emphytheu. cap. potuit, vbi Abbas, & alij in vltimo nota. locati. Rota Bononien. deciſ. 37. nu. 15. Ronchagal. in l. 2. num. 14. & ſeq. ff. de duob. reis, latiſſime Tiraqu. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur, nu. 10. & ſeq. mulris, C. de reuoca dona.

Quæ quidem voluntas expellendi conditio cum non extiterit in vita prædeceſſoris, & ſic pœna adhuc non commiſſa, ſed committenda veniebat, noo poteſt per ſucceſſorem intentari † exem-
2 plo donationis reuocabilis ex capite iogratitudinis, quod licet competat dooatori, non tamen datur eius heredi, & ſucceſſori, l. fin. C. de reuocand. donation. & quaſi beneficium perſonale ad ſucceſſores non tranſit Cuman. cooſilio 164. Sozi. conſilio 66. numero 19. libro 3. Rolaod. conſil. 100. nu-
3 mero 73. libro 4. † quemadmodum dicitur de feodo non auferendo filijs propter fellonſam patris, contra patrem non intentato, Bal. io d. l. fi. circa fi. C. de reuocand. dooatioo. Redoan. de rebus Eccleſię noo alien. in capitulo de caducitate verſicul. in qua quidem, cau. 532. Caſſiodo, deciſio. ſecunda, tertia, quarta, de locatione, & eſt communis opinio teſte Burſat. in conſil. 91. oum. 18. vbi alios refert, & conſil. 37. in fine, & dicit in propoſito notāter Bero.
4 conſilio 49. oum. 14. & ſeq. libro 3. † quod caducitas iſta tanquam legalis pœna re iotegra non tranſit contra hæredes, & eſt ratio prædictorum, quia Dominus tacendo videtur caducitatem remiſiſſe, & coodooaſſe. Imol. io capitulo fi. columna 6. de donatio. & ibi Barba. colum. 5. Iaſ. in l. omnimodo, C. de inofficio. teſtamen. Bald. in d. l. fi. de reuocand. do-
5 nation. & ibi Rip. q. 51. & quæſt. 64. † quæ communis opinio procedit data ſcientia aoctoris, & prædeceſſoris de caducitate incurſa, vt io prædictis locis, quæ in dubio non pręſumitur. Burſat. d. conſi. 37. in fine, ſcientia autem io auctore moderni Rectoris probātor per teſtes eiuſdem domini rectoris, dum depoount prædeceſſorem recuſaſſe canonem, quia nolebat offerentes habere amplius in emphytheutas propter ceſſationem ſolutionis.

Secundum vero probare conabatur excipiens per apocas de recepto manu fratrum Germaoorū dicti Domini Rectoris, qui & ſi non doceant de mandato, & coniunctæ perſonæ non rectè ſoluatur, Specul. de coniuncta perſona, verſicu. item coniuncta, tamē cum per tres teſtes conſtet dictum rectorem ſolitum pati, quod eius iotroitus, & ceoſus, ac canooes exigerentur per dictos ſuos fratres, & non
6 contradicebat, † videtur tacite mandaſſe, quod exigerent, & talibus ſoluentes liberantur, vt io puncto firmat Guid. Papæ, quæſt. 173. vel ſaltem iuſtā cauſam prębuit de recte ſoluendo ſaltem ad effectum
7 euitaodæ caducitatis † a qua quęlibet cauſa (& ſi leuis) excuſat. Bero. conſi. 98. oum. 21. & 151. num. 8.
8 & num. 10. & 149. num. 13. libro primo. † Agens eoim ad caducitatem tractat de pœoa, & ſic de lucro captando, & conuentus de damoo vitando, cui magis eſt in dubio fauendum. l. fi. C. de codic. Alex. conſi. 169. num. 14. lib. 2. Fely. in cap. dilecti filij, de exceptio.

Quibus teſtibus non videtor de fide minuendū, quod ſint fratres dicti Rectoris, quia de ſe aggrauādo tractaot potius, quam exonerando, & quantumcunque contractus emphyteuſis requirat ſcriptu-
9 ram, † canoois tamen ſolutio poteſt probari per teſtes. Afflic. deciſ. 13. nu. 16.

In contrarium replicabatur, quod ſtante ceſſatione ſolutionis canonis per quinquennium in vita auctoris, contingente, & ſtaote declaratione facta per prædeceſſorem recuſantem recipere caoonem, quia iotendebat bona incidiſſe in commiſſum, ob defectum ſolutionis, vtique non erat ſatis probabilis dubitatio, quin ſucceſſor agere poſſet ad dicta bona, quia ceſſant rationes, & præſumptæ remiſſiones, & condooationes caducitatis, io quibus fundatur contraria ſententia, & tanquam re oon integra, iſta pœna traoſit contra hæredes, & ad ſucceſſores tranſmittitur ex ſola commioatione, & conqueſtione de reuocando, & habendo pro caducata, ad
10 inſtar qoerelæ, de inofficioſo teſtamento, † quæ etiam non præparata tranſmittitur. Rip. in l. fi. q. 62. C. de reuocan. dooation. ex qua declaratione facta, noo expectanda erat alia ſeotentia declaratoria ſuper contrauentione, & emphyteuta diceie-
11 tur priuatus ſuo iure, † quaſi ſufficiat declaratio ſecundum Deci. cooſi. 146. col. 4. in prin. vbi de communi opinione teſtatur, licet de veriori, & magis communi contraria affirmet Roochagal. in l. 2. nu. 34. ff. de duo. reis, præterquam, quod nō defuerunt, qui dixerint noo ſatis eſſe conqueri, & declara-
12 re voluotatem ſuam, niſi † petat iudicialiter, vt per

per Bart.in l.fi. C. de reuoca. donatiõne.tradit Bero.
conſil.49.num.15.lib.4.alias ſola voluntas,quę lon
ge diſtat a facto,non ſufficit.

Quibus ſtantibus, non obſtaret allegata ſolutio
canonis, & per receptiones fratrum dicti Domini
23 Rectoris deducta, † quia vltra,quod non probetur
per dictos teſtes de facto proprio deponentes Ay-
mo.conſi.73. colum.7.& conſi.178.colum.3.Boet.
deciſ.221.circa finem, Riminal.conſi.65.colum.2.
lib. 2. non releuat ſoluentem ex alio,quia non facta
Domini Rectori, nec alicui legitimam perſonam
24 recipiendi habenti, † nec ideo, quod coniunctæ
perſonæ ſolutum ſit ſoluens liberatur. Specul. de
coniuncta perſona verſiculo,Item coniuncta, &c.&
ſic cum non fuerit liberatus, pro non ſoluente re-
25 putatur, quia † ſoluens ſcienter, vel ignoranter,
non habenti mandatum non liberatur. Barto in l.ſi
procuratori, ff. de condictione ob cau. cap. ea te,&
26 ibi Abb. not. de iureiurando, ita vt † nec ſoluens
patri debitum filij liberationem conſequatur.Emi-
lia.conſi.36.in fi.

Quæ aſſerta ſolutio redditur ſuſpecta ex alio, quia per teſtes Domini Rectoris probatur, quod eius prędeceſſor, offerentibus dictis reis conuentis ſolutionem canonis recuſauit recipere, quia intendebat rem cecidiſſe in commiſſum, vnde ſolutio alteri facta, dici debet ſubdola, & captioſa, ita vt craſſa nimis videretur ignorantia immo procurata,ſoluentis ne dum illi,qui ius exigendi non habebat, ſub pręteatu credulitatis,ſed contra expreſſam voluntatem principalis, qui ad ſoluendum eos non admiſit.

Domini videntes ſolutionis exceptionem non probatam, & indeciſum relinquentes pro nunc articulum illum de ſucceſſore,an poſſit agere ex caducitate incurſa tempore ſui prædeceſſoris, reſtituentes in primis in integrum reos conuentos aduerſus ſolutiones omiſſas, dixerunt petita per actorem fieri non debere,præterquam reſpectu canonis decurſi poſt mortem rectoris, & a die adeptæ poſſeſſionis dictæ eccleſię,& in reliquis abſoluerunt conuentos a petitis,&c.

Minor enim ætas reorum, & læſio concurrebat,
27 † & hæc ſunt ſatis regularia ad obtinendam reſti-
tutionem in integrum, ſecundum tradita per Do-
ctores in l. nam vt poſtea, §. ſi minor, ff.de rure iu-
ran.&c.

28 De minoritate conſtabat † per dationem curato
ris,cuius interuentu,ſe rei defendebant. Ruy.conſi.
200.num.j.lib.j.& conſi. 19.num.6.lib.4.

29 De læſione ſimiliter non ambigebatur,† abſque
alia probatione, bis facienda iuſta notata per Bart.
in dicta §. ſi minor, numero ſeptimo,& Bal.colum.
fi.cum concordant.per Olaſeb.deciſio. 157.nume-
20 ro 13. eo enim ipſo, † quod minor permittit labi
biennium,& non ſoluat canonem, probatur læſio,
quia incidit in pœnam caducitatis, & ſic ex omiſ-
ſione ſequitur damnum reipſa per lapſum tempo-
ris, & hęc læſio ex omiſſa ſolutione per bien-
nium, cum ſit notoria, non eget alia probatione,
maxime cum minor tractet de damno vitando ad
nota. poſt relatos per Anton. Gab. de minori.con-
cluſ.j.num.3. & concluſ.3. numero ſecundo,& ple-
nius per Redoa.in tracta. de rebus eccleſię non alie
nan. verſiculo, ſed eſt videndum car. 486. & 487.
poſt Specul.de reſtitut.in integrum,§.2. nume.35.
verſiculo illud quoque, & Collecta. in capi.auditis
extra eod.tit.

21 Nec † obſtat defectus mandati ſpecialis ad pe-
tendam reſtitutionem in integrum requiſiti, vt ex
communi opinio.tradit Rolan. a Valle,conſilio 26.
numero j. libro 2. Mauriti.de reſtitut.in inte.capit.
23.& 24.

Condemnati fuerunt rei conuenti ad canones de
22 curſos poſt mortem prędecedentis Rectoris,† quia
de præteritis decurſis in vita prædeceſſoris, ad eius
hæredes quoſcunque pertinent, ſaltem ex conſue-
tudine,vt per Nicol. de Vbald. in tracta.de ſucceſſ.
clericorum ſæcula.in fi. Thom. 11. & per Couarru.
varia.reſolu.libro primo,capitulo 15.numero 12.&
in cap.cum in officijs, de teſtamen. Redoa.de rebus
eccleſię, non alienan.in j. quæſt.an prælat.poſſit di-
ſponere de rebus eccleſiæ,verſi. in hac igitur mate-
ria num.5.car.195.

Quia procedit ſi principaliter petatur reſtitutio,ſecus ſi incidenter,vt hic,dum petitur per viam exceptionis, quia hic ſufficit generale mandatum. Bellame.in cap.ſuſcitabatur,num.14.de reſtitut.in integrum. Miſinge. centu. 4. obſeruat. 18. Bero.q. 81.num.11.& conſi. 129.num. 3. lib.3. Egid Bellame.deciſ.502. Bart.in l.illud,§.ſi talis, ff.de minori. Mauri.d.tract. cap.22. & in deciſione mea Lucana. 67.nu.12.& ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Donatio excedens ſummam 500.aureorum non inſinuata non tenet.*
Item facta filiæ in poteſtate conſtitutæ eſt nulla.
2 *Donatio laborans dupliti defectu eſt nulla.*
3 *Vocati copulatiue,an ordine ſucceſſiuo, vel ſimul ſuccedere debeant.*
Nominati copulatiue, an vi copulæ omnes ſimul admittantur,vel ordine ſucceſſiuo.
4 *Nomen filiorum eſt nomen collectiuum.*
Filiorum nomen eſt collectiuum plurium perſonarum eũdem gradum ſubſtinentium.
Et differt ab alijs collectiuis nominibus veluti liberorũ, familiæ,& ſimilium.
5 *Familiæ nomen collectiuum plurium plures gradus perſonarum continent.*
Collectiua nominã,& ſi conueniant in continendo plures perſonas, non tamen continent ſemper eas vti vnius gradus repræſentatiuas.
6 *Fideicommiſſum, an inducatur in contractibus, & per actus inter viuos.*
7 *Dominium ſine traditione ſecundis donatarijs,an transferatur.*
8 *L. quoties, C. de donat. quæ ſub modo quomodo procedat.*
9 *Translatio dominij per viam contractus, an impediatur.*

9 *Dominium ipſo iure transferri in contractibus, an impediatur.*
10 *Filiorum appellatione propriè veniunt ex viro, & vxore nati.*
11 *Verborum proprietas attendenda.*
12 *Filiorum appellatione, an veniant nepotes.*
Nepotes, an veniant filiorum appellatione.
13 *Subſtitutio vulgaris eſt eius natura, vt admiſſis filijs alij excludantur.*
14 *Poſiti in conditione, an dicantur vocati.*
15 *Coniecturarum certa regula dari non poteſt.*
16 *Reciprocum fideicommiſſum niſi tribus concurrentibus non dicitur inductum.*

ARGVMENTVM.

De materia l. quoties. C. de dona. quæ ſub modo, & an appellatione filiorum veniant nepotes, & an ad ſecundos donatarios transferatur dominium ſine traditione.

DECISIO LXXI.

DONAVERAT Petrus del Buglia Dominæ Catherinæ filiæ, & eiuſdem D. Catherinæ filijs, quædam bona ſtabilia, & poſt mortem omniom vocauit eccleſiam, quibus impoſuit onus ſoluendi æs alienum per ipſum contractum.

Antonius, & alij D. Catherinæ nepotes & pronepotes egerunt aduerſus Hieronymum, & Franciſcũ poſſeſſores dd. bonorum vigore dictæ donatio-
1 nis, quæ forte erat nulla, † quia non iurata, excedens ſummam 500. ſcut. & non inſinuata. l. ſancimus, C. de donatio. & facta filiæ ſub poteſtate donantis conſtitutæ, l. donationes, C. de donat. int. vir.
2 & vxo. † & ſtante hoc duplici defectu donationem non ſubſiſtere, dicit gloſſ. in l. donationes, in verbo confirmari, & ibi Salycet. Iaſ in l. prima, §. ſed ſi mihi, de verborum obliga. Pariſ. conſi. 16. nu. 23. lib. j. Sozin. in puncto, conſi. 115. nu. 2. lib. 4. Caſſane. conſilio 7. nu. 23. vbi reſpondit Aretino contrarium tenenti, in conſi. 17.

Vel ſi valeat, ſaltem reſpectu filiorum tenebit,
3 qui † licet vi copulatæ orationis eodem tempore cum matre vocati videri poſſint ad l. reos, ff. de duo. reis, l. ſi hæredi. de condit. & demonſtra. l. Gallus §. quidam recte, vbi no. omnes. de libe. & poſthu. & in l. ſi duobus, de legat. j. Ange. conſilio 285. etiam ſi aliqua affectionis ratio cõſideraretur, quoad ordinem ſucceſſionis, quicquid ſenſerit Bart. a quo diſſentit Bal. Imol. Caſtrenſ. & alij communiter, vt inquit Iaſ. in d. §. quidam rectè, num. 18. ex inſtituendi tamen neceſſitate cauſatiua præter affectionis nomen, ordine ſucceſſiuo hoc caſu inuitati cenſentur, ad gloſſ. receptam in dicto § quidam, quam ibi ſequuntur Odofre. Rayn. Barto. Bal. Alberi. Nicol. de Neap. Cuma. Alexand. & licet in vtranque partem diſputari poſſit, non tamen credidimus ius ſta-
4 re pro actoribus, quoniã etiam † nomen filiorum collectiuum, quod plurium perſonarum eundem gradum obtinentium eſt compræhenſiuum, Bar. in l. re coniuncti, num. 2. de legat. 3. Sozin. conſil. 113.
5 num. 3. lib. j. † ab alijs collectiuis verbis familiæ liberorum, & ſimillium differt, quorum eſt complecti plures gradus perſonarum, Sozin. d. conſil. 113.
6 numero. 2. Conſtituique † fideicommiſſum in contractibus inter viuos valeat, ſecundum Oldr. conſi. 139. Deci. conſ. 43. & 239. Aymo. conſi. 19. num. 8. Sozin. Iuni. conſi. 118. num. 8. lib. 2. & eſt magis cõmunis opin. vt teſtatur Marza. de fideicommiſſ. q. 2. licet multos habeat contradictores, vt fuit Alex. & alij, in l. qui Romæ. §. cohæredes. de verbo. oblig. Fulgo. conſi. 73. col. 4. Ruyn. conſi. 7. num. 14. lib. 3. Deci. conſil. 488. num. 17. & 613. num. 2. Menochi. conſi. 85. num. 28.

Et ſiue velimus petitionem actorum pertinere ad rei vendicationem, ſiue ad hypothecariam, ſiue ad Saluianum interdictum, in neutro procedet.

Nam ſi rei vendicatio ſit inſtituta, & tunc reddi-
7 tur vana; nam & ſi quibuſdã placuit, † quod ad ſecundos donatarios fauore exercentis liberalitatem dominium ſine traditione transferatur. Specul. de loca. §. nunc aliqua. Deci. in l. traditionibus, colum. 2. C. de pact. & in conſil. 239. colum. penul. & 468. num. 28 & 498. num. 19. Aymo. conſil. 19. Oſaſch. deciſ. 83. contrarium tamen etiam non obſtante conſtituto, quod vix perſonalis competat, colligi-
8 tur ex l. quoties. C. de donatio. quæ ſub mod. † vbi dicitur dari condictionem ex lege, & ſic perſonalẽ contra primum, non contra tertium poſſeſſorem ſecundum Salycet. ibi & alios Bertran. conſil. 135. 216. 376. & 285. lib. j. Bellame. conſilio 39. Sozin. 236. lib. 2. Corne. conſil. 173. libro 2. & quod fuit attendendum, ita fuit deciſum in conſi. Gratianopol. per Guid. Papæ, queſt. 512. Tiraquel. de conſti. poſſeſ. tertia ampliatio. ſecunda par. Couarru. variarum reſolu. lib. j. capit. 14. num. 2. & ſequen. & ita alias dicitur tenuiſſe hanc Rotam 1578. in cauſa Landina, & ſequitur Alcia. conſi. 99. num. 10. qui dicit idẽ tenuiſſe in d. l. traditionibus in fi. & manifeſtius cõ-
9 ſtat, quia niſi multa concurrant, † translatio dominij nequit impediri per contractum. Bart. in l. ſi ita ſtipulatus. §. ex lege, de verb. oblig. Doctores in l. filiusfa. §. diui, de legat. j. Ruy. conſi. 214. num. 7. lib. j. Soz. conſi. 115. lib 4.

Si vero interdictum Saluianum, eſt pariter ſuccumbendum, quia non fuerunt vocati deſcendentes vltra filios D. Catherinæ, ſed ipſa tantum & fi-
10 lij † quorum appellatione ex proprietate ſermonis veniunt, qui ex viro, & vxore naſcuntur. l. filium. ff. de his, qui ſui, vel alien. iur. Sozin. Iuni. conſil. 108. num. 18 lib. j. vbi dicit deſcendentes regulariter nõ contineri, tametſi ex coniecturis, an comprænhendãtur nepotes, dubia ſit quæſtio.

Neque hic aderant aliquæ coniecturæ, quæ nos
11 a proprietate verborum auerterent, † vt neceſ-
ſariæ

Digitized by Google

ſariæ fuiſſent ſecundum Iaſ.conſ.52.nu.5.lib ..

Et licet aliqui vim faciant an ſimus in materia fauorabili, vel odioſa & præſertim donationis Sozin.Iuni.in conſil.114.lib. 3.uero.conſil. 121.lib.
22 1. †Tamen in quacunque materia ſimus non poſſunt dici vocati nepotes filiorum appellatione,cũ fuerit pura diſpoſitio,& in filijs primi gradus ſortita ſit effectum,Doctor. communiter in l.Gallus. §.inſtitutus,de libe.& poſthum.Deci.conſil. 95. & 208.Gozad conſilio 36.nume.6.

Et quando diſpoſitio de filijs loquens ad nepotes trahenda foret, eſſet reſtringenda ad nepotes natos,& conceptos tempore exiſtentis conditionis. l.interuenit,de legat. præſtan. Alexan.conſil. 219. nume.4.lib.2.& nume. 284.lib.3.Deci. conſil. 38. nume.4.& 217.nume. 2. Soz.conſil. 113. nume. 5. lib.3.& in l.ſi cognatis, nume. 27.de condit. & demonſtra.

Niſi alia verba adeſſent,quæ ex mente diſponẽtis tractum haberent in futurum.Sozin.in d.loco, & conſil.10.nume.13.& ita reſpondit Ruyn. conſil.89.numero 27.& conſil.100.nume.5.lib.2.Soz. Iuni.conſil.174.nu.28.lib.2.Iacob.Mandel.conſil. 106.num.5.Pet.Anguſclol.conſi.67.nu.5.Hieron. Gab.conſil. 130. numero 7. & 9. Menochi.conſil. 324.nume.3.& firmat Cagno.in l.fin.num.235.C. de pact.

At hic diſpoſitio non fuit concepta ſub aliquo futuro euẽtu,qui expectari deberet,quo caſu incertum ſit an filij, vel nepotes, vel deſcendentes reperiantur.doc.d.§. inſtituens,præſertim Im. & Iaſ. in l.emancipati. C.de collatio.Alcia. conſil.526 & ſic exiſtimauimus non fore vocatos deſcendentes omiſſo vſu loquendi,quod aliter vocentur filij,aliter nuncupentur nepotes, Decia.conſi.47.n. 13.lib.3. Noni.conſil.33.nu. 16 & omiſſa etiam alia diſtinctione inter contractus, & vltimas voluntates ſeu inter diſpoſitionem hominis ſeu legis, de quibus Barto.in l.liberorum,de verbo.ſignifi.Gozad.d.cõſ. 36.Noni.d.conſi.33.Decia.d.conſil 47.

In ſumma niſi coniecturę concurrãt detrahẽdo futurũ, ſimplex prolatio verbi filiorum nõ cõprehendit nepotes,quando diſpoſitiue loquamur,licet aliter forſan,quando ſub cõditione de eis fiat mentio.Alex.conſil.1.& ibi addentes,& dato, quod latius pateret verbum filiorum,non tamẽ cenſentur vocati deſcẽdentes,& nepotes,niſi per vulgarem,ad
23 dentes ad d.conſil.1.Alexand. † & vulgaris eſt eius naturæ,vt admiſſis filijs alij excludantur.Cuma.in l.Gallus.§.cum quidam de libe.& poſthu.Alex.conſil.1.& 13.lib.4.

Nec opus fuit aggredi vulgarem illam quæſt.de
24 poſitis in conditione an cenſeantur vocati, † quæ egeret imperiali deciſione,Sylua.conſil. 53.nume. 1.&, quæ hodie Florentiæ eſt canonizata,quod nõ dicantur vocati,niſi aliter ex coniecturis appareat.
25 Iuli.Clar.§.teſtamentum,quæſt.76.& 77.† in qua quidem materia coniecturarum non modica inter doctores eſt diſſentio,cum alij leues coniecturas ſufficere affirment.Corne.conſi.97.nume.19.libro.1. Pariſ.conſil.6.num.3.lib.3.Sozin.Iuni.conſi.174. lib.2.Cephal.conſil.251.num.74.

Alij vero graues oportere contendant,Corne. ſibi contrarius conſil.118.nume. 13. lib. 1. Pariſi. conſil.17.num.18.lib.2.Torniel.inter conſilia Portij.43.nume.12.Rolan.conſil.51.nume. 12.lib.3. Quia hic nulla coniectura aderat, & ſola oneratio ſeu grauamen non ſufficit,vt per Clar.d.quęſt. 76. & 77.

Quaſi aliquo caſu hic dici poſſent vocati, id forte eſſet actiue,non paſſiue,cum in caſu iſto deficiat ternarius numerus, videlicet, quod vltimo morienti, quod in tota hæreditate,& quod expreſſe vo-
16 cati,† ſine quibus non inducitur reciprocum fideicommiſſum.Iaſ.conſi.143.nume.4.libro 2. Ruyn. conſil.119.num.3.lib.2.Sozin.conſil.176.numero 17.libro 2. Menochi.conſil.85.num 41.Couar. in cap.Raynutius.§.8.extra de teſtamentis.

S V M M A R I V M.

1 *Prohibitio extra familiam inducit fideicommiſſum.*
2 *Familiæ fideicommiſſo facto, ſucceditur ordine ſucceſſiuo.*
Fideicommiſſum familiæ factum importat ordinem ſucceſſiuum.
3 *Teſtator præſumitur cum iuris diſpoſitione ſe conformare.*
4 *Alienatio contra prohibitionem in vita alienantis tantum tenet.*
5 *Omne dictio iſta nihil excludit.*
6 *Teſtatoris bona, quæ dicantur eſſe bona teſtatoris, ea eſſe dicuntur quæ mortis tempore poſſidebat.*
7 *Teſtator poteſt diſponere de bonis hæredis.*
8 *Alienatio prohibita, ſi inter eos de familia ſit conceſſa non regulatur ſecundum fideicommiſſum familiæ factum.*

ARGVMENTVM.

De alienatione generaliter prohibita, permiſſa tamen inter ipſos de familia, & qualiter d. alienatio fieri poſſe dicatur, videlicet, an ordine ſucceſſiuo, vel ad libitum inter eos.

DECISIO LXXII.

SER. Andreas de Philotomolis condito teſtamento ſuos hæredes inſtituit Philippum, Romulum, Carolum, Alemanum, & Iacobum eius pronepotes cum prohibitione alienandi quomodocunque, quos inuicem ſubſtituit vulgar. pupillar.& per fideicommiſſum.

Prohibitio autem fuit facta d hæredibus, & cuilibet eorũ, & eorũ filijs,& cuilibet eorũ filijs,& deſcendẽtibus maſculis,quia voluit eius bona immobilia remanere ſemper in familia dd. hæredum, & filiorum,

Google

redes.de verb.oblig.& in puncto.Ruin.conſil.114. num.9.lib.2.& per Tiraq.de retra.cóſangni.§.11. gloſ.6.num.78.9a

Et hęc ſententia magis placuit,&c.

SVMMARIVM.

1 *Princeps ſolus poteſt ius quæſitum ex ſententia per ſuũ reſcriptum auferre.*
2 *Poſiti in conditione an dicantur vocati, articulus eſt multum controuerſus.*
3 *Et egeret imperiali deciſione.*
4 *Poſiti in conditione non dicuntur vocati ſecundum communem opinionem et canonizatã Florentiæ, niſi aliter de coniecturata mente teſtatoris conuincatur.*
5 *Coniecturarum fideicommiſſi certa regula tradi non poteſt.*
6 *Digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum, an ſit ſufficiens coniectura ad fideicommiſſum ad hoc, vt poſiti in conditione cenſeantur vocati.*
7 *Clauſula ſi ſine liberis intelligitur de filijs maſculis.*
8 *Maſculinitas, & maſculinitatis mentio, quando agitur de coniecturis ad inducendum fideicommiſſum ad hoc, vt poſiti in conditione dicantur vocati, oportet vt ſit expreſſe expreſſa.*
9 *Legitimati dicuntur legitimi.*

ARGVMENTVM.

Poſiti in conditione, an dicantur vocati, &
De coniecturis inducentibus fideicõmiſſum.

DECISIO LXXIII.

1 EX principis teſcripto, † qui poteſt ex ſententia ius quæſitum tollere, Phil.Franc.in cap.ſua nobis, num.15.de appellat.fuit nobis commiſſa cauſa per viam reuiſionis, quæ inter fiſcum, & Horatium de Mazzettis vertebat.

Caſus talis erat, Dominicus de Mazzettis hæredem ſibi inſtituerat Michaelem, ex filio nepotem, cui decedenti ſine filijs legi. & naturalibus ſubſtituit filias fœminas proprias, & præmortuarum filiarum filias, & filiam Vincẽtij præmortui alterius filij d.teſtatoris, & cuilibet earum ſubſtituit maſculos, vel fœminas, grauando ſubſtitutas, vt decedentes ſine filijs reſtituant ſuperuiuentibus.

Michael adita hæreditate, & genito Horatio filio commiſit homicidium, & ſic aperta fuit via fiſco, ad incorporationem bonorum.

Quærebatur, an extaret fideicommiſſum ad fauorem Horatij in conditione poſiti, ita quod d. bona, vti fideicommiſſo ſuppoſita veniant reſtituẽda d.Horatio poſt mortem naturalem d. Michaelis.

2 Et re vera † articulus eſt multum controuerſus per ſcribentes ex vulgata gloſella in l.Lucius, la ſecunda. ff.de hæredi. inſtitu. quæ ſicut non caret cõtradictoribus non vulgaribus, ita etiam non pauci ſequaces deſunt, quorum originarius fuit Old. in cóſ.21. a pluribus gregatim ſecutus, ita quod quaſi in multam meſſem, & vaſtam gurgitem appareant operarij multi, & denſiſſimi nantes.

Nos autem in hoc iuris pelago rectè factam putauimus, ſi omiſſa fimbriarum dilatatione paucis agendo animi noſtri motiua enunciaremus hoc præmiſſo, videlicet.

3 Quod † articulus iſte, qui re vera imperiali deciſione egeret, teſte Sylua.in conſ.53.& prout nouiſſime Romæ ex decreto apoſtolico factũ audimus, in hac alma Rota frequentius receptus fuit, & ca-
4 nonizatus ſecundum opinionem gloſſ. quod † poſiti in conditione non cenſeantur vocati, quod etiã magis communiter de iure teneri affirmat Clar. in §.teſtamentum, q.77.in fi. niſi aliter de mente teſtantis ex coniecturis colligatur.

5 Coniecturarum autem † certam regulam tradi poſſe omnes negant, ſed iudicis arbitrio relinquendum affirmãt, & ſi de coniecturarum qualitatibus, inter ſe parum conueniũt, alijs leuiores ſufficere aſſerẽtibus, alijs quoque graues eſſe debere comprobantibus, vt patet ex Corne.in conſ.97.nu 9.lib.1. & Pariſ.conſi.6.num.3.lib.1. qui parum in hoc ſibi conſtantes fuere, cum ille in conſi.118.num.13. lib.1.iſte vero in conſi.17.num.18.lib.2.contrariũ eius, quod in priori loco voluerunt, aſſeuerarunt, videlicet, graues requiri, nec leues ſufficere.

His præmiſſis, diximus, Horatium non debere dici vocatum, & fideicommiſſum non extare; quia conſiderato themate,

Et omnibus ferè motiuis in hac Rota hactenus editis ſuper eodem articulo, quæ non niſi ex cõcurſu plurium coniecturarum ab opinione d.gloſſ.receſſit, vnquam, comperimus nullum hoc leuiorem, nudioremque caſum, ac coniecturarum præſidio magis deſtitutum eueniſſe.

Nam repetendo omnes coniecturas quas ſcribentes, vt plurimum in hac materia perpendunt, earum quidem hic nulla alia præter digreſſionem ad plures gradus ſubſtitutionum accõmodabatur.

Non agnationis, non cippi, non familiæ mẽtio, non maſculinitatis conſideratio.

6 Sola igitur videbatur adeſſe † digreſſio prædicta, quæ & ſi non ſit negligenda maxime, quando fieret inter deſcendentes, non autem inter collaterales, Alex.conſi.64.in fi.lib.5. tamen non erat hic potens de per ſe ad præſumendum inductum fore fideicommiſſum, quicquid aliter ſenſerit Anch. in conſil.74. qui tamquam periculoſus, & in ſua opinione fantaſticus, vt inquit Soz.conſi.118.nu.16. lib.1.Alcia.conſi.89.lib.9 num.5. reprobatur communiter, teſte Rip.in l.cẽturio, num.165. ff.de vulga.& pupilla.Iuli.Clar.pro concluſ.d.§. teſtamẽtũ, quæſtio.79. In qua digreſſione nullus delectus, ſeu affectio maſculorum familiæ, ſeu agnationis, aut ordo fuit conſideratos, ſed confuſe, & indifferenter tam maſculi, quam fœminæ ſubſtitutæ ſunt.

Et quamuis aliqui conarentur hanc digreſſio-
nis coniecturam cum adminiculo maſculinitatis
7 adiuuare, eam deducendo ex illis verbis † ſi ſine
liberis deceſſerit, &c. quæ verba iuris interpretatio
ne intelliguntur de filijs maſculis. l. cum auus, cum
ibi nota. de condit. & demonſtra. hoc tamen nó fuit
attendendum in materia eliciendarum coniectura
tum ad effectum prædictum.

Quia Doctores dum in hac materia de maſculi-
8 nitate loquuntur, † ſemper præſupponunt, quod
maſculinitas ſit expreſſe expreſſa, non autem taci-
te ſubintellecta, quia eſt qualitas præſumpta, & ta-
cite ineſt, non autem ex neceſſitate, ſed ex volunta-
te, quæ ſi exprimatur pluſquam tacita operabitur.
l. ſi in diem. §. fi. & l. ſi ita expreſſim. ff. de cond. & de
mon. alias dicentur poſiti in conditione tanquam
filij, non tanquam maſculi.

Ponderabatur etiam, quod is fuerit poſitus in
conditione ſub qualitate legitimi, & naturalis ex
ſe nati, quo caſu videbatur vocatus per fideicom-
miſſum, & allegabatur ad hoc Soz. iuni. conſi. 147.
num. 39. lib. 3. cum alijs quorum meminit Manti-
ca. de coniectu. vltima. volunta. lib. 11. tit. 3. num. 7.

Sed hæc conſideratio non procedebat in caſu
iſto, cum Doctores loquátur ſub longe diuerſa qua
litate, videlicet, ſub commemoratione legitimi ma
trimonij, & ex legitimo matrimonio naſcituri, &
ita procedat coniectura ad excludendum legitima-
tum: at hic nominantur filij ſub qualitate legitimi,
& naturales, quo caſu non eſt expeditum, quod cũ
9 illis non concurrant legitimati, † qui legitimi di-
cuntur, vt tradit Deci. in conſi. 175. licet ibi in ma-
teria ſtatuti teneat contrarium, & tradit Pariſ. con-
ſi. 1. col. 1. lib. 2. Marzari. de fideicom. q. 20.

Adducebant alij pro coniectura, quod is eſſet de
deſcendentibus teſtatoris, ſed hoc non vrgebat,
quia hoc eſt præſuppoſitũ neceſſarium, & ſine quo
quæſtio non procederet, vt dicit Iuli. Clar. in d. §. te-
ſtamentum. q. 79. in fi.

Neq; in hoc caſu inhærere potuimus voto DD.
trium in hac cauſa redditorum, quia in ſola digreſ-
ſione fundatur, & in maſculinitate, quæ re vera in-
differenter, & permiſcuè, & alternatiue cum fœmi
nis fuit adiecta, non autem ex profeſſo, & cum mi-
ſterio, vltra, quod hæc Rota conſueuit vix conten-
tari de concurſu duarum, vel trium coniecturarũ.

Et iidem DD. tres (inter quos aderat conſultiſſi
mus, & diſertiſſimus D. meus, Dominus Petrus
Monaldenſis nobilis Vrbeuetanus,) in fortioribus
terminis, & in concurſu plurium coniecturarũ in
alia cauſa contrarium tenuerũt, vt patet in eorum
motiuis ſub die 19. Aprilis 1568.

SVMMARIVM.

1 *Tutores ſi plures ſint, poteſt vnus prouocare alios ad di-
uiſionem adminiſtrationis tutelæ.*
2 *Diuiſio adminiſtrationis tutelæ poteſt peti, & fieri vo-
lentibus, & inuitis quoque contutoribus.*
Adminiſtrationis tutelæ diuiſio peti poteſt.
3 *Tutor durante tutela non poteſt cogi ad rationem red-
dendam: poteſt tamen compelli ad quandam extraiu
dicialem redditionem contutoribus faciendam.*
4 *Pupillo intereſt, quod bona ſua non adminiſtrentur per
plures ſed per vnum.*
*Adminiſtratio tutelæ rectius, & vtilius fit per vnum tu-
torem quam per plures.*
5 *Tutores plures ſiue omnes, ſiue vnus adminiſtret omnes
inſolidum tenentur.*
6 *Adminiſtrationis diuiſione facta, an omnes tutores re-
maneant obligati.*

ARGVMENTVM.

De pluribus tutoribus datis, & an omnes inſolidum obligẽtur, vel pro rata adminiſtrationis. Et de diuiſione adminiſtrationis tutelæ.

DECISIO LXXIIII.

IVLIVVS del Riccio condito
teſtamento tres ſuis filijs tuto-
res deputauit, & pro tempore
curatores, & omnes adminiſtra-
bant, diſſentientibus tandem
inter ſe, eorum alter, videli-
cet, Petrus Anton. Neapoli commorans, ne alieni
periculi ſuccedaneus foret, alios contutores in iudi
cium vocauit, inſtando pro diuiſione adminiſtratio
1 nis tutelæ, † quod de iure permittitur. l. 3. §. fin. ff.
de adminiſtra. tuto. & non ſolum eſt conceſſum cõ
ſentientibus contutoribus. d. §. fi. & firmat Aldo-
bran. in §. ſed ſi ex teſtamento, nu. 14. inſtit. de ſatiſ
2 da. tuto. † Sed ipſis quoque inuitis, vt no. Bar. in d.
§. fin. & ibi Alberi. & Cuma. in l. tres. ff. eo. Ioan. de
Plate. Ange. & Iaſ. in addit. ad Porti. d. §. ſi ex teſta-
mento, ita, quod ſic receptum videmus ſolo Aldo-
brandino diſcrepãte, præſertim ſi his addatur Odof
fre. in d. §. fi. & in l. 2. C. de diui. tute. dum præter di-
uiſionem, quam teſtator facit, & eam, quam ipſi tu
tores inter ſe faciunt, addit aliam, quam facit iudex
vel ſatiſdatione oblata ſolum adminiſtrare. l. teſta-
mento datos. in prin. ff. de teſta. tute. & d. §. ex teſta-
mento, & vtrobique Doct. reddita interim vtrin-
que ratione.

3 Et licet † durante tutela tutor cogi non poſſit ad
reddendam rationem tutelæ. l. actus. de adminiſtra.
tu. id tamen non intelligitur de quadam extraiudi-
ciali redditione, quam contutores inter ſe petere
poſſunt d. l. 3. §. fi. par eos, vbi gloſſ. Odoff. & alij. &
idem in curatoribus vniuerſalibus, quicquid aliter
forte ſit de ſpecialibus.

In qua quidem cauſa diuerſæ fuerunt latæ ſen-
tentiæ per eos, qui ante nos iudicauerunt, nos autẽ
eam ſecuti fuimus, qua petita per actorem fieri de-
bere declaratum fuit. Cenſentes rerum adminiſtrã
4 darum vtilitatem in eo verſari, † vt ex vnius tan-
tum adminiſtratione intereſſe pupilli magis cõſer
uetur;

uetur.d.l.3.§.apparet.& ideo diximus actorem fo-
te audiendum ſi alij contutotes magis volent ſatis
accipete, quam ſatiſdate,& adminiſtrare electione
illis tributa.

Illa enim inſtantia facta per Petrum Anto. tuto
tem,qui alternatiue dioiſionem, vel ſatiſdationem
5 propoſuit,oб videbatnt improbabilis,†proptetea,
quod iute cautũ ſit ex pluribus tutoribus cuiuſcũ-
que generis patrimonij ſint ſiue omnes admini-
ſtrent,ſiue aliqui tantum,ſiue diuiſa fuerit admini-
ſtratiu ab eis ſiue non.inſolidum eos teneri ipſo iu-
se,conuenirique poſſe.l.tres tutores.in prin. de ad-
min.tuto.l. 1.§.nunc tractemns.ff.de tute. & ratio.
diſtra.l.2.C.de diui.tutc. Boeri.deciſ.59.nu.1. Ater.
in §.Actionum,nu.37.inſti,de actio. Brogni.in tra-
cta.de tuto.num.15. & ad fauorem contutorũ qua
tuor ſunt inuenta beneficia,videlicet,ordinis,diui-
ſionis,ceſſionis & vtilis actionis adocrſus eos, qui
nihil ſolueтnnt, vt tradit Ronchagal. in l.tandem.
in prin.num.219.ff.de duob.teis.

6 Facta † autem diuiſione adminiſtrationis a te-
ſtatote, vel iudice,ſequitut eorum quemlibet non
teneri,niſi pro rata adminiſtrationis. Ronchagall.
ibidem,nu.222.Ang.conſil.92,num,2.

S V M M A R I V M.

1 *Drittura ſolui debet pro ſumma certa, alias acta cor-
ruunt.*
2 *Taxa vero de incertis.*
3 *Vbi ſit mentio de ſumma certa,licet non petita ſit, ſolui
debet drittura.*
4 *Drittura ſolui debet petito fundo ſi fiat mentio de valo-
re.*

A R G V M E N T V M.

De drittura, & taxa ſoluenda, & qualiter differant inter ſe, et de quibus ſoluatur.

D E C I S I O L X X V.

IN cauſa D. Lautæ de Canalcan-
tibus contra hæredes Antonij
del Giocondo agentis sei ven-
dicatione ad fundum dotalem,
fuit in calculo ferendæ ſenten-
tiæ oppoſitum de non ſoluta
1 drittura, † cuius omiſſio reddit omnia acta nul-
la.

Replicabat actrix ſatis eſſe fore ſolutam taxam,
2 † quia non petebat certam ſummam,ſed fundũ tra
di,& ſic factum, quod loco incerti habetur,vt in no
ua prouiſione driturę cauetur.

Et licet in libello exprimatur quãtitas 500. ſeu.
id tamen non principaliter petebatur,ſed per viam
narrationis,ſeu cauſæ a qua ius ſui crediti originẽ
ſumpſerit,nartabatur;vnde cum ſummam cõſeqoi
non intendebat,ſed fundum in dotem pro 500.ſcu-
tis datum, merito enũciatio ſummæ propter aliud
facta,noo debebat alterare naturam principalis pe
titionis.

Domini pronunciatunt actricem non eſſe audiẽ
3 dam, † quia negari non poterat, quin libellus cer-
tam ſummam continetet, videlicet, fundum ſeuto.
500.pro quibus cum nõ fuerit ſuluta drittura, ſed
taxa tanquam de incerto,merito denegata fuit au-
dientia;lex enim driturę cõſiderat ſolam cauſam,
quæ certam contineat quantitatẽ, vel ſummam ex-
4 preſſam,licet non petitam,& † ſic eum libellus cer
tnm narret fundi valorem,& ſummam certam,cõ-
tinet quantitatem, ita vt de ea ſoluenda fuiſſet
drittura.

Sicuti in ſimili ſului cõſoeuit ſi agatut ex pacto
reſolutiuo, ſeu de tetrouendendo ad fundum cet-
to precio venditum,& depoſito. Nam licet eo caſu
agatut ad fundum, ex quo tamen quantitas expri-
mitur,drittura ſului debet tanquam de re certa, &
in hoc vidimus motiua Dom. Iudicis quarterio-
rum in cauſa illorum de Trineiuallis,& practicam
& ſtillum.

Quibus accedebant alia motiua DD. trium 5.
Nouembris 1572.vbi in quodam libello vigore
ſcriptæ in libello inſertæ,fuit petitum declarari, &
condemnari queudam Lucam in id,quod actor ſe
creditorem probaſſet, & quia ſcripta continebat
certam quantitatem, & non fuit ſoluta drittura,
ſed taxa, merito fuit denegata audientia, quia
libellus per relationem ad ſcripram,certam conti-
nebat ſummam, licet poſtea factis calculis actor in
tanta ſumma vere creditor non eſſet. Lex igitur no
uę prouiſionis locum habebit in fundo petito ſine
expreſſa quantitate ſeu valore.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio ſimulata non nocet præſentibus, neque futu-
ris creditoribus.*
2 *Simulatus contractus differt a contractu in fraudem ce-
lebrato:fraus a ſimulatione differt.*
3 *Fraus propriè,quid ſit.*
4 *Fraus in dubio non præſumitur.*
5 *Fraus probanda ab allegante.*
6 *Donatio nocet regulariter futuris creditoribus.*
7 *Creditor in libris mercatorum habet tantum perſonalẽ
actionem non hypothecariam.*
8 *Fraus fit futuris quoque creditoribus.*
9 *Craditores futuri, & præteriti diſparis ſunt conditionis
in reuocando alienata in fraudem.*
10 *Fraus præſentibus. & præteritis creditoribus fit nedum
per alienationem omnium bonorum ſed etiam partis
tam ſimul quam minutatim venditæ.*
11 *Præſumptiones alienationis in fraudem multæ ſunt re-
miſſiuè.*
12 *Fraus futuris creditoribus ſecundum aliquos requirit
alienationem immediate ſequẽtẽ obligationes nouas.*
13 *Propoſitum alienandi facit reuocare alienata ante con-
tractum debitum,quemadmodum propoſitum delin
quendi.*
14 *Donatio facta de maiori parte bonorum, & coniunctæ
perſonæ*

perſonæ fraudem induci t.
15 *Proximitas ſola in donatione an inducat ſuſpitionem fraudis.*
16 *Debitor ſciens ſe habere creditores donando maiorem partem bonorum inducit fraudis ſuſpitionem.*
Donans maiorem partem bonorum ſi ſciat ſe habere creditores, dat ſuſpitionem fraudis.
17 *Niſi probabiliter credat habere in bonis, quod ſufficiant creditoribus.*
18 *Scire autem quomodo quis præſumatur ſe habere tot in bonis.*
19 *Rationes intrincans fraudis præſumptionem dat.*
20 *Fraudi non imputandum ſi quid ex intentione nõ prę ordinata ad fraudem oriatur.*
21 *Nullitas actus inducta fauore alicuius intelligitur ſemper ſi is velit.*
22 *Caducitas non incurrit per ſolam Domini voluntatem ni ſi concurrat petitio 24.*
23 *Tractantur multa quæ non fiunt.*
24 *Dominus ad declarandam caducitatem debet petere in iudicio.*
25 *Voluntas quæ colligitur ex præpatatorijs eatenus nocet quatenus actus ille ſe extendit.*
Voluntas perfecta, quæ dicatur.
26 *Donatio reuocatur per ſolum donatorem.*
27 *Donans ſi non reuocat iniuriam cenſetur remittere.*
28 *Verbum habeatur, & verbum amittat non important ipſo iure.*
29 *Quærela præparata an, & quando tranſmittatur ad hęredes.*
30 *Quærela non pręparata quando tranſmittatur.*

ARGVMENTVM.

De alienatione bonorum in fraudem creditorum præſentium, præteritorum, & futurorum facta, & qualiter fraus præſumatur in iſta materia, et an, & quomodo futuri creditores ſint diſpares conditionis cum præteritis, & præſentibus, et

De caducitate incurſa tempore autoris non attentata quod non transeat ad hæredes, & aliqua de quærela præparata, vel non præparata an transſeat ad hæredes.

DECISIO LXXVI.

EX gratioſo reſcripto ſuæ Celſitudinis fuit motum iudicium coram Rota ad inſtantiam D. Philippi de Antinoris D. Andreæ Alemanni, & ſociorum campſorum in Vrbe contra, & aduerſos D. Ioannem Arrigoccium, vti donatarium bonorum immobilium Galeotti eius fratris donantis & olim capſerij præfatorum campſorum, petentiũ pronunciari, donationem tanquam in fraudem creditorum factam, reuocandam, vel ſaltem declarari nullam propter inobſeruantiam conuentorum, & vlterius nitebantur ex diſpoſitione ſtatuti in materia ceſſantium loquentis, ibi exigere debita, & credita talium debitorum, quæ a quocunque recipere deberent ex quocũque contractu, vel obligatione, & in dictos creditores talia iura, & actiones intelligantur eſſe, & ſint ipſo iure tranſlata ſine alia ceſſione.

Et re vera prudenter, ac ſatis ſuperquæ caute tale iudicium intentatum extitit dum alteroatim, & reuocatoriam alienatorum in fraudem, & donationis nullitatem propoſuerunt, licet non inutile fuiſſet ſimulationem quoque cumulare iuxta cõſilium Ange. in §. item ſi quis, ſub nu. 11. inſtit. de actio.
1 † quia ſimulata donatio nullis præſentibus nec futuris creditoribus nocet ſecundum Bald. in rub. C. de reuo. his, quæ in frau. credi. nume 4.
2 Multum enim † intereſt inter contractũ in fraudem factum, & illum qui nullus ſit, vel ſimulatus, cum ille tanquam validus egeat reuocatoria ſententia diffinitiua, in hoc autem declaratoria requiratur, vt poſt Barto. in l. poſt contractum, nume 3. ff. de dona. tradit Bero. in conſil. 147. nume 30. lib 2. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, nume. 36. inſti. de actio. Vital. de Gamba in tracta. clauſu. in cap. de fraude, nume. 14 car. 414.

Verum multa ſeſe offerebant quæ actorum deſiderio obſtare videbantur, nam quantum ad caput
3 reuocatoriæ propter fraudem † (quæ nil aliud eſt, quam de permiſſo ad prohibitum tendens, occaſio,
4 vt inquit Bald. in l. fraus, ff. de legibus. † quæ in dubio non præſumitur. l. quoties, §. qui dolo. ff. de
5 dolo. † & ab allegante eſt probanda, Spe. de appell. §. 4. verſ. ſed ſecundum) iſti actores tanquam poſteriores creditores poſt donationem perfectã non videbãtur audiendi, vt donatarij præferantur, & in puncto allegabatur tex. in l. 1. C. de iu. fiſci, lib. 10. Vbi ad literam videtur decidi caſus iſte, per quem
6 text. Hiero. Gabri. conſil. 82. colum. 1. dicit † regulariter donationem nocere futuris creditoribus, & reſpondet Cumano qui in l. priuilegia, nume. 10. ff. de priuil. credi. voluit creditores ex titulo oneroſo præferri donatarijs, nam id loquit procedere in creditoribus non habentibus hypothecam, ſed perſonalem tantum, exemplificando de creditore ex li-
7 bris mercatorum † qui dicuntur habere tantum perſonalem, non autem hypotecariam.
8 Et quamuis † futuris quoque creditoribus fraus fiat, eiſque reuocatoria competat, auth. ſed iam neceſſe, & ibi gloſſ. C. de dona. int. vi. & vxo. Barto. in l. ait prætor. §. ita demum, ff. de his quę in frau. credi. Iaſ. in d. §. item ſi quis in fraudem, numero 62. & 64. Deci. conſil. 96. Bald. in rub. C. de reuo. ijs quæ in frau. cred. vbi ex mente Bart. dicit ſubueniri futuris creditoribus etiam beneficio vtili illius edicti, Rip. lib 3. reſponſ. cap. 8. colum. 2. licet Pet.

de Bella

de Bella Pertica, dicat nulla lege aſtringi ad ita te-
nendum, vt refert Iaſ. in præcitato loco, nu. 62. eſt
9 tamen animaduertendum † aliter prouideri futu-
ris creditoribus, (& quidem non ita largè,) & aliter
10 præteritis, & præſentibus, † nam reſpectu præſen-
tium, & præteritorum fraus committitur nedum
per alienationem omniũ bonorum, l. omnes. § Lu-
cius. ff. de his, quæ in frau. credi. ſed etiam partis, &
tam ſimul quam ſi minutatim fiat, gloſ. in l. nomẽ.
§. filio, de leg. 3. Iaſ. d. §. item ſi quis, num. 36. & 38.
Gomeſ. vari. reſolu. to. 3. cap. 14. nu. 4. & ſeq. Fran-
11 ciſ. Becci. in conſi. 72. num. 23. † & multas alias pręſumptiones
alienationis in fraudem punit Bal. in l.
j. col. fi. C. qui bo. cede. poſſ. & in l. fraus. ff. de legib.
Bar. in d. l. poſt contractum. Vitalis, vbi ſupra Iaſ. d.
§. item ſi quis. nu. 4. Gomeſ. vbi ſupra.
12 Reſpectu vero futurorum ſecundum aliquos † re-
quiritur, quod alienationem ſtatim ſequatur con-
tractus, & obligatio nouorum creditorum, vt ex
mente Petri de Bella Pertica, refert Iaſ. ſupra cita-
tus, nume. 63. quam opinionem reprobat ibi Ioan.
Fab quia ſiue incontinenti, ſiue longe poſt fiant cõ-
tractus, conſtito de fraude ſemper competit reuoca
toria futuris creditoribus, ſubdens ibi verum eſſe,
quod immediatus contractus poſt alienationem eo
ipſo in fraudem probatur factus, quod ſtatim fit, &
13 non eget alia fraudis probatione, † nam ſicut re-
uocantur alienata ante commiſſum delictum pro-
pter propoſitum retentũ de delinquendo, Bart. d. l.
poſt contractum. col. 2. ita etiam, & alienata ante
contractum debitum, ſed propoſitum contrahere,
& ideo in propoſito caſu cum non poſſit dici incon
tinenti contractum cum futuris creditoribus, quia
quadriennium præceſſerat, merito ad alias conie-
cturas recurrendum erat.
14 Et inter alias proponebatur, † quod cum dona-
tio fuiſſet facta de maiori parte bonorum donan-
tis, & coniunctæ perſonę, ſuſpicione fraudis non ca
rebat. arg. l. data. C. de dona. & l. pen. § 1. ff de bon.
liber. Bar. in d. l. poſt contractum. Rip. d. ca. 8. nu. 4.
15 Sed hæc † ſola proximitatis qualitas ſecundum
aliquos non ſufficiebat ad præſumendum fraudem
ſi non præcedat aliqua cauſa, vt placuit Dyno, &
Bar. quos refert, & ſequitur Vital. vbi ſupra, nu. 13.
Iaſ. in d. §. item ſi quis. nu. 41.
Et ideo ad aliam conuolãdo dicebant ex eo frau
16 dem colligi, † quod is ſciens ſe habere creditores
donauerit maiorem partem ſuorum bonorum. Bar.
in l. ſi quis cum haberet, ff. de his, quæ in frau.
17 Sed & hęc fraudis cõiectura remouebatur, † quia
tempore donationis non erat ęre alieno adeo gra-
uatus, quin potuiſſet ꝓbabiliter ſcire bona ſua ſuf
ficere ad ſatisfactionem creditorum, & ideo nõ præ
ſumi debet fraus in eo, qui donat aliqua, certus tã-
tum ſupereſſe, vt creditoribus poſſit eſſe conſultũ.
Bar. in d. l. ſi quis cum haberet. Hiero. Gabr. d. conſ.
82. nu. 5. Iaſ. d. §. item ſi quis, nu. 46.
18 Quomodo † autem præſumatur quis ſcire, bona
ſua ſatis eſſe pro ſatisfaciendis creditoribus, ponit
Barto in auth. ſed cum teſtator, col. 2. C. ad l. Falc. &
Iaſ. d. §. item ſi quis, nu. 48.

19 Potuiſſet † fortaſſe in iſto Capſctio fraus proba-
ri, ſi oſtenderetur eum ante donationem intricaſſe
rationes quo caſu fraus præſumitur. l. ſumma, ratio
ne. ff. de peculi.
20 Vnde † ex intentione ad fraudandum non præor
dinata, ſi quid fraudem redolens reſultet, non erit
in conſideratione habendum. Ruyn. conſ. 74. num.
14. lib. 1.
Circa ſecundum de nullitate donationis propter
inobſeruantiam pactorum, duplex obſtare videba-
tur replicatio.
Primo, quia non fuit donatarius vnquam inter-
pellatus ab homine, vel a die hominem repræſen-
tante ad ſoluendum, & ſic non fuit in mora, ſolutio
enim fructuum ex conuentione faciẽda per ipſum
donatarium, in pecunijs redigenda, & de quatrimẽ
ſtre in quatrimenſtre ſoluenda erit hic Florentiæ
donanti, vel eius mandato, vnde non tenebatur Ro
mam deſtinare, & tranſmittere pecunias, ſed dona-
tario, ſeu eius mandato hic erat exequenda, qui non
venit nec nuncium miſit, merito, &c.
Secundo, quod data nullitate donationis, id ita
21 demum procedet donatore volente; eſt † enim re-
gulare in omnibus, quæ ipſo iure fauore alicuius an
nullãtur vt id ſemper intelligatur ſi ipſe velit, & pe
tat, vt eſt videre in feudo, & emphyteoſi, quippe
enim vaſſallus, & emphytheota ita demum cadũt a
iure ſuo, ſi Dominus velit, idem de teſtamento nul
lo ratione præteritionis, & nullum ſit volente præ-
terito, quemadmodum etiam idem dicitur de ſup-
plemento legitimæ, & de compẽſatione, & alijs ple
riſque longa ſerie congeſtis per Tiraquel. in l. ſi vn
quam. in verbo reuertatur, num. to. & ſeq. C. de re-
uo. dona. Ronchag. in l. 2. num. 18. ff. de duo. reis, &
nom. 26.
At in hoc caſu nec donator ipſe, nec alius ab eo
ad dicendum de nullitate ſpecialiter conſtitutus,
comparet, merito, &c.
Et licet allegaretur donatorem quandoque co-
gitaſſe annullare dictam donationem, & cõſuluiſſe
aduocatos ſuper ea retractanda, ac conſilia plurimo
rum doctorum in id præparaſſe, non tamen ideo di
cendum videbatur declaraſſe eam velle habere pro
22 nulla, & multum diſtat voluntas a facto, † & cum
voluntate requiritur concurſus petitionis, videli-
cet, quod velit haberi pro nulla, & quod petat vt
conſiderant Doctores maxime Barto. in l. fin. in fi. &
alij quos ibi citat Rip in q. 70. ſub num. 237. C. de
23 reuo. dona. & † multa præparantur, & tractantur,
quę poſtea non deducuntur in eſſe. Deci. conſ. 463.
Natta conſ. 29. nu. 6.
Nam ad hoc, vt dicatur declaraſſe voluntatem ha
bendi rem pro caduca, non ſufficit cogitaſſe, & di-
24 xiſſe, † ſed oportet ſic fieri in iudicio inſtetiſſe, &
quod ſequatur ſententia declaratoria. Ronchagal.
in dicta l. 2. num. 34. vbi de magis communi opin.
25 † Hæc enim eſt voluntas perfecta concepta prola-
ta, & ſcripta. Boer. deciſ. 1. nu. 9. & ſeq.
Voluntas igitur illa, quæ tacite colligitur ex pręparatorijs,
eatenus nocebit, quatenus actus ille, ſe
extendit, Dec. conſ. 72. col. fi.

Ius

Digitized by Google

26 Ius† autem reuocandi donationem ſoli donatori competit. Ripa in d.l.fi.qoæſt.61.nume. 201. & in hæredem non tranſit.Rim. in §. 1. numero 50. inſti.de actio.

Maxime, quando caducitas, & nullitatis pœna non ſit incurſa ipſo iure, vt hic vbi donator in caſo non obſeruantiæ vtitur verbo, habeatur pro non facta, quod verbum non importat ipſo iure nec canonem latæ ſententiæ, ſed ferendæ, quæ enim nó ſit lata tempore donantis, quia tacuit, non tranſit ad
27 hæredes, † quia cenſetur remiſſa, vt poſt gl. & Ioã. And. in cap. 2. de confeſſ. in 6. & in cap. ſi diligenti, & ibi Abb. & Sozi. in t. notab. de fo. compe. tradit alios citans Tiraquel. in d.l. ſi vnquam. in verbo re-
28 uertatur, num. 217. † & idem de ſimili verbo, amittat, num. 153. & ſeq. ſubdens, ibi in dubio interpretationé fieri pro ferenda ſententia, non autem ipſo iure.

29 Et dato, † quod ex illa conſultatione cum aduocatis diei valeret, quodammodo præparata querela dicendi de nullitate, ita vt ſatis ſit etiam eſtraindicium comminaſſe ad hoc, vt tale ius tranſeat etiam ex ſola præparatione ad hæredes. Ripa d.l.fi.quæſt. 61. num. 208. Quod tanto magis admitti deberet ſi a non odioſa, ſed rationabili cauſa ſecundum regulas iuris reuocatio proueniat, vt eſt ob non ſer-
30 uatas conuentiones, † quo caſu etiam non præparata tranſmittitur, vt ex communi tradit Rip. in d. l. fin. quæſtio, 63. nume. 208. & quæſtio. 70. no. 236.

Tamen hęc facultas forte non competijſſet creditoribus, tum quod non ſint hæredes, tum quia in eis ſunt translata tantum iura exigendi debita, & credita ceſſantis, quorum appellatione non veniút querela inofficioſi, & ius dicendi nullum, & ſimil. quę nil commune habét cum exactione, qui enim de nullitate dicit nec exigit, nec perſonali, vel reali actione agit, nec rem perſequitur, &c.

In iſta cauſa in qua ego eram relator coram nobis fuit proceſſum vſque ad traditionem dubiorú, & ſucceſſoribus in officio decidenda remanſit.

SVMMARIVM.

1 *Maritus poteſt emere nomine vxoris.*
Maritus ſi nomine vxoris emit.
2 *Maritus emens nomine vxoris, ſi de proprio precium ſoluat, rem emptam poſſideat, & fruatur, quod vxoris nomen ſit ſimulatè appoſitum.*
3 *Emens pro ſe, & nominandis ab eo, facta nominatione, qui non ratificet, remanet dominus.*
4 *Ratificatio non operatur, vbi contradicit medius actus coniunctioni extremorum.*
5 *Soluens præſumitur de ſuo ſoluere.*
6 *Filius quicquid acquirit, acquirit patri.*
7 *Emancipatio firmat donationem filio in poteſtate factam.*
8 *Fraus committitur tam contra præſentes, quam contra futuros creditores.*
9 *Simulationis ſpecies multæ ſunt.*
10 *Simulationis exceptio in ſpecie opponenda eſt.*
11 *Simulationis cauſa alleganda.*
12 *Cauſa ſimulationis debet eſſe veriſimilis, & orta tempore contractus.*
13 *Confeſſio dicitur probatio cæteris probationibus præſtantior.*
14 *Confeſſio abſenti facta ſubſtinetur ſi fiat in iudicio calore iudicij.*
15 *Confeſſio in precibus emanata nocet.*
16 *Simulationis præſumptio ceſſat comperta veritate.*
17 *Conſtitutum tollit fraudis ſuſpicionem.*
18 *Inſinuationis defectus nocet ipſis inſinuari facere debentibus, non alijs.*
19 *Filius poteſt donare bona patris eo præſente.*
20 *Traditio ficta in donatione coniugum ſufficit.*
21 *Donatio facta ex cauſa remuneratoria non eſt propriè donatio.*
22 *Donatio remuneratoria æquiparatur contractui oneroſo.*
23 *Maritus ſi donet vxori ad finem, vt filia communis ingrediatur monaſterium, tenet donatio.*

ARGVMENTVM.

De emptione facta pro ſe, & nominandis ab eo, et an, & quando in emptione viro vxoris nomine facta, vxoris nomen cenſeatur ſimulate appoſitum.

DECISIO LXXVII.

CAROLVS de Martellis in vxoré duxerat D. Vaggiam, cum dot. ſcut. 200. & vno fractorio ad oleum, ex qua ſuſcepit filios, videlicet, Do. Florettam, & Gaſparem poſthumum, & eiuſdem Florettæ nomine emit ab Auguſtino de Martellis, quædam bona ſtabilia ſoluendo precium de proprijs ipſius emptoris pecunijs.

Idem Carolus emit ab eodem Auguſtino alia bona pro ſe, & nominandis ab eo ſoluendo de ſuo partem precij, & poſtea nominauit in emptricem D. Vaggiam vxorem.

Succeſſiue emancipauit Florettam, quæ Floretta in actu emancipationis donauit præſente, & conſentiente Carolo dicta bona ſuo nomine a patre empta D. Vaggię eius matri ſub conditione, quod teneretur ipſa D. Vaggia ſoluere monaſterio S. N. certam pecuniarum quãtitatem pro ingreſſu dictę Florettæ in eo faciendo.

Hæc eadem Do. Vaggia dum maritus eſſet ære alieno grauatus, dedit inſolutum Alemano de Pazzis creditori bona in quibus fuit in emptricem nominata.

Mortuo demum Carolo ſuperſtite Dom. Vaggia, & Gaſpare filio, Gaſpar duxit in vxorem Dom. Mariam cum dote ſcu. 1400. qui mortuus eſt relicta vxore, & filio.

Quæ

Quæ quidem D.Maria pro dotibus ſuis egit, & obtinuit tenutam in bonis prædictis tanquam de bonis Gaſparis ſui q.viri.

Huic ſe oppoſuit D.Vaggia allegando dicta bona ad ſe ſpectare tam vigore donationis, & nominationis quam hypothecę ſuarum dotium,& factis hinc inde multis oppoſitionibus,tandem res eò deducta erat,an nominatio,& donatio prædicta valeret, videlicet an illa ſimulata, & hæc nulla dici deberent,& vtranque ſimulatam, & nullam fore D. Maria contendebat.

Nam quantum attinebat ad nominationem, di-
1 cebat rem eſſe expeditam,quia † licet de iure maritus non prohibeatur emere nomine vxoris,vt dicit Fabian.de Monte in tractu.empt. & vend. 3. quæſt,
2 princi,num.19 † tamen vbi de proprio ſoluit præcium, & rei emptæ poſſeſſionem accipiat, fructus percipiat,& ad ſuum cataſtum longo tempore retineat (vt hic)concludunt doctores,quod vir in tali caſu ſibi acquirit, & quod nomen vxoris ſit ſimulate appoſitum, ita ex mente Bal. Ang. & Saly.in l.multum intereſt,& in l. quamuis, C. ſi quis alte. vel ſibi,decidit Deci.in conſil.543.colum.pen. Sozin.conſil.129.lib.4.num.12.

Et dato quod ſimulatio adeſſet,& vere nominatio vxoris facta eſſet,ex quo non fuit ratificata, dicitur inualida.

3 Nam † emens pro ſe, & nominando ab eo, facta nominatione de aliquo, qui non ratificet,nominās remanet Dominus, Deci.d.conſil.543.col.2. & Fabian.de Monte in præcitato loco.

Nec hodie locus erit ratificationi re non integra;
4 poſſedit enim interim Gaſpar † & vbi medius actus contradicit coniunctioni extremorum, ratificatio non operatur,vt inquit Bald.in l.fin.colum.1.C.ad Macedonia.& non retrotrahitur, Soz. Iuni. conſil. 77.nume.117.lib.1.

Quod autem vir de ſuo præcium ſoluerit, id patens erat tam ex inſtrumento ſic cantante quam
5 iuris pręſumptione,† cum quiſque de ſuo proprio ſemper ſoluere præſumatur, Roma.ſingu.430.Corne.conſil.327.lib.1.Ioan.de Amicis,conſil.16.nu. 9.Natta conſil.94.colum.fin.& conſil.100. colum. fin. Vel ſaltim (data validitate nominationis) dicebatur ipſam nominatam teneri ad reſtitutionem præcij per Carolū ſoluti vna cum fructibus ea ęquitate l.Curabit.de actio.empt.& cap. conqueſtus,de vſu.Couarru.lib 3.varia.reſolu.cap.4.

Quæ de plano magis procedebant in nominatio
6 ne D.Florettæ † cum ratione reſeruaus acquiſitionis in eundem patrem nominantem omnia ad eum reuertebantur, vt ne momento quidem apud filiam acquiſitio remanſerit,l. donationes quas parentes, C. de dona. int. vi. & vxo. cum concord. per Iuli. Clar.§.donatio.quæſt.8.

7 Nec † in vim emancipationis erat ſubſtentabilis,iuxta l.emācipatis,C ſi quis alt.vel ſibi, Dyn.in ſingu.178.& Pet.de Rauen.ſing.874.quia d.emancipatio erat nulla ex defectu inſinuationis,cum nō fuerit lecta in conſilio generali, iuxta ordinamenta Ciuitatis Florentię.

Et ex his concludebat actrix bona remanſiſſe ſemper domino Caroli,cui Gaſpar ſucceſſit,& tanquam bona hæreditaria ſui viri ſibi fore pro dotibus hypothecata.

Et quamuis actrix ſolum exceperit de ſimulatione nominationis, & nullitate emancipationis, in allegationibus tamen iuris nitebatur etiam in fraude, & ideo produxit multos actus contra d. Carolum factos per creditores, inferendo inde ad dd.acquiſitiones dictis nominibus factas in fraudem creditorum emanatas.

8 Nam fraus † ita committitur contra futuros quemadmodum contra præſentes creditores, quia ſufficit habere animum fraudandi, vt actus dicatur inualidus,auth. ſed iam neceſſe,C.de dona.ante nup.Angel.in conſil.84.colum.1.

His non obſtantibus DD. cenſuerunt tenutam reuocandam reſpectu bonorum,pro quibus contradixerat D. Vaggia in reliquis eidem concedendo retentionem pro ſuis dotibus.

9 Moti,quia † multæ ſunt ſimulationum ſpecies de quibus Pariſ.conſi.55.lib.1.& Albenſ.conſil.9. quarum expreſſio fieri debet ab eo qui in ſimula-
10 tione ſe fundat,cum † non ſatis ſit in genere dicere actum eſſe ſimulatum,Bart.in conſi.65.Alex.conſ. 211.lib.3.

11 Niſi † cauſam ſimulationis alleget,& probet. Albenſ.d.conſi.9.nu.7.Caſtrenſ.conſi.173.lib.2.in 1.
12 dubio.Deci.conſi.36.col.4. † eamque cauſam veram,ſeu veriſimilem, & tempore ſimulati contractus ortā,Bart.d.cōſ.65.Alex.conſi.28.nu.8.lib.5.

Vnde cum actricis intentio ea fuerit quod ſimulatio ſit ordinata in fraudem creditorum,& nullos fuiſſe,nec extare creditores probarit, aſſerta cauſæ reddebatur inanis, & vana reſpectu crediti dotalis ipſius actricis quod non erat natum nec creatum in vita Caroli,cum quo nō fuit aliquid actum,ſeu tractatum vltra quod ſicut clauus clauo truditur, ſic præſcriptio præſumptioni cedit, & veritati.

Nam Gaſpar vir actricis bis in pręcibus Sereniſſ.D.Porrectis in quibus de venditione dd. bonorum agebat,faſſus fuit illa bona fore materna, & tanquam materna alienare ſatagebat.

13 Quæ † confeſſio cæteris probationibus pręſtan-
14 tior,Aymo.conſi.61.nu.3. † ſi ſit in iudicio emanata,calore iudicij ſubſiſtetur quantumcunque abſenti ſit facta,vel aliter inualida; quanto magis tenebit ſi corā principe fiat, a quo omnis iuriſdictio,
15 & iudicij calor fluit,& reſluit † quæ etiam in præcibus emanata nocet l. cū præcum, C.de lib.cauſa.

Conſtito igitur de veritate dominij ea confeſſio
16 ne ſui viri,& filij reſpectiue † ceſſabit præſumptio ſimulationis.l. & qui,ad fin.C.de diſtrac. pigno. Ioan.de Ami.conſi.44.num.9.& conſil.26.num.6.

Et quamuis iſta ſufficerent pro euacuatione oppoſitorum,ſingulis tamen reſpondendo clarius apparebit de non iure ipſius actricis.

Non obſtat ſolutio præcij de propria pecunia cum poſſeſſione,& fructuum perceptione.

17 Quia † cōſtituti clauſula tollit ſuſpicionem fraudis, & ſimulationis ſecundum relatus per Tira-

Digitized by Google

quel.de conſti.poſſeſſo.3.par.9.limita.num.4.& ſe
quen.maxime,quia in exceptionibus, & replicatio
nibus actricis,non fuit dictum niſi deſimulatione.
Ruyn.conſi.119.col.fi.lib.1.

Nec ob.quod dicebatur de nō ſecuta ratificatio-
ne Do.Vaggiæ,quia contrarium verius apparebat.

Hæc enim viuente viro,& conſentiente dedit in
ſolutum creditoribus d. ſui viri magnam partem
dict bonorum in nominatione compræhenſorū &
ſic facto ratificauit re integra,ex qua datione inſo-
lutum ſequebatur aliud,quod pro d. quantitate da
torum in ſolutum dicitur ſoluiſſe precium in dd.
bonis.

18 Non obſtat defectus inſinuationis,† quia id no-
cet tantum ipſis emancipatis, & emancipato, non
autem tertio, Ancha.in conſi.270.Areti.conſil.77.

Minus etiam facit reflexio acquiſitionis, quia
19 (circunſcripta emancipatione)† filia non prohibe-
tur donare bona patris eo præſente, & aſſentiente,
cum videatur pater ea donare,l.in ædibus, §. quod
ſi filiusfa.ff.de donatio.vbi tex clarus, & l. ſi hypo-
thecas, C.de remiſſio. pigno. vbi creditor præſens
venditioni rei, & patiens in hypotheca ſibi præ-
iudicat.

Quæ donatio, & ſi dubitaretur, an valeret tan-
quam a viro vxori facta, morte tñ confirmata exti-
tit,& traditione ex clauſula conſtituti comprobata.
20 Quæ traditio ficta † in materia donationis con-
iugum,quod ſufficiat ex commu.opin.tradit Vaſq.
de ſucceſſio.progreſſu,lib.1.num. 138. Pariſ. 128.
num 8 lib.1.Cepha.conſi.8 num.3.

Vltra, quod d.donatio matri facta non poterat
dici propriè donatio propter onus annuum de ſol
uendo dicto monaſterio in ingreſſu filiæ;remunera
21 tio; enim hæc eſt magis, quam donatio, & rerum
permutatio. Bal.in l.ſed & ſi lege.§.conſuluit,de pe
ti.hæredi. Barba.conſi 42.num.11.lib.3.Rip.in l.ſi
22 vnquam,q.14.C.de reuo.dona.† & equiparatur
contractui oneroſo,Bal.in l.qui ſe patris,col.pe.C.
vnde lib.Deci.conſi.286.nu.4.& 292.num.7.
23 Imò,† quod ſi maritus donet vxori ad finem,
vt communis filia ingrediatur monaſterium, talis
dōnatio tenet.Pet.de Rauen.ſing.247.per tex.in l.
ſiue vxor.ff.de dona.int.vi.& vxo.&c.

SVMMARIVM.

1 *Res iudicata imponit finem litibus, ius aduerſarij peri-*
mit,& vlteriorem diſceptationem præcludit.
2 *Taxatio expenſarum eſt quædam primæ ſententiæ con-*
demnatoriæ executio.
Expenſarum taxatio eſt executio ſententiæ.
3 *Appellatione pendente non innouandum.*
4 *Appellatione pendente innouatum, præbet materiam*
attentatorum.
5 *Exceſſus fit multis modis.*
6 *Exceſſus expreſſa cauſa ius appellandi tribuit.*
Appellatur ab exceſſu expreſſa cauſa.
7 *Taxatio expenſarum,an dicatur pars ſententiæ.*
8 *Taxatio expenſarum, an dicatur diffinitiua, vel*
quaſi.
9 *Iuris appellatione,an veniat ius commune Romanorum*
vel ius ſtatutarum.
10 *Expenſæ duplum ſortis principalis non tranſcendunt.*
Intereſſe non tranſcendit duplum.
11 *Iudex non debet reuocare in dubium conuentionalia*
partium.

ARGVMENTVM.

Expenſæ,& intereſſe non debent excedere duplum ſatis principalis, et De appellatione ab exceſſu expreſſa cauſa non deneganda, & de taxatione expenſarum.

DECISIO LXXVIII.

DOM. Agatha Ragonenſis obti-
nuerat tenutam bonorum con-
tra Dominicum Auetanum, co-
ram Poteſtate Peccioli pro li-
bris 91. & cum condemnatione
expenſarum, & fuit confirmata
per D.Iudicem appellationum pro libris 77. cum
condemnatione expenſarum pro rata Victoriæ, &
ab huiuſmodi reductione ad nos reclamatum ex-
titit pro parte dictæ.D. Agathæ,quæ interim ad di-
ctum Poteſtatem redijt pro taxatione expenſarum,
cum circa illas adeſſet conformitas ſententiarum,
& obtinuit taxari in lib.141.

Appellauit Dominicus ab iſta taxatione tanquā
exceſſiua, & Dom.Iudex primarum appellationū
eas reduxit ad lib.39.

Huic moderationi expenſarum Do.Agatha non
acquieſcens, ad nos recurſum habuit,inſtando pro
confirmatione D.Poteſtatis allegando conformita
tem ſententiarum,tam circa tenutam,quam in cō-
demnatione expenſarum,& in vim iudicati execu-
1 tionem expoſtulabat,† res enim iudicata finem li-
ti imponit perimendo omne ius aduerſarij & vlte-
riorem diſceptationem nō admittit, l.1.C.de re iu.
Pariſ.conſi.30.nu.34.lib.4.Aymo.conſil.79.nu.1.

In contrarium replicabatur nullam extare rem
iudicatam ſtāte litis pendentia coram nobis in cau
ſa principali, & ideo dicebatur ſatis propere ad ex-
2 penſarum taxationem deuentum fore,† cum ta-
xatio expenſarum ſit quædam primæ condemna-
toriæ ſententiæ executio,vt tradunt Bar. & Bal. in
l.ſi cum exceptionem.§.hæc autem, ff. quod met.
3 cauſa, † & appellatione pendente ab executione eſt
abſtinendum,vt in rub.& nigro,nil inno.appel.pē
4 den. † Alias attentatorum materia daretur DD.
de Rota.deciſio.46.alias 831.Nota hic,& alios re-
ferens Aſini.in pract.iudi.§.32.cap.12.

Satis etiam iniquū videbatur, quod cauſa prin-
cipalis non eſſet maior centum librarum, & qđ ex-
penſæ vltra tertiam partē aſcenderent obſtante ſta
tuto Florentino,& de iure quoque cōmuni ratione

exceſſus

5 exceſſus (quem † multis modis committi remiſſiue tradit Cōtar. in l. 1. in 19. limit. num. 8. C. de mo.
6 poſſe) † expreſſa cauſa appellatio non deneg atur. Phil. Fran. in c. ſæpe, nu. 56. q. 10. de appell. poſt Ionn. in c. fi. verſic. taxatione, quod nec. can. Roland. conſi. 43. num. 6. lib. 1. Bero. conſi. 32. num. 8. lib. 2. Rebuff. de ſenten. execu. art. 7. gloſſ 12. poſt Barto. & Saly. in l. ab executore. ff. de appella.

7 Et licet † in d. taxatione expenſarū tanquam non facta in ipſa diffinitiua cauſæ principalis non poſſit dici pars illius eſſe ita, vt diffinitiuæ nomen aſſomat. Phil. Fran. in cap. ceſſante, nu. 53. de appella.
8 Matan. in Specu. ad no. 3. par. 6. par. prin. nu. 36. † tamen non meræ interlocutoriæ, ſed quaſi diffinitiuæ vim habet, vt placuit Roma. in conſ. 375. & ſeq. Fely. in rub. de re iudi. num. 4. & ſic remedio appellationis egebat.

Nec multum vrgere videbatur, quod replicabat D. Agatha, videlicet, quod cauſa non fuit agitata Florentiæ, ſed in comitatu Piſarum, vbi tale ſtatutū non viget, & in defectum ſtatutorum non loquentium de aliqua materia, Piſani habent ſtatutum,
9 quod recurratur ad ius commune, † quod intelligi debet de iure communi Romanorum, non autē de ſtatutis ciuitatis Florentiæ dominantis, vt in terminis conſuluit Soz. conſil. 271. col. 1. & conſil. 14. lib. 4. Deci. conſil. 429 vbi in terminis ſtatuti Pecctoli, & 469. & 685. Aldobrandi. in §. ius autem ciuile, num. 10. inſtit. de iure nat. gen. & ciui. Claudi. in l. poſt dotem, num. 31. ſol. matrim. & ita tenuit hæc Rota 1551. die 15. Iulij.

10 Sed de iure communi † expenſæ, & intereſſe poſſunt ad duplum, vſque ad ſummum aſcendere, vt tradit Aſini. in d. prati. §. 32. cap. 4. in fi. merito, &c.

Huic oppoſitioni replicabatur, quod & ſi d. Caſtrum Peccioli ſit in territorio Piſanorum, tamen regebatur ſub ſtatutis Florentiæ, & vlterius allegabantur pleraque alia non magni facienda.

Domini erant in voto reformandi ſententiam tanquam exceſſiuam, & in actu pronunciandi partes concordarunt in libris 60. & ita de cōſenſu partium fuit iudicatum.

11 Iudices † enim qui ad dirimendas lites aſſumuntur, non debēt conuentionalia partium in dubium reuocare, Soz. in cap. querelam, num. 6. de iureiu. ſed partibus ſponte a lite diſcedentibus omnino ratum habere. l. 1. §. inde quæritur. ff. de ope. nou. nunc. Rebuff. ſuper conſti. regni. in tit. de recuſa. art. 2. glo. 1. in fin. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Creditoris appellatione, an veniat dominus rei.*
Dominus, an veniat appellatione creditoris.
2 *Statutum, lib. 2. cap. 57. an procedat in creditore conditionali.*
Fideicommiſſarius dicitur creditor conditionalis.
3 *Præſcriptio, an currat ignoranti.*
Ignoranti, an currat præſcriptio.
4 *Abſenti, an currat præſcriptio.*
Præſcriptio, an currat abſenti.
5 *Scientia duplex, habitu, & actu.*
6 *Præſcriptio, an ſit odioſa, vel æqua.*
7 *Præſcriptionis interruptio quos effectus pariat.*
Interruptio præſcriptionis operatur ad tempus præteritum.
8 *Interruptione ciuiliter facta, non poteſt inchoari noua præſcriptio niſi ceſſet prima.*
9 *Litis conteſtatio perpetuat actionem.*
Perpetuatur actio temporalis per litis conteſtationem.
Litis conteſtatio quoad vnum non nocet alijs.
Interruptio præſcriptionis in vno actu non prodeſt in alijs.

A R G V M E N T V M.

Statutum lib. 2. cap. 57. de creditore loquens, an procedat in domino, & in creditore conditionali.

Et de præſcriptione, an ignoranti currat, & aliqua de interruptione præſcriptionis.

D E C I S I O L X X I X.

IN cauſa illorum de Salitis cum Benedictis ſtante probatione mortis, & exiſtentiæ, & bonorū, in bonis diximus purificatum fideicommiſſum in perſonā actorum ex cauſis de quibus in noſtris motiuis nuper editis inter eoſdem de Salitis cum monialibus S. Verdianæ ad quæ breuitatis gratia relatio habeatur.

Et ideo condemnauimus illos de Benedictis ad dimittendum bona petita, data tamen eiſdem retentione pro quarta trebellianicæ, quatenus non eſſet conſumpta.

Tota difficultas præſentis cauſæ conſiſtebat in præſcriptione annali a ſtatuto inducta, lib. 2. c. 57. cuius vigore videbantur excluſi actores de Salitis.

Nam ex quo iam de anno 1574. eis fuit aperta via fideicommiſſi, & iam egerant ad recuperationem nonnullorum bonorum contra quoſdam tertios poſſeſſores, differendo agere contra iſtos de Benedictis, per lapſum anni ſtatutarij videbantur excluſi nec habere regreſſum contra iſtos annalis præſcriptionis exceptione tutos.

Ab huiuſmodi tamēn oppoſitione multipliciter ſe defendebant actores, videlicet.

Primo, quod verba ſtatuti loquuntur de creditore non comparente intra annum a die dationis in ſolutum, intra quem experiri deberet de iure ſuo, ſed iſti ſunt domini, non autem creditores.

1 Stat † enim communis opinio, quod creditoris appellatione non veniant domini rerum, teſte Rebuffo in l. creditores accipiendos. ff. de verbo. ſigni. Alex. in l. 1. in fi. ſi cert. pet. & ita tenuit hæc Rota 1560. die 22. Ian. de qua te Deci. in conſi. 558. licet quantum attinet ad d. ſtatutum alias fuerit zētū in

hac Rota locum ſibi vendicare etiam in domino
vt patet in motiuis 1534. die 15. Septembris, &
1539. 29. Aprilis, & die 18. Februarij 1561. & ita
nos quoque firmauimus in noſtris motiuis 1584.
die 19. Maij in cauſa Baroni bona parte, & Piccar-
dorum. Dec. d. conſi. 558. col. 2.
Secundo dicebatur ſtatutum non procedere in
1 creditore conditionali, † vt erat fideicommiſſarius
iſte, qui tempore dationis inſolutum non poterat
agere, cum non veniſſet conditionis euentus, & ſic
non valenti agere non currit præſcriptio, & in pun
cto allegabatur conſil. Ales. 106 lib. 5. & conſi. 35.
num. 5. lib. 6 & facit Corne. conſi. 151. col. 1. lib. 3.
Caſtren. conſi. 249. in prin, lib. 2. Hercula. in reſpon
ſo pro Alexandris, num. 546 & ſeq.
Et in id fuerunt producta multa motiua huius
Rotæ de anno 1568. die 12. Septembris. & 1574.
die 8. Iulij, & die 12. Martij eodem anno 1574.
Et quamuis de anno 1574. dicti Actores ſciue-
rint veniſſe, & ceſſiſſe diem fideicommiſſi, & ege-
rint ad recuperationem aliorum bonorum, & ſic
ius ſibi competere non ignoraſſent, tamen quod
poſſiderent iſti, neſciebant, nam ſi de his notitiam
habuiſſent, vtique aduerſus iſtos quemadmodum
contra alios bonorum detentores egiſſent, nec tã-
diu diſtuliſſent.
3 Ignoranti † autem non currit præſcriptio. cap.
quam ſit. §. electus, & ibi gloſſ. & Doct. de electio. in
6. Tiraquel. pro concord. de ret. conſang. §. 35. gloſſ.
4. num. 21. & maxime præſcriptio annalis, ſeu bre-
uioris temporis. Bald. in cap. porro. qual. olim feu.
ali. po. & ita alias hæc Rota tenuit in vna Pauluzzi
de Puppio cum Laurentio Gori 1558. die 10. De-
cembris tam ex diſpoſitione iuris communis, quã
d. ſtatuti, ibi dum poſſidet abſentibus annum non
currere, vt idem quoque ſit in ignorantibus, qui ab
ſentibus æquipatantur.
4 Licet † id, quod dicitur de abſenti de iure com-
muni non currat, non ſatis videretur expeditũ, cum
non deſint opinantes currere, ſed dari reſtitutio-
nem in integrum ſecundum Barto. in l. 1. §. ſi quis.
ff. de itin. actuque priua. & eſt communis opinio de
qua teſtatur Atri. Pinell. in auth. niſi triẽnalis, nu.
58. C. de bon. mat.
Et propterea in iſta difficultate Petr. de Vbal. in
tract. de cano. epi. cap. 2. nume. 25. hunc articulum
5 fœdere diſtinctionis componendo, dicebat, † quod
ſciens habitu ius agendi ſibi competere, ignoraret
tamen actu, ex quo inſurgit exercitium iuris, ſeu
actionis, non læditur præſcriptione, quia non cur-
rit quemadmodum non currere affirmabat igno-
ranti actu, & habitu, ſecus in ſciente, & negli-
gente.
Et ideo cum iſti actores habitu ſciuiſſent, & no-
titiam habuiſſent de iure agendi, ignorarunt tamẽ
actu, ideſt poſſeſſores, & detentores bonorum,
contra quos actionem dirigere voluiſſent, prout fe
cerunt contra notos, & non ignoratos, non videba-
tur, quod negligentiæ vitio ſit illis attribuendum,
ſatis enim ſibi fuiſſe exiſtimabant ſi intra annum
a die ſcientiæ delati fideicommiſſi præſcriptio-
nem interruperint, & agendo contra aliquos ius
ſibi ſaluum fore, quoad omnes cum omnino ne-
gligentes dici nequeant reſpectu iuris agendi ſal-
tem habitu.
Et ideo in iudicijs, vbi ſola facti veritate proce-
ditur, & de bono, & æquo agitur, (vt hic) funda-
mentum reorum ſolo lapſu temporis ſe defenden-
dum tanquam leue, & odioſum non eſſe attenden-
dum aiebant, ad tradita per Afflict. in deciſ. 265.
Aymo in conſil. 29. in fin. Natta, conſil. 162. nume.
6 27. † licet idem Natta, in conſil. 315. contrarium te-
neat, videlicet, præſcriptionis remedium æquiſſi-
mum eſſe ac iuri naturali conſonum.
Nec obſtare dicebant iſti actores, quod poſt li-
tem motam, & interruptam præſcriptionem ſint
elapſi tot anni, quod iterum præſcriptio annalis
7 inchoari, & ſæpius perfici potuerit, † cum interru
ptionis effectus ſolum operetur, quoad tempus
præteritum, non autem impedit in futurum poſſe
inchoari præſcriptionem. l. cum acutiſſimi §. fin. vbi
Barto. C. de præſcrip. 30. anno. Ruyn. conſilio 118.
numero 5. lib. 4. Balb. de præſcrip. in 3. par. 6. part.
8 prin. num. 13. verſicu. 4. præſcriptio. Quia † facta in
terruptione ciuili per citationem, & litis conteſta-
tionem, non poteſt de nouo alia præſcriptio inchoa
ri, niſi poſtquam ceſſauerit effectus primæ interru
ptionis, videlicet, niſi poſtquam partes a lite diſceſ
ſerint, argum. l. fin. C. de præſcrip. longi temp. Inno.
& Hoſtien. in cap. illud, de præſcrip. Balb. d. tracta.
præſcrip. in 4. q. 6. par. num. 42. verſi. & primo quæ-
ro quis ſit effectus, vbi dicit idem eſſe de iure cano-
nico, ſicut de iure ciuili.
9 Sed actores nunquam a lite deſtiterunt, & † ex
litis conteſtatione annalis actio fuit effecta perpe-
tua l. 1. & l. 2. C. quando lib. princip. da. Bart. & alij
in l. fin. ff. de eo per quem factum eſt. Balb. d. 4. quæ
ſtio. 6. par. num. 1.
Fuit concluſum pro actoribus, non ex eo, quod
ciuilis interruptio facta contra alios prodeſſet quo
ad iſtos reos conuentos, quia in hac materia litis
conteſtatio cum vno facta non nocet alijs. Balb. d.
6. par. d. quæſt. 3. num. 40. & 2. quæſtio. num. 5. ſien-
ti nec interroptio talis, quoad vnum actum, prodeſ
ſet quoad alios Balb. d. quæſt. 3. num. 31.
Sed quia non fuit probata ſcientia actorum, vi-
delicet. quod iſti rei conuenti poſſiderent, qui qui-
dem actores cum in ſubſidium, ex capite ignoran-
tiæ venirent reſtituendi, & reſtitutio operaretur ef
fectum petitum, merito ad tollendos circuitus ha-
bendo eos pro reſtitutis condemnauimus reos con
uentos ad petitam bonorum relaxationem &c.

S V M M A R I V M.

1 *Euictione imminente emptor non tenetur ſoluere pre-
cium rei.*
*Emptor non cogitur ſoluere precium imminente eui-
ctione.*
2 *Euictio non debetur emptori ſcienter rei alienæ.*
3 *Euictio qualiter dicatur imminere.*
4 *Euictio doloſe procurata qualiter cu*[illegible]*tetur.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De imminēti euictione procurata, et qualiter euitetur, et de emptore bonorum ad precij ſolutionem non teneri, imminente euictione.

DECISIO LXXX.

FVIT pronunciatum ſequeſtrum inſtante Nicolao Bargiglia creditore N. venditoris in manibus Iuliani de Coũs emptoris, non fore confirmandum, quia emptori deerant de bonis venditis non conſignatis, & ſuper traditis euictio in limine
1 imminebat, † ita quod emptor ad precij ſolutionem cogi non poterat, niſi ſibi idonee caueatur iuxta reſpõſum Papiniani in l. habitationum, in fi. ff. de peri. & commo. rei vendi. & l. ſi poſt perfectã. C. de euictio quem tex. limitat Natta. in conſ. 267. colum. 2 non procedere in ſciẽter emẽte rem alie-
2 nam, † cui euictionis beneficium non competere poſt alios quorum ipſe meminit teſtando de communi opin. tradit Couarru. varia. reſolu. lib. 3. c. 17. ſub nu. 2. per tex. in l. ſi fundum C. de euictio.
3 Qualiter † autem dicatur imminere euictio, † &
4 quomodo dolus eam procurantis, & affectantis euitetur, ponit Menochi. de arbit. iudi. centu. 3. caſu 224. &c.

SVMMARIVM.

1 *Excipiens de ſolutione non dicitur fateri debitum.*
2 *Reus ſuſcipiens onus probandi, non probando non perdit beneficium l. qui accuſare.*
3 *Recognitio priuatæ ſcripturę multa requirit.*
Scriptura priuata in recognitione multa requirit.
4 *Teſtes ſubſcripti in recognitione ſi rem geſtam narrent probant ordinarie ſine ſubſcriptione, & cum ſubſcriptione multo magis.*
5 *Teſtes per ſolam recognitionem ſubſcriptionis, an probent.*
6 *Teſtes, quod deponant de veritate rei geſtę, vel de ſcriptura tantum multum refert.*

ARGVMENTVM.

De ſcriptura priuata per teſtes ſubſcripta, & de eius recognitione.

DECISIO LXXXI.

PAVLVS de Burghis agebat vigore apocæ bino teſte notatæ ad certam ſummam pecuniarum aduerſus hæredes Ioannis de Linerano, & factis oppoſitionibus, & propoſita ſolutionis exceptionis, placuit tandẽ nobis eam ſequi ſententiam, qua rei conuenti fuerunt condemnati ad petita.

Moti non eo quidem, quod rei defecerint in pro-
1 batione ſolutionis; (Scimus enim † excipientem de ſolutione non fateri debitum, vt inquit Natta
2 in conſil. 134. Iaffre. Lanfran. in deciſio. 43. † & quod reus ſuſpiciens onus probandi, ſi non probet non ideo perdit beneficium. l. qui accuſare. C. de eden. ſecundum Deci. in conſi. 517. num. 7. & Caſſa ne. conſi. 8. num. 1.) ſed quia actor ſatis ſuperque de ſuo bono iure docuit.

Nam, & ſi fundaret intentionem ſuam in ſcrip-
3 tura priuata † in eius recognitione multa requirente, vt poſt ſcribentes, in c. 2. de fide inſtru. & in l. ſcripturas. C. qui potio in pigno. habe. & in l. rationes. l. inſtrumenta. & l. in exercendis. C. de fi. inſtru. tradit Rebuff. in tract. de Chytograph. recogni. & Couar. pract. quæſt. cap. 22.

Eam tamen optime probatam fore non dubitauimus.

Erat enim manu debitoris ſcripta, & a duobus
4 teſtibus ſubſcripta, † qui citati ad recognoſcendum propriam ſubſcriptionem, & eam recognouerunt, & de contentis in ea fidem fecerunt, atteſtando rẽ ita geſtam, ſe vidiſſe pecuniam numerari, & eo modo rem actam ipſis videntibus, præſentibus, & intelligentibus, quo in ſcriptura narrabatur.

Quod quidem genus probationis ſi eſt ordinarium, & legitimum de per ſe, probat etiam quod dd. teſtes nõ eſſent ſubſcripti, vt dicit Abb. & Imo. in cap. 2. de fid. inſtru. & not. Barto. in auth. & ſi contractus. C. eod.

Cuius verba multum commendat Ioan. Bapt. de Sancto Seuerino in l. admonendi, concluſio. 10. ff. de iu. iur.

Quanto magis erit attendendum ſi concurrat
5 ſubſcriptio teſtium, † qui alias per ſolam recognitionẽ propriæ ſubſcriptionis, & quod fuerint præſentes, quando pars ſcribebat, probarent abſque eo quod de numeratione deponerent. Barto. in l. nuda ratio ff. de donatio & in d. auth. ſi contractus, Alex. conſi. 123. diſcuſſis, col. 2. lib. 1. & conſi. 76. ponderatis, lib. 3. & in conſil. 118. viſo, lib. 4. vbi aſſignat rationem, & tradit Areti. conſi. 64. diligenter. Soz. in conſi. 284. in cauſa, col. 6. lib. 2.

6 Licet † quoad hoc quando non de veritate rei geſtæ, ſed de ſcriptura tantum, videlicet, quod fuerit ſcripta a partibus, videatur aliqualis differentia conſtituta inter ius ciuile, & canonicum, cum aliqui veliut hoc caſu trino teſte notari, de quo articulo Couarru. d. cap. 2. nume. 3. verſicu. Secundo hoc ipſum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Frater vtrinque coniunctus præfertur vterino tantum.*
2 *Duo vincula magis ſtringunt, nu. 5.*
3 *Statuto reſpiciente agnationem, conſanguineus eiuſdem iuris eſt cum vtrinque coniuncto.*
4 *Rationis puritas, inducit puritatem diſpoſitionis.*

an & quando debeantur ſine interpellatione, & quo iure ſeu actione peti poſſint.

DECISIO LXXXIII.

FVIT obiter dubitatum de marito, qui dotem à ſocero promiſſam diſtulit per longum tempus eam petere, & poſtea de dote integre ſatisfactus ſit, an fructus ſeu interuſurium dotis non ſoluti pro eo tempore, quo ſocer debitor fuit in mora ſoluendi debeatur.

Et præmittendum, quod in dote a patre promiſ-
1 ſa abſque præfinitione temporis, † ſtatim, quod vir vxorem ad domum ducit, pater conſtituitur in mora irregulari abſque alia interpellatione, & incipiunt deberi fructus, ſeu intereſſe, vt notant communiter Docto. in l. de diuiſione ff. ſolu. matr. & de communi opin. teſtatur Alex. conſ. 147. numero 3. ad finem, lib. 5. ſequitur Bero. conſi. 129. colum. fi.
2 lib. 2. licet † ſecus ſit in extraneo dotem promittente, qui irregularem moram non incurrit ſine interpellatione, niſi lapſo biennio. Bar. Soz. Claud. & alij in d. l. de diuiſione. Iacob. Niger, in l. ſi inſulam, nu. 22. ff. de verbo. oblig. Gramma. deciſio. 70. Iaſ. in §. fuerat, nom. 20. inſtit. de actio. Bal. Nouell. in tract. de dote 4. par. princip. num. 16. Baueti. de Mora 2. parte, num. 14.

3 Qui † quidem fructus, ſeu intereſſe quandoque taxantur ad ſeptem, quando ad octo, pro centenario. Angel. d. §. fuerat, colum. 5. Chriſtopho. Por. in inſtit. ad Senat. conſul. Tertullia. col. 2. refert Neuiza. conſi. 84. num. 2.

4 Item præmittendum, † quod alimenta, quæ debentur genero a ſocero occaſione dotis non ſolutæ, non debentur iure ſanguinis, ſed corre ſpectiue pro
5 pter aliud, videlicet propter onera matrimonij, † & debentur etiam præterita, quæ per receptionem ſortis non cenſentur remiſſa, vt tradit Bal. in l. ſi marito. § fi. ſupra citato, & ibi ſequitur Imola.

6 Hæc † enim veniunt diuerſo iudicio dotis, vt inquit ibi Bald. & multiplicem diuerſitatem oſtendit Bero. in conſi. 52. lib. 2. & 165 num. 3. eod. lib. & de commu. opin. teſtatur Burſa. conſi. 120. num. 42 firmat Ruy. conſ. 61. nu. 6. lib. 4. vbi dicit hæc peti poſſe actio. neg. geſt. licet Ales. in l. ſi eum dotem. §. ſi autem in ſeruiſſimo. ſolu. matr. dicat alimenta deberi officio Iudicis nobili, quẽ reprobat Neguſant. de pigno. 4. memb. 2. par. num. 49. & egregie Menochi. conſi. 81. col. pen. in fi.

Quibus ſtantibus, & dato citra veri præiudiciũ, quod uir fuerit vere ſatisfactus de integra ſorte, in vtroque capite pro viro ius dicendum concludebatur ſiue agat ad fructus, ſeu intereſſe dotis non ſolutæ pro eo tempore, quo debitor fuit in mora ſoluendi, ſiue agat iure alimentorum præteritorum.

7 Nam † ea quo fructus, & interuſurium dotis æque principaliter, & tanquam dos peti poſſunt iure actionis, vt eſt caſus ſingu. in l. ſi marito. §. ſi fundũ, ſol. matri. iuncta gl. ibi. ſequitur, quod per ſolutionem ſortis, quæ actionem facit ceſſare, nõ faciat ceſſare actionem, & petitionem intereſſe, ſeu fructuũ, qui non officio mercenario Iudicis vnam cũ actione expirante debentur, vt tradit Bar. d. §. ſi fundum, quem ſequitur ibi Caſtrenſ. in verſic. oppo. contra tex. & egregie Roma. ibi Ruyn. in rub. ſolu. matri. num. 80. Neguſant. de pigno. d. 4. par. 2. par. prin. numer. 49. & in terminis pro notabili, & in facto contingibili Bald. Nouell. in tract. de dote 2. par. princ.
8 num. 11. † vbi ſi maritus poſt longam moram vxoris, vel ſoceri recipit integram dotem nulla ſibi facta reſeruatione, ſeu proteſtatione fructuum ratione moræ ſibi debitorum, non dicitur ſibi præiudicare, quin illos petere poſſit actione de dote promiſſa, vel ex tacita ſtipulatione, & idem tenet Mattheſ. in notab. 91. nota ſing. gloſ.

Labor erit ſolum in diſſolutione contrariorum.

Non obſtat igitur autoritas Petri de Bellapet. & Bal. in l. fin. §. præterea. C. de iu. dot. quos ſequitur etiam Alex. in d. §. ſi fundum, aſſerentium fructus, & dotis acceſſiones deberi Iudicis officio mercenario, quod euaneſcit ſublata actione principali cui inſeruiebat, & ſic ſublata actione dotis per ſolutionem ſortis vſuras, & fructus amplius peti non poſſe, l. 4. C. depo. quia iſti loquuntur contra caſum legis, d. § ſi fundum, & cõtra iſtos ſtat autoritas Bar. Caſtren. Roma. Ruyn. Neguſan. & Bal. Nouel. qui & numero ſuperiores, & autoritate, & grauitate nõ inferiores ſunt, ideo præferendi maxime ſtante dicto Bal. Nouell. qui in materia fecit tractatum cui plus credendum, quam doctori conſulenti, vel legenti, Claud. in l. ſi idem cum eodem. §. fi. ff. de iuriſd. omni iudi.

Præterea opinio Petri, & ſequacium eſt fundata ſuper odioſa fructuum acceſſione, quod eſt
9 falſum, quia interſurium, † & fructus dotis dicuntur fauorabiles, & ſumma niti æquitate, iuxta terminos l. curabit, Co. de actio. empti. vt deducit Bero. in conſilio 52. num. 24. lib. 2. & 129. columna fina. lib. 3.

Qua ſtante æquitate caſus iſte erit ſub limitatione tradita per Alex. ad dictum Petr. & Bal. in d. §. ſi fundum, vbi reſtringendo illud dicit non procedere ſi debitor locupletaretur cum aliena iactura, nã tunc eſt quadam æquitate naturali officium iud. cõpetit etiam extincto principali.

Minus etiam facit autoritas Corne. in conſilio 145 lib. 2 quia bene viſus per totum cõſilium ſtat pro iſta noſtra ſententia, & contra allegantem maxime verſi ponderant etiam quidam, quod dos fuerat ſoluta, ideo ceſſat petitio vſurarum, per not. per Bald. d. §. præterea. Subdit enim immediate Corne. ſe in hoc non facere vim, & appellat dictum coloratum, & ſic paruipendit opinionem Bal. in dicto, §. præterea.

Neque etiam facit ad rem Alcia. de præſum. 32. præſumptio. num. 7. primæ reg. quia non meruit allegari ad hoc propoſitum, an per receptionem dotis integræ, fructus peti poſſint. Nam ſibi Alcia. de

hoc non tractat, ſed loquitur in alia perplexa quæ-
10 ſtione, videlicet, an † per lapſum 10. annorum viuræ non petitæ a marito cenſeantur remiſſæ, qui quidẽ Aleia. & ſi cum Bal. in conſil. 474. poſt biennium, lib. 3. concludat pro parte affirmatiua, tamen communis opinio ſtat in contrarium, de qua teſtantur addentes ad Roma. in conſil. 517. & tradit Natta, conſi. 495. & contra Bal. cenſuit Senat. Neapoli. per Gramma. deciſ. 70. & Senat. Pedemon. per Cacher. deciſ. 132. num. 19. vbi fœdere diſtinctionis conciliando hunc ſatis controuerſum articulum, dicit taciturnitatem hanc non operari remiſſionem fructuum, ſeu alimentorum, niſi cũ ea concurrat mors mariti, qđ hic deſideratur; viuit enim vir, Dei gratia, denſa prole grauatus, & cum impio diuite ſuæ vxoris germano coram pientiſſimo Iudice ad recuperationem fructuum dotalium, ſeu alimẽtorũ omni iure fauorabilium agit, &c. & quod fructus, ſeu alimenta de quibus agitur, peti poſſint iure actionis, tenuit Matthesil. in d. ſing. 91. no. glo. ſing. poſt glo. 1. in §. actionum, inſti. de actionib. Bald. in cap. cum venerabilis. de excep. & licet nonnulli nõ probent d. glo. nec gloſſ. ſimilem in d. l. ſi marito. § fin. ſolu. matrimo. illorum tamen opinio poſſet ſaluari quando fructus veniunt tantum ex mora, ſecus in caſu noſtro quo fructus debentur marito ex cauſa onerosa, ad glo. in l. ſi donaturus. §. 1. ff. de cond. ob cau. cum allegatis per Deci. conſi. 260. & ſic non tã ex mora dicuntur peti iſti fructus, quam quod intrant in locum expenſarum, & alimentorum a marito præſtitorum, quo caſu ſi ceſſarẽt omnes aliæ actiones, prout nõ ceſſant, certe non ceſſaret actio ex æquitate, vt dictũ eſt. l. ſi & me, & Titiũ. ff. ſi cer. pe.

Quod ſi fructus legatæ rei legatariæ debentur ab herede, etiam quod obtulerit rem legatam, nec ſit in aliqua mora, Bal. in l. 1. C. de vſu. & fructi. leg. colum. 2. verſi. quarto hæres. l. Herennius prima. C. de vſu. communiter Doct. in l. in legatis. C. eo. Cor. conſi. 200. col. 4. verſi. ex hoc lib. 4. Cæphal. conſilio 49. num. 13. & ſic in cauſa lucratiua, quanto magis idem dicendum in caſu cauſæ oneroſæ, & fauorabili, vt eſt dos ſtante mora irregulari, &c.

SVMMARIVM.

1 *Conditionalia vbi in iudicio deducuntur, debet liquidari purificatio conditionis.*
2 *Alimenta commodius præſtantur in domo propria præſtare debentis, quam extra.*
3 *Teſtator præſumitur velle grauare hæredes minus quã fieri poſſit, nu. 14.*
Hæres præſumitur minus, quam poſſit a teſtatore grauatus, num. 14.
4 *Qualitas, ſeu conditio, an cenſeatur repetita, diſputabilis articulus.*
5 *Repetitionis qualitatis, & conditionis materia tres habet cauſas inductiuas, & totidem excluſiuas.*
6 *Repetitionis materia plurimum regulatur a voluntate diſponentis.*
7 *Repetitio qualitatis non præſumitur in dubio.*
8 *Repetitio qualitatis non fit de oratione perfecta ad aliã perfectam.*
9 *Depoſitio, an fiat in legato ſubrogato.*
10 *Subrogatum minus continens, quam id cuius loco ſubrogatur, mutat naturam ſubrogati.*
11 *Repetitio qualitatis non fit ſi reddat inutilem diſpoſitionem.*
12 *Repetitio qualitatis extenſionem ſapit.*
13 *Repetitio qualitatis, an fiat in translatione legati in eadem perſona, vel in diuerſa.*
14 *Superfluitas vitanda, & ad eam euitandam cenſetur grauatus hæres.*
15 *Legatum reditus domus an ſit ſeruitus, & quid ſit.*
16 *Qualitas ſeu conditio ſi non poſſit ſtare cum hæredibus, eſt difficilis probationis.*

ARGVMENTVM.

De qualitate, & conditione in vno caſu adiecta, an cenſeatur repetita in alio, & multa de repetitione qualitatis &c.

DECISIO LXXXIIII.

IOAN. Baptiſta Brandinus condito teſtamento iure inſtitutionis reliquit Dom. Bartholomeæ eius filiæ miliс. Item in caſu viduitatis, & donec vidua ſteterit, reliquit redditum, & continuam habitationem in domo teſtatoris vna cum hæredibus teſtãtis, in qua victum & veſtitum pro vſu ſuo congrue habere deberet, conferendo dotes ſuas.

Et caſu quo nollet habitare cum hæredibus ex quauis cauſa, & in omnem euentum diſcordiæ, voluit eam poſſe exigere ab hæredibus annuatim durante eius viduitate, ſcu. 40.

D. Bartholomea vidua abſque eo, quod vnquam procurarit redire ad habitandum cum dd. hæredibus, & quod vlla diſcordiæ occaſio orta foret inter eos; egit in iudicio aduerſus hæredes ad annuum legatum 40. ſcutorum.

Ad quod ſe non teneri hæredes allegabant, quia caſus ſub cuius cõditione fuit factũ legatũ, non euenerat, videlicet, quod ipſa cohabitarit cum hæredibus, & quod diſcordia orta ſit, vt continuare non
1 valuerit, † vbi enim aliquid conditionale deducitur in iudicio, debet liquidari purificatio conditionis. Ruyn. in terminis, conſi. 34. num. 1. lib. 2. Vel ſi forte tenerentur, ad id minime cogi poſſe replicabant, niſi per eam facta dotis collatione.

Quam dotis collationem ſi teſtator fieri man-
2 dauit in caſu cohabitationis cum hæredibus, † qui cum longe minori diſpendio in domo propria alimenta præſtitiſſent ſecundum Bartol. in l. Gaio. §. Imperator. ff. de alimen. & cib. lega. Alexander conſilio 100. in princip. lib. primo, & poſt relatos Rolandus, conſilio 22. libro primo. Quanto magis

creden-

credendum teſtatorem fieri voluiſſe ſi extra domũ
3 alienata præſtarentur, cum † præſumatur velle grauare hæredes minus quam poſſit. l. Titia. §. qui inuita & l. vnum ex familia. §. ſi rem tuam, de lega. 2. l. ſticho, in fi. de vſuf. lega.

In hac cauſa fuerunt multa hinc inde allegata, & deducta, quia articulus erat diſputabilis, videlicet,
4 † an conditio ſeu qualitas in præcedenti diſpoſitione adiecta, cenſeatur repetita in ſequenti, de quo Bart. & alij in l. in repetendis. ff. de leg. 3. & in l. ſeia. §. gaio. ff de fundo inſtru. & inſtru. lega.

Et in iſta materia adeſt doctrina magiſtralis Bal. in conſil. 153. quidam teſtator, nume. 3. lib. 5. & in conſi. 58. in reſtitutione, colum. 2. verſic. alij
5 dicunt, lib. 2. † vbi dicit tres dari cauſas inductiuas repetitionis, & totidem excluſiuas, & quantum ad excluſiuas attinet, dicit eas eſſe, videlicet, aduerſatiua oratio, rationis diuerſitas, & oratio ſeparata, & hac Baldi Theorica vtitur in not. quæſt. Gozadi. in conſi. 104 nu. 5.

6 In qua materia repetitionis † diſponentis mens præcipue eſt attendenda, etiam contra regula iuris ad repetitionem pertinentes. l. Iulius, & l. cum ſeruus. ff. de cond. & demonſtra. Bart. in d. §. gaio. Aymo. in reſponſo poſt deciſ. Pedemonta. 22.

Fuit votatum omiſſis ſuperfluis, quod illa dotis conferendæ conditio non dicatur repetita in legato annuo. 40. ſcut. & quod hæredes tenerẽtur ſoluere abſque collatione dotis facienda.

7 Moti, quia † regulariter conditionis repetitio non præſumatur, niſi expreſſe ſit appoſita l. 1. in prin. ff. de cond. & demon. l. ſi ita ſtipulatus. §. Griſogonus, de verbo. obliga. Natta. conſ. 459. num. 8.

8 Et maxime † quando qualitas ſeu conditio adiecta in primo legato orationem perfectam habente, quæratur trahi, & repeti ad aliud orationem pariter perfectam habens, & non indigens ab illo aliqua ſuppletione, iuxta d. diſtinctionem Bal. ſupra allegatam, Ales. conſ. 96. in fi. lib. 7. Bar. conſ. 39. Grat. conſi. 18. nu. 36. & num. 39. lib. 2. Natta. conſi. 459. nu. 1. & ex commu. opi. Emilian. in conſ. 131. nu. 5. Menochi. conſi. 3. nu. 25. lib. 2.

Vnde in ſeparatis orationibus repetitio qualitatis non datur in legato eidem perſonæ de alia re facto. Ruyn. conſi. 176. nume. 5 lib. 2. Sozin. conſil. 92. ſub nume. 9. lib. 1. Cepbal. conſil. 528. num. 34. Caſtrenſ. conſi. 16. num. 6. lib. 2.

Et ideo dicebat Alex. in conſi. 66. nume. 6. lib. 3. quod quando res legatæ ponuntur in diuerſis orationibus, qualitas primi non cẽſetur repetita in ſecundo, & in terminis adducebatur deciſio Sozi. in conſi. 22. lib. 3. & faciunt tradita per Caſtren. in conſi. 276. nume. 8. & in fi. lib. 1. & Io conſi. 11. lib. 2. Capra conſil. 35. nume. 19. Aymo. in conſil. 289.
9 quicquid contra ſenſerit Deci. in conſi. 190. † in legato ſubrogato, vt in eo cenſeatur facta repetitio conditionis, & qualitatis in primo adiectæ.

Nam ſtante diuerſitate orationum, immo alternatiua non ſit repetitio, vt ſupra dictum eſt, & per Nattam d. conſi. 459. nume. 8. vbi citat Sozin. idem volentem in conſil. 10. colum. 6. lib. 1. & reproba-
Io Deci. tenet opin. Alex. d. conſi. 66. Hippol. Rimi. in conſil. 111. nu. 53. lib. 2.

Quod planius procedit, vbi ſubrogatum minus continet, quam quod contineret id, cuius loco ſub-
10 rogatur, † eum tunc immutet naturam ſubrogati. Anto. Gabr. de reg. iur. concluſ. 2. num. 77. in 12. limit. prout contigebat in caſu præmiſſo, vbi minus continebatur in ſecundo, quam in primo, cum ſecundum reſpectu primi inutile forte appareret, nã ſi teneretur conferre dotes, quæ erant ſcut. 1200. cum legato annuo ſcut. 40. certe damnoſum eſſet legatariæ, quæ pro dotibus ſuis reciperet annuatim ad rationem quinque pro centenario ſcut. 60. & ſic
11 intrabat alia iuris diſpoſitio, † quod repetitio præcedentis qualitatis non ſit quando ſecundum legatum redderetur inutile. l. ſeruo alieno, §. pen. l. ſi quis a filio, de lega. j. Caſtren. in l. Auia, num. 5. ff. de condit. & dem. Bal. conſi. 159. num. 3. lib. 5. Alex. conſil. 99. num. 7. libro 7. Bar. poſt glo. in l. cum vulgari, de dot. prælega. Aymo. conſil. 70. num. 4. Alcia. conſil. 90. Menochi. d. conſil. 3. num. 32. Deci. d. conſil. 11. num. 13. Iaſ. in l. talis ſcriptura, num. 40. de lega. j. & in d. §. Griſogonus, nu. 7. Mantica de coniectu. vlti. volunta. lib. 6. tit. 13.

12 Et cum † repetitio extenſionem ſapiat ſecũdum Bero. in conſil. 120. num. 70. libro 2. extenſionis autem materia tota fundatur ſuper identitate rationis, & alia ſit ratio in ſecundo, quam in primo legato, merito, &c.

Nec obſtat l. legatum ſub conditione, ff. de adi-
13 men. lega. quia ibi agitur † de tranſlatione legati de vno in alium, ſecus ſi in eundem, l. ſi ſibi, ff. eo. & not. Bart. ibi vbi rationem adducit, refert, & ſequitur Hippol. Rimi. d. conſi. 190.

Nec obſtat præſumpta voluntas teſtantis volentis in minus, quam fieri poſſit hęredem grauare, quia clauus clauo truditur, & vna præſumptio tollit aliam, nam eſt etiam credendum teſtatorem noluiſſe facere diſpoſitionem inutilem, & damno filiã
14 afficere cui legabat, l. Titia, §. Lucius, de lega. 2. † & ad euitandam inutilem diſpoſitionem, magis creditur voluiſſe hæredem grauari, quam inutiliter legare, l. qui cõcubinam, § qui hortos, de leg. 3. Bar. in l. his verbis, §. fi. eod tit. Caſtren. conſi 224. nu. j. lib 2. Ruy. conſi 98. nu. 15. lib. 2.

15 Legatũ autem † illud de reditu domus, an ſit ſeruitus, vel facultas, & an tota domus poſſit habitari. de hoc Sozi. conſil. 281. lib. 2. Deci. conſi. 351. Fulg. conſil. 307. & ad tradita per Ales. conſil. 72. num. 2.
16 lib. 5. † & qd qualitas illa, quod non poſſit ſtare, & commorari cum hæredibus, ſit difficilis probationis, Anchara. in conſi. 254. Nat. conſi. 379. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Filius dicitur eſſe proximior patri agnatus.*
Agnatus eſt filius patri, & quidem proximior.
2 *Vexationes proprias redimere licet vnicuique. 16.*
3 *Maxime in temporalibus.*
4 *Niſi de calumnia vexantis conſtet.*
5 *Compromiſſum, & tranſactio æquiparantur.*

Tranſactio

Tranſactio, & compromiſſum æquiparantur.
6 *Compromiſſum ſuper re certa non tenet.*
7 *Compromiſſum ſuper non iure competente compromittẽtibus non valet.*
8 *Legis natura eſt prouidere futuris negocijs.*
9 *Laudum dependens a compromiſſo nullo nullum eſt.*
10 *Solutum ſine cauſa, vel ob turpem cauſam repetitur.*
11 *Datum ſeu promiſſum alicui ne faciat id, quod non debebat facere, non tenet, & repetitur.*
12 *Agens ſine actione dicitur iniuriam inferre.*
13 *Datum, vel promiſſum alicui ne delinquat turpiter datum dicitur, & promiſſum.*
14 *Cauſa redacta ad non cauſam datum, vel promiſſum infirmat, & repetit.*
15 *Remuneratorio pacto nõ eſt reducibilis actus gratuitus.*
16 *Datum cauſa redimendi vexationes repetitur, & ſi promittitur, condicitur liberatio.*
Intellige de vexatione facti.

ARGVMENTVM.

Datum, vel promiſſum cauſa redimendi ſe à vexationibus illatis, ſeu inferendis, an, & quando teneat, & quando repetatur, vel condictio liberationis acquiratur, et de compromiſſo, et tranſactione ſuper re certa non attendendo.

DECISIO LXXXV.

VIGEBAT olim ſtatutum in terra Vzzani, vſque de anno 1560. In materia retractus cum clauſula irritanti diſponẽs, quod in venditionibus faciendis de rebus immobilibus eſſent requirẽdi proximiores vicini. Cuius ſtatuti vigore retraxerat Ioannes Scandella, quædam bona a quibuſdam de Pagniois eo irrequiſito empta a Ioanne patre Columnelli infra nominandi.

Quod ſtatutum cum videretur dicto loco non fore ſalubre nec cõducibile ex publico decreto fuit ſublatum, & eius loco aliud ſubrogatum tenoris, videlicet, quod non viciniores, ſed proximiores cõſanguinei in ſimilibus venditionibus eſſent interpellandi, & hoc fuit editum de anno 1561.

De anno 1581. Columnellus filius prefati Ioan-
1 nis venditoris † tanquam proximior patri agnatus, l. ſi filius, ff. de ſuis, & legit. iactitabat ſe velle moleſtare dictum Scandellam in dictis bonis, vt ſupra retractis, & tandem libere, & ſine aliqua reſeruatione eidem Scandellę omne ius ſi quod haberet remiſit, & condonauit per publicum inſtrumentum.

Dicta die, vel immediate ſequenti Columnellus, & Scandella fecerunt compromiſſum ex cauſa dictę ceſſionis iurium, & arbiter laudo lato condemnauit Scandellam in ſumma ſcutorum 120. a quo laudo appellauit Scandella ad Dominum Iudicem primarum appellationum, qui pronunciauit laudũ nullum, & cum ad nos eſſet appellatum diximus bene iudicatum per Dominum Iudicem a quo, & male appellatum.

2 Moti, quia, † & ſi liceat vnicuique a vexationibus ſe redimere, vt tradit Guid. Papæ, in l. prima, nu
3 mero 1. C. de cond. ob turp. cau. Maxime † in temporalibus. Fely. in cap. dilectus, nu. 4. de ſimo. doct. in l. 2. C. de tranſactio.

4 Id tamen † non procedit, vbi de calumnia appareret, nam tunc huiuſmodi tranſactiones, ſeu com-
5 promiſſa † (quæ æquiparantur ſecundum Ange. in conſil. 66. nu. 3. Arri. Pinel. in l. j. 3 par. num. 44. C. de bo. mater.) ſunt nulla, Iaſ. in d. l. 2. in j. notab. & fuſius, in l. ſub prętextu, la prima, C. de tranſa.

6 Euidens autem calumnia apparebat, † quia fuit factum compromiſſum ſuper re, & occaſione eius ſuper qua, & de qua nulla lis erat, neque probabiliter eſſe poterat, vnde tanquam compromiſſum factum ſuper eo, ſuper quo nullum ius acturi competebat, minuſque competere poterat, non valet. Ang. d. conſi. 66.

Et ſicut de ſubſtantia tranſactionis eſt, quod fiat ſuper re dubia, lite incerta, mota, vel mouenda, ſeu ſperetur moueri probabilibus cauſis, ita dicendum
7 ſit de hoc compromiſſo, † quod ſuper certo iure nõ competenti neque competituro fieri nequit. Deci. conſilio 79. nu. 3. Rimi. conſilio 169. num. 55. libro j. & ita per plura firmat Natta in conſilio 543. col. pen. & fi. poſt Alexan. & alios, in l. ſub prætextu, C. de tranſactio.

Quod autem de non iure actoris euidenter conſtet, id non obſcurum reddit lectura ſtatutorum, & ſeries rei geſtæ, & gratuita præcedens iurium remiſſio, nam prætenſio Columnelli fundabatur in ſecũdo ſtatuto reuocatorio primi per quod ius tribuitur conſanguineis ad futuras faciẽdas alienatio
8 nes, † & ſic futuris negocijs legem imponit, l. leges, & conſtitutiones, de legibus, cap. fi. de conſtitu. non autem præteritis, & tranſactis, ſeu imperfectis indeciſe pendentibus. Bar. in l. omnes populi, num. 4. ff. de iuſti. & Iur. Vaſq. de ſucceſſiu. crea. §. 18. in 29. requiſito, nu. 280.

Quo fit, vt agens iſte omni ſtatutorum auxilio deſtitutus, & obſtante libera renunciatione, ſine actione proculdubio, agere videretur, & ſic calumnioſe promiſſum attẽtarit, & affectarit, & cõſequẽ
9 ter † laudum inde ſecutum a compromiſſo nullo depẽdẽs nullum fore, & nullius roboris ſit exiſtimãdum, l. nõ diſtinguemus, §. de officio, ff. de arbi. Sozi. cõſilio 95. colum. 4. libro 3 Deci. cõſilio 434. Rol. a Valle, conſilio 75. num. 2. libro j.

Quæ omnia in caſu iſto adeo vera eſſe videbantur, vt non ſolum promiſſiones, & pacta infirmen-
10 tur, † ſed ſoluti repetitionem tribuant tanquam ſine cauſa ſolutum, vel ob turpem cauſam præſtitum ad Nattam, in conſi. 77. col. j. & 2.

Nam certi iuris erat Columnello aduerſus Scãdellam nullum ius competere, & ideo quicquid illi date-

daretur,vel promitteretur,diceretur datum,vel pro
11 miſſum, † ne faciat id quod non facere tenebatur (nam ſi ſine actione erat,quonam modo cum iure vexare potuiſſet?) & ſic turpiter recepiſſet Caſtren.in l.prima,§.primo,numero 4.ff. de cõdict.ob tur.cau.& profecto dare,vel aliquid promittere Columnello,ne hunc moleſtet,aut non vexet,nil aliud eſſet quam promittere, vel dare ad effectum, ne in-
12 iuriam faciat Scandellæ, † quia agens ſine actione dicitur iniuriam inferre, & actione iniuriarum tenetur,l.iniuriarum. §.ſi quis iniuriam,ff.de iniu.vt
13 † ergo in hac cauſa datum,vel promiſſum,turpiter datum,vel in turpem cauſam,ne delinquat,promiſſum,l.2.& l.idem,§.1.ff.de cond. & turp.cau.& conſequenter ſolutum repeteret, vel non ſoluti ſeu promiſſi condiceretur liberatio. Guid.Papę,in l.prima, C.eod.

Quinimo ſi d. cauſa quoquomodo fuiſſet dubitabilis, ita, quod ratione dubij licite compromitti
14 potuiſſet, † ex quo tempore compromiſſi per ceſſionem iurium erat redacta ad non cauſam, pactiones non valent, & datur repetitio,vel in ſuo caſu cõdictio liberationis,l.prima,in fi.& l.ſi fullo.in fin.ff. de cond.ſi cauſa. Tiraq. in tract.ceſſan.cauſa in prima parte,nu 215.in fi.

15 Quę quidem † gratuita prætenſorum iurium remiſſio, ſeu ceſſio non videtur poſtea in pactum remoneratorium reducibilis,ad gloſ.in cano.ſi feneraueris,decimaquarta, quęſt. 3. Abb.in cap.conſuluit,in fi.de vſuris.

Et quaſi in puncto præſens quæſtio videtur decidi per Aymo. in conſil. 152.num.20. vbi agens ex priori teſtamento reuocato per ſecundum ſi tranſigat cum aduerſario, tranſactio non tenet tanquam facta ſuper re clara, & ſuper iure non competenti, ſed tantum ad vexandum intentato ad effectum inducendi vexatum ad aliquam concordiam, & vltra iura, quæ allegat citat etiam Roma. in conſilio 517.in 3.dubio ſoldens ex mente Oldra.in conſilio 280. quod datum cauſa vexationis redimendæ tan-
16 quam datum ob turpem cauſam repeti poteſt,† qd intelligendum eſt de vexatione facti,vt declarat Fely.in dicto capitulo, dilectus,in fi.videlicet,quando lis eſt non dubia, & finis certiſſimus, quo caſu nec compromiſſum,neque tranſactio tenet,vt dicit Roma.dicto conſilio 517.numero 18. & conſilio 371. & ibi addentes,&c.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum in materia ceßantium loquens de eximendo dotis cauſas a concurſu creditorum,locum habet in dote quoque promißa,nedum in data.*
2 *Idem in dote deſtinata adhuc non ſecuto matrimonio.*
Dos promiſſa,& deſtinata gaudet dotis priuilegio.
3 *Deſtinatio pro facto habetur.*
4 *Dos non venit ſub generali diſpoſitione.*
Generalis diſpoſitio non comprehendit dotem.
5 *Dotis fauore ſat eſt habere vnum Doctorem pro ſe.*
6 *Dotis fauore ſufficit pro ratione dicere. Speciale eſt in dote.*

A R G V M E N T V M.

Statutum Florentinum in materia ceſſantium eximens à concurſu creditorum dotes, & dotis cauſas, locum habet etiam in dote promiſſa, & deſtinata, & an
Dos promiſſa dotis datæ priuilegio gaudeat.

D E C I S I O L X X X V I.

NICOLAVS iunctæ de Bindis tanquam creditor Pauli Saluetti,ceſſantis in ſumma ſcu. 1543. deſtinatorum,& pœnes illum depoſitorum pro dotibus Do. Lucretiæ eius filię maritandę, egit coram D. Iudice quarteriorum per viam tenutæ cõtra bona d.Pauli,& fuit de more facta immiſſio, & obtentum præceptum de diſgumbrando.

Comparuerunt in iudicio creditores Paoli, & dixerunt de incompetentia dicti fori, allegando caueri per ſtatuta Curiæ mercantię, quod omnes cauſæ executiuæ motæ coram quocunque iudice ante decoctionem alicuius debitoris pertineant ad Dominos Sindicos, & per eos decidi, & terminari debeãt, & idem in cauſ. poſtea mouendis, & propterea dicebant d.Dom.Iudicem quarteriorum non poſſe in dicta cauſa ſe intromittere, ſed remittere teneri ad ſuos Iudices.

DD. pronunciarunt Do.Iudicem quarteriorum competentem, cauſamque inſtitutam coram eodẽ proſequendam eſſe.

1 Moti, quia † ſtatutum in materia ceſſantium loquens eximendo a concorſu debitorum dotes,& dotium cauſas, locum habet nedum in dote data ſecuto matrimonio, ſed etiam in dote promiſſa, ſeu deſtinata pro pupillis maritandis, & ita paſſim hęc Rota tenuit reprobato Caſtren. in conſilio 321. libro primo.

Quam opinionem, & nos ſecuti ſumus tum ob authoritatem tantorum patrum,tum propter rationabiles cauſas adductas.

2 Dotem † enim promiſſam, ſeu deſtinatam (& ſi non actu,potentia tamen matrimonio ſeruit, teſte Ruy.conſilio 151.col.2.libro 5.)venire ſub ſtatuto de dote loquente,de communi teſtatur Rolã. a Valle,in tract. de lucro dot.quæſt.5. & Rota non ſemel firmauit prout in motiuis ſub die 23. Martij 1568. lib.3. Motiuorum.& die 4.Februarij 1576.in cauſa Bargellina.

Idque non ſolum locum habet ſecuto matrimonio, ſed etiam non ſecuto in dote deſtinata, ad tradita per Rip.in l.prima, nu.5.ſol.matri.& per Bart. in l. Titio centum, §.Titio genero, de condit.& demonſtra.Bal.Nouell.in tract.de dote.1.par. num.9.

&

& io dote deſignata pro pnella minori decem an-
norum, vbi concurrit defectus matrimonij, & æta-
tis, qnod dos dicatur Rota præfata tenuit in dd. mo
tiuis, quę breuitatis cauſa non recenſemus, eum pa
teant omnibos.

3 Deſtinatio † enim pro facto habetur, & dotata
dicitur eui pater dotem reliquit ad futurum matri
monium. l. eum plures, §. eum inter, vbi gloſſ. de ad-
mi. tut. Bart. dicto §. Tirio genero, col. 4. & in l. j. in
prine, verſieu. argum. ad ſtatutum, ff. de adnlteri.

Quæ quidem concluſio forte procederet etiam,
quod in ſtatuto de dotis cauſa mentio non fieret
4 propter illam crebriorem ſententiam, † quod in
lege generali non compræhendatur caſus dotis
ſpecialiter priuilegiatus, es doctrina Salyce. io l. fi.
in 4. not. C. de iu. dot. & teſtatur Neguſan. de pigno.
in j. pat. memb. 8. num. 31. Cęphal. & conſil. 13. nu.
43. & pro concluſio. Anto. Gab. de legi. & conſtitu.
conclu. j. num. 10.

Ex es prædictis auctoritatibus abſque alia iuſti-
ficatione redditur ſuſtentabilis hæc ſententia in
5 hac materia, & fauore dotis † pro qua ſatis eſt habe-
re Doctorem pro dote, vt inquit Natta in conſilio
6 316. num. 3. col. 2. † Et alias dicebat Caſtrenſ. in l. j.
num. 2. ſol. mat. quod in materia dotis ſufficit dice-
re, ſpeciale eſt in dote, &c.

SVMMARIVM.

1 *Jurisdictio a Principe veluti a fonte fluit, & refluit.*
Rota Florentina ordinarie nullam habet iuriſdictionem.
2 *Jurisdictio non præſumitur collata, niſi conſtet de man-*
dato.
3 *Iuriſdictio delegata debilior ordinaria.*
4 *Reſcripta delegatoria ſtrictè interpretanda.*
5 *Reſcriptum a precibus interpretationem ſumit.*
6 *Delegatio præſumitur facta ſecundum ordinarium cur-*
ſum cauſarum.
7 *Iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione.*

ARGVMENTVM.

De reſcriptis delegatorijs ſtrictè intelligendis, & de Iudice incerto, et dubio de ſua iuriſdictione, an valide iudicet.

DECISIO LXXXVII.

OBTINVERAT Ranagnus
ex principis elementia per reſcri
ptum, quod cauſa iam inter eũ,
& Fierauantem controuerſa, &
deciſa reuideretur nullo in pre-
cibus petito Iudice, nec in reſcri
pto deputato, ſed tantum dictũ.
Concedaſi. Huius reſcripti vigore Rauagnus adijt
Rotam, & reuiſionis cauſam coram ea inſtituit, &
fuit oppoſitum de incompetentia, & pronunciatum
exceptionem obſtare.

Quia hæc Rota ordinariè nullam habet iuriſdi-
ctionem, niſi quatenus a Sereniſſimo Domino (a
1 quo † omnis iuriſdictio veluti a fonte fluit, & re-
fluit. Bal. in c. j. col. 3. de pa. iura. fir. Alexan. conſilio
2 24. in prio. lib. 5) ei tribuatur, † quæ nunquam præ
ſumitur collata, niſi per ſcripturam appareat. Bal. in
l. prohibitum, col. 3. C. de iure fiſci. Iaſ. in l. more ma
3 iorum, col. 8. de iuriſd. omn. ind. & † tanto minus in
delegata, quę minor eſt ordinaria & debilior, nã nec
ipſa collata præſumitur niſi de mandato doceatur.
Sebaſt. Vanti. de nullita. es defectu iuriſd. ordi. nn.
27. & ſeq.

Cum itaque per reſcriptum ſit conceſſa reuiſio
ſimpliciter, nec datus, vel petitus Iudex reuiſionis,
aut iterum Princeps adeundus erit, qui eui maluit
reuiſionis cauſam deleget, vel coram ordinario erit
4 dicto reſcripto vtendum. † Nam reſcripta delega-
toria ſunt ſtrictè interpretanda non egredientia per
ſonas in eis contentas, cap. primo, de offic. delega. in
6. cap. eum olim, vbi gloſſ. & Abb. extra eod. capit.
fi. de reſcrip. At cum io dicto reſcripto nullus iudex
in id deſignatus appareat nec in precibus nomina-
5 tim petitus, † vt ſecundum preces cenſeatur reſcri-
ptum, & a precibus ioterpretationem recipiat, cap.
inter dilectos, §. cęterum, & ibi Fely. colum. 4. de fid.
inſtrum. Deci. conſilio 10. num. 8. Senat. Pedem. de-
ciſio. 24. num. 44. & deci. 88. num. 9. merito non eſt,
quod magis Rotę, quam alteri dici debeat hæc cau-
ſa reuiſionis commiſſa.

6 Immo † in dubio ſecundum ordinarium cauſarũ
curſum, & ſecundum ordinamenta ciuitatis cenſe-
ri debet remiſſa, l. 2. §. merito, & §. a principe, ff. ne
quid in loco pub. Geminia. io c. quamuis, de reſcri.
io 6. & l. ſi quando, C. de inoffi. teſta.

Et quamuis dici ſoleat fatui eſſe ſe incompeten-
tem pronunciare, in hoc tamen caſu, vbi de noſtra
iuriſdictione prorſus incerti eramus, egregiè factũ
7 exiſtimauimus, † ſi alienam iuriſdictionẽ non con-
fundentes, Natta conſilio 271. & 324. nume. 2. nos
incompetentes declararemus, ne dubij de iuriſdi-
ctione noſtra nullitatis geſtorum coram nobis ma
teriam præberemus per ea, quę tradit Sebaſt. a Van
ti. de nullita. ex defectu iuriſdi. ordina. numero 167.
& 169. & Philip. Franc. in cap. ſi duobus, num. 20.
& 21. de appella.

Quicquid igitur in hac cauſa Rota egiſſet, tan-
quam carens iuriſdictione nulliter egiſſet, l. prima,
§. fi. ff. ad Tertull. & eum baſis Iudicij ſit ipſa iuriſdi
ctio ſecundum Bald. in rub. C. ſi a non compe. iudi.
merito eam incompetentem diximus, quia non di-
ceretur quicquam iudicatum ab his, qui ius dicen-
di non habent, d. l. j. §. fi. ad Tertul. l. j. §. hæc autẽ ver
ba, ff. quod quiſque iuris. Phil. Fran. d. c. ſi duobus,
ſub num. 21. de appella. &c.

SVMMARIVM.

1 *Debitum ſolutum petens incidit in pœnam ſtellionatus.*
Petens debitum iam ſolutum incidit in ſtellionatum.
2 *In confeſſum partes iudicis ſunt condemnare.*

3 Con-

Digitized by Google

3 *Confeſſio, & ipſa quoque multas habet defenſiones.*
4 *Confeſſio admittit inter alias exceptionem inueriſimilitudinis.*
5 *Inueriſimilitudo dat iuſtam cauſam iudici ne rei confeſſionem attendat.*
6 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*
7 *Reuocatio confeſſionis immediate facta, illam tollit etiã non docto de errore.*
Confeſſionis reuocatio immediata tollit confeſſionem ẽt de errore non docto.
8 *Confeſſio immediate reuocata nec indicium facit.*
9 *Reuelans re integra dignus eſt venia.*
10 *Cogitationis pœnam nemo patitur.*
11 *Vbi ex delicto non conſumato nemo læditur, non punitur.*
Delictum non conſumatũ neminem lædens non punitur.
12 *Sponte ſe deferenti parcitur.*
13 *Pænitentiæ locus eſt in delictis non atrocioribus.*
14 *Conatus non punitur ſi pœnitens reuocet.*
Exportans granum contra formam banni ſi pœniteat in via non punitur.
15 *Moræ purgatio in criminalibus admittitur re integra.*
16 *Ante proceſſum, & ſententiam non dicitur quæſitum ius fiſco.*
Fiſco non quæritur ius ante proceſſum, & ſententiam.
17 *Moræ purgatio non datur in executione iuris.*
18 *Declaratoria requiritur in pœnis ipſo iure incurſis.*
19 *Expenſarum condemnatio non fit in criminalibus cauſis per inquiſitionem intentatis.*

ARGVMENTVM.

De pœna petentis debitum iam ſolutum, & de confeſſione immediate reuocata, & an in criminalibus locus ſit pœnitentia.

DECISIO LXXXVIII.

EXTANT ſtatuta ſeu ordinamenta Florentiæ de petente debitum ſolutum, quod puniatur in duplum, quod ſecundum ius cõmune erat iudici arbitrarium,
1 † quia ſolutum petens incidebat in crimen ſtellionatus, vt not. Barto. in l. ſi fideiuſſor, §. in omnibus, in primo nota. ff de fideiuſſo. ſequitur Iaſ. in §. curare, verſi. hæc quidem, num. 12. inſti. de actio.

Item ſunt ordinationes Ducales, quod quis intra certum tempus teneatur reuelare, & denunciare bona rebellium ſub certa pœna, & quod creditores rebellium intra certum tẽpus ſimiliter debeant cum fiſco ius ſuum experiri.

Quidam Proſperus aſſertus creditor Achillis Pighineſij in ſumma ſcut. 400. ex cauſa dotis, declarato rebelle dicto Achille intra legitima tempora egit contra fiſcum vti ſucceſſorem bonorum Achillis, & vlterius mediante procuratore (elapſo tamen tempore ad denunciandum) fecit fiſco deferri ſe tenere quendam prædium ſpectans d. Achilli in gaudimentum partis dotis ſibi conceſſum.

Procurator fiſcalis interim decreuerat citationẽ contra dictum Proſperum ad perſonaliter comparendum, licet ante denunciationem non fuerit executa. Quo comparente, & facto examine ſemper negauit habuiſſe intentionem fraudandi fiſcum prout in ſuis ſolidis reſponſionibus ad interrogatoria datis, & formata ſtatim inquiſitione contra eum, incaute reſpondit contenta in ea fuiſſe, & eſſe vera, qua ſtante confeſſione fuit condemnatus in pœnam dupli valoris dicti fundi, & bonorum mobilium non denunciatorum ſaltem in tempore, & in ſcutis 50. propter fraudem, a qua ſententia fuit appellatum ad DD. Octo qui nobis mandarunt, vt quid iuris eſſe nobis videretur, eiſdem ſignificaremus.

Et prima fronte videbatur dicendum, ſentẽtiam prædictam in aliquibus indigere reformatione ſaltem reſpectu fundi, & eius valoris.

Nam & ſi Proſperus confeſſus ſit intentionem
2 fiſci, in illa reſponſione, & † nemo ſit, qui neſciat in confeſſum partes iudicis eſſe in condemnando, l. j. de conſe. cum nulla maior probatio reperiatur ipſa confeſſione. Corne. conſil. 18. lib. 1. Affl. ſuper conſtit. ſi damna. in 9. nota. quam proprio teſtimonio poſtea infirmare non licet, l. generaliter, in fi. C. de conſti. pecu.

3 Tamen † ipſa quoque confeſſio non eſt defenſionibus deſtituta, cum multa contra illam excipi, & probari poſſe affirmet Pariſ. de Sindi. in ver. condemnatio, capit. 4. num. 14. Boſſi. in titu. de confeſſ. numero 10. Iuli. Clar. in pract. cri. §. fi. quæſtio. 49. 55. & 65.

4 Et † inter alia inueriſimilitudinis exceptionem admittit Anchar. in conſi. 24. viſa. cum concord. per Marſi. in l. j. in prin. nu. 64. ff. de quæſt.

5 Quæ † quidem exceptio operatur, quod Iudex confeſſionem inueriſimilem non attendat, vt ibi per Anchara. quia diſpoſitio ad veriſimile reſtringitur, vt experimentum verorum ſermonum conueniat veriſimili, & rebus ſenſatis. Bald in tra. ſciſma. quem poſuit ſub rub. C. ſi quis aliquem teſta. pro. col. antepe. Iaſ. conſi. 141. col. 9. lib. 1.

Inueriſimile autem in caſu iſto deducitur, quia Proſperus in ſuis conſtitutis ſemper negauit in ſe dolum adfuiſſe, modo quod Proſperus, qui vltro ſe detulit, voluerit illico confiteri, quæ negauerat, & in pœnam tendunt, quaſi palinodiam canendo, id
6 † quidem non videtur credendum, l. nam ad ea. ff. de condit. & demonſt. & egregie tradit Anchar. in d. conſi. 24. num. 3. & immediate ſubſecuta reuocatio euidentiſſima oſtendit, proteſtatus enim fuit ſtatim data reſponſione ad inquiſitionem nihil egiſſe animo fraudandi fiſcum.

7 Quę † immediata confeſſionis reuocatio illam tollit, etiam non aliter docto de errore. gloſ. in cap. fi. in verbo iuſta. de iu. iur. in 6. Iaſ. in l. error, colum.
8 2. C. de iuris, & fact. igno. ita, † quod ex ea reuocata confeſſione, nec indicium quidem ad torturam ſumi

mi

mi poſſe tradit Bald.in l.j.col.pen.de confeſ. Iaſ.in l.
magiſtratibus, col.2.ff de iuriſ.om.iud. Pet.Gheta:
de Pet.Sant.in ſingul.67.

Et circumſcriptis omnibus præmiſſis, nō potuit
ex alio condemnari, vt extitit condemnatus, quia
ęſto, quod auimum habuerit fraudandi occultando
9 diutius d.bona,† reuelauit tamen re integra,& an-
tequam miſericordia, & veritas obuiarint, vt dicit
10 Luc.de Pen.in l.j.C.de his,qui ſe defe.† & ſic ante-
quam fiſcus inchoaret proceſſum, vnde potius men
tale, quam actuale delictum dici poterat, cuius pœ-
nam nemo patitur,l.cogitationis,ff.de pe.

11 Et † vbi ex delicto non conſumato nemo lædi-
tur, (vt hic vbi fiſco nil perijt) ne quidem extraor-
dinario quis punitur, ita ex mente Bal. in l. ſi quis
non dicam rapere, de epiſc.& cler.& in l.ſi fugitiui.
C.de ſer.fugi.ti adit Bened.Capra ad reg.iur. in reg.
66.nu.14.& 15.

12 Parcitur† enim ſponte confitenti, & denunciāti,
vt inquit Lucas de Pen. in pręcitato loco, re maxi-
me integra, & antequam fiſcus examinaret, quia nō
primus motus, ſed perſeuerantia in conſideratione
13 delictorum habetur. Quo fit† vt in his, quę nō ſunt
de atrocioribus, pœnitentiæ locus non denegetur.
Meno.de arb.iud.lib.2 cent.4.caſu 360.

Vnde dicit Ripa, de peſte in tit.de remed, ad con-
14 ſer.vber num.75.† non puniri conatum illius, qui
dum exportaret frumentum contra formam banni
mentorum, dum eſſet in via pœnituit, & ſcolaris,
qui retinuit gallinas alienas animo comedendi, pœ
nitentia ductus ſi reſtituat, non punitur, vt dicit
Bar.in l.qui ea mente,ff.de fur.& de deſiſtente ab in
ſtituta querela teſtamenti, eſt tex.in l.Papinianus,§.
meminiſſe,ff.de inoff.teſta.

Nec obeſſe videbatur, quod delatio,& reuelatio
15 d.bonorum fuerit facta extra terminum, † quia re
integra in criminalibus moræ purgatio admittitur
maxime in delictis in omittendo commiſſis Barto,
in l.ſi inſulam, quæſt.6. de verb.oblig. Areti.conſil.
156.in fin. Tiraqoell.de mitiga.pœna, in. cauſa 44.
16 num.51.†& ante proceſſum,& ſententiam non di-
citur ius quęſitum fiſco. Alex.in l.diuortio.§.fundū,
num.11, ſol.matr. Boſſ. de bon. pub. nu. 81.Luc.de
Pen.d.l.j.C.de his,qui ſe defe.lib.10.

Et quamuis lex bannimentalis ipſo iure pœnam
17 infligeret, ita, quod † in executione iuris non vide-
retur dari purgatio morę. Roma.conſil. 427. Ron-
18 chagal.in l.2.num. 28. & ſeq.ff.de duo.reis.† Tamē
ſecundum aliquos requiritur declaratoria facti, vt
pœna ipſo iure inflicta locum habeat, vt poſt rela-
tos quorū ipſe meminit, tradit Nico.Moro.in tract.
de tre.& pac.q.36.

Quibus ſtantibus DD. facile inclinaſſent pro re-
formatione ſententiæ in ea parte fundi denunciati,
verum quia d. lex bannimentalis remouet etiam de
clarationem, ita vt ipſo iure ſine alia aliqua declara
tione facienda pœna incurratur, quantumcunque
dura videretur, illius obſeruantiæ inhærendo, ne ſi-
miles aſtriſſimo, ſeu pates eſſe velle viderentur, vt de
diſputantibus de poteſtate principis dicebat Bal. in
conſilio 359.culum. j. libro j. dixerunt ſententiam
præfatam fore in omnibus confirmandam, præter-
quam in expenſis in quibus dixerunt dictum inqui-
19 ſitum fore abſoluendum, † quia in criminali cauſa
per inquiſitionem iotentata non fit cōdemnatio ex-
penſarum. Fely.in c accedens, de accuſa. Grar.conſi.
72.nu.14.& 80. nu.4 lib.2. quorum meminit illos
ſequendo Aſini. in pra.iudi.§. 32.c. 2.in j.limita.&
alijs de cauſis animum noſtrum mouentibus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtantię appellationum ſolent eſſe breuiores cauſarum principalium.*
2 *Damni liquidatio ſummariè tractatur.*
Liquidatio damnorum ſummariè tractanda.
3 *Inſtantia datur etiā in ſummarijs, & executiuis cauſis.*
Summaria cauſa, & executiua habet inſtantiam.
Executiua cauſa inſtantiam habet.
4 *Inſtantia quandoque datur per accidens negationis.*
5 *Inſtantiam habet etiam quilibet articulus.*
Articulus quoque inſtantiam habet.
6 *Inſtantia ab ipſis cauſis modum, & tempus recipit.*
7 *Damnum datum dicitur maleficium.*
8 *Liquidatio damni requiritur ad puniendum.*
9 *Cauſa, quę ſit ſummaria, ſummarios quoque reddit articulos.*
10 *Annexorum & connexorum idem eſt iudicium.*
11 *Connexitas quomodo iudicatur.*
12 *Connexa, & annexa cum principalibus regulantur.*
13 *Generalis prouiſio non derogat ſpeciali.*
14 *Principij natura attenditur.*
Finis, quando regulatur a ſuo principio.

ARGVMENTVM.

De inſtantia in qualibet cauſa etiam ſummaria, & executiua danda, & quod etiam quilibet articulus habei inſtantiam.

DECISIO LXXXIX.

CIVITATIS Piſtorij proui-
ſionibus cauetur contra dam-
num dantes, quod vltra pœnam 1
fiſco, executori, & accuſatori pro
rata applicandam, teneantur ēt
damnum paſſis reſarcire, & emē
dare, & quod huiuſmodi cauſarum inſtantiæ durēt,
& terminentur ſecundum inſtantias cauſarum ma
leficiorum, vel quaſi iuxta rub 6.libro 5.ſtatutorū,
quæ quidem inſtantia contra negantem eſt 65.diu-
tum currentium.
Item, qd in reliquis in ſupradictis prouiſionibus
nō compræhenſis ſeruentur ſtatuta dictæ ciuitatis.

Extat etiam eiuſdem ciuitatis ſtatutū, quod cau-
ſæ, ſeu inſtantiæ cauſarum ciuilium, & mixtarum
vltra 50. libras dentur aſcendētium durent per 47.
dies vtiles, vt in rub.j.lib.2.ſtatu.

Extat

Eſtat etiã aliud ſtatutum.lib.7.rub.3. in fi.quod
inſtantiæ cauſarum appellationis durent quantum
inſtantia cauſæ principalis. His ſic præmiſſis;

Fuit condemnatum commune,& homines caſa-
lis per officialem damnorum datorum ad emenda-
tionem damni Franciſco de Caotanſantis,pro dam-
no dato in bonis dicti Franciſci accuſatoris,& ſen-
tentia fecerat tranſitum in iudicatum.

Et pro liquidatione dicti damni per homines
communiter electos fuit deuentum ad æſtimatio-
nem d.damnorum, & laudo ſubinde lato declaran-
te damnum ductum fore, & eſſe æſtimationis libra-
rum ſcut. 160. pro parte dicti communis fuit ap-
pellatum ab eo,& agitato proceſſu ſuper cauſa ap-
pellationis, tandem pro parte Franciſci fuit exce-
ptum de peremptione inſtantiæ, & dictum de de-
ſertione appellationis, attenta inſtantia cauſarum
maleficiorum.

Dominus Iudex tacitè huiuſmodi exceptionem
reijciendo, mandauit ad vlteriora procedi.

A qua pronunciatione fuit ad nos appellatum,
& pro parte dictæ Communitatis dicebatur debere
attendi inſtantiam cauſarum ciuilium, quæ eſt ma
ior,& ſecundum illam non eſſe peremptam,cum li-
quidatio damni ſit iudicium ciuile pecuniarium, re
ſpiciens intereſſe partis tantum.

Nos autem diximus inſtantiam peremptam, &
attendi debere inſtantiam correſpectiuam ad cau-
ſam principalem; vnde cum ſtatuentes voluerint
cauſam damnorum datorum regulari, ſecundum
inſtantiam cauſarum maleficiorum, conſequens
eſt,quod cauſæ appellationum circa materiam dam
norum datorum emergẽtes, commenſurẽtur cum
principali ſua inſtantia, iuxta diſpoſitionem præci-
tati ſtatuti lib.7.c.3.in fi.

Alias ſequeretur abſurdum, quod cauſæ appel-
lationum interpoſitarum ab emergentibus, & de-
fendentibus ab ipſa cauſa principali damnorum
datorum eſſent lõgioris vitæ, quam principalium,
quod eſt contra curſum, & naturam cauſarum,
1 † cum de iure inſtantiæ appellationum regulariter
ſolent eſſe breuiores cauſarum principalium, quia
poſt primam inſtantiam cauſa dilucida, & magis in
ſtructa videretur, vt tradit Io.Bap. Aſi.in pra.iud.in
princ.cap.8.nu.18.

Nec obſtat ſi dicatur, quod cauſa principalis
damni dati, iam fuit finita, nec eſt ſuſpenſa per ali-
quam appellationem, ſed id de quo quæritur eſt li-
2 quidatio damni, † quæ ſummariè tractatur. Couar.
varia.reſol.lib.2 cap.11.in princ. & ſic nullo inſtã
tiæ termino præcludi, vt placuit Bar.in l. litibus,C.
de agri.& cenſi.lib.11.quem ſequuntur multi,quo
rum meminit Ioã.Bap. Aſi. in prati.iudi.in princi.
cap.3.num.36.

Quia reſpondetur in contrarium extare magis
3 communem opinionem, videlicet, quod † in ſum-
marijs, & executiuis detur inſtantia, vt teſtatur
idem Aſini.ibi,num.42. & Iaco.Emilia.in conſilio
67.nu.j.quicquid dixerit Bart. in d.l.litibus, quem
reprobari teſtatur Benedi.de Barzelli.in tract.Gua-
rant.46.col.& idem atteſtatur Bero.in conſilio 40.
num.4.& 38.num.7.libro 3. Rurſus,circumſcripta
communi opinione,& dato,quod cauſa ſummaria,
& executiua,non haberet de ſui natura inſtantiam;
4 adhuc caſus iſte † per accidens,ideſt, per contradi-
ctionem,& appellationem partis cadit ſub inſtan-
tia,cum ſit imploratum officium Iudicis nobile, vt
colligitur ex not. per Bald.in l. prima, §. is videtur,
ff. de his, qui iuſd. non ob. quem refert Afflict. in
deciſ. 346.num. 8. per contradictionem enim dici-
tur,quod nõ debet lis conteſtari in ſummarijs,& cõ
ſequenter oriri inſtantiam.

Cum igitur ſummaria quoque cauſa ſua clau-
5 datur inſtantia, † immo largo modo loquendo
etiam quilibet articulus inſtantiam habere dica-
tur,vt inquit Bald.in l.prima,colum. 2.C.de iur.ca
lum.& ibi Franc. Curt.num. 8. merito & iſtam ap-
pellationis cauſam ſub aliqua inſtantia continen-
dam non negabatur.

Verum,quia ambigebatur, cuius exemplo ciui-
lis ne, vel criminalis cauſæ regulanda foret, nobis
viſum fuit congruentius,a criminali tempus,& ter
minum ſumere debere ac modum.

Nam vt notabiliter dicit Barto. in l. vnica, ff. de
6 glan.legenda,inſtantia † ab ipſis cauſis,quæ tractã-
tur modum,& tempus ſæpe recipiunt.

Cauſa autem de qua agitur, eſt damni dati liqui-
7 datio, † quod damnum datum ſicuti maleficium eſ-
ſe dicitur. l.ex maleficio, ff.de actio. & obli & inſtit.
de obli. quæ ex qua.deli. naſ.in prin. Bonif. Vital.de
damno da.num.62.& tradit Boſſi.eod.tit.num.j. ita
etiam ſtatuentes voluerunt ſub ſtatutis maleficio-
rum contineri,& regulari.

Quo fit, vt cum iſta liquidatio acceſſoriè fiat, &
per neceſſariam conſequentiam ad damnum da-
tum,videlicet,vt liquidetur intereſſe damnum paſ-
8 ſi,ſine † qua aliquis non poſſet puniri,etiam, quod
ſtatutum diſponeret iuramento damnum paſſi ſta-
ri debere, ſi cum nullum probaretur damnum illa-
tum,veniret abſoluẽdus accuſatus,Barto.in l.diuus
Traianus,de mili. teſta. Marſil. ſingul.338.merito
naturam ſui principalis aſſumere debet, nec longio
ris vitæ ſuo principali eſſe deberet, argumen,l. cum
principalis, de regu.iur. & capit.acceſſorium.de
reg.iur.in 6.

Nam ſicuti ſi vigore ſtatuti, vel reſcripti venit
9 aliqua cauſa ſummariè cognoſcenda, † eius quo-
que cauſæ articuli,& acceſſoria, & annexa ſumma-
riè cognoſcentur. Angel.in l.prima,ff.ad per alium,
& not.in clemen.diſpendioſam,de re iud.Bar. ad re-
pel.in verſi.ſummariè,num. 20. & tradit Natta con
ſil.12 t.num.j.

Ita etiam dicendum eſt in caſu iſto, vt ſi ſecun-
dum ſtatuta damnorum datorum ſit inſtantia 60.
dierum, ita etiam ſit eadem inſtantia,& eadem ſum
marietas in liquidatione neceſſario accedente, &
in neceſſariam conſequentiam ad cauſam principa-
lem damni dati.

10 Annexorum, † & connexorum, ſeu dependen-
tium, idem eſt iudicium cum ſuo principali, a quo
diuerſo iure cenſeri non debet. l.cum qui ædes, de
vſucapio.l.1.in verſic. nec ratio patitur,ff. de rerum

pet-

permuta. & vnius loco indicantor io ſpecta perfe-ctione,cuius voos omnium ſit finis, & oot. Contar. in l.j.io ptima limita. num. 33.ff.ſi de momen. poſ-ſeſſione.

Quod autem iudicium hoc liquidationis ſit annexum, & coonexum dicatur cum iudicio querelæ damoi dati,id manifeſtè appatet ex eo,quia hoc iodicium liquidatorium tendit ad perfectiooem alterius iudicij, immo venit in neceſſarium conſequēs
11 ad illud † ex quibus coonexitatem iudicari io iure noſtro,ttadit Meno. de arbit.lib.2.cent.prima,caſu 95.num.5.8.& 16.

12 Qua ſtante coonexitate † ordinari, & iudicari debebat ſicut ea quibus annectuntur, & adhærent, & illorum oaturam aſſumunt, vt inquit Abb.in c. quanto in 3.no.de iudic.

Et ſic inſtantia iſta liquidationis damnotum venit regulanda ſecundum naturam ſui principalis iudicij,cui aonexa eſt, & io cuius conſequeotiam neceſſario accedit,cum oec veriſimile ſit ſtatueotes voluiſſe diuidere contioentia cauſæ,& diuerſitatem inſtantiæ ioter eas inducere,daodo longiorem vitá, & plus temporis acceſſoriæ cauſę, quam principali,arg.l.oulli.C.de iudi.

Et ſtante particulari prouiſione inſtantiæ damnorum datorum ſub lege maleficiorum terminan-
13 dæ,† generalis iſta prouiſio in ciuilibus cauſis ordinata noo derogat ſpecialiter ſtatutis, & ordinatis.l. doli claoſula,ff.de verb.oblig.vbi Bar.& alij Corne. conſi.102.nu. 16.lib.2.& 26.oum. 12.lib. 3.

14 Semper † eoim quando finis habet ſe in neceſſariam conſeqoentiam ad priocipium,natura principij attenditur,l.3.§.ſit,& ibi Bal. ff.de mino.Angel. in l.ſi poſſeſſio.§.redactæ,de peti.hæred.

S V M M A R I V M.

1 *Cauſa ſemel auocata, & ingreſſa Aulam Principis amplius non exit,niſi ab eodem Principe remittatur.*
2 *Etiam ſi cauſa eſſet deſerta per partes non redit ad primum Iudicem.*
3 *Notificatio iudicialis afficit.*
4 *Notificatio ſine mandato Iudicis non fit.*
5 *Iudex præparatorij eſt Iudex præparati.*
Præparatorij iudex, iudex eſt præparati.
6 *Notificatio tanquam actus certificatorius non inducit litis pendentiam, neque litem motam. Nec iudicij neque actorum pars eſt.*
7 *Citationes primæ ſine cauſę cognitione, vt plurimum fiunt.*
8 *Cauſa auocata primus iudex, nec de conſenſu partium poteſt ſe intromittere ſine Principis mandato.*
Auocata cauſa, nec de conſenſu partium iudex in ea ſe intromittit.
9 *Reſcriptum præſentatum eſt effectum commune cum aduerſario,qui inuito impetrante vti poteſt.*
10 *Delegati iuriſdictio expirat per ſententiam nullam.17.*
Iuriſdictio delegati expirat per ſententiam nullam.
11 *Licet aliud ſit in delegato à Principe, videlicet.*
12 *Si intra inſtantiam iudicat.*
Inſtantia lapſa nec delegatus Principis iudicat valide.
13 *Dictio interim operatur medio tempore.*
14 *Gratia Principis non circunſcribitur inſtantia, ſed plenariè exequenda.*
15 *Gratia Principis non redditur eluſoria.*
16 *Et eius executio eſt reiterabilis donec ſortiatur effectum.*
17 *Delegatus nulliter iudicans licet deſinat eſſe iudex, & expiret iuriſdictio.fallit tamen in informationibus, prouiſionibus, & ſimilibus, & locum ſolum habet in diffinitiuis.*
18 *Reuiſione commiſſa dicitur auocata cauſa.*
Productio iurium debet fieri in termino probatorio.
19 *Productio iurium ſerotina non caret ſuſpitione, & non euadit condemnationem expenſarum.*

A R G V M E N T V M.

Quod cauſa ſemel auocata, & ingreſſa Aulam Principis amplius non exit,niſi ab eo remittatur.
De notificatione, et quatenus afficiat.
De delegato nulliter iudicante,an, & quando iterum iudicet.
Et de ſerotina iurium productione periculoſa.

D E C I S I O XC.

ILLVSTRIS D.Io.Vincētius Vitellius agebat via ordinaria, coram Do.Iudice quarteriorum contra Illuſtriſs. Do.Eleonoram Cibbo,ad repetitionem indebite ſolutorum, qui vt litis diſpēdio, & immortalitati coofuleret, ſupplicauit ſuæ celſitudioi, qoatenus digoaretur litem, ſeu lites antedictas,& quaſcuoque alias, quas inter eaſdem partes deduci contingeret, huic Almæ Rotę Florentinæ decidendas committere,& reportauit ex voto reſcriptum tenoris,videlicet.

La Roota iotenda le parti,e facci Giuſtitia ſecondo l'ordini,&c.

Et agitata cauſa cotam Rota fuit diffinitiue per DD.pronunciatū, petita per actorem fieri nō debere,& d.Illuſtriſſ.D. Eleonorā a petitis abſoloerunt.

Quorum ſniæ Vitellius non acquieſcens iterum ſupplicauit pro reuiſione illius,& quoniam d.Illuſtriſſ.D.Eleonora erat creditrix pro ſuis dotibus in ſumma ſcut. trium millium, orarot in eiſdem precibus ſopplicaoit, quod interim ſuſpenderetur executio dicti crediti,vel quod Illuſtriſs.D.Eleonora idonee caueret de ſtando iuri, & parendo iudicatis, & Princeps,ita reſcripſit,videlicet.

Il Fiſcale,l'Auditore delle Bāde, e M.Biagio vedino ſe ſia degna di reuiſione, & ioformino,& in tāto la Ruota conſegni le ſcritture, e ſoſpenda ogni eſecutione,e facci dare ſicurtà di ſtare al Giudicato.

Suc.

Succeſſiue fuit commiſſa reuiſio dictæ ſententiæ
MM. DD. Auditoribus Rotæ Senenſis, qui eam re-
uocarunt condemnando Illuſtriſſ. Do. Eleonoram
ad petita. Et Rota Florentina interim fecerat dare
fideiuſſores de ſtãdo iuri, licet nulliter hunc actum
explicauerit, fuit enim declarata nulla talis cautio
præſtita propter defectum in perſonis approbato-
rum concurrentem.

Rebus ſic ſtantibus Illuſtriſs. Do. Ioã. Vincentius
mediante Curia D. Iudicis quarteriorum fecit fieri
quandam notificationem d. Illuſtriſs. Do. Eleonoræ
ſignificando eadem geſta, & facta per DD. Audito-
res Senenſis Rotæ, & de ſententia reuocatoria pri-
mę, & de nonnullis alijs inde ſecutis offerendo vlte-
rius ſe paratum compenſare valorem d. mobilium,
cum credito dotis, concludendo tãdem ſe prædicta
facere ad omnem bonum finem, & effectum, vt de
prędictis d. Illuſtriſſ. D. Eleonora notitiam habeat,
& ignorantiam non prætendat.

Similiter eadem Illuſtriſſ. Dom. Eleonora inten-
dens ſuis rebus cõſultius proſpicere circa d. præſta
tionem fideiuſſoris tam minus validam declaratã,
rurſus adijt Rotam Florẽtinam, inſtando quatenus
cauere teneatur approbari fideiuſſores ab ea nomi-
nandos pro quantitate ab eadem Rota declaranda.

Et viceque oppoſuit exceptionem incompeten-
tię allegando d. Illuſtriſſ. D. Eleonorã notificationẽ
illam fieri non potuiſſe coram iudice quarteriorũ,
a quo fuit per Principem omnis cauſa inter dd. par-
tes deducenda euocata. Contendente pariter ex ad-
uerſo d. Illuſtriſſ. Do. Vitellio petita per d. Illuſtriſſ.
D. Eleonoram coram d. Rota proponi minimè poſ-
ſe, quia iam expirarat eius iuriſdictio, vt ex infra di-
cendis apparebit.

Nam quantum attinet ad exceptionem incompe
tentię, reſpectu dictæ notificationis, hæc videbatur
iuridice fundari ſuper illa generali euocatione cau
ſarum quarumcunque inter d. partes vertentium,
& quæ deduci poſſent a Principe emanata, iuxta c.
vt noſtrum, cum ibi not. per Philip. Franc. Henri.
1 Boich. & alios de appel. † vnde cum ſemel in ſui ge-
neralitate fuerit auocata ab ordinario, & ſemel in-
greſſa Aulam principis, illam amplius non egredi-
2 tur, niſi ab eodẽ principe remittatur, † etiam ſi cau-
ſa eſſet per partes deſerta, vel aliter a iudice delega-
to nulliter iudicatũ. Rebuff. in tract. de euocat. art.
j. nu. 99. Couarru. pract. q. c. 9. nu. 5.

Et ideo d. notificatio, & oblatio reſpectiue corã
ordinario fieri non debuit, propterea, quod ſi pro
parte Illuſtriſſ. D. Eleonoræ eſſet contradicendum,
& ſe ſe vellet eximere a præiudicijs quomodolibet
3 ſibi ex † dicta notificatione reſultantibus tanquam
iudicialiter factis ad Bald. in l. ſi fideiuſſor. ff. qui ſa-
tiſda. cog. Rub. Alex. in l. non ſolum. §. morte num.
335. de oper. no. nunc. vtique præſtaretur conſen-
ſus in eum tanquam incompetentem, & quem in
iudicem ſubſtinere non cogebatur, vt coacte iuriſ-
dictionem prorogaret. Et non videbatur poſſe nega
ri quin d. iudex inceperit exercere ſuam iuriſdictio-
nem, & in cauſa ſe intromittere mediante d. notifi-
4 catione per ſuum nuncium executa, † quæ ſine ſuo
mandato ad partis inſtantiam fieri non poterat. l. j.
vbi Cy. no. C. de dilatio. & conſequenter ex iſto præ-
5 paratorio inferebatur ad pręparatum, cuius † idem
iudex eſſe deberet. l. ordinarij. C. de rei vendic.

Quibus non obſtantibus DD. pronunciauerunt
ex hactenus actitatis nimis propere de incompeten
tia oppoſitum fuiſſe.

Nam cum d. notificatio non fuerit directa princi
paliter contra Illuſtriſſ. Do. Eleonoram, vt aliquid
det, vel faciat, neque per D. iudicẽ quicquam dari,
vel fieri mandatum ſit, ſed ſolum tranſmiſſa ad effe
ctum certiorandi de geſtis, & ſecutis ante dictã Ro-
tam Senenſem, vna cũ declaratione animi ipſius D.
Notificantis circa compenſationis oblationem, nõ
vidimus quonam modo inde dici potuerit aliqua
lis mota, ſeu iudicium inchoatum, vel aliter quomo
docunque in iudicẽ conſenſum, vel iuriſdictionem
6 prorogatam. † Actus enim iſte certificatorius dici-
tur actus voluntarius, & tanquam voluntariæ iuriſ
dictionis poteſt vbique ſemper, & omni loco exerce
ri ad not. per Rebuff. de nomina. 14. q. num. 15. qui
etiam in tract. de lit. requiſito, num. 23. ſatis oportu
ne, & in puncto locutus, dixit per iura ibi allegata,
huiuſmodi inſinuationem certificatoriã, neque iu-
7 dicij, neque actorum partem eſſe, & maxime, † quia
iſtæ primæ citationes ſolent fieri ſine cauſæ cogni-
tione, & abſque iudicis decreto emanare, vt inquit
Aſin. in prat. §. 4. c. 11. nu. 3. Immo tantum abeſt, vt
inde iuriſdictio aliqua ab ordinario ſit reaſſumpta,
vel acquiſita, vt etiam vtriuſque partis conſenſus de
incompetenti propter auocationem factam compe
8 tentem cum non faceret. † Nam emiſſa auocatione
iudex a quo etiam de conſenſu partium ſine Prici
pis remiſſione ſe intromittere non valet, vt dicunt
DD. de Ruta deci. 76 poſtquam, in nouis, Prępo. in
d. c. vt noſtrum, maxime facta intimationẽ. Rebuff.
d. tract. de euoca. art. j. nu. 111.

Licet contrarium in hoc ſentire videatur Couar
ru. d. cap. 9. num. 7. vbi ſi is cuius fauore euocatio
fiat nolit vti, ſed renunciet, valebit, quod a iudice a
quo factum fuerit non obſtante euocatione etiam
cum decreto irritanti.

Tamen id forte procedet re integra, & non ſecu-
ta intimatione, nõ autem in caſu iſto, vbi reſcriptũ
9 auocatorium fuit præſentatum iudici, & parti, † &
eſt effectum commune, ita quod inuito impetrante
alter vti poteſt, vt not. Docto. in c. ex parte Decani.
vbi Ant. de But. col. 2. de reſcrip. Abb. & alij in c. ex
conqueſtione, de reſt. ſpolia.

Et ex his concluſum fuit per huiuſmodi certifica
toriam denunciationem nullam litis pendentiam,
vel iudicium inductum, nullam iuriſdictionẽ in or-
dinarium prorogatam, nihilque dici poſſe actũ, aut
moliitum propter quod principaliter ſeu in conſe-
quentiam tam in principalibus negotijs, quam cõ-
ſecutiuis inter dd. partes verſatis aliquod pręiudi-
cium illatum dicatur, quod alias nullum foret ad
not. per Rebuff. d. tract. de euocat. art. j nu. 110.

Cæterum quo ad aliam incompetentię exceptio-
nem, in caſu renouandæ cautionis per Illuſtriſſ.
D. de Vitellis appoſitam, ſatis valide arguebatur de

hac coram d. Rota tractari non poſſe tanquam dele ta, quia iam ſuper toto ſententiam tulit, & functa erat officio ſuo, & licet in recipiendis fideiuſſoribus nulliter proceſſerit, non ideo, quod nulliter egerit, iterum ſe in idem intromittere poſſe dici debet,
10 quia per actum, & ſententiam nullam iuriſdictio delegati extinguitur, l. ſi vt propoois, la prima, C. quomodo, & quando iud.

Et dato (ſecundum Ang. lo l. iudex poſteaquam, cuius opio. benigniorem dicit, & ſequitur Boer. deciſ. 6. num. 6. & Vanti. de nullita. eoram quo nulli.
11 pro poſſ. num. 14. in fi.) † quod aliud ſit in delegato Principis, qui ordinario iterum volenti iudicare comparatur, (cuius contrarium firmat, ea communi opio. Decu. in ca. in literis, num. 5. de offic. deleg.) hic tamen aliud obſtabat, ne Rota ſe ingereret in d. cauſa, videlicet, lapſus inſtantiæ, cum omnia reſcripta delegatoria, hic habeant inſtantiam 90. dierum, & quod dicitur de ordinario, & delegato Principis, quod ſi nulliter iudicet, poſſit iterum valide iudica-
12 re, intelligitur ſi id † intra primam inſtantiam faciat, alias tutius non iudicabit ſecundum Saly. in l. ſi accuſaturus, nu. 6. C. de accuſat. & in l. ſi præſes, vbi etiam Matheſila. num. 12. C. quomodo, & quãdo iudex. Fely. in d. c. in literis, nu. 5.

Vltra, quod in reſcripto videbatur aſſignari terminus, intra quem dari deberent fideiuſſores, vide-
13 licet, ibi † interim dum tempus faciendæ aelationis pendet, quod verbum operatur medio tempore, l. liberti, §. in quæſtionibus, ad monicip. l qui ad certum, ff. locati, quo elapſo, iuriſdictio expirat, & id ſuadebat etiam natura d. cautionis præſtandæ de ſtando iudicatis, quæ ſolet præſtari ante latam ſententiam, non poſt litem finitam.

Ea aduerſo replicabatur de poteſtate iuriſdictionis delegatæ a Principe ad inſtar ordinatiæ, quæ durat etiam poſt ſententiam nulliter latam, vt ſupra.

Nec obſtat lapſus inſtantiæ, quia quod præſtaretur cautio de ſtando iudicatis, id fuit ex gratia petitum, & in gratiam petenti conceſſum, ac Rotæ pro executione mandatum, & ſic cum eſſemus in executione gratiæ, ac in iuſſu ſeu mandato Principis;
14 † actus iſte non curriculis inſtantiæ commenſurari, ſed plenaria potius executione regulari debet, quemadmodum etiam ſic fieri debere non obſcure reſcripta S. C. oſtendunt, dum rurſus Princeps reſcripſit. Sua altezza intende, che li malleuadori ſi riceuino ſecondo l'ordine, & iterum in alio reſcripto. Sua altezza ſi marauiglia, che li Giudici li habbino approuati altrimenti. Ex quibus datur intelligi, quod intellexit de effectuali, & valida
15 cautione, non autem de inualida, ne † gratia redderetur eluſoria, vt tradit But. & Bellame. in dicto capitulo, in literis. Nec erat in controuerſia, an fideiuſſores eſſent, vel non eſſent præſtandi, quia iam erat obtentum hoc, nec an idonei, quia veniunt approbati a deputatis, & poſtea DD. Iudices admittunt, quia in re non erat ſeruandum tempus inſtantiæ, ſed effectus executionis ad quem reſcribens reſpexit.

Qui quidem actus præſtandæ cautionis toties reiterandus donec ex intentione reſcribentis effectum ſortiatur, & non reddatur eluſorius non minus, quam apud Romanos in litandis hoſtijs conſueuerunt, nam prima hoſtia non litante alia, & tertia (quas ſuccedaneas appellabant) adhibebatur donec litatum foret.

Mandatum igitur iſtud Principis, & iuſſus nullam requirens cauſæ cognitionem, ſed nudum miniſterium admittendi fideiuſſores, eſt reiterabilis etiam in delegato, qui dato, quod functus eſſet officio ſuo per admiſſionem alias nulliter factam,
16 † non tamen procedit in gratia, & Principis beneficio, nam cum veniat executio ad perfectionem gratiæ durat vſque ad eius conſummationem ſecundum Anto. de Butr. dicto cap. in literis, numero 7. in fi. de offic. delegat. & pro communi Rip. in l. quod iuſſit, nom. 67. de re iudi. Quibus accedunt notabilia, verba Oldr. in conſilio 292. num. 2. vbi in oppoſitione delegati nulliter iudicantis, quod nõ poſſet iterum
17 iudicare. † dicit id ſorte procedere in ſententijs diffinitiuis, ſecus in alijs actibus, veluti in informationibus, prouiſionibus, & ſimilibus executionem magis redolentibus, quam diffinitiue naturam ſapientibus, quod ſi procedit ſecundum Bald. in conſilio 244. in fi. lib. 2. in iuſſu iudicis, quanto magis in mãdato Principis.

Nec dici poteſt ꝙ per reuiſionẽ ſententiæ Rotæ Senenſi commiſſam videatur auocata iſta executio ſecundum ea, quæ tradit Couarru. d. c. 9. concluſione quarta, quia Rotæ Senenſi fuit cõmiſſa reuiſio ſententiæ Rotæ Florentinæ, in qua de huiuſmodi cautione danda verbum nullum.

DD. & ſi inclinarent pro ea opinione, quod hæc competētię exceptio foret incompetenter oppoſita, tamen cum in calculo ferendę ſententiæ fuerit productum nouiſſimum reſcriptum ſuę celſitudinis tenoris videlicet. Non ci hauendo l'oratrice, in queſto ſtato beni ſtabili, è conueniente, che dia ſicurtà, & che ſi oſſerui il reſcritto di S. A. il quale hà da hauere ſempre luoco; Procliuius in eandem ſententiam deueniendo pronunciarũt Rotam competentem, non obſtante ſerotina productione dicti reſcripti poſt concluſum in cauſa tam de iure
18 ciuili, quam municipali non attendenda, † cum in tiom productio fiat in termino probatorio. Roma conſilio 155. Sozin. Iuni. conſilio 134. libro 2. non autem in vltima die inſtantiæ, capitulo, cum dilectus, vbi Docto. de fid. inſtrumen. † Alias non
19 caret ſuſpitione malitię, & non euadit condemnationem expenſarum, Iaco. Emili. conſilio 28. nume 10 15. quę contradictio non fuit attendenda ſtante dicto reſcripto clarè loquente, de cuius volontate, & intentione reſcribentis dubitare nefas eſſe exiſtimauimus, ne pares, ſeu ſimiles altiſſimo eſſe velle videremur.

SVMMARIVM.

1 *Præcepto teſtatoris non parens efficitur teſtatori odioſus, & teſtator non creditur amplius de eo confidere.*

2 *Emphy-*

2 *Emphyteuta, & ſimiles alienando ſine traditione non cadunt a iure ſuo.*

Alienatio ſine traditione non facit cedere in commiſſum.

3 *Alienatio cum traditione ſi cum proteſtatione fiat, & reſeruatione conſenſus Domini facit cadere in commiſſum, non obſtante reſeruatione.*

Reſeruatio conſenſus Domini ſecuta traditione non operatur.

4 *Fideicommiſſi capax debet eſſe tempore purificatæ conditionis.*

Capacitas ſubſtituti conſideratur tempore purificatæ conditionis.

Subſtitutus capax fideicommiſſi debet eſſe tempore purificati fideicommiſſi.

5 *Filius alienando rem videtur eam ſibi in legitimam eligere.*

Alienatio rei a filio facta inducit electionem legitime in illa re, nec poteſt amplius redimendo in patrimonio reponere.

6 *Alienatum non dicitur cuius dominium non ſit translatum.*

7 *Rei vendicatio competit, emptore precium non ſoluente.*

8 *Pactum in venditione reſeruatiuum dominij operatur interim emptorem haberi loco conductoris.*

9 *Pactum reſeruatiuum dominij valere.*

10 *Pactum reſeruatiuum dominij facit contractum conditionalem.*

11 *Pactum, quod perpetuo dominium ſit in venditore non valet.*

12 *Traditio rei, vbi ſit de facili recuperabilis, non habetur in magna conſideratione.*

13 *Locatio ad triennium dicitur breuis, nec transfert dominium nec poſſeſſionem.*

14 *Bona fideicommiſſi ex cauſa neceſſaria alienari poſſe.*

Alienatio fideicommiſſi permittitur ex cauſa non obſtante prohibitione.

15 *Hæres non tenetur approbare factum defuncti a lege reprobatum.*

16 *Pater bona filij alienans vti adminiſtrator, reuocare poteſt, & ſic vti filius male alienata reuocat.*

17 *Economus alienans rem eccleſiæ poteſt reuocare nomine eccleſiæ.*

18 *Patri proximior nemo eſt, quam filius.*

Proximior patri filius eſt

19 *Nati, & concepti tempore purificati fideicommiſſi præferuntur ad reuocandum alienata, natis, & conceptis poſt alienationem 22.*

20 *Ius reuocandi alienata ante acceptationem fideicõmiſſi non competit.*

21 *Hæres non tenetur ad reſtitutionem fructuum ante acceptationem fideicommiſſi.*

22 *Fauorabilis eſt ſpes naſcendorum.*

23 *Purificata diſpoſitio in omnibus puræ æquiparatur.*

24 *Spes ex teſtamento eſt approbata a iure.*

25 *Acquiritur plene ex teſtamento, plenius per mortem teſtatoris, pleniſſime per aditionem.*

26 *Spes impedit translationem, donec ex futuro euentu certificetur an d. ſpes euaneſcat.*

27 *Spes interim tenet in ſuſpenſo ius alterius.*

28 *Spes qualificat tranſitum rei in alterum, vt reuocabiliter tranſeat, vt reſoluatur quando ſpes incipit habe effectum, & re competere.*

29 *Natus poſt alienationem rei alienari prohibitæ admittitur ad illius reuocationem ab his etiam quibus medio tempore ius eſſet quæſitum.*

30 *Dictio ſemper varie exponitur, ſecundum ſubiectam materiam, interdum pro omni tempore, interdum pro cõgruis temporibus, & horis.*

31 *Ordine ſucceſſiuo vocati, tam nati, quam naſcituri cenſentur vocati.*

32 *Grauatus reſtituere poſt mortem, ſi delinquat bona quoque fideicommiſſi confiſcantur, ſed fiſcus tenetur reſtituere mortuo delinquente, quia tranſeunt dicta bona cum ſuo onere.*

33 *Non debet eſſe in poteſtate hæredis excludere ſubſtitutum.*

Fideicommiſſum eludere non debet eſſe in poteſtate inſtituti.

34 *Fideicommiſſarius, quo ad effectum hæres eſt.*

35 *Proximitas, an attendenda tempore mortis, vel tempore aditionis, &c.*

ARGVMENTVM.

De pacto reſeruatiuo dominij in venditione appoſito donec precium ſoluatur, & eius effectu.

Spes alicuius futuri iuris quatenus habenda ſit in conſideratione.

Nati, & concepti tempore purificati fideicommiſſi, an præferantur natis, & conceptis poſt alienationem ad reuocandum alienata.

DECISIO XCI.

DOMINA Margherita de Roſſis condito cum quo deceſſit, teſtamento, & inſtitutis Bernardo, & Saluatore eius filijs, quos inuicem ſubſtituit vulg. & pupil. & per fideicom. prohibuit alienationem bonorum ſuorum, & ad longum tempus locationem, quia voluit dicta bona ſemper remanere in dictos ſuos filios, & deſcendentes maſculos, donec durabit linea maſculina dictorum ſuorum filiorum reſpectiue.

Bernardus prædictus alienauit vnum prædium de bonis prædictis vendendo illud Antonio de Bonetanis, cum reſeruatione dominij, donec precium integre fuerit ſolutum.

Qua ſtante alienatione Ioannes Franciſcus filius d.q. Saluatoris, & teſtatricis nepos inſtituto iudicio aduerſus dictũ emptorem, petijt declarari dicta bona pro dimidia, alia dimidia dimiſſa pro legitima, & Trebellianica dicto Bernardo, ad ſe vti hæredem

 fidei-

fideicommiſſarium obſeruantem ſpectare, ex cauſa contrafactionis prædictæ, & condemnari reum conuentum ad ea dimittendum, vnam cum fructibus ſaltem à die litis conteſtatæ, & dictum Bernardum ad ſibi dandum fructus perceptos reſpectu dominij reſeruati pro quantitate precij non ſoluti, vt in dicto inſtrumento venditionis.

In quo quidem iudicio ſe ſe obtulit ad commodum proceſſus Angelus dicti Bernardi filius emancipatus, & pro omni ſuo iure, & intereſſe petijt declarari dicta bona, vt ſupra vendita propter alienationem prædictam effecta caduca ad ſui commodum, & fauorem, & ſibi fore relaxanda, & dimittenda tanquam proximiori patri alienanti, & vti de linea vocato.

Et pro actore ius euidens apparebat, quia non poterat negari non contrauentum præcepto teſtatoris de non alienando, & ſucceſſiue ius quæſitum
1 obſeruanti, & non alienanti, † is enim iudicio teſtatoris contrafaciens teſtatori fit odioſus, ita quod quo ad eum credatur teſtator non amplius conſidere. Alex. conſi. 138. col. 3. lib. j.

De alienatione autem, & ſic de contrafactione non erat dubitandum, quia eſto, quod ſibi dominium reſeruarit vſque ad integram precij ſatisfactionem, non ideo tamen dici debet non alienaſſe, cum vlterius proceſſerit ad rei traditionē, ita quod non minus dici debeat reus, quam emphytheuta, & feudatarius, qui alienando inconſulto Domino
2 non cadunt in commiſſum † niſi ſecuta ſit traditio, (vt hic ſecuta fuit) cap. primo, §. callidus, & ibi And. de Iſer. de prohib. feud. alien. Bal. in cap. primo, in 3. not. in fi. de alien. feu. & in conſi. 482. col. 2. verſicu. quartus paſſus, libro j. Caſtren. in l. j. § ſi non depoſitum, ff. depoſi. cum ſimil. per Iul. Clar. in § emphy-
3 theuſis, q6. 13. † quo caſo reſeruatio dominij ſicut proteſtatio emphytheutæ tanquam cōtraria facto, ideſt, traditioni non releuat, ad Deci. conſil. 160. nu. 4. Tiraq. de ret. conſang. §. j. gloſſ. 2 num. 33. facit, quod venditum etiam dicitur alienatum, cum reſeruatione dominij, & habet locum ius congrui. Tiraquel. de ret. conſang §. j. gl. 2. num. 34. Iacob. Nouel. in trac. iur. prothomi. § 6. nu. 50.

Nec videtur iſte filius alienantis poſſe fundari ſe tanquam vocatum in caſu alienationis, quia nec tempore teſtamenti, nec tempore alienationis, & purificati fideicommiſſi, & ſic euentus conditionis de dum natus erat, ſed nec conceptus, erat enim
4 vtroque tempore pater celebs, & ad † hoc, vt quis dicatur fideicommiſſi capax, attenditur tempus cōditionis purificatæ, l. cum qui, & ibi gloſſ. in verbo conditio. ff de condit. & demonſt. Sozi. in l. ſi cognatis, num. 5. & 30. de reb. dub. Roma. conſi. 438. Ruy. conſilio 164 lib. 2. Giar. conſil. 65. num. 20. libro j. Boeri. decis. 12. num. 4. & in puncto Albenſ. conſil. 106, num. 6. Pariſ. conſiliu 91. lib. 2. num. 67. Boeri. conſil. 103. lib. 2.

Prout nec ipſemet Bernardus alienans valet ſe iuuare ex redemptione eiuſdem prædij pendente lite mora facta, cum quia non erit ſemper verum dicta bona remanſiſſe in ſuos deſcendentes, cum per aliquod tempus ſteterint penes extraneum emptorem, tum et quia dicta redemptio non fuit facta re integra, quia iam alienando, & tradendo ſpreuerat præceptū teſtatoris, & fuit aperta via cohæredi obſeruanti, & caducitatem agnoſcenti, vnde nō licuit eidem Bernardo variare, in præiudicium iuris quæſiti alteri cohæredi obedienti mandatis teſtantis.

Et ita eſt argumē. notatorum per Ange. in l. in
5 quartam, num. 3. ad l. Falcid. † vbi filius alienando videtur ſibi eam rem in legitimam eligere, quam poſtea non poteſt redimendo in hæreditare reponere, vt ex integro patrimonio deducat, cum vt inquit Rip. in d. l. in quartam, numero 106. hæres non habet eam amplius tanquam heres, cum ſemel extra patrimonium exierit. de cuius articuli veritate late Cuchius in tractatu de legitima verſiculo; verum etiam nu. 51. & ſeq.

Ex aduerſo replicabatur actorem ſine actione experiri, tum quia non fuit in aliquo contrauentum voluntari teſtantis, tum quia quatenus diceretur contrafactum ex venditione, ius reuocandi alienata competeret Angelo filio alienantis in vtroque caſu fideicommiſſi, & mortis, videlicet, & alienationis expreſſe vocati, non autem Ioanni Franciſco.

Nam quantum attinet ad primum reſpectu ipſius Bernardi contendebatur non poſſe vere dici de eo aliquam factam eſſe alienationem, propter illam dominij reſeruationem, & ſic nunquā cecidiſſe à iu-
6 ribus ſuis, cum † alienatum non dicitur id, cuius dominium non fuit translatum, l. alienationis verbo, & ibi not. ff. de verb. ſignif. quod ex eo etiam patet,
7 † quia deficiente emptore precium ſoluere, datur venditori rei vendicatio ſecundum Azo. in ſumm. num. 7. & ſeq. C. de pact. inter empt. & vendi. Fabia. de Mont. in tract. de empt. & vend. quæſt. 5. prin. nu. 39. Afflic. deciſ. 338. num. 7.

Nec repugnare videtur huic reſeruationi traditio rei venditę, ex qua præcedente titulo habili ſoleat transferri dominiū l. traditionibus, C. de pact.
8 Deci. conſil. 584. num. 11. & 637. quia † conſtat de pacto reſeruatiuo dominij, & dicitur ſemper remanſiſſe pœnes venditorem, quia noluit a ſe abdicare niſi ſecuta integra ſatisfactione precij, & ſemper fuit verum dicere fuiſſe in patrimonio vendentis, l. ſtatu liber. ad legem Falcid. & traditio non fuit facta ad effectum transferendi dominij, ſed dandi modum detentionem, colono conuenientem. gloſ. in l. ſtipulatio iſta. §. hæc quoque, vbi Bar. & alij de verbo. oblig. prout hic coloni, & conductoris loco aſſertus emptor habebatur, ſoluens interim dum precium retinebat pro d. re ad rationem ſex pro centenario loco fructuum.

9 Nec de † huiuſmodi pacto reſeruatiuo erat dubitandum, an valeret, quaſi vendens cum dicta reſeruatione, videatur implicare contradictionem volentis vendere, & non vendere, cum natura huius contractus venditionis ſit, quod vendens ſi eſt Dominus transferat dominium in emptorem, vel vſucapiēdi conditionem, l. ex empto. de actio. emp. Fabi. de Monte dicta quæſtio. 5. numero 33. Menoc

conſi.

Digitized by Google

cond. 37. nu. 12. & ſic remouendo ſubſtantialia con-
tractus, quod erat dominij translatio, perinde ſit ac
ſi diceret, rem velle habere pro non vendita, ad de-
ſtructionem actus, pro quo, vt valeat dictum pactũ
deberet haberi pro non appoſito. Caſtrenſ. conſilio
71. ad primum lib. j.

Quia huiuſmodi pactum ne dum reprobatur tã
quam contrarium dicto contractui emptionis, ſed
attenditur tanquam d. contractui conſentaneum, vt
per Fab. de Monte d. qõ. 5. num. 37. de quo bic erat
minus dubitandum, quia interim donec ſortiretur
effectum venditionis per ſolutionem precij, contra
ctus fecit tranſitum in aliam ſpeciem contractus,
videlicet, locationis. Afflict. deciſ. 338. Tiraquel. de
ret. conſang. §. j. gloſſ. 2. num. 34. & 36. Rimi. Seni.
conſil 177. lib. j. & 318 num. 19. lib. 2. vbi firmat ci-
tra labem vſurarum interim de mercede loco pen-
ſionis paciſci poſſe.

10 Quod quidem † pactum reſeruatiuum cum dica
tur facere contractum conditionalem, vt indicat il-
la dictio, donec, conditionem importans. Bal. in l. j.
in princ. C. de leg. & in puncto Abb. conſil. 66. col. j.
quem ſequitur Emil. 120. nu. 3. & Rota Lucenſ. per
nos in deciſ. 31. num. j. & 9. & 10. & conditio nil po
nit in eſſe merito contrauentum dici non potuit.

Quod ſi quoquo modo huic venditionis contra-
ctui pactum hoc aduerſari dicamus, tunc locum ſi-
11 bi vendicabit, ſi paciſcatur, † quod perpetuo domi-
nium pœnes venditorem permaneat, iuxta l. cum
manu ſata, in fi. de cõtrah. emp. Bal. in rub. C. eo. tit.
qõ. 13. Afflict. deciſ. 398. ſecus autem ſi ad tempus,
vſque quo precium ſoluatur, cum ſit conditionalis
venditio, & patiatur interim illum tráſitum in aliũ
contractum locationis, cum penſione conuenta. l. ſi
cut. §. fi. & l. vendete, ff. loca. Fabia. de Monte. d. qõ.
5. num. 15. & ſeq. Cagno. in l. curabit, num. 62. C. de
actio. emp. Couarr. varia. reſo. lib. 3. c. 3. nu. 4. Ruy.
conſi. 73. nu. 3. lib. j.

12 Præterquam, † quod vbi traditio rei non ſit dif-
ficilis recuperationis, vel ſit recuperata, non habe-
tur in magna conſideratione, ſecundum Bal. in c. 1.
§. hoc quoque, nu. 19. de ſucceſſio. feu. & in cap. Cu-
mana, num. 3. de electio. Ripa. in c. cum M. num. 80.
de conſti. Fely. in c. Eccleſia S. Mariæ, num. 52. verſi.
tertius caſus. eod. tit.

13 Accedit, † quod locatio iſta eſt ad triennium, &
non poteſt dici alienatio, quia nec dominium nec
poſſeſſio in conductorem ad breue tempus tranſit,
ſed detentatio, quę ſic potuiſſet fieri etiam per no-
uem annos, vt declarat Decian. in conſilio 14. num.
3. libro 2.

Qui quidem Bernardus dato, quod alienaſſe dice
retur, & quod prædicta reſeruatio, & alia ſupra ad-
ducta eum non excuſarent, quin dicatur alienaſſe,
ex alio non potuit nec debet haberi pro contrafaciẽ
14 te voluntati teſtantis, quia † vendidit in cauſam ne
ceſſariam æris alieni diſſoluendi, & ſic iure permit-
tente tanquam non compræhenſa in prohibitione
generali. l. peto. §. prędium. de legat. 2. Pariſi. conſil.
109. nu. 19. lib. 3. Rom. conſil. 107. num. 7. Cur. Se-
ni. conſi. 63. num. 20. Corn. conſil. 166. nu. 26. lib. 2.
Tiraq. de ret. lign. §. j. gloſſ. 14. num. 10.

Erat enim debitor d. Bernardus d. Saluatoris in
notabili ſumma ex laudo aſſentiente teſtatrice, in-
ter eos lato ad quod ſoluendum aliunde ſibi com-
moditas non offerebatur, igitur, &c.

Et rurſus dato, quod nulla ſubſiſtente iuſta cau-
ſa alienauit, & ꝙ alienatio fuerit nulla, tanquam fa
cta contra duplicem prohibitionem legis, & homi-
nis, adhuc dicebat Bernardus ſibi licere contra factũ
proprium venire, & ſic non cecidiſſe a ſuo iure, vt
placuit Bal. in l. quoties, la prima, nu. 10. C. de fidei-
com. Alex. conſil. 93. lib. 3. Afflic. deciſ. 240. num. 8.
15 Ruy. conſi. 47. & 8. 150. lib. 2. 23. 82. lib. 5. vbi † hæ
res non tenetur approbare factum defuncti a iure
reprobatum, & eſt regulare quemquam contraire
poſſe ad actum nullum ipſo iure a ſe geſtum. l. 2. vbi
gl. & doct. C. ſi aduerſ. re. iud. l. poſt mortem, de ado-
ptio. cum ſimil. Quod & ſi non tut um foret affirma
re per ea, quæ tradit Iaſ. in aut. res quæ, num. 24. C.
commu. de legat. & pro concord. Tiraquel. poſt ll.
connub. glo. 7. num. 56.

16 Negari † tamen non poſſe affirmabat, quin nomi
ne Angeli ſui filij, vti illius adminiſtrator legitimus
dicta bona ſic male alienata reuocare poſſit. Bal. in
d. l. cum a matre, num. 4. de rei vend. Tiraq. de retra.
ligna §. j. gl. 9. nu. 75. Pinel. in l. j. 3. par. nu. 73. C. de
bon. mat. & ſic non tanquam, vt ipſe alienans, ſed
vti adminiſtrator, & nomine filij valeat factum pro
17 prium impugnare ad inſtar † æconomi, qui rẽ ſuæ
eccleſiæ a ſe alienatam, nomine eccleſiæ recuperare
poteſt. Bal. d. l. cum a matre, nu. 4. Fabia. in aut. nouiſ
ſima, nu. 239. C. de inoffi. teſtam.

Quibus tamen non obſtantibus, & quatenus nõ
obſtarent, adhuc actor ex perſona Angeli (& hoc
quo ad ſecundum principalem articulum) repellen
dus videbatur.

Nam quodcunque fideicommiſſum dicatur in-
ductum, aut morte, vel alienatione, in vtroque vide
tur vocatus Angelus filius, & deſcendens ex dicto
Bernardo, & iuris præſumptione, quia cenſentur vo
cati proximiores, l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de
legat. 2. vbi Bart. & alij. l. peto. §. fratre, eodem titu.
Deci. conſilio j. colum j. Aymo. conſi. 67. numero 5.
18 † Proximior autem patri nemo eſt, quam filius, l.
filius patri, ff. de ſuis, & legiti. Alias ſi filio præfer-
retur Ioannes primus ex fratre nepos, ſequeretur
abſurdum, quod filius proximus eſſet deterioris cõ
ditionis nepote remotiori, l. ſi viua matre, C. de bo.
mat. Ac etiã ex verbis expreſſis teſtatricis ibi, quia
voluit dicta bona ſemper remanere pœnes filios, &
deſcendentes dd. filiorum reſpectiuè, & ſic vocauit
vniuſcuiuſque filios, & deſcendentes in portionem
inſtitutorum.

Nec obſtat, quod tempore euenientis conditio-
nis, & purificati fideicommiſſi, per alienationem,
Angelus nec natus, nec conceptus eſſet, & Ioannes
Petrus foret tunc temporis in lucem editus per ſu-
pradicta, vt firmare videntur Crot. Fede. Loarez in
l. filiusfam. §. diui. de legat. j. ille, num. 164. iſte, nu.
19 197. Vbi † concludunt, quód nati, & concepti tem-
pore exiſtentiæ conditionis pręferuntur ad reuo-

Digitized by Google

candum alienata contra prohibitionem natis, & cooceptis poſt d. alicuationcm.

Quia reſponderi poteſt, quod quantumcunque
tempore alienationis Io. Petrus eſſet proximior po
tuiſſetque teuocare, ex quo tamen nõ prius quam
nunc quo tẽpore ſuperuenit Angelus alienaoti pro
ximior, & deſcendens; non declarauit ſe velle reuo-
care, noo competit d. ius priuatiue volonte d. An-
20 gelo reuocare, quia ante † acceptationem ius hoc
non competebat. Caſtrenſ. in l. cogi. §. metianus, nu.
3. in ff. Rip. in l. fideicommiſſaria, nu. 14. ad Trebel.
Ruy. in l. j. §. quoties, nu. 7. eo. tit.

Nunc autem quando acceptat reperitur io rerũ
natura Angelus filius alienãtis, qui vocatus in vtro
que fideicommiſſo, & mortis, & alienationis, exclu
dit alios non proximiores, neque deſcendcotes. Vn-
de ſatis eſt Angelo ſupereſſe tempore declarationis
ſi non aderat tempore purificatæ conditioois, quia
quoad vocatos ab acceptatiooe ius metimur cum
ante ſit incertum, an acceptare, vel non acceptare
velit, ex qua incertitudine illud etiam oriri perſpici
21 tur, vt † hæres non teneatur ad reſtitutionem fru-
ctum perceptorum ante declarationem, & accepta-
tionem fideicommiſſarij, & ratione iſtius incertitu-
dinis noo dicitur eſſe in mala fide. Ancha. in cap. ſi-
ne poſſeſſiooe, col. 9. de reg. iur. in 6. Bal. conſil. 12.
num. 7. lib. j. repetitum conſi. 186. lib. 5. Sozi. conſi.
63. nu. 7. libro j.

Præterea ceſſaot contraria, quaodo de contraria
mente teſtantis apparet, vt cogitarit etiam de filijs
filiorum naſcituris, vt hic factum apparet, cum tẽ-
pore teſtameoti nulli eſſent nati, alias redderetur
inutilis diſpoſitio, quo caſu non attenditur an tem-
pore euenicotis conditionis ſint nati, vel concepti,
quia de enixa voluntate diſponentis conſtat d. bona
debere remanere pœnes deſcendentes, & filios filio-
rum inſtitutorum reſpectiue durante ipſorum li-
nea maſculina, vnde quandocunque eorum alteri
inſtitutorum filiorum filij naſcantur portio patris
illis pertinet, quia teſtator reſpexit etiam ad futu-
22 rum, † fauorabilis enim eſt ſpes naſcendorum,
23 † & purificata diſpoſitio æquiparatur in omoibus
diſpoſitioni puræ, & ita videtur decidere caſũ iſtũ
Caſtrenſ. in conſil. 247. nu. 3. lib. j. & ad omnes, tam
natos, quam naſcituros parem affectionem habuiſ-
ſe cenſetur iſta teſtatrix, l. placet, de lib. & poſthum.
& ſicut ſi eſſet pure legatum nõ attenditur, ao ſint
nati, ita etiam ſi ſub conditione in caſu alienationis
nocere noo debet, quod quis non ſit natus tempore
alienationis, vt ibi per Caſtrenſ. & id clare oſtendi-
tur, quia vocauit lineas filiorum reſpectiue, quo ca-
ſu non requiritur, quod tempore diſpoſitionis, vel
tempore eoenientis conditionis ſint nati, vel con-
cepti ij, qui comprehenſi ſunt in linea Ruy. conſil.
128. nom. 14. lib. 2. l peto, §. fratre de legat. 2. Corn.
Fulg. Iaſ. in l. quoties, la prima, C. de fideicom. Dec.
conſi. 38. lib. 2. Guil. de Beoe. in c. Raynutius verbo,
& ſoboles, num. 44. de teſta.

Et dato, quod ex præſiſtentia natiuitatis, & con-
ceptionis d. Ioannis Petri, tempore purificati fidei-
commiſſi aliqđ ius illi acquiſitum foret in reuoca-
tione alienatorum, illud non fuit ſimpliciter acqui-
ſitum, ſed reuocabiliter per ſuperuenientiam filio-
rum Bernardi alienantis expreſſe vocatorum, qui
tanquam de linea Bernardi fuerunt vocati, & præ-
poſiti cæteris, & quamuis tunc nec nati, nec conce-
pti forent, ius tamen dictæ lineæ, & prouenientibus
ex ea, erat quæſitum ſaltem in ſpe a iure approba-
ta, videlicet ex dicto teſtamento, l. ſi poſt emancipa-
tionem, §. j. vbi Bar. de lib. leg. in l. is poteſt, de acqui
tend. hæred. Tiraquell. per concordãt. poſt l. con-
24 nub. gloſſ. 2. num. 36. † ex teſtamento enim plene
25 acquiritur, per mortem teſtatoris plenius, per tradi-
tionem pleniſſimom. Vaſq. de ſucceſſ. crea. libro 3. §.
25. limit. 30. nu. 3.

26 Cuius quidem ſpei erit effectus, † vel quod im-
pediat tranſlationem donec ex euentu futuro cer-
27 tificetur an d. ſpes euaneſcat, & ius alterius † inte-
rim ſuſpendatur iuxta. l. ſi duobus, io prin. de leg. j.
vbi ius competens naſcituro ex teſtamento ſuſpen-
dit, & impedit effectum iuris accreſcendi, vt ibi
not. Barr. Aot ſi non ſuſpendat, vel impediat tranſi-
28 tum acquiſitionis, † ſaltem illud qualificet vt non
pleno iure fiat, & cum effectu, ſed reuocabiliter,
ita vt ſi quando illud ius io ſpe conſeruatiua ſui ef-
fectus conſiſtens re incipiat competere ius, quod al
teri ioterim erat quæſitum, reſoluatur, & deuolua-
tur, ad no. in l. ſeruo legato, § primo, de lega. primo,
Bar. in l. cum pater, §. libertis, de legat. 2. & arg. text.
l. 2. ff. de ſtat. liber. Caſtrenſ. egregie, d. conſilio 247.
lib. j. nu. 3. & quod not. Fulgo. Corne. & Iaſ. in l. quo-
29 ties, la prima, C. de fideicom. vbi dicuot, † Patrem
poſt alienationem rei prohibitæ alienari admitti ad
reuocationem illius, etiam ab his quibus modo tẽ-
pore ius eſſet quæſitum.

Nec ob. tradita per Crot. & Loarez, quia ipſi ſe
fundant in dilectione, quæ retorqueri poteſt hic
contra Ioao. Petrum ad fauorem Angeli, cum hic
ſit vocata linea vtriuſque filij reſpectiuè, & teſta-
trix prędilexit lineam vtriuſque, videlicet lineam
Saluatoris prędilexit reſpectu lineæ Bernardi, &
econtra, ita quod in ſucceſſione Bernardi ſit prior
in ordine Angelus eius filius, & econtra, alias ſe-
queretur, quod remotior melioris eſſet conditio-
nis ipſo proximiore, l. ſi viua matre. C. de bon.
mat.

Nec obſtat, quod diſpoſitio teſtatricis non veri-
ficaretur in illa parte dum mandat, quod ſemper
permaneant io dictos ſuos filios, & deſcendentes, ſi
dicatur non eſſe quæſitum ius Ioanni Petro, cum
Angelo non nato, nec concepto acquiri nõ potuit,
30 & dictio † ſemper accipitur pro omni tempore, &
caſu, l. prima, & ibi not. ſolu. matr. l. quia ſemper. de
in ios vocan. cap. j. de in int. reſti.

Quia reſpondetur dictionem ſemper, exponi va-
rie ſecundum materiam ſubiectam, nam quando
applicatur actui non continuo exponitur ſemper
ideſt congruis temporibus, & horis ſtatutis, cap. ſi
quis voluntate, vbi gloſſ. 50. diſtinct. I. Attilios re-
gulus, ff. de donat. ibi qui cum Patre meo ſemper
fuiſti.

At hic non poteſt exponi pro omni tẽpore, quia
non

non poteſt fieri, quia alienata aote recuperationem non ſteterint extra lineam ſaltem, qoo ad poſſeſſionem, licet ius reuocandi remanſerit pœnes vocatos ſucceſſiuo ordine, & ſic apud maſculos Bernardi, donec ſit ſpes eos ſuperuiuere poſſe, cum interim non extantibus nullum fiat præiudicium non valeotibus agere, l. contra minores, C. de inoffic. teſtamen.

31 Et † teſtator, qui vocaoit ordine ſucceſſiuo, non vocauit tantum natos, ſed naſcituros in perpetuũ, donec durabit eorum linea reſpectiue; habuit enim reſpectum ad futurum per d. verba, ad Deci. conſil. 38. colum. 3. verſiculo 3. conſiderandum, & 468. nomero 28.

Quod ſi dicatur diſpoſitionem hanc fore inductam in odium alienantis, & ideo d. bona deuoluta in loã. Petrum adhuc ſuperuiuentibus filijs d. alienantis dicta bona deberent reſtitui eiſdem illa ratione, quod pœna non debet egredi ſuos auctores, ſed locus ſit ſucceſſori emancipato, cui tanquam vocato ius competit ex perſona propria, etiam non expectata morte alienantis. Abba. conſil. 74. num. j. 2. 3. & 4. & bona eſſent reſtituenda in vim l. ſtatius

32 florus §. Cornelio Felici. de iur. fiſci. † Vbi grauatus reſtituere poſt mortem ſi delinquat eius bona publicantur & venient etiã ſubiecta fideicommiſſo in publicatione, cum onere tamen ſuo, & ſic fiſcus mortuo delinquente reſtituit fideicommiſſario Angel. in l. Papinianus, §. meminiſſe, de inoffic. teſtam. Alias ſequeretur, quod ſubſtitutio de filijs Bernardi facta, vel eſſet fruſtratoria contra not. in §. quibus, in prima conſt. C. vel puniretur non delinquẽs

33 contra. l. fi. C. de pœnis, † vel eſſet io poteſtate inſtituti excludere ſubſtitutum, & fideicommiſſum deludere, contra l. fideicommiſſum, de conditio. & demonſtra. & l. ſi ita quis. §. ſi cui. de lega. ſecondo, in adoptato declarat Barto. io l. ſi cognatis, de rebus dub.

Et pro deciſione Thematis ad fauorem Angeli ſubſtitoti. & vocati videbatur reſponſum Pariſ. coo ſilio 70. libro 3. & quod not. Hierony. Gabr. conſilio 123. num. 37. & ſequen. & ita dicebatur alias ſemel hic deciſum, vt in motiuis de anoo 1554. die 28. Febroarij.

Quibus iam dictis accedit io comprobationem,

34 quod fideicommiſſarius, quoad effectum. † dicitur, & eſt hæres, l. filius familias, §. j. vbi Barto. & alij, ff. quod cum eo. & toto tit. ad Trebellia.

Certe ad aditionis, & declarationis animi illius, & conſumationis tempus res tota referenda eſt, l. ſi mortis, ff. qui & a qoibus. l. poſt coſanguineos, §. proximum, ff. de ſuis, & legit. l. capitis, ff. vode cognat. per quæ & alia iura dicit Alb. io tractatu ſtatu

35 torum l. j. q. 135. nu. 12. † Quod ſi aliquis ſit proximior, & tempore mortis ei defertur hęreditas, ſed aditionis tempore non ſit proximior, immo alter, quod huic, non illi defertur hæreditas, & in ſumma dicit ſignificationem ad conſumationis tempus referendam, & ita poſſunt declarari Alcia. & Alben. ſupra in locis citatis, &c. & ſecundum iſta pertranſiuimus cum D. Iudice primarum appellationum, cuius motiua, quia ſatis erudita ſunt, his proxime adijcicotor, &c.

SVMMARIVM.

1 *Per diuiſionem bonorum inter cohæredes, an & quando cenſeatur remiſſum fideicommiſſum.*

2 *Et an ſufficiat, quod in diuiſione, cohæredes remittant hinc inde iura quomodocunque, & qualitercunque competentia, & competitura, ſuper dictis bonis fideicommiſſo ſubiectis.*

3 *Vel requiratur, de neceſſitate, ſpecifica renunciatio fideicommiſſo futuro, etiam quod renunciatum eſſet, omni legum auxilio.*

4 *Si detur expreſſa licentia & poteſtas hinc inde alienandi bona fideicommiſſo ſubiecta in diuiſione cohæredũ, intelligitur fideicommiſſo renunciatum, cum non poſſit ſtare ſimul, quod fideicommiſſum duret, & competat facultas alienandi irreuocabiliter.*

5 *Et in tantum operatur licentia hinc inde inter cohæredes de alienando, & adeo dicitur fideicommiſſum remiſſum, quod poſtmodum ſecuta alienatione, bona alienata ab eo, in quem alienata fuere, reuocari non poſſunt.*

6 *Inter fratres licita eſt remiſſio fideicommiſſi reciproci.*

7 *Poteſt etiam per minorem remitti, quia per talem remiſſionem, non dicitur pati damnum, neque lædi, cum ſit quid incertum, & ob id non poteſt petere reſtitutionem in integrum.*

8 *Si vero fideicommiſſum non eſſet reciprocum, inter fratres, minor remittendo diceretur lædi, & aduerſus talem remiſſionem reſtitueretur.*

9 *Alienatum non dicitur id, cuius dominium non eſt tranſlatum.*

10 *Ex venditione, res non dicitur alienata niſi ſecuta traditione, & translato dominio.*

11 *Emphytheota ſi alienando non tradat rem, & dominium transferat, non cadit a iuribus ſuis.*

12 *Si in venditione venditor reſeruat ſibi dominium rei venditę, quo vſque precium ſoluatur, quo vis modo non dicitur translatum dominium in emptorem, etiã ſi habita eſſet fides de precio, in tantum quod ſi emptor deficiat in ſolutione precii detur uenditori rei uendicatio, & nu. 11.*

13 *Reſeruatio facta per venditorem de dominio, videtur repugnare naturæ contractus emptionis, & venditionis, quæ requirit dominii translationem, ſed diſtingue, vt nume ſequen.*

14 *Aut enim talis reſeruatio, ſit in perpetuum, vt dominiũ ſemper remaneat pęnes venditorem, & tunc non valet, quia repugnat naturæ contractus; aut apponetur tale pactum temporaliter, ut dominium remaneat, quouſque precium ſoluatur, & tunc ualet, & non repugnat naturæ contractus, quia uidetur eſſe uenditio conditionalis.*

15 *Poteſt inter emptorem, & uenditorem apponi pactum, quod quouſque precium ſoluatur, res intelligatur locata emptori cum penſione ad rationem quinq;, uel ſex pro centenario.*

16 *In uenditione feudi ſi habeatur fides de precio, & fiat pactum inter emptorem, & uenditorem, quod donec*

Digitized by Google

precium integre ſoluatur teneatur emptor ſingulo quoque anno ſoluere certum quid nomine affictus venditori, tenet, & non dicitur vſura.

18 In pœnalibus, & odioſis ſtricte procedi debet, & verba accipienda ſunt in potiori ſignificatu.

19 Legitima, & Trebellianica faciunt dimidiam totius hæreditatis.

20 Hæres ſuus ſi nõ grauetur pure de reſtituendo hæreditatem, ſed ſub conditione, vel in diem, detrahit duas partes, videlicet, legitimam, & Trebellianicam, & ſi pure grauetur, detrahit tantummodo legitimam.

21 Suus hæres bona aliqua hæreditaria alienando, ea alienaſſe præſumitur pro ſua legitima, & Trebellianica.

22 Si ad rei traditionem deueniatur, & traditio fiat a domino, & cauſa traditionis ſit apta, dominium transfertur rei traditæ.

23 Translato dominio per traditionem rei reſeruatio eiuſdem dominij nihil operari videtur, quia traditio eſt facti, & factum eſt contrarium proteſtationi.

24 Traditio non ſemper importat dominij translationem, ſed quandoque ſimplicem traditionem, & meram detentionem.

25 Verbum tradere eſt verbum æquiuocum, et ſubiectæ materiæ adaptatur, vt etiam verbum concedo.

26 Translatio dominij poteſt fieri ſub conditione, videlicet, quando precium fuerit ſolutum, & non prius, & interim non obſtante verbo tradidit, dominium a vendente non ſit abdicatum, donec precium ſoluatur, & ideo pendente conditione in emptorem dominium non transferatur.

27 Sub prohibitione generali de non alienando, non includitur alienatio neceſſaria.

28 Alienatio neceſſaria quando dicatur, & quomodo cognoſcatur.

29 In fideicommiſſis, ſi concurrat prohibitio legis tacita, et domini expreſſa de non alienando, alienatio ſecuta redditur nulla ipſo iure.

30 Quando alienatio bonorum fideicommiſſo ſubiectorum eſt nulla ipſo iure, poteſt ipſemet qui alienauit, reuocare, & contra factum ſuum venire.

31 Regula generalis eſt, vt quiſque poſſit venire contra factum proprium quando illud eſt nullum, & inane ipſo iure.

32 Vbi donatio vel alius actus non tenet lege impediente, poteſt donans, vel actum faciens, illam & illum infringere, & venire contra.

33 Regula ſupradicta de qua nu. 31. & 32. habet locũ procedere, etiam in actu iurato, vt eo non obſtante, poſſit illemet, qui actum fecit, venire contra ſi ſit nullus ipſo iure, & lege impediente.

34 Quomodo procedat opinio dicentium iuramentum non conualidare actum nullum ipſo iure.

35 Is qui actum fecit nullum ipſo iure, ſi ſecundum opinionem aliquorum non poſſet, illum reuocare, & contrauenire, poterit tamen nomine filij reuocare, vti eius legitimus adminiſtrator.

36 Fideicommiſſi petitio ſiue debeatur per mortem, ſiue per contrauentionem ſemper competit ordine ſucceſſiuo, vt proximiores, deinde remotiores admittantur.

37 In fideicommiſſi conditionalibus, attenditur tempus euenientis conditionis, & caſus ſubſtitutionis, & non aliud tempus.

38 Proximior vocatus ad fideicommiſſum intelligitur is, qui reperitur proximior tempore purificatæ conditionis, licet ante, vel poſt, alter eſſet proximior.

39 Doctrina quod concepti, & nati tempore exiſtentis conditionis, præferantur ad reuocandam alienationem prohibitam in vltima voluntate, alijs conceptis, & natis poſt factam alienationem, procedit ex diſpoſitione iuris, nec aliter, ſi loquamur de voluntate hominis.

40 Ante fideicommiſſi acceptationem, ius agendi fideicõmiſſario non competit, ſed ſtatim, quod declarauit ſe velle fideicommiſſum.

41 Grauatus reſtituere fideicommiſſum, non tenetur ad fructus per eum perceptos, ante declarationem, & acceptationem fideicommiſſarij, quia cum incertum ſit, an velit fideicommiſſarius acceptare, uel ne, hæres non poteſt habere conſcientiam rei alienæ, & ſic eſſe in mala fide.

42 Opinio Croti, in l. filiusfamilias. §. diui. de leg. 1. nu. 64. & Loazzes, num. 191. procedit in pura, & ſimplici ſubſtitutione, vt tunc concepti, & nati tempore teſtatoris, & conditi teſtamenti, præferantur conceptis, & natis poſtea, nam tunc tanquam cogniti a teſtatore cenſentur magis dilecti, ſecus in fideicommiſſo in infinitum.

43 Ius in ſpe ex teſtamento quæſitum, efficit, ut ſuſpendat ius alterius, ſeu impediat eius deuolutionem, donec ex euentu certificetur, an dicta ſpes euaneſcat.

44 Ius competens naſcituro ex teſtamento, ſuſpendit ſeu impedit effectum iuris accreſcendi, & operatur, ut dictum ius tranſeat reuocabiliter.

45 Natus poſt alienationem rei probibitæ alienari, & fideicommiſſo ſubiectæ admittitur ad illam reuocandum etiam ab ijs quibus medio tempore in dicta re fuerat ius quæſitum.

46 Pœna non debet egredi ſuos authores.

47 Filio emancipato competit ius ad reuocandum bona fideicommiſſi alienata, ex perſona propria, etiam non expectata morte alienantis.

48 Grauatus reſtituere poſt mortem, ſi delinquat, & bona publicentur, etiam ea quæ ſubiaceant reſtitutioni, ueniunt in publicatione, cum onere tamen, ut fiſcus retineat, nec delinquens uiuit, & eo mortuo teneatur reſtituere fideicommiſſario.

49 Ante omnia attendi debet mens teſtatoris.

50 Quando ex diſpoſitione legis in pœnam hæredis grauati fit translatio bonorum in fiſcum durat adhuc fideicommiſſum, ita etiam quando fit translatio in alium ex diſpoſitione defuncti, in pœnam hæredis grauati, quia intelligitur facta cum illo onere, & ſine iniuria fideicommiſſarii uocati poſt mortem grauati.

51 Teſtatore prohibente bona alienari ſub pœna, uel comminatione, quod ad alium tranſeant, in caſu alienationis, dicitur fieri odio eius, qui fuit prohibitus alienare, unde ceſſante cauſa odii per mortem eius qui alienauit, debet ceſſare odium, & ex conſequenti hæreditas ad eius deſcendentes redire, quorum contemplatione fuit facta prohibitio.

52 Vxor

Digitized by Google

52 *Vxor rebellis ſi non poteſt ſtare in ciuitate vigore legis vel ſtatuti, ſi efficitur vidua poterit redire, quia tunc eſt finita cauſa odij.*

53 *Præſumi non debet, teſtatorem velle, quod ab arbitrio grauati pendeat excluſio fideicommiſſarii.*

Appellatione filiorum poſitorum in conditione, non veniunt adoptiui, eo quia alias eſſet in poteſtate hæredis grauati ſub conditione ſi deceſſerit ſine filiis excludere fideicommiſſarium adoptando alium in filium.

ARGVMENTVM.

De fideicommiſsis. Diuiſio inter fratres cohæredes, quando operetur inter eos renunciationem fideicommiſsi.

Minor, an renunciare poſsit fideicommiſſo reciproco, et an, et quando poſsit petere reſtitutionem in integrum.

Reſeruatio dominii in venditione, quando operetur, vt non dicatur contra naturam contractus.

Bona fideicommiſsi ſi in alium deuenere in pœnam, & odium fideicommiſſarii contrafacientis, debent reuerti ad deſcendentes contrafacientis, mortuo eo ad quem deuenerant.

Iſta ſunt motiua Eccellentiſsimi Do. Equitis Octauii Puri Magonii Gentilis mei, et Iudicis primarum appellationum, de quibus in calce præcedentis Deciſionis mentionem fecimus.

DECISIO XCII.

DONNA Margherita de Roſſis inſtituit ſuos hæredes ſer Saluatorem, & Bernardum de Fabronibus ſuos filios, & eos ad inuicem ſobſtituit, prohibuitq; alienationem ſuorum bonorũ, quia voluit illa ſemper eſſe, & remanere in dictos filios, & deſcendentes maſculos, donec durabit linea maſculina filiorum. Quo facto adhuc ipſa viuente, ac conſentiente, inter ipſos filios fuit latum laudũ diuiſorium, & Bernardo applicatũ prędium de quo agitur, dummodo reficeret ſer Saluatori dimidium precij eiuſdem, & declaratũ eſſe flor. 300. cum totũ eſſet flor. 600. Hoc declarato per dictam Dominam eorum matrem, quod nolebat præiudicium fieri dicto eius teſtamento, & in eo diſpoſitis.

Mortua matre, cum deberet Bernardus exburſare ſer Saluatori fratri dictos flo. 300. ꝑ ſua rata dicti prædij, nec haberet, vnde aliunde illos inuenire poſſet, dictum prędium vendidit de conſenſu tamẽ ſer Saluatoris, vſque de anno 1558. Antonio Nerij de Boncianis. Modo Io. Petrus filius dicti ſer Saluatoris emancipatus inſtetit declarari, dictum prędiũ pro dimidia, (altera dimidia dempta pro legitima, & trebellianica) ad ſe ſpectare, dictumque emptorẽ condemnari ad dimittendum pro dicta rata ſibi, vt fideicommiſſario, vna cum fructibus a die litis conteſtatæ, & Bernardum teneri ad fructus perceptos ratione dominij reſeruati. Agitato proceſſu Do. Iudex primus declarauit, dimidiam dicti prædij eſſe ſuppoſitam fideicommiſſo, & ob contrafactionem voluntati teſtatricis ſpectare ad dictum Io. Petrum, condemnando dictum Antonium detentorem, ad dimittendum cum fructibus a die litis conteſtatæ, onere tamen Io. Petro adiuncto, quod poſt mortem dicti Bernardi, reſtituat dimidiam dimidiæ dicti precij filijs Bernardi, ab expenſis abſoluendo. Deuoluta cauſa ad auditorium noſtrum per partium appellationẽ, comparuit Angelus Bernardi filius emancipatus, dixitq; eadem ſe dictum prędium ſpectare, tanquam vocatũ in teſtamento, petens ita declarari, comparendo ad commodum proceſſus, & per uiam principalis petitionis. Vnde nos omnibus bene viſis, dictum Bernardum a petitis per Io. Petrum abſoluimus, & pariter Antoniũ Boncianum bonorum detentorem dudum, licet modo redemptorum per dictum Bernardum, & ſucceſſiue diximus quatenus Bernardus ob alienationem per eũ factam, ceciderit a iuribus ſuis, & ſequenti in gradu ſint relaxanda, illa ſpectare, & pertinere ad Angelum eius filium emancipatum, tanquam proximiorem, & primo loco vocatum ad dictum fideicommiſſum in caſu contrafactionis, & dicta bona ei dimittenda eſſe per occupatores, ſine tamen præiudicio fratrum dicti Angeli, & eorũ iurium ſuper dictis bonis ſuis loco, & tempore, & iuſtis de cauſis, partes ab expenſis abſoluimus. Ad iſta pronunciandum plura nos mouerunt. Et primo diuiſio cũ

1 inde ſequutis inter ipſos fratres, † licet etiam inter Doctores controuertatur, an per diuiſionem bonorum inter cohæredes cenſeatur remiſſum fideicommiſſum, in l. qui Romæ, § duo fratres, de verb. obli.

2 Et aliqui velint † ſufficere ſi remittantur hincinde iura quomodocunque, & qualitercunque cõpetentia, & competitura ſecundũ Dec. conſil. 281. col. pen. Curt. Iun. conſi. 49 col. 1 Sozin. conſi. 43. vol. 4. Crauetta, conſi. 24. idque reprobetur ab Angel. de Peru. conſi. 281. col. 2. verſ. nec obſtat inſtrumen

3 tũ, † vbi ad longũ, volens non ſufficere, niſi ſpecifice fideicõmiſſo futuro renuncietur, etiam ſi dictũ eſſet, renunciauit omni legum auxilio, vt videtur velle Natta conſil. 211. num. 14. 15. conſi. 420. nu. 43. Dec. conſi. 413. num. 18. Ruy. conſi. 131. nu. 10.

vol.

vol.2.conſi.8.num.11.vol.5.Gozad.conſi.46.num.
15.conſi.53.num.9.

4 Attamen † omnes in hoc conuenire videntur,
quod ſi detur expreſſa licentia, & poteſtas alienan-
di,intelligitur fideicommiſſo renunciatum,cũ non
poſſit ſtare ſimul, quod fideicommiſſum duret, &
competat facultas alienandi irreuocabiliter, vt te-
net Ang.d.§.duo fratres,col.fi.q.5.& ibi Imol.col.
fi.& Io.Crot.in q.8.Cur.Sen.conſi.63.col.pen.Soz.
reg.38.in 5.fall Dec.conſ.11.co.5.Cur.iun.de feu.
part.4.col.64.verſi.quinto quæro.Bertran.conſilio
166 col.fi.vol.1.Pariſ.conſ.21.col.3.vol.3. Soz.in.
conſi.116.col.11.vol.1.Grat.conſi.11.col.1. vol. 1.
& col.fi.conſi.60.col.2.vol.1.Ruy.conſi.213.col.2.
vol.1.conſi.119.col.pe.vol.2.conſi 133.col.1.eodẽ
vol.Ripa in d.§. duo fratres,num.38.Cur.iun.cõſi.
5 4.num.21.† Et in tantum dicitur remiſſum, quod
ſequuta alienatione, bona alienata ab eo, in quem
alienata fuere,reuocari non poſſunt,vt firmat Bar.
in d.§.duo fratres,num.21.quem ibi cæteri ſequũ-
tur, & Crauet conſi.24.num 8.9 10.vbi alios con
gerit,& ante eum Alex.conſi.8.vol.5.Curt.ſen.cõſ.
63.num.19.vbi ad longum,& videtur decidere ca-
6 ſum iſtum. † Cum igitur fideicommiſſi reciproci
inter fratres licita ſit remiſſio,l.1.& l. cum propo-
nas,C.de pact.& ſæpe alleg.l.qui Romæ,§.duo fra-
7 tres,de verb.oblig.† & remitti poſſit etiam per mi-
norem,vt probatur punctaliter in l.de fideicommiſ
ſo,C.de tranſact.& ibi ſcrib. quia per talem remiſ-
ſionem non dicitur pati damnum nec lædi,cum ſit
quid incertum, & propterea non poteſt in integrũ
reſtitui,d.l.de fideicommiſſo,vbi Doc. & facit Dec.
8 conſi.532.nume.11.† quod ſecus eſſet ſi non eſſet
reciprocum, quia tunc diceretur lædi, & aduerſus
talem remiſſionem reſtitueretur tex.eſt.in l.deniq;
§.ſi quid minori,de minor.vbi Bar.& oẽs,ex quo il
la ſpes fideicommiſſi eſt conſiderabilis, vt inquit
tex.ille,ſequitur, quod cum poſt factas diuiſiones,
& adiudicationes bonorũ inter ipſos fratres d. ſer
Saluator conſenſerit venditioni faciendæ per Ber-
nardum fratrẽ,quia ipſe debebat conſequi ex eius
pretio flo.300.fideicommiſſum dicatur remiſſum,
propterea non ſit locus præſenti iudicio.

Verum ſi diceremus,hac diuiſione,& cõſenſu de
alienando nõ obſtante,fideicommiſſum adhuc du-
rare,nihilominus d.Bernardum,ob prædictam alie
nationem factam,non cecidiſſe a iuribus ſuis, non
incongrue dici poſſe arbitramur, re enim vera alie-
9 natum non dicitur id, cuius † dominium non eſt;
10 tranſlatum.l.alienationis† verbum,cum ibi no.de
verb.ſignifi.& inde fit, quod nec ex venditione res
dicatur alienata,niſi res tradita,& dominium tran-
ſlatum fuerit,§.venditæ,inſt.de rerum diuiſ.Et pro
11 pterea † emphytheuta alienans non transferendo
dominium, nec rem tradendo, non cadit a iuribus
ſuis, vt firmat Iaſ.alios referendo, & de communi
teſtando in l.3.nume.132.C.de iure emphyt. quia
talis priuatio iurium ſit ob traditionem, & domi-
nij translationem vt inquit Alex.conſi.66. num.6.
vol.1.Pariſ.conſi.86.num.14.vol.4 Dec.conſi.160.
Soz.iun.conſi.70.num.14.vol.3.Clar.in §. emphy.
12 q.1.facit Cæpha.conſi.223.num.11.† Vnde cum
in caſu iſto nedum non ſit tranſlatum dominium,
ſed imò expreſſe reſeruatum a venditore, quouſq;
precium non ſit ſolutum; quod procedit, etiam ſi
habita ſit fides de precio, vt non dicatur quouis
modo tranſlatum, in tantum, quod ſi emptor defi-
ciat in ſolutione pręcij,detur venditori rei vendica
tio,vt tenet Azo.in ſumma num.7.8.de pact.inter
empt.& vendi.Fab.de Mont. de emp. & vend. q.5.
prin.num.39.late Afflic.deciſ.338.nu.2.facit l.qui
ea lege,C.de pact.inter emp.& vend.

13 Et licet † reſeruatio facta de dominio per vendi-
torem videatur repugnare naturæ contractus em-
ptionis, & venditionis,quæ requirit dominij tran-
ſlationem l.cum manu ſata,de contra. empt. Bal. in
14 rub.C.eo.tit.q.13.Afflic.deciſ.398.† Attamen di-
ſtinguendum videtur,quod aut tale pactum, & re-
ſeruatio ſit, quod perpetuo dominium remaneat
pœnes venditorem, & tunc non valet, quia repu-
gnat naturæ contractus emptionis, & venditionis,
& ita procedit l.cum manu ſata,aut apponitur tem
poraliter,vt dominiũ remaneat, quouſque preciũ
ſoluatur,& tunc valet,& non repugnat naturę con
tractus, ita Bal. in rub. C. de contrah. empt.q. 13.
Corn.conſi.297.volu.3. quia videtur eſſe venditio
15 conditionalis, † per ea, quæ tradit Afflict. deciſio.
399.num. 4.

Potuitque apponi pactum inter partes ipſas,qđ
quouſque precium ſoluatur,res intelligeretur loca
ta emptori cum penſione ad rationem ſex pro cen-
tenario,l.ſicut emptio.§ fi.& l.cum venderem.ff.lo-
cat.Fab.de Mont.de empt. & ven.q 2: nume: 14. &
15.Cagno.in l.curabit,num.62.C.de act.emp.Co-
uar.var.reſol.lib.3.cap 4.num.4.verſi 9 facit Ron-
dinell.conſi.21.per totum inter conſi.eiuſ.diuerſo
16 rum tom.2.in ſecundis, † vbi quod etiam ſi in ven
ditione feudi ſit habita fides de precio, & fiat pa-
ctum inter emptorem, & venditorem,quod donec
precium integre ſoluatur, ſingulo anno teneatur
emptor certum quid ſoluere nomine affictus ven-
17 ditori, non dicatur vſura:† ſi ergo dominium non
fuit tranſlatum in emptorem donec precium eſſet
ſolutum,vt ſupra docuimus,& firmat Abb. conſil.
66.vol.1.conſi.169.vol.2. Alex.conſ.125.volum.5.
Dec.conſi.440.in prin.Tiraq.de retractu ligna.§.1.
gl.2.num.37. numquamque ſolutum fuit dictum
precium,merito dici poteſt alienationem non fuiſ
ſe ſequutam,in tantum quod contrafactum eſſe di
18 ci poſſit,præſertim † cum ſimus in pœnalibus, &
odioſis,in quibus ſtricte procedi debet, & verba ac-
cipiẽda ſunt in potiori ſignificatu,& ſic non ſit do-
minium vere ac irreuocabiliter tranſlatum, l.1.C.
de fun. dot. late Tiraq.de retract.conuent.§.2.glo.
1.num.9.10.11.12.& ſeq.

De dimidia enim dicti prædij,pro qua precium
recepit, non hæſitatur, quin eius venditio teneat,
19 cum illam diſtrahere † potuerit pro ſua legitima,
& trebellianica conſequenda,quæ faciunt dimidiã
totius,vt not.in c.Raynaldus,& in c.Raynutius,de
20 teſtamen. † cum non eſſet grauatus pure,ſed ſub
conditione,vel in diem,Bar.& glo.in l.Papinianus,

§ me-

Digitized by Google

§.meminiſſe.de inoff.teſt.vbi quod ita communi-
ter ſeruatur Dilect.de arte teſt.lib.5.cau.3.Et quo-
21 tieſcunque † hæres bona aliqua hæreditaria alie-
net,alienaſſe præſumitur pro ſua legitima, & tre-
bellianica,per tex.in l.Marcellus,§.reſq:,& ibi Bar.
ad trebel.Bal.in l.ſi quis filium,in prin.C. de inoff.
teſtam.comm.affirmat Afflic.deciſ.93.num. 5.nec
quid obſtare videtur, quod Bernardos ad rei tradi-
22 tionem deuenerit,† per quam ſi fiat ab eo, qui eſt
dominus, & vbi cauſa ſit apta dominium tráſferri
videtur,vt firmat Soz.conſi.9.num.33.vol.1.Pariſ.
23 conſi.33.num.23.24.vol.3.† Adeo, quod transfe-
rendo re ipſa dominium facto per traditionem re-
ſeruatio nihil operatur,quia traditio eſt facti, & fa
ctum eſt contrarium proteſtationi, vt inquit Dec.
159.poſt num.4.vbi addent.litera D.quoniam (vl-
tra reſponſiones per clariſſimos dominos aduoca-
24 tos in cauſa datas,quæ optime quadrant,† qd non
ſemper importet dominij translationé, ſed quan-
doque ſimplicem traditionem, & meram detenta-
tionem,vt habetur in l.ſi rem tradi.ff.de verb.obli.
& vt inquiunt Soz.& Pariſ.in locis ſupra allegatis.
25 † Et poſſumus dicere eſſe verbum æquiuocum, &
ſubiectæ materiæ adaptari,prout,& verbum conce
do,vt inquit glo.in c.1.de vſur.lib.6. Bal. in l.non
ambigitur,in vltimis verbis de legi.& Soz. alios re
ferens,conſi.93.numero 4.volum.1.) Reſpondetur
26 † quod quatenus velimus importare dominium,
debet intelligi cum illa conditione,videlicet,quan-
do precium fuerit ſolutum, & non prius,& interim
non ſit a vendente abdicatum pendente ſolutione
precij,nam vt ſupra dictum fuit, hæc venditio dici
tur conditionalis,& ideo pendente conditione nul
lum eſt in emptorem dominium tráſlatum, poteſt
enim transferri dominium,& poſſeſſio ſub condi-
tione de quo habetur in l.qui abſenti,§.fi.de acqui.
poſſ.ſecundum Alber.in l.cum manu iata. §.nemo
poteſt,de contrah.empt.

Et quatenus dicatur in dicta alienatione tranſla
tum eſſe dominium,& propterea Bernardum con-
trafeciſſe voluntati teſtatricis, (quod tamen nó con
ceditur) præter quam,quod dicta alienatio dici po
teſt facta ex cauſa neceſſaria, ad diſſoluendum æs
alienum dicti Bernardi prouentum facto teſtatri-
cis, quæ conſentit per ipſum Bernardum dari ſer
Saluatori alteri filio flor.300.pro eius portione di
cti prædij, & abſque eius Bernardi culpa, cum non
27 haberet,vnde aliunde ſolueret,† & propterea non
includatur ſub generali prohibitione,iuxta tradita
per Rom.conſi.107.num.7.conſ.219.num.8.Cur.
ſen.conſi.63.num.20.& tex.eſt in l.peto.§.prædiú.
de leg.2.& in l.pater filiú.in prin.de leg.3.& vtro-
bique Bar.& Bal.Tiraq.de retract.ligna.§.1.gl.14.
28 nu.11.Corn.conſi.166.num. 26. vol.1. † ſatiſque
conſtitit de neceſſitate,quam nulla præceſſit culpa
Bernardi, cum dictum æs alienum eſſet ob ſatiſfa-
ctionem crediti dicti ſer Saluatoris, & pro portio-
ne ſibi tangente in bonis maternis, ex laudo inter
ipſos lato,matre conſentiente,& ob defectum pecu
niarum, & aliorum bonorum inde extrahi neceſſa
riorum,Corn.conſ.293.nu.2,vol.2.Iaſ.conſi.123.
col.pen.vol.4.Affli.deciſ.44 num.9.verſi,aut eſt de
bitor.Neque cauſa alienationis ortum habuit ante
quam facta eſſet prohibitio de non alienando, vide
licet, quia ſer Saluatori debebatur ex ſucceſſione
ſaltim ab inteſtato dimidia dicti prædij, & ideo ſe-
quuto laudo opus fuit,eidé ſatiſfacere in pecunia,
facit tex.in l.alienationes,& ibi Albe.fam.ercíſ.An
ge.conſ 224.molti conſortes poſt prin.Tiraq.de re
tract.ligna.§.1.gl.14.nu.16.

Verum fingamus fideicommiſſum extare Ber-
nardumque contraueniſſe, Nihilominus Io. Petro
ius non competere,ad reuocandum ipſa bona, pro
comperto habendum eſt, ſed aut ipſimet Bernardo
alienanti, aut Angelo filio emancipato.Quod auté
29 Bernardus potuerit,ita deducitur † ſtante duplici
prohibitione, videlicet legis tacita, & hominis ex-
preſſa de non alienando,alienatio redditur nulla ip
30 ſo iure,† qua nullitate ſtante potuit ipſemet dictá
alienationem reuocare in vita, & cótra factum ſuú
venire prout venit,& propterea a nullo iure cecidit
vt firmat Bal.in l.quoties, la prima, nume.10.C.de
fideicom.ſeq.Alex.conſi.93.vol.2.Affli. deciſ.240.
num.8.ante hos Caſt.in l.fi.§.ſed quia, in princ. C.
com.de leg.Ruy.conſi.47.conſi.118.conſi.150.vo
lum.2.conſi.23.conſ.62.vol.5.late Tiraq.qui alios
citat, & loquitur de prohibitione teſtatoris expreſ
ſa de retract.ligna.§.26.glo.2.nu.6.

31 Corroboratur † præcedens opinio ex generali
regula,quę habet,quod quiſque poteſt venire con-
tra factum proprium,quãdo illud eſt nullum,& ina
ne,ipſo iure,l.2.& ibi glo.& Docto.C.ſi aduerſ.ré
iud.l.poſt mortem,cum glo.& Bar.& cæteri de ado-
pti.cap.noſti.& ibi plene Doct.de elect.doct.in cap.
diuerſis fallacijs,de cler.cóiug.& in ca.ſi quis preſ-
biterorum,de reb.eccleſ.non alien.Bal.in l.1.Co.de
lib.cauſa,facit l.quemadmodum,C.de agri.& cen-
32 ſit.lib.11.† Vt donatio,vel actus,vbi non tenet le-
ge impediente poſſit per donantem, vel actum fa-
ciétem infringi,& veniri cótra factum,l.iubemus
§.ſane,el primo,C.de ſacroſ.eccl.Im.in l.Aquilius.
de donat.Bar.in l.poſt mortem, de adop. quos re-
fert,& ſequitur Alexá in l.ſi donatione num.10.in
33 fi.C.de collat.facit Aret.conſ.114.† Quinimo am
pliatur, vt procedat etiam in actu iurato,vt bene
ampliat Feder. de Senis conſ.172. quem ſequitur
Imol.in cap.cum contingat,col.56.de iureiur.quos
refert,& ſequitur Iaſ.in l.ſi donatione,num.7.verſ.
ego addo plus C.de collat.facit Ang.conſi.160.Dó
na Catherina,Barb.conſi.21.& quidem viſo pun-
ctu, nu.5. prope fi.verſ.facit etiam. Marſ.conſ.115.
ver.quia reſpondeo,illud præſertim, quando actus
eſt inualidus de iure communi,vt in caſu noſtro,ſe-
cundum Iaſ.in auth.ſacramenta puberum, nu.36.
ver.tu reſponde melius, C.ſi aduerſus vend. & ita
deciſ.in parlaméto Toloſ.vt refert Auf.in deci.Ca
pel.Toloſ.382.Ité fuit quæſitú,& hác magis com.
34 aſſerit Soz.iun.conſi.44.num.20.† Et ita debere
intelligi opinionem eorum, qui dicunt iuramétú
nó conualidare actum nullum,ipſo iure,ſcribit Ti
raq.poſt alios quos citat in l.ſi vnquá,ver. reuerta-
tur,nu.299.verſi.35.in fi.C.de reuoc.donat. Vnde
cum

Digitized by Google

cum dictam venditionem reuocauerit, non eſt cur
a quoquam moleſtari poſſit, & ſi hanc opinionem
tenere nolimus, cum eam improbet Iaſ. in auth. res
quæ, num. 24. C. comm. de leg. & Tiraq. alios citans
de legi. connub glo. 7. nu. 56. verſi. ſed & hoc proba
tur, licet eorum ratio non vſquequaque ſatisfaciat.
35 † Negari non poterit, quin nomine filij reuocari
potuerit, ſaltim vti eius legitimus adminiſtrator,
vt docet Bal. in l. cum a matre, nu. 4. C. de rei vend.
Tiraq. de retract. ligna. §. 1. gl. 9. num. 75. & nouiſſi
me Pincil. in l. 1. par. 3. nu. 73. C. de bon. mater.

Sed quid plura, etiam quod Bernardus contrafa
ciendo cecidiſſet a iuribus ſuis, adhuc d. Io. Petro
actionem non competere ad dicta bona auocandū
36 pro certo ponimus. † Fideicommiſſi enim petitio
ſiue per mortem, ſiue per cōtrauentionem, compe
tit ordine ſucceſſiuo, vt prius proximiores admit
tantur, quam remotiores, not. in l. ſi. §. pen. de leg. 2.
arg. l. idem erit, de verbo. oblig. l. ſi poſt mortem, in
prin. de leg. 1. & l. ſtatius florus, §. Cornelio fęlici, de
iure fiſci. Vnde cum Bernardus habeat Angelū fi
lium emancipatum, procoldubio ipſi competit pri
mus locus ad auocandum, l. cum ita §. in fideicom
miſſo, de leg. 2. vbi Bar. l. peto, §. fratre, eo. ti. l. ſi. ver.
nullo etenim, C. de vet. ſign. Dec. conſi. 1. col. 1. Cra
uet. conſi. 67. nu. 5 facit Soz. in l. cum auus, nu. 68.
verſi. quintus caſus, vbi glo. & Bar. de cond. & dem.
Si enim Io. Petrus Bernardi ex fratre nepos, Ange
lo filio præferret, ſequeretur, quod filius eſſet dete
rioris conditionis, quā nepos remotior, l. ſi viua ma
tre, C. de bon. mater. facit Caſt. in l. gallus, §. nūc de
lege Velleia. n. 6. de libe. & poſth. & ibi Are. circa ſi.

Nec quid obſtare putamus, quod Angelus Ber
nardi filius tempore cōtrauentionis non eſſet na
tus, neque in vtero matris conceptus, Io. Petrus ve
ro eſſet iam in rerum natura, vt per hoc ipſe debeat
37 præferri, † enim in fideicommiſſis conditionalibus
attendatur tempus euenientis conditionis, & caſus
ſubſtitutionis, & non aliud tempus, l. interuenerit,
de leg. præſt. Alex. conſi. 26. in ſi. vol. 3. Dec. conſiliō
38 299. nume. 8. † Et quod in proximiore vocato at
tendatur tempus purificatæ conditionis, licet ante,
vel poſt, alter eſſet proximior, tradit Caſtren. conſi.
264. col. 5. verſi. ad ſecundum reſpōdetur, volum. 3.
Dec. conſi. 1. nom. 6. Pariſ. conſi. 40. num. 17. 20. 22.
conſi. 74. nu. 12. 13 conſi. 83. ſub num. 13. vol. 2. Et
hinc inferunt repetentes, in l. filiusfamilias, §. diui,
de leg. 1. vbi Crot. nu. 164. & Loarez, nume. 197.
39 † quod concepti, & nati tempore exiſtentis condi
tionis, præferantur ad reuocandam alienationem
probibitam in vltima voluntate, alijs conceptis, &
natis poſt factam alienationem. Quoniam reſpon
detur hoc procedere ex diſpoſitione iuris, ſecus ſi
loquamur de voluntate hominis, & ſic teſtatoris ſe
cundum Bar. in d. l. interuenit, & Roma. in conſilio
438. num. 12. verſic. nec refragatur, iunctis quæ tra
dit Conna. in ſuis comment. lib. 10. cap. 5. num. 10.
verſicu. de his autem. Et ideo dicitur prædicta pro
cedere, niſi aliud appareat de mente teſtatoris ſe
cundum Soz. conſil. 69. viſo teſtamento, volum. 3.
conſi. 51. colum. pen. vol. 4. Dec. in rub. C. de ſucceſ.
edict. in princ. conſil. 205. verſic. 3. hoc idem Rom.
conſi. 134. in 4. dub. Alex. conſi. 14. volum. 4. Vnde
cum mens teſtatoris ſit, quod non ſolum ad eos,
qui tempore purificatæ conditionis exiſterent, ve
lit deuenire, verum ad omnes alios deſcendentes
in infinitum, vt ex lectura teſtamenti apparet, pro
pterea debemus dicere, quod dictus Angelus tan
quam proximior debeat admitti.

Reſpondetur ſecundo, quod licet tunc, tempore
factæ contrauentionis dictus Io. Petrus debuiſſet
ſolus vti proximior admitti, attamen nunquam de
clarauit velle fideicommiſſum, neque illud accepta
uit, niſi modo, quod eſt in rerum natura Angelus,
40 † ante enim acceptationem ius agendi fideicom
miſſario non competit, ſed ſtatim atque declarauit
ſe velle, vt tenet Caſt. in l. cogi. §. metianus, nume. 3.
in ſi. ad Trebel. ſequitur Soz. in l. 1. §. ſed & quoties,
poſt nu. 5. eod. tit. Ripa in l. in fideicommiſſariam,
eod. tit. num. 14. Ruy. in l. 1. §. & quoties, poſt, num.
41 7. ad Trebell. † Et hinc oritur, quod grauatus reſti
tuere, non tenetur ad fructus ante declarationem,
& acceptationem fideicommiſſarij perceptos, quia
cum incertum ſit, an velit acceptare, vel ne, hæres
non poteſt habere conſcientiam rei alienę, vt ſic eſ
ſet in mala fide per ea, quę determinat Anchara. in
cap. ſine poſſeſſione, colum. 9 verſi. item intelligas,
de reg. iur. lib. 6. & Bald. conſil. 12. num. 7. volum. 1.
quod eſt repetitum conſi. 386. volum. 5. Soz. conſi.
63. num. 7. volum. 1. Dec. conſ. 554. num. 2. Soz. iu.
conſi. 145. num. 66. 71. volum. 1. cum infinitis ſimi
libus. Vnde cum tempore quo Io. Petrus declara
uit, adſit Angelus, & proximior, ergo merito is præ
ferri debet, & ex conſequenti Io. Petro nulla com
petit actio.

42 Neque doctrinæ Croti, & Lozzes negocium fa
ciunt, quia in diuerſis terminis loquuntur, præſup
ponunt enim puram, & ſimplicem ſubſtitutionem,
vt tunc concepti, & nati tempore teſtatoris, &
conditi teſtamenti præferantur conceptis, & po
ſtea natis, quia tanquam cogniti a teſtatore cen
ſentur magis dilecti, l. cum ita, §. in fideicommiſſo,
de legat. 2. Ioan. And. in add. Specu. in rub. de teſta
men. columna 3. verſicu. item Lambertus, vbi dat
rationem, quia nondum ſunt in rerum natura,
quando ſubſtitutio locum obtinet, Signor. conſilio
172. teſtator, verſicu. præterea ex coniectura, & con
ſilio ſequen. columna 2. Alexander conſilio 22. ver
ſicu quoad vltimum, volumne 3. cum infinitis con
geſtis, per Tiraquel. de retra. ligna. §. 1. gloſſ. 9. nu
mero 82. & hoc etiam procedit, niſi aliud apparet
de mente teſtatoris, ſecundum Soz. conſilio 69. vo
lumine 3. & conſilio 51. columna penul. volum. 4.
Rom. conſil. 134. in 4. dubio.

At fingamus, quod Ioan. Petrus, immediate tan
quam proximior egiſſet, & bona alienata reuocaſ
ſet, attamen cum nunc extent dicti Bernardi filij,
dicendum eſt, quod non cum effectu, ſeu irreuoca
biliter illa acquiſiuiſſet.

43 Verum † quia ius in ſpe quęſitum fuerat ex teſta
mēto lineæ d. Bernardi, cuius ſpei effectus eſt, vt ſu
ſpendat ius alterius, ſeu impediat eius deuolutio

nem,

nem, donec ex euentu certificetur, an dicta ſpes
euaneſcat. tex. eſt in l. ſi duobus, in prin. de lega. 1.
44 † vbi illud ius quod competit naſcituro ex teſta-
mento, ſuſpendit, ſeu impendit effectum iuris accre
ſcendi, & ibi Barto. vel ſi nolumus, quod ſuſpen-
dat ius alteri competiturum, operatur tamen, vt
dictum ius transfeat reuocabiliter; & propterea cũ
illud ius, quod lineæ Bernardi competat ſpe, incc-
pit competere re, illis extantibus, cum ſpes conſe-
quuta ſit ſuum effectum, dicere debemus, quod ta-
le ius, quod fuerat Io. Petro quæſitum, tolleretur
ſeu reſolueretur iuxta not. in l. ſeruo legato. §. 1. de
leg. 1. Barto. in l. cum pater. §. libertis, de leg. 2. l. 2.
in prin. de ſtat. liber. Et ex conſequenti tenetur ipſa
bona reſtituere filijs dicti Bernardi tanquam pro-
ximioribus tex. videtur in terminis et ibi Fulg. Corn.
45 & Iaſ. in l. quoties la prima C. de fideicom. † vbi na
tus poſt alienationem rei prohibitæ alienari, & fi-
deicommiſſo ſubiectæ, admittitur ad reuocandum
illam, etiam ab his quibus medio tempore in di-
cta re fuerat ius quæſitum, & propterea, & multo
minus modo actio aliqua eidem Ioan. Petro com-
petere poteſt.

Quinimo etiam ſi teſtatrix diſpoſuiſſet, quod in
pœnam dicti Bernardi alienantis, contra eius pro-
hibitionem, bona ipſa ſic alienata, deuoluerentur
ad ipſum Ioan. Petrum, & immediate iuxta teſta-
tricis diſpoſitionem deuoluta fuiſſent, attamen ad-
huc dicimus, quod teneretur illa reſtituere filijs
eiuſdem Bernardi, ea autem ratione aurea, quia
46 † pœna non debet egredi ſuos autores, † ſed locus
47 ſit eius ſucceſſori emancipato, cui ad bona ipſa cõ
petit ius ex perſona propria, vt docet Zancus in re-
pet. l. hæredes mei, §. cum ita, in 5. par. nume. 109.
110. ad Trebell. etiam non expectata morte delin-
quentis, cum ſit expreſſe vocatus, facit Alba. conſ.
74. nu. 1. 2. 3. & 4.

Et propterea ſi dictus Ioan. Petrus vocatus fuiſ-
ſet expreſſe in pœnam, & bonorum ipſorum ade-
ptus eſſet poſſeſſionem, illaque detineret, tenere-
tur ea reſtituere dicto Angelo tanquam ſequenti
in fideicommiſſo per l. ſtatius florus. §. Cornelio fœ
48 liei, de iure fiſci, † vbi ſi grauatus reſtituere poſt
mortem, delinquat, & bona publicentur, etiam ea
quæ ſubiacent reſtitutioni, veniunt in publicatio-
ne, cum onere tamen ſuo, & ſic fiſcus detinet, donec
delinquens viuit, & eo mortuo tenetur reſtituere
fideicommiſſario, quod etiam vult Angel. in l. Pa-
pinianus §. meminiſſe, de inofficio. teſtamen. per l.
ex facto, ad Trebell. cum ibi not. & l. nam ad ea, de
condit. & demonſt. facit authen. ex cauſa, ibi, cæte-
ra firma manent, C. de lib. præter. Bald. in l. antiqui
tas ꝗ iſta, C. de vſufr. Alexand. in l. recuſare. §. 1 co-
49 lum. 2. ad Trebell. Eſt enim regula tutiſſima, † qđ
ante omnia attendatur mens teſtatoris, vnde cum
in primis ſubſtitutos vocauerit, ab eo cenſentur
prædilecti l. publius. §. cũ auus, de cond. & demonſt.
doct. in l. gallus, §. quidam recte, de libe. et poſthum.
ſi ergo diceremus in caſu alienationis, admitti ſo-
lum Ioan. Petrum, vel locum pium, vel alium voca
tum, excluſis alijs ſubſtitutis, ſequeretur abſurdũ,
quod ſubſtitutio redderetur inutilis, & fruſtrato-
ria, contra not. in §. quibus, in prima conſtitut. C.
& in l. in ampliorem. §. in refutatorijs, C. de appel.
& punirentur qui non deliquerant.

50 Et qua ratione, † quando fit bonorum transla-
tio ex legis diſpoſitione, in pęnam hæredis grauati
in fiſcum, durat adhuc fideicommiſſum, ita etiam
quando in pœnam hęredis grauati poſt mortem fit
translatio in alium ex diſpoſitione defuncti, quæ
pro lege habetur. §. diſponat, authen. de nupt. debet
intelligi facta cum dicto onere, & ſine iniuria fidei
commiſſarij vocati poſt mortem grauati, quia ſicut
non debet pœna legis egredi delinquentem. l. ſanci
mus. C. de pœnis, ita etiam pœna priuationis hęre
ditatis, non debet rationabiliter imponi vni ex con
traſactione alterius. l. paterfamilias teſtamento, de
hæred. inſtit. Bald. in l. 1. in 5. oppoſ. C. de his quæ
pœn. nom. facit l. peto. §. prædium, de leg. 2.

51 Illa enim pœna † a teſtatore imponitur odio
eius, qui prohibitus fuit alienare; ceſſante ergo cau
ſa odij debet ceſſare odium, & per conſequens eius
hæreditas ad eius deſcendentes redire, quorum
contemplatione fuit facta prohibitio, & pœna im-
poſita, vt ſcilicet eius timore abſtineret ab aliena-
tione ad not. per Bartol. in l. Titia ſeio. §. vſuras, de
52 leg. 2. † vbi ſi vxor rebellis non poſſit ſtare in Ci-
uitate, effecta vidua poterit redire, quia eſt finita
cauſa odij.

Et ſi aliter diceremus, ſequeretur quod eſſet in
poteſtate illius, qui alienare vellet, alienando con-
tra prohibitionem, excludere fideicommiſſarium
in totum, quod veriſimiliter non debet intelligi ei
53 conceſſum, † cum non ſit præſumendum quod te-
ſtator voluerit, quod ab eius arbitrio pendeat fi-
deicommiſſarij excluſio, vt probatur in l. ſi ita quis.
§. is cui, de leg. 2. & in l. fideicommiſſum, de condi.
54 & demonſtr. † vbi quod appellatione filiorum po-
ſitorum in conditione, non veniunt adoptiui, ea
præſumpta ratione, ne ſit in poteſtate hæredis gra-
uati, ſub illa conditione, ſi deceſſerit ſine filijs, ex-
cludere fideicommiſſarium, adoptando quem in fi-
lium, vt declarat Bar. in l. ſi cognatis, circa prin. de
reb. dub. & ita in pũcto caſus de quo in prin. huius
thematis conſuluit Ruyn. conſil. 122. nume. ſexto,
volum. 2. Pariſ. conſil. 2. volum. tertio. Zancus in d.
l. hæredes mei. §. cum ita, nume. 414. par. tertia. ad
Trebel. Hier. Gabr. conſil. 123. nume. 37. 38. &
ſenſit Ange. inter conſil. Bal. 219. punctus, volum.
4. in antiquis, Marzar. in Epito. par. 2. quæſt 45. in
fin. vbi alios citat.

Tandem, vt receptui canamus, caſus iſte ho-
rum Fabronum deciditur per motiua huius Rotæ
de anno 1554. 28. Februarij per ſer Saluatorem
nobis oſtenſa, per quæ diſponitur quod bona de-
uenire debeant ad filios contrafacientis, ſaltem
eo mortuo, cum in caſu illo filij non eſſent eman-
cipati, prout hic, qui ſi fuiſſent emancipati, decla-
raſſent deberi filijs etiam patre viuo, per iura ſu-
pra deducta, & ideo ſer Saluator ſenex bonæ con-
ſcientiæ, & timoratus Dei, cum dictis motiuis pro-
ductis, ſententiam ſibi dixit, & filio.

SVM.

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria actione euincitur ſaltem nuda poſſeſſio.*
2 *Euictio competit, ne dum re victa, ſed quaſi nonaum tradita.*
3 *Euictio competit ad id, quod intereſt ſine alia denunciatione.*
4 *Euictio propria eſt quæ dominium adimit.*
5 *Euictio eſt contra venditionem venire.*
6 *Venditor tenetur ad ſumptus, cũ non licet emptori rem habere.*

ARGVMENTVM.

De euictionibus, & ad quas expenſas teneatur venditor re euicta.

DECISIO XCIII.

VENDIDERAT Hieronymus Gherardinus, Gregorio Vbertino prædium certo conuento precio, & cum promiſſione euictionis, & defenſionis generalis, & alijs conſuetis clauſulis, & pro d. venditore extitit fideiuſſor D. Oretta.

Petrus Gherardinus d. venditoris filius adita hæreditate paterna petijt poſtmodum reſtitutionem in integrum aduerſus dictam aditionem, & citare fecit ad contradicendum inter alios d. Gregorium, qui contradixit & litem intimauit d. D. Orettæ, & tandem fuit reſtitutus.

Succeſſiue d. Petrus egit in iudicio petendo declarari d. prædium, vt ſupra venditum d. Gregorio ſibi hypothecatum, & ideo relaxandum loco pignoris donec, &c. citato dicto Gregorio contradicente, & prædicta omnia intimari faciente dicto Do. Orettæ.

Quærebatur an d. Dom. Oretta teneatur reficere expenſas quas Gregorius fecerat, dum ſe oppoſuit dictæ reſtitutioni in integrum per dictum Petrum petitæ.

Et ſtante euictione videbatur dicendum Dom.
1 Orettam teneri etiam ad illas expenſas; † per hypothecariam enim euinci nudam ſaltem poſſeſſionẽ
2 non ambigitur. l. cum venditor. §. j. de euic. & † actio competit non vt res proprie euicta ſit, ſed quaſi nõ libere tradita. l. ratio, & ibi Bar. diſtinguit, de actio.
3 emp. Soc. conſi. 199. num. 8 col. pen. lib. 2. † agiturque ad id, quod intereſt, etiam ſine alia denunciatione. Ales. conſi. 67. lib. 3. Maran. in 7. par. 5. mem.
4 num. 2. † licet propria ea ſit euictio, quę dominium adimit euicto ſecundum Bal. in l. 1. inſt. C. de peri. & com. rei vendi & in l. ſi cum venditor, in princi. de euictio. cui ſimilis eſt euictio, quæ fit per hypothecariam, cum nulla ſupereſt luitionis ſpes. Soz. d. conſi. 199 cum ſimili.

Tamẽ non æquum nobis viſum fuit, Dom. Oret
5 tam ad has expenſas eſſe obnoxiam, nam † cum euincere nil aliud ſit quam contra venditionem venire, vt inquit Bal. in l. fin. §. in computatione, colum. fin. in fi. C. de iud. delibe. eaque in integrum reſtitutio petita adhuc bona vendita, & pro quibus fuerat promiſſa euictio, non attingeret, & citra venditionis iniuriam concedi poterat, ideo ad eas expenſas reſarciendas male actum exiſtimauimus, quia nimia ſua formidine iudicio petitæ reſtitutionis ſe ſe obtulit, quod optime intelligebat eam reſtitutionem nec poſſeſſionem nudam, neque dominium empti prędij lædere, quin habere liceret, l. hę rennius, ff. de euictio, l. ſi minori, §. minores, & ibi glo. ff. de mino. Aleiat. in fortioribus termiois conſ.
6 404. num. 28. † Venditor autem ad ſumptus eo tãtum caſu tenetur, cum emptori rem non licet habere, l. ſtipulatio iſta, de verb. obliga. Bar. Ang. & Imo. in l. venditionis, eo. ti. & venditorem non intererat defendere, ne daretur reſtitutio in integrum, quæ alio tendere poterat, Corne. conſil. 255. lib. 3. verſi. & inſuper, vbi late de huiuſmodi ſumptibus reſarciendis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Eceptio ſemel in vno iudicio oppoſita, & tacite reiecta, non amplius attendenda & num. 3.*
2 *Acta non veniunt appellatione actorum.*
4 *Sententia contra ſententiam, quæ tranſiuit in iudicatum non valet.*
5 *Contrahentes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti.*
6 *Recipiens partem precij videtur renunciare reſolutioni pacti de retrouendendo.*
7 *Vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet.*
8 *Creditori creditoris recte ſoluitur.*
Solui poteſt creditori creditoris.
9 *Solutionis exceptio poteſt quandocunque opponi.*
10 *Iudex dicitur eſſe temerarius, non attendens ſolutionis exceptionem.*
11 *Fideiuſſor ſine ceſſione iurium non repetit a principali.*
12 *Debitor ſoluens de mandato Iudicis alteri, quam creditori ſuo an liberetur, & an de aliqua diligentia teneatur, veluti denunciare creditori.*
13 *Colonus moleſtatus ab aliquo, vt excuſetur, debet denunciare moleſtiam domino.*
14 *Solutione tollitur omnis obligatio.*
15 *Compenſare, & ſoluere par eſt.*
16 *Fideiuſſor contractus non conuenitur ſine nouo proceſſu.*
17 *Debitor ſoluens alij. quam ſuo creditori ſupine, & affectate non liberatur.*
18 *Sententia ſine citatione non valet.*
Citatio requiritur ad ſententiam.
19 *Debitor ſoluens alij. quam ſuo creditori iuſſu iudicis quãdo liberatur.*
20 *Debitor a iudice iuſſus alij ſoluere non tenetur intimare creditori, licet aliud in colono.*
21 *Colonus cenſetur procurator ad denunciandum.*
22 *Debitor coactus alteri ſoluere, vt excuſetur. quid agere debeat non eſt expeditum, & Iudicis arbitrio relinquitur.*
23 *L. aut prætor §. permittitur. ff. de minorib. declaratur.*

24 *Debitor*

24 *Debitor coactus ſat eſt, quoad contradicat, ut excuſetur.*

25 *Fideiuſſor, ut repetat, ſufficit ut de ſolutione doceat per confeſſionem creditoris.*

ARGVMENTVM.

De compenſatione loco ſolutionis habenda, &

De ceſſione iurium procuranda a fideiuſſore antequam ſoluat, et an, et quando creditori creditoris recte ſoluatur.

DECISIO XCIIII.

MORTVO Pandulpho ſenior. relictis poſt ſe Reuerend. Dom. Iannotio, Ioãne, Bartholomæo, Franciſco, Baptiſta, & Angelo filijs, qui inter ſe bona communia diuiſerunt, nulla habita conſideratione portionis Reueren. Dom. Iannotij, licet poſtea conuenerint ei ſoluere in tot pecunijs, videlicet, in ſcutis 1600. per vnumquemque eorum pro rata tangente, videlicet ſcut. 266. ÷. pro quolibet, quod demum fuit in vim laudi ratificatum per dictum Reuer. Dom. Iannotium caſu quo ſibi ſatisfactum foret.

Dom. Lucretia d. Franciſci filia, & hæres d. Reueren. Iannotij mediante Reueren. Dom. Ferdinando eius fratre, & hærede d. Reueren. Dom. Iannotij egerat aduerſus nepotes ex Philippo filio d. Baptiſtæ, in quem omnia ſupradicta bona communia integraliter ex conuentione deuenerunt ad portionem d. Reueren. Dn. Iannotij, quæ erat ſexta pars dd. bonorum in Baptiſtam obuentorum, & alias prout in petitione, & obtinuit pronunciari ad eius fauorem ſe eſſe hæredem d. Reueren. Dom. Iannotij, & ſibi deberi quatuor tantum partes ſextæ partis integralis bonorum in libello deſignatorũ, ſibi dimittendas cum fructibus, &c. Nec non dd. reos conuentos, vt hæredes dicti Baptiſtæ eorum aui paterni eſſe debitores quatuor partium ſextę partis integralis precij aliorum bonorũ in d. diuiſione d. Baptiſtæ obuentorum, & alienatorum; & alias quartas partes integrales dd. bonorum fuiſſe, & eſſe ſibi hypothecatas relaxandas, & retinendas donec integraliter ſibi ſatisfiat de prædictis, prout in d. ſententia. Cuius executio cum peteretur per viam brachij militaris, ad eam impediendam plura fuerunt oppoſita, videlicet. Primo defectus gabellæ non ſolutæ, & notificatio in libris gabellæ adhuc vigens non abolita nec cancellata, & per lapſũ temporis quatuor menſium fingitur lata ſententia condemnatoria, & ſic non fuiſſet audienda actrix, cum hodie adhuc conſtet gabellam non ſolutam.

1 Iſta exceptio non videbatur attendenda, † tum,
quod in alijs iudicijs præcedentibus fuerit ſimiliter
propoſita, & tacite reiecta ad tradita per Lancillo.
de attenta. 2. par. cap. 17. de attenta. nullitate
pendente, num. 151. Rip. in l. qui Romæ, §. duo fratres,
num. 58. de verb. oblig. poſt Caſtrenſ. ibi Tum
quia productio fuit facta cautelosè in parte, & partibus,
& non ſunt producta inſtrumenta aliqua ga
2 bellabilia, ſed † acta, quæ actorum appellatione nõ
veniunt, Bar. in l. 2. in 2. lectura, in fin. C. de eden. &
ibi Deci. Faly. cap. quoniam contra, num. 13. de probatio.
& licet in d. actis fiat mentio de aliquibus in
ſtrumentis gabellabilibus non facientibus ad cau-
3 ſam producentis, tamen † non poſſunt dici produ
cta, quia alias daretur proceſſus in infinitum, vt cõ
ſiderauit alias hæc Rota, vt in motiuis 17. Februa.
1577. emanatis in cauſa Aluyſij Bernardi cum Ra
phaele de Guardis, & lex gabellæ intelligitur de in-
ſtrumentis productis, non autem de relatis, & ita
procedunt motiua, lib. 28, car. 48 481. Secundo, qđ
4 ſententia ad fauorem actricis, vt † ſupra, lata eſſet
contra aliam ſententiam, videlicet, laudum emolo-
gatum, & ſic nulla, & non exequibilis, l. 1. quæ ſent.
ſine ap. reſcin. l. hæc ſententia, C. de ſent. quæ ſine
certa quant. & vtrobique Docto. l. 1. & ibi Doct. C.
quando prouoc. non eſt neceſſe.

Hæc oppoſitio non videbatur eſſe vera in facto,
quia Reuerend. Dom. Iannotius per emologationẽ
laudi non videtur renunciaſſe dominio, niſi, caſo
che ſia ſatisfatto, vnde e… non ſatisfacto datur ſibi
regreſſus ad bona ibi, potra moleſtare detti beni a
d. Gio. Baptiſta, &c. & hoc eſt veriſimilius, cum con
ſonet ſtilo, & conſuetudini huius ciuitatis, vbi ferè
in omnibus alienationibus fit reſeruatio dominij,
5 & † contrahentes cenſentur ſemper in dubio vel-
le ſe. conformare cum ſtatutis locorum, & cõſuetu
dine, l. quidam, ff. de verb. obli. Rip. in l. cum ita §.
hæredes mei, nu. 75. ad Trebel. Alcia. 3 a. præſum.
3. reg Rebuff. ſuper cõſti. regni. de conſuetu. in pręfatio.
num. 69. & ſic executio recte procedebat ſu-
per bonis reſpectu non alienatorum, quæ relaxan-
da erant actrici vti Dominæ, & reſpectu alienato-
rum vti creditrici loco pignoris, & hypothecæ, &
ita DD. tres dictum laudum intellexerunt proce-
dere.

Tertio fuit exceptum de ſolutione, & ſatisfactio
ne, cum fere omnes prædicti fratres dicto Dom. Re
ueren. Iannotio portionem ſuam ſoluerint, & ſi
quid ſupereſſet ſoluendum de portione Ioannis, di-
cebatur, ex quo incœperat ſoluere in pecunia (ſolue
rat enim 40. florenos) brachium militare concedẽ-
dum; & ſi concedi deberet, debere relaxari pro pre-
cio, & precij reſiduo ſuæ portionis loco pignoris,
& hypothecæ, non autem pro dominio bonorum,
6 † cui per receptionem partis precij, videtur renun-
ciaſſe, ad notata per Aymo conſ. 116. num. 2. verſi.
ſed magis. & arg. l. 2. ff. de lege commiſſo. quod
etiam vſ eſſe de mente Dom. Iudicis a quo, dum
de portione Ioannis mandat detrahi, & eximi 40.
7 flor. quaſi † illa portio non debeat diuerſo iure cen
ſeri, l. cum qui ædes. ff. de vſucap. & ſic quod pars
in

in pecunia,& pars in bonis perſoluatur, accedente maxime, quod in certis portionibus ſolutis, ſolutio aliqua non reperitur facta de bonis prædictis, ſed in pecunia,& aliarum rerum compenſatione, de ſolutione enim portionis Angeli non dubitabatur, quia in ſententia de cuius executione agitur, iam fuit declaratum ſatisfeciſſe, prout etiam non ambigebatur de ſatisfactione portionis Franciſci, cum per aditionem eius hæreditatis per actricem erant confuſa iura, & actiones. l. ſi debitori, de pact. & idẽ ſine difficultate procedebat reſpectu portionis Bartholomæi, quia acquieuerat actrix vigore ſentẽtiæ Dom. iudicis a quo, mandantis fieri compenſationem dictę portionis cum fructibus ex tranſactione perceptis.

Reſpectu vero portionis a Baptiſta ſoluendæ, dicebatur eam quoque fore ſolutam mediante compenſatione iuſſu Iudicis in contradictorio iudicio admiſſa, quædam enim D. Marietta erat creditrix ſuarum dotium, pro quibus ſtabat fideiuſſor D. Reuerend. D. Iannotius,& eadem erat debitrix d. Philippi debitoris d. portionis præfato Reueren. D. Iãnotio. Hæc mulier cum moleſtaretur a d. Philippo, dixit ſe creditricem dicti D. Reuer eiuſdem Philippi creditoris, & ideo petijt compenſationem fieri ex iure vtili ſibi competente, l. nomen. C. quę res pignor. obli. poſſ. & fuit admiſſa compenſatio per ſen-
8 tentiam Rotæ inappellabilem; creditori enim † creditoris recte ſoluitur. d. l. nomen. & l. ſoluẽdo. ff. de neg. geſt & ſoluens liberatur, maxime ſi iuſſu Iudicis ſoluat. l. creditor. ff. de ſolutio.

Iſta ſolutionis exceptio mediante d. compenſatione de pecunijs dicti Reueren. D. Iannotij facta, & ſi videretur ſatis releuans ad impediendum brachium militare, tamen non ſine difficultate tranſibat; nam dato, quod quantumcunque fuerit alias
9 oppoſita, & non probata, & † quod ſemper poſſit de ſolutione excipi etiam in actu executionis, Bero. conſi. 189. num. 12. lib 3. & egregie Caſtren. cõſ.
10 257. lib 2. vbi in fine dicit, † temerarios eſſe Iudices, qui hãc exceptionem non admittunt ad ſuſpendendam imminentem executionem, ex alio dictus Philippus ſoluens non poterat dici liberatus, quia ſoluendo de pecunijs Reueren. D. Iannotij fideiuſſoris eo modo, quo ſoluit, non geſſit negocium vtiliter d. fideiuſſoris, & ſic non liberatur ab eo. d. l. ſoluendo, oportebat enim tali caſu, quod ſibi faceret cedere actiones dictæ D. Mariæ ad commodum fideiuſſoris, non autem ad commodum proprium ip-
11 ſiuſmet ſoluentis cum aliena pecunia, cum † alias ſine iurium ceſſione fideiuſſori ſoluenti non competit actio aduerſus principalem debitorem ad repetendum ſolutum. l. cum alter, vbi gl. Bar. & Bal. C. de fideiuſſo. tradit Ronchagal. in l. reos, in prin. ſub nu. 54. & 55. de duobus reis.

Præterea ſupinè ſatis,& negligenter ſoluiſſe ſeu
12 compenſaſſe videtur, † nulla facta diligentia Bal. in l. falſus, num. 3. in fi. C. de furt. Deci. conſi. 25. col. 3. verſ. ex quibus, & omiſſa denunciatione d. Reueren. Do. Iannotio fideiuſſori, arg. not. per Ruy. con-
13 ſilio 147. in fi. lib. 1. † vbi Colonus ad hoc, vt excuſetur a ſolutione ſi ab aliquo in detrimentum domini moleſtetur debet denunciare. Barto. in auth. qua in prouincia, num. 6. C. vbi de crimi. agi. oper. & in l. 2. num. 13. C. vbi in rem actio. vnde fuit in culpa nec iuuari poteſt, quod iuſſu iudicis ſoluerit, ſi ſoluentis culpa præcedat, vt ſentit Cuma. conſil. 185. qui loquitur in denunciatione omiſſa. Barba conſi. 27. colum. 3. lib. 3. Ruy. conſi. 16. nume. 8. lib. 5. & idem ſentit Menoch. de arb. iud. lib. 2. centu. 2. caſu 137. num. 11. Bar. in d. l. creditor, quo factum eſt, vt cum non fuerit d. Reuerendiſſimus D. citatus neque denũciatus, caret commodo ceſſionis iurium, quam Marietta fuiſſet coacta facere. l. 2. C. de fideiuſſo. & multùm intererat ſubintrare in locum Do. Mariettæ ad no. per Neguſ. de pign. 3. membro 5. par. num. 31.

Nec videtur hodie poſſe impetrari d. ceſſio.
14 quia Dom. Mariettæ eſt ſatisfactum, & ſic † ſolutione fuit ſublata omnis obligatio. Bar. in l. modeſtinus, nu. 4. de ſolutio. & in l. referente, quod ſatisfa-
15 ctio compenſatione cõtigerit, † cum paria ſunt ſoluere, & compenſare, Bar. in l. amplius. ff. rem ratam haberi, & eſt multum controuerſum, an poſt ſolutionem fideiuſſor poſſit impetrare ceſſionem, de quo Soz. iun. conſ. 27. lib. 2. præterquam, quod cum
16 Dom. Reuerend. eſſet fideiuſſor contractus, † ſententia lata eo non citato non poteſt ſine nouo proceſſu contra eum executioni mandari. Bar. in l. 1. n. 8. iud. ſol. Aret. conſ. 78. Natta, conſi. 345.
17 Et ſic d. ſolutio, † & compenſatio tanquam voluntaria, & affectata non liberat ſoluentem a ſuo creditore. Menoch. conſi. 68. num. 5. Ruy. d. conſil. 147. num. 16. lib. 1 prout nil facere videbatur ſententia DD. ſex mercantiæ iam de anno 1553. lata,
18 in qua cum deſideratur citatio † dictus Reueren. D. nullitatis vitio ſubiacet. Alex. conſ. 107. lib. 5. Caprić. deciſ. 87. col. 2. verſic. 2.

D. primus Iudex pronunciauit executionem ſeu brachium militare petitum, concedendum pro iuribus, cauſis, & ſummis petitis, & ſecundum ſententiam DD. trium; ſecundus vero ſimiliter conceſſit, demptis tamẽ a portione Ioannis ſcu. 40. ſolutis, & reſpectu Baptiſtæ calculandis pro eo, quod de ſua portione debitor remanebat, & quoad portionem Bartholomæi quatenus actrix velit a tranſactione diſcedere, mandauit fructus perceptos excomputari, & pro reliquo brachium militare conceſſit; tandem ad noſtrum auditorium cauſa iſta præuia appellatione deuoluta, diximus pro portione tantum Ioannis, detractis tamen d. 40. flor. brachium militare petitum fore concedendum cum in reliquis videlicet, reſpectu Angeli, & Franciſci, Bartholomęi, & Baptiſtæ obſtaret res iudicata, & ſolutionis exceptio reſpectiue.

Fuit enim Angelus in alia ſententia liberatus, & portio debita per Franciſcum per aditionem hęreditatis ab actrice factam cõfuſa. l. ſi debitori. ff. de pact. quod vero per Bartholomæum debebatur, fuit compenſatum, & ſententiæ Dom. ſecundi Iudicis acquieuit, permanendo in tranſactis; debitum quoque Baptiſtæ compenſatione ſolutum, ita quod

ſola

ſola portio d. Ioannis reſiduata remaneret ſoluenda cum diminutione flor 40.

Iſta difficultas redigebatur ad portionem Baptiſtæ, vt ſupra compenſatam cum creditrice creditoris d. Philippi filij, & hæredis d. Baptiſtæ per quam non videbatur ſoluens liberatus a d. Reuerendiſſimo Do. creditore non citato, non denonciato, qui ſciens potuiſſet ſibi proſpicere in procurando ſibi iurium ceſſionem, vel alias potuiſſet docere ſe creditorem d. Dom. Mariettæ in alijs ſummis in quibus debuiſſet fieri compenſatio, non autem in cauſa in qua eſt facta.

19 Quibus non obſtantibus ſenſimus † ſolutionis exceptionem intrare, & Baptiſtam inde liberatum tanquam iuſſu iudicis ſoluentem. d. l. creditor. de ſolut. l. is damnum. §. quod iuſſu. de reg. iu. Ang. in l. liber homo. in fi. ff. de heredib. inſtitue. cum concord. per Anto. Gabri. de ſolut. conclu. 11. nu. 44 Menoch. de arb. iud. lib. 2. cento. 2. caſu 137. nu. 12. vbi ſoluens iuſſu iudicis debitor liberatur, & per Dec. in l. non videtur. §. quod iuſſu. de reg. iur.

20 Nec obſtant in contrarium allegata, † quia quo ad citationem ſeu denunciationem debitor non tenebatur facere. & in contrarium adducta procedũt in colono, qui tenetur domino denunciare ad conſequendam excuſationem, ita tradit Roy. in d. conſ. 147. in fi. ſequitur pro limitatione ad reg. Ant. Gab.

21 d. conclu. 11. nume. 47. & eſt ratio, quia † colonus cenſetur procurator domini ad denunciandum ad Bar. in l. in prouinciali. §. pe. de op. no. nuncia. quod non dicitur de debitore.

Et licet Menoch. d. caſu 137. libenter aſſenſiſſet, idem dicendum fore de debitore, quod de colono nõ videns rationem ſpecialitatis in colono magis, quam in alio, tamen vt ipſe dicit non auſit hoc firmare, relinquens cogitandum propter auctoritatẽ Ruini, quam magnam eſſe enuociat. Quemadmodum nec etiam in debitore auſit firmare fore neceſſariam denunciationem. Cuma. d. conſ. 185. in fi. dũ de denunciatione iſta loquitur, vbi dicit ad cautelam ſaltem fieri debere, ſentiens non eſſe de ſubſtantia neceſſariam.

Nec ob. conſilium Barba. 27. lib. 3. quia loquitur in eo debitore, qui aliqua culpa poterat argui ne alteri ſolueretur, quam ſuo creditori, de quo non poteſt argui Philippus iſte compenſans, quippe cum ſe ſe defendit, quantum potuit a d. compenſatione, & paſſus eſt condemnari in contradictorio iudicio,

22 ita, quod ſponte compenſaſſe dici non debet, † & quid quantum ve is facere debeat, qui alteri, quam creditori ſoluere cogitur, vt liberetur, nõ datur certa regula, ſed iudicis arbitrio relinquitur ſecundũ Bal. in d. l. falſus, nu. 31. C. de furt. Iaſ. conſil. 26. col. pe. lib. 3. Afflict. deciſ. 150. nu. 23.

Nec vitio ei dandum erat, quod non appellarit a

23 d. ſententia, vt fieri debere annuit tex. † in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de mino. 25. anno. Nam præterquam, quod d. ſententia fuit lata a DD quinque iudicibus delegatis ab excellentiſſ. Duce Florentiæ, poſtea magno Duce Ethruriæ, dato etiam quod potuiſſet appellare, & quod non appellarit, non ideo dicitur in culpa, & minus liberatus, quia ſecũdum intellectum, quem dedit Iaco. But. ad illum tex. appellatio permiſſa in tali caſu omiſſa non nocet non appellanti, vt refert, & ſequitur Bal. §. permittitur ſub nu. 3. qui etiam in l. 2. num 76. C. de ſerui. & aq. ſatis ad propoſitum dicit non deberi quemquã ſub authoritate ſuperioris circumueniri. ſatis ergo

24 † fuit debitori contradixiſſe, & recuſaſſe compenſationem, ad hoc ne ſponte ſoluere dicatur ad obtinendam liberationem a ſuo creditore, ita firmat Ruyn. d. conſilio 147. num. 16. lib. 1. poſt Barto. & Caſtrenſ. in locis per eum allegatis per tex. dicto. § permittitur.

Nec inde dici poteſt damnum illatum fideiuſſori (de cuius pecunia fit facta compenſatio, & ſolutio) reſpectu ceſſionis iurium a Dom. Marietta obtinendæ, quia ſtantibus ſtatutis Florentinis ceſſio iurium non erat neceſſaria, cauetur enim ſub rub. 33. de rep. ſolu. lib. 2. ſtatutorum, quod fideiuſſor ſeu alius pro alio ſoluens habet obligata eius bona a die obligationis, & executionem paratam perinde, ac ſi haberet inſtrumentum guarentigiatum, & ſufficit de ſolutione conſtare per acta, inſtrumenta publica, vel apodiſſam manu notarij confectam,

25 & de † iure communi per ſolam confeſſionem, l. ſi duobus, §. 1. de iu. iuran. Ruyn. d. conſi. 147 nume. 14. lib. 1. concurrente etiam alio ſtatuto dictante debitorem debitoris executiue conueniri poſſe, quemadmodum ſi creditor conueniret ſuum debitorem, &c.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio tollit ciuilem, & naturalem obligationem.*

2 *Annuis præſtationibus ex ſtipulatu debitis præſcribitur, 30. anno. tam decurſis, quam decurrendis, ſecus in legato annuo.*

3 *Actionali perſonali ſiue reali ſine bona fide non præſcribitur.*

Præſcriptio ſine bona fide non currit, nec etiam aduerſus perſonalem actionem.

4 *Mala fides authoris nocet ſucceſſori vniuerſali ſiue a ſe velit incipere præſcriptionem, ſiue authoris tempora coniungere.*

5 *Libro priuatorum rationum non creditur ad fauorem ſcribentis, niſi concurrant plures veriſimilitudines.*

6 *Salutis æternæ nemo immemor præſumitur.*

7 *Litteras recipiens ſine proteſtatione, an & quando dicatur fateri contenta in eis eſſe vera.*

Recipiens literas ſine proteſtatione, an dicatur fateri vera in eis contenta.

8 *Mors vicem iuramenti obtinet.*

Iuramentum, & mors æquiparantur.

Hypothecariæ 40. anno. præſcribitur.

Præſcribitur actioni hypothecariæ 40 anno. ſpatio.

9 *Mala fides debitoris nocet etiam hæredi.*

10 *Non valenti agere non currit præſcriptio.*

11 *Tacens, & præſens ſciens ius ſuum ſibi ſaluum non ſibi præiudicat.*

12 *Taciturnitas cum præſentia, quando dicatur non indu-*

Q cere

cere remiſſionem.

13 *Libro priuatorum rationum, vt credatur, quæ requirantur.*

Ludouicus de Meglioratis.

Guido. Antonius. Simon. Lapus.

Alexander. Barthol. Guido.

ARGVMENTVM.

Libro priuatarum rationum quatenus credatur, et quæ requirantur, vt illi fides præſtetur, et de præſcriptione non admittenda ſtante mala fide autoris.

DECISIO XCV.

DIVIDENTIBVS fratribus bona communia, & obueniente maiori portione Guidoni, & Simoni quam Antonio contigerat, pro adæquatione ambo promiſerunt ſoluere annuatim dicto Antonio 24 ſtatia grani pro quolibet in perpetuum, & hæc de anno 1522.

De anno 1530. decedente cum teſtamento dicto Lapo inſtitutiſque hæredibus dictis ſuis fratribus, & Alexandro & Bartholomęo nepotibus, cum dubitaretur de viribus hæreditatis, nec magno ære alieno, & legatis onerata eſſet, Antonius prædictus tam proprio, quam vice, & nomine Alexandri, & Bartholomæi nepotum, pro quibus de rato, alias de duo, &c. repudiauit dicto Simoni acceptanti, hæreditatem Lapi, promittētes manu tenere dictum Simonem in poſſeſſionem bonorum hæreditatis prędictæ, quod poſtea non fuit ſecutum, nam Alexander non ratificauit dictam repudiationem, immo acceptando hæreditatem dicti Lapi, & moleſtauit, & obtinuit de bonis hęreditarijs.

Qui quidem Simon ſeu Guido eius filius, & hæres habens omnia bona dicti Antonij ſibi obligata & hypothecata pro conſeruatione ſuæ indemnitatis, interque bona erant iura exigendi dicta ſtaria 24. grani annuatim a dicto Guidone Seniore, quæ vtiliter obligata ſunt d. Guidoni ſeniori l. nomen, vbi Doct. quæ res ob. poſſ. Negu. de pigno. 2. mēb. 2. par. nume. 8. egit aduerſus dictum Alexandrum ad modia 60. grani Antonio debita decurſa, & nō ſoluta.

Et ſtante curſu 60 annorum fuit oppoſitum de
1 pręſcriptione ſtatuti, lib. 2. cap. 73. † per quam, & ciuilis, & naturalis obligatio tollitur, vt poſt Ang. in repe. l. 1. 19 col. C. de iudi. defendit Vaſqu. quæſtio.
2 illuſtr. lib. 2 cap. 54. certi enim iuris eſt, † quod annuis præſtationibus ex ſtipulatione debitis, & per actus inter viuos 30. annorum ſpacio præſcribitur tam pro decurſis, quam pro decurrendis vnica præſcriptione, gl. in l. ſic ff quemad. ſerui. amittat. Bar. & alij in l cum notiſſimi. §. in his. C. de pręſcrip. 30. vel 40. anno. Corne. late, conſil. 22. nume 24. lib. 3. Balb. de præſcrip. 4. par. prin. q. 4 num. 24 pulchre Iaſ. in l. ſi ſticum, aut Pamphilum §. ſtipulatio, col. 1. de verb. obli. vbi ponit etiam diuerſitatem inter ſtipolationem annuam, quæ vna eſt, & non plures, & legatum annuum, quod ſunt plura legata.

3 Et licet † hodie de iure canonico cum mala fide nulla currat præſcriptio tam perſonalium, quā realium actionum, vt magis communiter concludunt Doctores reiecta contraria ſententia, & plene per Balb. de præſcrip. 2 par. 3. par. prin. q. 13. & nouiſſime Vaſq. de ſucceſſio. crea. progre. & reſol. lib. 3. §. 21. num. 119. iſque reus cōuentus in mala fide eſſe videretur, tum ex ſua propria perſona cauſata, cum ſine tit. non ſit ſufficiens ad præſcribendum l. fi. C. vnde vi. Bar. in l. Celſus, & ibi Balb. in 3. par. nu. 10. de vſucap. tum ex perſona autoris proueniente, & præſumptiue deſcendente in ſucceſſorem, cum ma
4 la fides † autoris noceat ſucceſſori vniuerſali ſiue a ſe velit pręſcriptionem inchoare, ſiue autoris tempora coniungere Balb. 2. par. 2. par. prin. q. 12. ſecūdo membro, num. 21. de pręſcript. & per Couarr. in cap. poſſeſſor §. 9. num. 1. de quo late etiam per Tiraq. de præſcrip. §. 1. verſi. nec ſufficit.

Tamen dicebat iſtam præſumptam malam fidem videri purgatam per ſpatium 30. anno. & placuit Bar. in d. l. fi. in fine, & per Bald d. num. 10. Menochi. de recup. poſſeſ. remedio 13. num. 7. eamque iuuari ex libro paterno priuatarum rationum in quo non retinebat amplius in creditorem dictum Antonium de dictis ſtarijs 24. annuis, ſed illi ſatiſfactum ſcripſerat, & bona fides cauſatur ab auditu parentum. Antn de Butri. in cap ſi diligenti. de præſcript. Bar. in l. Celſus, colum 2. de vſuca. Aret. conſilio 35. numero 3. Rimin. ſenior, conſilio 272. numero 30. libro 2. ergo multo magis a libro defuncti patris cui maior fides adhiberi ſolet, quam viuæ vocis atteſtationi. Caſtrenſ. conſilio 301. libro. 1. in 3. dubio.

Accedebat etiam pro reo conuento, quod in li-
5 bro rationum † Guidonis Senioris patris dicti rei fuit creatus debitor dictus Antonius in florenis ſexaginta pro extinctione dictę præſtationis annuæ, & allegabat notarium inde rogatum, cuius inſtrumentū non reperitur. Cui libro priuato ordinarie pro ſcribente fidem non facienti, Bar. in l. nuda ratio, ff. de dona & in l. admonēdi de iur. iuran. nu. 27. in hoc caſu credendum videbatur propter concurſum plurium veriſimiliū, vt tradit Bal. in l. 1. C. de edēn. cum concordan. per Aymo. conſi. 258. nu. 18. & 275. nu. 8. & de antiq. temp. 1. par q. 7. nu. 55.

Cōcurrit enim in primis, quod ſcribens ille mortuus eſt cum dicta annotatione ad librum quē non eſt veriſimile ſic ſcriptum reliquiſſe ſi aliter veritas
6 ſe haberet, & † propriæ ſalutis æternæ immemor fuiſſet, ita arguit Aymo. d. conſi. 275. num. 6.

Quod magis credibile reddebatur, quia idem Antonius paulo poſt reperitur extinxiſſe alias præ

ſtationem

ſtationem ſibi a Simone debitam, & nunquam poſtea præſtationem annuam petijt, & ſuperuixit annos 15.

Accedit quod de dicta annotatione extinctionis idem Antonius notitiã habuit non ſolum per multum temporis retinendo pœnes ſe dictum librum, & diſcurrendo, ſed propria manu illum, vt dicitur ſpoſiendo eidem libro fecit repertorium ad alphabetum, & nunquam poſtea contradixit, quo fit vt
6 ad ſimilitudinem † recipientis literas contra ſe aliquid continentes ſine proteſtatione videatur fateri contenta in ea eſſe vera, & approbare l. filius famil. ff. ad Macedo. Iaſ. in l. emptor. §. Lucius, de pac. Matheſil. ſing. 22. Abb. conſilio 7. numero 4. lib. 2. Et ſic his ſtantibus, & ſtante facti antiquitate metam 60. annorum excedente, & morte
8 † dicti Guidonis, quæ vicem iuramenti habet, vt per Caſtrenſ. d. conſil. 30. in tertio dubio lib. 1. Deci. in l. 1. colum. 2. C. de eden. Aymo. d. conſil. 275. numero 6. dicendum erit dictum librum fidem facere etiam pro ſcribente, & ſuo hærede, & ſic concurrente temporis antiquitate, patientia creditoris, notitia habita dicti libri, & retentione per plures dies pœnes ſe facta, & morte debitoris ſcribentis.

Et ſtante etiam curſu 60. annorum, & vltra, videbatur ſublatum ius hypothecæ in bonis debitoris, & eius hæredis qui ſaltem ſpacio 40. annorum ſeſe ab hypothecaria defendi poſſunt, vt de communi opin. teſtatur Sarmien. ſelecta. interpreta. lib. 2. cap. 9. in prin.

His tamen non obſtantibus, DD. tenuerunt petita per actorem fieri poſſe, & deberi non obſtante præſcriptione allegata quæ non procedebat in caſu
9 iſto propter malam fidem debitoris, quæ † nocet etiam hæredi in præſcribendo ius quoque hypothecarium, vt tradit Neguſant. de pigno. in 2. membr. 6. par. princ. nume. 1.

Quæ quidem præſcriptionis exceptio ex alio
10 non cadebat in iſto caſu, quia † vſquequo creditor agere nõ potuit, non cucurrit ei aliqua præſcriptio
11 ex regula notiſſima † quod non valenti agere non præſcribitur, l. contra minores. Co. de inoffi. teſta. Nam ſi priuſquam dicto Simoni, & eius hæredi inferretur moleſtia in bonis, & hereditate dicti q. Lapi ab Alexandro herede pro dimidia egiſſet, vtique fuiſſet exceptione repulſus, quia pro ſua indemnitate ageret re adhuc non euicta, & nullo pacto damno. Modo autem quod fuit moleſtatus, & fuerunt ſibi bona euicta ab Alexandro, qui per annos 50. tacuit, & poſtea non habendo ratum factum patrui, dictum Simonem ad dimidiam bonorum Lapi moleſtauit, equum fuit, quod pro ſuæ indemnitatis conſeruatione aduerſus bona, & iura dicti Antonij ſibi hypothecata recurſum haberet & ſic iure merito vexare debitores ſui debitoris ad ſibi ſoluendum non ſolutum ſuo debitori, reiecta allegata ſolutione, tanquam non probata, exiſtimantes peſſimi exempli fore ſi priuatorum libris ad ſcribentium commodum fides adhiberetur, maxime cum ſit relatiuus ad aliud inſtrumentum non apparens, qui & ſi per manus creditoris diu volitarit, & per rimationem plenam notitiam habuerit de dicta extinctionis mentione, & ante notatione ibi facta, & non reclamarit, non ideo credimus taciturnitate ſibi approbaſſe, nam eſt nihil
12 inchoatum ſi de dicta extinctione † pro tunc nõ reclamando, non intelligitur acquieuiſſe, ſciens ius ſuum ſibi ſaluum fore l. ſicut, §. non videtur. ff. quibus mod. pign. vel hyp. ſolu. gloſſ. in cap. plerunque 1. quæſt. 7. Non enim is fuit præſens dum fuit creata dicta partita in dicto libro, qui etiam ſi præſens fuiſſet, & tacuiſſet, adhuc forte ſibi non præiudicaſſet quaſi conſentiſſet, quia poterat ſic ſcribere eo quoque inuito, nec impediri valebat quin in
13 re ſua ad libitum diſponeret, & ſcriberet, quo † caſu taciturnitas, & præſentia non inducit iuris ſui remiſſionem, argum. l. ſæpe. §. curantem, de re iudi. Barto. in l. quæ dotis, ſolu. matri. & ex communi opinione Capra ad commu. opinionem in
14 concluſio. regul. 6. numero 14. vltra quod † multæ qualitates deſiderabantur in dicto libro priuatarum rationum quæ forte animum iudicare debentium mouiſſent ad credendum de quibus Guid. Pap. quæſt. 441. & per Pet. de Ancharan. regien. in queſtio. famil. 55. 1. par. &c.

S V M M A R I V M.

1 *L. ſi quis maior. C. de tranſact. habet locum in quolibet contractu iurato.*
2 *L. ſi quis maior, pœna ſine dolo non incurritur.*
3 *Dolus non præſumitur niſi probetur.*
4 *Difficultas, & impotentia obſeruandi excuſata a pœna. l. ſi quis maior.*
5 *Difficultas ſoluendi excuſat debitorem a periurio.*
6 *L. ſi quis maior, non habet locum quando contrahentes ſibi prouident de certa pœna.*
7 *Prouiſio hominis an faciat ceſſare prouiſionem legis.*
Pœna conuentionalis an faciat ceſſare legalem.
8 *Prouiſio hominis ſpecialis an facit ceſſare prouiſionem legis generalem de iure communi.*
9 *L. ſi quis maior, rigoroſa eſt, & in practica difficilis obtentu.*
10 *Inobſeruantia non arguit dolum ipſo facto, cum ex difficultate, & impotentia excuſari poſſit.*
11 *Dolus non arguitur ob non factum.*

A R G V M E N T V M.

De materia l. ſi quis maior. C. de trãſactio.

Et quod difficultas implendi excuſat a pœna, & an per prouiſionem hominis ceſſet legis prouiſio.

DECISIO XCVI.

THOMAS de Panchis donauerat Alexandro Catastino quædam bona ſtabilia, & credita, reſeruato ſibi vſufructu dictorum bonorum, cum pacto, quod dictus Alexander teneatur quolibet menſe durante vita donatoris eidem dare ſcuto.3. & in caſu, quod ceſſaſſet a dicta præſtatione per duos menſes, quod teneretur dare quolibet anno ſcut.72. & hæc omnia fuerunt iuramento vallata, & ſecutis per plures menſes ſolutionibus, tandem donatarius ceſſauit in dicta ſolutione menſtrua per annum vnum, & menſes quinque.

2. Hinc ſumpta occaſione Thomas donator interpellauit dictum Alexandrum ad ſoluendum decurſas pagas cum proteſtatione agendi de nullitate, & reuocatione d. donationis, & adhuc perſeuerante Alexandro in non ſoluendo egit coram Dom. Iudice quatenus ad pœnam, & ad reuocandam donationem, iuxta terminos l. ſi quis maior C. de tranſac. & latis ſubinde varijs, & quidem contrarijs ſententijs, cauſa ad nos per appellationem deuoluta, diximus bene iudicatum per Dom. primum Iudicem, qui condemnauit Alexandrum ad præſtandã pagas decurſas, vna cum pœna petita, reſeruato tamen iure dicto Alexandro dicendi de nullitate d. pœnæ, an ſaperet vſurariam prauitatem, moti quia licet dictæ legis, ſi quis maior, remedium intentatum
1 locum habeat in quolibet contractu iurato, vt tradunt Bar. Bal. Sal. Alex. Iaſ. & alij repetentes in dicta l. ſi quis maior, & in puncto in donationibus. Corn. conſi.102. lib.1. Rip. lib.1. reſponſ. ca. 7. & eſt communis opin. teſte Soz. conſi. 76. num.4. lib.3. Dec. conſi.452. num.7. Pariſ. conſ.148. lib.1. Hyppoli. Rimi. conſ.16. lib.2. nihilominus commu-
2 nis eſt etiam opinio doctorum, † quod ſine dolo pœna dictæ legis non incurratur per obſeruari debentem, alias ſolum periurium non facit incidere in pœnam dictæ legis. Bal. in l. obſeruare, §. proficiſci, colum.3. ff. de offic. procon. Dec. d. conſi.452. colum.1. Aquenſ. & Cagno. in d. l. ſi quis maior, nume.187. cum concord. per Beccl. conſil.106. nu.25.
3 † Quoniam dolus non præſumitur niſi probetur, nec probatus videbatur ex ſola contrafactione non obſeruando conuenta. Roma. conſil.332. in 2. du-
4 bio. Roland. conſi.57. nume.7. lib.1. † quia vltra in obſeruantiam requiritur potentia obſeruandi, & negligentia non obſeruantis, & obſeruare volentis, vt tradit Thob. Noni. conſ.20. nu.11. vltra, quod debet articulari, & probari dolus, vt ibi nu.10. quæ quidem facultas poſſe impleri nedum ab actore probata eſt, ſed ab ipſo reo deducta, & probata, vt probanda ab eo erat. Dec. in puncto, d. conſil.452. num.11. Cagnol. in d. l. ſi quis maior, num.190. Ancha. reg. leb. quæſt.5. num.26. cum probaret de ſtatu ſuo ſatis debili, & tenui, cuius bona omnia fuerunt occupata a creditoribus, & ipſe coactus patriam relinquere, & alio ſe conferre, & cum pecunijs alienis mercaturam exercere, ex quo apud nos non leuis fuit coniectura difficultatis ſoluendi, & conſequenter excuſandi eum a dolo ſine quo dicta
5 pœna non incurritur. Alex. conſi.92. lib.1. vbi propter difficultatem ſoluendi, inquit excuſari debitorem a periurio, & ſic a dicta pœna, a quo quidem dolo non probato nec præſumpto videbatur etiam excuſatus, quia inde nedum commodum aliquod conſequebatur non ſoluendo, ſed maximo damno afficiebatur, videlicet, amiſſione rei donatæ, & penſionum iam ſolutarum aſcendentium ad ſummam ſcut.500. vnde non eſt veriſimile, quod contra propria commoda laboraſſet, ita arguit Franc. Becl. in conſ.106. nu.28. & 29.

Et ex his ſtante difficultate debitoris a periurio & ſic a dolo excuſante credidimus locum non eſſe dictæ pœnæ, licet pro dicto Alexandro allegaretur pro deciſione conſi. Bero.57 lib.3. num.5. & ſequ.
6 vbi firmat, † quod ſi contrahentes ſibi prouiderent in caſu contrauentionis de pœna expreſſa, & ſpeciali, non ſit locus d. l. ſi quis maior, prout erat in caſu iſto, vbi pactum eſt, quod ſi donatarius ceſſaret à ſolutione per duos menſes, teneatur ſoluere pagas duorum annorum, merito nõ erat locus vtriuſque pœnæ legali, & conuentionali, quando conuentionalis non eſſet generalis in omnem caſum inobſeruatæ tranſactionis, ſed ſpecialis in caſu certo, & ſpecifico, tunc enim pœna generalis legis concurrentis cum pœna hominis ſpeciali ceſſat, ſuper quo non dubitamus aliter intentionem noſtram fundare, pro quo ſatis muniti ex capite difficultatis, abſque eo, quod aggrederemur illum notiſſimum ar-
7 ticulum, an † & quando prouiſio hominis faciat ceſſare prouiſionem legis, & an propter pœnam conuentionalem receſſum dicatur à legali, de quo Bar. in d. l. ſi quis maior, num.7. Bald. num.3. & 12. Iaſ. num.22. Alex. num.8. Cur. nu.59. Parpagl. nu.81. Cagno. nu.142. Corn. conſi.255. nu.4. lib.3.
8 Et † an per prouiſionem ſpecialem hominis dicatur receſſum a generali legis de iure communi. Bart. in l. fi. in fi. C. de pact. conuen. glo. & alij in l. 2. de iur. emphy. & in l. ſi cum dote, ſolut. matrim. Anchara. conſilio 81. numero 3. Alexan. conſi.118. num.24. lib.5. Bello. conſilio 22. Ant. Gab. de regu. iur. conclu.8.

Concluſum igitur fuit in materia iſta legis ſi
9 quis maior, quæ † eſt rigoroſa, vt inquit Thob. d. conſ.20. nu.6. & difficilis obtentu in practica, propter difficultatem ſoluendi, & dolum aliter ex aduerſo non probatum, prout probandus erat, dictum Alexandrum fore abſoluendum a pœna di-
10 ctæ legis non obſtante inobedientia, quia † non credidimus ipſo facto dolum argui aduerſus non implentem, niſi cum non facto concurrat voluntas non faciendi, & ſic quod ad hoc, quod non implens dicatur eo ipſo in dolo, requiritur quod con-
11 ſtet † eum poſſe adimplere, & negligat, ita Bald. in cap. querelam. de iure iur. quod valde commendat, & ſequitur Fely. ibi in prin. cum concord. per Aymo. in conſilio 100. numero 9. vbi dolus præſumitur in eo, qui non ſeruat promiſſa, quatenus debeat, & poſſit, &c.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Mulier ſtante ſtatuto, quod de dote diſponere non poſſit ſtantibus filijs, an legare poſſit forori.*
2 *Furioſi teſtamentum, an valeat. 21.*
3 *Teſtamentum furioſi non valere.*
4 *Furioſus nec legat, nec teſtatur.*
5 *Furioſus non facit codicillos.*
6 *Etiam ad pias cauſas.*
7 *Furor qualiter probetur.*
8 *Furoris ſigna multa:*
Sibillans more venantium.
Nudus incedens hiberno tempore.
Non reſpondens prudenter ad interrogata.
Proijciens lapides.
Fatuè loquens, hęc omnia dementiæ ſigna ſunt.
9 *Furor per teſtes ſingulares probatur.*
10 *Furor durare præſumitur, niſi de reſipiſcentia doceatur.*
11 *Etiam in habente dilucida interualla, nu. 19.*
Etiam quod actus ſit recte geſtus.
12 *Notarius dicens talem eſſe ſanę mentis, an faciat fidem.*
Aſſertio notarij, quem eſſe ſanæ mentis, an probet.
Sanitas mentis aſſertione notarii an probetur.
13 *Furor non præſumitur niſi manifeſte probetur.*
14 *Teſtis non debet iudicare, ſed teſtificari.*
15 *Teſtes non interrogati debent deponere, de ratione ſcientiæ in cauſa furoris.*
16 *Teſtes ſingulares admitti in probando, quid in genere, ſecus in ſpecie.*
17 *Imbecillitas intellectus non omnis aufert teſtamenti factionem.*
18 *Furioſus differt ab habente dilucida interualla.*
19 *Furioſus ſemel ſemper furioſus præſumitur quomodo intelligatur.*
20 *Furioſus, qui diu ſtetit in interuallo dilucido teſtando, in dicto tempore teſtamentum valet.*
21 *Furioſi teſtamentum non valet, intellige de furore ſucceſſiuo.*
22 *Furioſus intermiſſo furore teſtatur.*

ARGVMENTVM.

De furore, & furoris probatione, & de teſtamento furioſi.

DECISIO XCVII.

DO M. Maria dello Squilla condito teſtamento, & relictis filijs legauerat centum D. Alexandræ ſuæ forori, de cuius legati viribus dubitabatur, tum quod ſtantibus filijs ex diſpoſitione ſtatuti, lib. 2. cap. 129. Mulier de dote diſponere non valeat, tum quod nec teſtamentum in aliqua parte ſubſiſteretur, tanquam a furioſo factum.

1 Quod ad primum † videbatur dicendum legatum non deberi, obſtante dicto ſtatuto Florentino, prout etiam conſulendo firmauit Pau. de Caſtro vt ipſe refert in l. ſi eum dotem. in fi. prin. ff. ſol. matri. cuius contrarium in pũcto tenuit Cuma. in cõſ. 48. & latius cõtra Caſtrẽſẽ defendit Iaſ. in cõſ. 127. col. 4. lib. 1. vbi dicit, ita Florentię vſu receptũ fore.
2 Circa ſecundum, & † hoc pariter ſine dubitatione negatiue procedere videbatur, cũ notiſſimi iuris ſit, furioſos nil valide agere poſſe. l. in negocijs.
3 de reg. iu. l. 2. §. furioſus. de iure codicill. † & actiuã teſtamẽti factionẽ nõ habere, vt ibi, & tradit Cur. conſi. 216. nu. 1. lib. 3. Alex. conſi. 141. nu. 3. lib. 1.
4 Nam † nec legata relinquere. l. 2. de le. 2. Iaſ. in l.
5 diſcretis. num. 3. C. qui teſta. fac. poſſ. † Nec codicillare. d. l. 2. Vaſq. late lib. 1. de ſucceſſio. progre. §. 1.
6 n. 86 Etiam † ad pias cauſas. Bar. l. 1. q. 1. C. de ſacr. eccleſ. Boer. pro concord. deci. 23. num. 50. Capra, in reg. 102. num. 5. 10. Tiraquel. de priuil. piæ cauſæ priuil. 79. Vaſq. lib. 3. de ſucceſſiõ. crea. §. 22. limit. 12. num. 5. & lib. 1. de ſucceſſio. progreſſu. §. 1. num. 91.
Furor autem ſeu dementia teſtatricis ſic probari conabatur per attentantes euerſionem legati ex ſermone eiuſdem teſtatricis inſipido, & ſuarum rerum proiectione, ex reſponſionibus ad rem nõ pertinentibus, & alijs huiuſmodi furorem denotanti-
7 bus † ex quibus inſania probari ſolet, ſecundũ glo. & Bar. in l. quidam in ſuo. ff. de cond. & demonſtra.
8 & ſolent in id plura adduci † exempla quemadmodum de eo, qui more venantium ſibilabat, tradit Curne. conſil. 319. nume. 2. lib. 1. Et de alio qui hiberno tempore nudus incedebat, & iacebat in niue Pariſ. conſilio 87. num. 6. lib. 3. vbi etiam plura alia ſigna cumulat, & conſiliu 88. eodem libro, & de verbis fatuis, Curne. conſilio 22. num. 6 libro 1. Ruy. conſiliu 67. numero 8. libro 1. & de inſulſe reſpondente ad interrogata, Iaſ. in dicta l. furioſum, num. 4. & de proijciente lapides, & fatue loquente, Vant. de nullita. ex defect. manda. numero 17. & de octo dementiæ ſignis apud Ioan. Bapt. Ferret. in conſilio 207. num. 1. & 2. lib. 1. ex quibus de furore ſatis conſtare affirmat Alexan. de Neuo, in conſilio 37.
9 num. 5. † Ad quorum actuum, & furoris probationem etiam ſingulares teſtes admitti ait Innoc. in cap. qualiter. & quando, il ſecondo de accuſa. Alex. conſi. 139. nume. 2. lib. 1. Ruyn. & Pariſ. in præcitatis Conſilijs, & ex commu. opinione Boeri. d. deciſ. 23. num. 44. quicquid aliter ſenſerit Ioan. An. & Ant. de Butrio.
Quæ quidem dementia, & furor, cum ſemel
10 quemquam inuaſerint † durare præſumitur niſi de reſipiſcentia doceatur, et adit glo. in cap. fi. in verbo compos, de ſucceſſio. ab inteſta. Alex. d. conſil. 141. num. 4. Alciat. reg. 2 pręſump. 18. Ferret. d. conſil. 207. pro communi opin. & hoc dicenti incumbit adeo onus probandi, vt etiam quod actum fecerit is qui homini ſanę mentis conueniat, adhuc de nõ furore ſubſiſtente, & de reſipiſcentia ſit ab eo probandum. Abb. in cap. ſicut tenor 2. nota. de regula.
11 † & hæc continuati furoris præſumptio locum habet etiam in habente dilucida interualla, vt demen tię tẽpore actus factus præſumatur, quantumcun-

que recte geſtus ſit actus ille, vt ibi per Abb. & no.
Iaſ.in d.l.furioſum.col. 2. quicquid contra ſenſiſſe
videatur Caſtren.& nonnulli alij quos reprehendit
Pariſ.d.conſi.87.num.16 lib 3.

Quibus non obſtantibus firmus in voto pro va
liditate dicti legati, non eo tantum freti fundamen
12 eo quod † notarius, qui teſtamentum ſcripſit, aſſe-
rit teſtantem ſanę mentis eſſe (hoc enim eſt mul-
tum controuerſum an fidem de eo faciat, vt tradit
Iaſ.in d.l.furioſum,& in l.ſenium,num.3.C. qui te
ſta.fac.poſſ & Boer.d.deciſ.23.num. 73.& ex com
muni poſt Iaſ. Vaſqui. in d. §. 1. nume.7. quicquid
Imol in l.3 ff.de teſtam. nimium tribuens notario
dixerit,cuius opinionem dubiam dixit Corne con-
ſi.216.num.14.lib.3. vbi etiam tenuit ſaltem huius
notarij atteſtationem de ſana mente coniecturam
aliquam facere,) ſed quia dementia furorque qui
non præſumitur,non fuit probatus,furor enim nō
13 præſumitur † niſi manifeſte conſtiterit, l.nec codi-
cillos.C.de codicil.l.fi.C.de teſta.glo. in ca.cum di-
lectus.de ſucceſſio.ab int. & ideo difficilis probatio
nis reputata fuit Bal.in d.l.furioſum. Boer.d.deciſ.
23.num.41.Vaſq.d.§.13. num. 51. Vnde hac ſtan-
te præſumptione de ſana mente, actor cautius age-
re debebat in dementia probanda, cum vltra præ-
ſumptionem concurrebat notarij atteſtatio,quæ fa
cit ceſſare omnem leuem contrariam ſuſpicionem.
Pariſ.conſ.88.nu.19.30.lib.3.

Neque per multos teſtes, quos actor examinari
fecit, videtur aſſecutus effectum probationis præ-
14 tenſi furoris, tum † quia magis iudicare,quam te-
ſtificari viderentur, Pariſ.d.conſ.88.num.56.lib.3.
15 tum etiam in ratione dicti deficiebant, † quam etiam
non interrogati exprimere debuiſſent. Bald Fulgo.
Caſtren.Iaſ.in d.l.furioſum.Boer.d.deciſ.23.nume.
41.Vaſq.d.§.13.nu.54.& pro communi opi. Soz.
conſi 42.nu.4.lib.1.quicquid contra ſenſerit Curt.
iun.conſ.151.nu.8.

Nec obſtabant teſtes de proiectione rerum de-
16 ponentes,quia ſingulares,& † licet ſingulares ad-
mitti ſupra diximus, tamen in probando, quid in
genere intelleximus,ſecus in ſpecie. Fely. in ca.licet
ex quadam,in ſecunda fallent. de teſtib. Boer.d.de-
ciſ.23.nu.44.

Qui quidem teſtes in alio erant defectiui, dum
prætermiſerint hæc verba ſubſtantialia, videlicet,
more inſanorum dictam mulierem illa feciſſe.Bal.
in §. item ſi furioſi.inſt.quib non eſt permi.fa.teſt.
Alex. in l.ſi cum dotem.§.maritus.colum.pen.in fi.
ſolut.matri.& in dicta l.furioſum. Iaſ.conſ.2. nu.
7.lib.1.Boer.d.deciſio.23.nume.78. in fin. Pariſ. d.
conſil. 88.

Sed, quia dicti teſtes eo tendebant, ut teſtatri-
cem quandoque dilucida interualla habuiſſe oſten
derent, ad aliam in furoris materiam nos conuerte-
runt, vt inde hæc noſtra deciſio fundamentum ſu-
17 meret. Non enim † omnis intellectus imbecillitas
aufert teſtamenti factionem, ſed ea, quæ furori ac-
cedit,& dementiæ, Iaſ.d.l.furioſum, nume.2.Ferre.
d.conſi.207.nu.3.

18 Et differt † furioſus ab eo, qui delucida quando
que habet interualla, vt inquit Soz.conſi.42.lib.1.
Boer.d.deciſ.23.nu.83.

Ideoque data dilucidatione interualli; ſi breuis
fuit,& tempore teſtamenti remota, vt nonnulli te-
ſtes dicūt, & tunc dicitur non duraſſe,quia breuis,
non diutina, tunc enim quod diximus procedit de
19 ſemel † furioſo, præſumi ſemper furioſum, cum
longo tempore ſuo furore detineri ſolitus ſit Alci.
d.reg.2.præſumpt.18.Boer.d.deciſ.23.num.87.Co
uar.in 4.decreta.Epitho.2 par.cap.2.nume.6.& in
hoc caſu viget præſumptio ſanæ mentis, tempore
actus teſtamenti, etiam ſi alias quandoque inſanus
teſtator fuerit. Plot.d.conſ.17.nu.7.
20 Si autem † dilucidis interuallis diutius labora-
uit, adhuc teſtamentum ſubſtinendum fuit, licet
enim tempore furoris in dubio præſumatur condi-
21 tum, † loquimur de furore ſucceſſiuo.d.glo.in cap.
fi.de ſucceſſi.ab int.Cur.iun.in d.conſi.151.nume.
22 7.Nam valet ſicut † valet diſpoſitio intermiſſo fu-
rore facta ab his,qui ſunt hac animi ægritudine af
fecti,vt omnes notant in d.l.furioſum,maxime,Iaſ.
num.2.Vaſq.d.§.1.nu.87.

Maxime ſi quod geſtum ſit ab eo alienum ſit a
ſtultitia, & cuilibet ſapienti conueniat Docto. in d.
l.furioſum.Alex.conſi.86.num.14.lib.2.& d.conſ.
141.lib.1.Soz.d.conſi.42.Boer.d.deciſ 23.numero
53.58.84.91.Alexan.de Neuo, d.conſi.37.nume-
ro 4. & ita Senatus Romanus cenſuit, teſte Vale-
rio Maximo, lib. 8. cap. pen. refert Ioan. And in d,
cap.cum dilectus.Boer.d deciſ.23 num.58.Mathſ.
ſingu.380.vbi de commu.opin.exploſo Barba.ali-
ter tenente.

Quicquid etiam ſit quando res bene geſta ſit, ſi
aliquid inſulſum, vel inſipidum ſecum cōtineat,de
quo Angel.in d.l.furioſum.& de commu,Boer.d.de
ciſ.23.nu.85. vel cum aliquid fiat ab eo, qui perpe-
tuo furore detinetur de quo Iaſ.in d.l.furioſum.

Et ex his cognito legato ſorori egenæ facto, &
inſtitutione filiorum in reliquis, & attentis inter-
uallis ſui furoris,& quod in d. teſtamento nihil nō
ſapientiſſime geſſit, & quod non proprie de teſta-
tricis infamia. ſed potius de quadam mentis imbe-
cillitate temporanea probatum fuit, ſanctius duxi-
mus pro validitate teſtamenti, & legati iudicare,
quam ad actus excuſſionem inhiare.

S V M M A R I V M.

1 *Tempus lege municipali ad aliquid faciendum præfi-*
xum loco præſcriptionis eſt, vt eo elapſo nulliter fiat
quicquid fit.
2 *Differens aliquid facere doloſe ad deſtituendum partem*
in expenſis non auditur poſtea.7.
3 *Appellatio ſuſpendit pronunciatum 8.*
4 *Parta iura ſententiam non eſſe latam, & appellatione*
ſuſpenſam eſſe.
5 *Sequeſtrum tollitur pluribus modis.*
6 *In ſecunda inſtantia omiſſa, & errata in prima repa-*
rantur.
7 *Non deductum deducam, non probatum probabo, 11.*
8 *Sententia appellatione ſuſpenſa adhuc ſententiæ rationē*

&

Google

& effectum in pluribus retinet.

9 *Statutũ loquens de cauſis pendẽtibus intelligitur de cauſis primæ inſtantiæ non de ſecundis per appellationẽ.*

10 *Statutum continens idem quod ius commune, dicitur fruſtratorium.*

11 *Implementum fieri poteſt tam in prima quam in ſecunda inſtantia.*

ARGVMENTVM.

Appellatio ſuſpendit pronunciatum quomodo id intelligatur, & quid ſuſpendat.

Non deductum deducam, & non probatum probabo, quomodo intelligatur; & quæ poſſint in ſecunda inſtantia reparari.

DECISIO XCVIII.

INSTANTIBUS DD. Enerardo, & Antonio de Saluiatis fuit factum ſequeſtrum pecuniatum pęnes Thomam de Guidis exiſtentiũ contra DD. deputatos & procuratores creditorum hæredum Sebaſtiani de monte Acuto, & hoc pro non facto, & pro expenſis de quibus in proceſſu.

Quod ſequeſtrum fuit confirmatum per D. Iudicem Curiæ Mercantiæ non obſtantibus contradictionibus DD. deputatorum, a qua ſententia confirmatoria ſequeſtri ijdem DD. deputati appellarunt ad D. Iudicem primarum appellationum qui bene iudicatum, & male appellatum dixit, ſub hac tamen conditione, Quatenus fideiuſſio ſeu depoſitum præſtitum per DD. deputatos in Curia Mercantiæ ſubſiſtat.

Et inde vtraque parte appellante ad noſtrum Auditorium;

Quærebatur de viribus dictę fideiuſſionis, an ſcilicet eſſet in tempore, & opportune data, pro releuamento dicti ſequeſtri iuxta formam ſtatuti d. Curiæ mandantis præſtari debere quandocunque ante ſententiam, ſtante quod præſtita fuerit in ſecunda inſtantia appellationis.

Et videbatur dicendum non releuare, tum quod ſequeſtrum dici poterat factum in executionẽ ſententiæ DD. ſex & recurſus ob non factum, quo caſu ſequeſtrum ſatiſdatione non tollitur. l. ſi pecuniæ, & ibi Bart. §. fin. ff. vt in poſſeſ. legato.

Tum etiam quia non fuit ſatiſdatum intra tempus a ſtatuto præfixum, hoc eſt ante ſententiam.

1 Tempus enim † a lege municipali ad aliquid faciendum præfixum, loco pręſcriptionis eſt, vt eo elapſo nulliter fiat, quicquid fit, Calcane. conſil. 16. prat. Pap. in for. libel. executio. ſent. diff. verſic. ſapiens Iaſ. in l. 2 §. ſublato, num. 13. ff. ad Trebel. vltra quod iſti DD. deputati appellantes non pręſtando hanc cautionem ante ſententiam, & in pri-
2 ma inſtantia cum poſſent, † differendo eam dare in cauſa appellationis, doloſe feciſſe creditur ad defatigandum partem aduerſam, gloſ. & But. in cap. ad audientiam al ſecundo de reſcrip. Bal. in l. per hanc. nume. 2. C. de temp. appellat. & ſic non eſt permittendum eis, quod poſtea pręſtent, ſecundum Bal. & doct. in præcitatis locis, & ad notat. per Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum, pro ſoci. vbi differens doloſe aliquid producere coram arbitris, non poteſt poſtea deducere vel allegare.

A quo beneficio DD. deputati cum ſe ipſos voluntarie excluſerint ſibique met ipſis grauamen intulerint non præſtãdo in tempore, merito in appellatorio iudicio non recuperant, maxime quia huius cautionis præſtatio potius ſapit declaratorium quoddam quam litis deciſorium concernat, ſecundum Caſtrenſ. in loco infra citando.

In contrarium pro DD. deputatis replicabatur cautionem hanc ſatis opportune in ſecunda inſtantia datam, & ſtatuto ſatisfactum, nam cum
3 a prima ſententia ſit † appellatum, & ſic ſuſpenſa. l. 1. in fin. ad Turpil. cum vulga. dicitur appellantis ſtatus reparatus, & repoſitus in eodem ſtatu, quo erat poſt litem conteſtatam, cum paria
4 † ſint ſententiam non eſſe latam, & latam, tamen appellatione ſuſpenſam, gloſſ. in l. 2. vt lit. pend. & conſequenter tanquam re integra, & in tempore
5 ſtatuti ſatiſdatum † ſequeſtrumque quod pluribus modis tollitur, vt inquit Sozin. Iuni. conſil. 68. numero 193. lib. 3. ſatiſdatione reſolutum. l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſat. cog. cum concord. per addent ad pract. Papienſ. in forma libell. ſequeſtri.

Cautio igitur quæ in prima inſtantia, & ante
6 ſententiam omiſſa fuit, in † ſecunda inſtantia ſuppleri, & reparari potuit, in qua non deducta & non probata probantur, & deducuntur, omiſſa reparantur, & errata corriguntur. l. per hanc. C. de temp. appell. & pro deciſione allegabatur conſil. Old. 255. vbi per multa media conatur oſtendere, quod facta facienda ante ſententiam, fieri poſſunt in ſecunda inſtantia, & quicquid in prima liceret, in ſecunda permitti.

Non obſtante allegata doloſa procraſtinatione
7 † differendi eam cautionem dare in ſecunda inſtantia ex præſumpta malitia fatigandi partem, quia cõtrarium de iure verius eſſe firmat Ioan. de Imol. d. cap. ad audientiam, licet differens forte poſſet damnari in expenſis propter ſerotinam præſtationem, vt ibi per eum, cuius ſententiam præualuiſſe teſtatur Rebuff. de reſcript. artic. 3. gloſſ. 4. num. 9.

DD fuerunt in voto pronunciandi non eſſe ſatisfactum d. ſtatuto, & cautionem ſic datam non releuare cauentes.

Nã quod dicitur in d. ſtatuto poſſe dari ante ſententiã, intelligitur de prima. l. boues. §. hoc ſermone, de verbo. ſignif. l. eũ qui calendis, de verbo. obl. quæ quantũcunq; quo ad effectum executionis appella
8 tione ſuſpenſa ſit, † nomen tamen ſententiæ retinet, & ſententiæ effectum in pluribus parit, multaque ſuſpenſioni non ſubiacent, quæ ad Iudicem ap

pellationis minime ſpe ctāt, vt inquit Rebuf. de ſen ten. execut. art. 5. gl. 2. & Couar. pract. q. c. 6. nu. 5. & optimum argumentū adducitur de ſtatuto loquen te de cauſis pendentibus intelligi de pendentibus
9 in prima inſtantia, † & de ſimplicibus, non autem in ſuſpenſis per appellationem. Dec. in cap. fi. num. 31. verſ. notandum. de conſtitu. Caſtrenſ. conſilio 104. col. 1. lib. 2. Bar. in l. omnes populi, ſub nu. 40. de iuſt. & iu.

Statutum igitur, quod ſtrictè interpretatur, & in caſu vero, non autem ficto verificatur, nō poteſt cō tentari de hac cautione ſic poſt ſententiam primam in ſecunda inſtantia data, nam ſemper verom erit dicere, quod ſit data poſt ſententiam, licet iuris fi ctione quoad quædam mediante appellatione ha beatur pro non data.

Et quamuis multa de iure omiſſa, errata, & non deducta in prima inſtantia, in ſecunda cauſa appel lationis reparari poſſit in d. l. per hanc, id tamen nō eſſet concedendum in caſu præſentis ſtatuti, quod
10 eſſet fruſtratorium † ſi idem contineret, quod ius commune, Fely. in cap. 1. num. 7. de reſcript. Quod dato, quod contineret idem cum iure communi, & quod a iure communi interpretationem reciperet, vt ex multis exemplis tradit, & comprobat Natta in conſil. 172. col. 2.

Adhuc tamen dd. deputati dici debent excluſi d. beneficio ſatiſdandi per lapſum primæ inſtantiæ,
11 † quia, quod dicitur de erratis, & omiſſis, & non factis in prima inſtantia, & ante primam ſententiā poſſint reparari in ſecunda, locum habet in concer nentibus deciſionem cauſæ, & negocij principalis, ac illius determinationem, & dummodo, quæ repa rari deſiderantur, non eſſent omnino noua, vt ſunt dilatoria & declinatoria, ex quibus ad deciſionem negocij principalis non infertur, cuius naturæ eſſe videtur cautio præſtanda pro releuando ſequeſtro, nihil inferens ad determinationem cauſæ principa lis, in his enim, & huiuſmodi appellatio non repo nit appellantem in priſtinum, nec facit rem eſſe in tegram, ſed lapſus primæ inſtantiæ præcludit viā corrigendi, & emendandi etiam in cauſa appella tionis, vt tradit Caſtrenſ. conſi. 320. lib. 1. & Philip. Franc. in cap per tuas, num. 2. de appel. Quod dictū deſeruit etiam pro reſponſione ad aliud, quod op ponebatur ex gloſſ. & doctrina Barto. in l. prima, in princ. colum. fin. verſic quærit gl. quid ſi in prima.
12 ff. de actio. emp. videlicet, † quod implementum poſſit fieri, tam in prima, quam in ſecūda cauſa ap pellationis, nam procedit, quia ex eo implemento inferebatur ad reſolutionem negocij principalis, nec ad rem facit deciſio Old. in d. conſil. 255. quia uis erat in ſuo caſu in lite pendente, & io re iudica ta reſpectu tertij ad cauſam in qua non appellatat a prima ſententia venientis, qui poteſt ſequi, & iuuari appellatione aliorum, nec ideo, quod tertius non appellauit, quo ad eum, dicitur prima ſen tentia feciſſe tranſitum in rem iudicatam, nam per appellationem fuit ſuſpenſa, & dicitur lis ad huc pendere, non ſolum, quo ad appellantes, ſed quo ad tertios, quod nec nos negamus pendere, ſed quod omiſſa in cauſa principali reparentur in ſecunda inſtantia indifferenter id Old. non dicit, & ſua exempla tanquam ad merita cauſę tendentia, & nullo temporis curſu pręfinita non inferunt, me rito, quo ad iſtam cautionem ante ſententiam dandam, appellatio rem integram non præſer uauit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Confiſcatio bonorum non ſequitur ſimpliciter damna tum.*
2 *Confiſcatio non ſe extendit ad bona futura.*
3 *In confiſcatione bonorum non veniunt bona paterna poſt ſententiam acquiſita, nec etiam ratione legitimæ.*
4 *Etiam ſi cauſam haberet de præterito.*
5 *Indigno, & bannito ſimpliciter bona non auferri.*
6 *Banniti an retineant beneficia iuris communis.*
7 *Banniti noſtri temporis, an æquiparentur deportatis ſeu relegatis.*
8 *Bannitus ſemota confiſcatione non æquiparatur de portato.*

ARGVMENTVM.

Banniti noſtri temporis, an æquiparentur deportatis, & an ipſo iure confiſcatio bonorum ſequatur condemnatum, & an ad futura bona ſe extendit.

DECISIO XCIX.

EMILIVS Quarantotto fuit de crimine raptus virginis damna tus in pœna capitis abſque ta men amiſſione, & publicatione bonorum, ſucceſſiue mortua eius matre relictis alijs filijs, do tem maternā repetentibus, illis denegata fuit pars Emilio obueniens, eamq; fiſcus ſibi incorporauit. Emilio tandem ex gratia principis reſtituto, & por tionem dotis maternæ in pecunijs conſiſtentem re petente a fiſco, cauſa nobis ad decidendum delega ta, diximus Emilij deſiderio ſuccurrendum de iure dotemq; prædictam, nec iure publicationis, nec vi gore indignitatis ſibi auferri potuiſſe, & reſtitui de bere. Et quantum attinet ad confiſcationem, ea qui dem fieri debebat tanquam non inflicta a Iudice
1 nec a lege, † nec enim ſunt confiſcanda bona eius, q ſimpliciter damnatur, ad Bal. in l. data opera, col. 17. C. qui accuſa. non poſſ. verſ. ſed quæritur, & notatur in l. 1. de hęredib. inſtitu. Alex. pro concluſ. conſilio 116. num. 8. lib. 2.
2 Quæ confiſcatio † etiam ſi veniſſet in caſu iſto, adhuc non ſe extenderet ad hæc bona, tanquam bo na futura ad Bar. in l. certa forma, nu. 6. C. de iure fiſc. lib. 10. Alex. conſ. 23. nu. 2. lib. 1. & eſt cōmunis opinio teſte Iaſ. in l. ſi ſtipulatus. §. cū ſtipulamur;

col.

col.2.de verb.oblig.Deci conſilio 445.Gozad.con-
3 ſilio 96.numero 6.Et† in puncto,quod fiſcus ius nõ
habeat in bonis paternis poſt ſententiam delatis,
nec ratione legitimæ, nec qua vis alia cauſa, tradit
Caſtrenſ.conſilio 212.libro 2. Curt. Seni. conſilio
59.numero 13. Io.Bap. Plot.inter conſ.crim.diuer.
4 conſilio 130.numero 59. libro j. † etiam ſi cauſam
haberet de præterito,quod dubium non habere,ait
Ruy.conſilio 123.numero 7.libro 4.

Quo vero ad aliud caput indignitatis, & hoc pa-
5 riter videbatur expeditum † cum nullibi iure cau-
tum reperiatur indignum ſimplicem, & bannitum
eſſe, & ab eo tanquam ab indigno bona auferri poſ
6 ſe,vt per Ruy. dicto conſilio 123. numero 5. † ſiue
vera ſit illa opinio , quod banniti iuris communis
retineant beneficia ſecundum Iaco. de Aretiain l.ex
facto,§.ex facto,ad Treb.Bar. Bald.Ang.& Corn.di
cta l.j.C. de hered. inſtit.Imo.in l.eius, qui de teſta.
Nell.de Ban.4.par.2.temp.quæſt.5.Mattheſi.de ſuc
ceſſ.ab inteſta.tertia par.princip.num.37.40.Curt.
Seni.dicto conſilio 59.numero 19.Sozi.conſi. 174.
numero 20.libro 2. Corne.conſilio 65.nu.22.libro
2.Gozad.dicto conſilio 96. Alex.de communi con-
ſilio 26.num.2.libro j. per tex.in l.dicta l.certa for-
ma.Vãr.de nulli.ex defect.mand.nu.51.Tiraq.de re
tract.§.primo,gl.9.numero 28. Andr. de Beſſu.in l.
habet,nu.60.de ſacroſ.eccleſ.Gerard.ſing.14.adden
tes ad Alex. dicto conſilio 116.littera C.libro 2.

Siue altera, quod ſic bãnitis etiam iuris commu
nis commoda ſublata ſint intra fines loci a quo ſũt
banniti,quod magis placet Caſtrenſ.Roma.Iaſo.in
dicta l.prima,& alijs,in dicto §.ex facto,& l.Gallus,
§.ille caſus,de lib.& poſth.Alex. conſilio 75.libro j.
Rimi.Seni.conſilio 243.numero 10.& 267.nume-
ro 7.Lotfred.conſilio 45. numero 5.Ruyn.conſilio
48. libro 4. Alciat. conſilio 58. in fi. & poſt relatos
Ioan.bap. Ferre.cõſilio 269.libro primo,Rip.de cõ
muni in d.§.ex facto, nu.15.Iaſ.conſilio 166.lib.2.

Licet hoc perdurum videatur. Sozi.conſilio 58.
7 in fi.libro primo,& pendet ab ea quæſtione† an ban
niti noſtri temporis comparentur deportatis ſeu re
legatis,quæ ſatis eſt perplexa ad tradita per Gaſch.
deciſ.105 quæ opinio eſt intelligenda quando cum
condemnatione capitis accedit confiſcatio bonorũ,
Alexã.dicto conſilio 23.numero 9.& 166.numero
7.Clemen.de patri.poteſt.cap.fi. numero 5. & ſemo
ta confiſcatione bannitus non æquiparatur depor-
tato,& non eſt illi quicquam occupandum,gloſſ.in
dicta l.certa forma,Saly.in l.prima,columna fi.nu-
mero 23.Ioan.de Imol.d.§.ex facto.Hiero.Alba.ho
die Cardinalis,conſilio 8. numero 29. Hippol.Ri-
8 min.in l.vt vim numero 143. de iuſtit.& iur.†Nec
erat bona conſequẽtia Emilius poterat impune of-
fendi,ergo,& bona occupari,Saly.d.l.j.numero 23.
Gozad.d.conſil.96.Neuiza.conſil.93.j.dubio,& ex
his,&c.

SVMMARIVM.

1 *Tertius appellat pro ſuo intereſſe, etiam alio condem-
nato.*
2 *Statutum iuris congrui, an habeat locum in venditione
neceſſaria, & datione inſolutum.*

ARGVMENTVM.

De tertio appellante pro ſuo intereſſe etiam alio condemnato, & An ſtatutum iuris congrui locum habeat in venditione neceſſaria.

DECISIO C.

DVM ſubhaſtarentur bona Ioan-
nis Lignaroli inſtantibus credito
ribus, & quidam de Vbaldis plus
obtuliſſet decreto D. Iudicis fuit
ordinatum d. oblatori bona ven-
denda, vt de precio creditoribus
ſatiſfieret ab huiuſmodi decreto Dominicus de Le-
gnarolis conſors, & vicinus dictorum bonorum ap
pellauit inſtando ſibi vendi,non autem licitatori,cũ
ipſe eſſet vicinus, & iure municipali ius ſibi compe
teret , & appellatio videbatur legitime interpoſita,
1 cum † quis pro ſuo intereſſe etiam alio condemna-
to a tali ſentẽtia reclamare valeat, l.ab executione,
§.alio. ff. de appel.cap. ſuper eo, de re iud. Couarru.
2 pract. quæſt. cap. 10. † & res quidem difficilis red-
debatur ex eo , an ſtatutum prædictum procederet
in venditione neceſſaria,quemadmodum in volun-
taria, in qua quidem quæſtione apud Doc. varie ſen
titum fuit , vt eſt videre per Afflict. de iure protho-
mi.§.3.num.26.Tiraquel. de retract.conſangui.§.j.
gloſſ.14.num.8.9.11.Roma.conſi.107.Alex.conſi.
52.libro j.Deci.conſil.88.Curti. Seni. conſilio 27.
Aymo.conſil.215.num.3.4. vbi in negatiuam par-
tem inclinarunt, & ita alias hæc Rota tenuit die
3 17.Iulij 1523.& die 27.Martij 1575. † licet quan-
doque aliter ſenſerit,hæc eadem Rota, vt in motiuis
die 10.Octobris 1547.& 25. Ianuarij 1580.vbi fa-
ciebant differentiam inter vltimum actum datio-
nis in ſolutum , & primum illum ſimplicis ſubha-
ſtationis , quo res danda ſit licitatori , quaſi in pri-
mo verſemur in neceſſaria alienatione, ſecundo ve-
ro nequaquam ad Bald.conſil.300.num.2.lib.j.Ti-
raquel.d.§ j.nu.14.gloſſ.14. Dominus Iudex a quo
dixerat conſortem licitatori præferendum , & cum
cauſa ad nos per appellationem eſſet deuoluta in
calculo ferendæ ſententiæ, ſuperuenit reſcriptum
ſuæ celſitudinis,mandans dicta bona licitatori fore
vendenda, & ſic a difficultate ſententiandi nos exẽ-
pti fuimus,quid de iure ſentiremus,ſed iuxta reſcri
ptum pronuntiaſſemus,&c.

SVMMARIVM.

1 *Florentini procliues ad litigandum.*
2 *Alleganti incumbit onus probandi.*
3 *Colono, an domino onus pertineat probandi de bona, vel
mala cultura.*

Do-

Domino an ſit neceſſe probare de mala coloni cultura.
4 *Arbitrium boni viri, intelligitur de iudice.*
5 *Negatiua per allegantem probanda eſt.*
6 *Teſtis vnus probat plene contra perducentem.*

ARGVMENTVM.

De Colono male ſe habente in cultura agri, & quis teneatur probare an dominus, vel Colonus, quod is bene, vel male verſatus ſit.

DECISIO CI.

ET de minimis, ac etiam ſi oboli,
quis reliquator eſſet adhuc adi-
tur Rota, ita ſunt homines iſti
1 procliues † ad litigandum.
Conqueſtus igitur erat Do.
Ioãnes de Albicis de Iacobo eius
Colono partiario iam per eum licentiato, narrans
eum male verſatum in cultura agri, & quod paleã
altius, quã par eſſet ſeruiſſet, & quod ordeum (par-
uæ quidem quantitatis) non ſeruiſſet, & croceum
de agro abſtuliſſet.
Cuius quidem actoris inteotio eo ipſo videba-
tur probata, ex quo non probaretur contrarium
2 de bona cultura Coloni, nam † & ſi alias dici ſoleat
alleganti incumbere onos probandi, & ſic domino
de mala cultura, & mala verſatione ruſtici vulg. l. a.
3 C. de proba. & l. hoc iure, de verborum obligat. † in
iſto tamen caſu ſtante promiſſione Coloni de be-
ne, ac probe ſe habendo in cultura dicti agri, ac ſtan
te ſtatoto, qood Coloni Mezadri teneantur labora-
re, & cuſtodire agrum arbitrio boni viri oous pro-
bandi bene verſatum, & cultum dicitur translatũ
in d. colonum hæc promittentẽ, & Coloni par-
tes erunt io probando ſe bene verſatum, ita reſpon-
dit Alex. coofilio 79. viſis nonnullis, libro 4. vbi in-
quit ſe alias conſultus reſpondiſſe in alio ſuo conſi-
lio quod eſt conſilium 129. lib. 2. & eſt doplicatum
conſi. 5. eod. lib 4.
Nam quantum ad locatorem; & domioum ſatis
eſt probaſſe lapſum temporis ad laborandum, niſi
Colonus probet ſe arbitrio boni viri laboraſſe, &
hoc operatur vis promiſſionis, ac etiam diſpoſitio
4 ſtatuti de per ſe, † nam quando eſt aliquid expli-
candum arbitrio boni viri, intelligitur iudicis, iu-
dex autem debet arbitrari ſecuodum ſtatuta loci,
id autem ſe impleuiſſe Colonus docere tenebitur,
vt oſtendit Alex. io dd. conſi. quinto in dicto conſi
lio 129. numero 4. dicit ſtante ſtatuto de qoo ibi per
eum quot vicibus terra arari debeat, quod non labo
rauit Colonus, ſecundum ordinem dicti ſtatuti po-
teſt probari iuramento domioi, &c.
Circumſcripto tamen contractu, & ſtatuto
ceſſant præmiſſa, & fit locus regulæ, quod dicenti
5 incumbat onus probandi, & † fondanti pariter in
negatiua munus docendi pertineat, vt ibi per Ale-
xand. & tradit. Ancha. regien. quæſtio. 24.
Cum itaque nulla conductoris adeſſet promiſ-
ſio, vel contractus celebratus cum locatore, & vter-
que tam actor, quam reus ad examen teſtium pro
ſua intentione fundanda coouolaſſet, fuit comper-
tum actorem nedum defeciſſe in ſalutari probatio
nis, ſed fundaſſe iotentionem aduerſarij, circa pa-
6 leas, nam vnus eius teſtis primus in ordine, † qui
contra producentem plene probat Roma. conſilio
304. in fi. deponit in paleis eum nullum damnum
ſubſtinuiſſe, & reum incumbentibus ſatis ſuperque
ſatisfeciſſe, probauit enim, & terram pro ſerendo
ordeo accommodaſſe, & extare conſuetudinem lo-
ci, quod nouus Colonus teneatur inſeruire de bo-
bus veteri Colono pro ſeminando, quod ipſum re-
quiſiuit, & quod de mandato domioi boues dene-
gati fuere, vnde cum per eum non ſteterit, quin fa-
ctum fuerit, meritò tãquam culpa carens reus fuit
abſolutus.
Nec etiam indifferenter promiſſio Coloni, vel
ſtatutum, transferret hoc onus in cooductorem,
ſed ita demum ſi in quo male verſatus, ſit coostet
ex omiſſione eius, quod facere promiſerat condu-
ctor locatori, & tempus implendi elapſum, tunc
enim ſufficeret locatori probare per ſolam oſtenſio
nem inſtrumenti, niſi conductor de cootrario do-
ceat: ſed ſi non poterit conſtare ex lectura inſtru-
menti locationis, illud quod allegat locator, tunc
locatore nõ probante conductor abſoluetur, vt de-
clarat per exempla Alexand. dicto conſilio 79. nu-
mero 2. libro 4. &c.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de ſuccedendo non valet, maxime conceptum per verbum ſucceſſionem, non autem donationem denotans.*
2 *Pactum, quod ſuccedat vnus alteri, parit actionem perſonalem.*
3 *Alienationis prohibitio quantumcunque expreſſa in contractibus non impedit translationem dominij.*
4 *Perſonalis actio non ſequitur particularem ſucceſſorem.*
An autem ſaltem in ſubſidium, nu. 16. cum ſeq.
5 *Collectiuum nomen importat ordinem ſucceſſiuum.*
6 *Alienationi conſentiens dicitur alienare.*
7 *Conſenſus impediens exiſtẽtiam conditionis propter quã res ad cõſentientem peruenire debeat conſentienti præiudicat, ſecus ſi non impedit.*
8 *Sola ſuperexiſtentia ſatis eſt ad impediendam conditionem fideicommiſſi.*
Conditio fideicommiſſi impeditur per ſolam ſuperexiſtentiam perſonæ in conditione poſitę.
9 *Pactum de non petendo paciſcentes non egreditur.*
10 *Ignorantia alienantis fideicommiſſi bona, & emptoris facit valere alienationem. 12.*
Alienatio prohibitorum tenet facta ab ignorante, ignoranti.
11 *Renunciari iuri ignorato nemo præſumitur.*
12 *Ignorantia alienantis, & acquirentis ſubſtinet alienationem prohibitam.*
13 *Alienationis prohibitio, vbi non eſt expreſſa, alienatio*

natio per grauatum facta tenet eo viuente.
14 *Fideicommiſſum ſemel extinctum non reuiuiſcit.*
15 *Non honoratus non grauatur.*
16 *Actio perſonalis, an, & quando detur in ſubſidium contra tertios poſſeſſores late, num. 16. & 17.*
17 *Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem.*
18 *Etiam reſpectu rei ad rem.*
19 *Actio perſonalis fauore vltimæ voluntatis datur in ſubſidium contra tertios poſſeſſores.*
20 *Item contra tertios poſſeſſores, qui de dolo participaſſent.*
21 *Item eſt cauſa lucratiua.*
22 *Secus in onerosa cauſa.*
23 *Actio perſonalis datur in ſubſidium contra tertios poſſeſſores fauore dotis.*

ARGVMENTVM.

Probibitio alienationis, an, & quando impediat translationem dominij, & quando conſentiens alienationi dicatur renunciare fideicommiſſo, & an ignorantia vendentis, & ementis rem ſubiectam fideicommiſſo faciat valere alienationem, & quando actio perſonalis detur in ſubſidium contra tertios poſſeſſores.

In iſta cauſa Vrbeuetana prævia licentia Magni Ducis (non enim poſſunt Auditores Rotæ ſine ſuæ celſitudinis iuſſu in forenſium cauſis ſcribere) conſultus ſic de iure reſpondi, ſubſcribentibus alijs DD. coauditoribus.

DECISIO CII.

BARTHOLOMÆVS, & Petrus Stephanus fratres de Albanis in diuiſione bonorum cōmunium deuenerunt ad infraſcriptam conuentionem, videlicet.

Quod ſi quis eorum aut ipſorum, vel alicuius eorum hæredes, & deſcendentes morerentur ſine filijs legitimis, & naturalibus per rectam lineam maſculinam ſuperuiuentes maſculi de cippo ſuccedant in domibus eorum ſolitæ habitationis. Prædefunctis omnibus in arbore deſcriptis exceptis D. Federigo, & Felice germanis fratribus ex Cornelio, & D. Angelo, & Albano ſimiliter fratribus carnalibus ex Do. Vincentio d. Cornelij fratre: contigit nouiſſimo loco, quod d. Angelus deceſſit ſine filijs ſuperſtite Albano, & qd d. Angelus, & ante eius mortem donauit Do. Vincentiæ ſorori domum ſolitæ auorum habitationis conſentiente Albano, & de euictione promittente.

Quibus ſtantibus D. Federigus tanquam proximior de cippo quærit auocare d. domum a D. donataria vigore dicti conuentionalis fideicommiſſi per mortem Angeli in eius perſonam purificati, non obſtante ſuperexiſtentia Albani, quem ſibi præiudicaſſe per conſenſum alienationi præſtitum actor exiſtimabat, & præſuppoſita validitate conuentionis
1 de † qua foret probabiliter dubitandum, cum contineat pactum de ſuccedendo reprobatum. Bart. conſilio 212. libro j. maximè ſi ſit conceptum per verba ſucceſſionem, non autem donationem denotantia, vt declarat Deci. in l. pactum, num. 3. C. de collatio. & in conſilio 300. num. 3. Pariſi. conſilio 24. numero 55. libro 2. illud tamen ſine controuerſia
2 tranſire videbatur, † quod ex tali conuentione perſonalis tantum actio pararetur, non autem realis aduerſus tertios poſſeſſores etiam in ſubſidium. Ripa. in l. prima, §. ſi hęres, num. 17. ff. ad Trebel. Nam
3 receptiſſimi iuris eſt, † per prohibitionem quantumcunque expreſſam (quæ hic deſideratur) in cōtractu appoſitam non impediri translationem dominij, ita, vt tantum aperiatur via agendi perſonaliter ad intereſſe, ad Barto, & alios in l. ea lege, C. de donatio, ob cau. & in l. ſi ita, quis. §. ea lege, ff. de verborum obligat. & in l. filiusfamil. §. diui. de lega. j & de communi opi. teſtatur Sozi. iuni. conſilio 108. colum. fi. lib. j.

4 Quę † quidem perſonalis actio ſingularem ſucceſſorem non ſequitur, doct. in dicto §. ſi hęres, & in dicta l. ea lege. Iaſ. conſi. 88. lib. 3. Cæpolla conſi. 33. num. j. in ciuil. merito iſta donataria ſatis tuta reddebatur.

Et dato, quod ex dicta conuentione dicatur inductum validum fideicommiſſum, & actio contra tertios competeret, adhuc redditur vana actoris intentio per ſuperexiſtentiam Albani. Nam ex quo in caſu decedentis ſine filijs vocantur ſuperuiuentes inſimul de domo ſeu cippo, & ſic per nomen colle-
5 ctiuum perſonarum, & graduum, † cenſentur vtiq; vocari ordine ſucceſſiuo, & prout ab inteſtato ſuccederent, Barto. in l. Gallus, §. quidam recte, num. 4. ff. de liber. & poſthum. in l. fi. C. de verbor. ſignifica. & in l. cum ita, §. in fideicommiſſo, de legat. 2. Deci. conſil. 299. num. 15. poſt Caſtrenſ. in d. l. fi. Aymo. conſi. 21. num. 2.

Quouſque igitur ſupereſt Albanus frater donatoris in gradu proximior, vtique actor tāquam re-
6 motior venit excluſus. † Nec obſtat, quod Albanus conſenſerit alienationi quaſi iure fideicommiſſo videatur renunciaſſe, l. nihil, §. omnibus, de lega. j. l. quoties ab omnibus, C. de fideicom. l. cum pater, §. libertis, de legat. 2.

Quia

7 Quia procederet obiectum, quando † per conſenſum impediretur exiſtentia conditionis propter quam res ad conſentientem peruenire debebat, veluti ſi expreſſe res prohibita fuiſſet alienari, nam tunc conſentiendo ſibi præiudicaſſet, ſecus quando per conſenſum non impeditur exiſtentia conditionis propter quam res ad conſentientem deuenire debebat, ut hic, vbi non in caſum alienationis, ſed in caſum mortis ſine filijs bona ad conſentientem erāt peruentura, merito per conſenſum non ſibi præiudicauit, iſta fuit magiſtralis diſtinctio Barto. in l. ſi fundum per fideicommiſſum, numero primo, verſiculo, ſecundo caſu, de legat. j. ſequitur Bero. conſilio 64. numero decimoſeptimo, libro primo, atteſtando a nemine reprobari.

Qui quidem Albanus eſto, quod ex pacto ſuo nō
8 poſſet admitti ad reuocandum dictam domum, † nihilominus eſt impedimento actori per ſolam ſuper exiſtentiam, etiam quod non ſit hæres, l. filiusfamilias, § cum quis, de legat. j. vbi Doct. concludunt cōmuniter, quod ad impediendam purificationem fideicommiſſi ſatis eſt, quod ſuperſit perſona in conditione poſita, licet ex facto proprio non poſſet ſuccedere, vt tradit Deci. conſi. 296. in caſu, nu. 5.

9 Præterquam, quod † dicta promiſſio de euictione continet pactum de non petendo quantum ad ipſum alienantem ſeu conſentientem, & ipſam donatariam, l. vendicantem, de euictio. Caſtrenſ in l. ſi ita ſcriptum, §. ſi ſub conditione de legat. 2. & Docto. in l. j. C. de pac. dum communiter concludunt valere pactum per quod quis ſe obligat non petere conditionale fideicommiſſum, nec ſe extendere vltra perſonas paciſcentes, & ſic dictum pactum operabitur reſpectu ipſius donatarij, & non aliorum, l. ſi actionem, vbi Barto & alij, C. de pact. & in l. ſi vnus, §. ante omnia, & in l. ſi tibi, §. ſi pactus, ff. de pact. Deci. cōſilio 374. num. 5.

10 Accedente maxime † ignorantia præſumpta dicti fideicommiſſi dicti Albani ſucceſſoris ab inteſtato, & hæredis mediati fideicommitientium, l. verius, ff. de probat. Rip. poſt Bar. in l. qui Romæ, § duo fra
11 tres, nu. 50. de verb. oblig. iuri † autem competenti ignoto renunciari nemo præſumitur, l. nemo fraudare, & ibi Deci. de reg. iur. Dy. in l. ſicuti, eod. tit. l. non eſt ferendus, ff de tranſactio.

Ex quo ſecundo loco principaliter infertur pro
12 donataria † quod ſtante ignorantia alienantis, & conſentientis & donatariæ acquirentis, dicta alienatio, & donatio teneat, & reſcindi non valeat. l. fi. §. fi. de leg. 2. Sozi. conſilio. 49 col. pen. libro j. vnde Angel in l. Marcellus, §. res. col. 2. ad Trebel. dat conſilium Aduocatis, vt deducant ſcientiam alienantis, & eum ſequuntur Doct. Deci. conſi. 155. in fi. Alex. conſi. 184. col. fi. libro 2. Iaſ. in l. fi. §. ſed quia. C. communi. de lega.

Tertio facit contra actorem deciſio. l. fi. §. fi. C. cō
13 muni de legat. Nam vbi † in fideicommiſſo proprio, & vero non eſt expreſſa prohibitio alienationis, alienatio per grauatum tenet, donec conditio purificetur, licet ea purificata reſoluatur: cum itaque conditio non ſit purificata ad fauorem actoris cum non venerit caſus deſcendentium ſine liberis, merito, &c.

Supereſt enim Albanus, qui poteſt habere liberos, & ſic deficeret cōditio, poſſunt etiam dicti actores præmori, & caducari fideicommiſſum, l. j §. ſin autem. C. de cad. tollend. & ſtante, quod vocatio non fit, niſi in caſu decedentiæ ſine liberis, non poſſunt iſti venire ex capite alienationis quo non ſunt vocati, Old. conſi. 231. nu. 2. Poteſt etiam dici, quod fideicommiſſum hoc non ſe extendat vltra primos hæredes paciſcentium. Old. conſi. 21. Aymo. conſil.
14 98. nu. 8. † & ex quo cum filijs deceſſeront, fit extinctum fideicommiſſum, quod poſtea non reuiuiſcit Old. d. conſi 21. Deci. conſi. 95. nu. 8.

Maxime, quia filij filiorum non ſunt vocati, ſed
15 in conditione poſiti, † & propterea non potuiſſe grauari, l. ab eo C. de fideicom. &c.

Poſt redditum conſilium fuit dubitatum, ſtante quod non competit actio ordinaria ex fideicommiſſo ad bona alienata vendicanda contra tertios poſ
16 ſeſſores, ſed † tantum perſonalis contra alienantem, & vtilis perſonalis contra eius hæredes ſecundum terminos l. quoties, C. de donat. quæ ſub mod. quę dicit ſimpliciter dari cōdictionem ex lege, & ſic perſonalem tantum contra primum poſſeſſorem alienantem non cōtra tertium, vt ex communi opi. tradit Couarru. declarando illum tex. lib j. cap. 14. nu. 3. verſi. 2. ex d. l. quoties varia. reſol. & idem reſpondit Alciat. conſil. 19. nu. 11. 578. num. j. vbi ſe ipſum refert in l. traditionibus, in fi. C. de pact. & Bertran. conſi. 276. j. par. in nouis. Bella. conſi. 39: Guid. Pap. deciſ. 512. refert alios Tiraqu. de conſtit. poſſeſſo. 2. par. in 30. Ampliat. verſic. amplia. 30. Menochi. conſilio 85. nu. 31.

An ſaltem detur actio in ſubſidium cōtra tertios poſſeſſorem, vbi contra primos poſſeſſores, & eorū hæredes non potuit eſſe conſultum.

17 Et ſtat regula negatiua videlicet, † quod actio perſonalis non detur contra ſingularem ſucceſſorē, l. j. §. ſi hæres ad Trebel. & ibi glo. allegat concord. & ibi ſic notat Caſtren. & Sozi.

18 Quod † procedit etiam reſpectu rei ad rem, quæ in ſingularem ſucceſſorem tranſiſſet, l. precibus, C. de re. permuta. & ita Alex. conſi. 92. nu. 7. lib. j. Cor. conſi. 310. nu. 9. lib. j.

19 Limitatur † tamen regula primo fauore vltimæ voluntatis, in qua datur in ſubſidium cōtra tertios poſſeſſores, l. plane ſi filium, §. qui rogatus de legat. j & per illum tex. Caſtrenſ. conſi. 94. j par.

Quam limitationem non debemus applicare indifferenter ad contractus, ſeu actus inter viuos, vt in caſu noſtro, quia multę ſunt differentiæ inter cōtractus, & vltimas voluntates;

Ita, vt quandoque per Doctores confundatur videlicet, quod per prohibitionem alienationis non impediatur translatio dominij per actus inter viuos, ſecus in vltima voluntate Doct. in l. filiusfamilias, §. diui, vbi Barto. num. 14. de legat. j. Atque eo caſu agatur tantum contra hęredes alienantis ad intereſſe translato dominio irreuocabiliter in tertios poſſeſſores, l. ex lege cum glo. de condictio. ob

causam

cauſam, & l. ſi ita quis, §. ea lege, de verbo. obliga. & Alciat. ſic deſtinguendo inter vltimas voluntates, & contractus, in conſi. 676. nu. 2.

20 Secundo limitatur † dicta regula, vt detur in ſubſidium contra tertios poſſeſſores, quando poſſidẽs bona participaſſet de dolo. l. j. C. ſi de vend. pign. aga. & ibi Bart. in ſummario, ita, quod dolus ex partẽ creditoris vendentis tantum non ſufficeret, vt teneretur emptor in ſubſidium, gloſ. & Saly. d. l. j. per l. ſi. C. eod. & in l. ſi ceſſante, vbi gloſſ. Bald. & alij. C. de diſtract. pigno. quos refert Neguſa. de pign. 6. par. prin. in 3. memb. num. 27. & ita diſtinguendum eſt in l. ſi. de eo per quem factum eſt, vbi tractatur de cauſa lucratiua, & oneroſa.

21 Tertio fallit † ex cauſa lucratiua, quia datur actio ſubſidiaria contra tertium poſſeſſorem, etiam quod non ſit doli particeps, d. l. ſi. de eo per quem fa. fa. vbi poſt Bal. & Caſtrenſ. declarat Alex. ſic diſtin-

22 guendo. † Quod ſecus eſſet in oneroſa cauſa, quia nunquam tenetur ex dolo alienantis etiam in ſubſidium, niſi particeps doli eſſet, vt ibi per Alexã. Sozi. & Iaſ. in d. l. ſi. de eo per quem fac. vbi Sozi. num. 8. dicitur, ita communiter teneri cum Barto. & infert ad emptorem rerum fideicommiſſi, quod ſit ſecurus ſi ignarus fuerit fideicommiſſi, & datur tantũ actio contra alienantem, & eius hęredes, ſecundum l. ſi. ff. de leg. 2. & idem Sozi. in l. Marcellus. §. res quæ, nu. 9. ad Trebellia.

23 Quarto † fallit fauore dotis. l. pater dotem, de dot. prælega. cum 4. alijs limita. per Ripam optime loquentem, in l. j. §. ſi hęres, num. 2. ad Trebel. & nu. 9. cum ſeq.

Et ex his erit dicendum, non dari contra iſtam donatariam, nec actionem ſubſidiariam cum ſimus in cõtractibus, non autem in vltimis voluntatibus, & in poſſeſſore ſine fraudis participatione, & cum titulo oneroſo, licet cautet in donatione propter retributionem de qua in inſtrumento donationis, vt declarat optime Ripa, ibi num. 15. & 17. & Purpura, conſil 605. nu. 6. vbi conſtituit regulam cum fallentijs, merito, nec in ſubſidium veniet laceſſenda dicta D. Vincentia, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Intereſſe ſine mora non debetur.*
Mora eſt cauſatiua intereſſe.

2 *Interpellatio extraiudicialis moram inducit etiam per verba enunciatiua.*

3 *Extraiudicialis interpellatio conſtituit debitorem in mora.*

4 *Pudor, & reuerentia prohibent, ne quis audeat expreſſe interpellare debitorem, veluti Epiſcopum, & prælatos.*

5 *Teſtis ſingularis etiam de facto proprio deponens plene non probat, num. 12.*

6 *Tertio interpellanti non credi ſine mandato interpellanti in extraiudicialis interpellatio a nõ habente intereſſe facta non afficit, ſi de mandato non doceat.*

7 *Interpellatio debet continere diem, & locum vbi vult ſibi ſolutionem.*

8 *Intereſſe deberi ſolito negotiari.*

9 *Lucrum ceſſans difficile probatur.*
Iudicis arbitrio reponi.

10 *Iudex qualiter in æſtimando lucrum ceſſans ſe habere debeat optime Natta conſi. 370. nu. 6.*

11 *Debitor moroſus, & ad damnum emergens, & lucrum ceſſans tenetur.*

12 *Teſti de facto proprio deponenti, quando credendum ſit.*

13 *Florentini non tenent eorum pecunias ocioſas.*

14 *Debitore moroſo leuior probatio ſufficit.*

15 *Literarum tenor ſat eſt, quod ſit notus teſti de priuata ſcriptura deponenti.*

16 *Dilatio, & patientia creditoris, an tacitè inducta dicatur.*
Creditor tacens an dicatur tacitè dilationem prorogare ſolutionis.

17 *Interpellatio ſemel facta ſemper durat, niſi ab ea recedatur.*

18 *Hæreditas iacens non poteſt conſtitui in mora.*
Contractus tamen cum defuncto durat in hæreditate iacente.

19 *Lucrum ceſſans, an primi tantum anni debeatur an de ſingulis.*

20 *Dies ipſa quandoque nouerca.*

21 *Lucrum ceſſans non eſt neceſſe, quod ſit verum ſed ſufficit eſſe veriſimile.*

A R G V M E N T V M.

De intereſſe tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis debito, ei qui ſit ſolitus negociari, & qualiter Iudex ſe habere debeat in æſtimando intereſſe.

Interpellatio extraiudicialis per verba enunciatiua, an & quando inducat moram, & de malo euentu non expectando.

D E C I S I O CIII.

REVER. D. Antonius Altouitus Archiepiſcopus mutuo acceperat a D. Antonio Franciſco Serraglio ſcuta mille ad eiuſdem creditoris inſtantiam reſtituenda, & de hoc non dubitabatur. Verum cũ d. creditor mota lite aduerſus hæreditatem iacentem d. Reuerendiſſ. D. Archiepiſcopi peteret ſibi ſatisfieri de dicta ſorte principali vna cum intereſſe lucri ceſſantis, & damni emergẽtis, fuit oppoſitum de non iure petentis illud, pro-
1 ptorea, quod non cõſtabat de mora debitoris, ſine qua intereſſe nullum debetur. l. ſocium, qui in eo. ff. pro ſocio. l. leſta, ſi cert. petat. Aymo. conſil. 350. num.

Digitized by Google

num.2. Aret.conſi.151.in ſecundo dubio.

Replicabatur de extraiudiciali interpellatione
non ſemel facta, tam per litteras dicti Serragli, quã
etiam per interpoſitas perſonas, ac extraiudiciali
confeſſione dicti Reuerend. Domini Archiepiſcopi
conquerentis de importunitate dicti Serragli, che
lo infracidaua, & che ſe lo voleua leuare dinanzi, &
2 pagarlo, extraiudicialis autem interpellatio † quod
conſtituat debitorem in mora, etiam ſi fiat per ver-
ba enunciatiua, veluti, Io harei biſogno de miei de-
nari, ſo, che voi ſiate diſcreto, quæ verba enunciati-
3 ua, idem operantur, † ac ſi expreſſe interpellaſſet,
maxime, quando debitor ſit perſona cui debebatur
reuerentia, vt ſunt prelati, & Archiepiſcopi, id ma-
gis communiter teneri teſtatur Iaſ.in l. vinum, nu.
15. ſi cert. peta.ex notat.per Bar.& alios in l.ſi quis
mihi bona. §.ſed quid ſi mandauit, de acquir.hære-
dit.& in l.prima in princ. verſicu.3.dixi.ff.de oper.
nou.nunciat. late Menoc.de arbitra.iudic.caſu.220.
num.25.

4 Pudor enim, † & reuerentia prohibent, ne quis
audeat expreſſe interpellare, l.penul.ff de furt. l.j.§.
quæ honorandæ, ff quar. re.actio non da.

Sola difficultas conſiſtebat, an eſſet probata mo
ra, & interpellatio contendente curatore D. hæredi-
tatis iacentis non eſſe probatam, quia Do. Ioannes
Baptiſta primus teſtis in ordine, qui deponit ſe at-
tuliſſe literas dicti Serragli, dicto Reuerendiſſ. Ar-
chiepiſcopo directas tenoris, quod requirebat ad
ſoluendum, & de reſponſione immediate ſubſecu-
ta, quod ſatisfeciſſet vna cum intereſſe, non probat
5 vti † ſingularis, & quãtumcunque de facto proprio
deponat, non ideo ei plene credi communiter tra-
dunt Docto. vt teſta. Anto. Gab. de teſt. concluſ. 1.
num.21. Menochi.de arbitra.iud.lib. 2.cent.2.caſu
99.num.12.

Similiter dum actor ſe fundat, quod per tertiam
perſonam requirere fecerit dictum Archiepiſcopũ
ad ſibi ſoluendum excipiebatur hoc nihil eſſe, quia
iſtæ tertiæ perſonæ non exhibebant mandatum ad
petendum, & interpellandum, & debitor non tene-
6 tur illis credere † in extraiudicialibus ſine manda-
to, de quo non tenetur excipere, ſed actor vltro de-
bet exhibere. Barto.in l.ſi quis inficiatus, ff.depoſi.
Afflict.deciſ.316.num. 3.vnde non poterunt illum
in mora conſtituere ſine mandato. Afflict.ibi num.
4. Alex.conſi.78. colum.2.lib.5.Rebuff.de don.art.
4.gloſſ.5.

Et maxime, quia non fuit articulatum, neq; pro
7 batum, quod in d. interpellationibus † fuiſſet ex-
preſſus dies, & locus in qua, & quo vellet recipere
ſolutionem, ſine quorum expreſſione non commit-
titur mora, ita in interpellatione extraiudiciali ſine
contradictore communiter firmari, tradit Alexand.
conſi.90.in fine, libro 5.& conſilio 33.num.7.lib.6.
Afflict.d.deciſ. 316. & ita dicebatur intelligi debe-
re dicta per Iaſ.in d.l.vinum, cum ſuppletio iſta dũ-
modo ſit expreſſus dies, & locus. His ſic controuer-
ſis D.primus Iudex condemnauit dictam hæredita-
tem ad petitam ſortem principalem, & intereſſe il-
lud taxando ad rationem octo pro centenario. Se-
cundus vero Dom. Iudex condemnauit ad ſortem,
& ab intereſſe abſoluit: Nobis tamen placuit inhæ-
rere priori ſententiæ, & ideo diximus bene appel-
latum per Serraglium, & male iudicatum, in ſolito
8 enim † negociari, (vt de Serraglio non dubitabatur,
& per teſtes probabatur) intereſſe debetur, & ra-
tio habetur lucri ceſſantis. Bar.in l.prima, ſub num.
15. C.de ſent. quæ pro eo, quod intereſt, & alios al-
legat Anton. Gabr. de ſolutio. concluſ. 10. vbi de
communi teſtatur, & tradit Natta conſilio 370. col.
fi. Rolã. conſilio 35.numero 11. libro j. Quod qui-
9 dem † lucrum ceſſans, cum ſit difficilis probationis,
& non poſſit de eo dari certa regula cum ex fortui-
to proueniat, ideo iudicis arbitrio committitur. Me
noch.de arbit.iud. caſu.119.pulchre Natta d.conſi-
10 lio 370. num.6. † Vbi docet egregie qualiter iudex
arbitrari debeat, & quid habere debeat in conſide-
ratione arbitrandi tale lucrum. quam D. Iudicis ta-
xationem non improbauimus etiam ex alio, quia
11 moroſus † nedum tenetur ad lucrum ceſſans, ſed
ad damnum emergens, & fuit probatum in proceſ-
ſu, iſtum de Serraglis interim fuiſſe coactum acci-
pere pecunias ad cambium, & paſſum fuiſſe intereſ-
ſe, ad quod tenetur debitor moroſus, vt poſt Innoc.
in c.j.de vſu.tradit Natta conſi. 490.num.10. Rom.
conſi.317.nu.13.

Non obſtat, quod non ſit probata interpellatio
per dictum primi teſtis de facto proprio deponen-
12 tis, † non plenariẽ fidem facientis, quia ex quo cum
dicto illius teſtis de facto proprio deponentis con-
curſur alia indicia, & confeſſiones extraiudiciales,
plena fides adhibetur de delatione literarum, & re-
ſponſione, vt tradit declarando d. communem con-
cluſionem, Sozi.iun.conſi.62 nu.6.lib.j. Anto.Gab.
de teſtibus concluſ.j.nu.21. Dec.conſilio 56.nu.4.
Sozi.regu.423.numero 2. Vltra, quod concurrit ve-
riſimilitudo, quod cum dictus Serraglius non ſit af-
fluens opibus, & ſit mercator, & Florentinus, non
eſt credendum, quod in tam notabili ſumma ſcut.
mille per tantum tempus tacuerit, & non ſatage-
rit recuperare, & potius voluerit ſtare ſub cambijs
13 retinendo ſuas pecunias ocioſas † contra naturam
mercatorum Florentinorum. Sozi.conſilio 87.nu-
14 mero 16.lib.j. præterquam, quod † contra moroſũ
leuior probatio induci poteſt, vt per Nattam dicto
conſi.270.nu.5.

Nec obſtat, quod de literis predictis non appa-
reat, & referens ſine relato non probet iuribus vul-
15 ga. Quia ſufficit, quod tenor † literarum huiuſmo-
di ſit notus teſtibus de his deponentibus, Matthesil.
in ſing.21.ſeu 22. Cæpol. caut.9.refert, & ſequitur
Anto.Gab.de præſumptio.concluſ.2.num. 14.verſ.
16 5. fallit, † vbi late de materia recipientis literas ſi-
ne proteſtatione.

Non obſtat, quod creditor poſtea per multum tẽ
poris, videlicet, nouem annos ſiluerit, quaſi ex pa-
tientia ſit tacitẽ dilatio facta, & intereſſe remiſſum
iuxta l.cum quidã. §.diuus, ff. de vſur. quia rñdetur
allegata in contrarium procedere, qñ nulla præceſ-
ſit interpellatio, vt in dictis iuribus: at hic ſemel eſt
17 facta interpellatio, & interrupta pſcriptio, vñ † in-
terpel-

terpellatio ſemper durat niſi ab ea recedatur.l. traiectitiæ in princ.ibi conſultus reſpondit, &c. ff. de actio. & bligat. Bald in l.mora.ff.de vſur, & maxi-
18 me, † quia cum iaceret hæreditas in mora conſtitui non poterat, quando mediante interpellatione veniebat committenda, ſecus ſi ex die appoſita.l. ad diem,& ibi Bar.& Doc.de verb.obli.Ruy.conſi.55. nume, 12. lib. 2. ſed bene contracta cum defuncto conſeruatur cum hæreditate iacente vſque ad ſolu-
19 tionem,& ſic nedum † pro primo lucro primi anni, ſed etiam pro ſingulis annis contra debitorem quantitatis moroſum, licet forte ſecus eſſet in debitore ſpeciei ſeu precij,ex ſpecie redigendi ad no.per Nattam 370.col.fi. & Cagno.in l.1.num.45.verſi. 2.dubitatio.C. de ſent. pro ec quod inte, quicquid contra ſenſerit Curt.iun.d.l.1.colum.19 alia etiam quotidiana citat Anton. Gabr.d. conclu.10.in fin. de ſolutio.

Nec eſt verum in facto, quod deſideretur locus faciendæ ſolutionis,quia conſtat per teſtes, qđ fuit requiſitus remittere dd. pecunias Romæ. & penes DD. Vbertinos mercatores ibi commorantes, & ſi forte non expreſſo die, tamen de præſenti intelligebatur.l. cum qui calendis de verbo.oblig. Neq; eſt arguendum a mala fortuna dicti de Serraglis cui omnia minus proſpere ſucceſſerint,& ſic,quod nec cum iſta pecunia ſi habuiſſet ſuperlucratus foret quaſi aurũ (quod aiunt) Toloſanum haberet, quia ſatis eſt eum ſolitum negociari, & ad cambium pecunias ſuas ſolitum dare, qui ſi quandoq; malis auibus negociarit, non ideo ſtatuendum erat, vt pro certo cum illis pecunijs ſuperlucrari nõ potuiſſet,
20 mali enim euentus nõ ſunt expectandi & † fortuna variabilis eſt, ipſaq; dies quandoq; parens, quandoque nouerca,& cum Deo quiſque gaudet,& fiet propter rerum omnium viciſſitudinem, & non eſt
21 † neceſſe, quod lucrum ſit certum omnino, ſed ſufficit eſſe veriſimile, prout videtur probatum de pecunijs datis ad cambium, vt in proceſſu Barto.in l.1.nume.25.C.de ſent quæ pro eo, quod int. cum concordantibus per Anto. Gabr. de ſolut. concluſ. decima, nume 3.&c.

SVMMARIVM.

1 *Agens ſine actione repellitur etiam ex officio Iudicis, nume. 16.*
2 *Emens pro ſe, & filio an habeatur reſpectus ad ordinem ſucceſſiuum.*
3 *Emens præſumitur emere de proprijs pecunijs.*
4 *Hæres hæredis primi defuncti hæres eſt.*
5 *In libello dicens ſe heredem inſolidum ſui patris cui pro vna parte ſucceſſit, quando ſoluetur eius petitio.*
6 *Hæreditas deſcendentis non adita tranſmittitur.*
7 *Tertius ſi declaret, iſta declaratio prodeſt etiam tertio ad excluſionem agentis de iure tertij.*
8 *Actori non ſufficit repellere ius rei, niſi ipſe de ſuo doceat.*
9 *Succeſſorium edictum fauet tam venientibus ab inteſtato, qui antea excludebantur ad hereditate delata priori in gradu, & ſi gradus excluderetur, quam defunctis, vt facilius heredes habeant.*
10 *Ex iure ſuperuenienti poſt litem conteſtatam an obtinere poſſimus.*
Superueniens ius poſt litem conteſtatam an proſit ad victoriam.
11 *Et quid de iure ciuili, & canonico.*
12 *Petitio hæreditatis competit ad ea quoque quę non ſunt defuncti, ſed intereſt hæredi re habere ad effectum reſtituendi veris dominis.*
13 *Exceptio de iure tertij non datur contra agentem petitione hæreditatis.*
Iuris tertij exceptio non datur aduerſus agentem petitione hæreditatis.
14 *Sine actione agens repellitur etiam ex officio.*
15 *Spoliato non datur reſtitutio, ſi de non iure illius appareat.*
17 *Nullitas notoria ex actis patens ſuſpendit executionem trium conformium.*
18 *Iudex executionis aditus ſi de nullitate notoria opponatur, debet remittere cauſam ad priorem iudicem.*
19 *Nullitas principaliter, & plenarie in cauſa diſcuſſa, non poteſt opponi ad impediendam executionem conformium.*
20 *Quod potui nolui, quod volui implere nequiui.*
21 *Actor qui in libello ad certam cauſam ſe reſtrinxit, ſi aliud probauerit, non poteſt obtinere.*
22 *Ius dicendum eſt ſecundum modum agendi ne quis imparatus opprimatur.*
23 *Fructus percepti in contractibus reprobatis extenuant ſortem principalem.*
24 *Reſtitutio in integrum petita contra tres conformes ad effectũ tamen ſuſpenſiuum an concedatur ad retardãdam executionem.*
In integrum reſtitutio petita, an retardet executionem.
25 *Reſtitutio in integrum petita ſola, an ſufficiat alio non docto de leſione.*
26 *Tertius pro ſuo intereſſe, an audiatur ad impediendam executionem, & dato quod ſic.*
27 *An tertius iſte admittatur poſteaquam fuit pronunciatum ſuper executione.*

ARGVMENTVM.

De exceptione iuris tertii, & an & quando reſtitutio in integrum petita ſuſpendat executionem ſententiarum conformium, & quid de notoria nullitate.

DECISIO CIIII.

DOMINI Rectores venerabilis confraternitatis Miſericordię de Aretio de anno 1527. vendiderunt quædam bona ſtabilia D. Eliſabet q. Sanctis pro ſe, & ad ſuam & Dominici filij vitam tantum ementi, & recipienti.

Quæ

Digitized by Google

Quæ bona Dominicus vendidit poſtea de anno
1555. pro precio ſcut. 12. D. Iacobo Raſio cum pa-
cto reſolutiuo trium annorum. Mortuo Dominico
relicta poſt ſe matre, & Bernardo fratre vterino, &
ſucceſſiue mortua matre, ſuperſtite Bernardino fi-
lio, idem Bernardinus gerens ſe pro hærede Domi-
nici fratris, egit contra hæredes Do. Iacobi d. bono-
rum poſſeſſores, intentãdo remedium reſciſſorium
dicti contractus tanquam ſimulati ex cenſura ſta-
tuti Ciuitatis Aretij, inſtando pronunciari nullum
& ſimulatum, & ſucceſſiue dd. reos conuentos con-
demnari ad dimittendum dicta bona, vna cum fru-
ctibus perceptis, & percipiendis facta compenſatio
ne fructuum pro rata cum precio per dictũ empto-
rem ſoluto.

Ab huiuſmodi moleſtijs rei ſe ſe defendebant ex-
1 cipiendo de non iure agentis, & ſine † actione ex-
petientis, quæ exceptio reddit proceſſum, & ſenten-
tia nullam ad fauorem actoris latam. Aymo. conſil.
151. num. j. & de communi Iaſ. in l. ſi Titius 3. fal-
lentia, de verbo. obligatio. & etiam excluditur a pe-
titione fructuum præteriti temporis. Pariſ. conſilio
12. nu. 5. libro 4.

Et de non iure agentis dupliciter oſtendere cona
batur, videlicet primo dum actor egit, vt hæres Do
minici, & ex eius perſona reſtrictiue petat, dicebant
illi nullo modo eum conſequi poſſe, tum quia tem-
pore mortis Dominici ab inteſtato eius hæreditas
non illi, ſed matri erat delata eo excluſo tanquam
fratre vterino dicti Dominici iuxta auth. defuncto,
C. ad Tertullia. tradit prat. Pap. in forma libell. hæ-
red. ab inteſta. in verſic. nullis, num. 25. & proximi-
tas ad ſuccedendum attenditur tempore mortis de-
functi. Barto. in l. qui ſe patris, num. quinto, C. vnde
libe. quo tempore mater eum præcedebat, tum quia
agebat ad bona, quæ non remanſerunt in hæredita-
te, nec vnquam fuerunt in dominio defuncti, nec
in poſſeſſione, quod erat neceſſarium in petitione
hæreditatis, l. item videndum, §. ſi. cum l. ſeq. ff. de pe
tit. hæredit.

2 Emerat enim † pro ſe, & filio ad eorum vitam
tantum, & ſic viua matre nullum ius habere diceba
tur filius in dictis bonis, ſic quaſi ordine ſucceſſiuo
emptis ad notat. per Doct. in l. Gallus, §. quidam re-
cte, & ibi Alex. num. 8. de libe. & poſthum. gloſſ. in
3 l. ſi tibi, § ſi pactum, ff. de pact. † quære etiam de pro
prijs pecunijs matris emptæ iuris præſumptione di
ci debebant. Roma. conſilio 3. Aymo. conſilio 129.
col. 2. Natta conſilio 358. num. 2. & licet replicare-
tur pro actore ſe quoque matris eſſe hæredem, & ea
mediante heredem dicti Dominici ex vulgata regu
4 la † hæredem hæredis primi defuncti etiam eſſe hæ-
redem, l. ſi. C. de hæredibus inſtituen. & ideo ſaluari
libellum quantumcunque ſe proximiorem fecerit
5 cum non eſſet ad not. per Barto. in dicta l. ſi. vbi † ſal
uatur libellus dicentis ſe hæredem inſolidum ſui pa
tris cui pro vna parte ſucceſſit, & pro alijs partibus
mediantibus fratribus præmortuis, & alia ſimilia
tradit Iaſ. in §. actionum, num. 186. inſt. de actio. ob-
ſtare tamen ei videbatur, quod non probarat ma-
trem filij hæreditatem adiuiſſe, prout probandum

erat, vt in puncto per Aymo. conſilio 37. deceſſit
6 num. 4. † Hæreditas enim deſcendentis non adita
non tranſmittitur, ita dicunt Docto. reprobata gl.
ibi in l. prima, C. de his, qui ante ap. tabul. Iaſ. in l. ſe
cunda, in princip. col. pen. C. de iure delib. Vaſq. de
ſucceſſio. progre. lib. 2. de exempla. ſubſti. §. 17. nu.
63. vbi communem dicit, & eod. tract. lib. j. de tranſ-
miſ. §. 7. num. 8.

Secundo principaliter de non iure agentis oſten-
debatur ex iure tertij excluſiui iuris agenti, bona
enim ad quę agebatur neutri litigantium aliquo iu
re pertinebant cum per mortem D. Eliſabet fuerint
deuoluta ad confraternitatem facta maxime decla-
7 ratione per eam, prout facta fuit, quæ † declaratio
prodeſt etiam tertio ad excluſionem actoris. Cæ-
pol. conſilio 25. colum. 3. ſub num. 10. in ciuil. Tira-
quel. in l. ſi vnquam, verbo reuertatur, num. 359. C.
de reuocand. donatio.

Et ſic quantumcunque rei nullo modo eorum iu
iuſtam poſſeſſionem iuſtificaſſent, cum tamẽ actor
8 de ſuo iure non docuerit, † non ideo reus condem-
natur, ſed abſolui debet, quia ad obtinendum non
ſufficit actori repellere ius rei, niſi ipſe de ſuo iure
doceat, nam non ſequitur reus ius non habet, ergo
actor ius habet. Anto. de Butri. in cap. olim, ex lite-
ris, num. 13. de reſcrip. Roma. conſi. 156 num. j. Ro
lan. conſil. 60. nu. 13. lib. j. Sola enim poſſeſſio reum
tuetur, alio in contrarium non docto per actorem.
Pariſ. de Pute. in tract. de inſtru. reaſſumptio. rub. 3.
nu. 3. Rota deciſ. 7. alias 419. de except. in antiq. L a-
celln. de attenta. lib. 3. c. 24. de reo, & except. q. j. nu.
36. & ſeq.

Replicabatur ex aduerſo doctrinam Bar. in l. qui
ſe patris, num. 5. C. vnd. lib. non intrare in caſu no-
ſtro, nam ibi tractat Barto. de ſuitate, declarando ad
hoc, vt quis efficiatur ſuus heres, oportere obtinere
primum locum, & nemo eum in gradu præcedat, vt
patet ex l. quam allegat. §. ita demum, inſtit. de hę-
red. quæ ab inteſt. defe.

At hic verſabatur in ſucceſſione fratris, quo ca-
ſu licet mortis tempore eſſet in medio perſona, quę
fratrem vterinum excluderet, videlicet mater, ea ta-
men de medio ſublata per mortem, vel repudiata
hæreditate, aut per lapſum temporis excluſa, frater
ſeu alius proximior ſequẽs in gradu admittitur per
ſucceſſorium edictum, l. prima, & ibi Caſtrenſ. in ſi.
C. de ſucceſſo. edict. Bart. in rub. eod. tit. verſic. & hic
9 aduerte † per quod ſucceſſorium edictum non mi-
nus fauetur venientibus ab inteſtato, qui antea ex-
cludebantur ab hæreditate delata priori in gradu,
& ſi gradus excluderetur, quã defunctis, vt facilius
hæredes habeant, vt declarat Caſtrẽ. dicta rub. verſ.
nec etiã poteſt negari. Vnde inferebatur, quod aut
volumus matrem adijſſe hæreditatem Dominici fi-
lij excluſo Bernardino fratre vterino, & tũc Bernar-
dinus recte egit in vim, l. ſi. C. de hæred. inſtit. quia
hæres hæredis defuncti primi heres, aut matrem re
pudiaſſe, vel tempore excluſam deceſſiſſe non adita
illius hæreditate, & tunc fuit aperta via ſuccedendi
dicto Bernardino d. l. j.

Quod quidem ius ex perſona matris, & ſi aper-
et

te non fuit Intentatum propter ignoratam,eios adi
tinnem, vel mortem, non ideo minus videbatur,
20 † quin ex iure ſuperueniente poſt litem conteſta-
tam ſententia pro eo ferri poſſet, cum ſimus in iudi
cio vniuerſali, vt poſt gloſſ. in l. non poteſt, de iud. &
in l. ſi mater. §. eandem, ff. de excep. rei iudi. tradit Be
ro. qó. 1 na. nom. 8. & maximè, quia bodie libelli tnt
prægantibus elauſulis fulciuotur, vt tam de iure ca
21 nonien, quam ciuili ſatis ſit ius lite † pendente ſu-
peruenire Mari. Snzi. in cap. 2. enl. 27. verſicu. j. caſu
extra de libell. oblatin.

Neque videtur actum ad id, quod nonquam
22 fuit in bonia defuncti, & ſic ſioe intereſſe, † quia
ſua poterat intereſſe alienata recuperare pro reſtitu
tione facienda veris dominis. Alex. conſil. 91. num.
17. libro j. nihil refragante, quod ſit hęres alienan-
tis, cum ſtante alienatione nulliter facta obſiſtente
ſtatuto hæres non tenetur ratom habere factum de
functi. Grammat. decíſ. 93. num. 8. vltra, quod ſua
intereſſe poterat propter ſpem renouationis ſi poe-
nes eum reperiretur, & pateretur fraternitas con-
tinuari, argum. not. per Rimi. iuni. conſilio 17. ou.
19. lib. j.

Et ad exceptionem de iure tertij replicabator de
doctrina Alex. dicto conſi. 91. qoam referuor, & ſe-
quuntor addentes ad prat. Papi. in for. libel. per hę-
redit. ab inteſt. io verbo coram vobis, ſub nomero
23 8. † oon dari contra agentem petitione hæredita-
tis. Sed ad hoc facilis videbatur reſponſio, nam
actor oon egit propriè petitinoe hęreditatia, ſed
magis iudicio reali, & petitorio, cum ne dom an ſit
hæres, ſed etiam an res ad defunctum pertineat, tra-
ctetur ad Cnoar. prat. q. cap. 12. ſub oom. 2. & quia
egerit adiecta caoſa, quia hæres Abb. in cap. ſignifi-
cantibus, num. 23. de libel. obla. & ad reſtitutinoē
plenariam rei præoia reſciſſinne cōtractus cum fru
24 ctibus. Roy. conſilin 164. col. 3. libro 5. qon † caſu
obſtat exceptin dominij poenes tertium exiſtentis,
Alex. conſi. 91. nu. 17.

Sed non obſtantibus exceptis fuit pronūciatum
contractum nullum, bona dimittenda cum fructi-
bus ab anno 1557. citra, & fructus liquidatos, & ta-
xatos prout fuerunt in ſententia aſcendere ad ſta-
ria ſex qunlibet anoo, & propter conformitatem
tranſijt in iudicatum, admiſſa compenſatione pre-
cij eom fructibus.

Cuius ſentētiæ cum peteretur executio fuit pe-
tita reſtitutin in integrum incidenter, cum aliqui
ex correis eſſent minores, & de nullitate dictum
per viam exceptionis, deducentes nullitatem ex a-
ctis, videlicet, qoia lata in expreſſum ioris errorem
ad fauntem actnris ſine iore, ſine actione, & ad tem
25 alteri iure dominij pertioentem, † qui ne dum de
nullitate aliquo ex capite, ſed Iudicia officin repel-
lēdus erat, vt ex communi opinione teſtatur Ruy.
26 conſilio 145. num. 8. lib. 3. Quioimo † nec ſpoliato
datur reſtitutin cōſtito de non iure illius. Boe. deci-
ſio. 2. num. 34. Rota, deciſio 2. alias 55. vt lit. pen-
den. & deciſ. 1. alias 46. de ordin. eogni. & de com-
mu. Alciac. conſilin 36. breuibus, num. 5. & propte-
27 rea ſtante notoria † iniuſtitia aduerſus etiam con-
formes ſe audiendas eſſe exiſtimabant Put. in recol
le. 3. deciſio. 414. Natta conſilio 172. num. 6. cum
conendan. per Anton. Gabr. ad commu. opinin. li-
bro 2. concluſ. j. de except. rei iudi. in 4. amplia. &
per Lancillo. de attentatis 2. part. de attenta. nulli.
penden. num. 114. vbi etiam ex mente Bertran. di-
cit eſſe communem opin. quod nullitas notoria pa-
tens ex actis retardet executinnem trium confor-
mium, Menochi. de arbitra. lib. 2. centu. 1. caſu. 9 nu
mero 2. Idem Anto. Gabriel. de exceptin. concluſ. 4.
Contard. in l. prima 7. limit. num. 63. C. ſi de momē-
ta. poſſeſ.

D. primus Iudex aditus ſuper executione harum
confoimium huius oullitatis exceptionem intelli-
28 gens † non aliter remittendo cauſam ad printem
iudicem, vt erat faciendum ſecuodum Miſinghe.
obſer. centu. 3. deciſio 69. ſoper ea pronunciauit,
quod fieri poſſe in caoſa notoriæ Inioſtitiæ ex actis
perceptibilis oon improbat. Roy. cooſilin 7. nu. 3.
libro 4. & tenet Grat. conſil. 8o. no. 1o. libro 2. Ber-
tran. conſil. 84. lib. j. & dixit executionem petitam
aduerſus Raſios concedendam pro fructibus tantū
a Do. Iacobo eorum auctore perceptis per 9. annos
quo Do. Eliſabet ſuperuixit poſt annum 1557. ad
rationem ſtatinrum ſex anoo, qunlibet computatis
libris 90. precij ſoluti. In reliqois vero tanquam
exceſſiuis notoriè, & non debitis executionem de-
negauit, imo aduerſos ea tanquam læſionem conti-
nentia fore reſtituendos declarauit cum reſeruatio-
nibus, de qoibus in d. ſententia, quę poſtea præuia
appellatione fuit reuocata per D. Iudicem prima-
rum appellationum, & mandatum exequi pro ſum
ma petita, iuxta ſententias conformes.

Hæc eadem executionis caoſa tandem ad nos
per appellationem pro parte Raſiorum deuoluta
fuit, & ex eiſdem erat iudicandum, pręterquā, quod
coram nobis fuit inſtatum pro parte confraternita
tis, qoæ alias io ſecunda principali inſtantia compa
ruerat, & tam contra Raſios, quam contra Bernar-
dinum petijt dd. bona ſibi reſtitui, & relaxari pro
commoditate proceſſus ſtante oblatinoe vtriuſque
partis de reſtituendo eidem.

Nos autem litem hanc ſic decidendam duximus.
Pronunciauimus enim bona petita confraternita-
ti relaxanda, eandemque in eorum poſſeſſionem fo
re immittendam, & dd. de Raſis teneri ad reſtitutio-
nem fructuum dictę cōfraternitati ab anno 1567.
citra ad ratiooem ſtatinrum ſex grani qnnlibet an-
no, ab inde vero ſupra vſque ad tempus celebratę
venditionis, & emptionis per D. Iacobum factę ad
d. rationem fructus deberi, detto Bernardo pro quā-
tum capit ſua medietas, ſaluo ſibi iure tale quale
competat proſequendi aliam dimidiam matri ſpe-
ctātem, & facta compenſatione pretij ſoluti, & alias
prout in ſententia.

Moti, quia & ſi notoria nullitas ex actis reſultās,
& percepta ſit potens ad impediendum virtutem
conformium, & quod ea ſpreta, & non remiſſa ad
iudicem per ſententiam executor denegare poſſit
executionem, tamē comperimus fundamētum nul
litatis oppoſitę, videlicet, notorij non iuris agendi

in facto non ſubſiſtere, & in iure quoque non ſatis
tutum. Acquiſitio enim facta per D. Eliſabetam
non fuit facta pro ſe, & filio, & ad vtriuſque vitam
ordine ſucceſſiuo, nec inſolidū pro d. emptrice, ve-
rum quoque pro filio, pro dimidia etiam ea viuen-
te, vt probat Donatus primus teſtis a Raſijs indu-
ctus qui aliar. & ipſe emerat dd. bona, & instante
dicto Bernardino ei, & matri reſtituto precio retro
uendidit, qui etiam dicit Dominicum, & matrem
per plures annos inſimul poſſediſſe d. bona, & vi-
diſſe quolibet anno fieri inter eos diuiſionem fru-
ctuum, & quod D. Eliſabet recipiebat a D. Iacobo
emptore quartam partem fructuum ſibi tangentē,
& ſic alia quarta pars ſpectabat Dominico, & ſuc-
ceſſiue apparebat de iure agentis & quod bona quā
doque fuerint in bonis defuncti.

Præterea reddebatur dubia d. nullitatis exce-
19 ptio, an de iure procederet, cum † de ea principali-
ter in principali cauſa foret diſcuſſum, nam non vi
detur modo poſſe opponi ad impediendam execu-
tionem, vt tradit Lancell. d. tract. de attenta. lite
penden. nume. 151. vbi dicit hanc eſſe vtilem limi-
tationem ad regulam, quod nullitatis exceptio re-
tardet executionem de qua materia late Ant. Gab.
de exceptio. conclus. 2.

Adiudicauimus bona confraternitati reſtituen-
da ad euitandos circuitus, cum idem actor offere-
bat iugiter ſe reſtituturum fraternitati, cui man-
dauimus reſtitui fructus a die mortis D. Eliſabet,
quia per eius mortem erat extinctū omne ius em-
ptorum, & conſolidatum cum domino confrater-
nitatis. Aſſignauimus actori fructus perceptos an-
te mortem matris pro dimidia tantum, quia cum
egerit vti hæres Dominici pro dimidia in dictis bo
nis Dominici non potuit, nec debuit plus iuris trāſ
ferre quam ipſe habuerit. Et licet ſe matris quoque
heredem eſſe profiteretur, non tam in parte matris
obtinere poterat, quia vti matris hæres non egit,
& de aditione matris ſe voluit inſeruire ad oſten-
dendum ſe hæredem fratris mediate, & immedia-
te, vt expreſſe argumentatus eſt, vnde quo ad por-
20 tionem matris ſibi obſtabat regula † quod potui
nolui, quod volui, implere nequiui. Roma. conſil.
416. & 496. & de hac dimidia fructuum dicendum
eſt DD. iudices intellexiſſe, vt ſententia ſit confor-
mis petitis, prout idemmet Bernardinus declarat
in petita executione pro ſtarijs 57. grani pro ſua
21 medietate ſibi tangente, certi enim iuris eſt † eum
qui ſe aſtrinxit certe cauſæ in ſua petitione, & ali-
quid nuncupatim in ſua petitione deduxit, aliud-
que probarit non poſſe obtinere. l. habebat. ff. de
inſtitut. & not. Bartol. in l. edita. C. de edendo. Pa-
riſ. conſil. 131. numero 4. lib. 1. Bald. in l. per hanc
nume. 12. C. de tempo. ap. & in l. edita, nume. 42.
in 2. lectura, vbi facit differentiam inter libellum
ſimplicem, & coarctatum. Ruyn. conſil. 12. nume.
22 9. lib. 4. eſt † enim ius dicendum ſecundum mo-
dum agendi cap. ſecundo de ordi. cognitio. cap. li-
cet Heli. de ſimo. Signoro. conſi. 286. in fin. ne quis
imparatus opprimatur. Neque iuuatur clauſulis ſa
lutaribus propter contrarietatem, vt in dd. locis, &
hæc fructuum condemnatio eſt iuridica, quia in
23 contractibus reprobatis † ſortem principalem ex-
tenuant. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 3. Alc.
conſ. 119. lib. 4.

Denegauimus reſtitutionem in integrum ad re
tardandam executionem petitam ex duabus cōfor-
mibus, quę loco trium habentur ex ſtilo Curiæ. Nā
24 & ſi ſit multum controuerſum, an reſtitutio † in in-
tegrum petita aduerſus tres conformes ad effectū
ſuſpenſiuum tum Bal. & ſequacibus. in l. j. ne liceat
tertio prouo. magis placuerit non retardari execu-
tionem, pugnante Saliceto ibidem cateruatim a
pluribus ſecuto, vt late refert Lancillot. de attenta.
reſtitu. in int. penden. nume. 81. cum multis ſeq. ta-
men data, & retenta opinione Saliceti, tanquam cō
25 muniori, vt teſtatur Lancillot. ibi num. 63. † ea de-
bet intelligi ſecundum aliam commu. opinio. vide
licet, vt non ſola petitio reſtitutionis in integrum
retardet executionem trium conformium, ſed vltra
requiritur, quod fiat probatio læſionis, cum læſio
non præſumatur niſi probetur, vt poſt Gozad. con-
ſil. 44. num. 8. tradit Cephal. conſi. 3. num. 137. Pot
ti. Imol. conſi. 134. nume. 30. lib. 1. & eſt communis
opinio teſte Oſaſcho, deciſ. 157. num 8. Bero. conſ.
121. nu. 12. lib. 3. Burſat. conſi. 27. nu. 17. vbi de ma
gis communi.

Vnde cum petentes reſtitui in integrum nihil
ſaltem ſummatim docuerint, ſed tātum allegarint
reſtitutionē petere aduerſus probationes omiſſas,
videlicet, ſtatutum aretinum de contractib. ſimula-
tis non habere locum, & non eſſe in obſeruantia, &
de ea in obſeruantia nihil præſtiterint, & ne fumū
quidem dederint, merito virtus conformiom non
fuit ſuſpendenda, & ita fuit alias tētum in hac Ro-
ta. Sumpta occaſione ab inſtantia nouiſſime facta
a d. fraternitate, ſuper qua non fuit diſcuſſum an
26 vti † tertius eſſet audienda ad impediendam execu-
tionē ſententiæ, ſtante eius ſcientia, & contradictio
ne in iudicio principali iam moto, & terminato, de
quo Bart. & alij, in l. a ſententia. ff. de appel. & in l. ſę
pe de re. iudic. Deci. in c. ſua, de appella. col. 2. Fely.
in cap. cum ſuper, nu. 10. de re iud. Couar. prat. q. c.
15. per totum, & ca. 14. num. 8. & ſeq. Natta, conſil.
457. Miſinghe. centu. 3. obſerua. 73. & Rebuff. de
Arreſtis, art. 1. gl. 1. vbi magiſtraliter loquitur, quē
articulū non diſcuſſimus, quia fraternitas nō com
patuit ad impediendum executionem, ſed ad com-
modum proceſſus ſtante, quod tam actor quam
rei profitebantur, ſe velle reſtituere d. fraternitati,
& ad euitandos circuitus diximus bona illi reſti
tuenda.

Incidit ſermo inter DD. An in caſu quo tertius ad
mittitur ad impediēdam executionem, admittatur
poſtea quam fuerit pronunciatum ſuper executio-
27 ne, & mandatum exequi, † ego dicebam tertiū ad-
mitti quādocunq; ante actualem executionē factā
& conſumatam, & reperi in terminis Ale. ita dicen
tem poſt gl. ibi in l. a diuo pio. §. ſi ſuper rebus nu.
9. verſ. vlterius pro expedit. de re iudi. & idem ſen-
tit expreſſe Rebuff. de Arreſt. d. artic. 1. glo. 1. num.
17. & Zuccard. in l. fi. nu. 365. C. de edict. di. Adria.
tol-

Digitized by Google

toll en. quem refert Ancha, quæſt. familia. 42. in 2. par. nume. 4. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Pacto de retrouendendo etiam iurato præſcribitur ſpatio 30. anno.*
2 *Pactum de retrouendendo ſimpliciter conceptum abſq; aliquibus verbis reſolutiuis contractus ipſo iure non parit actionem realem contra tertios poſſeſſores, ſed perſonalem contra paciſcentes.*
3 *Niſi forte promiſſor non ſit ſoluendo, quia datur vtilis rei uendicatio contra tertium poſſeſſorem.*
4 *Abſentia culpoſa non prodeſt.*
5 *Florentini uadunt per totum mundum, vt lucrum faciant in mercatura.*

A R G V M E N T V M.

Pacto de retrouendendo quanto tempore præſcribatur, & an tali pacto ius reale acquiratur.

D E C I S I O C V.

RAINALDO Rodulfio vxorem ducenti D. Alexandram, fuerunt promiſſa in dotem 400. a D. Piera eius ſocera partim in pecunijs numeratis partim in quodam prædio æſtimato, & ab eo retinendo pro fundo dotali, cum pacto, quod quandocunq; ipſe, vel cauſam habentes ab eo teneantur relaxare, Baptiſtæ, Iulio, & Sebaſtiano, & eorum hæredibus filijs dictæ D. Pieræ, recepto tamen precio æſtimato conuertendo in tot alijs bonis ſtabilibus ſimiliter pro fundo dotali permanſuris. Secuta æſtimatione, prædicta bona realiter, & cum effectu fuerunt conſignata D. Rainaldo 1531. pro flo. 150. &c.

Succeſſiue mortuo Rainaldo, D. Alexandra, & Sebaſtiano ſuperſtitibus D. Brigida eius filia ex Iuliano fratre d. D. Brigida de anno 1582. egit vigore d. pacti aduerſus dd. bonorum poſſeſſores ad ea ſibi dimittenda, & relaxanda receptis florenis 150. æſtimatis.

Ad quam excludendam fuit de pluribus exceptum, videlicet, primo de præſcriptione 20. annorum ſtatutaria pleniſſimam ſecuritatem tribuente poſſeſſorib. quæ ex ſtilo, & conſuetudine huius Ciuitatis deductis dieb. feriatis ad annos 35. vel 36. reducitur, & in hoc caſu nedum 36. ſed 50. anni a die obligationis appareut decurſi, vnde intrat communis concluſio in ſimilibus pactis recepta, quod
1 illi præſcribatur ſpatio 30. anno. † etiam ſi pactum ſit iuratũ, vel per verba quandocunq; aut in perpetuum conceptum, vt poſt Ang. conſi. 55. & innumeros alios quos ipſe refert, tradit, & ſequitur Couarru. lib. 1. cap. 9. varia. reſolutio. Vaſq. de ſucceſſio crea. pro. & reſol. lib. 1. §. 10. nu. 39.

Secundo obſtat defectus iuris agentis, iuxta l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. fuit enim concepta ſtipulatio recuperandi pro nominatis, & eorũ hæredibus, modo actrix quæ ab inteſtato excluditur a ſucceſſione patris, propter patruum, non fuit, nec eſt admittenda ad retractum, qui non illi, ſed Iuliano quem conſtat repudiaſſe de anno 1571. & Iuliani filijs, cui, & quibus Sebaſtiani hæreditas fratris iure municipali defertur, competere videtur ad l. ſecundam. C. de ſucceſſo. edic.

Tertio ex alio idem defectus iuris agendi dedu-
2 citur, quia † ex tali pacto redimendi ſic ſimpliciter
contracto, nec reſolutiuis verbis vallato nõ compe
tit actio realis aduerſus tertios poſſeſſores, ſed paci
ſcenti ius perſonale acquiratur aduerſus promiſſo-
rem, non autem vtilis, vel directa rei vendicatio ad
uerſus tertios poſſeſſores, ut eſt communis opinio,
de quo late Tiraq. de ret. conuentio. gl. 7. nume. 12.
Aymo conſil. 201. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter
empt. nu. 133. Gabr. conſ. 66. Decia. conſil. 106. nu.
3 10. lib. 3. Pancirol. conſilio 144 † niſi forte pro-
miſſor ſoluendo non ſit, & in ſubſidium eatur con-
tra poſſeſſores, vt aduertit Cephal. conſ. 42. in prin.
lib. 1. & ita cenſuit Rota in cauſa Sancti Antonij de
Vienna, cum Piſcionibus 17 Martij. 1580.

Et licet de ſtatutaria præſcriptione deducendi eſ-
ſent dies abſentiæ, tamen in caſu illorum hæredum
D. Pieræ non eſt probatum nec articulatum niſi de
abſentia Sebaſtiani, qui per quinque annos abfuit
a Ciuitate, & dominio Florentino, & horum dedu-
ctio non tollit implementum præſcriptionis, cum
adhuc elapſi ſint 40. anni, & vltra a die conſigna-
tionis dd. bonorum 1531. factæ Raynaldo Rodul-
fio præterquam, quod forte tempus abſentiæ d. Se-
4 baſtiani non eſſet deducendum, cum ipſe non † fue
rit abſens ex cauſa neceſſaria, vel probabili, vt re-
quiritur de iure, ſed ære alieno prægrauatus in frau
dem creditorum ſe abſentauit, vt dicitur in proceſ-
ſu, & ſic culpa, & facto ſuo, & ita de iſta abſentia
deducenda intellexerunt ſtatuentes, quæ neceſſaria
5 vel probabilis ſit † & de ea quæ propria eſt Floren-
tinorum, vt extremas mundi partes circumuoli-
tent, mercaturæ gratia, non autem de doloſa, & cul
poſa, vt talis tenuit Rota Florent. in cauſa Caroli
Carducci cum D. Calidonia 1535. die decima Se-
ptembris, lib. 9. motiuorum car. 409.

Et ſic non erit habenda ratio abſentiæ D. Actricis ſi non ſit hæres patris, quæ ſi forte attendenda eſſet, vtique non ſibi prodeſſet, quia ſua abſentia fuit interrupta, & vt ipſamet in articulis fatetur in medio tempore per plures menſes permanſit Florentiæ.

His non obſtantibus fuit concluſum ad fauorem Actricis petita per eam fieri debere modis, & forma infraſcriptis, videlicet, quia quo ad bona poſſeſſa per D. Camiliã vti hæredem Raynaldi alienantis diximus teneri eã ad dimiſſionẽ recepto precio pro rata: quo vero ad bona poſſeſſa per tertios, eos a petitis liberauimus, reſeruando actionem perſo-

nalem ad intereſſe contra d. D. Camillam, quia huiuſmodi pactum de retrouendendo alias, & ſępius in hac Rota fuit tentum non exequeri contra tertios poſſeſſores, vt nouiſſime anno præterito bis fuit per nos deciſum in cauſa Sancti Antonij de Vienna, &c.

SVMMARIVM.

1 *Gradus quomodo computatur de iure ciuili, & canonico.*
2 *Computatur gradus in linea tranſuerſali, vt quanto gradu remotior diſtat a ſtipite de iure communi, eodem gradu tranſuerſales diſtant inter ſe.*
3 *Caſus legis facit ceſſare omnem dubitationem.*
4 *Gradus mentio, vbi ſit an, & quando ſecundum computationem iuris ciuilis, vel canonici fiat.*
Computatio gradus quomodo facienda.
5 *Statuta laicorum pars iuris ciuilis ſunt.*
6 *Statutum, quod in pluribus poteſt lædere ius commune, contentari debet, in vno lædere.*
7 *Proximiores remotioribus præferuntur.*
8 *Duo licet ſint in pari gradu, poteſt tamen vnus eorum eſſe proximior de iure canonico.*
9 *Graduum computatio fit de iure ciuili, nec per ius canonicū ab eo dicitur receſſum, niſi in materia matrimonij.*
10 *Statutum excluſiuum fœminarum fauorabile agnationis reſpectu.*
11 *De iure ciuili quælibet perſona gradum facit, ſecus de iure canonico.*
12 *Vna pars ſtatuti declarat aliam propter vicinitatem ſcripturarum.*
13 *Statutum longe diſtans ab alio in diuerſa materia. Vnum non habet relationem ad aliud.*
14 *Contrarietas euitanda in ſtatutis, & conciliandā.*
15 *Contrarietas diſtinctione iuuanda.*
16 *Statutum vltimum attendendum, maxime ſi circa idē pinguius prouidet.*
17 *Lex declaratiue procedens trahitur etiam ad præterita.*
18 *Statutum per modum regulæ procedens, cenſetur repetitum in alijs ſiue præcedentibus ſiue ſequentibus.*
19 *Lex ciuilis, & ſtatuta non dedignantur imitari ſacros canones.*
20 *Duplex vinculum, quando non attendatur.*

ARGVMENTVM.

De computatione gradus in ſucceſſionibus facienda, &
An, & quando vnum ſtatutum declaret alterum.

DECISIO CV.

DVO extant ſtatuta in terra Caſtri Cari, alterum ſub rub. 23. Quod quilibet in vltima ſua voluntate poſſit de ſuis bonis diſponere. In quo poſt liberam facultatem vnicuique conceſſam diſponendi ad libitum de ſuis bonis, dicitur etiam quod mortuo ab inteſtato ſuccedatur per propinquiores illius decedentis per lineam maſculinam vſque in quartum gradum ſi extiterint, & ſi nō extiterint, ſuccedant propinquiores per lineam fœmininam vſque in quartum gradum, & ſi non inuenirentur, ſuccedat commune.

Alterum vero ſub rub. 49. in eodem volumine, De ſucceſſionibus ab inteſtato, vbi poſt datam regulam, & modum quo fœminę, & cauſam habentes ab eis ſuccedere debeant extantibus maſculis, & facta mentione de quarto gradu ſubdit, & quę de quarto gradu dicuntur, intelligantur facta computatione ſecundum ius canonicum: a quarto vero gradu ſupra ſuccedatur ab inteſtato, eo modo quo ſucceditur iure Romano, videlicet, qui prior in gradu potior ſit in ſucceſſione, & de huius ſtatuti validitate non eſt dubitandum, vt in puncto Bal. in l. 2. in fi. C. de ſucceſſo. edic. &c.

Simon de Corbizis.

Bartholomęus, Pet. Philippus S. Bernardinus.

Simon. Nicolaus.

Bartholomæus.

Stantibus dd. ſtatutis, & arbore ſupra figurata, & mortuo Bartholomæo iuniore, ſine filijs ſuperſtite Pet. Philippo eius patruo magno, & Nicolao filio S. Bernardini fratris patruelis patris dicti Bartholomęi defuncti, & ſic cū euenerit caſus, quod eius hæreditas fuerit ab inteſtato delata proximioribus agnatis. Quærebatur an d. hæreditas in totum pertineret d. Pet. Philippo, tanquam propinquiori, &
1 priori in gradu ſecūdum † computationem iuris ciuilis faciendam, an vero communis eſſe deberet inter eum, & Nicolaum, qui attenta computatione iuris canonici, in pari gradu cum illo reperitur eſſe. Eſt enim iuris canonici regula in linea tranſuerſali
2 inæquali, vt † quanto gradu remotior diſtat a ſtipite communi, eodem diſtent tranſuerſales inter ſe cap. quod dilectio, & cap. fi. de conſan. & affini. Cor. conſilio 201. libro 2. colum. 2. verſic. His non obſt. ſed iuxta præſcriptam arborem Simon ſenior eſt ſtipes communis iſtorum agnatorum, & ab iſto ſtipite Bartholomæus iunior eſt remotior per tres gradus, ergo idem eſt dicendum alios tranſuerſales, id eſt Petrumphilippum, & Nicolaum, qui ſunt magis propinqui ſtipiti, quam dictus Bartholomæus iunior, diſtare a Bartholomęo per tres gradus, vnde cum vterque eorum ſit in tertio gradu, & deſiderētur alij proximiores agnati, debent pro virili ſuccedere dicto Bartholomæo ab inteſtato defuncto. Et videbatur dicendum, quod dictus Nicolaus eſſet admittendus ad dictam ſucceſſionem ſaltem pro dimidia cum dicto Petrophilippo, quia eius intentio eſt fundata in diſpoſitione dicti ſtatuti 49. mandantis graduum dinumerationem in ſucceſſione fieri debere ſecundum ius canonicum, & ſic pro
3 Nicolao videbatur ſtare caſus † legis municipalis,

quę

quæ facit ceſſare omnem diſputationem vulg. l. An
cillæ, C. de furt. cum vulga. & io puocto Pariſ. conſi.
66. col. a. nu. 6. lib. 2.

Ex aduerſo replicabatur ad excluſionem Nico-
lai, & totalem incluſionem Petri Philippi de alio
priori ſtatuto 23. vbi diſponitur defuocto ab inte-
ſtatu ſuccedi per eius proximiores agnatos, vſque
io quartum gradum.

4 Gradus † autem vbi fit mentio a ſtatuto, maxi-
me in materia ſucceſſionis, & alias ad ius ciuile ſpe
ctãte, intelligitur ſecundum computationem iuris
ciuilis, non autem canonici, quaotumcunque po-
ſterios editi, vt tradit Bald. & alij in dicta l. a. C. de
ſucceſſo. edict. Pet. de Ancha. io cap. canonom ſtatu
ta, colum. 82. verſicu. ſed aducrte, de conſtitu. Aret.
§. fi. inſtitu. de grad. affinit. Corne. conſilio 57. libro
2. io priocip. & 248. colum. 2. libro 3. Deci. conſilio
258. io fi. Natta, conſi. 172. Præpoſi. Alex. de conſan
goi. & affi. cap. fi. in arbore, colum. 18. verſic. quæro
circa prędicta.

5 Statuta † enim laicorum ſunt pars iuris ciuilis,
& ius ciuile illius ciuitatis appellantur, & ideo ſecũ
dum ius ciuile intelligi debeot. Bal. dicta l. 2. & ad-
dentes ad Bald. in l. maximom vitium, ſub oum. 15.
C. de lib. præterit. & illo caſu libeotios eam admit-
tet intelligentiam dictum ſtatutom 29. vt ius com-
6 muoe minus lędat, quam fieri poſſit, & † ex pluri-
bus lædibilibus in vno lędere ius ciuile contentari
deberet. Roma. conſi. 199. ou. 6.

Derogat enim iuri ciuili d. ſtatutũ circa gradus
ſucceſſionem, qui erat vſque ad decimum, quo con
ſanguineis deferebantur hæreditates, & tutelæ, §.
fi. inſti. de ſucceſſio. cogna. vbi gloſſ. & de legi. tut. &
in tex. & gloſſ. ſed ſtatutum prædictum vltra quar-
tum gradum vocat commune. Vnde ſi gradus com
putatio eſſet facienda ſecundum ios canonicum, eſ-
ſet in alio ius ciuile lædere, cum ſecundum dinume
rationem canonici iuris gradus reſtringatur, & qui
erat in tertio gradu ſecundom ius ciuile, eſſet in ſe-
cundo ſecundũ ius canonicum, circa lineam tranſ-
uerſaliom.

Sed cum ſecundum computatiooem iuris ciui-
lis Petrus Philippus eſſet proximior in gradu di-
cto defuncto, quam ſit Nicolaus, cum Petrus Philip
pus ſit in qoarto gradu d. Bartholomęo, & Nicolaus
in vltimo, merito is tanquam propinquior in totũ
ſuccedere debet vigore dicti ſtatuti 23. quod expreſ
ſe vocat proximiorem agnatum, quæ proximiori-
tas noo cooſideratur io ſtatuto 49. vbi tantum fit
mentio de quarto gradu ſecundum ius canonicum
computando, & cum ſtatutum 23. loquatur de pro
ximioribus, & per comparatiuom, non poteſt veri-
ficari io remotiori, ſed in magis propinquo, vt eſt
Petrus Philippus ſecundum Bald. cooſilio 334. nu.
4. libro 3. quod eſt inter conſi. Anchar. 95. Deci. cõ-
ſil. 32. col. j.

7 Et eſt † conforme iuri cõmuni, quo viciniores in
gradu pręferuntur remotioribus, auth. de hæred. ab
iotcſta. ven. §. ſi vero neq; fratres, & inſtit. de ſerui.
cogna. §. fi. ex propinqoitate. n. gradus maior ꝑpin-
quitas demonſtratur, Deci. d. conſi. 52. & dicit Bal.
conſil. 193. lib. 2. quod ſucceſſiones ab inteſtato de-
feruntur iure propinquitatis, qood cum ita ſit, vt
Petrus Philippus ſit propinquior dicto Nicolao, me
rito, &c.

Quinimo dici poteſt d. Petrumphilippum eſſe
propioquiorem d. Nicolao, etiam ſecũdum compu-
tationem gradus iuxta ius canonicum faciendam,
hoc modo deducendo, videlicet, Bartholomæus iu-
nior eſt cõiunctus Petro Philippo in primo gradu,
& Petrus Philippus Bartholomęo in tertio gradu,
ſimiliter d. Bartholomęus eſt coniunctus d. Nicolao
in ſecundo gradu, & dictus Nicolaus Bartholomæo
in tertio, & licet vterque videlicet, Petrus Philip-
pus, & Nicolaus ſint coniuncti dicto Bartholomęo
in tertio gradu, tameo Bartholomęus eſt coniũctus
vni in primo, alteri in ſecundo gradu, & ita omni-
nò d. Petrus Philippus eſt proximior Bartholomęo,
quam ſit d. Nicolaus etiam de iure canonico, & hoc
dicitur etiam in textu, iuncta gl. in c. quod dilectio,
& ibi Præpoſi. de conſangui. & affinitate, vbi dicit
Prępoſi. col. 3. poſt alios per eũ allegatos ſuper glo.
8 in verbo proximiorem, † quod licet duo ſiot in pa-
ri gradu, tamen eorum alter poterit eſſe in conſan-
guinitate proximior de iure canonico, licet de iore
ciuili hoc eſſe noo poſſit, & ita videtur in terminis
decidere Bar. in conſil. 10. & in propoſito dicit Ruy.
in conſi. 32. no. j. lib. 3. in rationibus dubitãdi, quod
ſi ſucceſſio deferatur ſecundum ius commune, cõ-
9 putatio graduũ fit de iure ciuili, & a quo per † ius
canonicum non eſt receſſum, niſi, quando agitur de
matrimonio ſecundum Iacob. Butri. Bald. Salyc. &
alios in d. l. 2. C. de ſucceſſo. edict.

Non obſtat ſtatutum 40. de computatione gra-
duum ſecundum ius canooicum facienda, quia lo-
quitur, & procedit in diuerſis terminis a dicto ſta-
tuto 23. cum in hoc 23. tractetur de ſucceſſione in-
ter agnatos, vbi nullæ adſunt fœminæ: in illo vero
10 49. agitur de excluſione † fœminarum fauorabili
propter cooſeruationem agnatioois ad tradita per
Albert. Brun. io tract. ſtatu. maſcu. art. 3. & 4. prin.
cuius agnationis fauore ſtatuentes tantum tribue-
re voluerunt, vt gradus computetur ſecundum ios
canonicum, ad ampliandam excluſionem fœmina-
rum, vt declarat io puncto Deci. conſilio 444. in fi.
& 334. etenim certi iuris eſt plures perſonas cõ-
præhendi intra quartum gradum compotandum
ſecuodum ius canooicum, quam ſecuodum ius ci-
11 uile, † in quo quælibet perſona gradum facit, ſed
de iure canonico duæ perſonę requiruntur, vt tra-
dunt cano. in arbore conſanguinitatis.

Nec obſtat deciſio Ruyn. conſilio 32. libro 3. &
Gozzadi. conſilio 19. & Pariſi. conſilio 66. libro
2. Nec non Sozi. iuni. cooſilio 25. libro 3. & Curt.
iuni. conſilio 5. in contrarium citatorum cõtra De
cium in præcitatis locis. Quia loquuntur in diuer-
ſis termiois, & non præſupponunt extare diuerſa
ſtatuta, vt in caſu noſtro, ſed vnum tantum diſpo-
oens computationem graduum fieri debere ſecun-
dum ius canonicum.

Prout nec etiam obſtare dicebatur deciſio Iaſ. cõ
ſilio 69. libro 3. vbi concludit, ſi in vna parte ſtatut

ſit mentio de computatione graduum ſecundum
ius canonicum facienda, & in alia ſimpliciter fiat
meotio de gradu, quod debet intelligi de gradu ſe-
cundum ius canonicum. Quia loquitur in vno, &
12 eodem ſtatuto,& de eadem materia loquente,† vn-
de non mirũ ſi vna pars ſtatuti declarat aliam pro-
pter vicinitatem ſcripturæ,ex qua ſumitur optimũ
voluntatis argumentum,Caſtrenſ.conſi.460.num.
2 lib.1. Natta conſil.404. nume.2.l. ſi ſeruus plu-
rium.§.fin.& l.qui filiabus.in prin.de leg.1.& arg.
notatorum per Abb. conſil.37. vbi ſi teſtator facit
mentionem de filio maſculo, ſemper videtur intel-
ligere de maſculo, quicquid contra ſenſerit Anch.
conſi.119 ad finem.
13 Hic autem verſamur† in diuerſis capitulis, &
ſtatutis vno ab altero longe diſtantibus, & in diuer
ſa materia, & ideo vnum ad aliud relationem non
habet.Bald. in l. in actionibus, de is,qui not.Infam.
Bar.in l.prætor.§.ettiq; verſ. aut quæris,de vi bon.
rapt.& faciunt optime tradita per Curt.Seni.conſ.
6.col.antepe. & per Bru.in tract. quod ſtantib.ma-
ſcu.in 12 art.prin.q.21.num.283.vbi ſi in vna par
te ſtatuti diſponatur,& uocet agnatos tenentes pri
mum gradum ſecundum ius can. non erit in alijs
partibus tali facienda computatio, vbi ex hoc in-
duceretur iurium correctio euitanda l.præcipimus
in fi.C.de appellat.maxime,quando ratio diuerſita
tis dari poteſt. Bart. in l.omnes populi 3. q. princ.
verſic.circa quartum,vt hic,vbi alia eſt ratio ſtatu-
ti 23. de agnatorum ſucceſſione diſponentis alia
ſtatuti, 49 ad excluſionem fęminarum inducti,
14 † & ad euitandum contrarietatem, & correctionẽ
leges legibus ſunt concordandæ cap.cum expediat,
in princ.de elect.lib.6.l.1.C.de inoffi.dot.Tiraq. in
tet.ligna §.1.gl.10.nu.12.
15 Ad quam † contrarietatem fugiendam ne dum
legem cum lege, vel ſtatutum cum ſtatuto concor-
dari expedit,ſed lex vna. & eadem,vnumq; & idem
met ſtatutum diſtinctione inuãdum eſt taliter, ita
vt clauſula,in principio,in medio,vel in fine eiuſdẽ
legis,vel ſtatuti poſita non referatur ad omnia,quã
do ratio diuerſitatis colligi poteſt,quanto magis di
cendum eſt in clauſula ad longe remota referenda.
Afflict. in conſtit. de ſucceſſ. nobi. in feu. rub. 24.
nume 63.lib 3.

Ratio diuerſitatis eſt inter ſtatutum, & ſtatutũ,
quia in c.49.quemadmodum vult ampliare exclu-
ſionem fœminarum,ita & primũ 23. vult amplia-
re ſucceſſionẽ agnatorum,vnde ſi ſtatuentes voluiſ
ſent in primo ſtatuto 23. computationem fieri ſe-
cundum ius canonicum,vtiq; dixiſſent quemadmo
dum dixerunt in cap.39. non dixerunt ibi,ergo no
luerunt,ita Ceci.442.num.13.Iaſ.d.conſi.69.num.
2. & pro iſta parte conſuluit Card. Alban.in conſi.
40. vbi de communi opinio. teſtatur, & poſt eum
nouiſſime Zanch.conſi.169.inter conſi.vlti.volun-
ta.lib 1.vbi latiſſime.

Verum proxime dictis reſpondebatur,quod his
non obſtantibus ſtatutum 49. eſſet ſeruandum in
computatione gradus etiã in ſucceſſione tranſuer
16 ſaliũ agnatorum, † tum quod eſſet vltimũ ad Bar.
in l.oẽs populi,in 4.q.3.q.princ.ff.de iuſt. & iur. &
quod circa idem pinguius prouideat,ideo attenden
dum.Bal.in l.ſi ita ſcriptum,ff.de hæred.inſtit. tum
etiam,quia dictum ſtatutum 49.videtur venire de-
claratiue ad ſtatutum 23. in quo quod intelligatur
loqui de cõputatione graduum de iure ciuili faciẽ
da,id non eſt expreſſe dictum, immo quaſi imper-
fecte loqui videtur non dicendo de quo gradu lo-
quatur, ſed ita in dubio præſumitur ſtatuentes in-
tellexiſſe,vt dicit Iaſ.d.conſ.69.col.1. Deci.d con-
ſil.334. in fin. vnde illud dubium ſtatuentes decla-
rarunt in dicto ſtatuto 49. & hanc interpretatio-
nem declaratiuam ſtatuta admittere tradit Bar. d.
l.omnes populi.in 3.quæſt.6.quæſt.prin.& eſt com
17 mune dictum,quod lex† declaratiue procedens tra
hitur etiam ad præterita. Vaſq.quæſt. illuſtri. cap.
44.num.2. doct. in cap. fin.de conſtitu. Vel ſaltem
negari non poteſt quin dicta de computatione gra-
18 duum in dicto ſtatuto 49. procedant per† modum
regulæ,ita quod in eo diſpoſita cenſeantur repetita
ad alia ſtatuta ſiue præcedant, ſiue ſequantur ſecun
dum Bart.in l.prætor.§ ettque.ff.de ui bon.rap.ſe-
19 quitur Ruyn.conſi.47.nume.2. lib. 3.† Nec enim
leges ciuiles dedignantur ſacros canones ſequi.can.
1.diſtin.10.

Nec obſtat quod dicebatur de duplicitate vin-
culi,& ciuilis,& canonici cõcurrente in perſona Pe
tri Philippi patrui magni,qui & ſi ſit in pari gradu
cum Nicolao, ſecundum cõputationem iuris cano
nici,eſt tamen propinquior de iure ciuili. Quia cũ
per dictum ſtatutum 49. ſit receſſum a computa-
tione de iure ciuili facienda,iſtud uinculum reputa
tur impertinens,& non eſt attẽdendum,vt in pun-
to firmat Ruy.conſi.32.nume.6. & conſi.29.nu.3.
& 4.lib. 3. quibus accedit, quod ex communi ſen-
20 tentia tradit Alciat.conſil.37.lib.2.tomo 1. † vbi
duplicitas uinculi non attenditur, quando ſtatutũ
conſiderauit coniunctionem paternam ſolum non
autem maternam. Et in hanc partem DD.inclina-
runt cenſentes Nicolaum pro dimidia vna cum D.
Philippo admittendum ad ſucceſſionem Bartholo-
mæi, tũ quod doctores contrariũ ſentientes & non
ſunt numero,neque autoritate ſuperiores iſtis,qui
pro hac parte reſiderunt, videlicet, Gozad. Ruyn.
Iaſ.Pariſ. & collegium Patauinũ, vt refert Zanchi.
in d.conſi.tum quod Deci. & alij in contrarium ci-
tati loquuntur in caſu particularis ſtatuti in odiũ
fęminarum, & ad earum excluſionem editi, vt in
eorum Conſilijs colligitur, quod deſideratur in ter-
minis ſtatuti 49. prout generalitas Rubricæ oſten-
dit de ſucceſſione ab inteſtato, & nigrum quoque
indicare videtur vbi nullibi fit mẽtio graduum ad
excluſionem fęminarum, ſed de incluſione, & vo-
catione maſculorum,& nõ ſolum per dictum ſtatu
tum regulatur maſculorum ſucceſſio inter ſe, ſed
etiã fęminarum inter ſe ipſas,& illa cõputatio gra
duum ſecundum ius canonicum computãdum ne
dum mandat ſtatutũ fieri in ſucceſſione maſculo-
rũ, ſed etiam indifferenter in ſucceſſione inter eaſ-
demmet fęminas ab inteſtatu facienda, vnde non
poteſt dici inducta dicta computatio in odium,

&

& ad excluſionem fœminarum, ſed generaliter in ſucceſſione quorumcūq; vt patet ex lectura ſtatuti.

SVMMARIVM.

1 *Adiecto regulariter recte ſoluitur.*
2 *Etiam inuito ſtipulatore.*
3 *Adiecto lite conteſtata non ſoluitur.*
4 *Litis conteſtatio tacitam probibitionem inducit.*
5 *Societas morte ſocij ſoluitur.*
6 *Socius finita ſocietate ſolidum non exigit.*
7 *Socius durante ſocietate ſolidum exigere poteſt.*
8 *Socius vigente ſocietate dicitur habere mandatum a ſocio ad integre exigendum.*
9 *Mandatum morte mandantis ſocij finiri.*
Fallit quo ad inchoata negocia.

ARGVMENTVM.

Adiecto ſolutioni, quando dicatur recte ſolui, &
An ſocius ſocietate durante ſolidum exigere poſſit.

DECISIO CVI.

ANTONIVS Piazettus recognouit per Apocam ſe debitorē in certa denariorū ſummā Leonardi Tazzæ, & Petrifranciſci Petrolini ſociorum Florentiæ, quam ſummam ſoluere promiſit dd. creditoribus, vel ei, qui præſentaret d. cedulā recognitionis debiti, quorum denariorum partem ſoluit N. Nicolao de Aſiſio d. cedulę pręſentatori, & quandam ratam ſoluit etiam Fiſchioni ſimiliter dictæ cedulæ præſentatori, & cognato d. Petrifranciſci Petrolini ſucceſſiue d. Leonardis poſuit reclamū contra d. Antonium, & ei fecit ſequeſtrari quaſdam merces pœnes Laurentium Mazia exiſteotes, qui Laurentius ad preces d. Antonij fideiuſſit pro eodē de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, & ſic ordinaria medela ſequeſtrum fuit reuocatum.

Et proſecuta lite per dictum Leonardum, tādem d. Antonius, & Laurentius fideiuſſor ſuccubuerūt, & fuerunt condemnati ad petita, non obſtante allegata ſolutione pręſentatoribus cedulę facta iuxta ſuam obligationem, & eo reclamāte obtinuit illius ſententiæ reuocationem.

Nos autem harum ſententiarum varietatem tēperantes, diximus ius ſtare pro actore, & ita eum obtinere debere pro ea rata tantum, qua participaret in ſocietate illa cuius erat debitor Antonius. Non obſtante integra totius ſummæ ſolutione, quā Antonius allegabat ſe feciſſe poſt litem cœptam præſentatori d. cedolæ, & ſic adiecto ſolutioni, cui
1 † adiecto, & ſi regulariter recte ſoluatur. l. ſi ita ſtipulatus ſin mihi, & l. vero procuratori. ff. de ſolut.
2 l. ſed & mihi. ff. de conſtit. pecu. † etiam inuito ſtipulatore. l. aliud. ff. de ſolu. & not. Iaſ. in l. cum. §. qui ſibi nu. 12. de verb. oblig.

3 Tamē † conteſtata, vt hic adiecto, ſolui nō poteſt, ad not. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decem in melle, & ibi Bar. & Caſtrenſ. per illum tex. de verb. oblig. & in puncto Benue. Stracha, in tract. de adiecto par. 3. nu. 122. ita hac vna ratione d. ſolutio non eſſet attendenda etiam ſi alio referri non poſſet, quam ad iſtam cauſam, prout alio referri poſſe indicabat diuerſitas ſummæ. Et hic eſt ſingularis caſus in quo
4 † tacita probibitio ex conteſtatione litis oriens potentior ſit expreſſa, vt ibi per Stracham, qui ſic reſpondet ad d. l. aliud. Cuius diſpoſitio non procedit vbi lite conteſtata ſoluitur adiecto, vt ibi gl. not. vel quando quis in gratiam creditoris adijcitur ſolutioni. l. ſi cum Cornelius, de ſolutio. quo caſu, quis in rem ſuā adiectus dici nequit. Aret. in l. liber homo. §. fi. de verb. ob. Ruy. conſi. 209. nu. 9. lib. j.

5 Nec etiā ratione ſuadebat, vt † ſocietate per mortem ſocij ſoluta, (niſi aliter ſit conuentum, de quo non apparebat. l. verū. §. ſoluitur, & l. adeo, pro ſoci. Pet. de Vbald. in tract. de duob. ſtatri. par. 11. nu. 33. Alex. conſ. 39. nu. 4 lib. 2. Grat. conſi. 15. nu. 7. lib. j.) poſſit is creditum ſocietatis commune cum hæredibus ſocij defuncti plus ſua rata exigere, præſertim ſtante ſatisfactione præſentantibus apocam facta. l. nemo. ff. pro ſoci. & Bald. in l. j. verſic. 13. quæro. C. eod. Pet. de Vbal. d. par. 11. q. 20. nu. 31. Alex. in l. ſi ſo
6 cius, ſi cert. peta. ſocius namque † ſocietate finita ſolidum petere non poteſt, vt in dd. locis & not. Bart. in l. eandem, in prin. nu. 8. in fi. ff. de duob. reis. Rauen. ſing. 686. vbi de communi opi. teſtatur.

7 Quicquid durante † ſocietate ſolidum exigere poſſe aſſerat Alex. conſi. 162. nu. 2. lib. 5. & eſt ratio
8 diuerſitatis, quia ſiue vigente † ſocietate ſocius non dicatur habere mandatum a conſocio ad integre exigendum. l. nemo, in prin. ff. pro ſocio. Fulgo. Caſtrēſ. Alex. & alij in l. ſi vnus, in prin. ff. de pact. Ruy. cōſi. 65. nu. 6. lib. 5.

Siue (quod verius eſſe videtur) dicatur habere
9 mandatum, id tamen non † habet locum ſocietate finita per mortem, quia morte mandantis finitur ēt mandatum de ſoluendo. l. fi. & ibi not. Alex. ff. de ſolut. licet mandatum ad negocia re non integra non finiatur morte. Ruy. conſilio 115. num. 6. 11. libro j. & Ronchagali. d. l. eandem, in princ. num. 198. de duobus reis, & ibi late, an inſolidum ſocius conueniatur, vel conueniat. Et quamuis lite cōteſtata per alterum conſocium ſolidum ille conſequi debeat ad Bar. l. ex duobus, de duobus reis. perinde, ac & ſi ſolus ipſe a principio ſtipulatus eſſet. Angel. in d. l. ſi vnus col. j. num. 4. non debuit tamen hoc eſſe impedimento, quo minus ſocius parte ſua contentus ſit, vt per Angel. ibi. &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulier tranſiens ad ſecunda vota, debet ſeruare portionem filiis primi matrimonij.*
2 *Statuto poteſt diſponi contra deciſa in l. hac ædictali, C. de ſecun. nupt.*

3 *Statuto poteſt caueri bono mulieris, ſecundo loco nubentis nec quidem vſque ad legitimam filijs primi matrimonij ſeruanda.*
4 *Et etiam tacite id facere poteſt.*
5 *Vxor efficitur de foro viri tam nubendo, quam moriendo.*
6 *Statutum, quod attendatur, an loci viri, vel vxoris in ſucceſſione dotis.*
7 *Dotis lucrum qualiter diuidatur, & ſecundum quæ ſtatuta in id attendantur.*
8 *Statutum an ſe extendas ad perſonas, & bona extra territorium.*
9 *Cenſus perpetui loco immobilium ſunt.*
10 *Statuti verba directa in perſonam non comprehendunt forenſes, licet forte ſecus ſit ſi in rem dirigantur.*
11 *Filij primi matrimonij, an matri ſuccedant æqualiter cũ filijs ſecundi.*
Mulier per tranſitum ad ſecundas nuptias in quibus dicatur mutare domicilium.
In dotis lucro. quę ſtatuta attendenda ſint.
12 *Creditum ſimplex, & nomina debitorum loco non circũſcribuntur, & ſequuntur Dominum.*
Nomina debitorum loco non circumſcribi.

ARGVMENTVM.

In lucro dotis, & in ſucceſſionibus quæ ſtatuta attendantur, &
De muliere tranſeunte ad ſecunda vota in quibus dicatur mutare domicilium.
Et an ſtatutum ſe extendat ad bona, & perſonas extra territorium.

DECISIO CVII.

DOMINA Hippolita de Pichis de Burgo Sancti Sepulchri ad tertias nuptias conuolauit, nupſit enim primo Do. Pompeo de d. loco, ex quo ſuſcepit Virgilium, & Cintium. Secundo vero D. Milano de Anglario, ex quo habuit Raphaellem. Tertia autem vice ſe matrimonialiter coniunxit Lucæ de Aretio, ex quo ſimiliter habuit, & procreauit, Ioã. Franciſcum filium, & demum deceſſit ſuperſtitibus viro, & dictis filijs ex dd. omnibus matrimonijs.

Quærebatur de ſucceſſione illius, & quonã modo dd. ſuis filijs, & pro qua parte deferretur delata, & dubium faciebat varietas ſtatutorum dd. locorum; prętendebat enim Virgilius, & Cintius ex primo matrimonio procreati ſibi deberi duas ex quatuor partibus d. hæreditatis, vigore iuris communis volentis filios conuolantis ad plures nuptias pro virili
1 eis ſuccedere debere, † eſt enim portio ſeruanda filijs
primi matrimonij, & ea per tranſitum ad ſecunda
vota non ſunt priuandi iuxta diſpoſitionem l. hac
edictali, C. de ſecund. nupt.

Quibus explicabatur pro parte Ioan. Franciſci ex vltimo matrimonio nati, illis vltra legitimam nil vltra deberi, ſic dictante ſtatuto Aretino, quo cauetur non ſtantibus filijs ex communi matrimonio maritum lucrari dimidiam dotis, & aliam dimidiam reſtituendam filijs primi matrimonij, vel hæredibus vxoris.

Extantibus vero filijs ex communi matrimonio, filij ſecundi matrimonij lucrantur totam dotem, reſeruata tantum legitima filijs prioris matrimo-
2 nij, de cuius † ſtatuti validitate non eſt dubitandum,
cum nedum contra diſpoſitionem l. hac edictali, va-
leat de dote matris diſponere in præiudicium filio-
rum prioris matrimonij circa diminutionem por-
3 tionis, † ſed etiam in totum tollere, & illis præiudi-
care vſque ad legitimam incluſiuè, vt in d. l. hac edi
ctali, col. 2. tradit Bal. & in l. j. in 3. q. C. de inoffi. dot.
& in conſ. 168. & 270. ego Baldus inter cõſ. Caſtrẽ.
lib. 2. & in puncto, ita conſuluit Deci. conſi. 19.

Quod nedum procedit in expreſſa derogatione
4 ſtatuti ad d. l. hac edictali, † ſed etiam in tacita, vt in
puncto late tradit Pariſ. conſi. 91. lib. 3. vbi reſpon-
det contrarijs ſingulatiter, pro vt etiam facit Deci.
d. conſ. 10. Vnde ſtãte morte d. D. Hyppolitæ vltimo
loco viro Aretino nuptæ, & in ciuitate Aretij de-
5 functę de cuius † foro fuit effecta tam nubendo, q̃
moriendo in domicilio viri. Alb. Bru. in tract. ſtant.
maſcul. 8. art. q. 25. nu. 126. ad tradita per Doct. in l.
cum quædam puella, de iuriſd. omni. iud. & in l. exi-
gere dotem, ff. de iudic. Rolan. de lucro dot. quæſtio.
6 14. † diſtributio, & diuiſio d. dotis inter dd. filios ex
varijs matrimonijs exiſtentes regulabitur iuxta di-
ſpoſitionem ſtatuti Aretini, tanquam ſtatuti domi
cilij viri ſiue illud ſcierit mulier ſiue ignorauit, vt
per Dec. d. conſi. 19. vbi de communi opin reproba
ta opinione Bal. qui limitabat communem opinio-
nem procedere, niſi error interuenerit, vt eſſet, quã-
do mulier ignoraſſet ſtatutum loci viri, vt hic, vbi
mulier de Burgo nupſerat viro Aretino.
7 In contrarium † dicebatur, quod ſi de lucro viri
ad ſucceſſionem fiat argumentum, res videretur cla
ra, quod lucrum mariti non poſſit induci, & indu-
ctum a ſtatuto non valeat in præiudicium filiorum
alterius matrimonij ad Roland. de lucr. dot. q6. 36.
num. j. & 16. vbi inter alia id probat auctoritate
Caſtrenſ. conſilio 263. vel 399. libro 2. & affert ra-
tionem ſecundum diſputationem factam Floren-
tię, vt ipſe dicit, quia ſicut non poteſt filijs primi ma
trimonij per pactum prȩiudicare, ita nec per ſta-
tutum, affirmans in his terminis ita communiter
teneri.

Et pro hac parte videbantur in terminis deciſa per Franciſc. Albergot. de Aretio, Ioan. de Ligna. & Ricard. de Salyce. loquentium de filijs primi, & ſecundi matrimonij, vt per ipſos in eorum conſilijs inter Conſil. Caſtrenſ. 261. 263. & 265. libro primo.

Quæ deciſio dd. Illuſtriſſ. Doctorum cum ſit facta in filijs diuerſorum matrimoniorum eiuſdẽ tamẽ iuriſdictionis, quib. ſtatuentes præiudicare po-

tuerint, quãto magis procedere debet in his termi-
nis filiorum primi matrimonij non ſubiectorũ ſta-
tuentibus. Rolan. late. d. quæſt. 36. a uum. 2. vſque,
num. 15. licet Bald. iu conſil. 164. inter conſi. Ca-
ſtren. lib. 1. contradicat Albergotto, Ioanni, & Ric
cardo, & alibi ſæpius, vt tradit Aymo. conſi. 40. nu.
13. Decia. conſi. 35. num. 37. lib. 1. & nouiſſime Phã
nucci. de lucro dot. gloſſ. 5. uum. 40. verſ. quinto, &
vltimo loco.

Et vltra, quod ratione perſonarum ſtatuto non
ſubiectarum, ſtatutum non procederet, additur ẽt,
quod neque reſpectu bonorum tanquam in alieno
8 territorio ſitorum † ad quæ ſtatutum non ſe exten-
dit ſecundum Bart. communiter approbatum iu l.
cunctos populos 6. quæſt. princ. C. de ſumma Triu.
vbi dicit ſtante ſtatuto, quod ſtantibus maſculis fę
minæ non ſuccedant, non porrigitur ad bona alibi
ſita extra territorium ſtatuentium, ſequitur, & di-
cit commonem opi. Rolan. de lucro dot. quæſt. 20.
num. 14. idem dicit, & teſtatur Alex. conſ. 16. lib. 1.
Soz. conſi. 74. colum. 5. lib. 1. verſic. ſed ad hoc. Dec.
conſi. 326. colum. pen. & 314. in fin. Corne. conſilio
85 lib. 3. Iaſ. 163. colum. 2. lib. 2. Curt. iun. conſilio
108 col. 9. lib. 2. Pariſ. conſil. 84. col. 8. lib. 1. & 68.
lib. 3. & 12. lib. 3.

Et maxime quoad bona immobilia, vel quæ lo-
co immobilium habeutur, vt ſunt cenſus perpetui,
iu quibus caſibus Rota Florentina ſupradictam
opinionem ſecuta eſt, & in ſpecie iu cauſa Dominæ
Conſtantiæ Burgenſis die 9. Februarij 1575. quia
ſtatutum non poteſt afficere bona alibi ſita, allegan
do vltra prædicta Hippol. in l. fi. de iuriſ. omni. iud.
Bald. conſi. 245. lib. 1. & 132. lib. 3. Caſtrenſ. 3 lib.
2. Ana. conſi. 4. Afflict. deci. 159. Calderi. conſi. 17.
de conſuetud. Ruy. conſi. 138. lib. 1. & 48. lib. 3.

9 Quod autem † cenſus perpetui loco immobiliũ
habeãtur, & de eis ſicut de immobilibus iudicetur,
ex pluribus probat Rota Florenti. d. deciſione, &
inter cætera allegat Clementi. exiui. §. cumque. de
verbo. ſign. Ruyn. conſil. 82. lib. 2. Tiraquel. de ret.
conſ. §. 1. glo. 6. num. 5. & gloſſ. 7. Brun. d. art. 8. nu-
me. 138. Rebuff. de conſti. cenſ. art. 1. glo. 9. Couar-
ru. varia. reſolut. lib. 3. cap. 7. num. 2. verſicu. 2. bos
cenſus.

Cæterum, quo ad bona ſita in territorio Areti-
no, quod videbatur non habere difficultatem tan-
quam ſita in territorio ſtatuentium, tamen adhuc
dubium reddebatur, attentis verbis ſtatuti, quę in-
habilitant perſonam primi matrimonij, vt recepta
10 legitima plus petere non poſſint, & † non compræ-
hendunt forenſes verba directa in perſonam, licet
forte ſecus eſſet ſi eſſent directa in rem, ſecundum
Barto. Bal. & Iaſ. in d. l. cunctos populos. Aret. conſ.
54. Alex. conſi. 44. num. 3. lib. 5. Ruyn. conſil. 120.
num. 18. lib. 1. Marſ. d. l. fi. nu. 92. de iuriſd. omu. iu-
dic. Roland. d. quæſt. 36. nume. 7. & ſeq. & nume. 11.
vbi ſtante ſtatuto, quod vir lucretur dotem iu præ-
iudicium filiorum primi matrimonij, non extendi-
tur ad filios primi matrimonij, qui ſint alienæ iuriſ
dictionis, &c.

Præterquam, quod ceſſet ratio in alienigenis,
qua ſtatuentęs moti fuerunt ad ita decernendum,
quæ fuit, vt viduæ faciliùs virum reperire poſſint,
vt cõſiderauit Caſtrenſ. in compilatione ſtatutorũ
Florent. in l. 1. C. de inoffi. dot. & idem ſentit Dec.
d. conſi. 19. colum. 2. & Pariſ. d. conſi. 91. colum. 3.
Roland. de lucro dot. quæſt. 24. quæ ratio ceſſat in
alienigenis de quibus ſtatutum non curat. Et pro
iſta opinio, facit deciſio Alber. Bruu. in d. tractat.
quod ſtantibus maſcu. art. 6. prin. num. 318. vbi de
11 terminat, quod † filij primi matrimonij ſuccedant
ęqualiter matri cum filijs ſecundi matrimonij di-
uerſæ iuriſdictionis, non obſtante ſtatuto loci iu-
riſdictionis filiorum ſecundi matrimonij, & quod
ſtatutum loci ſecundi matrimonij non liget mulie
rem extraneam per actum tranſeundi ad ſecunda
vota, mulier enim per tranſitum ad ſecundas nu-
ptias motat domicilium originis, & per conſequẽs
domicilium, quo ad ea ſulum, propter quæ ſubtra-
heretur ab officio viri, & ab obſequijs mariti, non
autem reſpectu ſucceſſionum. l. aſſumptio. §. filius,
ad municip. Bar. in l. fin. §. item, eod. titu. Ruy. conſ.
49. colum. pen. lib. 3. Alex. l. pen. num. 4. de iuriſdi.
omni. iudi. Campeg. de dote, vlt. par. inſerta inter
tract. ſuper ſtatu. fœmi. excluſ. quæſt. 51. Deci. conſ.
226. vel 276. col. 3.

Nec obſtat, quod in lucro dotis marito delato
per ſtatutum attendatur ſtatutum loci viri, quia ſu
mus in diuerſo caſu, videlicet, non in lucro dotis,
ſed iu ſucceſſione hæreditatis matris, uam lucrum
marito delatum uon dicitur eſſe hæreditatis vxo-
tis mortuæ. Rolan. vbi ſupra, quæſt. 90. vltra, quod
deciſio d. l. exigere, & ibi not. per Bart. & alios, eſt
exorbitans, & ideo nou extendenda extra caſum lu-
cri dotis marito delati.

Prout nec etiam obſtat l. cum quædam puella,
quia ſupra reſponſum eſt procedere in obſequiali-
bus, ſecus in ſucceſſione.

Et licet Rota Florentina tenuerit alias, quod ſta-
tutum extendatur ad foreoſes reſpectu bouorum
ſitorum in territorio ſtatuentium, tamen id ſecuta
fuit in diuerſis terminis, vt eſt videre in motiuis: di
uerſitas autem tripliciter eligitur, primo quod ibi
forenſes ſubibant onera in loco ſtatuentium, quod
hic deſideratur, ſecundo ex ratione fauoris vidua-
rum, quę non compræhendit viduas forenſes, quia
nihil ad eos de illis prouidere; tertio hic ſunt bona
immobilia, ibi bona mobilia, paraphernalia, & ſim
plicia credita, quæ ſequũtur perſonã domini, nec
loco circunſcribuntur, & in eis diſpoſitio ſtatuto-
rum decedentis ſeruanda, per inde ac ſi in ſua eſſẽt
ciuitate, licet alibi reperiantur. Rota Alexan. conſi-
lio 16. num. 3. & 4. lib. 2. & Soz. conſi. 35. nu. 5. lib.
1. Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. C. de ſumma Trini.
& conſi. 31. lib. 1. Tiraq. in tract. de primogen. quæ-
ſtio. 46. 48. & 49.

Idemque de nominibus debitorum eaque loco
non circunſcribi, ſed perſonę cohærere creditrici. l.
Gaius. de leg. 2. Alex. iu dd. conſ. Bald. & alij in l. 2.
C. quæ res pigno. ob. poſſ. Aret. conſ. 45. Bero. quę-
ſtio. 109. num. 4. & ſic cum d. bona mobilia ſeque-
rentur perſonam Dom. Hippolitæ, & ipſa eſſet Bur
gen-

Digitized by Google

genſis merita, quo ad ea mobilia etiã ſtatuta Borgi ſequenda eſſe videbantur, non obſtante tranſitu ad domicilium viri Aretini, cuius domicilij ſtatuta ſeruanda forent in obſequialibus, ſecus in ſoccedendo, vt dictum eſt.

Et pro iſta parte ad fauorem filiorum primi matrimonij allegabatur in poncto Soz. ion. conſi. 27. colom. pen. & fi. lib. 1. & contra Deciu contrarium citatum valide conſuluit Cur. conſi. 78. Do. Franceſchina, vbi de communi opi. teſtatur, quod ſtatuto non derogante expreſſe diſpoſitioni l. hac ædictali, filij primi matrimonij admittuntur ad hęreditatem in iſtis terminis, & Curti. iuni. conſil. 93. numero 9. & contra Deci. conſuluit Ruyn. conſilio 63. libro 3. &c.

SVMMARIVM.

1 *Conformitas duarum ſententiarum impedit deuolutionem iuriſdictionis.*
2 *In reſcindendæ remedio ex capite læſionis vltra dimidiã iuſti pretij alternatiue concluditur.*

ARGVMENTVM.

Quod Florentiæ nunquam, vel raro in remedio l. 2. C. de reſcin. vend. obtineatur, & qualiter concludatur in eo.

DECISIO CVIII.

NOCTVINVM vnum (quod aiunt) repertum credi debere exiſtimamus, ſi quando in hoc auditorio remedium l. 2. C. de reſcind. ven. (quod ſæpe ſæpius intentatur) locũ habeat, & ideo non parum admirati ſumus, quod in cauſa reſcindẽdę mota per illos de Bartolozzis cõtra Bongianos obtinuerint, cum ex tot totieſque propoſitis ſimilibus remedijs vix vnum ſortiri felicem exitum proſperimus. Quod cum id inter rariſſimos caſus euenerit præuia ſententiarum conformitate eorum, qui ante nos iudicarunt, a nobis ratum non haberi
1 non valuit, † quippe cum ſtante conformitate ſententiarum nulla ad nos fuit deuoluta iuriſdictio circa reſciſſionem contractus ſic dictante ſtatuto Florentino ſuper quo conſuluit Deci. conſi. 385. Ruy. cõſ. 114. lib.., Soz. iun. conſ. 18. lib. 1. Sed ſolũ iuriſdictio in nos præſeruata fuerit in deciſione valoris & precij bonorum, & arborum ſuper bonis exiſtẽtium, ſuper quo viſis, & ponderatis teſtibus hinc inde examinatis, quorum numerus actoris cateruatim ſuperabat teſtes rei, taxauimus, & reduximus illorum valorem ad ſcut. 105. ſic exiſtimantes fore condignum precium dd. bonorum, & arborum inciſarum, quarum aliquæ iam ante venditionem fuerant venditæ illis de Capponibus, vt dicit Dominicus Nonus teſtis in ordine pro Barto-
2 lozzis inductus, ideo † alternatiue cõdemnauimus reos conuentos; ſaluo tamen iure eligendi ad reſtitutionem bonorum facta compenſatione precij ſoluti, vel ad ſupplendum iuſtum precium, iuxta doctrinam Bart. in l. 2. C. de reſcind. vendit. & alias ſecundum diſtributionem, de qua in noſtra ſententia cum condemnatione expenſarum victori per victum reficiendarum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Alienationis prohibitio ſimplex non inducit fideicommiſſum.*
2 *Alienationis prohibitio extra familiam inducit abſolutum fideicommiſſum.*
3 *Ratio maior dicto ampliat diſpoſitionem.*
4 *Actori non ſufficit docere de non iure rei, niſi de ſuo iure doceat.*
5 *Adiudicatio facta in maiori quantitate debiti non valet.*
6 *Adiudicatio in re maioris valoris, quam ſit debitum, valet pro concurrenti quantitate.*
7 *Adiudicatio annullatur ſi erretur in debito, non autem in re plurimi valoris, nu. 9.*
8 *Adiudicatio, quomodo fiat.*

ARGVMENTVM.

De adiudicatione bonorum, & an, & quando dicatur nulla ſi fiat in re maioris valoris, quam ſit debitum.

DECISIO CIX.

IN cauſa illorum de Barbigis hæredibus fideicommiſſarijs q. Bernardi de Barbigis teſtatoris contra illos de Landis, & de Saltinis mota, & ſuper bonis per d. reos conuentos emptis, & quæ fuiſſe in bonis fideicommittentis non dubitabatur, non fuit multum elaborandum, an in hoc caſu diceretur inductum abſolutum fideicommiſſum, vel tantum in caſu alienationis, pro ut etiam negocium non faciebat, an iſti actores, qui erant nepotes ex filijs inſtitutis dicerentur vocati, nam ſtante tenore teſtamenti videbantur omnia deciſa ad fauorem eorum, inſtituerat enim teſtator filios maſculos eos inuicem vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum ſubſtituendo prohibendo illis, & cuilibet ipſorum in perpetuum ſuorum bonorum alienationem, & hoc ideo fecit, quia voluit dicta bona in liberos, & poſteros naſcituros, legitimos, & naturales per lineam maſculinam in perpetuum peruenire. Hæc ſunt verba teſtamenti.

Nam

1 Nam † ſi fuiſſet ſimplex ſeu nuda alienationis
prohibitio, tunc forte nõ diceretur inductum fidei
commiſſum niſi in caſu alienationis ſecutæ, l. peto.
§. fratre, cum ſimilibus de leg. 2. licet de hoc ſint
opiniones inuicem pugnantes, vt late refert Ca-
chera, deciſ. Pedemont. 9. nume. ſ.

Verum quia non ſimpliciter prohibuit, ſed adie
cta cauſa, & ratione quia vult in perpetuũ bona re-
manere in maſculos, & in linea, vltra quod dixerat
2 nolle alienari extra familiam † quo caſu quoque cẽ
ſetur inductum abſolutum fideicommiſſum, ſecun
dum diſtinctionem quam ponit Sozin. in l. qui Ro
mæ. §. cohæredes colum. 7. verſ. præterea prohibitio
poſt Bar. Caſtrenſ. Cuma. Aret. & alios quos refert,
& ſequitur deciſ. Pedem. in præcitato loco, & pro
concord. Iacob. Mandell. conſil. 54. numero 1. me-
rito, &c.

Nec etiam d. nepotes, & hęredes nominatim in
ſtitutorum in prohibitione ſimplici de non alienã-
do compræhenderentur, cum prohibitio tanquam
odioſa nominatim hæredibus facta reſtringatur, &
non tranſeat hæredem heredis, & ſic non nomina-
3 tos: tamen † ex quo adeſt ratio ampliatiua dicti,
quia vult bona in perpetuum remanere in agnatio
ne, & linea maſculina deſcendentium liberorum
maſculorum, ſequitur quod ſi non nominatim
ſaltem expreſſa voluntate velit eos quoque voca-
tos ſub illa prohibitione alienationis filijs facta,
Alex. conſil. 56. in princ. lib. 1. & pro concordant. d.
deciſ. Pede. nume. 1. & ſeq. ſecuta igitur alienatio-
ne contra mentem teſtatoris, ſequitur quod iſti ſic
vocati expreſſe in caſu alienationis quod ad dicta
bona agere potuerunt. l. peto. §. item, de legat. 2. De-
ci. conſil. 178.

Sola difficultas in eo conſiſtebat, quod bona ad
quæ agebatur, exierant de fideicõmiſſo iure permit
tente, nã fuerunt adiudicata pro cõcurrente quãti
tate dotis D. Gẽmæ vxoris alterius ex filijs inſtitu-
tis, auth. reſque. C. communia de lega. quorum bo-
norum pars fuit alienata a D. Gemma, pars vero a
Bernardo eius filio reis cõuentis, vnde quo ad alie
nationem factam a D. Gemma actores acquieſce-
bant, cum ſibi obſtare viderent exceptionem præ-
ſcriptionis annalis a ſtatuto inductæ, neque ſe tueri
potuerunt ſub prætextu ignorantiæ, quia de ſcien-
tia apparuit. Quantum vero ad alienationem fa-
ctam per d. Bernardum eius filium in ea parte ſub-
ſiſtebant actores tanquam incerti, an is matre vi-
uente, vel mortua alienarit.

Iſta hęſitatio nobis viſa fuit impertinens, nam
4 † non ſufficit actori excipere de nõ iure agentis, ni
ſi ipſe de ſuo iure doceat, cum non ſequatur reus
ius non habere, ergo actor ius habet Ant. de Butri.
in cap. ex literis, nume. 13. de reſcript. Rebuff. de
cauſa benefici. art. 9. gloſſ. 1.

Et ideo facti ſpecie melius inſpecta punctus
cauſæ eo redigebatur, an d. adiudicatio ſeu datio
inſolutum fuerit valide facta ſtante, quod pro
quantitate dotis ſcut. mille fuerunt adiudicata bo-
na valoris æſtimati ſcutorum 1300.
5 Et videbatur dicendum non valere † quia facta
in maiori quantitate quam debebatur, & ſic ex cau
ſa partim falſa, partim vera, venit reſcindenda, etiã
ſi in obolo eſſet exceſſum. l. ſi non ſortem. § centũ,
de cõdict. indebit. cum infinitis quos allegat Tira-
quel. de retract. conſan. §. 23. nom. 23. Roma. conſi.
454. nume. 12. & pro concordanti, addentes ibi in
litera T. & per Rebuff. in concor. in rub. de conclus.
Latera. conc. in verbo decretis, verſ. 3. extende &
de communi Burſa. conſil. 73. numero 27. Neuiza.
conſil. 77. nume. 4.

Quibus nõ obſtantib. contrarium verius eſſe cre
didimus in caſu iſto, vbi non fuit petita maior quã
titas quam deberetur, nec fuit facta adiudicatio pro
maiori ſumma, ſed tantũ pro concurrenti quanti-
tate, & ſic ex cauſa vera, & pro debito petito, & li-
6 cet † ſit data res maioris valoris, datio non annul-
latur, ſed tenet inquantum ſe extendit creditum re
liquo remanente ſaluo debitori reſtituendo. l. 2. C.
7 ſi in cau. iud. † quod enim hic in iſta materia atten-
ditur ad cauſandam dationem inſolutum nullã, &
nullam facerę adiudicationem, eſt error in debito
principali. Capic. deciſ. 51. numero 2. non autem in
æſtimatione rei adiudicatæ quę ſi plus valeat, & tra
datur, dummodo non ſit erratum in debito, & in
cauſa, nõ annullat dationem in ea quantitate vere
debita, & pro certa ac pro vera habita, & ita decla-
rant Doct. hanc materiam, vt tradit Deci. in l. eum
amplius de reg. iur. & concordantes allegant ad-
dentes ad Roma. d. conſil. 454. Ruyn. conſil. 136.
nume. 5. lib. 1. Bart. in puncto, in l. quamuis de ſolu.
ſecundum intellectum Ruyn. d. conſil. 136. Burſat.
d. conſil. 74. num. 17. Afflict. deciſ. 218. Aſini, in ſua
8 practi. §. 7. cap. 5. in 5. limit. num. 14. † de qua adiu-
dicatione, & quomodo danda inſolutum videndus
eſt Rebuff. de lit. obliga. gloſſ. 1. art. 12. numero 9.
& ſeq. & dicit Bal. in cap. quoniam frequenter, §.
§. ſin autem, num. 2. vt lit. non cont. quod ſi ſit debi
tum verum, & facta ſit in re maioris valoris, valet
vſque in concurrenti quantitate, & videtur caſus
in l. fin. §. 1. C. de bon. aut. iud. poſſ. & tenet Caſtrẽſ.
in d. § ſi centum, nume. 3. & in l. a diuo pio. §. ſi pi
gnora, nume. 2. poſt Bar. ibi de re iudic.

SVMMARIVM.

1 *Dolus proprius ſibi patrocinari non debet.*
2 *Venditor per actionem ex empto tenetur de euictione, ad valorem verum rei euictæ tempore euictionis.*
Secus ſi agatur ex ſtipulatu.
Actio ex empto, & actio ex ſtipulatu, quomodo differãt.
3 *Fideiuſſori competũt exceptiones principali cõpetentes.*
4 *Etiam inuito principali.*
5 *Fideiuſſoret ius quaſitum ex perſona principalis ſine facto ſuo auferri non debet.*
6 *Fideiuſſor, vt principalis accedens dicitur reus debendi & cum ſuo principali ſunt effecti duo rei debendi reſpectu eius ad quem ſpectat negocium.*
7 *Euictione ſecuta ex capite nullitatis non debetur, niſi precium, & non excedet duplũ ſi vlterius teneretur.*
8 *Remedium l. 2. C. de reſcinden. vendit. non datur contra non poſſidentem.*

9 *Remedium*

9 *Remedium l. 2. C. de reſcinden. vendi. non datur reſoluto contractu.*

10 *Exceptiones competentes principali competunt fideiuſſori.*

An idem ſit in actionibus ſine ceſſione.

Actio competens principali, an ipſo iure ſine ceſſione competat fideiuſſori.

11 *Fideiuſſori nullum ius quæritur prius, & aliter quam ſuo principali competat.*

ARGVMENTVM.

Quod venditor teneatur de euictione ad verum rei valorem tempore ſecutæ euictionis, & quæ exceptiones, & remedia competentes, & competentia principalibus competant etiam fideiuſſoribus.

DECISIO CX.

DOM. Angeletta de Vzzano, conſentiente, ac de euictione fideiubente Lucantonio eius viro; vendiderat agrum Carolo de Cremona pro ſcu. 400. mortuo emptore, & Lucantonio marito, eadem venditrix mouit iudicium contra Aloyſium de Brunacijs hæredem d. Caroli, & narrato, quod vi, & metu viri, ad vendendum inducta fuerit, fuit declaratum dictum inſtrumentũ nullum, & quatenus validum, reſcindendum fore, & heres condemnatus ad dimittendum bona empta recepto precio ſcuto. 400. iam ſoluto, Qui quidẽ Aloyſius ſtante euictione prædicta egit aduerſus hæredes, & poſſeſſores bonorum d. Luceantonij fideiuſſoris, & facta liquidatione, & probato valore dd. bonorum tempore euictionis aſcendentium ad ſummam ſcu. 1776. obtinuit totidem de bonis d. fideiuſſoris ſibi inſolutum dari, deductis tamen ſcut 400. vt ſupra receptis ab ipſa venditrice, & fuerunt in ſentẽtia adiudicationis hæredibus d. fideiuſſoris reſeruata iura qualia competãt, circa remedium reciſſorium, qui poſtea egerunt aduerſus dd. hæredes emptoris remedio l. 2. C. de reſcin. vend. concludendo de læſione vltra dimidiam, & inſtando ſibi de iuſto precio ſuppleri, & ſatisfieri, cum amplius rei reſtituendæ facultatem non habeant propter reſtitutionẽ iam d. venditrici factã, & agitato proceſſu in diuerſis inſtantijs diuerſiſq; ſubinde latis ſententijs cauſa tandem ad nos deuoluta conijciebamus ex cõflictu teſtium ſuper læſione, & non læſione hinc inde examinatorum, magis dici debere probatam læſionem vltra dimidiam, & ſic ex iſto capite actoris deſiderio fore aſſiſtendum, niſi negocium feciſſet defectus iuris agendi ſuper quo fuit elaborandum. Dicebatur enim pro parte illorum de Brunaccis nullum ius competere aduer

ſatijs agendi reſciſſorio remedio quo egerunt, quãdoquidem ex perſona Lucæantonij fideiuſſoris ſicut ipſimet non competebat, quia per vim, & me-
1 tum induxit eius vxorem ad vendendum ita, † vt
ex proprio dolo ſibi patrocinari non debuiſſet. l. relegatorum in ſ. ff. de religio. & ſumpt. fu. l. ſiue hæreditaria. in fi. ff. de nego. geſt. l. 1. in prin. ff. de dolo, ita nec eius hæredibus, & ſucceſſoribus. l. nemo plus. ff. de reg. iu. & ſibi fuit imputãdum damnum, quod ſua culpa euenerat. l. quod quis ex culpa. vbi Dec. Cagno. & Mayne. de reg. iur.

Reſpectu vero alterius remedij reſciſſorij virtute l. 2. C. de reſcien. vend. (& hoc erat per prius intẽtatum) dicebant pariter actores fore repellendos a iudicio, quia & circa hoc ſimiliter ſine actione experiebantur, nam ex quo bona vendita non reperiũtur pœnes Aloyſium propter euictionem in iudicio factam a d. Dom. Angeletta, & ſic rei reſtitutio fieri non poſſit dd. actoribus, non debet etiam precij reſtitutio fieri. Cagno. d. l. 2. nu. 113. q. 10.

Maxime, quod auctor agentium, ideſt Lucaſanto, extitit fideiuſſor euictionis culpa ſua ſecutæ in dd. bonis, & actum fuerit per emptorem, cui euicta
2 fuere contra fideiuſſorem actione ex empto, † non
ex ſtipulatu, propter quod d. fideiuſſor, & eius hęredes tenentur ad verum valorem rei euictæ tempore ſecutæ euictionis. Bar. in l. Titius, nu. 4. de actio. empt. & in l. Iulianus. in prin. ff. eod. & ſic ſi ita tenentur ad verum precium tempore euictionis, quomodo id repetunt, quod iure ſoluerunt, alias fruſtratoria euictionis promiſſio redderetur, & daretur locus circuitu euitando. l. domus teſtamento. ff. de cond. indebit.

3 Ex aduerſo dicebatur, quod omnia iura, † & exceptiones competentes principali, competunt etiã fideiuſſori ita quod quemadmodum Dom. Angelettæ competebat hoc remedium l. 2. C. de reſcind. vend. ita vt fideiuſſori, & hæredibus, l. omnes. ff de except. Marſ. de fideiuſſo. nume. 267. Pariſ. conſilio 121. num. 8. lib. 1.

4 Imo poteſt fideiuſſor † exercere iura competentia ſuo principali etiam eo inuito, & etiam eſt opponere exceptiones a quibus ſit ipſe principalis excluſus, veluti de exceptione nõ numeratę pecuniæ, quam opponere poteſt, etiam principali comparente, & confitente numerationem. Bal. in l. tam mandatori. col. fi. de non nume. pecu. Marſ. d. rub. de fideiuſſo. num. 268. item ſi ſit fideiuſſor excommunicati. Abb. & alij in cap. cum inter. de exceptio. item ſi velit excipere de vſuraria prauitate contractus, quod dicere poteſt fideiuſſor etiam ſi ſuus principalis fateatur contractum verum Bal. & Marſ. vbi ſupra Et ſic cum dictum remedium ſemel ſibi cõpetierit, quia competijt d. Dom. venditrici, non potuit venditricis facto ſibi in eo præiudicari tãquam in iure ſemel quæſito, non minus, quam ſi fiat pactũ a ſe non petii pecuniam, non poteſt poſtea fieri pactum contrarium in præiudicium fideiuſſoris, cui inceperat prodeſſe primum pactum. Roma. conſi. 24 ad fi. Iaſ. in l. fi. de pact. Soz. conſi. 91. num. 7. lib.
5 4. poſt † enim ius quæſitum fideiuſſoribus non de-

bet

bet per principalem in eius præiudiciũ aliquid fie
ri,& pœnitere. Ang.conſ.374.col.pe.ver.1.Aymo.
conſi.106.ad fi.

Et maxime, quod d.fideiuſſor non acceſſerat alie
næ obligationi ſimpliciter, ſed vt principalis alie-
nam ſuam fecit, ideo erant cenſendi duo rei deben-
6 di,† & largo modo fideiuſſor reſpectu eius ad quẽ
negocium ſpectat, gl.in l. vir vxori,ad Velleia. Bar.
in l.reos,de duobus reis,Natta,conſi.261.nume.3.
& ſtãte obligatione generali omnium bonorũ pro
cõſeruatione indemnitatis a principali fideiuſſore
facta cadebat etiam iſtud remedium competens di
cto principali, in cuius præiudicium non poterat
quicquam fieri, vt dictum eſt, et ſecuta reſolutione
contractus ex capite nullitatis euictio non poterat
ſequi, niſi pro precio ſoluto. Rebuff.de reſciſſio.cõ
tra.art.1.gl.15.num.29.Caballi.de euictio.§.5.nu.
7 51.& ſi in aliquo† vlterius fideiuſſor obnoxius fuiſ
ſet, non ſe extendebat vltra duplum obligatio in te
reſſe.l.1.de ſent. q̃ pro eo, qđ int. vbi Dec.in 4.not.
prout vltra quadruplum euictionis nomine exactũ
fuiſſe prætendebatur.

Fuit conclusũ ad fauorem reorum contra acto
res, qui alias in alio executiuo iudicio cõtra eos mo
to de eadem l. 2. per viam exceptionis exceperunt
ſub prætextu læſionis, & hoc non obſtante fuerunt
condemnati ad ſolutionem precij rei euictę, habita
conſideratione temporis euictionis, quod aſcendit
ad ſummam ſcut. 1700. & licet eis fuerint in ſentẽ-
tia reſeruata iura circa remedia reſciſſoria, reſerua
tio tamen illa nihil noui iuris tribuit, & ſicuti tũc
non competebat, ita nec nunc; fuerat enim contra-
ctus iam reſciſſus ex capite nullitatis, & facta reſti-
tutio rei, vnde cum contractus non ſit amplius in
rerum natura, remedium reſciſſorium nihil repetit
reſcindendũ, nõ entium.n. nullę ſunt partes, & ideo
cum contractus ille fuerit conſumatus, & annulla
tus, amplius reſcindi non poteſt, quia non conue-
niunt verba d.l.2. cuius virtute agitur ad rem, &
res eſt in obligatione, precium vero, ſeu precij ſup
plementum, eſt in ſolutione arbitrio emptoris: re
8 † igitur reſtituta tale remedium non competit, cõ
tra non poſſidentem, & dum principaliter egerunt
ad precij ſupplementum, ſine actione egerunt ad id
ad quod emptor non erat obligatus, vt not. Docto.
in d.l.2.Bar.num.16.Saly.num.20.Bal. num.14.

9 Et quod annullato contractu † remedium. d.l.
non habeat locum, firmat Deci.conſi.583. in fi.cu
ius opinio in hac Rota præualuit, reprobato Arrio
Pinello contrarium aſſerente in d.l.2.in 2.parte,nu
me.19. Præterquam, quod illud, quod dicebatur de
iuribus competentibus principali, competere etiã
fideiuſſori, prout in iuribus ſupra allegatis, & tradit
Ronchagal.in l.ſi duo rei,de duob. reis. Abb.conſi.
10 82.lib.1.Bello.conſil.75.& 77. & ſi † verum ſit in
exceptionibus, (& hoc non eſt perpetuum, & in om
nibus, vt tradunt addentes ad Afflict. decis. 206.
vbi de nonnullis competentibus principali, quę nõ
competit fideiuſſori) tamen in actionibus compe-
tentibus principali, quod ipſo iure competat fide-
iuſſori ſine ceſſione aliqua, id pro nunc non firma
nimus, cum ſatis fuerit pro deciſione, quod reſciſ-
ſio in vim d.legis 2. non detur extincto contractu
principali, & licet in obligatione generali bonorũ
pro conſeruatione indemnitatis ſubeſſet ius iſtud
reſciſſorium.l.2.& ſic quod nihil potuerit fieri in
præiudicium iuris competẽtis fideiuſſori, vt argue
batur, nihilominus non poteſt dici ius quæſitum fi
11 deiuſſori aliter, & priuſquam principali, cum † ab
eius iure reguletur ius fideiuſſoris.l.ex perſona. &
l. vbicunque, de fideiuſſo. Doct. in l.tam mandatori.
C.de non num.pecu. principali autem competebat
d. remedium electiue, & per modum facultatis in-
ter alia remedia ſibi competentia, vnde eligendo
viam nullitatis ex capite vis, & metus, tanquam ſi-
bis magis proficuum, nõ dicitur præiudicium intu
liſſe in aliquo ſuo fideiuſſori, cui fortaſſe per nouas
conuentiones, & pacta non potuiſſet præiudicare,
ſecus autem vtendo iure ſuo in electione plurium
remediorum, argumento eorum, quæ dicuntur de
prælato filio, & ſeruo vel debitore, qui non poſsũt
nocere faciendo, vel negligẽdo.l.3.§.ſi filius, & ibi
Doct.ff.quod quiſque iuris.

Non obſtat, quod dicatur de contractu reſciſſo,
& annullato, quod non debetur euictio, niſi ad pre-
cium, quia obſtat res iudicata, & executio ſubinde
facta pro precio habita conſideratione temporis
rei euictæ, & ſic non eſt vlterius quęrendum, & ſtan
te actione ex empto in alio iudicio intentato fide-
iuſſor tenetur ad integrum valorem rei tempore
euictionis ſecutę appreciatæ. Bar.d.l. Titius, nu.4.
& in d.l. Iulianus, & ita hoc iure paſſim vtimur in
hac Rota, &c.

SVMMARIVM.

1 *Regula eſt, quod incendia plerunque fiunt culpa inhabi tantium, & culpa eorum factum præſumuntur, niſi probatur caſus fortuitus, & nume. 19. vbi de magis com.*

2 *Conductor tenetur ad cuſtodiam rei conductæ.*

3 *Obligatus ad cuſtodiam tenetur de leui, & leuiſſima culpa, & euenient e caſu illam probare debet, & numero 54.*

4 *Debitor ſpeciei perempta ſpecie liberatur, & ſufficit ſolum probare mortem, abſque eo, quod probet caſum, vel culpam, verum ſi quis teneatur ad cuſtodiam ratione officij, vel publici, vel priuati, non liberatur niſi probet interitum naturalem, vel facto alterius abſque eius culpa.*

5 *Caſus incendij habet culpam adnexam, & admixtam, cum ſine culpa præſumpta faciliter non eueniat.*

6 *Ignis ſi non probetur immiſſus in domo ab extra, in dubio præſumitur immiſſus ab habitantibus, & ſic eorum culpa.*

7 *Conductor in incendio non leuiſſimam, ſed leuem committit culpam, & propterea tenetur ad damni emendatio, ſed contra infra, nu.56.*

8 *Quando a lege fit mentio de culpa ſimpliciter, nunquã regulariter intelligitur de leuiſſima, ſed de leui.*

9 *Committens culpam leuiſſimam non tenetur ad damni emendationem.*

10 *Verba*

10 *Verba debent intelligi cum effectu.*

11 *Lex Aquilia tendit ad conſeruationem patrimonij.*

12 *Quando perſona immittens eſt incerta, nemo condemnari poteſt fallit tamen in Nautis, Cauponibus, ſtabulariis, & hoſpitibus, qui tenentur de culpa, & negligentia eorum familiæ.*

13 *Culpa, & dolus non præſumitur, ſed per aſſerentem probari debet, ſiue agendo, ſiue excipiendo opponatur, & num. 17.*

14 *Incendium non ſemper præſumitur oriri culpa inhabitantium, ſed plerunque iuxta verba tex.*

15 *Locator culpam probare debet, quæ ſit punibilis, & leuis, vt ſua damna conſequatur.*

16 *Incendium oriri poteſt cum culpa, & ſine culpa licet plerunque cum culpa.*

18 *Probatio debet eſſe neceſſariò concludens ad obtinendã victoriam.*

20 *Culpa præſumpta in incendio inhabitantium dicitur leuiſſima, niſi aliter probetur.*

21 *Contractus locationis, & conductionis celebratur gratia vtriuſque, & ideo non venit leuiſſima culpa, & num. 52.*

22 *Agens ad damna ob incendium debet articulari, & probare, quod conductor non adhibuit eam diligentiam, quam adhibent homines diligentes eiuſdem profeſſionis, vel quod omiſerit facere ea, quæ diligens paterfamilias faceret circa cuſtodiam domus, vel quod faciebat, ea quæ diligens paterfamilias non feciſſet alias non dicatur probata leuis culpa.*

23 *Dicens incendium præſumi culpa inhabitantium leui commiſſum, & non leuiſſima contra communem opinionem loquitur.*

24 *Clauſulæ, quæ in fine libelli apponuntur, videlicet deducens, &c. Petens ſibi ius, &c. Non ſe aſtringens, &c. Omni modo, &c. dicuntur ſalutares, & per eas cenſetur deducta omnis actio, quæ ex narratis colligi poteſt.*

25 *Actio. l. Aquiliæ continet, & habet in ſe culpam leuiſſimam, & propterea ſi agatur contra committentem incendium, ea actione etiã, quod leuiſſimam culpam commiſerit ad damni emendationem tenetur.*

26 *In actione l. Aquiliæ licet veniat culpa leuiſſima ea tamen ſolum venit, quæ conſiſtit in faciendo, non autem in negligendo, & omittendo.*

27 *Præſumptio aliam tollit, & in materia incendii præſumptio culpæ tollitur per præſumptionem diligentiæ adhibitæ.*

28 *Incendium probata diligentia dicitur caſus fortuitus, et culpæ non aſcribitur.*

29 *Probatio diligentiæ, et vigilantiæ in rebus ſuis habet tantam vim, quod excludit omnem culpam, alias contra eum a iure præſumptam.*

30 *Ex verbo plerumque in l. 3. ff de offi. præf. vigil. elicitur regula in contrarium, quod non præſumatur negligentia ſiue culpa inhabitantis, niſi probetur, quod circa ignem erat ſolitus male verſari.*

31 *Incendio quando non conſtat præciſe de certa, & determinata perſona, quæ incendium commiſerit, non poteſt ferri ſententia contra conductorem, licet incendiũ ex leui culpa proceſſerit.*

32 *Agens ex incendio niſi probet culpam certæ, et determinatæ perſonæ ſuccumbit, & licet probetur de certa perſona familiæ, niſi perſona illa ſit deputata ad certum officium, et in illo officio delinquat paterfamilias non tenetur, ſi vero elegerit ſeu deputauerit, tunc illo delinquente paterfamilias dicitur in culpa in ſufficientem deputando, et propterea tenetur.*

33 *Quando illi de familia ſunt tales, vt veriſimiliter dominus de eis confidere potuerit, quia erant diligenter tunc dominus de incendio non tenetur, etiam ſi eo incendii tempore fuerint in negligentia, vel culpa, quia tunc reſpectu domini diceretur caſus fortuitus.*

34 *Dominus non tenetur de incendio commiſſo per famulum, niſi famulus ille ſit ab eo ad coquinam deputatus.*

35 *Præſumptio illa, quod incendium præſumatur culpa inhabitantium non ſufficit ad condemnationem, quia eſt indeterminata, et incertitudo perſonæ delinquentis remanet.*

36 *Leuis culpa non obligat dominum ex facto ſuę familiæ, quia dominus regulariter non tenetur de facto ſuæ familiæ, niſi in caſu quo ad opus illud eſſet quis deſtinatus.*

37 *Ignem in domo habere non eſt prohibitum, quoniam eſſet denegare vnum ex elementis, vagantem vero, et immoderatum tenere eſt culpa adeo, quod ſi ex eo damnum ſequatur culpæ aſcribitur, et ad damna reſarcienda tenetur, quia tunc culpa conſiſtit in faciendo.*

38 *Ignis immoderatus dicetur re loco, et tempore; re ſi plus debito ligna ſuperponantur adeo, quod exceſſiuus fiat ignis ſicque nimium ſe extollat, et vagetur; loco ſi in loco incongruo ignis fiat, et periculoſo, et inſolito. Tempore ſi in loco aperto flante vento ignis fiat adeo, vt flammam impellet, et domum aut aliud ſuccendat.*

39 *Faciens ignem immoderatum vno ex tribus modis prędictis, et incendium ſequatur dicitur in culpa, et damna illata reſarcire tenetur.*

40 *Conductor ſi vtatur domo ad vſum deſtinatum, eo modo, et prout utebatur locator in omnibus, et per omnia non tenetur de periculo.*

41 *Incendium ſemper dicetur caſus fortuitus, niſi dolo, vel lata culpa fiat, ſi vero culpa leuis præcedat caſum, tunc remanet caſus fortuitus, ſed ratione culpæ ille tenetur ad damni emendationem dumtaxat, ſi uero culpa leuiſſima, quæ eſt minima negligentia ſemper eſt caſus fortuitus, et illo caſu non tenetur ad damni emendationem.*

42 *Tex. in l. 3. §. cognoſcit. ibi, quia incendia plerunque, non de culpa leuiſſima loquitur, ſed de pupilli, et quidem corporaliter, vt ex ſequentibus uerbis apparet ibi, aut fuſtibus caſtigat, nam ſi eſſet culpa leuis, vel leuiſſima, nulla imponi potuiſſet pęna.*

43 *Tex. in l. ſi vendita. de peric. et comm. rei vend. loquitur de culpa leuiſſima, ut ex finalibus verbis dictę l. depræhenditur.*

44 *Incendium ſi in hoſpitio contingat facto uiatorum, conductor non tenetur, quia quo ad eum caſus fortuitus reputatur.*

45 *Incendium ſi ortum habeat in loco, vbi de raro contin-*

gen-

Digitized by Google

gentibus ignis eſſe ſoleat, aſcribitur caſui fortuito, quia caſus eſt inſolitus, qui culpæ aſcribi non poteſt, & num. ſeq.

47 Ad euitandum culpam, & damni refectionem in incendio cautela eſt, vt probetur ignem habuiſſe principiũ in loco, vbi de facili ignis non debebat eſſe, quia ſic probatur culpam abeſſe.

48 Congruitas, vel non congruitas loci culpam arguit, & excludit reſpectiue.

49 Quando ignis fuit viſus ab initio in alia parte domus, quam habitata, ceſſat omnis culpa, & præſumptio contra habitantem reſultans, & potius præſumitur caſu fortuito, & ictu fulguris eueniſſe, quam culpa inhabitantium.

50 Quando ſcintilla ignis vento in paleam eijcitur, in qua inuiſibiliter ignis multiplicatur ita vt incẽdium oriatur, conductor ex incendio non tenetur, quia non poteſt dici eſſe in aliqua culpa.

51 Ex tex. in l. 3. §. 1. ibi plerunque, &c. ſumitur, vt non ſemper, & indiſtinctè incendia culpa inhabitantium præſumatur oriri, ſed quandoque culpam non præſumi.

503 pin io, quod incendium præſumatur factum culpa inhabitantium ita, vt teneantur ad damni emendationem, procedit in caſibus, in quibus, quis tenetur de leuiſſima culpa, vt in commodatario, & in recipiente cuſtodiam rei recepto pretio, & in alijs contractibus qui fiunt gratia recipientis tantum,

54 Qui tenetur de cuſtodia tenetur de leui, & leuiſſima culpa, quod quomodo procedat, vide ibi.

55 Cuſtos niſi mercedem recipiat pro cuſtodia non tenetur niſi de leui culpa.

57 Caupones, & ſtabularij idem ſunt, & æque accipiuntur teſte I.C.

58 Stabulum à ſtando locus dicitur in quo longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, quod & diuerſorium, & hoſpitium dici ſolet.

59 Proſtribulæ meretrices dicuntur, quæ gratia copioſioris quæſtus aduenis in ſtabulis concurrentibus manſiones ante ſtabulos habent.

60 Vbi verba non conueniunt, non conuenit eius diſpoſitio.

ARGVMENTVM.

De incendio, & conductore domus, quæ comburatur, et ignoretur, qui in loco originem ignis habuerit, & per quem imiſſus fuerit, an ad emendationem damni teneatur.

Et an dominus pro famulis, et familia, & quæ culpa ſufficiat, vt quis ad damni emendationem teneatur.

Et quomodo procedat actio legis Aquiliæ in damno reficiendo, in qua ſufficit leuiſſima culpa, quæ tamen debet eſſe faciendo, non autem omittendo, & plura ad materiam facientia, et ſæpe in facto contingentia.

Iſta ſunt egregia motiua Excellentiſſimi Domini Octauij Puri Magonij Gentilis mei, & equitis Sancti Stephani, de quo libenter propter inſignem eius doctrinam mentionem facimus.

DECISIO CXI.

THOMAS de Bardinis de anno. 1575. locauerat domum Antonio Dominici de Bardinis, cum apotheca, & ſtabulo, ad effectũ exercẽdi in ea artem, vt dicitur di preſta caualli, illamque conductor retinuerat vſque de anno 1579. quo anno noctis tempore fere tota combuſſit. Vnde Thomas aſſerens domum combuſtam culpa conductoris, & ſuæ familiæ, petebat ipſum condemnari, ad reſarciendum ſua damna, quæ ad ſcutos quatuorcentũ, plus minus aſcendere dicebat. Fundabatur in primis lo-

1 cator † in vulgata regula l. 3. §. 1. ibi, quia plerunque incendia fiunt culpa inhabitantium, de offic. præf. vigil. & l. ſi vendita. in prin. ibi cum incendiũ ſine culpa fieri non poſſit, de peric. & com. rei vẽd. gloſſ. in § præterea in verb. debet. inſt. quib. mod. re contra. oblig. Barto. in l. prætor, alias, l. ſi quis ex argentarijs §. an vero, prope fi. de eden. Bal. in l. quæ fortuitis, nu. 7. C. de pig. act. conſ. 148. poſt princ. & conſ. ſeq. vol. 2. Ang. conſ. 197. nu. 3. Fulg. in l. vendita. de perie. & com. rei vend. Imo. in l. domos, nu. 32. de leg. 1. Abb in c. 2. nom. 9. depoſit. & ibi Imo. poſt nu. 20. ver. ſed tunc inſurgit dubium. Abb. conſ. 82. poſt nu. 2. vol 2. Alex. conſi. 50. num. 1. vol. 1. Grat. conſil. 46. per tot. vol. 2. Alex. de Neuo inter conſil. crim. diu. conſi. 92. tom. 1. primorum in 4. & in ſuo vol. conſi. 87. Gram. deciſ. 3. Bero. cõſ. vlt. nu. 10. vol. 3. Ex quibus iuribus, & doctrinis, habet, qđ cũ incẽdiũ pſumatur factũ culpa inhabitãtiũ, niſi probet caſus fortuitus d. l. ſi vẽdita. de peric. & com. rei vẽ. l. ſi quis fundũ. §. Imperator, locati. conductor ad dãni emendationem tenetur, quod & approbat Ang. de malef. verb. incendiario. Sylua. conſ. 29. nu. 4. 5.

2 Præſertim, quia † conductor tenetur ad cuſtodiã rei conductæ, vt no. in d. l. ſi vendita. ver. cuſtodienda. l. itaque fullo. in prin. de furt. l. ſi quis fundum, §. Imperator, locati. l. in iudicio. vbi glo. & Bal. ac

3 Salyc. C. eod. tit. locati. † Et qui tenetur ad cuſtodiam, tenetur de leui, & leuiſſima culpa, & euenien

te

Digitized by Google

te caſu, illum probare debet. l. ſi a bona fide. §. 1.
de rei vend. ita Grat. conſi. 46. numero 12. & 21.
4 volum. 2. † Et ideo licet alias debitor ſpeciei per-
empta ſpecie liberetur, & ſolum ſufficit probare
mortem, non autem an ſit perempta caſu, vel cul-
pa, attamen quando quis tenetur ad cuſtodiam ra
tione officij, vel publici, vel priuati, tunc non libe-
ratur, niſi probet interitum naturalem, vel facto al
terius, abſq; eius culpa, ita Bal. in l. cũ ita. §. ſpecies,
de leg. 2. referi, & ſequitur Alex. conſil. 158. vol. 2.
doct. in l. quod te. ſi cert. pet. Vnde cum conductor
de cuſtodia teneatur, licet probet domum combu-
ſtam, liberari non debet, niſi probet ab alio factum
5 ſine eius culpa. † Sumus enim in caſu incendij, qui
habet culpam annexam, cum ſine culpa præſum-
pta faciliter nõ eueniat, vt diſtinguendo dixit Bar.
† cõmuniter ab omnibus approbatus in l. ſi quis ex
argentarijs, §. an vero, de eden. ſequitur Saly. in l. ſi
creditor, in fi. C. de pignor. act. Abb. conſil. 82. num.
2. colum. 2. ſequitur plures allegando Sylua. con-
6 ſilio 29. numero 42. Nec apparet † ignem ab ex-
tra fuiſſe immiſſum, quo caſu in dubio ab habitan
tibus præſumitur immiſſus, & ſic eorum culpa, vt
tenet Bald. in d. l. ſi creditor, & in d. l. quæ fortuitis,
colum. 1. verſic. Item quæro de igne, vbi etiam Sa-
li. quod vſ velle Bal. cõſi. 148. vol. 2. nec poſſumus
7 † dicere conductorem in incendio committere le-
uiſſimá culpam, iuxta gloſ. in § præterea ver. debet,
inſt. quib. mod. re contr. oblig. quia immo leuẽm
committit, vt firmat Bal. conſil. 140. volum. 2. &
ibi Signor. conſil. ſequ. & propterea tenetur ad e-
mendationem damni, vt firmat Ang. de Aret. in d.
§. præterea, & ibi Doct. ſub nume. 6. Bellon. nume.
13. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero, ſub
num. 4. de eden. Imol. & Flor. in l. domos, de leg.
2. Barb. conſil. 53. vol. 1. Corn. conſi. 136. vol. 1. Cal
can. conſil. 39. ſub nume. 11. conſi. 41. Angc. con-
ſil. 197. Grat. conſi. 46. vol. 2. Signor. conſil. 29. nu.
8 4. Mari. Anguſcio. conſil. 124. volum. 1. † Regulari
ter enim vbi a lege ſit mentio de culpa ſimpliciter,
nunquam intelligitur de leuiſſima, ſed de leui. Bal.
in auth. quod locum in 2. quæſt. C. de collat. & in
l. acceptam. C. de vſur. Dec. in l. contractus, nu. 25.
9 de reg. iur. † Si enim culpa leuiſſima præſumeretur
eſſet totus, quia non teneretur ad emendationem
damni, l. ſicut certo, §. nunc videndum, commod. &
propterea nõ opus eſſet aliqua defẽſione, nec opus
eſſet docere caſum, & culpam abeſſe, & tamen re-
quiritur, vt ſupra dictum eſt, & conſiderat Grat. d.
conſil. 46. nume. 5. volum. 2. Imol. & Flor. in d. l.
domos. Corn. conſil. 136. volum. 1. Immo ſeruiret
nobis de vento, cum vt plurimum domus aut ſunt
proprię, aut conductæ, & non gratis conceſſæ,
10 ſi culpa nihil operaretur, & propterea † verba de-
bent intelligi cum effectu, l. 1. quod quiſque iuris,
& ſic dicẽdum eſt loqui de culpa punibili, vt latius
proſequitur Grat. d. conſil. 46. numero. 28. cum ſeq.
& ſi non deſit Afflict. tenere ex leuiſſima culpa,
quem teneri ad damni emendationem in conſtit.
Regni tit. de malef. clandeſt. numero. 12. vbi alios
refert.

Et quatenus in actione ex conducto nõ haberet
locum culpa leuiſſima, attamen poteſt dici, quod
11 † ex lege Aquilia, quæ ad conſeruationem patri-
monij tendit. l. in lege Aquilia, ff. ad l. Aquil. Inno.
in cap. ſicut dignum, de homicid. ſequitur Abb. in
cap. 1. colum. 4. verſic. tunc ſingulariter nota, de cõ
ſtit. Bart. in l. Imperator, de iure fiſci. Abb. in cap.
quoniam contra, de probat. Salyc. in l. data opera.
C. qui accuſ. non poſſ. Gram. deciſ. 3. numero 13.
Flor. in l. ſi cui. §. de pręteritis, verſic. denique. ff. de
vſufru. Et ideo cum in caſu iſto non conſtet, vnde
incendium ortum habuerit, ideſt an ignis immiſ-
ſus fuerit ab intra, vel ab extra, & in dubio præſu-
matur ſaltem ex culpa leuiſſima habitantium, vide
tur dicendum quod conductor teneatur ex culpa fa
miliæ etiam leuiſſima commiſſa in damno dato ex
incendio.
12 Nec quid obſtare videtur in caſu iſto, † quod
ratione incertæ perſonæ ignem immittentis, nemo
poſſit damnari arg. l. 3. § ait prætor. Naut. caup. &
ſtab. quoniam d. reg. fallit in nautis, cauponibus,
ſtabularijs, & hoſpitibus, qui tenentur de culpa, &
negligentia ſuæ familię, vt firmat Io. de Anan. con-
ſil. 71. ſub nume. 3. Guzad. conſil. 63. nume. 14. Ro-
lan. conſil. 95. nume. 12. volum. 2. At hic condu-
ctor ſtabularius dici poteſt, cum ſemper equos lo-
catitios teneat, ergo. Hęc in effectu eſſe videbantur
quæ ad fundandam intentionem locatoris, ad con-
ſequendum damni emendationem domus combu-
ſtæ a conductore, adducebantur. Quibus tamen
nõ obſtãtibus, & primus Dominus Iudex & nos in
appellatione, reum a petitis abſoluimus rationi-
bus, & iuribus infraſcriptis.

Et pro faciliori intelligentia, pręſupponendũ eſt
in facto, quod locator eadem domo vſus fuerat per
multos annos, eandem artem exercendo, & quod
iſte conductor illam conduxerat ad eundem effe-
ctum, & ſemper ea vſus fuit, ad vſum deſtinatum,
retinendo paleas in eodem loco, in quo retinuerat
locator, & equos in eiſdem ſtabulis, & ignem in eo
dem camino, quo vtebatur idem locator.

Præſupponendum ſecundo, quod in culmine
domus eſſet (vt aiunt) torratium, & muri domus
non eſſent eleuati vſque ad tectum torratij, & qđ
caminus, ſeu camini tuba terminaret cum muro,
& non vergeret ad tectum, & ſupra, vt opus fuiſ-
ſet, ſed ſolum æquabat ſolarium torratij, aut parum
ſupra eleuabatur.

Præſupponendum tertio, quod locator ipſe, non
obſtãte locatione facta, in dicto torratio retinebat
lignamina antiquiſſima, quæ ob vetuſtatem non
poterant amplius operari, & ad nihilum ſeruire po
terant, niſi ad ignem, vltra quod in eodem torratio
idem locator retinebat plures faſciculos ſarmen-
torum ſiccorum.

Pręſupponendum quarto, quod circa horam ſex
tam noctis, primum, ignis fuit viſus in dicto torra-
tio comburere illos faſciculos ſarmentorũ, & ligna
mina, & poſt certum ſpatiũ fuit viſus per feneſtras,
vbi retinebatur palea, & quod tunc ipſe conductor
& tota eius familia grauiter dormiebant adeo, qđ
oſtium

oſtium domus fuit fere dirutum per homines, qui acclamabant antequam a ſomno ſurgerent.

Præſupponendum quinto, quod d. cōductor fuit ſemper diligens, & oculatus io rebus omnibus, & in ſpecie circa tegimen domus, ſemper prohibebat famulis, ne accederent ad locum paleæ cum lumine, & quod antequam aduesperaſceret, faciebat accipere paleas pro gubernandis equis nocte ſequēti, & quod ſemper hora ſecunda noctis equi erant gubernati pro tota nocte, vt euidentiſſime hæc omnia ex proceſſu, & ex dictis teſtium vtriuſq; partis eliciuntur, & apparent, nec tergiuerſari poſſunt.

Præſupponēdum ſexto, prout ex proceſſu apparet, quod poſtquam equi erant gubernati, & familia cenauerat, famuli redibant ad ſtabula, in parte inferiori domus, in loco in quo habebant cubiculum et ipſe conductor, omni ſero peſſulo claudebat oſtium in capite ſcalarum, adeo quod nec famuli, nec alij poterant domum ire, nec ingredi, niſi illis dictum oſtium aperiret.

Præſupponendum ſeptimo, & vltimo, quod illo ſero in domo d. conductoris non fuit factus ignis maior, quam ſoleret ordinarie fieri, vt pariter ex proceſſu probari clare dignoſcitur.

His ſic præſuppoſitis videbatur in caſu iſto incaſſum quæri de culpa aliqua conductoris, attento q̄d nulla præſumitur culpa, niſi factū extrinſecum illā indicet, arg. l. ſi non conuitij, C. de iniur. vt inquit Bal. conſi. 148. post no. 2. ver. præterea non præſumitur, vol. 2. At hic factum extrinſecum oſtendit omnem in conductore culpam abeſſe, & ſi qua ſit in locatorem reflecti poſſe. In torrario enim in quo primum ignis viſus eſt, nil conductor retinebat, ſed locator, ibi cōductor ignem non faciebat, neque ſubtus per duo ſolatia, ſed in loco ſolito, minuſque pro re aliqua tunc accedere in d. torratiū opus fuit, cū eſſet tempus hiemis, vt deferendo lumen ex eo ſuccedēdi poſſent lignamina, & ſarmenta, ſed opus eſt dicere, velimus nolimus duabus ex cauſis ignē ibi accēſum fuiſſe, vel quod ibi forte fortuna peruenerit inſtrumentum illud igneum vulgo detto razzo quod carta papiracea efficitur, & puluere bombardico repletur, & arundinula alligata in aerem aſcendit accēſum, quod potuit facillime dicta lignamina, & ſarmenta accendere, & inde incēdium ſequi, quo caſu quæ poſſit culpa, vel etiam negligētia, cōductori inſcribi quiſque ſani capitis iudicet, ad q̄d facit dictum Fulg. in l. ſi vēdita. de peric. & com. rei vend. quod poteſt venire culpa tertij, vel etiam nollius, vt ſi furioſus ignem immitteret, quid culpa caret, vel eo modo, quo diximus, vel quod ignis eo peruenerit ex camino ipſo, in quo ordinarie ignis fiebat, cum eius tuba, vt diximus ad tectum non perueniret, nedum excederet, & facillime inde fauillæ aut ſcintillæ aliquæ potuere in lignamina illa ſicca ac ſarmenta a vēto impelli, & ignem accendere, vnde incendium domus euenerit, & in hoc quæ poſſit culpa, & negligentia conductori imputari, omnes recti iudicij dijudicent, ſed locatori vtroque caſu culpa lata, vel ad minus leuis imputari debet, quia materiam ibi ſuccēſibilem retinebat, & quia tubā camini ſupra tectum non eleuabit, quæ cū ita ſint, videtur huc vſque de innocentia rei cōuenti liquere, & moleſtari non potuiſſe, ſed culpam omnem reflecti in locatorem, & propterea potius debuiſſet ipſe locator condemnari ad refectionem damnorum paſſorum per ipſum conductorem, cum in dicta domo combuſſerint eius mobilia valoris ſcutorum ducentorum, plus minus, vt teſtes in cauſa examinati teſtantur.

Namque ſi locator his occurriſſet, incendiū profecto ortum non fuiſſet. Verum, vt omnibus ſatiſfaciamus, & rem dilucidiorem reddamus, quia tractatur de culpa in qua omne locatoris fundamentum ſubſiſtit per l. 3. §. 1. de off. præf. vigil. quæ videtur conſtituere regulam per dictionem illam plerunque, adeo, vt contrarium aſſerenti incumbat probatio, vt l. ſi vendita, in primo. de princ. de peri. & com. rei vend.

13 Dicimus primo, quod † culpa non præſumitur
ſicut nec dolus, niſi per aſſerentem probetur. l. quo-
tiens. §. qui dolo. de probat. & id ſiue obijciatur agē-
do ſiue excipiendo, vt inquit Bar. conſi. 193. nume.
3. volum. 1. per l. prætor, in princ. de iureiur. cap. vt
circa de elect. lib. 6. cap. præſentium. de teſtib. lib. 6.
apoſtil. ad Barto. in l. ſi, ut certo §. nunc videndum,
locati. Anchar. conſi. 249. Alex. conſi. 100. & conſi.
136. volum. 1. Iaſ. in l. domos, poſt num. 2. de leg. 1.
Crauet. conſi. 8. nu. 20. conſil. 151. num. 11. 18. con-
ſil. 319. num. 15. Ruyn. conſil. 93. num. 7. volum. 1.
conſi. 12. num. 1. vol. 5. Dec. conſi. 562. numero 11.
14 † præſertim, quia non ſemper præſumitur culpa
inhabitantium incendium oriri, per dictionem il-
lam plerunque, & propterea ſtandum videtur in
15 mero iure, adeo quod † per locatorem culpa pro-
bari debeat, videlicet ea, q̄ ſit punibilis, et non ſit le-
uis, vt firmat Bald. conſil. 441. in fi. vol. 1. quem ſe-
quitur in materia incendij. Iaſ. conſi. 116. nume. 2.
vbi additio, vol. 1. Rolan. conſ. 95. nu. 11. vol. 2. Me-
noch. de arbit. caſu 390. nume. 4. Iaſ. in d. l. domos,
de leg. 1. nu. 7. Anan. conſ. 71. poſt num. 2. & ibi Lu-
16 do. Bol. in addit. poſt num. 6. uer. & ultra, † poteſt
enim incēdium oriri cum culpa, & ſine culpa, licet
plerumque cum culpa. d. l. 3. ff. de off. præf. vigil. Cū
17 igitur culpa poſſit adeſſe, & abeſſe, † & culpa ſit
cauſa, & fundamentum intentionis agentis, alle-
gans eam probare tenetur. facit l. ſi creditor. C. de
18 pig. act. ſecundum opin. Mart. Ioan. & Azo. † pro-
batio enim debet eſſe neceſſario concludens ad vi-
ctoriam reportandam. cap. in præſentia, de proba.
Et quatenus opinionem hanc firmare non deceat
in caſu iſto, cum plures contradictores habeat, &
19 crebrior ſit ea opinio, † quod in incendio, & fur-
to, niſi probetur caſus præſumitur eueniſſe culpa
inhabitantium, vt ſupra diximus, ex eo, quia hæc
citra culpam euenire non ſolent, vt inquit Bart. in
l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. de eden.
20 Attamen dicitur, † quod illa culpa non poteſt di-
ci niſi leuiſſima, niſi aliter probetur, vt eſt gl. fin. in
§. præterea, in verb. debet, inſti. quib. mod. re contr.
obli. quā pro ſingulari no. & ſequitur Sal. in l. quæ
fortuitis, num. 10. in fi. C. de pig. actio. & in l. in iudi

S cio

cio vbi Bal. circa fin. C. locati, & in l ſi vendita de
peric. & com. rei vend. Cepol. conſ. 69. num. 4. crim.
Alex. conſi. 50. poſt num. 1. ver. & aliud videtur ve-
rum, & num. 9. vol. 1. & in l. domus, num. 3 4. & ibi
Iaſ. num. 6 vbi num 11. dicit opin. d. gl. eſſe magis
communem, de leg. 1. idem Iaſ. in l. ſed & ſi quis. §.
quæſitum, num 41. ſi quis caut. Alex. in l. ſi quis ex
argentarijs, §. prætor, poſt nu. 6. & 7. vbi dicit opin.
d. glo. in §. præterea communiter teneri, & ibi plu-
res allegat, Iaſ. conſi. 116. poſt num. 1 vol. 1. vbi di-
cit, in iudicando non eſſe tutum recedere ab illa gl.
quam etiã in fortioribus terminis ſequitur Anan.
conſi. 71. poſt nu. 4. verſ. vltimo conſidero, & ibi Bo
log. num 6. in addit. vbi allegat etiam Anchar. cõſi.
348. qui optime facit ad caſum noſtrũ, & dicit ibi
Bolog. ita Ferrariæ in cauſa magni momenti obti-
nuiſſe, idem tenet Afflict. deciſ. 57. num. 8. Et ratio
21 eſt, † quia contractus locationis, & conductionis
celebratur gratia vtriuſque, & iden non venit leuiſ
ſima culpa. l ſi vt certo. §. nunc vidẽdum, commod.
Bald. conſi. 441. num. 1 vol. 1. Rol. conſi, 95. nu. 15.
vol. 2. Salic. in l. ſi creditor, poſt princ. C. de pig. act.
& ita firmat Gram. ſibi contrarius in addit. ad Af-
flict. deciſ. 57 litera A. glo illam approbat Gozad.
conſi 93. num. 16. Alex. conſil. 74. nume. 43. vol. 6.
dicit, quod Gozad in d. conſi. 93. poſt num. 18. ver.
non dico, quod iſta eſt communis opinio, & ab ea
non eſt recedendum, ad tradita per Bar. & Bal. in
l. 2. C. de pen. iud. qui male iudic. Innoc. & Ioan.
And in cap. 1. &c. ne innitaris, de conſt. Hanc can-
dem gloſſ. & eius opinionem approbat Cro. in l 4.
§. Cato, num 74 de verb. oblig. Pariſ. conſil. 87. col.
pen. num 9 10. & 11. volum 4 Marſil. in l. 1. num.
113. in fi. de Sicar. Ioan. Sadol. in l. quod te, nume.
16 ſi cert. pet. Arim. in addit. ad Ang. in verb. incen
diario, num. 6. in prima addit. col. 3. ver. Nam licet
dicatur incendium præſumi, & proſequitur in 2. ad
dit. colum. mihi 3. verſic. poſtea, quærit ibi Salic. ita
etiam firmat Bal. conſil 95. num. 14. & 15. vbi vult
21 per † agentem debuiſſe articulari, & probari, quod
conductor non adhibuit illam diligentiam, quam
adhibent homines diligẽtes eiuſdem profeſſionis,
vel qđ omiſerit facere ea, quę diligens paterfa. face
ret circa cuſtodiam d. domus vel quod faciebat ea,
quę diligens paterfam. non feciſſet, alias non dica-
tur probata leuis culpa per doctri. Bar. in l. ſi cui vẽ
deret, §. fin per illum tex. de pignor. act. & in l. quod
Nerua, verſ. 6. principaliter q̃to, ff. depoſiti, & Bal.
in l. ſolum, colum. 3. C. de teſtib. at hic probatio hęc
facta non reperitur, ſed totum contrarium, de dili-
gentia conductoris, vt infra oſtendemus, ergo non
potuit ad damni emendationẽ condemnari. Hãcq;
opin. ſequitur, & magis com. dicit Menoch. de ar-
bit. caſ. 392. num 6 vbi dicit, reprehendentes illam
gl in §. præterea Inſt. quib. mod. re contr. oblig. ma-
le ſentire, & cõtra magis receptã opinionẽ tenere.

Idem approbat Burſat. conſil. 59. nu. 4. 5. & 6. &
Bert. conſi. 197. num. 5 in fi. & num. 6. vol. 1. & cõ
ſil. 140 num. 3. vol. 3. vbi vult debere probari cõtra
conductores latam aut leuem culpam. Hoc idem af
firmat Franch. March. deciſ. 91. nu. 7. & nouiſſime
Hier. Gabr. conſ. 195. num. 1. ver. 1. vt præſumatur,
23 qui terminat caſum iſtum, † & hinc manifeſtũ fit,
quod dicentes in incendio præſumi culpam leuem,
non autem leuiſſimam, contra communem, immo
communiſſimam opinionem loquũtus. Cumq; in
locato, & conducto non habeat locum culpa leuiſſi
ma, vt ſupra dictum eſt per l. ſi vt certo, §. nunc vi-
dendum, ff. commod. merito conductor hic fuit in
caſu abſolutionis, qđ approbatur per Soz. reg. 178.
incendium fall. 1. Corn. conſi. 242. nu. 28. vol. 1.

Nec dicamus, quod ſaltem actione legis Aquilię
24 teneatur, quæ intentata videtur † per clauſulas ſa-
lutares in fine libelli deductas (petens, non ſe aſtrin
gens, omni modo) per quas cenſetur deducta om-
nis actio, quæ ex narratis colligi põt, vt ĩquit Mar.
Soz. Sen. in c 2. col. 48. verſi. primus effectus de li-
bell. oblat. Abb. in cap. 1. in 1. not. de offi. deleg. Iaſ.
in §. omnium, nu. 149. verſi. & per ſupradicta inſt.
de action. poſt Ang. & alios ibi Alex. conſil. 6. col. 3.
vol. 3. Corn. conſi. 8. col. fi. vol. 1. Grat. conſi. 37. nu.
6. 7. 8. vol. 1. Soz. iu. conſi. 158. nu. 10. vol. 2. Ruy. cõ
ſi. 54. nu. 8. vol. 4. Rol. conſ. 41. n. 26. vol. 3. Cran. in
reſpon. pro genero, nu. 155. Menoch. de arbitra. lib.
1. quæſt. 72. num. 15. late Gab. in ſuis communibus
25 tit. de clauſulis concluſ. 4. per totum. † Talis enim
actio legis Aquiliæ intentata continet, & in ea ve-
nit culpa leuiſſima. l. in l. Aquil. ff. ad l. Aqui. Saly.
in l. data opera C. qui accuſ. non poſſ. Innoc. in cap.
ſicut dignum, de homicid. quem ſequitur Abb. in
cap. 1. col. ver. 1. hinc ſingulariter, de cõſt. Gram. de-
ciſ. 3. num. 15. vbi plures alios citat, concludens ex
quacunque culpa etiam leuiſſima incendium com
mittentes, teneri ad damni emendationem ex d.
actione Aquiliæ. Quoniam nihilominus dicimus
conductorem non teneri in caſu iſto, attento, quod
26 † in ipſa actione non venit niſi culpa leuiſſima, quę
conſiſtit in faciendo, non autem quæ conſiſtit in ne
gligendo, & ſic omittendo, vt declarat gloſſ. in l. ſi
mora. gloſ. pen. ſolut. matr. Barto. in repet. l. quod
Nerua, nume. 29. ff. depoſi. tex. eſt in l. cuius alias ſi
vſusfructus, §. de præteritis, verſic. denique, de vſu-
fruc. vbi inquit Bar. tex. illum bene eſſe notandum,
quia gloſat tot. tit. ad l. Aquil. & ibi etiam Flor. quẽ
tex. dicit ſingularem Roman. in l. diuus, poſt princ.
ad Sen. conſ. Silla. Alber. de Roſa. in l. 3. §. cogno-
ſcit, de offi. præf. vigil. Bal. conſil. 141. nume. 16. vo.
1. Alexan. conſi. 50. num. 9. volum. 1. Rom. ſing. 106.
Alex. in l. ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, nu. 8.
de eden. Cepol. conſi. 69. poſt num. 5. in crim. Ang.
Arim. in addit. ad Ang. de malef. verbo incendiario
col. 2. verſi. ita in hac materia, Soz conſi. 54. col. fin.
vol. 4. Pariſ. conſ. 87 col. pen. vol. 4. Affli. dec. 57. nu.
8. Ancha. conſ. 348 poſt prin. Crauet. conſil. 92. nu.
2. Sadolet in l. qđ te, nu 12. ſi cer. pet. Cur. iun. in l.
dñs horreorũ, col. fi. ff. locati, pulchre Bet. conſ. 192.
nu. 7. vol. 1. Goza. cõſ. 63. in finalib. verbis, idẽ Bert.
conſ. 140. nu. 4. vol. 3. Maran de ord. iud. par. 4 prin.
in prin. num. 71. Rol. cõſ 95. num. 29. 30. vol. 2. Co
nar. alios referens in c. 6. §. 6 de ſponſalib. in 2. par.
lib. 8. fol. mihi 190. nu. 13. & 14. Burſat. conſ. 59. n.
5. & 6. vbi dicit Gram. in d. ſua deciſ. 3. in fi. cõmu-
nitec

niter damnari, & reprobari, hancque magis com-
munem aſſerit Menoch.de arbit.iud. caſu 390.nu.
10.vbi etiam allegat Ferrat.caut.36.nu.2. & Gabr.
conſi.159.num.2.3 & Vrſil.ad Afflict.d. deciſ.57.
per totum,qui omnes vnanimes concludunt actio
nem l.Aquiliæ non habere locum in culpa leuiſſi-
ma conſiſtente in omittendo, prout eſſet in caſu
iſto,ſi culpa aliqua conductori ipſi imputari potuiſ
ſet,prout non potuiſſe latius oſtendemus, & pro-
pterea fuiſſe locum abſolutioni.

Et quatenus diceremus verſari circa leuem cul-
pam, non autem leuiſſimam,vt per hoc ex natura
locationis,& actionis legis Aquiliæ,teneretur cõdu
ctor ad damni emendationem, vt firmat Bal.conſi.
148.volu.2.& Signor. conſil. ſeq.attamen in caſu
iſto nullam conductori culpã poſſe imputari, ſed
omnẽ ab eo abeſſe dicendum eſt Nempe ſicut cul-
pam in incendio domum inhabitantis adeſſe dici-
mus præſumptiue,& per ſuſpicionem,ita per cõtra
riam præſumptionem, & ſuſpicionem hãc tolli poſ
ſe dicẽdum eſt,ſicut prouerbialiter dicimus clauus
clauum trudit.

27 Præſumptio † enim aliam tollit,l.fi.de in int. re-
ſti.cap.affert gladium, de præſump. Alex. conſilio
103.poſt num.7.ver.præterea vna præſumptio,vo-
lum.1.Crauet.conſi.146.num.11.conſil.149.num.
17.Iaſ.conſi.176.ſub num.1.vol.2.& in ſpecie in ca
ſu noſtro incendij,quod hæc culpæ præſumptio tol-
latur per cõtrariam præſumptionem,quæ erit dili
gentia,tenet Cepol.conſi.69.num.5.in crimin.vbi,
quod etiam præſumptio per alias coniecturas tolla
tur.l.non omnis,§.a Barbaris,de re milit. quæ con-
iecturæ habentur pro probatione ſufficienti.l.licet
Imperator,de leg.1.& l.tutor,vbi gl.& Doct. C. de
peric. tut. Vnde inquit ipſe ſi conductor probet ſe
diligentem,ac diligentiſſimum fuiſſe in rebus ſuis,
& alienis,& maxime in his,quæ ſpectãt ad vſum do
mus,tollitur illa præſumptio culpæ leuis, & leuiſſi
mæ,dicitque ita terminaſſe ſolemnẽ Doctorem D.
28 Petrum Aluar.de Padua. † Et ſubdit tunc dici ca-
ſum fortuitum, & culpæ non adſcribi l.cum duob.
§.damna. pro ſoc.l.fiſtulas,§.fi. de contra.emp.& qđ
ita tenet Bal.in l.1.in fin. C.pro ſoc. idem affirmat
Bal.conſi.442.quidam Reſtorus poſt num.2. vol.
3. Alex.in l.ſi quis,§.fin.de eden.tex.eſt optimus in
l.ſi vendita. de peric. & com. rei vend. Bal. conſilio
451.prope fin.vol.1.Iaſ.in l.domus, nume.8.& ibi
Alexan.de leg.1.idem Iaſ.in l.ſed,& ſi quis, §.quæ-
ſitum,num 41.ſi quis cau.Alex.in l.ſi quia ex argẽ
tarijs,§ prætor ait,num.9.de eden.Petr.de Vbal.in
tract.de duobus fratr.par.8.quæſt.18.vltra mediũ,
ver.nunc quid autem in dubio,Gram. deciſ. 3. nu.
13.14.Alex.conſi 50.in finalibus verbis,vol.1.Hoc
pro cautela tradit Ferrer.ad euitãdum omnem cul-
pam,& ex conſequenti refectionem damni, quod
probetur conductorem eſſe hominem vigilem, &
in rebus ſuis diligentem patremfamil.quæ proba-
29 tio † habet tantam vim,quod excludit omnem cul
pam, alias contra eum a iure præſumptam, ita di-
cit in cap.36.prope fin.Pariſ.conſilio 86.num. 11.
volum.4.late Gram.conſi.22.nume.11.in fi.& 12.

in crim. Soz.regu. 178. incendium regulariter 2.
fall.Gozad.conſi.63.num. 15. ita etiam tenuerunt
Lud.de Portis,& Dominicus a Scrofis, commiſſa-
rij in cauſa incendij,conſilio 93. inter conſil. crim.
diuerſ.tom.1.in partis,vbi latius,numero 16. An-
gel.de malef.in verb. incendiario poſt numerũ 12.
verſi.poſtea ab illa regula, vbi dat intellectum, d.l.
ſi vendita.de pericu.& comm.rei ven.& l. 3. de off.
30 præf.vig.vt per † illud verbum, plerumque,detur
intelligi regula in contrarium,quaſi quod regulari
ter non præſumatur negligentia ſiue culpa inhabi
tantis,niſi probetur,quod circa ignem erat ſolitus
male verſari,& verſatus fuit, & quod ita dicit text.
in d.l.ſi vendita,alias agens contra habitantem, ni-
ſi deducat, & probet negligentiam ſolitam, & etiã
tempore incendij adhibitam,non poſſit conductor
de incendio condemnari,hoc idem de diligentia af-
firmat Rolan.a Valle,conſil.95.num.15. in fi.vol.
2.Franc.Marcus, deciſ.61.nume.3.Burſat. conſilio
59.num.7.Marſ.ſing.393.num.2.Hoc idem admo
net,& pro cautela tradit Menoc.de arbit.caſu 290.
num.18.Dom.Petrus Calef.conſi.58.nume. 23.in
ter conſ.crim.diuerſ.tom.2.in fol.Gabr.conſi.159.
poſt num.5.& 6.& poſt nume.8.verſi.ita cognitis.
Vnde cum conductor iſte,vt per teſtes in proceſſu
probatur, fuerit nedum diligens, ſed diligentiſſi-
mus quidem,cum probatur,quod die quolibet pro
hibebat famulis ne accederent ad locum paleæ cũ
lumine, ſed de die proijcerent deorſum paleas pro
gubernandis equis,& ita factitabant,& quod cura
bat,quod ſemper equi hora ſecunda noctis ad ſum
mum eſſent gubernati,pro tota nocte, & quod eo
ſero quo ſequutum fuit incendium, ignis non fuit
maior ſolito.Et quod claudebat oſtium in capite
ſcalarum, ne famuli poſſent ipſo dormiente, per
domum vagare, & quod plus eſt,quod alibi idem
conductor eandem artem preſta caualli, exercen-
do ſemper diligentiam exactam,egit, adeo, quod
nunquam incendium aliquod paſſus eſt, merito
concludendo omnem in eo ceſſare culpam,etiam le
uiſſimam, & propterea abſoluendum fuiſſe ab
impetitis.

Accedant ad maiorem bonæ iuſtitiæ conducto-
ris dilucidationem,ea quæ ſcribit Saly.in l.quæ for
tuitis,magiſtraliter procedendo,poſt num.7.a ver.
diſtinguo igitur vſque ad fin. lecturæ, de pignor.
act.vbi ad propoſitum noſtrum in effectu conclu-
31 dit,quod quando † non conſtat præciſe de certa,&
determinata perſona,quæ incendium commiſit,nõ
poteſt ferri ſententia contra conductorem,licet in-
cendium ex leui culpa proceſſerit,quod apertius di
cit Bal.in conſi.441.poſt nume. 1.ver.item d.ignis,
ab incerto authore cauſam habet, & num. 2. vol.1.
apertius Ana.conſil.71.poſt num.2.vbi concludit,
32 qđ † niſi agens probat culpam certæ,& determina-
tæ perſonæ debet ſuccumbere,l.licet,§.fi.nau.caup.
& ſtab.imo fortius tenet in caſu ſuo,quod incẽdio
commiſſo per nurum,ſocer non tenetur, & ſic de
certa perſona familiæ, niſi perſona illa ſit deputata,
ad certum officium,& in illo officio delinquat,nã-
que tunc per ſe ſa. diceretur in culpa inſufficien-

rem deputando, dicitque hanc communem eſſe doctorum ſententiam in l. 1. §. familiæ, de public. ita etiam tenuit Rom. conſ. 401. prope fin. & Alex. conſil. 50. poſt num. 5. volum. 1. Bal. conſi. 442. quidam Rectores vol. 3. Aucar. conſil. 348. poſt num. 2. cum picit patremfam. negligentia familiæ non teneri. Cepol. conſi. crim. 64. poſt num. 5. verſ. & ex prædictis etiam concluditur, vbi quod conductor non tenetur de culpa, & facto familiæ, ſeu famulorum, niſi eſſent deputati ad ignem puta ad coquinam, namque tunc teneretur ſi eſſet vſus opera malorũ, & deliquiſſent in opere ad quod fuiſſent deputati, arg. l. 1. §. familiæ de public. & l. fin. § ſeruorũ Naut. Caup. & ſtab. vbi ſubdit ex authoritate Ang. de Maleſ. in verb. incendiario, nu. 31. hoc magis procedere
33 † ſi illi de familia, erant tales de quibus veriſimiliter confidere potuiſſet dominus quia erant diligentes, tunc enim dominus familię, nullo modo tenetur, etiam ſi tempore incendij fuiſſet in negligentia, vel culpa, arg. l. argẽtum commod. quia tunc reſpectu domini diceretur caſus fortuitus, q non aſcribitur culpæ ipſius domini. l. cum duobus. §. damna pro ſoc. l. fiſtulas. §. fi. de contra. emp. & ita tenet Bal. in l. 1. in fin. C. pro ſoc. ita Cepoll. quem ſequitur Alex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prætor, ait nu. 9. de edeo. & ibi Iaſ. poſt nu. 31. vbi dicit eſſe valde notandum pro defendendo amico, & melius in l. domos, num. 10. de leg. 1. vbi hæc mandat notari, vt ſcias defendere amicum, dicitque in contingentia facti ita obtinuiſſe Cremonę Aleſan. conſi. 74. nu. 5. volum. 6. Afflict. deciſ. 57. poſt num. 6. uerſ. &
34 quod † de incendio commiſſo per famulum, vbi vult non teneri dominum, niſi ſit ad coquinam ab eo deputatus, & nume. 4. vult ratione incertitudinis dominum non teneri, & apertius ibi Gram. in add. uer. vbi plus dicit, vbi vult quod ut quis de incendio teneatur, debeat probari culpa certi determinati hominis, quia licet pręſumatur culpa inhabitantium, tamen abſque culpa determinatæ perſonæ fieri non poteſt, ſed culpa determinati hominis non præſumitur, vt dicit expræſſe tex. in d. l. ſi vendito, ſi ergo non probetur culpa determinatæ perſonæ remanet incertitudo, & ſic non poteſt ſequi condemnatio. l. licet §. fin. Naut. Caup. & ſtab. Idem firmat Curt. Iun. in l. dominus horreorum, colum. 2. locati, & aperte Iaſ. conſi. 116. nume. 3. volum. 1. vbi quod incendium ſine culpa determinatæ perſonæ fieri non poteſt, quod non præſumitur culpa indeterminati hominis, vt probat tex. in d. l. ſi vendita, de peric. & comm. rei vend. Vnde cum actor non probauerit culpam determinatæ perſonæ debuit ſuccumbere, l. licet, §. fi. Naut. Caup. & ſtab. vbi
35 plus ſubdit Iaſ. † quod non ſufficit quod præſumatur incendium factum culpa inhabitantium, quia illa indeterminata præſumptio non ſufficit ad condemnationem, cum adhuc incertitudo probationis remaneat. l. duo ſunt filij, de teſta. tute. & adducit doct. Bal. in l. ſi creditor, & in l. pignus. C. de pign. act. in quibus locis tenet, qd licet præſumatur culpa inhabitantium in genere, tamen ſi non appareat de certa perſona, per quam paterfam. teneatur, non poteſt contra ipſum ferri ſentẽtia per tex. in d. l. licet §. fin. Naut. Caup. & ſtab Ferrar. caut. 36. nu. 3. Gozad. conſil. 63. numę. 12. 13. vbi alios, & num. 14. Rol. conſil. 95. num. 11. 12. 13. volum. 2. vbi argumẽtatur a fortiori, dicit enim in fi. nu. 13. ſi ergo conductor non tenetur, quando vnus de familia eſt certus, vt ſupra docuerat, quanto magis excuſari debet quando nõ conſtat de certo authore, idẽ approbat Pariſ. conſil 87. nu. 5. 6. 7. 8. 9. 10. volum. 4. vbi late proſequitur, & plurimos congerit, ſpertiſſime Menoch. de arbitrar. caſu 390. num. 11. & num. 19.
36 † dicit leuem culpam non obligare dominũ ex facto ſuæ familiæ, alios adducens ea ratione, quia dominus regulariter nõ tenetur pro facto ſuę familię, niſi in caſu quo ad opus illud eſſet quis deſtinatus, puta ad coquinam, ex d. l. ſi ſeruus ſeruum. §. fornacarius ad l. Aquil. Gabr. conſ. 159. num. 6. 7. vbi cõcludit actorem ſuccumbere, niſi probet culpam, & factum certi hominis aut eius, de cuius facto ipſe paterfam. teneatur, ſequitur Burſat. conſi. 59. num. 8. 9. allegans etiam ita firmaret Iacob. Nouell. in reg. incendium 18. in fin. nu. 4. & Benincaſ. in tract. de pauper. q. 9. num. 19. & nouiſſime Gerald. Mazzol. conſ. 85. nu. 20. 21.

Corroborantur omnia hæc ex eo, quia ignem
37 † in domo habere nõ eſt prohibitũ, ſi enim id prohiberetur, eſſet denegare vnum ex elementis, vagãtem vero tenere, & immoderatum illud eſt culpa, vnde tunc ſi ex eo damnum ſequatur culpę aſcribitur, quia tunc culpa conſiſtit in faciendo, nõ autem in committendo, ita Salyc. in l. quæ fortuitis poſt nume. 7. verſicu. circa quod attende. C. de pignor. act. quod etiam repetit in l. ſi vendita poſt prio. de peric. & com. rei vend. relat. per Auguſt. Arim. in add. ad Ange. de Malefic. in verb. incendiario in 2. addit. colum. 3. ver. & in hac materia, & hac ratione lex præſumit incendium, vt plurimum procedere culpa inhabitantium, quia habitatores non poſſunt diu habitare domum ſine igne, & propterea culpa ipſorum quandoque incendia fiunt, vt referunt domini Ludouicus de Portis, & Dominicus a Serofa commiſſarij in conſi. 93. num. 6. in fin. & 7. inter conſi. crim. diuerſ. tom. 1. in paruis, declaratq;
38 Salyc. in ſupradictis locis † immoderatũ dici ignẽ re loco, & tẽpore, re ſi plus debito ligna ſuper igne imponantur, ita quod exceſſiuus efficitur ignis, ſicque nimium ſe extollat, & vagetur loco, ſi in loco incongruo ignis fiat, & periculoſo, & inſolito, tempore, ſi in loco aperto, flante vento ignis fiat, adeo vt flammam ignis impellat, & domum, aut aliud
39 ſuccẽdat, † & quolibet horum caſuum, ſi incendiũ ſequatur, dicitur is qui fecit in culpa, & dãna illata reſarcire tenetur, vt in dictis locis aſſerunt, deprehẽditur enim in dictis caſibus, culpa ſi nõ lata, ſaltim leuis, & illa in faciendo, idem proſequitur Anan. in ſæpe. allega. conſil. 71. nume. 2. & Gozad. conſil. 63. nume. 1. Refert & ſequitur Rol. conſil. 95. num. 16. 17. volum. 2. Ex quibus elicitur tenentem ignem in domo non eſſe in culpa, niſi illũ immoderatum teneat, ſed in caſu iſto conductor illo tempore ignem ſolitum, & ordinarium tenuit, & ſatis

ſatis debilē in loco ſolito, & foculari ordinario, &
tempore congruo, aotequam dormitum irent, vt
per teſtes in cauſa examinatos apparet, & ex aduer
ſo nil probatum extitit, & in loco, vbi ortom fuit
incendiom, nullum tenebat ignem, ergo culpa ali-
qua codductori aſcribi oon poterat, quod appro-
bat Aochaia.conſi. 348. poſt prioc. vet hic. item non
conuenit.
40 Coadiuuatur, qoia † conductor ipſe vſos eſt do-
mo ipſa ad vſum deſtinatum, eo modo, & prout vte
batur locator in omnibus, & per omnia, quo caſu
non tenetur de periculo, l. cum qui, in prioc. com-
mod. nec poteſt dici io aliqua culpa, l. ſi quia fun-
dum, §. Imperator. locati, ita Bertr. conſi. 197. num.
2. volum. 1. quod approbat Grat. conſi. 197. nome.
16. 17. & 18. volum. 2. dum ſe fundat in eo, qood
condoctor vſus fuerat domo ad ad alium vſum, quā
deſtinatum, & propterea teneatur de omoi culpa. l.
videndum, in princ. locati, allegans Alex. conſ. 107.
colum. fi. volum. 2. & conſ. 106. colum. pen. volum.
3. & Barto. in l. cum in plures, locati, quaſi fateatur,
quod vtendo ad eundem vſum in oulla ſit culpa,
& non alterando vſum, hic ergo vſos alteratus in ni-
hilo fuit, ſed eo modo, & forma quo, & qua vteba-
tur locator, indifferenter vſus eſt, ergo omois ab eo
abeſt culpa. Rurſus ex alio in caſu iſto omnis a con
ductore abeſt culpa, quia vere caſus fortuitus dici
poteſt, & ſi ordinarie inter caſus fortuitos incen-
dium coonumeretur, l. incendium, cum ibi not. C.
ſi cert. pet. & in l. in rebus, commod. vbi Paulus iure
conſ. his vtitur verbis.
In rebus commodatis talis diligentia præſtanda
eſt, qualem quiſque diligentiſſimos paterfamilias
ſuis rebus adhibet, ita vt tantum eos caſus non pr̨
ſtet, quibus reſiſti non poſſit, veluti mortes ſeruo-
rum, quæ ſine dolo, & culpa eius accidunt latronū
hoſtium ve incurſus naufragium incēdium, fugas
ſeruorum, qui cuſtodiri nō ſolent, unde inter caſus
fortuitos enumeratur incendium.
Item Vlpianus I.C. inter caſus fortuitos enome
rat in l. ſi ut certo, §. quod uero, ff. com. cuius hæc
ſuot oerba. Quod ſenectuti contigerit, uel morbo,
uel io latronū ereptum eſt, aut quid ſimile accidit
dicendum eſt nihil eorum eſſe imputandum ei, qoi
cōmodatum accepit niſi aliqua culpa ioteruenit:
proinde, & ſi incendio, uel ruina aliquid contioge-
rit, uel aliquod damnum fatale, non tenebitur niſi
forte, cum poſſet res cōmodatas ſaluas facere ſuas
prætulit inter caſus fortuitos, eoumerat etiam Sa-
lyc. io l. quæ fortuitis, nu. 7. C. de pignor. act. Et rur
ſus Vlp. in l. cum duobus, §. damna, pro ſocio, in-
qoit. Ideoq; ſi pecus æſtimatū datū ſit, & id aut la-
trocinio, aut incendio perierit, commune damoum
eſt, ſi nihil dolo, uel culpa acciderit eius, qui æſtima
tum pecus accepit. Vnde ex his poſſumus ioferre
41 † incendium poſſe dici caſom fortuitū ſemper niſi
dolo, uel culpa lata fiat: ſi oero culpa leuis præcedat
caſum, tunc remaneat caſus fortuitus, ſed ratione
culpæ ille teneatur ad damni emendationem dun-
taxat; in culpa uero leuiſſima, quæ eſt minima ne-
gligentia, ſemper erit caſus fortuitus, & inde in-
ferunt Doct. quod illo caſu non teneatur ad damni
42 emendationem, & illud quod dicit † I.C. in l. 3. §.
cognoſcit, videlicet, quia incendia plerunque culpa
fiunt inhabitaotium, non de culpa leuiſſima loqui-
tor, ſed de punibili, & quidem corporaliter, vt ex ſe
quentibus verbis aot fuſtibus caſtigat, nam ſi eſſet
culpa leuis, vel leuiſſima, nulla imponi potuiſſet pę
na, vt declarat Ang. de Malef. in d. ver. incendiario
43 ad longum, † & econuerſo, l. ſi vendita, de peric. &
com. rei ven. loquitur de culpa leuiſſima, vt ex fina
libos verbis, l. deprænditur, & ideo dicit Vlp. in
l. cootractus, in fi. de regu. iur. animalium vero ca-
ſus, morteſque, quæ ſine culpa accidunt fugæ ſeruo
rum, qui cuſtodiri non ſolēt, rapinæ tumultus incē
dia, aquarum magnitudioes, impetus prædonum a
nullo pręſtantur, quia inter caſus fortuitos enume-
rantur, & ideo licet leuiſſima culpa ioteruenīat, nō
venit refectio damni cum a nemine pręſtetur, l. ſi
vendita, ff. de peric. & commo. rei vendi. l. inſulam.
§. fi. ff. loca. Bar. io l. 1. ff. de offi. præfe. vigi. Bal. in l. ſi
creditor, de pigno. actio. Gozad. conſi. 63. nume. 18.
Bal. conſi. 441. lib. 1. Cepol. conſi. 69. cum alijs con-
cordantibus, quæ late tradit Seba. Medi. in tract. de
caſib. fortui. q. 8. 2. par.
Vnde iofert Anan. conſi. 71. poſt nom. 2. verſic.
pręmitto, quod niſi probetur culpa verè, vel pręſū
ptiue, is, qui agit, debet ſuccumbere, cum alias præ-
ſumatur caſus fortuitus, dicitq; Sal. in d. l. quæ for
tuitis poſt oum. 9. verſ. & breuiter mihi videtur. C.
44 de pignor. act. quod ſi incendium contingat † in
hoſpitio facto viatorum, quod conductor non tene
tur, quia quo ad eum caſus fortuitus eſt iudicādus,
allegando a contrario ſenſu, l. ex conducto. §. fio. lo-
cati, & l. videmus, §. fin. cum l. ſequen. eodem titu.
quod proſequitur Bertrand. conſilio 197. nume. 7.
volumine 1. & Alexander conſilio 50. nume. 4. vo-
lumine 1. conſilio 74. numero 4. volumine 6. vbi di
cit, quod incendium inſolitum reputatur caſus for
tuitus, puta ſi venit aliunde, vt facile in caſu iſto
venire potuit, vt diximus io princip. poſt præſup-
poſita pariter ſi ignis ab alio, quam ab habitaoti-
bus immittatur, inquit Bal. in l. pignus, columna
3. C. de pignor. actio. & in dicta l. 3. §. cognoſcitur,
de offic. præfect. vigi. & Iaſon conſilio 116. nu-
mero 2. volumine 1. dicit ſimpliciter incendium
connūmerari inter caſus fortuitos, & propterea
nemini debere impotari, niſi per agentem culpa
probetur vere, vel præſumptiue: ſed ſic eſt, quod
incendium dictæ domus cauſatum fuit caſu fortui
to, quia ortum habuit io loco ooo conſueto habe-
re ignem, cum conductor ipſe numquam tenuerit
ignem in torrario, vbi originem habuit, ergo ei cul
pa imputari non debet, quod non adhibuerit dili-
geotem curam in igne cuſtodiendo, ne euagaretur.
Bal. in l. 1. C. depoſiti, vbi plus voluit, quod ſi ignis
45 † de raro contingentibus ibi eſſe ſolcret tunc aſcri
bitur caſui fortuito, quia caſus eſt inſolitos, qui cul
pæ aſcribi non poteſt, l. cum duobus, §. damna. pro
ſoc. l. fiſtulas. §. qui frumentum, de contr. emp. Idem
approbat Gozadin. dicto coſilio 63. numero 2.
in tantum, vt conductori nun imputetur niſi qui

9 *Remedium l,2.C.de reſcinden.vendi.non datur reſoluto contractu.*

10 *Exceptiones competentes principali competunt fideiuſſori.*

An idem ſit in actionibus ſine ceſſione.

Actio competens principali, an ipſo iure ſine ceſſione competat fideiuſſori.

11 *Fideiuſſori nullum ius queritur prius, & aliter quam ſuo principali competat.*

ARGVMENTVM.

Quod venditor teneatur de euictione ad verum rei valorem tempore ſecutæ euictionis, & quæ exceptiones, & remedia competentes, & competentia principalibus competant etiam fideiuſſoribus.

DECISIO CX.

DOM. Angeletta de Vzzano, conſentiente, ac de euictione fideiubente Lucantonio eius viro, vendiderat agrum Carolo de Cremona pro ſcu. 400. mortuo emptore, & Lucantonio marito, eadem venditrix mouit iudicium contra Aloyſium de Bruoacijs hæredem d. Caroli, & narrato, quod vi, & metu viri, ad vendendum inducta fuerit, fuit declaratum dictum instrumentũ nullum, & quatenus validum, reſcindendum fore, & heres condemnatus ad dimittendum bona empta recepto precio ſcuto. 400. iam ſoluto. Qui quidẽ Aloyſius ſtante euictione prædicta egit aduerſus hæredes, & poſſeſſores bonorum d. Luçantonij fideiuſſoris, & facta liquidatione, & probato valore dd bonorum tempore euictionis aſcendentium ad ſummam ſcu. 1776. obtinuit totidem de bonis d. fideiuſſoris ſibi inſolutum dari, deductis tamen ſcut 400. vt ſupra receptis ab ipſa venditrice, & fuerunt in ſentẽtia adiudicationis hæredibus d. fideiuſſoris reſeruata iura qualia competãt, circa remedium reciſſorium, qui poſtea egerunt aduerſus dd. hæredes emptoris remedio l. 2. C. de reſcin. vend. concludendo de læſione vltra dimidiam, & inſtando ſibi de iuſto precio ſuppleri, & ſatisfieri, cum amplius rei reſtituendæ facultatem non habeant propter reſtitutionẽ iam d. venditrici factã, & agitato proceſſu in diuerſis inſtantijs diuerſiſq; ſubinde latis ſententijs cauſa tandem ad nos deuoluta conijciebamus ex cõflictu teſtium ſuper læſione, & non læſione hinc inde examinatorum, magis dici debere probatam læſionem vltra dimidiam, & ſic ex iſto capite actoris deſiderio fore aſſiſtendum, niſi negocium feciſſet defectus iuris agendi ſuper quo fuit elaborandum. Dicebatur enim pro parte illorum de Bruoaccis nullum ius competere, aduer
ſatijs agendi reſciſſorio remedio quo egerunt, quãdoquidem ex perſona Lucæantonij fideiuſſoris ſicut ipſimet non competebat, quia per vim, & me-
1 tum induxit eius vxorem ad vendendum ita, † vt
ex proprio dolo ſibi patrocinari non debuiſſet, l. relegatorum in fi. ff. de religio & ſumpt. fu. l. ſiue hæreditaria. in fi. ff. de nego. geſt. l. 1. in prin. ff. de dolo, ita nec eius hæredibus, & ſucceſſoribus. l. nemo plus. ff. de reg. iu. & ſibi fuit imputãdum damnum, quod ſua culpa euenerat. l. quod quis ex culpa. vbi Dec. Cagno. & Mayne. de reg. iur.

Reſpectu vero alterius remedij reſciſſorij virtute l. 2. C. de reſcien. vend. (& hoc erat per prius intẽtatum) dicebant pariter actores fore repellendos a iudicio, quia & circa hoc ſimiliter ſine actione experiebantur, nam ex quo bona vendita non reperiũtur pœnes Aloyſium propter euictionem in iudicio factam a d. Dom. Angeletta, & ſic rei reſtitutio fieri non poſſit dd. actoribus, non debet etiam precij reſtitutio fieri, Cagno. d. l. 2. nu. 113. q. 10.

Maxime, quod auctor agentium, ideſt Lucaſanto, extitit fideiuſſur euictionis culpa ſua ſecutæ in dd. bonis, & actum fuerit per emptorem, cui euicta
2 fuere contra fideiuſſorem actionẽ exempto, † non
ex ſtipulatu, propter quod d fideiuſſor, & eius heredes tenentur ad verum valorem rei euictæ tempore ſecutæ euictionis, Bar. in l. Titius, nu. 4. de actio. empt. & in l. Iulianus. in prio. ff. eod. & ſic ſi ita tenentur ad verum precium tempore euictionis, quomodo id repetunt, quod iure ſoluerunt, alias fruſtratoria euictionis promiſſio redderetur, & daretur locus circuitu euitando. l. domua teſtamento. ff. de cond. indebit.

3 Ex aduerſo dicebatur, quod omnia iura, † & exceptiones competentes principali, competunt etiã fideiuſſori ita quod quemadmodum Dom. Angelettæ competebat hoc remedium l. 2 C. de reſcind. vend. ita vt fideiuſſori, & hæredibus, l. omnes. ff de except. Marſ. de fideiuſſo. nume. 267. Pariſ. conſilio 121. num. 8. lib. 1.

4 Imo poteſt fideiuſſor † exercere iura competentia ſuo principali etiam eo inuito, & etiam eas opponere exceptiones a quibus ſit ipſe principalis excluſus, veluti de exceptione nõ numeratę pecuniæ, quam opponere poteſt, etiam principali comparente, & confitente numerationem. Bal. in l. tam mandatori. col. fi. de non nume. pecu. Marſ. d. rub. de fideiuſſo. num. 268. item ſi ſit fideiuſſor excommunicati. Abb. & alij in cap. cum inter. de exceptio. item ſi velit excipere de vſuraria prauitate contractus, quod dicere poteſt fideiuſſor etiam ſi ſuus principalis fateatur contractum verum Bal. & Marſ. vbi ſupra. Et ſic cum dictum remedium ſemel ſibi cõpetierit, quia competijt d. Dom. venditrici, non potuit venditricis facto ſibi in eo præiudicari tãquam in iure ſemel quæſito, non minus, quam ſi fiat pactũ a ſe non peti pecuniam, non poteſt poſtea fieri pactum contrarium in præiudicium fideiuſſoris, cui inceperat prodeſſe primum pactum. Roma. conſi. 24. ad fi. Iaſ. in l. fi. de pact. Soz. conſi. 91. num. 7. lib.
5 4. poſt † enim ius quæſitum fideiuſſoribus non de-

bet

bet per principalem in eius præiudiciũ aliquid fie
ri,& pœnitere. Ang.conſ.374.col.pe.ver.1.Aymo.
conſi.106.ad fi.
Et maxime,quod d.fideiuſſor non acceſſerat alie
næ obligationi ſimpliciter, ſed vt principalis alie-
nam ſuam fecit,ideo erant cenſendi duo rei deben-
6 di,† & largo modo fideiuſſor reſpectu eius ad quẽ
negocium ſpectat,gl.in l. vir vxori,ad Velleia. Bar.
in l.reos,de duobus reis,Natta,conſi.261.nume.3.
& ſtãte obligatione generali omnium bonorũ pro
cõſeruatione indemnitatis a principali fideiuſſore
facta cadebat etiam iſtud remedium competens di
cto principali, in cuius præiudicium non poterat
quicquam fieri,vt dictum eſt, et ſecuta reſolutione
contractus ex capite nullitatis euictio non poterat
ſequi, niſi pro precio ſoluto.Rebuff.de reſciſſio.cõ
tra.art.1.gl.15.num.29.Caballi.de euictio.§.5.nu.
7 51.& ſi in aliquo†vlterius fideiuſſor obnoxius fuiſ
ſet,non ſe extendebat vltra duplum obligatio inte
reſſe.l.1.de ſent. q̃ pro eo, qđ int.vbi Dec.in 4.not.
prout vltra quadruplum euictionis nomine exactũ
fuiſſe prætendebatur.
Fuit concluſum ad fauorem reorum contra acto
res,qui alias in alio executiuo iudicio cõtra eos mo
to de eadem l. 2.per viam exceptionis exceperunt
ſub prætextu læſionis,& hoc non obſtante fuerunt
condemnati ad ſolutionem precij rei euictę,habita
conſideratione temporis euictionis, quod aſcendit
ad ſummam ſcut.1700.& licet eis fuerint in ſentẽ-
tia reſeruata iura circa remedia reſciſſoria,reſerua
tio tamen illa nihil noui iuris tribuit, & ſicuti tũc
non competebat,ita nec nunc;fuerat enim contra-
ctus iam reſciſſus ex capite nullitatis,& facta reſti-
tutio rei, vnde cum contractus non ſit amplius in
rerum natura,remedium reſciſſorium nihil repetit
reſcindendũ,nõ entium.n.nullę ſunt partes,& ideo
cum contractus ille fuerit conſumatus, & annulla
tus, amplius reſcindi non poteſt, quia non conue-
niunt verba.d.l.2. cuius virtute agitur ad rem, &
res eſt in obligatione,precium vero, ſeu precij ſup
plementum, eſt in ſolutione arbitrio emptoris: re
8 † igitur reſtituta tale remedium non competit,cõ
tra non poſſidentem,& dum principaliter egerunt
ad precij ſupplementum,ſiue actione egerunt ad id
ad quod emptor non erat obligatus,vt not.Docto.
in d.l.2.Bar.num.16.Saly.num.20.Bal. num.14.
9 Et quod annullato contractu † remedium. d.l.
non habeat locum, firmat Deci.conſi.583. in fi.cu
ius opinio in hac Rota præualuit,reprobato Arrio
Pinello contrarium aſſerente in d.l.2.in 2.parte,nu
me.19.Præterquam,quod illud,quod dicebatur de
iuribus competentibus principali,competere etiã
fideiuſſori,prout in iuribus ſupra allegatis,& tradit
Ronchagal.in l.ſi duo rei.de duob.reis.Abb.conſi.
10 82.lib.1.Bello.conſil.75.& 77. & ſi † verum ſit in
exceptionibus,(& hoc non eſt perpetuum,& in om
nibus, vt tradunt addentes ad Afflict. deciſ. 206.
vbi de nonnullis competentibus principali,quę nõ
competit fideiuſſori) tamen in actionibus compe-
tentibus principali, quod ipſo iure competat fide-
iuſſori ſine ceſſione aliqua, id pro nunc non firma
uimus, cum ſatis fuerit pro deciſione, quod reſciſ-
ſio in vim d.legis 2. non detur extincto contractu
principali,& licet in obligatione generali bonorũ
pro conſeruatione indemnitatis ſubeſſet ius iſtud
reſciſſorium.l.2.& ſic quod nihil potuerit fieri in
præiudicium iuris competẽtis fideiuſſori,vt argue
batur,nihilominus non poteſt dici ius quæſitum fi
11 deiuſſori aliter,& priuſquam principali,cum † ab
eius iure reguletur ius fideiuſſoris.l.ex perſona. &
l.vbicunque,de fideiuſſo.Doct.in l.tam mandatori.
C.de non num.pecu.principali autem competebat
d. remedium electiue,& per modum facultatis in-
ter alia remedia ſibi competentia, vnde eligendo
viam nullitatis ex capite vis,& metus,tanquam ſi-
bis magis proficuum,nõ dicitur præiudicium intu
liſſe in aliquo ſuo fideiuſſori,cui fortaſſe per nouas
conuentiones,& pacta non potuiſſet præiudicare,
ſecus autem vtendo iure ſuo in electione plurium
remediorum,argumento eorum, quæ dicuntur de
prælato filio, & ſeruo vel debitore, qui non poſsũt
nocere faciendo,vel negligẽdo.l.3.§.ſi filius, & ibi
Doct.ff.quod quiſque iuris.
Non obſtat, quod dicatur de contractu reſciſſo,
& annullato,quod non debetur euictio,niſi ad pre-
cium,quia obſtat res iudicata, & executio ſubinde
facta pro precio habita conſideratione temporis
rei euictæ,& ſic non eſt vlterius quęrendum,& ſtan
te actione ex empto in alio iudicio intentato fide-
iuſſor tenetur ad integrum valorem rei tempore
euictionis ſecutę appreciatæ.Bat.d.l.Titius, nu.4.
& in d.l.Iulianus,& ita hoc iure paſſim vtimur in
hac Rota,&c.

SVMMARIVM.

1 *Regula eſt,quod incendia plerunque fiunt culpa inhabi
tantium,& culpa eorum factum præſumuntur, niſi
probatur caſus fortuitus, & nume. 19. vbi de ma-
gis com.*
2 *Conductor tenetur ad cuſtodiam rei conductæ.*
3 *Obligatus ad cuſtodiam tenetur de leui, & leuiſſima
culpa,& eueniente caſu illam probare debet, & nu-
mero 54.*
4 *Debitor ſpeciei perempta ſpecie liberatur, & ſufficit ſo-
lum probare mortem, abſque eo,quod probet caſum,
vel culpam,verum ſi quis teneatur ad cuſtodiam ra
tione officij,vel publici,vel priuati, non liberatur ni-
ſi probet interitum naturalem,vel facto alterius abſ
que eius culpa.*
5 *Caſus incendij habet culpam adnexam, & admixtam,
cum ſine culpa præſumpta faciliter non eueniat.*
6 *Ignis ſi non probetur immiſſus in domo ab extra,in du-
bio præſumitur immiſſus ab habitantibus, & ſic eo
rum culpa.*
7 *Conductor in incendio non leuiſſimam, ſed leuem com-
mittit culpam,& propterea tenetur ad damni emen-
datio,ſed contra infra,nu.56.*
8 *Quando a lege fit mentio de culpa ſimpliciter, nunquã
regulariter intelligitur de leuiſſima,ſed de leui.*
9 *Committens culpam leuiſſimam non tenetur ad damni
emendationem.*

10 *Verba*

10 *Verba debent intelligi cum effectu.*

11 *Lex Aquilia tendit ad conſeruationem patrimonij.*

12 *Quando perſona immittens eſt incerta, nemo condemnari poteſt. fallit tamen in Nautis, Cauponibus, ſtabulariis, & hoſpitibus, qui tenentur de culpa, & negligentia eorum familiæ.*

13 *Culpa, & dolus non præſumitur, ſed per aſſerentem probari debet, ſiue agendo, ſiue excipiendo opponatur, & num. 17.*

14 *Incendium non ſemper præſumitur oriri culpa inhabitantium, ſed plerunque iuxta verba tex.*

15 *Locator culpam probare debet, quæ ſit punibilis, & leuis, vt ſua damna conſequatur.*

16 *Incendium oriri poteſt cum culpa, & ſine culpa licet plerunque cum culpa.*

18 *Probatio debet eſſe neceſſario concludens ad obtinendã victoriam.*

20 *Culpa præſumpta in incendio inhabitantium dicitur leuiſſima, niſi aliter probetur.*

21 *Contractus locationis, & conductionis celebratur gratia vtriuſque, & ideo non venit leuiſſima culpa, & num. 52.*

22 *Agens ad damna ob incendium debet articulari, & probare, quod conductor non adhibuit eam diligentiam, quam adhibent homines diligentes eiuſdem profeſſionis, vel quod omiſerit facere ea, quæ diligens paterfamilias faceret circa cuſtodiam domus, vel quod faciebat, ea quæ diligens paterfamilias non feciſſet alias non dicatur probata leuis culpa.*

23 *Dicens incendium præſumi culpa inhabitantium leui commiſſum, & non leuiſſima contra communem opinionem loquitur.*

24 *Clauſulæ, quæ in fine libelli apponuntur, videlicet deducens, &c. Petens ſibi ius, &c. Non ſe aſtringens, &c. Omni modo, &c. dicuntur ſalutares, & per eas cenſetur deducta omnis actio, qua ex narratis colligi poteſt.*

25 *Actio. l. Aquiliæ continet, & habet in ſe culpam leuiſſimam, & propterea ſi agatur contra committentem incendium, ea actione etiã, quod leuiſſimam culpam commiſerit ad damni emendationem tenetur.*

26 *In actione l. Aquiliæ licet veniat culpa leuiſſima ea tamen ſolum venit, quæ conſiſtit in faciendo, non autem in negligendo, & omittendo.*

27 *Præſumptio aliam tollit, & in materia incendii præſumptio culpæ tollitur per præſumptionem diligentiæ adhibitæ.*

28 *Incendium probata diligentia dicitur caſus fortuitus, et culpæ non aſcribitur.*

29 *Probatio diligentiæ, et vigilantiæ in rebus ſuis habet tantam vim, quod excludit omnem culpam, alias contra eum a iure præſumptam.*

30 *Ex verbo plerumque in l. 3. ff de offi. præf vigil. elicitur regula in contrarium, quod non præſumatur negligentia ſiue culpa inhabitantis, niſi probetur, quod circa ignem erat ſolitus male verſari.*

31 *Incendio. quando non conſtat præciſe de certa, & determinata perſona, quæ incendium commiſerit, non poteſt ferri ſententia contra conductorem, licet incendiũ ex leui culpa proceſſerit.*

32 *Agens ex incendio niſi probet culpam certæ, et determinatæ perſonæ ſuccumbit, & licet probetur de certa perſona familiæ, niſi perſona illa ſit deputata ad certum officium, et in illo officio delinquat paterfamilias non tenetur, ſi vero elegerit ſeu deputauerit, tunc illo delinquente paterfamilias dicitur in culpa in ſufficientem deputando, et propterea tenetur.*

33 *Quando illi de familia ſunt tales, vt veriſimiliter dominus de eis confidere potuerit, quia erant diligenter tunc dominus de incendio non tenetur, etiam ſi eo incendii tempore fuerint in negligentia, vel culpa, quia tunc reſpectu domini diceretur caſus fortuitus.*

34 *Dominus non tenetur de incendio commiſſo per famulum, niſi famulus ille ſit ab eo ad coquinam deputatus.*

35 *Præſumptio illa, quod incendium præſumatur culpa inhabitantium non ſufficit ad condemnationem, quia eſt indeterminata, et incertitudo perſonæ delinquentis remanet.*

36 *Leuis culpa non obligat dominum ex facto ſuę familiæ, quia dominus regulariter non tenetur de facto ſuæ familiæ, niſi in caſu quo ad opus illud eſſet quis deſtinatus.*

37 *Ignem in domo habere non eſt prohibitum, quoniam eſſet denegare vnum ex elementis, vagantem vero, et immoderatum tenere eſt culpa adeo, quod ſi ex eo damnum ſequatur culpæ aſcribitur, et ad damna reſarcienda tenetur, quia tunc culpa conſiſtit in faciendo.*

38 *Ignis immoderatus dicetur re loco, et tempore; re ſi plus debito ligna ſuperponantur adeo, quod exceſſiuus fiat ignis ſicque nimium ſe extollat, et vagetur; loco ſi in loco incongruo ignis fiat, et periculoſo, et inſolito. Tempore ſi in loco aperto flante vento ignis fiat adeo, vt flammam impellet, et domum aut aliud ſuccendat.*

39 *Faciens ignem immoderatum vno ex tribus modis prędictis, et incendium ſequatur dicitur in culpa, et damna illata reſarcire tenetur.*

40 *Conductor ſi vtatur domo ad vſum deſtinatum, eo modo, et prout utebatur locator in omnibus, et per omnia non tenetur de periculo.*

41 *Incendium ſemper dicetur caſus fortuitus, niſi dolo, vel lata culpa fiat, ſi vero culpa leuis præcedat caſum, tunc remanet caſus fortuitus, ſed ratione culpæ ille tenetur ad damni emendationem dumtaxat, ſi uero culpa leuiſſima, quæ eſt minima negligentia ſemper eſt caſus fortuitus, et illo caſu non tenetur ad damni emendationem.*

42 *Tex. in l. 3. § cognoſcit. ibi, quia incendia plerunque, non de culpa leuiſſima loquitur, ſed de pupilli, et quidem corporaliter, vt ex ſequentibus uerbis apparet ibi, aut fuſtibus caſtigat, nam ſi eſſet culpa leuis, vel leuiſſima, nulla imponi potuiſſet pęna.*

43 *Tex. in l ſi vendita. de peric. et comm. rei vend. loquitur de culpa leuiſſima, ut ex finalibus verbis dictę l. deprehenditur.*

44 *Incendium ſi in hoſpitio contingat facto uiatorum, conductor non tenetur, quia quo ad eum caſus fortuitus reputatur.*

45 *Incendium ſi ortum habeat in loco, vbi de raro contin-*

gen-

gentibus ignis eſſe ſoleat, aſcribitur caſui fortuito, quia caſus eſt inſolitus, qui culpæ aſcribi non poteſt. & num. ſeq.

47 *Ad euitandum culpam. & damni refectionem in incendio cautela eſt, vt probetur ignem habuiſſe principiũ in loco, vbi de facili ignis non debebat eſſe, quia ſic probatur culpam abeſſe.*

48 *Congruitas, vel non congruitas loci culpam arguit, & excludit reſpectiue.*

49 *Quando ignis fuit viſus ab initio in alia parte domus, quam habitata, ceſſat omnis culpa, & præſumptio contra habitantem reſultans, & potius præſumitur caſu fortuito, & ictu fulguris eueniſſe, quam culpa inhabitantium.*

50 *Quando ſcintilla ignis vento in paleam eijcitur, in qua inuiſibiliter ignis multiplicatur ita vt incẽdium oriatur, conductor ex incendio non tenetur, quia non poteſt dici eſſe in aliqua culpa.*

51 *Ex tex. in l. 3. §. 1. ibi plerunque, &c. ſumitur, vt non ſemper, & indiſtinctè incendia culpa inhabitantium præſumatur oriri, ſed quandoque culpam non præſumi.*

53 *Opinio, quod incendium præſumatur factum culpa inhabitantium ita, vt teneantur ad damni emendationem, procedit in caſibus, in quibus, quis tenetur de leuiſſima culpa, vt in commodatario, & in recipiente cuſtodiam rei recepto precio, & in alijs contractibus qui fiunt gratia recipientis tantum,*

54 *Qui tenetur de cuſtodia tenetur de leui, & leuiſſima culpa, quod quomodo procedat, vide ibi.*

55 *Cuſtos niſi mercedem recipiat pro cuſtodia non tenetur niſi de leui culpa.*

57 *Caupones, & ſtabularij idem ſunt, & æque accipiuntur ſecte I.C.*

58 *Stabulum à ſtando locus dicitur in quo longo itinere feſſi ſuccedere ſolent, quod & diuerſorium, & hoſpitium dici ſolet.*

59 *Proſtribulæ meretrices dicuntur, quæ gratia copioſioris quæſtus adueniũt in ſtabulis concurrentibus manſiones ante ſtabulos habent.*

60 *Vbi verba non conueniunt, non conuenit eius diſpoſitio.*

ARGVMENTVM.

De incendio, & conductore domus, quæ comburatur, et ignoretur, quò in loco originem ignis habuerit, & per quem immiſſus fuerit, an ad emendationem damni teneatur.

Et an dominus pro famulis, et familia, & qua culpa ſufficiat, vt quis ad damni emendationem teneatur.

Et quomodo procedat actio legis Aquiliæ in damno reficiendo, in qua ſufficit leuiſſima culpa, quæ tamen debet eſſe faciendo, non autem omittendo, & plura ad materiam facientia, et ſæpe in facto contingentia.

Iſta ſunt egregia motiua Excellentiſſimi Domini Octauij Puri Magonij Gentilis mei, & equitis Sancti Stephani, de quo libenter propter inſignem eius doctrinam mentionem facimus.

DECISIO CXI.

THOMAS de Bardinis de anno 1575. locauerat domum Antonio Dominici de Bardinis, cum apotheca, & ſtabulo, ad effectũ exercẽdi in ea artem, vt dicitur di preſta caualli, illamque conductor retinuerat vſque de anno 1579. quo anno noctis tempore fere tota combuſſit. Vnde Thomas aſſerens domum combuſtam culpa conductoris, & ſuæ familiæ, petẽbat ipſum condemnari, ad reſarciẽdum ſua damna, quæ ad ſcutos quatuorcentũ, plus minos aſcendere dicebat. Fundabatur in primis lo-
1 cator † in vulgata regula l. 3. §. 1. ibi, quia plerunque incendia fiunt culpa inhabitantium, de offic. præf. vigil. & l. ſi vẽdita in prin. ibi cum incẽdiũ ſine culpa fieri non poſſit, de peric. & com. rei vẽd. gloſſ. in § preterea in verb. debet, inſt. quib. mod. re contra. oblig. Barto. in l. prætor, alias, l. ſi quis ex argentarijs §. an vero, prope fi. de eden. Bal. in l. quæ fortuitis, nu. 7. C. de pig. act. conſ. 148. poſt princ. & conſ. ſeq. vol. 2. Ang. conſ. 197. nu. 3. Fulg. in l. venditæ de peric. & com. rei vend. Imo. in l. domos. no. 32. de leg. 1. Abb. in c. 2. num. 9. depoſit. & ibi Imo. poſt nu. 20. ver. ſed tunc inſurgit dubium. Abb. conſ. 82. poſt nu. 2. vol 2. Alex. conſ. 50. num. 1. vol. 1. Grat. conſil. 46. per tot. vol. 2. Alex. de Neuo inter conſil. crim. diu. conſ. 92. tom. 1. primorum in 4. & in ſuo vol. conſ. 87. Giam. deciſ. 3. Bero. cõſ. vlt. nu. 10. vol. 3. Ex quibus iuribus, & doctrinis, habet̃, qđ cũ incẽdiũ pſumatur factũ culpa inhabitãtiũ, niſi probet̃ caſus fortuitus d. l. ſi vẽdita, de peric. & com. rei vẽ. l. ſi quis fundũ. §. Imperator, locati. conductor ad dãni emendationem tenetur, quod & approbat Ang. de malef. verb. incendiario. Sylua. conſ. 29. nu. 4. 5.
2 Præſertim, quia † conductor tenetur ad cuſtodiã rei conductæ, vt no. in d. l. ſi vendita. ver. cuſtodienda. l. itaque fullo. in prin. de furt. l. ſi quis fundum, §. Imperator, locati, l. in iudicio. vbi glo. & Bal. ac
3 Salyc. C. eod. tit. locati. † Et qui tenetur ad cuſtodiam, tenetur de leui, & leuiſſima culpa, & euenien-

te caſu, illum pnobare debet, l. ſi a bona fide. §. 1.
de rei vend. ita Grat. conſi. 46. numero 12. & 21.
4 volum. 2. † Et ideo licet alias debitor ſpeciei per-
empta ſpecie liberetur, & ſolum ſufficit probare
mortem, non autem an ſit perempta caſu, vel cul-
pa, attamen quando quis tenetur ad cuſtodiam ra
tione officij, vel publici, vel priuati, tunc non libe-
ratur, niſi probet interitum naturalem, vel facto al
terius, abſq; eius culpa, ita Bal. in l. cũ ita. §. ſpecies,
de leg. 2. refert, & ſequitur Alex. conſil. 158. vol. 2.
doct. in l. quod te. ſi cert. pet. Vnde cum conductor
de cuſtodia teneatur, licet probet domum combu-
ſtam, liberari non debet, niſi probet ab alio factum
5 ſine eius culpa. † Sumus enim in caſu incendij, qui
habet culpam annexam, cum ſine culpa præſum-
pta faciliter nõ eueniat, vt diſtinguendo dixit Bar.
| cõmuniter ab omnibus approbatus in l. ſi quis ex
argentarijs, §. an vero, de eden. ſequitur Saly. in l. ſi
creditor, in fi. C. de pignor. act. Abb. conſil. 82. num.
2. colum. 2. ſequitur plures allegando Sylua. con-
6 ſilio 29. numero 42. Nec apparet † ignem ab ex-
tra fuiſſe immiſſum, qun caſu in dubio ab habitan
tibus præſumitur immiſſus, & ſic eorum culpa, vt
tenet Bald. in d. l. ſi creditor, & in d. l. quæ fortuitis,
colum. 1. verſic. Item quæro de igne, vbi etiam Sa-
li. quod vſ velle Bal. cõſi. 148. vol. 2. nec poſſumus
7 † dicere conductorem in incendio committere le-
uiſſimã culpam, iuxta gloſ. in § præterea ver. debet,
inſt. quib. mod. re contr. oblig. quia immo leuem
committit, vt firmat Bal. conſil. 140. volum. 2. &
ibi Signor. conſil. ſequ. & propterea tenetur ad e-
mendationem damni, vt firmat Ang. de Aret. in d.
§. præterea, & ibi Doct. ſub nume. 6. Bellon. nume.
13. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. §. an vero, ſub
num. 4. de eden. Imol. & Flor. in l. domos, de leg.
1. Barb. conſil. 53. vol. 1. Corn. conſi. 136. vol. 1. Cal
can. conſil. 39. ſub nome. 11. conſi. 41. Ange. con-
ſil. 197. Grat. conſi. 46. vol. 2. Signor. conſil. 29. nu.
8 4. Mari. Anguſcio. conſil. 124. volum. 1. † Regulari
ter enim vbi a lege fit mentio de culpa ſimpliciter,
nunquam intelligitur de leuiſſima, ſed de leui. Bal.
in auth. quod locum in 2. quæſt. C. de collat. & in
l. acceptam. C. de vſur. Dec. in l. contractus, nu. 25.
9 de reg. iur. † Si enim culpa leuiſſima præſumeretur
eſſet tutus, quia non teneretur ad emendationem
damni, l. ſicut certo, §. nunc videndum, commod. &
propterea nõ opus eſſet aliqua defẽſione, nec opus
eſſet docere caſum, & culpam abeſſe, & tamen re-
quiritur, vt ſupra dictum eſt, & conſiderat Grat. d.
conſil. 46. nume. 5. volum. 2. Imol. & Flor. in d. l.
domos. Corn. conſil. 136. volum. 1. Immo ſeruiret
nobis de vento, cum vt plurimum domus aut ſunt
propriç, aut conductæ, & non gratis conceſſæ,
10 ſi culpa nihil operaretur, & propterea † verba de-
bent intelligi cum effectu, l. 1. quod quiſque iuris,
& ſic dicẽdum eſt loqui de culpa punibili, vt latius
proſequitur Grat. d. conſil. 46. numero. 28. cum ſeq.
& ſi non deſit Afflict. tenere ex leuiſſima culpa,
quem teneri ad damni emendationem in conſtit.
Regni tit. de malef. clandeſt. numero. 12. vbi alios
refert.

Et quatenus in actione ex conducto nõ haberet
locum culpa leuiſſima, attamen poteſt dici, quod
11 † ex lege Aquilia, quæ ad conſeruationem patri-
monij tendit. l. in lege Aquilia, ff. ad l. Aquil. Inno.
in cap. ſicut dignum, de homicid. ſequitur Abb. in
cap. 1. colum. 4. verſic. tunc ſingulariter nota, de cõ
ſtit. Bart. in l. Imperator, de iure fiſci. Abb. in cap.
quoniam contra, de probat. Salyc. in l. data opera.
C. qui accuſ. non poſſ. Gram. deciſ. 3. numero 13.
Flor. in l. ſi cui. §. de preteritis, verſic. denique. ff. de
vſufru. Et ideo cum in caſu iſto non conſtet, vnde
incendium ortum habuerit, ideſt an ignis immiſ-
ſus fuerit ab intra, vel ab extra, & in dubio præſu-
matur ſaltem ex culpa leuiſſima habitantium, vide
tur dicendum quod conductor teneatur ex culpa fa
miliæ etiam leuiſſima commiſſa in damno dato ex
incendio.

12 Nec quid obſtare videtur in caſu iſto, † quod
ratione incertæ perſonæ ignem immittentis, nemo
poſſit damnari arg. l. 3. § ait prætor. Naut. caup. &
ſtab. quoniam d. reg. fallit in nautis, cauponibus,
ſtabularijs, & hoſpitibus, qui tenentur de culpa, &
negligentia ſuæ familię, vt firmat Io. de Anan. con-
ſil. 71. ſub nume. 3. Gozad. conſil. 63. nume. 14. Ro-
lan. conſil. 95. nume. 12. volum. 2. At hic condu-
ctor ſtabularius dici poteſt, cum ſemper equos lo-
catitios teneat, ergo. Hęc in effectu eſſe videbantur
quæ ad fundandam intentionem locatoris, ad con-
ſequendum damni emendationem domus combu-
ſtæ a conductore, adducebantur. Quibus tamen
nõ obſtãtibus, & primus Dominus Iudex & nos in
appellatione, reum a petitis abſoluimus rationi-
bus, & iuribus infraſcriptis.

Et pro faciliori intelligentia, pręſupponendũ eſt
in facto, quod locator eadem domo vſus fuerat per
multos annos, eandem artem exercendo, & quod
iſte conductor illam conduxerat ad eundem effe-
ctum, & ſemper ea vſus fuit, ad vſum deſtinatum,
retinendo paleas in eodem loco, in quo retinuerat
locator, & equos in eiſdem ſtabulis, & ignem in eo
dem camino, quo vtebatur idem locator.

Præſupponendum ſecundo, quod in culmine
domus eſſet (vt aiunt) torratium, & muri domus
non eſſent eleuati vſque ad tectum torrarij, & qđ
caminus, ſeu camini tuba terminaret cum muro,
& non vergeret ad tectum, & ſupra, vt opus fuiſ-
ſet, ſed ſolum æquabat ſolarium torratij, aut parum
ſupra eleuabatur.

Præſupponendum tertio, quod locator ipſe, non
obſtãte locatione facta, in dicto torratio retinebat
lignamina antiquiſſima, quæ ob vetuſtatem non
poterant amplius operari, & ad nihilum ſeruire po
terant, niſi ad ignem, vltra quod in eodem torratio
idem locator retinebat plures faſciculos ſarmen-
torum ſiccorum.

Pręſupponendum quarto, quod circa horam ſex
tam noctis, primum, ignis fuit viſus in dicto torra-
tio comburere illos faſciculos ſarmentorũ, & ligna
mina, & poſt certum ſpatiũ fuit viſus per feneſtras,
vbi retinebatur palea, & quod tunc ipſe conductor
& tota eius familia grauiter dormiebant adeo, qđ
oſtium

oſtium domut fuit fere dirutum per homines, qui
acclamabant antequam a ſommo ſurgerent.

Præſupponendum quinto, quod d. cóductor fuit
ſemper diligens, & oculatus in rebus omnibus, &
in ſpecie circa regimen domus, ſemper prohibebat
famulis, ne accederent ad locum paleæ eum lumi-
ne, & quod antequam adueſperaſceret, faciebat ae-
cipere paleas pro gubernandis equis nocte ſequé-
ti, & quod ſemper hora ſecunda noctis equi erant
gubernati pro tota nocte, vt euidentiſſime hæc om
nia es proceſſu, & es dictis teſtium vtriuſq; partis
eliciuntur, & apparent, nec tergiuerſari poſſunt.

Præſupponédum ſexto, prout ex proceſſu appa-
ret, quod poſtquam equi erant gubernati, & fami-
lia cenauerat, famuli redibant ad ſtabula, in parte
inferiori domus, in loco in quo habebant cubicu-
lum et ipſe conductor, omni ſero peſſulo claudebat
oſtium in capite ſcalarum, adeo quod nec famuli,
nec alij poterant domum ire, nec ingredi, niſi illis
dictum oſtium aperiret.

Præſupponendum ſeptimo, & vltimo, quod illo
ſero in domo d. conductoris non fuit factus ignis
maior, quam ſoleret ordinarie fieri, vt pariter ex
proceſſu probari clare dignoſcitur.

His ſic præſoppoſitis videbatur in caſu isto incaſ
ſum quæri de culpa aliqua conductoris, attento qđ
nulla præſumitur culpa, niſi factũ estrinſecum illã
indicet, arg. l. ſi non conuitij, C. de iniur. vt inquit
Bal. conſi. 148. poſt nu. 2. ver. præterea non præſumi
tur, vol. 2. At hic factum extrinſecum oſtendit om-
nem in conductore culpam abeſſe, & ſi qua ſit in lo
catorem reflecti poſſe. in tortario enim in quo pri-
mum ignis viſus eſt, nil conductor retinebat, ſed lo
cator, ibi cóductor ignem non faciebat, neque ſub
tus per duo ſolaria, ſed in loco ſolito, minuſque pro
re aliqua tunc accedere in d. torratiũ opus fuit, cũ
eſſet tempus hiemis, vt deferendo lumen es eo ſuc-
cedédi poſſent lignamina, & ſarmenta, ſed opus eſt
dicere, velimus nolimus duabus ex cauſis ignẽ ibi
accéſum fuiſſe, vel quod ibi forte fortuna peruene
rit inſtrumentum illud igneum vulgo detto razzo
quod carta papiracea efficitur, & puluere bombar
dico repletur, & arundinula alligata in aerem aſcen
dit accéſum, quod potuit facillime dicta lignamé-
na, & ſarmenta accendere, & inde incédium ſequi,
quo caſu quæ poſſit culpa, vel etiam negligétia, có
ductori inſcribi quiſque ſani capitis iudicet, ad qđ
facit dictum Fulg. in l. ſi védita. de peric. & com. rei
vend. quod poteſt venire culpa tertij, vel etiam nul
lius, vt ſi furioſus ignem immitteret, quid culpa ca
ret, vel eo modo, quo diximus, vel quod ignis eo p-
uenerit es camino ipſo, in quo ordinarie ignis fie-
bat, cum eius tuba, vt diximus ad tectum non per-
ueniret, nedum excederet, & facillime inde fauillæ
aut ſcintillæ aliquæ potuere in lignamina illa ſicca
ac ſarmenta a véto impelli, & ignem accendere, vn-
de incendium domus euenerit, & in hoc quæ poſſit
culpa, & negligentia conductori imputari, omnes
recti iudicij dijudicent, ſed locatori vtroque caſu
culpa lata, vel ad minus leuis imputari debet, quia
materiam ibi ſuccẽſibilem retinebat, & quia tubã
camini ſupra tectum non eleuabit, quæ cũ ita ſint,
videtur huc vſque de innocentia rei cóuenti lique-
re, & moleſtari non potuiſſe, ſed culpam omnem
reflecti in locatorem, & propterea potius debuiſſet
ipſe locator condemnari ad refectionem damno-
rum paſſorum per ipſum conductorem, cum in di-
cta domo combuſſerint eius mobilia valoris ſcuto-
rum ducentorum, plus minus, vt teſtes in cauſa exa
minati teſtantur.

Namque ſi locator his occurriſſet, incendiũ pro
fecto ortum non fuiſſet. Verum, vt omnibus ſatiſ-
faciamus, & rem dilucidiorem reddamus, quia tra-
ctatur de culpa in qua omne locatoris fundamen-
tum ſubſiſtit per l. 3. §. 1. de offi. præf. vigil. quæ vi-
detur conſtituere regulam per dictionem illam ple
runque, adeo, vt contrarium aſſerenti incumbat
probatio, vt l. ſi vendita, in primo. de princ. de peri.
& com. rei vend.

13 Dicimus primo, quod † culpa non præſumitur
ſicut nec dolus, niſi per aſſerentem probetur. l. quo-
tiens. §. qui dolo, de probat. & id ſiue objiciatur agẽ
do ſiue excipiendo, vt inquit Bar. conſi. 193. nume.
3. volum. 1. per l. prætor, in princ. de iureiur. cap. vt
circa de elect. lib. 6. cap. præſentium. de teſtib. lib. 6.
apoſtil. ad Barto. in l. ſi, ut certo §. nunc videndum,
locati. Anchar. conſi. 249. Alex. conſi. 100. & conſi.
136. volum. 1. Iaſ. in l. domos, poſt num. 2. de leg. 1.
Crauet. conſi. 8. nu. 20. conſil. 151. num. 11. 18. con-
ſil. 319. num. 15. Ruyn. conſil. 93. num. 7. volum. 1.
conſi. 12. num. 1. vol. 5. Dec. conſi. 562. numero 11.
14 † præſertim, quia non ſemper præſumitur culpa
inhabitantium incendium oriri, per dictionem il-
lam plerunque, & propterea ſtandum videtur in
15 mero iure, adeo quod † per locatorem culpa pro-
bari debeat, videlicet ea, q̃ ſit punibilis, et non ſit le-
uis, vt firmat Bald. conſil. 441. in fi. vol. 1. quem ſe-
quitur in materia incendij. Iaſ. conſi. 116. nume. 2.
vbi additio, vol. 1. Rolan. conſ. 95. nu. 11. vol. 2. Me-
noch. de arbit. caſu 390. nume. 4. Iaſ. in d. l. domos,
de leg. 1. nu. 7. Anan. conſ. 71. poſt num. 2. & ibi Lu-
16 do. Bol. in addit. poſt num. 6. uer. & vltra, † poteſt
enim incédium oriri cum culpa, & ſine culpa, licet
plerumque cum culpa. d. l. 3. ff. de off præf. vigil. Cũ
17 igitur culpa poſſit adeſſe, & abeſſe, † & culpa ſit
cauſa, & fundamentum intentionis agentis, alle-
gans eam probare tenetur. facit l. ſi creditor. C. de
18 pig. act. ſecundum opin. Mart. ioan. & Azo. † pro-
batio enim debet eſſe neceſſario concludens ad vi-
ctoriam reportandam. cap. in præſentia, de proba.
Et quatenus opinionem hanc firmare non deceat
in caſu iſto, cum plures contradictores habeat, &
19 crebrior ſit ea opinio, † quod in incendio, & fur-
to, niſi probetur caſus præſumitur eueniſſe culpa
inhabitantium, vt ſupra diximus, ex eo, quia hæc
citra culpam euenire non ſolent, vt inquit Bart. in
l. ſi quis ex argentarijs. §. fi. de eden.
20 Attamen dicitur, † quod illa culpa non poteſt di
ci niſi leuiſſima, niſi aliter probetur, vt eſt gl. fin. in
§. præterea, in verb. debet, inſti. quib. mod. re contr.
obli. quã pro ſingulari no. & ſequitur Sali. in l. quæ
fortuitis, num. 10. in fi. C. de pig. actio. & in l. in iudi

Digitized by Google

cio vbi Bal. circa fin. C. locati, & in l. ſi vendita de-
peric. & com. rei vend. Cepol. conſ. 69. num. 4. crim.
Alex. conſi. 50. poſt num. 1. ver. & iſtud videtur ve-
rum, & num. 9. vol. 1. & in l. domus, num. 3. 4. & ibi
Iaſ. num. 6 vbi num 11. dicit opin. d. gl. eſſe magis
communem, de leg. 1. idem Iaſ. in l. ſed & ſi quis. §.
quæſitum, num 41. ſi quis caut. Alex. in l. ſi quis ex
argentarijs, §. prætor, poſt nu. 6. & 7. vbi dicit opin.
d. gl. in §. præterea communiter teneri, & ibi plu-
res allegat, Iaſ. conſi. 116. poſt num. 1 vol. 1. vbi di-
cit, in iudicando non eſſe tutum recedere ab illa gl.
quam etiã in fortioribus terminis ſequitur Anan.
conſi. 71. poſt nu. 4. verſ. vltimo conſidero, & ibi Bo
log. num 6. in addit. vbi allegat etiam Anchar. cõſi.
348. qui optime facit ad caſum noſtrũ, & dicit ibi
Bolog. ita Ferrariæ in cauſa magni momenti obti-
nuiſſe, idem tenet Afflict. deciſ. 57. num. 8. Et ratio
21 eſt, † quia contractus locationis, & conductionis
celebratur gratia vtriuſque, & ideo non venit leuiſ
ſima culpa. l. ſi vt certo. §. nunc videndum, commod.
Bald. conſi. 441. num. 1 vol. 1. Rol. conſi. 95. nu. 15.
vol. 2. Salic. in l. ſi creditor, poſt princ. C. de pig. act.
& ita firmat Gram. ſibi contrarius in addit. ad Af-
flict. deciſ. 57. litera A. glo illam approbat Gozad.
conſi 93. num. 16. Alex. conſil. 74. nume. 43. vol. 6.
dicit, quod Gozad. in d. conſi. 93. poſt num. 18. ver.
non dico, quod iſta eſt communis opinio, & ab ea
non eſt recedendum, ad tradita per Bar. & Bal. in
l. 1. C de pen. iud. qui male iudic. Innoc. & Ioan.
And in cap. 1. &c. ne innitaris, de conſt. Hanc can-
dem gloſſ. & eius opinionem approbat Cro. in l. 4.
§. Cato, num 73. de verb. oblig. Pariſ. conſil. 87. col.
pen. num 9 10. & 11. volum 4 Marſil. in l. 1. num.
113. in fi. de Sicar. Ioan. Sadol. in l. quod te, nume.
16 ſi cert pet. Arim. in addit. ad Ang. in verb. incen
diario, num. 6. in prima addit. col. 3. ver. Nam licet
dicatur incendium præſumi. & proſequitur in 2. ad
dit. colum. mihi 3. verſic. poſtea, quærit ibi Salic. ita
etiam firmat Bal. conſil 95. num. 14. & 15. vbi vult
22 per † agentem debuiſſe articolari, & probari, quod
conductor non adhibuit illam diligentiam, quam
adhibent homines diligẽtes eiuſdem profeſſionis,
vel qđ omiſerit facere ea, quę diligens paterfa. face
ret circa cuſtodiam d. domus vel quod faciebat ea,
quę diligens paterfam. non feciſſet, alias non dica-
tur probata leuis culpa per doctri. Bar. in l. ſi cui vẽ
deret. §. fin. per illum tex. de pignor. act. & in l. quod
Nerua, verſ. 6. principaliter q10, ff. depoſiti, & Bal.
in l. ſolum, colum. 3. C. de teſtib. at hic probatio hęc
facta non reperitur, ſed totum contrarium, de dili-
gentia conductoris, vt infra oſtendemus. ergo non
potuit ad damni emendationẽ condemnari. Hãcq;
opio. ſequitur, & magis com. dicit Menoch. de ar-
bit. cal. 390. num. 6. vbi dicit, reprehendentes illam
gl. in §. præterea inſt. quib. mod. re contr. oblig. ma-
le ſentire, & cõtra magis receptã opinioné tenere.
Idem approbat Burſat. conſil. 59. nu. 4. 5. & 6. &
Bertr. conſi. 197 num 5. in fi. & num. 6. vol. 1. & cõ
ſil. 140 num. 3. vol. 3. vbi vult debere probari cõtra
conductores latam aut leuem culpam. Hoc idem af
firmat Franch. March. deciſ. 91. nu. 7. & nouiſſime
Hier. Gabr. conſ. 195. num. 1. ver. 1. vt præſumatur,
23 qui terminat caſum iſtum, † & hinc manifeſtũ ſit,
quod dicentes in incendio præſũmi culpam leuem,
non autem leuiſſimam, contra communem, immo
communiſſimam opinionem loquũtus. Cumq; in
locato, & conducto non habeat locum culpa leuiſſi
ma, vt ſupra dictum eſt per l. ſi vt certo, §. nunc vi-
dendum, ff. commod. merito conductor hic fuit in
caſo abſolutionis, qđ approbatur per Soz. reg. 178.
incendium fall. 1. Corn. conſi. 141. nu. 28. vol. 1.
Nec dicamus, quod ſaltem actione legis Aquilię
24 teneatur, quæ intentata videtur † per clauſulas ſa-
lutares in fine libelli deductas (petens, non ſe aſtrin
gens, omni modo) per quas cenſetur deducta om-
nis actio, quæ ex narratis colligi põt, vt ĩquit Mar.
Soz. Sen. in c. 2. col. 48. verſi. primus effectus de li-
bell. oblat. Abb. in cap. 1. in 1. not. de offi. deleg. Iaſ.
in §. omnium, nu. 149. verſi. & per ſupradicta inſt.
de action. poſt Ang. & alios ibi Alex. conſil. 6. col. 3.
vol. 3. Corn. conſi. 8. col. fi. vol. 1. Grat. conſi. 37. nu.
6. 7. 8. vol. 1. Soz. iu. conſi. 128. nu. 10. vol. 2. Ruy. cõ
ſi. 54. nu. 8. vol. 4. Rol. conſ. 41. n. 26. vol. 3. Crau. in
reſpon. pro genero, nu. 155. Menoch. de arbitra. lib.
1. quæſt. 71. num. 15. late Gab. in ſuis communibus
25 tit. de clauſulis conclu. 4. per totum. † Talis enim
actio legis Aquiliæ intentata continet, & in ea ve-
nit culpa leuiſſima. l. in l. Aquil. ff. ad l. Aqui. Saly.
in l. data opera C. qui accuſ. non poſſ. Innoc. in cap.
ſicut dignum, de homicid. quem ſequitur Abb. in
cap. 1. col. ver. 1. hinc ſingulariter, de cõſt. Gram. de-
ciſ. 3. num. 15. vbi plures alios citat, concludens ex
quacunque culpa etiam leuiſſima incendium com
mittentes, teneri ad damni emendationem ex d.
actione Aquiliæ. Quoniam nihilominus dicimus
conductorem non teneri in caſu iſto, attento, quod
26 † in ipſa actione non venit niſi culpa leuiſſima, quę
conſiſtit in faciendo, non autem quæ conſiſtit in ne
gligendo, & ſic omittendo, vt declarat gloſſ. in l. ſi
mora, gloſ. pen. ſolut. matr. Barto. in repet. l. quod
Nerua, nume. 29. ff. depoſi. tex. eſt in l. cuius altas ſi
vſusfructus, §. de præteritis, verſic. denique, de vſu-
fruc. vbi inquit Bar. tex. illum bene eſſe notandum,
quia gloſat tot. tit. ad l. Aquil. & ibi etiam Flor. quẽ
tex. dicit ſingularem Roman. in l. dinus, poſt princ.
ad Sen. conſ. Silla. Alber. de Roſa. in l. 3. §. cogno-
ſcit, de offi. præf. vigil. Bal. conſil. 141. nume. 16. vo.
2. Alexan. conſi. 50. num. 9. volum. 1. Rom. ſing. 106.
Alex. in l. ſi quis ex argentarijs, §. prætor ait, nu. 8.
de eden. Cepol. conſi. 69. poſt num. 5. in crim. Ang.
Arim. in addit. ad Ang. de malef. verbo incendiario
col. 2. verſi. ita in hac materia, Soz conſi. 54. col. fin.
vol. 4. Pariſ. conſ. 87 col. pen. vol. 4. Affli. dec. 57. nu.
8. Ancha. conſ. 348 poſt prin. Crauet. conſil. 92. nu.
2. Sadolet in l. qđ te, nu. 12. ſi cer. pet. Cur. iun. in l.
dñs horreorũ, col. fi. ff. locati, pulchre Ber. conſ. 192.
nu. 7. vol. 1. Goza. cõſ. 63. in finalib. verbis, idẽ Bert.
conſ. 140. nu. 4. vol. 3. Maran de ord. iud. par. 4 prin.
in prin. num. 71. Rol. cõſ 95. num. 29. 30. vol. 2. Co
uar. alios referens in c. 6. §. 6 de ſponſalib. in 2. par.
lib. 8. fol. mihi 190. nu. 13. & 14. Burſat. conſ. 59. n.
5. & 6. vbi dicit Gram. in d. ſua deciſ. 3. in fi. cõmu-
niter

niter damnari, & reprobari, hancque magis communem aſſerit Menoch. de arbit. iud. caſu 390. nu. 10. vbi etiam allegat Ferrat. caut. 36. nu. 2. & Gabr. conſi. 159. num. 2. 3 & Vrſil. ad Afflict. d. deciſ. 57. per totum, qui omnes vnanimes concludunt actionem l. Aquiliæ non habere locum in culpa leuiſſima conſiſtente in omittendo, prout eſſet in caſu iſto, ſi culpa aliqua conductori ipſi imputari potuiſſet, prout non potuiſſe latius oſtendemus, & propterea fuiſſe locum abſolutioni.

Et quatenus diceremus verſari circa leuem culpam, non autem leuiſſimam, vt per hoc ex natura locationis, & actionis legis Aquilię, teneretur cóductor ad damni emendationem, vt firmat Bal. conſi. 348. volu. 2. & Signor. conſil. ſeq. attamen in caſu iſto nullam conductori culpá poſſe imputari, ſed omné ab eo abeſſe dicendum eſt. Nempe ſicut culpam in incendio domum inhabitantis adeſſe dicimus præſumptiue, & per ſuſpicionem, ita per cótrariam præſumptionem, & ſuſpicionem hác tolli poſſe dicédum eſt, ſicut prouerbialiter dicimus clauus clauum trudit.

27 Præſumptio † enim aliam tollit, l. ſi. de iu iur. reſti. cap. afferat gladium, de pręſump. Alex. conſilio 303. poſt num. 7. ver. præterea vna præſumptio, volum. 1. Cranet. conſi. 146. num. 11. conſil. 149. num. 17. Iaſ. conſi. 176. ſub num. 1. vol. 2. & in ſpecie in caſu noſtro incendij, quod hęc culpę pręſumptio tollatur per cótrariam præſumptionem, quæ erit diligentia, tenet Cepol. conſi. 69. num. 5. in crimin. vbi, quod etiam pręſumptio per alias coniecturas tollatur. l. non omnis, §. a Barbaris, de re milit. quæ coniecturæ habentur pro probatione ſufficienti. l. licet Imperator, de leg. 1. & l. tutor, vbi gl. & Doct. C. de peric. tut. Vnde inquit ipſe ſi conductor probet ſe diligentem, ac diligentiſſimum fuiſſe in rebus ſuis, & alienis, & maxime in his, quę ſpectát ad vſum domus, tollitur illa præſumptio culpę leuis, & leuiſſimæ, dicitque ita terminaſſe ſolemné Doctorem D.

28 Petrum Aluar. de Padua. † Et ſubdit tunc dici caſum fortuitum, & culpæ non adſcribi l. cum duob. §. damna. pro ſoc. l. fiſtulas, §. ſi. de contra. emp. & qđ ita tenet Bal. in l. 1. in fin. C. pro ſoc. idem affirmat Bal. conſi. 442. quidam Reſtorus poſt num. 2. vol. 3. Alex. in l. ſi quis, §. fin. de eden. tes. eſt optimus in l. ſi vendita. de peric. & com. rei vend. Bal. conſilio 451. prope fin. vol. 1. Iaſ. in l. domus, nume. 8. & ibi Aleſan. de leg. 1. idem Iaſ. in l. ſed, & ſi quis, §. quæſitum, num 41. ſi quis cau. Alex. in l. ſi quis ex argétarijs, § prætor ait, num. 9. de eden. Petr. de Vbal. in tract. de duobus frat. pat. 8. quæſt. 18. vltra mediú, ver. nunc quid autem in dubio, Gram. deciſ. 3. nu. 13. 14. Alex. conſi 50. in finalibus verbis, vol. 1. Hoc pro cautela tradit Ferret. ad euitádum omnem culpam, & ex conſequenti refectionem damni, quod probetur conductorem eſſe hominem vigilem, & in rebus ſuis diligentem patremfamil. quæ proba-

29 tio † habet tantam vim, quod excludit omnem culpam, alias contra eum a iure præſumptam, ita dicit in cap. 36. prope fin. Pariſ. conſilio 86. num. 11. volum. 4. late Gram. conſi. 22. nume. 11. in ſi. & 12. in crim. Soz. regu. 178. incendium regulariter 2. fall. Gozad. conſi. 63. num. 15. ita etiam tenuerunt Lud. de Portis, & Dominicus a Scrofia, commiſſarij in cauſa incendij, conſilio 93. inter conſil. crim. diuerſ. tom. 1. in partis, vbi latius, numero 16. Angel. de malef. in verb. incendiario poſt numerú 12. verſi. poſtea ab illa regula, vbi dat intellectum, d. l. ſi vendita. de pericu. & comm. rei ven. & l. 3. de off.

30 præf. vig. vt per † illud verbum, plerumque, debet intelligi regula in contrarium, quaſi quod regulariter non præſumatur negligentia ſiue culpa inhabitantis, niſi probetur, quod circa ignem erat ſolitus male verſari. & verſatus fuit, & quod ita dicit text. in d. l. ſi vendita, alias agens contra habitantem, niſi deducat, & probet negligentiam ſolitam, & etiá tempore incendij adhibitam, non poſſit conductor de incendio condemnari, hoc idem de diligentia affirmat Rolan, a Valle, conſil. 95. num. 15. in ſi. vol. 2. Franc. Marcus, deciſ. 61. nume. 3. Burſat. conſilio 59. num. 7. Marſ. ſing. 393. num. 2. Hoc idem admonet, & pro cautela tradit Menoc. de arbit. caſu 290. num. 18. Dom. Petrus Calef. conſi. 58. nume. 13. inter conſ. crim. diuerſ. tom. 2. in fol. Gabr. conſi. 159. poſt num. 5. & 6. & poſt nume. 8. verſi. ita cognitis. Vnde cum conductor iſte, vt per teſtes in proceſſu probatur, fuerit nedum diligens, ſed diligentiſſimus quidem, cum probatur, quod die quolibet prohibebat famulis ne accederent ad locum paleæ cú lumine, ſed de die proijcerent deorſum paleas pro gubernandis ęquis, & ita factitabant, & quod curabat, quod ſemper æqui hora ſecunda noctis ad ſummum eſſent gubernati, pro tota nocte, & quod eo ſero quo ſequutum fuit incendium, ignis non fuit maior ſolito. Et quod claudebat oſtium in capite ſcalarum, ne famuli poſſent ipſo dormiente, per domum vagare, & quod plus eſt, quod alibi idem conductor eandem artem preſta caualli, exercendo ſemper diligentiam exactam, egit, adeo, quod nunquam incendium aliquod paſſus eſt, merito concludendo omnem lo co ceſſare culpam, etiam leuiſſimam, & propterea abſoluendum fuiſſe ab impetitis.

Accedant ad maiorem bonæ iuſtitiæ conductoris dilucidationem, ea quæ ſcribit Saly. in l. quę fortuitis, magiſtraliter procedendo, poſt num. 7. a ver. diſtinguo igitur vſque ad fin. lecturæ, de pignor. act. vbi ad propoſitum noſtrum in effectu conclu-

31 dit, quod quando † non conſtat præciſe de certa, & determinata perſona, quæ incendium commiſit, nó poteſt ferri ſententia contra conductorem, licet incendium ex leui culpa proceſſerit, quod apertius dicit Bal. in conſi. 441. poſt nume 1. ver. Item d. ignis, ab incerto authore cauſam habet, & num. 2. vol. 1. apertius Ang. conſil. 71. poſt num. 2. vbi concludit,

32 qđ † niſi agens probat culpam certæ, & determinatæ perſonę debet ſuccumbere, l. licet, §. ſi. nau. caup. & ſtab. imo fortius tenet in caſu ſuo, quod incédio commiſſo per nurum, ſocer non tenetur, & ſic de certa perſona familiæ, niſi perſona illa ſit deputata, ad certum officium, & in illo officio delinquat, náque tunc patrifa. diceretur in culpa inſufficien-

ſatis debilē in loco ſolito, & foculari ordinario, &
tempore congruo, antequam dormitum irent, vt
per teſtes in cauſa examinatos apparet, & ex aduer
ſo nil probatum extitit, & in loco, vbi ortum fuit
incendium, nullum tenebat ignem, ergo culpa ali-
qua conductori aſcribi non poterat, quod appro-
bat Anchara.conſi.348.poſt princ.verſic.item non
conuenit.
40 Coadiuuatur, quia † conductor ipſe vſus eſt do-
mo ipſa ad vſum deſtinatum, eo modo, & prout vte
batur locator in omnibus, & per omnia, quo caſu
non tenetur de periculo, l.cum qui, in princ.com-
mod.nec poteſt dici in aliqua culpa, l.ſi quis fun-
dum, §.Imperator, locati, ita Bertr.conſi.197.num.
2.volum.1.quod approbat Grat.conſi.197.nume.
16.17.& 18.volum. 2. dum ſe fundat in eo, quod
conductor vſus fuerat domo ad ad alium vſum, quā
deſtinatum, & propterea teneatur de omni culpa.l.
videndum, in princ.locati, allegans Alex.conſ.107.
colum.fi.volum.2.& conſ.106.colum.pen. volum.
3.& Barto.in l.cum in plures, locati, quaſi fateatur,
quod vtendo ad eundem vſum in nulla ſit culpa,
& non alterando vſum, hic ergo vſus alteratus in ni
hilo fuit, ſed eo modo, & forma quo, & qua vteba-
tur locator, indifferenter vſus eſt, ergo omnis ab eo
abeſt culpa. Rurſus ex alio in caſu iſto omnis a con
ductore abeſt culpa, quia vere caſus fortuitus dici
poteſt, & ſi ordinaria inter caſus fortuitos incen-
dium connumeretur, l.incendium, cum ibi not.Co.
ſi cert.pet.& in l.in rebus, commod.vbi Paulus iure
conſ.his vtitur verbis.
In rebus commodatis talis diligentia præſtanda
eſt, qualem quiſque diligentiſſimus paterfamilias
ſuis rebus adhibet, ita vt tantum eos caſus non pręſ
ſtet, quibus reſiſti non poſſit, veluti mortes ſeruo-
rum, quæ ſine dolo, & culpa eius accidunt latronū
hoſtium ve incurſus naufragium incēdium, fugas
ſeruorum, qui cuſtodiri nō ſolent, unde inter caſus
fortuitos enumeratur incendium.
Item Vlpianus I.C. inter caſus fortuitos enume
rat in l.ſi ut certo, §.quod uero, ff.com. cuius hæc
ſunt uerba. Quod ſenectuti contigerit, uel morbo,
uel in latronū ereptum eſt, aut quid ſimile accidit
dicendum eſt nihil eorum eſſe imputandum ei, qui
cōmodatum accepit niſi aliqua culpa interueniat:
proinde, & ſi incendio, uel ruina aliquid continge-
rit, uel aliquod damnum fatale, non tenebitur niſi
forte, cum poſſet res cōmodatas ſaluas facere ſuas
prætulit inter caſus fortuitos, enumerat etiam Sa-
lyc.in l.quæ fortuitis, nu.7.C.de pignor.act.Et rur
ſus Vlp. in l.cum duobus, §.damna, pro ſocio, in-
quit. Ideoq; ſi pecus æſtimatū datū ſit, & id aut la-
trocinio, aut incendio perierit, commune damnum
eſt, ſi nihil dolo, uel culpa acciderit eius, qui æſtima
tum pecus accepit. Vnde ex his poſſumus inferre
41 † incendium poſſe dici caſum fortuitū ſemper niſi
dolo, uel culpa lata fiat: ſi uero culpa leuis præcedat
caſum, tunc remaneat caſus fortuitus, ſed ratione
culpæ ille teneatur ad damni emendationem dun-
taxat; in culpa uero leuiſſima, quæ eſt minima ne-
gligentia, ſemper erit caſus fortuitus, & inde in-
ferunt Doct.quod illo caſu non teneatur ad damni
42 emendationem, & illud quod dicit † I.C. in l.3.§.
cognoſcit, videlicet, quia incendia plerunque culpa
fiunt inhabitantium, non de culpa leuiſſima loqui-
tur, ſed de punibili, & quidem corporaliter, vt ex ſe
quentibus verbis aut fuſtibus caſtigat, nam ſi eſſet
culpa leuis, vel leuiſſima, nulla imponi potuiſſet pę
na, vt declarat Ang. de Maleſ.in d.ver. incendiario
43 ad longum, † & econuerſo, l.ſi vendita, de peric. &
com.rei ven.loquitur de culpa leuiſſima, vt ex fina
libus verbis, l.depræhenditur, & ideo dicit Vlp. in
l.contractus, in fi.de regu.iur. animalium vero ca-
ſus, mortesque, quæ ſine culpa accidunt fugæ ſeruo
rum, qui cuſtodiri non ſolēt, rapinæ tumultus incē
dia, aquarum magnitudines, impetus prædonum a
nullo pręſtantur, quia inter caſus fortuitos enume-
rantur, & ideo licet leuiſſima culpa interueniat, nō
venit refectio damni cum a nemine pręſtetur, l.ſi
vendita, ff.de peric.& commo.rei vendi.l.inſulam.
§.fi.ff.loca.Bar.in l.1.ff.de offi.præfe.vigi.Bal.in l.ſi
creditor, de pigno.actio.Gozad.conſi.63.nume.18.
Bal.conſi.441.lib.1.Cepol.conſi.69.cum alijs con-
cordantibus, quæ late tradit Seba.Medi.in tract. de
caſib.fortui.q.8.2.par.
Vnde infert Anan.conſi.71.poſt num.2.verſic.
pręmitto, quod niſi probetur culpa verè, vel pręſū
ptiue, is, qui agit, debet ſuccumbere, cum alias præ-
ſumatur caſus fortuitus, dicitq; Sal.in d.l.quæ for
tuitis poſt num.9.verſ.& breuiter mihi videtur.C.
44 de pignor. act. quod ſi incendium contingat † in
hoſpitio facto viatorum, quod conductor non tene
tur, quia quo ad eum caſus fortuitus eſt iudicādus,
allegando a contrario ſenſu, l.ex conducto, §.fin.lo-
cati, & l.videmus, §. fin.cum l.ſequen. eodem titu.
quod proſequitur Bertrand.conſilio 197.nume.7.
volumine 1.& Alexander conſilio 50.nume. 4. vo-
lumine 1.conſilio 74.numero 4.volumine 6.vbi di
cit, quod incendium inſolitum reputatur caſus for
tuitus, puta ſi venit aliunde, vt facile in caſu iſto
venire potuit, vt diximus in princip. poſt præſup-
poſita pariter ſi ignis ab alio, quam ab habitanti-
bus immittatur, inquit Bal. in l.pignus, columna
3.C.de pignor.actio.& in dicta l.3.§.cognoſcitur,
de offic.præfect. vigi. & Iaſon conſilio 116. nu-
mero 2. volumine 1. dicit ſimpliciter incendium
connumerari inter caſus fortuitos, & propterea
nemini debere imputari, niſi per agentem culpa
probetur vere, vel præſumptiue: ſed ſic eſt, quod
incendium dictæ domus cauſatum fuit caſu fortui
to, quia ortum habuit in loco non conſueto habe-
re ignem, cum conductor ipſe numquam tenuerit
ignem in torratio, vbi originem habuit, ergo ei cul
pa imputari non debet, quod non adhibuerit dili-
gentem curam in igne cuſtodiendo, ne euagaretur,
Bal.in l.1.C.depoſiti, vbi plus voluit, quod ſi ignis
45 † de raro contingentibus ibi eſſe ſoleret tunc aſcri
bitur caſui fortuito, quia caſus eſt inſolitus, qui cul
pæ aſcribi non poteſt, l.cum duobus, §.damna.pro
ſoc.l.fiſtulas.§.qui frumentum, de contr.emp. Idem
approbat Gozadin. dicto conſilio 63. numero 2.
in tantum, vt conductori non imputetur niſi qui

agit probet incendium eſſe commiſſum eius conductoris culpa vere, vel præſumptiue.

Incendium enim dicitur caſus fortuitus, vt not. in l. incendium, C. ſi certum petat, l. cõtractus, in fi. de regu. iuris, & caſus fortuitus nemini imputatur. l. quæ fortuitis, C. de pigno. actio. cap. fina. extra de homicid. & niſi per actorem probetur incendium eſſe permiſſum culpa conductoris, vel eorum de familia vere, vel ſaltem præſumptiue, & per determinatam perſonam, ſuccumbet, argum. l. 2. de proba. & no. in c. in pręſentia, de proba. nam quantumcũque præſumatur factum culpa inhabitantium, nõ tamen præſumitur culpa determinati hominis. l. ſi vendita. ff. de pericu. & commo. rei vend. & ſic non tenebitur, l. licet. §. fi. ff. naut. caupo. & ſtabu. Ioan. de Anan. conſil. 71. Bal. in l. ſi creditor, C. de pigno. actio. Iaſ. in l. ſi domus, de leg. 1. vbi dicit notandum pro defenſione amici.

Alias ſuccedit conſideratio ad fauorem conductoris facta paulo ſupra per conſi. Iaſ. 116. nume. 2.
46 vol. 1. dum conſiderat caſum † fortuitum ex loco in quo ignis ortum habuit non conſueto ignem habere, vt omnem cõductoris culpam excludat, quod approbat Arim. in add. ad Ang. de malef. in verbo incendiario, in addi. 2. colum. 1. ver. idem dicerem, ſi ignis habuit ortum in loco non conſueto communiter, quia tunc dicit, quod non potuit imputari, qđ inhabitantes non adhibuerint diligentem curã in igne cuſtodiendo, ne euagaret, dicens hoc voluiſſe Bal. in l. 1. C. depoſiti per ea, quæ habentur in l. ſi ſecũus ſeruum, §. ſi fornacarius, ãd l. Aquiliã, vbi Bal. vult, vt ſupra diximus, quod ſi ignis ſit in loco, in quo de raro contingentibus eſſe ſolet, enumeretur caſui fortuito, quia eſt caſus inſolitus, & ideo non enumeratur culpæ, l. cum duobus, §. damna. pro ſo-
47 cio. Vnde Arim. ibi dat pro † cautela, vt probetur ignem habuiſſe principium in loco, vbi de facili ignis non debeat eſſe, quia probatur culpam abeſſe, quod magis eſt in caſu iſto, in quo nunquam in d. torratio ignis tentũ fuit, & diuinationes ſunt euitãdæ l. ſi putator, ad l. Aquiliam, non enim poterat cõſiderari, quod illa nocte ignis euaderet in d. torratio quouis modo, in quo vt ſupra diximus nil cõductor retinebat, vt inde poſſet de culpa redargui, ſed bene locator, cum, vt ſupra diximus, ibi retineret ligna antiquiſſima admodum ſicca, & ſarmenta pariter ſicca, & ad comburendum aptiſſima, quam loci conſiderationem videtur etiam feciſſe Saly. in d. l. quę fortuitis, poſt num. 10. ver. ego puto ſic dicendum, quod primo conſideretur locus loci, in quo ignis, vel incendium ortum habuit, eandem conſiderationem facit Petrus de Anca. in conſil. 348. poſt num. 2. verſi. circa ſecundum, vbi dicit eſſe conſiderandum locum, vbi canapam tenebat, an eſſet locus idoneus, & in quo lumina non frequentarentur, volens tali caſu conductori non poſſe culpam aliquã
48 aſcribi dicens, quod congruitas, † & incongruitas loci culpam arguat, & excludat reſpectiue, quod videtur approbare Pariſ. conſi. 87. num. 7. vol. 4. dum dicit culpa præſumitur abeſſe ſi probetur vnde incẽdium habuit originem, quaſi velit, quod ſi locus ſit incongruus ad ignem, non poſſit imputari culpæ, quod nulla in eo loco requireretur cuſtodia, & diligentia, & facit dictum dominorum Lud. de Pottis, & Dominici a Sacroſa. in conſi. 93. num. 2. inter conſi. crim. diuerſ. tom. 1. in paruis.

Et faciunt optime dicta Burſat. conſilio 59. poſt
49 num. 10. vbi, quod quando probatur † ignem fuiſſe viſum ab initio in alia parte domus, quam habitata, ceſſat omnis culpa, & præſumptio contra habitantem reſultans, ſubdens, quod immo magis præſumitur caſu fortuito, & ictu fulguris occurriſſe, quam culpa inhabitantium, ex doctr. Alex. in conſil. 47. vol. 7. Plot. in l. ſi quando, verbo damno dato, C. vnde vi. Roland. a Valle, conſi. 95. nume. 18. lib. 2. vnde ceſſante lege conductionis, quod conductores non habeant ignem in re conducta, nullo pacto tenebuntur. Benue. Stra. de aſſecura. met. glo. 18. num. 3. Alex. de Neuo, conſi. 88. maxime ſi ignoretur a quo ex pluribus inhabitantibus fuerit ignis immiſſus, ne in incertis innocens forte damnetur Gozad. conſi. 63. nu. 12. Pariſ. conſi. 47. num. 5. & num. 8. lib. 4. Ferra. caute. 37. num. 2. Menoch. de arbitra. caſu 390. num. 11. Benincaſ. de pauper. q. 93. ſpeciali, nume. 17. & ſeq. prout in caſu iſto, in quo neceſſario dicendum eſt ignem ab extra veniſſe, vel eo modo, quo in principio diximus, vel alio inconſiderabili, & caſu fortuito, & ideo dixit Bal.
50 conſil. 441. col. fin. vol. 1. quod conductor † non tenetur de incendio, quando ſcintilla ignis vento in paleam eijcitur, & inuiſibiliter multiplicatur ignis in paleis, ita vt incendium oriatur, quia in aliqua culpa eſſe dici non poteſt, & tunc incendiarij nomen nemo meretur, quod in ſpecie affirmat Bal. conſi. 442. Quidam nomine Neſtorus, vol. 3. & Menoch. de arbitr. caſ. 390. poſt num. 2. ex quibus concludere poſſumus, quod non opus erat iſti conductori probare culpam ab eo abeſſe, namque tunc id probari debet, quando ex qualitate facti apparet culpa, vt inquit Barto. in l. ſi quis domum. §. Imperator, locati, relatus per Sylua. conſi. 29. poſt n. 10. verſ. ad quod etiam facit. Cum igitur in caſu iſto nullam adeſſe culpam ex tot, tantiſque argumentis luce clarius demonſtratum fuit, & ſi qua forte fortuna adfuiſſet, illa erat leuiſſima in omittendo tantum ex qua non tenebatur ad damni emendationẽ. Et inſuper erat omnis culpa ſi qua adfuiſſet amota per probationem diligentiæ, & vigilantię d. conductoris, & ſuæ familię, & ratione incertitudinis determinatæ perſonæ, & ratione loci, in quo ignis primo viſus fuit, & ſtante, quod locator extra nil probauit, ſequitur a primo ad vltimum, quod eramus in caſu abſolutorię, prout abſoluimus. Et licet ex ſupradictis videatur reſpõſum his, quæ ex aduerſo deducebantur, attamen vt melius omnibus, ac nobis ipſis ſatisfaciamus, omnibus particulariter reſpondebimus.

Et primo nõ obſtat, quod dicebatur de reg. quæ elicitur ex l. 3. §. 1. de off. pręf. vig. vt incendia culpa inhabitantium fieri plerumque præſumantur, & l. ſi vendita, de peric. & com. rei vend.

51 Quoniã dicimus verum eſſe † ita præſumi, non

autem

autem ſemper, quia dicit plerunque, vnde fit, quod
quandoque culpa non præſumatur, vt dicit Bal. cõ-
ſil. 441. nu. 2. vol. 1. & Ang. conſ. 197. poſt prin. dum
dicit, quod culpa poteſt abeſſe, & adeſſe, prout in ca
ſu iſto, in quo manifeſte ex iam deductis omnis ab
eſt culpa. Dictio enim plerunque ſupponit fallen-
tiam, & pręſupponit regulam in cõtrarium. Rip. in
l. ex facto, num. 65. ad Trebellia. Tiraquel. in tract.
de retract. conſ. §. 1. glo. 9. num. 221.

Rurſus dicitur, quod & ſi culpa præſumatur, nõ
tamen efficax eſt, vt quis ex ea ad damni emenda-
tionem teneatur, quia vt ſatis ſuperque diximus ſu
pra, eſt tantummodo culpa leuiſſima, & illa in omit
52 tendo, quæ non habet locum in locato, † & condu
cto, l. ſi vt certo, §. nunc videndum. commod. & licet
aliqui contrarium tenere velint, vt Bal. conſil. 148.
volum. 2. conſi. 442. volum. 3. Ang. conſil. 197. im-
mo in l. domos, de leg. 1. & Aretin. in §. præterea, in
ſtit. quib. mod. re contra. obl. attamen eorum opi-
nio in hoc non eſt recepta, vt iam oſtendimus, & te
ſtatur Gabr. conſi. 159. dicitque gloſſ. in d. §. præte-
rea, eſſe communiter receptam, nu. 1. prope fin. Et
53 opinio eorum, † qui dicunt incendium præſumi fa
ctum culpa inhabitantium, ita vt inhabitans tene-
tur ad damni emendationem, procedit in caſibus,
in quibus quis tenetur de leuiſſima culpa, vt eſt in
commodatario, & in eo, qui recipit cuſtodiam rei,
recepto prætio, & in alijs cõtractibus, qui fiũt gra
tia recipientis tantum, ita Alex. conſi. 14. num. 3. &
9. vbi dat alias reſponſiones, ſatis commodas caſui
noſtro, Iaſ. in l. ſi quis, §. prætor ait, num. 31. de edẽ.
vbi late hoc declarat, & Goza. d. conſi. 63. num. 16.
plures citans, Alexan. conſil. 50. poſt num. 9. verſ. ſe
cundo reſponde, volum. 1. cum ver. ſeq. Pariſ. conſi.
87. num. 8. volum. 4. Gram. in addit. ad Afflict. deci-
ſio. 55. verſicu. vbi plus ſubdit. Cepoll. conſ. 69. poſt
num. 4. verſi. nec obſtat, quod notat Barto. vbi re-
ſpondet ad argum. quod fiebat, videlicet, quod niſi
pręſumeretur de culpa leui, & ſic puniblli fruſtra di
ceretur conductorem debere probare caſum fortui
tum, quia procedit in caſu, vbi quis tenetur de leuiſ
ſima culpa, in quo cum in dubio interueniſſe pręſu
matur, tenetur, niſi probet ſe diligentiſſimum, vel
caſum fortuitum, vt l. in rebus, in princ. commod.
vnde cum in caſu iſto conductor teneatur tantum
de leui, & non de leuiſſima, prædicta in contrarium
non procedunt, præſertim probata diligentia per l.
ſi vendita, in fin. de peri. & commod. rei vend. vt ſu-
pra latius diximus, & docet Gab. d. conſil. 159. nu-
me. 4. vbi plures, & nouiſſime, Couaruuias optime
declarat dicens procedere in negligentia, quæ cul-
pam leuem præſefert perpenſis ipſius facti circun-
ſtantijs in cap. 6. §. 8. nume. 14. de ſponſ. lib. 4. folio
mihi 190.

Minus obſtare viſum fuit, quod dicebatur de cu
ſtodia adhibenda, ad quam tenetur per l. ſi vendita.
ver. cuſtodienda, de peric. & commod. rei vend. & l.
ita quod fullo, in princip. de furt. & l. ſi quis domũ.
§. Imperator. locati, vnde ſuccedit, quod qui tenetur
54 de cuſtodia, † tenetur de leui, & leuiſſima culpa, vt
notatur in l. ſi a bonæ fidei. §. 1. de rei vend.

Quoniam illud procedit, quando quis principa-
liter ſe obligat ad cuſtodiam ratione publici, vel pri
uati officij, & pro cuſtodia recipit mercedem, ſecus
ſi cuſtodia veniat ſecundario, & acceſſorie, quod no
tatur in l. qui mercedem, locati, vbi quis locauerat
operas ſuas ad cuſtodiam alicuius rei adhibendam,
& alter conduxerat ſoluta mercede, vt tunc tenea-
tur de exactiſſima diligentia, & ſic de culpa leuiſſi-
55 ma, quo caſu ſi mercedem non recepiſſet † non te-
neretur niſi de leui culpa, vt inquit Gloſ. ibi expreſ
ſe adducens, l. idẽ, §. ſi gratis, & l. nauta, ff. nau. caup.
ſtabul. & aperte Corn. conſ. 242. nu. 4. uol. 1. vbi lo-
quendo de cuſtode, dicit, quod ſi cuſtodiſſet gratis,
non eſſet ſibi imputãda culpa leuiſſima, prout ſi cu
ſtodiſſet mercede, per ea, quæ habentur in l. ſi vt cer
to. §. nunc videndum, cõmod. & Bar. in l. quod Ner-
ua depoſi. & melius, ac latius explicat excell. D. Pe
trus Calcfatus in conſ. 58. nu. 25. cum ſeq. inter cõſ.
crim. diuerſ. to. 2. in folio, vbi ideo teneri ſacriſtam
illum de leuiſſima culpa ratione cuſtodiæ inquit,
quia pro cuſtodia mercedem recipit, vt eſt tex. in l.
ſi merces. §. pen. locati. At hic nedum principaliter,
ſed ne ſecundario quidem recipit mercedẽ pro cu-
ſtodia, neque illam promiſit, niſi quatenus contra-
ctus locati, & conducti patitur, per quæ remanet
expedita difficultas iſta cuſtodiæ.

De igne, quod nõ appareat immiſſus ab extra, &
propterea, quod præſumatur immiſſus ab habitan-
tibus, multipliciter hæc obiectio remota fuit, dum
tractauimus de caſu fortuito, de loco, & vſu ad vſũ
deſtinatum, ad quæ ſufficiat remiſſio, ac ſubſeruiat
etiam incertitudo, de qua pariter ſupra diximus.

Ad id autem, quod dicebatur opinionem pluriũ
eſſe, quos ibi citauimus, quod conductor in incen-
dio committit culpam leuem, nõ autem leuiſſimã,
56 reſpondetur eorum † opinionem non eſſe veram,
& communem in contrarium eſſe, vt diffuſe docui
mus ſupra verſi. attamen dicitur, quod illa culpa, et
inquit Rolan. conſi. 95. poſt num. 26. verſi. ſecundo
non obſtat dicta, quod opinio iſtorum tenentium
committere leuem culpam, eſt falſa, & contra com-
munem, in quo non eſt hęſitandum, cum clariſſime
pateat rei veritas per ſupradicta. Nec uim aliquam
facere tenuimus, qđ dicebam r. d. c. l. Aquilia, vt in
ea haberet locum culpa leuiſſima. l. in l. Aquilia. ad
l. Aquiliam, cum alijs per nos in prin. adductis pro
parte locatoria, quoniam iam oſtendimus d. actio-
nem l. Aquiliæ extendi ad leuiſſimam culpam con
ſiſtentem ſolum in faciendo, non autem in omitten
do, & ſic pro negligentia, & propterea non habere
locum in caſu iſto, in quo ſolum habet locũ culpa
leuiſſima in faciendo, vt abunde ſupra dictum fuit.

Quod uero dicebatur dominum non teneri pro
ſua familia de incendio, niſi pro eo, quem ad uſum
ignis puta ad coquinam deſtinaſſet, non procede-
re in Nauta, Caupona, ſtabulario, cum regula pręfata
fallet in eis, vt inquit Anan. conſ. 71. ſub num.
3. Gozadi. conſi. 63. num. 14. & Rol. conſi. 95. num.
12. volum. 2.

Facile deducitur, negãdo in primis hũc cõducto
rem ſub aliquo horum nominum contineri, vnde

Digitized by Google

dicit Vlpian.in l. §.caupones antem, & ſtabula-
57 rios,† æque nos accipimus,qui cauponam,vel ſta-
bulum exercét,ff.naut.caup.ſtab. idem ſtabularius
enim l.C. vbi ſupra eos æque accipiat , & ſtabulum
58 a ſtando locus † dicitur, in quo longo itinere feſſi
ſuccedere ſolent, quod & diuerſorium, & hoſpitiũ
59 dici ſolet. Vnde, & proſtibulę meretrices † dicun-
tur, quod quæſtus copioſioris gratia,concurrenti-
bus illuc aduenis,manſiones ante ſtabula habeant,
& hinc dicũtur ſtabula loca generaliter in quibus
armenta gregeſq; conſiſtunt,hic autem nullos via
tores,nec pedeſtres,nec æqueſtres recipit,ſed ſolum
retinet æquos ſuos, quos locat ad homines vehén-
dos vndique, & nulli vendit exculenta, & poculē
60 ta.† Vnde cum verba ipſa ipſi conductori non con
ueniant,minus cõuenit eius diſpoſitio, l.4.§.toties
de damn.infec.l.hos accuſare,§.omnibus autem,de
accuſationibus,l.ſi quis ſeruum,ſi quis caut.

Deinde dicimus,quod neminẽ prępoſuit ad cu-
ſtõ ignis,vt ex eius culpa teneať, vt ſupra diximus.

Poſtremo in omnem euentum,quod ea, quę de
Caupone dicebãtur,in eo locum habuiſſent,is erat
tutus ratione incertitudinis determinatæ perſonæ
ratione caſus fortuiti,& ratione loci, de quibus ſu-
pra late diſſeruimus. Et propterea his ſic diſcuſſis
pro conductore pronuntiauimus ad laudem Dei,&
Beatæ Virginis.

S U M M A R I U M.

1 *Intratura frequens eſt Florentiæ.*
2 *Intratura acquiritur per vſum quinque annorum.*
3 *Intraturæ effectus,qui ſit.*
4 *Intraturæ ius,an ſit perſonale.*
5 *Intratura ſe habet ad inſtar vtilis dominij.*
6 *Intratura ſpecies eſt ſeruitutis, & eſt alienabilis.*

A R G V M E N T V M.

De intratura, & eius acquiſitione,et affectu.

D E C I S I O CXII.

1 INTRATVRAE ius † fre-
quens eſt Florentię ſuper apothe
cis conductis , & earum reſiden-
2 tijs competens, & † acquiritur
per vſum luſtri, vt in ſtatuto ac
etiam titulo emptionis oneroſo,
vt tradit Ang conſi.2.in fi.
3 Et † eſt eius effectus,vt habens tale ius,& penſio
nẽ ſoluat,& expelli nequit ratione prioritatis quę-
ſitę,vt inquit Soz.in conſi.50.nu.13.lib.4.
4 Quod quidem intraturæ ius , † an ſit reale, vel
perſonale,& an ſit alienabile,tradit Caſtren.in con
ſi.243.lib.1.in no.& Ang d.conſi.2.
5 Dicitur autem † hoc ius intraturæ habere ſe ad
inſtar vtilis dominij ſuperficiei, non longe diſtans
ab emphiteoſi,vt dixit Soz.in conſi.287. nu.3.lib.
2.& d.conſi.50.num.12.Fulgo.conſi.240.in prino.
6 Angel.d.conſil.2.† Et videtur eſſe quædam ſpecies
cuiuſdam ſeruitutis alienabilis,Caſtren. dicto con-
ſilio 243.

De hac igitur re dum eſſet cõtrouerſia inter vni
uerſitatem Portæ ſancti Petri,& Piccardos,pronun
ciauimus ad fauorem vniuerſitatis propter conſor
mitatem ſententiarum præcedentium,&c.

S V M M A R I V M.

1 *Separatio filij a patre dura reputatur.*
2 *Pater an teneatur præſtare alimenta filio ſeorſum habitanti.*
Alimenta filio an præſtanda extra domum patris.
3 *Filius tenetur cohabitare cum patre.*
4 *Cohabitatio patris cum filio,& è contra communis eſt.*
5 *Patris ſeuitia dat iuſtam cauſam filio non cohabitandi cum patre.*

A R G V M E N T V M.

An,& quando pater teneatur præſtare alimenta filio ſeorſum habitanti.

D E C I S I O CXIII.

IN quadã cauſa ĩcidit ſermo,
an pater teneteť præſtare a-
limenta filio ſeorſum habi-
1 tanti,†& ſtante quo dicta ſe
paratio a iure nimis dura re
putetur.l. poſſeſſionum. C.
com.vtri.iudi.Bal.cõſ.295.
2 col.1.lib.3.†Fuit cõcluſum
non teneri,arg.notato.per gl.in c.ſignificaſti,verbo
materiam,extra de diuortio,tradit Aril. Pinell. in
l.1.in 1.par.nu.53.C.de bo.mat.& de communi te
ſtatur,Emanu.Suarez,recepta.ſentent.verbo filius,
ſub num.184.
3 Tenetur† enim filius cum patre habitare,& co-
gi poteſt Alex.in l.ſi cum dotem,§.tranſeamos,nu.
9.ſolut.matrim.Boet.deciſ.195.num.5.& in deciſ.
noſtra Lucana 27.num.47.
4 Et hęc obligatio † cohabitandi eſt communis
cum patre quoque, qui inuito filio non poteſt ei
ſeorſum alimenta ſumminiſtrare extra domum, vt
poſt Barto.Caſtren.& Iaſ.tradunt communiter Do
cto.in l.quidam cum filium.ff.de verb. oblig. Niſi
5 iuſta cauſa aliter ſuaderet, † veluti ſæuitia,& mali
mores alere debentis,& ſimilia,ex quibus permitti
tur receſſus a paterna domo abſque amiſſione ali-
mentorum,vt in locis pręcitatis,& tradit Aſca.Cle
menti de patria poteſta.in 17.effectu,nu.32.

S V M M A R I V M.

1 *Sententia qualiter formanda contra reum ſoluentem lite pendente.*
2 *Soluens lite pendente habetur pro condemnato,& in expenſis condemnatur.*
3 *Cedens liti dicitur ſuccumbere.*

ARGV-

Google

ARGVMENTVM.

Qualiter ſit formanda ſententia contra reum ſoluentem lite pendente.

DECISIO CXIIII.

FVIT dubitatum in cauſa adiudicationis bonorum vertente inter Mellinum, & Landinum, qualiter concipienda eſſet ſententia contra reum, qui lite pendente ſoluat.

1 Placuit † non diffinitiue ſimpliciter à petitis fore abſoluendum, ſed ab obſeruatione iudicij adiecta cauſa, quia ſoluit iuxta glo in l. non vtique, & ibi Angel. in fi. ff. de rei vendica. Bald. Ioan. de Plat. Aret. in §. fi. inſti. de perpe. & tẽp. actio.

Quę ſententia erit interlocutoria, quia expreſſa cauſa ſit, vim tamen habens diffinitiuæ ſecum portantis condemnationem expenſarum non obſtante
2 ſolutione, † quia ſoluens lite pendente habetur pro
3 condemnato, † non minus, quam cedens liti habeatur pro victo, quamuis proprie ſuccumbere non dicatur. Ioã. Fab. d. §. fi. Cappella Tholo. deciſ. 5. & latius Hiero. Gabr. conſi. 19. per totum, &c.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum tollitur pluribus modis.*
2 *Sequeſtrum tollitur de mandato iudicis.*
3 *Item lite finita.*
4 *Vel ſi actor differt litem proſequi, vel non inchoare.*
5 *Vel ſi non liquidetur creditum.*
6 *Vel ſi bis intra inſtantiam non finiatur.*
7 *Item tollitur ſolutione.*
8 *Sequeſtratarius non debet ſe liberare a ſequeſtro propria authoritate illud reſtituendo.*

ARGVMENTVM.

De ſequeſtro, & quot modis tollatur.

DECISIO CXV.

POENES Virgilium del Corazza fuerant ſequeſtrata quædam mobilia ad Montem Scipionis ſpectantia, & hoc inſtante Franciſco de Calippis creditore, qui cum pro conſignatione ſequeſtri inſtaret fuit oppoſitum a ſequeſtratario de ſolutione debiti.

1 Sunt † enim plures modi quibus ſequeſtra tolluntur, vt dicit Sozi. iuni. conſi. 68. nu. 163. lib. 3.

2 Veluti † iudicis mandato, l. fi. C. de bo. autho. iud. poſſi. Rebuff. de ſequeſtr. artic. 7. gl. j. nu. j. Rolan. a Valle conſi j. nu. 17. lib. j.

3 Item † lite finita Bal. in l. prima, C. de prohi. ſequ. Bar. in l. ſi oleum, ff. de dolo. Fran. de Curt. in tracta. de ſequeſt. 14. q.

4 Vel † ſi actor differat litem proſequi in iuſtificatione ſequeſtri, vel non inchoaie proteler intra modicum tempus arbitrio iudicis deſignandum. Fulg. poſt Bar. in d. l. ſi oleum. Fran. de Curte. d. q. 14. num. 57. Pariſ. conſi. 107. nu. 34. lib. 3.

5 Vel intra † terminum ſtatuti in materia loquentis ſequeſtrum non liquidet. Grat. conſil. 38. nu. 14. lib. j. Cur. Seni. in repe. d. l. j C. de prohibi. ſeque. Vel
6 ſi non adeſt † ſtatutum ſpecialé ſupra tempus generalis inſtantię ſtatutariæ, intra quam terminantur omnes aliæ cauſæ. Alex. conſ. 50. num. 12. & 18. lib. 2. Blanch. de compro. quæſt. 7. Alba. conſil. 96. His enim caſibus actore non liquidante, ſequeſtrum non nocet.

7 Item ſolutione, † & ſic ſublata obligatione ſequeſtrũ iure permittente reſtitutum dicitur mouti, quia per ſolutionem debiti ſicut per litem finitã ſequeſtrum reſtituitur.

Nos autem conſtito, quod allegata ſolutió non ſubſiſteret, & quod nõ ſit in poteſtate ſequeſtratarij
8 ſequeſtrum reddere, & officium † deponere, niſi ex cauſa legitima, ſeu præuio iudicis decreto Bal. in l. j. num. 10. C. depo. Barto. per illum text. in l. ci apud quem, ff. eod. Curt. d. tract. quæſtio. 27. temerariam exiſtimauimus exceptionem allegatæ ſolutionis cũ plenarie creditor non fuerit ſatisfactus, & ideo ſequeſtrum confirmantes iure merito huius noſtræ ſententiæ dictus Corazza non euaſit.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium debet opponi, & allegari, alias condemnatio ſequi poteſt.*
2 *Priuilegium, an tollatur vnica contrauentione.*
3 *Priuilegium, an tollatur per ceſſionem ſolutionis decem, vel viginti annorum.*
4 *Priuilegium declinatorium non opponens ſibi nocet.*
5 *Priuilegia decem modis amitti.*
6 *Priuilegium ſecundum ius commune interpretandum.*

ARGVMENTVM.

De priuilegijs, & eorum vſu, & amiſſione.

DECISIO CXVI.

IN cauſa Dominarum Barbaræ, & Antonię cõtra illos de Fabronibus placuit DD. ius dicere pro dd. mulieribus, non obſtante priuilegio militiæ ſuæ celſitudinis, de quo non conſtabat fuiſſe ante litem conteſtatam notificatũ, immo nec de aliqua notificatione apparebat.

Et ſtante priuilegio, quod quis conueniri non
1 poſſit, † ſi non opponatur de priuilegio, proceſſus

Digitized by Google

ſus tenet, & ſequitur condemnatio, ita Bald.in re-
pe.l.2.colum.12.in fi.ff.de iu.iur.refert,& ſequitur
Paris de Put.de ſindica.§. licet ſub nume. 2. carte.
86.tom.14.
2 Et licet†priuilegium non tollatur vnica contra-
factione,vt not. Sozin.in cap.ſi de terra, nume. 10.
3 de priuile.†quemadmodum nec amittitur per non
ſolutionem 10.vel 20.anno. ab excuſato. Ange.de
Gambilio,conſil. 101. in fi. Pro illis tamen vicibus
quibus non ſoluitur, & non vtitur priuilegio ſibi
præiudicat ſecundum Angel. ibi.
Priuilegium enim illud militibus conceſſum ex
ceptionem dilatoriam ſapiens quantumcunque di
4 ci poſſit perpetuum durante militiæ cingulo,†ſi ta
men excipere debens depræhendatur in culpa non
excipiendo tempore,quo agitur,ſibi præiudicat.So
zi.cap.accedentibus,nume.15.de priuilegi. Quia
5 videtur tunc tacite renunciaſſe †Inter decem enim
modos quibus priuilegium amittitur quos enume
rat Specul. de inſtrum. editio. §. nunc videndum,
num. 10.ponitur renunciatio tacita,& quilibet po-
teſt ſuo priuilegio renunciare. Sozin.d.capitu.ſi de
terra,nume.8.
6 Priuilegium †igitur militibus conceſſum, intel-
ligi debet ſecundum ius commune, videlicet, par-
te excipiente,& notificante ſecundum Bald.in præ-
citato loco, cum concord. per Franc. Beccium con-
ſil. 32. nume. 13.

SVMMARIVM.

1 *Emphytheoſi conceſſa pro filijs, & hæredibus requirit concurſum vtriuſque qualitatis, quod filius ſit, & hæres acquirentis.*

2 *Siue emphytheoſis ſit eccleſiaſtica ſiue priuati.*

3 *Dictio nec non pro, & ſtat copulatiue,nu. 34.*

4 *Dictio, nec non continuatiua proximorum præcedentium.*

5 *Dictio nec non pro copula, & ſtat affirmatiue.*

6 *Dictio etiam ſtat implicatiue caſus minus dubitabilis, & explicatiue caſus plus dubitabilis.*

7 *Verbum hæres poſitum in eadem oratione refertur ad omnia præcedentia.*

8 *Verbum liberorum, & deſcendentium poſitum in principali diſpoſitione tantum, ſi poſtea adijciatur nomen hæredum per accidens dicitur hæreditaria emphyteuſis.*

9 *Pater poteſt præiudicare filijs in non acquirendo.*

10 *Emphytheoſis pro alio ſtipulata, non ſecuta illius ratificatione,non dicitur acquiſita etiã ſi pro alio ſtipulari liceret,vt eſt Florentiæ ſtatutum.*

11 *Et ſic reintegra remanebit pænes ſtipulantem.*

12 *Legatum pro omni eo, & toto, quod quis ex bonis legantis petere poſſet acceptatum legatario ſub onere de non moleſtando hæredem tenet, & acceptans implere tenetur etiam ſi onus excedat emolumentum legati.*

13 *Canon ſi correſpondeat fructibus facit cenſeri emphytheoſim locationem eſſe ad longum tempus 43.*

14 *Legatum cum onere de non plus petendo vim compenſationis habet, & quomodo, & quando,nu. 17.*

15 *Legatum acceptatum, dicitur acceptatum eſſe cum onere ſuo, & eſt acquieſcendum etiam ſi onus excedat legati emolumentum.*

Prohibitio de non plus petendo compenſationem inducere quomodo dicatur,nu. 16 & 20.

16 *Emphytheoſis non dicitur eſſe de bonis, & hæreditate teſtantis.*

17 *Legatum ſi ſit quantitatis, & debitum in ſpecie, prohibitio de plus non petendo,non inducit compenſationem, & legatarius ſpeciem debitam petere poterit.*

18 *Superfluitas verborum potius toleranda, quam quod operentur aliquid contra iuris diſpoſitionem,et in præiudicium tertij.*

Verba ocioſe ſtare, quando permittendum.

19 *Bonorum verbum importat deductionem æris alieni.*

20 *Prohibitio in legato facta de non plus petendo, non refertur ad actionem realem.*

21 *Emphytheoſis eccleſiaſtica de ſui natura non tranſitoria ad extraneos,niſi exprimatur,nu. 25.*

22 *Hæredis verbum quando de hærede ſanguinis, vel bonorum intelligatur.*

23 *Succeſſionis verbum, an idem ſit, quod hæredis verbũ.*

24 *Forma data in fine euidenti eſt ſeruanda.*

25 *Emphytheoſis eccleſiaſtica, non tranſit ad extraneos niſi exprimatur.*

26 *Repetitio qualitatum ceſſat ſtante diuerſitate rationum.*

27 *Primordium tituli poſteriorum declarat euentus.*

Sequentia declarant præcedentia.

28 *Prohibitio de non moleſtando quantumcunque generalis reſtringitur ad ſpecificata.*

29 *Ad conſeruandum ius reale ſufficit ſolutionem fieri a quocunque.*

30 *Solutionem canonis dominus ab alio recipere non cogitur,niſi ſoluens habeat intereſſe.*

31 *Canonis receptio ſimplex voluntariam caducitatem remittit.*

32 *Caducitatis non incurſæ, interpretatio ſemper eſt facienda.*

Pro non caducitate ſententiandum.

33 *Legatum qualitatis non compenſatur cum debito ſpeciei.*

34 *Copula quando non requirat concurſum copulatorum.*

35 *Legatum factum doctoribus, & medicis non requirit concurſum omnium dd. qualitatum.*

36 *Filius ergo hæres, ſi agat ſecus ſi conueniatur.*

37 *Repudiatio hæreditatis, an inducatur per verba nolo adire.*

38 *Nolo hæres eſſe an differat a nolo adire.*

39 *Exceptio de iure tertij excluſiuum iuris agentis, quando opponi poſſit.*

40 *Declaratione ceſſante caducitas non inducitur nec poteſt Dominus in præiudicium comprehenſorum alijs concedere.*

41 *Renouatio facta vni comprehenſorum in inueſtitura emphytheoſis alijs prodeſt.*

42 *Aes alienum dicitur non eſſe in bonis, eſt tamen in hæreditate, & quomodo intelligatur.*

43 *Solutio canonis reſpõdens fructib. locationi ad longũ tẽpus magis quã Emphytheoſi faciat accedere cõtractũ.*

44 Em-

Digitized by Google

44 *Emphyteota ſoluens canonem correſpondentem fructibus conductori ſimplici, & colono æquiparatur.*

45 *Hæreditaria emphyteuſis dicitur, quando conceditur filijs, & ſucceſſoribus, nec non hæredibus.*

46 *Hæreditaria emphyteuſis dicitur, quia ad quoſcunque deuenire poſſet.*

47 *Pacta naturam rei immutant.*

48 *Verbum extraneis, idem quod quibuſcunque.*

49 *Repudiatio hæreditatis inducitur per verba futuri temporis.*

50 *In libello ſe aſtringens nuncupatim ad certum, quid non poteſt ex alio obtinere.*

51 *Modus agendi attenditur, & ſecundum illum ius dicendum nequis imparatus opprimatur.*

52 *In libello attenditur modus agendi.*

53 *Agens ex vna cauſa, an poſſit obtinere ex alia.*
In libello variare reſpectu perſonæ, vel cauſæ, an liceat.

54 *Libellus ſimplex indefinitus differt a coarctato.*

55 *Agere non expreſſa qualitate, & agere expreſſa contraria qualitate multum differret.*

56 *Ex in iure ſuperuenienti ex cauſa de præterito iudicium validatur.*

57 *In perſecutione non cadunt ſcienter omiſsa in libello.*

ARGVMENTVM.

De legato facto, cum onere de non plus petendo, quod vim compenſationis habeat.

Et de emphyteuſi conceſſa alicui pro filys, & hæredibus, quando requirat concurſum vtriuſque qualitatis, & quando dicatur hæreditaria emphyteuſis.

Et quod ius dicendum ſit ſecundum modum agendi, & an agens ex vna cauſa poßit obtinere ex alia, &c.

DECISIO CXVII.

DOMINVS Zenobius de trozijs condoxit ab Eccleſia quædam bona io emphyteuſim perpetuam de 29. aonis in 29. anois renouandam pro ſe, & Ioannefranciſco eius fratre germano (licet abſente) & eorum, & cuinslibet eorum filijs, & ſucceſſoribus per lineam maſculinam legitime deſcendentibus, nec noo hæredibus etiam extraneis.

Ambo deceſſetuot cum prole, ille relictis Ludouico, & Taddęo, hic vero Carolo, & Antooio.

Succeſſiue vltimo loco mortuus eſt Taddæns ſine filijs, ſoperſtite dicto Antonin, qui condito teſtamento hęredem inſtituit Andream Alemanum, & legauit dicto Antonio quingenta pro omni eo, & toto qnod d. Antonius quomodolibet petere, vel cooſequi poſſet ex hæreditate, & bonis ipſius teſtatoris, & caſo quo d. Antonius non inferat aliquam moleſtiam ſupraſcripto eius hęredi. Quod ſi aliqua ratione iure, vel cauſa moleſtauerit eius hæredem, & bona tali caſu intelligatur d. Antonius ipſo iure priuatus tali legato, hæc ſuot verba inueſtiturę, & teſtamenti reſpectioe, &c.

Aotonius autem agnito legato ſimpliciter, & ſine aliqua proteſtatiooe, & præſtita caotione fideiuſſoria, de noo moleſtando d. Andream hæredem a quo legatum accepit, & de alia faciendo, ad quæ vigore d. legati, & teſtamenti teneretur, alias, &c.

Tandem egit in iudicio aduerſus dictnm Aodream tanquam occupatorem dd. bonorum liuellarinrum, quorũ dimidiam ſaltem ad ſe pertioere vigore d. inueſtituræ prætendebat, ad quam ſibi relaxandam, & dimittẽdam inſtabat condemnari d. Andream, prout latius in libello.

Cuius quidem agentis intentio ſatis fundata videbatur, nam conſtito de ijs, quę in facto conſiſtebat, videlicet, filiatione morte ſuperexiſtentia, & bonorum idemptitate, ex lectura inſtrumenti liuellarij inris non obſcura reſolutio oriebatur, nam in conceſſione liuelli duobus ab initio facta, vnuſquiſque dicitur recipere pro dimidia, & quilibet ſuæ generationi proſpicere voloiſſe ita, quod vſq; quo adſit aliquis de alterius ex recipientibus linea, portio noo accreſcit alij, ſed deſcendeotibus de linea deuoluitur, vt notiſſimi iuris eſt, & ex communi opinio. Clar. in §. feudum, quæſt. 46. 47. Et ideo attenta forma inueſtituræ portio Ioãnisfranciſci ad Antoninm filium in ea compręhenſum deſcendit, ad quam actoris intentionem elidendam plura ex aduerſo ab Andrea reo conueoto proponebantur. Dicebat enim actoris deſiderio obſtare io primis, qđ

1 is patri hæres noo ſit, & † qund cum emphyteuſis non ſit conceſſa ſimpliciter pro ſe, & filijs, ſed pro ſe, filijs & ſucceſſoribus, & etiam hæredibus extraneis, coocurſus vtriuſqne qoalitatis requiritur, quod & ſit filius, & heres, ita Bart. io l. vt ius iurandi, §. ſi liberi, num. 4. ff. de oper. liber. & eſt communis opinio teſte Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 37.

2 vbi ſubiungit in † hoc non atteodendam eſſe illam differeotiam an ab Eccleſia, vel a priuato concedatur, quæ alias forte attendi deberet, ſecundum communem opin. de qua Couarrn. vari. reſoluti. lib. 2. cap. 18. nu. 3.

Quę qualitas hæredis videtnr reqoiri in hoc caſu in filij, quia id importare videntur dictiones il-

3 lę † nec non pro, & quæ cum ſit copulatiua requirit concurſum copulatorum, iuribus vnlgaribus,

4 † & ſtante copulatioe continuando proximum pręcedens dictum Pariſ. conſil. 111. num. 25. libro j. &

5 qood dictio † nec non exponitur pro copula, & ſtet affirmatioe, tradit Rimiνald. Seni. conſilio 483. nu. 18. & conſilio 268. num. 48. libro 2. & dictio etiam,

6 † quæ eſt implicatiua caſus minus dubitabilis, & explicatiua magis dubitabilis. l. etiam ſulu, mat. ita

vt

vt conceſſio ſic dicatur facta pro ſe, & filijs, &
7 ſucceſſoribus, & hæredibus, etiam extraneis, † quæ
qualitas tanquam contenta, & compræhenſa in eadem
oratione, & conſtructu verborum, referri debet
ad omnia præcedentia, & cenſetur illis repetita.
l. doli, §. j. de ſer. corrupt. & ibi Barto. in l. Sçiæ, §. Caio.
ff. de fund. inſtruc. & in l. mulieri, & Titio, ff. de
condit. & demonſtra. Deci. conſilio 92. num. 2. & in
puncto allegabatur conſi. Alexand. 44. libro j. & plenius
Anchar. conſil. 125. num. 5. & plus dicit Curt.
8 iuni. conſi. 83. quod ſi nomen † liberorum, & deſcẽdentium
ponatur in principali diſpoſitione tantũ,
& poſtea adijciatur nomen hęredum per accidens,
adhuc dicitur conceſſio hæreditaria, refert Pinell.
in l. 1. 3. par. numero 87 C. de bon. mater. & dato,
quod Antonius hæres eſſet ſui patris, adhuc excipiebatur
de non iure ipſius agentis cum non appareat
vllo vnquam tempore, vel per mandatum, vel
per ratificationem ſubſecutam Ioannemfranciſcum
acquiſiuiſſe d. emphyteuſim, paſſus enim fuit ea bona
ad ęſtimum Zenobij ſemper fore deſcripta, nũquam
canonem pro ſua rata ſoluit Eccleſiæ, nec vnquam
renouationem procurauit. Ruy. cõſilio 168.
num. 8. libro j. Sed hæc omnia ab ipſomet Zenobio
eius proprio nomine geſta fuerunt, ita vt Ioannes
franciſcus viſus ſit hæc habuiſſe pro derelicto, &
tanquam non valens plus in alium tranſtuliſſe, quã
9 ipſemet haberet, & † potuiſſet in non acquirendo
præiudicare ſuis filijs, ſicut hæredibus, ad tradita
per Iul. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt. 16. verſiculo,
ſed quid ſi. & ſi forte, quis alteri ſtipulari poſſe dica-
10 tur, † id tamen in emphyteuſi non ſecuta ratificatione
minime conceditur. Curt. iuni. conſilio 55. nu
11 mero j. † vnde integra remanſit pœnes Zenobium.
Bart. in l. fundus, numero 3. ff. de actio ẽmp. Alexã.
conſi. 22. vbi allegat concord. num. j. & conſilio 24.
num. 4. 5. lib. 5.
12 Ruſus † valide argumentabatur de acceptatione
d. legati facti pro omni eo, & toto, quod actor ex
hęreditate, & bonis teſtatoris conſequi poſſet, & ne
moleſtia aliqua hæredi inferatur, neque bonis, tenetur
enim is, qui acceptauit ſub iſto onere, & ſic promiſit
non moleſtare, ſed obſeruare, & adimplere etiam
ſi onus excederet emolumentum legati. l. Imperator.
§. ſi centum, de leg. 2. Caſtrenſ. in l. ſi eum doſem.
§. ſi pater, num. 3. & ibi Alex. num. 2. ſolut. matrim.
Corn. conſilio 192. colum. j. lib. 2. Ruy. conſil.
79. num. 2. lib. 2. Sozi. iun. conſil. 123. lib. 2. num. 3.
Aymo conſi. 174 nu. 9.

Et quod ſupra dicebatur hanc eſſe hæreditariam
conceſſionem, & accedere potius naturę affictus
perpetui, quam emphyteuſis, & ſic tranſitorie ad
extraneos, deducebant a reſponſione canonis corre-
13 ſpondente ad fructus recompenſationem, † vt ſit
magis locatio ad longum tempus, quam emphyteuſis,
vt tradit Ruy. conſilio 161. num. 21. & ſeq. lib. j.
Neuiza. conſil. 91. & Ruy. ſequitur Roland. conſil.
96. num. 26. lib. j.

Nec obſtat, quod huiuſmodi legatum cum pro-
14 hibitione de plus † petendo, vim compenſationis
habeat non admittendæ ex eo, quod debitum conſiſteret
in ſpecie, & legatum in quantitate, quia id
procedit in compenſatione proprie ſumpta, ſecus
in impropria, quæ in vltimis voluntatibus, (vt hic)
ex mente teſtatoris admittitur de ſpecie ad quantitatem,
& è contra. Imol. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater,
vbi Alex. num. 7. ſolut. matrim. Roma. & Corn.
in auth. prętetea colum. 3. verſi. 4. limita. vbi Deci.
num. 10. C. vnde vi. & vxor. Sozi. iun. conſi. 173. nu.
3. libro 2.

Ex aduerſo replicabatur, quod & ſi verũ ſit, q̄ ac-
15 ceptans legatum, † illud acceptare intelligatur cũ
onere ſuo l. j. §. pro ſecundo, C. de cadu. tollend. Deci.
conſi. 299. num. 13. Teneaturque adimplere etiã
quod onus excedat legati emolumentum d. l. Imperator
de leg. 2. quia tanti videtur bona ſua, æſtimaſſe.
Ruy. conſi. 79. num. 6. lib. 2. Bar. in l. liberti, ver. ſi
autem. C. de oper. libert.

Tamen cum onus verſetur in eo, & toto eo, quod
peti, vel conſequi poſſit ex bonis, & hæreditate teſtatoris,
quæ clauſula æquipollet, vt non poſſit plus
peti de ipſius hæreditate, & bonis ſecundum Roy.
conſilio 79. num. j. libro 2. id onus tanquam limitatum,
& reſtrictum ad hæreditatem, & bona teſtatoris,
non ſe extendit, quin legatarius non valeat pe-
16 tere bona emphyteutica, † quę de bonis, & hęreditate
teſtatoris eſſe non dicuntur, vt dicit in puncto
Bart. in l. ſi iuriſiurand. §. ſi liberi. ff. de ope. lib. & in
l. item videndum. §. nunc videamus, de petit. hæred.
Alex. conſi. 22. num. 6. lib. 5. addentes ad Guid. Pap.
quęſt. 93.

Et idem tradit Bald. in l. ſi adulta, licet per aliam
rationem, C. de actio. hęred. vbi inquit per ſimilem
prohibitionem legatario factam de plus non petẽdo
de bonis, & hæreditate induci quandam compen-
17 ſationem, † quando tam legatum, quam debitum
in quantitate conſiſtat, ſecus ſi alterum in ſpecie,
aliud vero in quantitate ſit, cum tunc legatarius
quantitatis non prohibetur petere debitum ſpeciei
obſtante iuris regula, de quantitate ad ſpeciem nõ
admitti compenſationem. Bart. in l. liberti libertęque,
num. 28. C. de oper. libert. & in l. quoniam nouella,
num. 9. de inofficio. teſtamẽ. & in d. l. ſi adulta,
vnde in puncto dicit Bero conſil. 134. num. 3. & nu.
18 20. lib. 2. quod † potius eſt tollerandum, quod d. verba
ſtent ocioſe, quam quod operentur aliquod contra
iuris diſpoſitionem, & in præiudicium iuris tertij.
Cor. conſilio 212. in fi. libro 2. quod ſuadebatur
19 etiam ex vi illius verbi bonis, † quod importat deductionem
ęris alieni, l. ſubſignatum, §. bona, de verbor.
ſignifi. ergo ſoluto debito, & facta reſtitutione
de rebus alienis, de reliquo legatum erit ſoluẽdum,
& ſic non erit impedimento, quin legatarius nõ obſtante
legato eum d. onere poſſit vendicare, quod
20 alias ſuum erat, & dicta prohibitio † referri non debet
ad actionem realem, arg. l. Aurelius, §. Męuium.
de lib. lega. cum concord. per Couarru. in cap. officij,
ſub num. 8. verſicu. poſſet habere, extra de teſtament.
Cor. conſilio 29. lib. j. Franc. Marci. deciſ. Delfina.
146. Cępol. cautel. 221. ſub num. 9. Bero. conſi.
201. lib. j. & pro deciſione allegatur Areti. conſilio
147. & Capr. conſ. 164. Nec ob. prohibitio moleſtię
in-

Digitized by Google

inferendæ hęredi, quia intelligi debet iuxta præce-
dentia, videlicet, bonis, & hęreditate teſtatoris. Are
tin. in puncto dicto conſi. 147. & quæ pulchre tra-
dit Deci. conſi. 425. col. j. in fi. & quod tradit Marza.
de fideicom. par. 2. q. 4.

Neque referre aiebat actor, quod is non proba-
uit ſe hæredem patris, quia attentis verbis conceſ-
ſionis, & confirmationis apoſtolicę apparent inue-
ſtiti ſeu vocati filij, & deſcendentes abſque eo,
quod ſint hæredes acquirentium, quod oſtendit na-
21 tura † emphyteuſis eccleſiaſticæ non tranſitoria
ad extraneos, §. emphyteuſim auth. de non alien. re-
bus eccle. Alexand. conſ. 23. libro j. Ruyo. conſ. 158.
& 163. num. 2. libro j. Sozi. iuni. conſilio 71. libro j.
Iul. Clar. in §. emphyteuſis. q. 28. & qualitas expreſ-
22 ſa maſculinitatis, † quæ efficit, vt ſi forte foret ex-
preſſum expreſſe nomen hęredis intelligi deberet
de hærede ſanguinis, non autem ſucceſſionis vniuer
ſalis bonorum. Alciat. conſilio 125. tom. 3. lib. 9. in
fi. Deci. conſilio 38. Roland. conſi. 67. num. 21. lib. j.
Decia. conſi. 185. num. 3. & 395. num. 6. Bero. conſi
lio 68. num. 72. lib. j. Bello. de commu. opin. conſil.
33. num. 2. Grat. conſil. 91. num. 26. lib. j. Afflic. lib.
3. conſtito. rub. 24. nom. 24. Zaſi. de feud. par. 8. nu.
62. Iaſ. in prælud. feud. num. 128. & in conſilio 118.
nu. 3. lib. 4.

23 Vnde non erat vis facienda † in verbo, ſucceſſo-
ribus, quod idem ſit, quod verbum hæredibus ſecū-
dum Alexand. dicto conſilio 44. præterquam, quod
dictum verbum ſucceſſoribus, & ſi reperiatur ex-
preſſum in contractu, non tamen reperitur appo-
ſitum in literis apoſtolicis, & ſic pro non adiecto
24 habendum, quia † forma data in fine euidenti
debet ſeruari ad vnguem. Decia. conſilio 36. nume-
ro quinto.

Ptout nec erant etiam attendenda illa verba, nec
non hæredibus etiam extraneis ad faciendum cen-
ſeri emphyteuſim hęreditariam, quia non reperiret
illam qualitatem hæredis iam ſupradictis videlicet,
vt filij, & deſcendentes maſculi, ita demum admit-
tantur in emphyteuſi ſi ſint hæredes. Nam iſta qua
litas hæredis non cadit vniformiter in filijs ſicut in
extraneis, cum emphyteuſis eccleſiaſtica de ſui na-
tura tranſeat ad filios, & deſcendentes ſi non ſint hæ
redes, etiamſi nihil exprimatur, non autem ad ex-
25 traneos † niſi exprimatur. Couarru. varia. reſo-
lut. capitulo decimooctauo, verſiculo 5. concluſio,
& verſicu. 5. deducitur. Iul. Clar. d. §. emphyteuſis,
26 quæſt. 37. † vnde repetitio ceſſat propter diuerſita
tem rationis. Bart. in l. Seia. §. Caio, num. 5. verſi. ſi
vero. ff. de fund. inſtru.

Nec ideo illæ dictiones augumentatiuæ, & am-
pliatiuæ, & implicatiuæ perdent officium ſuum ſi
non referantur ad qualitatem hęredis, nam am-
pliabunt reſpectu vocationis, non autem qualitatis
hæredis.

Alias non implicarent caſum minus dubitabi-
lem, & explicarent magis dubitabilem, quia non
dubitatur, an filij abſque eo, quod non ſint hære-
des admittantur ad emphyteuſim eccleſiaſticam,
ſed bene dubitatur de extraneis, & quod iſta qua-
litas non requiratur in filijs, & deſcendentibus, ne-
quę in hac facti ſpecie ſit neceſſaria, neque ſub iſta
qualitate ſit facta conceſſio emphyteoſis, patet ex
obſeruantia authorum rei conuenti, qui repudia-
ta hæreditate, Zenobij patris primi acceptoris re-
tinuerunt bona emphyteutica, & ſic colligitur
mens contrahentium, quod non habuerant hanc
emphyteuſim pro hæreditaria, quo ad ſuos deſcen-
dentes, ita vt deſcēdentes eorum dicerentur primo
vocati, etiam ſi non forent hæredes, & illis non exi-
ſtentibus hæredes extranei, ſequentia enim decla-
27 rant pręcedentia, † & primordium tituli poſterior
euentus aperit, l. j. §. fi. C. de impo. lucra. deſcri. libro
10. Abb. conſi. 61. numero 3. Roland. conſil. 82. nu-
mero 37. & 38. lib. 2. Aymon. conſil. 101. nu. 3. cum
igitur auctores ſucceſſorum ſuccreſſerunt in hac
emphyteuſi abſque qualitate hęredum, non debēt
iſti audiri negando iſtam qualitatem cum aucto-
res confeſſi eam fuerint ad Rolan. in puncto, conſil.
82. nu. 37. lib. 2. & num. 38. Nec etiam prohibitio
illa generalis, de non moleſtando hæredem legata-
rio tot prægnantibus, verbis a teſtatore facta, acto-
ri ſilentium imponit, tanquam complectens omnē,
& quamcunque moleſtiam. Deci. conſi. 613. num. j.
Roland. conſilio 79. num. 38. lib. 2. quia reſponde-
28 batur, † quod d. prohibitio quantumcunque gene-
ralis reſtringitur ad ſpecificata, videlicet, in bonis,
& hæreditate teſtatoris, ita in puncto declarat Are.
conſi. 147. col. 2. & Deci. conſi. 125. col. pen. & fi. &
ſic prohibet moleſtiam ex cauſa hæreditatis, & bo-
norum ipſius, hęc omnia non ſunt de hæreditate, &
bonis merito, &c.

Pręterea teſtator non ſtetit, in puris terminis p-
hibitionis, ſed vlterius proceſſit imponendo pœnā
caducitatis legati in caſu illatę moleſtiæ, & ſic con-
trafaciendo cadit a legato, nō autem priuatur actio
ne, & iure agendi, ad id quod ſuum erat, vt ſentit
Deci. dicto conſilio 425. columna fi. Duæ enim sūt
factę prohibitiones, vna plus non petendi de hęre-
ditate, & bonis teſtatoris, & iſta reſpicit priuationē
iuris agendi, & iſta non compræhendit hæc bona
emphyteotica, quia non ſunt de hæreditate, nec bo
nis diſponentis. Altera vero non moleſtandi, & hęc
non priuat moleſtantem iure agendi, ſed adijcit pœ
nam, de qua pœna caducitatis, cum modo non aga-
tur ius agendi, videtur probabiliter in iudicio de-
ductum.

Nec obſtat, quod nulla ſit facta acquiſitio Ioan-
nifranciſco auctori d. actoris, cum non mandaue-
rit, nec ratificauerit, vnquam d. iouestituram, neq;
ſoluerit canonem, vel renouationi non interuene-
rit, quia contrarium apparet ex literis recognitis,
videlicet, quod ratificauerit, & recognouerit acce-
ptando pro ſuo iure d. inueſtituram, vltra, quod ſe-
cundum ſtatutum Flor. abſenti acquiratur abſque
ratificatione, vel ceſſione, rub. 39. lib. 2. & licet ſolu
tiones canonum fuerint, & ſint factę per auctorem
rei conuenti, & non per actorem, non ideo ſequi-
29 tur aliqua caducitas, quia ad conſeruandum † ius
reale ſufficit, quod ſolutio fiat, a quocunque, & ſolu
30 tionem canonis † licet ab alio dominus recipere
non

nou eogatur niſi ſoluens ex ſua ſolutione aliquid
31 intereſſe prætenderet. Marſil. ſing. 368.† tamen vo
luntarie recepta ſimplieiter caducitatem remittit.
32 l. 2. vbi Doc. C. de iur. emphyt. & † lex ſemper ad-
iuuat hanc interpretationem, vt quis non cadat a
iure ſuo, vt in puncto dicit Grat. conſil. 132. nu. 12.
lib. 1. & non eſt nouum, quod alius pro alio ſoluit,
& liberat debitorem, ita in materia emphyt. Iaſ. in
l. 2. nu. 69. C. de iure emphytheo.

Nec obſtat, quod teſtator nihil aliud deberet le-
gatario, quam occaſione dd. bonorum emphytheo-
sicorum, & quod ad aliud non poſſent referri dicta
verba prohibitionis de non petendo, vnde perin-
de ſit, ae & ſi ſpecialiter expreſſiſſet reliquiſſe lega
tum occaſione illorum bonorum ad Ruyn. conſil.
79. nu. 8. lib. 2.

Quia Taddeus, qui omnia bona Ioannis Franci-
ſci poſſederat, vti eius negociorum geſtor, & admi-
niſtrator, tenebatur reddere rationem medietatis
fructuum per 70. ann. recollectorum, nec non red-
dere rationem bonorum adminiſtratorum per eũ
d. Antonio, & eius authori ſpectantium, & dato,
quod ad aliud referri non poſſit d. prohibitio, quã
ad bona emphytheotica, adhuc non debet opera-
ri, quod non poſſit actor ius ſuum reale in bonis
33 emphytheoticis proſequi, † cum legatum quantita
tis non compenſetur cum debito ſpeciei, & dicit
in puncto Bero. in conſi. 134. num. 3. & nu. 20. lib.
2. poſt Corne. conſil. 212. in fin. lib. 2. quod potius
ſunt tolleranda d. verba prohibitionis ſtare otioſe,
quam quod diſponant effectum contra iuris diſpo-
ſitionem, & in præiudicium tertij, vltra quod pote-
rat referri prohibitio ad portionẽ Taddei ſine pro-
le decedentis, nam potuiſſet dubitari, an iure ac-
creſcendi, vel non decreſcendi pertineret ad Anto-
nium.

Nec etiam obſtat natura copulæ, nec non ſupra
ponderata in contrarium, quod requirat concur-
ſum copulatorum, & ſic hæredis, quia in hoc caſu
d. copula non copulat plures qualitates, nec plures
34 conditiones, † ſed plura ſubiecta, quæ ſtant per ſe,
& principaliter, vnde non requirit concurſum co-
pulatorum ad Ruyn. conſi. 53. nu. 19. lib. 2. verſ. &
35 ſpecialius † veluti in legato facto Doctoribus, &
Medicis, vt per Bart. in l. re coniuncti 2. quęſt. prin.
de legat. 3. Bald. in l. 1. de iuſt. & iure, & magiſtrali-
ter diſtinguit. Bar. in l. ſcire debemus. in princ. ff. de
verbo. obligat. & ſic copula in iſto loco ſtat potius
diſpoſitiue ſeu continuatiue, & per ſe, quam per
modum accidentis, & reſpectiue, & eſt eius effe-
ctus, vt hic, quilibet gradus ordine ſucceſſiuo iutel
ligatur vocatus, per ſe tamen, & principaliter, licet
in vna oratione, non autem in diuerſis reperiatur,
nam cum ſtat continuatiue, & non copulatiue, illa
vna oratio reſoluitur in plures. Bart. in l. 1. in fi. de
his, qui not. infa.

Præterea ſi detur hanc eſſe emphytheoſim hære
ditariam, non videtur quomodo actor non dica-
36 tur hæres, cum ſit filius, iuxta illud Apoſtoli † filius
ergo hæres, & agat, non autem conueniatur, vt
ex communi opinione tradit Roland. conſilio 21.
libro 1. numero 17. & 18. & produxit inſtrumenti
aditionis.

Nec obſtare videtur quatenus eius procurator
in litis ingreſſu proteſtatur, quod non intendit adi-
re hæreditatem patris per illum nec quemcunque
alium actum in futurum faciendum, & ſic videatur
repudiaſſe, quia proteſtatio precedens declarat ani
mum futurum deeſſe.

Quia iſta ſunt verba procuratoris non habentis
ſpeciale mandatum ad repudiandum, & erat re-
ſtricta dicta proteſtatio ad illam comparationem
tantum.

Vltra, quod maxima eſt altercatio inter Docto-
37 res, an illa verba, † nolo adire hæreditatem, impor-
tent repudiationem ſtatim, vt tradunt Docto. in l.
qui ſe patris poſt gloſſ. ibi. C. vnde liberi, vbi Curt.
num. 17. communem opinionem dicit, & idem
38 aſſerunt ibi, numero 46. Modern. Bononienſ. † li-
cet Alexand. ibi diſtinguat, inter eum, qui dicat no
lo adire, & eum qui dicat nolo eſſe hæres, de quo ar-
ticulo controuerſo nouiſſime tradit Mantica de
coniecturis vltim. volun. lib. 12. titu. 14. num. 2. &
ſequen. vnde potuit fieri aditio, quia non erat facta
repudiatio.

Nec obſtat, quod actor non ſoluerit canonem,
ſed reus, & quod non procurarit renouationem de
29. in 29. anno, iuxta formam Inueſtituræ, quia vl-
39 tra ſuperius dicta iſta exceptio † de iure tertij com
petens Eccleſiæ, eſt exclusiua iuris agentis, non
ipſo iure, ſed ſi tertius velit, vt hic vbi requiritur
declaratoria caducitatis ſi Eccleſia velit, alias ipſo
iure non ſoluens, vel non renouans non cadit, ita
in terminis tradit Barto. in l. ſecunda, num. primo,
de exceptio. rei iudic. & latè Tiraquell. in l. ſi vnquã
in verbo reuertatur, numero 356. & ſequen. C. de
reuoc. donat.

Et licet non petierit renouari in fine cuiuslibet
29. ann. & renouatio ſit facta filijs Zenobij, nõ ideo
actor dici debet excluſus tanquam, quod ipſo facto
eccleſia declararit caducitatem renouando filijs Ze
nobij, quia non apparet, vt apparere deberet, quod
renouatio facta filijs Zenobij, ſit facta tanquam de
re deuoluta, & reuerſa ad eccleſiam ad Ruy conſi-
40 lio 167. num. 18. libro j. † & ceſſante declaratione
caducitatis non potuit eccleſia in præiudiciũ com-
prehenſorum in prima inueſtitura facere nouam
conceſſionem illis non conſentientibus. Ruy. conſ.
854. num. 4. lib. j. Deci. conſ. 184. num. 3. in fi. Abb.
conſi. 67. num. 3. 4. lib. 2. Corne. conſil. 74. lib. 2. col.
41 2. & 3. † Immo ſi fiat renouatio vni tantum in in-
ueſtitura prima compræhenſo, ad alios quoque por
rigitur. Grat. conſi. 132. lib. j.

Nec obſtat acceptatio legati cũ onere non mo-
leſtandi hęredem, neque bona, & promiſſio ſic fa-
ciendi ſubinde ſecuta, qui vt dictum eſt ex Areti. cõ
ſilio 147. colum. 2. & ex Deci. conſilio 425. prohibi
tio plus non petendi non eſt generalis, ſed reſtricta
ad bona, & de bonis, & hæreditate prohibentis, &
ita quoque limitata, & reſtricta debet intelligi ſe-
quens generalis prohibitio de non moleſtando hæ-
redem quomodocunque, & acceptatio ſubſequuta

re-

relatiue ad legatum, vt intelligatur reſpectu bono-
rum, & hæreditatis teſtatoris, non autem in alijs ad
eum non pertinentibus.

Et dato quod eſſet generaliter intelligenda pro-
hibitio, & promiſſio de non moleſtando, adhuc
non eſt ſublata actio, ſed in caſu contrauentionis
remanet pœna, videlicet caducitatis, & amiſſio le-
gati quod ipſe legatarius reſtituere promiſit, cum
omnibus expenſis, & intereſſe, prout in inſtrumen
to Deci. d. conſ. 425. col. fi. verſ. quinto hoc idem.

Nec obſtat quod prohibitio huiuſmodi de non
petendo de hæreditate teſtatoris, comprehen-
42 dat æs alienum, & ſic quod peti non poſſit, † quia
æs alienū quamuis non ſit in bonis, eſt tamen in hæ
reditate. Bald. in l. liberti libertæque, col. penul. verſ.
ſed dubitatur. C. de op. liberto. Ruyn. conſil. 79. nu.
8. lib. 2.

Quia id eſt verum quo ad hoc, quod qui poſſi-
det hæreditatem conueniri poſſit, & teneatur ad æs
alienum; non autem quod qui petit æs alienum di-
catur aliquid de hæreditate petere, vt oſtēdit Aret.
d. conſil. 147. colum. 1. nam æs alienum eſt in hære-
ditate, & bonis creditoris, non autem debitoris, vt
ibi egregie declarat Areti.

DD. nihil deliberantes ſuper acceptatione lega-
ti abſoluerunt Alemanonum a petitis, non ſimplici-
ter vt dominus primus Iudex exiſtimauit, ſed quia
actor egit, vt filius, excluſo nomine hæreditario. Nā
cenſentes emphitheoſim hanc eſſe hæreditariam, eā
citra nomen hæredis aſſequi poſſe non crediderūt.
Quod autem eſſet hæreditaria non autem familia-
ris, illud in primis ſuaſit quod quotannis tantum
ſoluebatur eccleſiæ quantum fere ex fructibus per
43 conductorem perciperetur, † ita quod adæquante
canone fructuum perceptionem locationi ad hære
des quoſcunque tranſibili l. viam veritatis. C. loca.
magis quam emphitheoſi accedere videatur. Ruy.
conſi. 161. nu. 21. lib. 1. Cagno. in l. 2. nume. 203. C.
de reſcind. vendit. Bello. conſil. 21. Neuiza. conſil.
92. nume. 45. Ceph. conſil. 9. nume. 12. quidquid
aliter contrahentes nominarunt non attendendum
vt in dd locis maxime Ruyn. & præter eos Rim.
ſen. conſil. 44. nume. 38. Roland. conſil. 96. lib. 1.
Burſa conſil. 48. nume. 21. & 56. nume. 3. & ita re-
44 ſpondit Silua. conſ. 77. † & quod talis emphitheo-
ta æquiparetur conductori, & ſimplici colono, Ale.
conſil. 112. lib. 2. immo quod ea ſit vera locatio aſ-
ſeruit Aret. conſil. 54 in fin. Grat. conſil. 128. num.
6. lib. 2. Silua conſil 9. nume. 14. etiam quo ad one-
ra ipſa licet hoc ſit controuerſum, vt conſtat ex Sil-
ua. conſil. 77. Natta conſil. 313. quod minus dubiū
eſſe dicitur quando adhibitæ ſunt ſolemnitates ſuf-
ficientes ad diuturnam locationem, vt hic Rimi. d.
conſil. 44.

Secundo quia nedum pro filijs, ſed etiam ſuc-
ceſſoribus, & ſic pro hæredibus recepta ibi, nec non
45 hæredibus † quo caſu præcedēte nominatione filio
rum ſi ſubſequatur nomen hæredis, dicitur hæredi
taria, & eget hæredis nomine qui vult admitti ad
illam. Imol. in l. quod dicitur nume. 7. & 8. de ver-
bo. obli. Clar. § emphitheoſim. q. 87. verſ. aut vero,
& pro parenti ad ſenſum, inquit Silua. conſi. 30. nu
11. & ea communi opinione Burſa. conſi. 92. num.
23. & id quoque procedere in emphyt eccleſiaſti-
ca, poſt Iaſ. & Ruyn. tradit Rolan. conſil. 89. nume.
29. lib. 1. vbi de communi opinione.

Tertio, res reddebatur clara ex illis alijs verbis
pro hæredibus etiam extraneis; huius enim verbi
extranei ea eſt vis vt cum ex natura rei, vel ex pacto
46 res poteſt eſſe tranſitoria ad quoſcunque, † illa cen
ſeatur hæreditaria ad nota. per gloſ. & Bar. in l. ſi
tibi. § ſi pactus, & ibi Alex. num. 8. Iaſ. num. 12. de
pact. Deci. conſil. 149. colum. 1. & in. Doc. in l. ſi
patrom ad Treb. Rimi. ſen. conſil. 245. nume. 12.
Grat. conſil. 55. nume. 7. lib. 1. exploſa differentia
inter emphi. eccleſ. vel priuatam. Ancha. conſ. 125.
47 Rimin. ſen. d. conſil. 245. nume. 11. † Pacta enim
mutant naturam rei, Bat. in l. Cæſar. de publ. Co-
uar. var. reſol. c. 17. lib. 2.

Nec præſtabant impedimentum verba maſculi-
nitatis, per quæ nonnulli voluerunt rem totā pror-
ſus variatam, quia contraria opinio eſt communis,
teſte Rub. Alex. conſ. 18 & in l. gallus. § quidam re
cte, nu. 191. de lib. & poſthu. Couarr. cap 18 num.
3. lib. 2. vari. reſolut. Silua. conſ. 30. nu. 11. & 25.
48 Verbum enim † extraneis eandem vim habet,
quam verbum quibuſcunque, Iaſ. conſil. 118. num.
12. lib. 4. Pinel. l. 1. in 3. part. num. 88. C. de bon. ma
ter. Silua. pro magis communi d. conſil. 30. nume.
25. 26. 29. & Menoc. conſ. 160. no. 40. & ſeq.

Nec obſtat quod in progreſſu proceſſus inſtru-
mentum aditionis hæreditatis ſui patris produxe-
rit, & ſic quod vti hæres hæreditariam emphyteu
ſim aſſequeretur.

Quia ante porrectum libellum exhibuit prote-
ſtationem irritantem omnem actum per quem in-
49 duceretur aditio hæreditatis † vtendo etiam ver-
bis futuri temporis negatiue prolatis quæ repudia
tionem inducunt ſecundum Sal. in l. qui ſe patris,
nu. 12. C. unde libe. vltra quod a die d. proteſtatio-
nis de non velle adire lapſi erant tres menſes, & vl-
tra, ex quo inducitur repudiatio. Bar. in l. ſi quis
ſuos, nume. 8. de iure delibe. & de his nouiſſime per
Fran. Mant. de coniecto. ulti. volunt. lib. 12. tit. 14.
nume. 20. & 22. & ſic cum iure proprio non autem
hæreditario, immo excluſo hæreditario nomine ni-
50 tebatur, † certi iuris erat eum obtinere non poſſe,
nam quia agendo nuncupatim aliquid in ſua peti-
tione deduxit, & certæ cauſæ ſe ſe aſtrinxerit, &
aliud probarit, nō obtinet. l. habebat, de inſti. & no.
Bar. in l. edita. C. de eden. Pariſ. conſil. 131. nume. 4.
lib. 1. obſiſtente etiam regula quod potui nolui, qđ
51 volui implere nequiui; † eſt enim ius dicendum ſe-
cundum modum agendi, cap. 2. de ordi. cognit. cap.
licet heli, de ſimo. vt numquam quis imparatus op
primatur. Quo fit ut is actor de ſe conqueri debeat,
quippe cum petitionem ſuam arctaret ad propriū
nomē reiecto expreſſe nomine hæreditario, de quo
52 proteſtatus eſt ſe nolle adire, vnde † ſicut agens ex
cauſa inteſtati non obtinet ex teſtamento, & qui do
minium prætendit, non debet expectare victoriam
ex quaſi dominio, Alexand. conſ. 121. num. 6. lib. 1.

ex

ex generali regula, d.l.habebat, & per l. ſi ita ſtipulatus, §. Griſogonus, de verb. oblig Ruy. conſi. 136. nu. 2. lib. 4. niſi ex narratis aliud colligeretur, ita, & iſte non poteſt vti iure hæreditario, a quo vltro ſe excluſit. Neque poteſt iuuari ex clauſulis ſalutarib. propter contrarietatem, vt in d. locis.

53 Et quamuis non negetur † variatio reſpectu perſonæ dummodo actio non mutetur, ita, vt ſi actor litem inſtituerit, poſſit perſonam hæredis induere tam in prima, quam in ſecunda inſtantia ad Barto. in dicta l. edita, num. 7. & ibi Cur. iuni. de communi, num. 129. Deci. nu. 45. & ſeq. id tamen huic actori non licuit, quia non ſimpliciter actionem propoſuit, vt in dd. locis conceditur, ſed eam reſtrinxit, quo caſu non eſt licita variatio, nec etiam reſpectu perſonę, vt poſt Iaco. But. inquit Bald. in l. per hanc, num. 12. C. de tempo. app. Ruy. conſil. 12. nu. 9. lib.
54 4. & idem Bal. in l. edita, num. 41. in 2. lectu. vbi † facit differentiam inter libellum ſimplicem, & inde-
55 finitum, & coarctatum, ſubdens aliud eſſe † agere omiſſa qualitate, quam expreſſa contraria qualitate. Neque etiam potuit actor ſe tueri ſub prætextu, quod in ſecunda inſtantia produxerit inſtrumentũ
56 aditionis, † & quaſi ex iure ſuperuenienti ex cauſa de præterito iudicium validaret, iuxta l. ſi rem. §. fi. ff. de pigno. cum concorda. per Anto. Gabr. de iudi. concluſ. 2.

Quia is longe prius ſciuerat, & prudens, & ſciẽs
57 illud proponere omiſerit. † Vnde ſic ſcienter omiſſa non cadunt in proſecutione appellationis ſecundum Anton de Butr. in c. audientiam, il ſecundo, de reſcri. col. 2. Hyppol. ſing. 360. &c.

SVMMARIVM.

1 *Forma ſtatuti non ſeruata, nulliter fit quicquid fit.*
2 *Renuncians redditur indignus.*
3 *Pactum de retrouendendo venditori factum, an ſit perſonale.*
4 *Venditor, an ſit teſtis idoneus.*
5 *Oblatio realis non eſt neceſſaria, quando verbali oblationi creditor contradicit ſe eum nolle recipere.*

ARGVMENTVM.

Renuncians extraiudicialiter dandi licentiam vendere volenti, quod vẽdat cui velit, non poteſt amplius in illa re vti iure congrui.

DECISIO CXVIII.

ISTA cauſa retractus mota per Angelum de Buccertis, contra Raphaelem Naucſium, & fundata ſuper ſtatuto capi. 109. libro 2. fuit parum dubitabilis, propterea, quod in puncto ſtabant iuris deciſiones, & huius Almæ Rotæ motiua, ex quibus apparet non ſemel iudicatum, Quod extra iudicialiter requiſitus a venditore, ſi dicat ſe nolle emere, & quod vendat cui malit, intelligitur excluſus a beneficio retractus per dictum ſtatutum inducto, ita quod ad id non amplius habeat regreſſum, & ita tenuit hæc Rota in vna emporij, de anno 1582. die 15. Octob.

Nam, & ſi ſtatutum veluti pro forma diſponat requiſitionem iudicialiter fieri debere, & requiſi-
1 tus habeat menſem ad deliberandum, † quod cum non ſit obſeruatũ, videbatur nullum fore quicquid aliter neglecta forma attentatum ſit, Ioan. Andr. in cap. j. de homicid. in 6. Bald. in l. hi, qui ad ciuilia, C. de appellat.

Contrarium tamen in hac facti ſpecie de iure ve-
2 rius eſſe credidimus † propter illam renunciationem per quam requiſitus reddit ſe indignum huiuſmodi beneficio, recuſando, & dando libere licentiã vendendi cuicunque voluerit, l. quæritur, §. ſi venditor, ff. de ędilit. edict. & l. j. §. qui ſemel. de ſucceſſo. edict. & ita decidit Afflic. de iure prothumiſ. in principio. verſi. ſubſequenter quæro, num. 41. ſequitur Tiraq. de ret. conſang. §. j. gl. 9. num. 119. & 127. & ſeq.
3 † vbi etiam reſpondet ad ea, quę hic de pacto venditori facto opponebantur, quod eſſet perſonale, & emptori non prodeſſet.

Neque obſtare viſa fuit neglecta forma ſtatuti in requiſitione tradita, quia, & ſi a iure publico videretur introducta cui priuatorum pactis derogari non valeat, tamen non dicitur eſſe de iure publico auctoritate, & vtilitate, ſed auctoritate tantũ publicum, vtilitate vero priuatũ, cui per partes renunciari poſſe, affirmat gl. in l. ius publicum, ff. de pact.

Sicuti nec etiã obſtabat, quod dicebatur de probatione d. renunciationis, ex atteſtatione eiuſdem
4 † venditoris, & eius filij facta, quaſi non ſatis idonei teſtes in id reputentur, ex traditis per Tiraq. de ret. conſ. in præfa. num. 26. quia d. renunciatio probabatur etiam per alios duos teſtes, quorum teſtimonio veritas conſiſtebat, iuxta illud, in ore duorũ, vel trium ſtat omne verbum.

Et ſic ſtante d. renunciatione non fuit opus alia iudiciali interpellatione, non minus, quam ſit neceſ-
5 ſaria realis oblatio creditore a debitori faciẽda, † ſi verbali oblationi creditor ſe nolle recipere reſponderit, Bal. in l. ſecunda, C. ne lice. ter. prouo. col. j. Cuma. Caſtr. Alexand. Iaſo. in l. qui Romæ. in princ. de verbo. obliga. Iaſ. in l. ſi ita quis. §. Seia col. 6. ff. eod. tit. Sozi conſil. 199. col. j. lib. 2. Ruy. conſil. 49. columna fi. libro 2. Neguſ. de pigno. 3. memb. 2. part. num. 107.

SVMMARIVM.

1 *Compromiſſum, an fiat ſine ſcriptura.*
2 *Compromiſſum non fit ſuper liquido.*
3 *Niſi aliter velit is cuius fauore cantat liquidum.*
4 *Tranſactio non tenet non lectis, nec cognitis verbis teſtamenti.*
5 *L. De his, de tranſactio. per iuramentum non dicitur derogatum.*

6 Hæ-

Digitized by Google

6 *Hæreditas alicuius retinet id nomen etiam ſi ſit ſubiecta reſtitutioni.*
7 *Laudum nullum in vim pacti ſubſtineri ſi ſit iuratum.*
8 *Reſtitutionem petens aduerſus tranſactionem debet reſtituere, & offerre bona eius occaſione recepta.*
9 *Abſolutio a iuramento neceſſaria, vt contra laudum iuratum coutrairi poſſit.*
10 *Abſolutio a iuramento detecto periurio eſt intempeſtiua.*

ARGVMENTVM.

Compromiſſum ſuper liquidis non fieri, & de abſolutione a iuramento petenda ante detectum periurium.

DECISIO CXIX.

DECESSERAT D. Catherina heres inſtituta a ſer Leone eius fratre relictis poſt ſe Do. Franciſca Luparella, & D. Marietta Lupa eius filiabus a teſtatore vocatis, quæ mediantibus earum viris pro diuidenda hæreditate, tam ſer Leonis, quam Vgolini earundem patris fecerunt compromiſſum in homines communiter electos, qui lato laudo condemnarunt D. Franciſcam ad ſoluendum D. Mariettæ ſcut. 220. & d. Do. Mariettam ad cedendum ſoluenti omnia iura ſibi competentia ſuper dd. hæreditatibus.

Quod laudum fuit emologatum, & facta ſolutio, & ſequuta quietatio in forma. Eadem Do. Marietta ſecundo nubens, mediante ſecundo viro egit contra D. Franciſcam petendo ſibi dari dimidiam bonorũ hæreditatis d. ſer Leonis, dicendo de nullitate compromiſſi, & laudi inde ſecuti ex pluribus, videlicet,
1 † quia factum ſit cõpromiſſum verbotenus, qui ſine ſcriptura fieri non poterat in arbitros, licet forte ſecus ſit in arbitratores. Iodoch. in prac. ciuil. c. 290. num. 4. vbi nihil allegat, ſed contrarium per iura, & authoritates firmat Ioan. Bap. Peroſ. in tract. de ar-
2 bit. lib. 6. c. 4. † Rurſus, quia factum ſup teſtamẽto, & reliqua. Capic. dec. 48. ſed hoc reddebatur dubiũ
3 ex traditis p Alex. conſil. fi. in fi. lib. 6. vbi † declarat intelligi debere ſi nolit is ad cuius fauorem cantat teſtamentum, ſeu inſtrumẽtum publicum, nam eo inuito, qui ius liquidum habet, compromiſſum nõ fiet, ſecus eo volẽte, & valebit, quia ſuo fauori renũciare poteſt. Tertio deducebat nullitatẽ. ex l. de his,
4 ff. de tranſa. † abſq; eo enim q viderint, & cognouerint verba teſtamẽti, tranſigeruot iure prohibẽtur, nec refert, quod iuramento laudum ſit firmatum,
5 † quia per iuramentum d. l. de his non cenſeri derogatum ex magis communi opinione affirmabat ſecundum Roland. conſilio 13. num. 27. lib. j. Ad hæc replicabatur ex aduerſo ſcientes ſuper contentis in d. teſtamento fuiſſe tranſactum dum in ſpecie compromiſerũt ſuper hæreditate ſer Leonis, quæ ad eas ab inteſtato non poterat dici deuoluta ſtãte matre in medio, quæ ſoror erat, & heres teſtamentaria d. ſer Leonis, quæ ſi ab inteſtato ſucceſſiſſet, non poterat amplius dici hæreditas ſer Leonis, ſed matris patrimonium: verum ex quo ad matrem ex teſtamento, & de matre ad eas ex fideicommiſſo fuit transla-
6 ta, merito dixerunt de hæreditate ſer Leonis, † quia hoc nomen retinet quando ſubiacet reſtitutioni. Sozi. iun. conſi. 113. nu. 33. lib. j. Gozad. conſil. 89. nu. 2. Cephal. conſi. 333. nu. 2.
7 Et dato, quod eſſet laudum nullum, † reſpõdebatur ſubſtineri in vim pacti cum eſſet iuratum. gl. in
8 l. a. C. com. vtriuſque iudic. Natta cõſi. 95. † Vltra, quod iſta actrix ex alio non erat audienda, quia non reſtituebat, nec offerebat bona huius tranſactionis occaſione recepta. Afflict. deciſ. 210. nu. 4. Gramm. deciſ. 66. nu. 65. DD. ſuper meritis cauſæ nil deliberantes, quia exceptio periurij præponderauit, dixe-
9 runt actricem non fuiſſe nec fore audiendã, † quia nimis irreuerenter contra laudum iuratum inſurgeret ob obtenta abſolutione, vt in muliere, inquit Fulgo. l. ſi quis maior. C. de tranſact. & ibi Iaſ. col. j. in fi. & in conſi. 118. col. 3. lib. j.

Et licet moto iudicio, & longe poſt in progreſſu
10 cauſæ abſolutionem obtinuiſſet † tanquam intempeſtiua, & detecto periurio non fuit attendẽda, Feder. de Sen. conſi. 300. num. 2. Imo. in c. debitores. de iniur. Abb. c. j. eo. tit. Alex. conſi. 83. col. 2. lib. 5. Rol. a Valle, conſi. 34. lib. j.

Et ex his Luparellæ Luporum periculum euaſerunt, &c.

SVMMARIVM.

1 *Violentiarum plures ſunt modi.*
2 *Turbatus in ſua poſſeſſione, quæ probare debeat extrema in iudicio turbatæ poſſeſſionis probanda, quæ ſint.*
3 *Ingrediens poſſeſſionem de mandato iudicis ciuilem, & naturalem acquirit.*
Decretum iudicis mandantis immitti in poſſeſſionem ciuilem, & naturalem poſſeſſionem acquirere fuit.
4 *Citatio non requiritur in executione ſuper eadem re facienda ſuper qua fuit iudicatum.*
5 *Naturaliter poſſidens dicitur turbare alium in ſua ciuili*
6 *Decretum iudicis de immittendo, ita demum facit acquirere ciuilem, & naturalem poſſeſſionem ſi ſit valide interpoſitum.*
7 *Citatio in executione an ſit neceſſaria.*
In executione, an citatio ſit neceſſaria.
8 *Citatio requiritur, vbi agitur de expellendo aliquem a ſua poſſeſſione.*
9 *Executio fieri debet iuxta formam ſententiæ.*
10 *Citatio requiritur ſi fiat executio in alia re, quam fuerit iudicatum.*
Executio ſi fiat in alia re, quam ſit iudicatum citationem requirit.
11 *Executio facti, quæ dicatur.*
12 *Confirmatio tenutæ nulliter obtentæ peti debet.*
13 *Immiſſus in poſſeſſione nulliter vigore decreti nulliter interpoſiti, dicitur turbare, & ſpoliare per vim expulſum.*

14 *Reuiſio ſententiæ vicem appellationis non obtinet.*
15 *Reuiſio ſententiæ non ſuſpendit executionem.*
16 *Authoritas iudicis nulliter procedentis non excuſat a reſtitutione fructuum.*
Fructus percepti ab immiſſo in poſſeſſionem iudicis decreto nulliter interpoſito ſunt reſtituendi.
17 *Dolus requiritur in turbatiua criminaliter intentata.*
18 *Spoliare aliquem ſua poſſeſſione eſt errare in terminis naturalibus.*
19 *Lata culpa in pecuniarijs dolo comparatur.*

ARGVMENTVM.

Quod immiſſus in poſſeſſionem Iudicis decreto nulliter interpoſito non acquirat ciuilem nec naturalem poſſeſſionem.

Et quod teneatur ad fructuum reſtitutionem.

Et an, & quando citatio in executione ſententiæ ſit neceſſaria.

DECISIO CXX.

FRANCISCVS de Cecchis, fuerat condemnatus, per duas conformes (quæ iuxta ritũ Florentinũ rem iudicatam faciunt) ad retrouendendum D. Fräciſco Colonello quaſdam terras irrequiſito d. Colonello proximiore conſanguineo emptas.

Quarũ vigore Colonellus obtinuit a iudice loci, parte citata, nõ tamen audita, immo reiecta, decretum de immittendo in poſſeſſionem prout immiſſus fuit.

Appellauit Franciſcus de Cecchis ab huiuſmodi decreto, & vlterius præuijs precibus obtinuit, quod cauſa principalis reuideretur per DD. tres.

Interim continuante Colonello in ſua immiſſione fructus pendentes recollegit, & in proprium horreum recondidit.

De huiuſmodi perturbatione conqueſtus ille de Cecchis querelam turbatæ poſſeſſionis inſtituit, &
1 expreſſa qualitate turbationis, † plures enim violẽtiarum, & turbatiuarum ſunt modi, vt tradit pract. Pap. in for. libel. turb. poſſe. in prin. Pet. de Bellaper. q. 537. & 22. ſpecies recenſet Rebuff. ſuper conſti. reg. in tit. de mateti. poſſeſſio. artic. j. gloſſ. 2. nu. 12. & ſeq. qui, & ſub nu. 8. de hoc modo ponit exemplũ, petijt condemnari quærelatum ad deſiſtẽdum a moleſtijs, cum refectione damnorum, & intereſſe, & in alijs pœnis communi Florentiæ applicandis.

2 Et probatis † incumbentibus pro parte querelantis, videlicet, ſua poſſeſſione turbationis tempore, & turbatione aduerſarij, vt communiter tradũt Doct. in l. j. ff. & C. vti poſſide. Menochi. de retinen. poſſ. q. 71. & 72. Rolan. a Valle conſ. 9. lib. 3. ſatis ſibi videbatur eſſe in cauſa victoriæ.

Querelatus ex aduerſo ſub Clipeo decreti de immittendo confugiens, ab impetitis ſe abſoluendum
3 contendebat, † quia ingrediens poſſeſſionem alicuius de mandato Iudicis, & ciuilem, & naturalem acquirit, ita tradit Angel. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas, de acq. poſſeſ. Sozi. conſilio 15. colum. 3. libro 4. Aymo. Craue. conſilio 5. num. 10. libro j. per legem iuſte poſſidet, ff. eodem l. qui auctore, ff. de reg. iur.

4 Neque † ſibi neceſſarium exiſtimauit in id partẽ citare, quia executio fiebat ſuper eadem re, ſuper qua fuerat iudicatum, ita tradit Bar. declarando dicta Inno. in c. ex ratione, de appellat. in l. meminerint, nu. 6. C. vnde vi.

Cauſa iſta ſolo D. Poteſtatis iudicio veniebat decidenda, & viſo quod cauſa mixturam ſapiebat de pœna, videlicet, & poſſeſſione. Alex. conſilio 82. nu. 6. libro j. & non totaliter a ſpolio aliena, quia ſi non principaliter, ſaltem tamen incidenter dici poteſt eſſe remedium reſtitutorium, non reſpectu ciuilis poſſeſſionis, quam pœnes ſe quærelans retinuit, ſed
5 reſpectu naturalis occupatę per quærelatum, † nam qui naturaliter poſſidet, aliũ in ſua ciuili turbare dicitur, a qua non poteſt deſiſtere niſi naturalem reſtituat, vt not. Bart. in l. j. §. hoc autem interdictum, colum. fi. ff. vti poſſi. Bal. in l. prima, colum. 5. C. eo. ſequitur Natta. in conſilio 572. valde, nu. 22. Condemnauimus querelatum ad deſiſtendum a moleſtijs cum refectione damnorum liquidatorum, ac pœnis communi Florentiæ applicandis, vt petitum fuit.

Moti, quia decretum illud de immittendo nullum fuit, & inualidum, & ingrediens iudicis auctoritate, ita demum acquirit vtramque poſſeſſionem
6 ſi legitime, ac rite proceſſum ſit, † & ita limitatur diſpoſitio l. iuſte poſſidet, vt inquit Ripa in l. naturaliter. §. nihil commune, de acquir. poſſeſſio. nu. 60. Bertrand. conſilio 13. adhærendo. libro primo, & communiter omnes ſcribẽtes in dicta l. iuſte, plenius per Menoc. de recupe. poſſeſ. in 8. remed. num. 3. 19. & ſeq.

Nullitas autem euidenter apparebat, quia decretũm, & immiſſio fuit facta nulla pręcedente citatio-
7 ne partis, & † omiſſa diſcuſſione an in qualibet exequutione facienda, partis citatio requiratur, pro vt requiri magis placuit Cyn. in l. ab executore, C. quo. appel. non reci. & pro tutiori reputat Rebuff. ſuper conſti. regni. in titu. de ſent. exec. artic. 7.
8 gloſ. 11. num. decimoſexto, † in caſu iſto videbatur expeditum citationem requiri, quia vbi agitur de remouendo aliquem a ſua poſſeſſione, etiam iniuſte retenta, ſemper illius citatio pręcedere debet. Innoc. in cap. inter. de maio. & obe. Bald. in l. 2. C. ſi propter pub. penſ. Anto. Gabr. de citatio. concluſ. j. num. 69. in 9. ampliat. vbi alios citat, & de communi opin. cum Cyn. teſtatur Viui. ad commu. opin. in verbo citatio.

Neque nos mouit, quod executio fuerit facta ſuper

per eadem rei in iudicio deducta, quia, & ſi finis retractus ſit, quod res ad retrahentem inalienatione non requiſitum vadat, tamen id fieri debuit præuio inſtrumento retrouenditionis, & reſtitutionis faciendæ per emptorem, ſicuti ſententia fieri man-
9 dat, † executio enim ſecundum formam ſententię fieri debet. Fede. Schench. in tract. de execu. rei iudi.
10 num. primo, tomo 14. † vnde cum executio ſit facta in alio, quam fuerit iudicatum, proculdubio partis citato requirebatur, vt not. Bartol. in dicta l. meminerint, colum. j. & in l. a diuo Pio, §. in venditione, de re iud. Ruy. conſilio 24. circa primum, nu. 7. libro 4.

Nimis enim propere quærelatus immiſſionem procurauit, & erat lente feſtinandum, quia debebat interpellare quærelantem ad ſibi retrouendendum, & ad faciendum inſtrumentum retrouenditionis iuxta formam ſententię, & in caſu renitentię datur authoritas capiendi poſſeſſionem, & con-
11 ceditur aſſociatio ſine alia citatione, † & dicitur tūc executio facta, quæ ſine alia citatione permittitur, quia præceſſerit aliqualis cognitio ſuper confectione inſtrumenti retrouenditionis. Rebuff. d. glo. 11. num. 19.

Nec oportuit ingredi illam difficultatem, an immiſſio nulliter facta conſtito de bono iure immiſſi eſſet confirmanda, argum. l. finali, §. fi. ff. quod met. cauſ. de quo multum dubitant Doct. in l. ſi finita, in princip. de dam. infect. & in l. fi. C. de edict. D. Adriani tol. tum quia pro parte immiſſi erat ſeruanda forma ſententię in requirendo quærelatum ad retro-
12 uendendum, tum etiam, † quia confirmatio non fuit petita ſicuti petenda erat, teſte Rip. in d. §. nihil commune, nu. 74. in fi.
13 Vnde † ſic nulliter immiſſus, vigore decreti nulliter interpoſiti non minus dicitur ſpoliare, quam turbare. Abb. in capit. conquerente, num. 8 1. vbi Bero numero 7. de reſt. ſpol. late Menoch. d. 8. remed. num 19.

Allegabat etiam quærelans, quod cum appellaſſet a decreto, non erat aliquid innouādum toto tit. nil. noua. appel. interpo. & ſic quod veniret reuocanda immiſſio in vim attētatorum p. viam nullitatis.

Vim faciebat etiam pendentia reuiſionis cau-
14 ſæ principalis, ſed hoc non erat attēdendum, † quia reuiſio, quæ appellationis vicem non obtinet ſecun-
15 dum Rim. in conſilio 398. num. 21. † executionē non ſuſpendit, vt no. Doct. in Aut. quæ ſupplicatio, & in l. ſi quis aduerſus, præſertim Iaſ. num. 3. C. de precibus Imp. off. & ita omnes conuenire teſtatur, Lancell. de attent. pende. recurſu, num. 19. Ioan. Bapt. Aſini. in prat. iudic. §. 31. capitulo ſecundo, in 9. amplia.

Condemnauimus ad reſtitutionem fructuum li-
16 quidatorum, † quia authoritas iudicis non rite nec recte procedētis non excuſata reſtitutione fructuū perceptorum, cap. cum cauſa, vbi Abb. in vltimo nota. de offic. deleg. Inn. in c. conſultationibus, poſt prin. de iur. pat. ſequitur Bal. in l. 2. col. fi. ſub num. 80. C. de ſerui. & aqua.

Fuit condemnatus etiam in pœnam pecuniariā
17 a ſtatuto impoſitam, quia † & ſi in turbatiua criminaliter intentata requiratur dolus, & a dolo que-
18 libet iuſta, vel iniuſta cauſa excuſet, tamen † cum auferre alicui ſuam poſſeſſionem eo inuito ſit errare in puris terminis naturalibus, cum id quilibet ſcire teneatur, lata ſaltem quadam culpa deliquiſſe
19 negari non poterat, † lata autem culpa in pecuniarijs dolo comparatur, ita in terminis tradit Bart. in d. l. iuſte poſſidet, & poſt eum tradit Afflict. ſuper cōſtit. regn. libro j. de violen. circa poſſeſſio. rub. 24. num. 31. & ſequen. & eum Bart. eſtare communem opin. teſtatur Iaſ. in d. l. iuſte poſſidet, num. 24. de quo latius per Menochi. de retin. poſſeſſ. quæſt. 76. per totum, &c. ita etiam alias iudicaui dum eſſem iudex ordinarius Reipublicæ Senenſis, tunc in Ilcinea reſidentis.

SVMMARIVM.

1 *Præſcriptio cum mala fide non currit.*
Malas fides de iure canonico impedit præſcriptionem.
2 *Præſcribitur modo agendi executiue etiam cum mala fide.*
3 *Inſtrumenta poſt 30. annos amittunt priuilegium agendi via executiua.*
4 *In hypothecaria oportebit prius obtinere contra principalem.*
5 *Exceptio præſcriptionis iuris executiue agendi per iudicem, an ſuppleri poſſit.*
6 *Præſumitur quis ſibi ipſi ſoluere.*
Adminiſtrator, tutor, & ſimiles perſonæ præſumuntur ſibi ipſis ſoluere ſi ſint creditores.

ARGVMENTVM.

De præſcriptione, cum mala fide non admittenda aduerſus actiones, licet ſecus ſit contra modum agendi. Et quod quilibet rerum alienarum adminiſtrator ſi ſit creditor, præſumatur ſibi ſoluiſſe.

DECISIO CXVI.

FRANCISCVS de Neronibus, de anno 1527. conſtituit ſe debitorem Dominicæ Laurentiæ matris Philippi actoris, in ſumma ſcut. 50. qui Franciſcus mortuus eſt relicto Ioanne eius fratre Germano, & patre Dominæ Camillæ reæ conuentæ, qui quidem Ioannes donauit Dominæ Veronicæ ſuæ vxori, & Philippi Matertera habitationem domus durante eius vita, & ſcuto. 100. dando eidem facultatem de his ſibi ſatiſfaciendi propria authoritate, ſuper maſſaritijs, domus.

Philippus vtriuſq; & D. Veronicę, & D. Lauten-

tiæ hæres vigore dd. inſtrumentorum egit per viã
tenutæ aduerſus quondam domum D.Camillæ tan
quam de bonis dd.q.Franciſci,& Ioannis,& poſt
ſententiam abſolutoriam a primo Iudice latam ad
fauorem D.Camillæ, quam poſtea ſecundus Iudex
reuocauit, Nobis viſum fuit locum eſſe reformatio
ni vtriuſque, & propterea quo ad ſeut. 50. abſolui-
mus ream conuentam ab obſeruatione Iudicij re-
ſeruato iure Actori melius agendi, & in reliquis pe
tita per actorem fieri debere pronunciauimus,cum
1 mutua expenſarum abſolutione. Moti,quia,† & ſi
non ignoraremus de iure Can. nullam eum mala fi
de currere præſcriptioné,c.poſſeſſor, de reg. iur. in
6. Butri.conſi.46.Bal.de præſcrip.quæſt.17.Tamen
cum nó intenderemus circa ius,& actionem credi-
toris mala fide impręſcriptibile quicquam ſtatue-
re,ſed tantum circa modum agendi deliberare, me
rito non attenta bona, vel mala fide quo ad 50. ſeu.
abſoluimus ream a petitis obſtante præſcriptione
30.ann.per quam ſi non funditus tollitur actio pro
pter malam fidem debitoris, præſcribitur tamen,
2 †& tollitur modus agendi executiue.Nam licet ſta
tutum det viam executiuam publicis inſtrumétis,
lib.2.cap 42.& ſtatuto lib.2.ca.73. cauetur ſpatio
30.ann.actionem,officium iudicis,& perſecutioné
tolli, & ſtatuta ſunt in totum acceptanda cum ſuis
vitijs,& cauſis,non autem in partibus, & vbi vigẽt
3 talia ſtatuta, † inſtrumenta poſt 30. ann. amittunt
vim paratę executionis, & a tenuta in eis inchoari
non poteſt,ita Bart.& Bald.in l.plane.ff. quod cum
falſ.tut.& curat.Philip.Franc.in regu.poſſeſſor, de
reg.iur. in 6. colum. 2. Alexand. conſi.115.col.fin.
lib.7.Inno.in cap.fin.in fin.de vit.& boneſt.cleri.&
ita alias tenuit hæc Rota in vna emporij 1552.
die 10. Octob. & 1562. 14. Octob. Neque quo ad
hunc effectum ſit differentia inter bonam vel ma-
lam fidem, quæ adeo vera ſunt, vt inchoata via e-
xecutiua, non ſatis ſit poſtea iudiſcurſu redire ad
petitorium, nam & iſte modus tranſeundi ad peti-
4 torium eſt a ſtatuto inuentus, † cum de iure com-
muni volenti agere hypothecaria, oportebit prius
obtinere cótra principalem, vt faciat executionem.
Auct.hoc ſi debitor.C.de pignor.Soz.conſi.24.nu-
me.18.lib.1.Cuma.conſil.150. Cum igitur relicta
via ſtatuti agent iure ciuili ordinaria, tunc de bona
vel mala fide agendum erit.

Neque coacti fuimus tangere illam controuer-
ſiam q. an præſcriptio ipſo iure actionem tollat, de
quo Cano.in cap.ad aures,de præſcri.quia viſitato
proceſſu comperimus in ſpecie fuiſſe exceptum de
5 iſta iuris executiui præſcriptione †licet per Iudicẽ
ſuppleri forſan potuiſſet; vt placuit Riminal.iuni.
conſi.107.num.26.

Diximus in reliquis petita per actorem fieri de-
bere, quia eius intentionem fundauerat publico in
ſtrumento,contra quod nihil releuans fuit oppoſi-
tum, præterquam ſolutio ſibimet D. Veronicæ ab
eadem facta, quæ dicebatur aſportaſſe a quodam
Monaſterio duos ſacchos plenos Ioanni eius vi-
ro ſpectantes, quod nobis non fuit viſum atten-
dere, tum quia aſportauit in domo viri, quæ ſta-
tim mortua D. Veronica fuit per d. D. Camillam
diſgombrata, & euacuata,tum ob incertitudinẽ
rerum in d. ſacchis compræhenſarum, & quamuis
eadem D. Veronica haberet facultatem ſibi ſoluen
6 di in bonis mobilibus, † & ideo præſumatur ſibi
ſoluiſſe ad Angel. in l. ſed ſi dãnum.§. peculium.ff.
de pecul. tamen ad id non poterat arbitrarie deue-
nire, niſi vocatis hæredibus propter ęſtimationem
rerum faciendam ad not.per.Afflict.deciſ.13.num.
14.& per Brogn.in tract.de tutor.nume.179. & ſe-
quen. Vnde quod dici ſolet de adminiſtratoribus,
tutoribus,& ſimilibus, quod pręſumantur ſibi ſol
uere creditum ſuum. Afflict.d.deciſ.13.Aymo.con
ſil.129. nume. 5. non poterat adaptari ad caſum
iſtum, vbi D. Veronica nullam rerum viri admi-
niſtrationem habebat, & ideo non potuit ſibi
ſoluiſſe, cum rerum commoditas non fuerat reli-
cta, ſed tantum habitatio. Bero. conſil. 35. nume.
15.lib.2.

Vltra quod non videbatur bona ſequela, ha-
buit duos ſacchos a Monaſterio, ergo ſpectabant
ad virum, cum potuerint eſſe ipſiuſmet mulieris
induſtrioſæ.Bald.in l.cum oportet. colum. 3. C. de
bon.quæ lib.Crot.in l.frater a fratre,colum.34.de
cond.indeb.

Exceptio igitur ſolutionis erat a debitore pro-
banda, non autem a creditore in negatiua ſe fun-
dante, vt not.Bart.Areti.Iaſ.& alij in l.illa de verb.
oblig. quia cum non reputauimus per concluden-
ter probata,merito non habuimus in conſideratio
ne, niſi quatenus nos mouerit ad reſeruationem iu-
ris melius probandi,& liquidandi, interim confir-
mando tenutam.

SVMMARIVM.

1 *Creditor inſtrumentarius poſterior præfertur anteriori Chirographario, Chirographo non exiſtente munito ſubſcriptione trium teſtium.*

2 *Lex non multum confidit in priuatis ſcripturis ſecus in publicis.* tt.

3 *Fraus de facili committitur in ſcripturis priuatis.*

4 *Scriptura priuata recognita habet vim publici inſtrumenti ex ſtatuto Florentino.*

Quod tamquam exorbitans non eſt extendendum.

5 *Quod intellige quo ad ipſum debitorem non quo ad alios.*

6 *Ficta confeſſio nõ nocet Tertio, nec ipſiſmet partibus in alio iudicio.*

7 *Statutum Florent.c.41.lib.2. de ſcriptura priuata recognita dicitur exorbitans, & non trahendum in conſequentiam in præiudicium tertij, ſed tantum procedere reſpectu ſcribentis.*

8 *Quod ſecus eſt in priuatis libris Mercatorum.*

9 *L.ſcripturas.C.qui potiores in pig.an procedat inter creditorem, & Dominum.*

10 *L.ſcripturas,fundatur in pręſumptione fraudis,vt ceſſante fraude,ceſſet dicta l.diſpoſitio.*

11 *Inſtrumentum publicum credibilius eſt ipſa ſcriptura priuata.*

12 *Pręſumptio cedit veritati.*

13 Re-

13 *Recognitio priuatæ ſcripturæ, & confeſſio debitoris, quã- da noceat tertio, ab eodem debitore ius habenti.*

ARGVMENTVM.

De materia l. ſcripturas. C. qui potiores in pig. habeantur.

Et de debitore Chirographario, et instrumentario quis præferendus, & an, & quando confeſſio debitoris noceat tertio à debitore ius habenti.

DECISIO CXXII.

DE ANNO 1578. Franciſcus, & Raphael de Giūtis p ſcripturam priuatam nullo teſte notatam, conſtituerunt ſe debitores Dominici Maunochij in ſcut. 546. ſub hypoteca bonorum intra certum tempus ſoluendis, elapſo tempore, & non facta ſolutione perſonaliter citatis illis de Giūtis ad recognoſcendum ſcripturam, & non comparentibus obtinuit pronunciari eam haberi pro recognita, & confeſſata ſecundum formam ſtatuti in materia loquentis.

Huius virtute Mãnochius obtinuit tenutam ſuper bonis dictorum de Giuntis, immiſſionem, & præcepta, præceptorumquè confirmationem vſquè de anno 1579. die vero 8. Aprilis, & eo præcedente ad libellum bonorum in ſolutum, ipſiſque debitoribus partem debiti perſoluentibus Mannochius creditor, vt mitius cũ illis ageret acceptis deſtitit, quo factum eſt, vt poſtea dicti debitores eadem bona alteri vendiderint, videlicet Petro de Violis, & aliter non ſatisfacto d. Mannochio de ſui crediti reſiduo, fuit coactus iterum ſuper eiſdem bonis vigore eiuſdem ſcriptæ ſic recognitæ, aliam tenutam pronunciari facere, cum per lapſum anni prior illa expiraſſet, quia infra annum ex præſcripto nouatarum reformationum, in ſolutum non acceperat.

Et contradicente emptore inuicemque contendentibus de prioritate iurium, emptor, & ſi poſterior eſſet in tempore, priorem tamen in iure ſe ſo eſſe affirmabat, & quod publico inſtrumento niteretur, Mannochius aũt apoca priuata, & ſi anteriori, non tamen trino teſte notata iuxta l. ſcriptu-
1 ras, C. qui potiores in pig. habe. vbi creditor † inſtrumentarius poſterior præfertur chirografario anteriori ſine teſtium numero chirografo conſiſtente, gloſſ. & Anto. de But. in cap. 2. de fide inſtrumen.
2 lex enim † non multum confidit de priuatis ſcripturis, & cautelis debitoris in præiudicium publici inſtrumenti, & poſterioris creditoris inſtrumentarij,
3 propter fraudem, † quæ de facili committi poteſt in priuata ſcriptura ſine teſte per appoſitionem antidatæ, ſeu anterioris diei, vt dicit Sozin. conſil. 224. columna 2. ſub verſicu. nec obſt. ſi aduerſarij libro 2. poſt Bart. in d. l. ſcriptura, & Bald. ſub numero 3. ibi & eſt ratio, & hanc, & alias multas rationes adducit idem Bald. in conſilio 198. colum. j. libro j. & conſi. 466. lib. 5.

Neque videtur obeſſe, quod virtute ſtatuti libro
4 2. c. 41. ſcriptura priuata abſque trino teſte, † ſed recognita vim habet publici inſtrumenti, & tanquam publicum inſtrumentum executioni mandatur, de quo Sozi. conſi. 240. col. 2.

Quia ſecundum Ripam in l. priuilegia, num. 24.
5 ff. de priuil. credit. id intelligi debet, † vt vim publici inſtrumenti habeat contra ipſum debitorem, nõ autem contra alios, vt tradit Rebuff. de chirogra. & cedul. recogni. in præfatio. num. 25. & 26. Couarr. libro 2. cap. 11. numero 4. variar. reſolut. maxime ſi recognitio ficte fiat, vt hic, cum in cõtumaciam fue-
6 rit pronunciata recognita. † Nam inde illa reſultãs tacita confeſſio, & ficta ea quidem nedum tertio, ſed nec inter ipſaſmet partes in alio iudicio allegari, & præiudicare poſſet, l. 2. ff. de iure fiſci. Bart. in l. eius, qui, in fi. eodem titulo. Bald. in l. 2. num. 25. C. de edendo. Cor. conſilio 42. num. 9. libro 2. & 211. num. 8. libro 3. Sozi. conſilio 122. columna 2. libro 4. Deci. conſi. 551. in fi.

7 Et, † quod tale ſtatutum tamquam exorbitans non debeat trahi in conſequentiam in præiudicium tertij, ſed tantum teneat reſpectu ſcribentis, ſequitur Cor. conſilio 218. colum. penu. verſic. nec obſtat ſtat. libro j. late Tiraquel. de ret. conuen. §. j. gloſſ. 7.
8 numero 43. & num. 57 49. 51. † quicquid aliter forte ſit in partitis ſumptis ex libris Mercatorum, quę vigore ſtat. Floren. habent executionem paratam, & bona debitoris intelliguntur obligata, nam ſi concurrant cum inſtrumento publico preferuntur ſi ſint priores in tempore, de quo Neguſ. de pig. memb. 2. 5. part. num. 47.

Nec obſtat, quod diſpoſitio d. l. ſcripturas, quæ lo-
9 quitur de duabus hypothecis, † non habeat locum inter prætendentem habere hypothecam ex priuata ſcriptura, & emptorem, qui cum ſit Dominus, & poſſeſſor, non poteſt quoquomodo de hypotheca contendere cum alio ex eo, quod res ſua nemini ſeruit ſeu obligata dicitur, quæve, nec obligata dici poteſt propter traditionem, quia iam tradita, neque etiam ob cauſam euictionis, quia illius euictionis non ceſſit dies antequam euincatur, & poſſeſſio euocetur, l. habere licere, de euict. & per iſtas rationes ſic firmat Bald. in conſilio 466. numero 5. lib. 5. & 198. lib. j. Sozi. conſilio 240. colum. 2. verſicu. ex quibus concludo, & in conſilio 75. colum. fi. num. 14. lib. 4. vbi dicit contrariam Caſtrenſis opinionẽ non fore tutam, & cum Salyceto, qui fuit huius opinionis in d. l. ſcripturas, conſulendo tenuerunt multi Doct.

Quia d. l. ſcripturas, extẽditur ad omnes alios caſus, vbi eadem eſt ratio, & fraudis ſuſpicio præiudicandi tertio, etiam ſi de priori hypotheca duorum creditorũ non certetur, vt per Caſtr. conſ. 134 lib. j. hancque tamquam æquiorem ſequitur Ripa in l. creditore, num. 24. de priuileg. credit. & alios in id

alleg3t, & probat Tira qu.in præcitaro loco,nu.44.
45.47.Negut.in pig.2. memb.5.part.priu.nu.49.
10 In contrarium dicebatur, † quod virtus d.l.ſeri-
pturas,diſcrimen ponens inter priuatam ſcripturá,
non ſubſcriptam,nec trino teſte notatam,& inſtru-
mentum publicum,ſtat in timore fraudis, & ne ſit
in arbitrio ſolius debitoris priuata ſcriptura a ſe
longu poſt tempore confecta, prelato in ea die ius
prioris creditoris tollere.

Qua igitur fraudis ſuſpicione ceſſante,& conſti
to de rei veritate in priuata ſcriptura geſte,nihil eſt
11 impedimento, quin † priuata ſcriptura præferatur
inſtrumento, quia lex illa facit credibilius inſtru-
mentum publicum, quam ſcriptura priuata, vt di-
cit Bal.in præcitatis conſil. & id nemo ſcribentium
videtur negare, vt eſt ex mente Bal.in d.l. ſcriptu-
ras, prope fi.verſi.& ideo tene,idem Bal.expreſſe,in
d.conſi.198.num.5.lib.j. & 466.num.4.libro 5.&
ideo infertur, quod ſi talis ſcriptura priuata ſine te
ſtibus munita,fuerit viſa iam ab initio co tempore,
in eo comprehenſo a viris literatis,qui id ipſum te-
ſtificentur,ſatis eſt ad probandum contenta in dicta
ſcriptura, etiam ad prælationem creditoris inſtru-
12 mentarij, † quia veritas facit cedere præſumptio-
ni, & iſta eſt vna de limitationibus,quã tradit poſt
Bal.d.conſi.198. Tiraquel.alios citans,in d.gloſſ.7.
num.55.& 56.

Sed cum dicta ſcriptura conſtet, quod fuerit fa-
cta, & recognita per debitorem longe ante quam
iſte emptor ius haberet a ſcribente, eaque median-
te in iudicio fuerit habita pro vera, & executioni
mandata, ac vera per actum ſolutioois partis debi-
ti ab ipſo debitore comprobata, merito non vide-
tur de aliqua fraudis ſuſpicione argui poſſe ab em-
ptore, cuius ius fuit poſtea creatum ſuper d.bonis;
13 recognitio enim priuatæ ſcripturæ † ſeu confeſſio
debitoris,tunc demum tertio ius a debitore haben-
te non nocet, ſi fiat poſt venditionem,ceſſionem,vel
alias ius tertio quæſitum, ſecus ſi antea, quia tunc
illa recognitio, & confeſſio nocet non ſolum re-
cognoſcenti, & confitenti,ſed etiam apta eſt omni-
bus poſterioribus præiudicium parare poſt factam
recognitionem,ita Caſtr. d.conſi.134.num.2.libro
j.& idem tradit Ruy. conſil.83.colum.fi.lib.4. vbi
ſimiles confeſſiones, & recognitiones debitorum,
non nocent habentibus ius quęſitum ante dictas
confeſſiones, & recognitiones, quę non retrotra-
huntur in damnum eorum: vnde nedum in ſcriptu
ra priuata, ſed etiam in publica,ſi quis hodie confi-
teatur ſe prius ab annis decem obligaſſe bona ſua
alicui, iſtud non nocet habenti cauſam ab eo ante
hanc factam confeſſionem, ſeu recognitionem, vt
ibi per Ruy. & allegat Bart.in l.repetita, de fide in-
ſtrumentorum,& bonum tex.in l.ſi ſuperatus.ff.de
pig.ſed poſterioribus præiudicant, vt ibi,& hoc eſt,
quod dixit Couar.lib.2.variarum reſolu.cap.2.ſub
nu.4 ex mente Abb.& Fely.in c.2.de fide inſtrumẽ
torum, quod priuata ſcriptura etiam recognita nõ
nocet tertio, niſi in quantum talis ſcriptura tertio
de iure nocere poteſt.

Stantibus igitur ſecutis, & ſeruatis iudicialiter
inter debitorem,& creditorem chyrografarium vi-
gore ſimplicis ſcripturæ, manu tantum debitoris
ſubſcriptæ,videlicet, ſcriptura habita pro recogni-
ta, & ſubinde executioni demandata, & per actum
veræ ſolutionis partis debiti a ſcribente comproba
ta, hiſque contingentibus antequam emptor ius
haberet ab ipſo debitore chirografario, vtique dici
debent contenta in priuata ſcriptura fore vera, &
tanquam vera, & anteriora dicto inſtrumento po-
ſteriori fore preferenda, cum nulla in hoc caſu col
luſio debitoris argui poſſit, & de confeſſione in iu-
dicio facta ante confeſſionem publici inſtrumenti,
in puncto tradit Bald.in dicta l.ſcripturas,colum.2.
verſiculo,ſed ſi per teſtes,& ibi Aret. in fi.verſ.idem
ſi vltra,& ita concluſum fuit, prout alias in ſimili-
bus terminis ſic cenſui dum eſſem Maceratæ Au-
ditor Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſ. Domini Cardi-
nalis Sfortię Generalis Legati totius ſtatus Eccle-
ſiaſtici.

S V M M A R I V M.

1 *Statutum de incendijs, & ſi ſit tollerabile,non eſt tamẽ laudabile.*
2 *Factum ante omnia in quolibet crimine conſtare debet.*
3 *De facto,& damno dato aliter,quam ex iuramento dãnum paſſi conſtare debet.*
4 *Familiares, & domeſtici in cauſa incendij admittuntur in teſtes.*
5 *Legalitas viri, & fama bona damnum paſſi eſt attendenda.*
6 *Coniecturalis probatio admittitur in clandeſtinis,& difficilibus probationibus,nu. 15.16.*
7 *Furto conſtito ſtatim conſtat de negligentia plebatus.*
8 *Furti probatio plena, & non per coniecturas fieri debet quando non agitur contra furem, ſed contra communitatem.*
9 *Statutum prædictum regulatur a negligentia, & diligẽtia damnum paſſi*
Villa,Caſtrum.& vniuerſitas non tenetur,vbi datur ad mixta culpa damnum paſſi.
10 *Furtum præſumitur factum culpa eius, qui paſſus eſt.*
11 *Culpa vera male cuſtodientis res ſuas præponderat culpæ præſumptæ plebatus.*
12 *Furto probato non eſt opus alia verum probatione.*
Præſumitur de præterito ad præſens.
13 *Ratio, qua ſtatuentes moti fuerunt,ad ita ſtatuendum, quod plebatus teneatur.*
14 *Plebatus dicitur eſſe in dolo præſumpto non cuſtodiendo.*
15 *Non eſt reprehendendus, qui non conſueta non facit.*

A R G V M E N T V M.

De ſtatuto mandante Plebatum, Caſtra, & vniuerſitates teneri ad emẽdationem damnorum datorũ in eorũ diſtrictu, & aliqua de cuſtodia

adbi-

Digitized by Google

*adhibenda in diſtrictu, & territo-
rio alicuius, ne furta fiant, incendia,
& alia maleficia ſequantur.*

DECISIO CXXIII.

DOMINVS Ioan. de Victorijs,
qui ex propria domo in plebatu
S. Stephani in Pane ſita nonnul-
la bona mobilia ſibi furto ſubtra
cta aſſerebat. Intentauit cenſu-
ram ſtatuti de incendijs, & vaſtis
ſub rub. 75. lib. 2. diſponentis, quod Plebanus in cu
ius diſtrictu furtum, incendium, vaſtum, vel dam-
num datum fuerit, teneatur damnum paſſo emen-
dare, cuius iuramento de dd. maleficijs, & æſtimatio
ni ſtari debeat vſque ad ſummam librarum 50. cum
duobus teſtibus de fama deponentibus, & ab inde
ſupra vſque ad 400. libras cum quatuor teſtibus, vt
ſupra deponentibus, & ab inde ſupra valor probari
debeat per legitimas iuris probationes.
1 Quod quidem † ſtatutum etſi tollerabile ſit, lau
dabile tamen non videtur ſecundum Calca. in cõſ.
66. quemadmodum nec ſatis æquum, teſte Bal. in
conſi. 203. in principio, lib. j.
2 Et quoniam generale † eſt in quolibet crimine
ante omnia cõſtare debere de facto, et de furto ipſo,
vt paſſim teſtantur ſcribentes ex vulg. l. j. §. item il-
lud, ad Sillani, & in terminis dicti ſtatuti, poſt Bart.
& Bal. tradit Iaſ. in l. ſi quando, nu. 36. C. vnde vi, de
3 quo facto † aliter, quam ex iuramento damnũ paſ-
ſi conſtare opus eſt, etiam ſi ſtatuto caueretur de eo
ſtandum fore illius iuramento (eſſet enim indiſcre-
tum, & iuri diuino repugnans, quod delicto ſtetur
iuramento damnum paſſi, vt plene per Plot. d. l. ſi
quando in §. 49. nu. 6. & ſeq.)
Ideo d. Ioannes factum ipſum, videlicet furtum
ſic probare nixus fuit, videlicet. Erat enim ille ſoli-
tus more aliorum nobilium, quot annis rus petere,
& vt dicitur villigiare, & cum ſit nobilis, & diues,
veriſimile eſt, quod magna cum cõmoditate inha-
bitaret, & ſic quod vteretur ſupellectilibus neceſſa-
rijs eius familiæ, & conuenientibus huiuſmodi pſo
nis villam frequentantibus, vt teſtes depoſuerunt.
4 Probauit † igitur per teſtes, ancillas, & alios
domeſticos, & familiares, qui in tali caſu admittun
tur ſecundum Bart. in d. l. ſi quando, & in l. quæſitũ,
vbi etiam Imo. ff. de re iud. Rim. Sen. conſi. 165. nu.
35. libro j. quod cõſilium eſt inſertum etiam inter
conſilia Grati. 95. lib. 2. cui ſe multi celeberrimi do
ctores ſubſcripſerunt, quod per paucos dies ante
commiſſum furtum bona, & ſupellectilia in libello
deſcripta aderant in d. domo, & thalamis, ac forze-
rijs, vbi ordinarie conſeruabantur, quod etiam de-
ponit vnus ex teſtibus Plebatus, qui licet dicat a ſo
cru d. Ioannis audiuiſſe nihil repertum fractum,
non tamen in aliquo obſtat, quia potuerunt fures
introire, & poſtea claudere oſtium, vt dicit idẽ Rim.
in conſi. 2. lib. j.

Et quod per quandam feneſtram quodam ligno
retro ſubſtentatam, & commotam fuit in d. domo
ingreſſum, & repertum, vt dicitur, le caſe ſconfic-
cate, & rotte.
Idemque probauit, quod arbor quædam aran-
cius, per quam potuit commoditas commouendi
feneſtram ſubminiſtrari propter eius propinquita
tem, & adiacentiam, fuit reperta cum quibuſdam
ramis fractis, & euulſis.
Quo aperto in primis per ſocium de hoc publi-
ce conqueſtam, ſtatim certiorato d. Ioanne, qui illi-
co ſe rus contulit, & conuocatis amicis reperit om
nia ſic conſiſtere prout ſibi ſignificatum fuit.
Et per iſta accedente maxime fama, & legalita-
5 te, ac probitate d. D. Ioannis probata de qua † mul-
tum capitale in ſimilibus facit Alex. in conſi. 53. vi
ſo lib. 2. videbatur probatum furtum, & factum ip
ſum, quod cum ſoleat clandeſtine committi, & oc-
6 culte, & ſucceſſiue difficilis probationis, ſat † eſt id
ex coniecturis probari, & ſatis conclud. dicetur pro
batum ad Bar. in l. ſi quis ex argentarijs, §. fin. ff. de
eden. Alex. d. conſi. 53. Hyp. in pra. crimi. in prin. &
pro concord. Pariſi. conſi. 156. nume. 16. & ſequen.
lib. 4. Gramma. conſi. 41. col. 1. & 2. & in puncto de
furto per feneſtram commiſſo, Rim. Sen. d. conſ. 2.
vbi per ſimiles coniecturas probari concludit, & in
hoſtio ſtangato, & fractis capſis. Bero. in conſ. 213.
num. 17. lib. 3.
Qua ſtante probatione dicebat locum eſſe d. ſta-
7 tuto, nam conſtito de furto ſimpliciter † ſtatim re-
ſultat probata negligentia, & eius inertia nõ cuſto
dientis loca ſua, neq; vigilantis, Bal. conſi. 174. li. 2.
Gramma. conſi. 22. & remiſſiue. Sebaſt. de caſib. for
tui. q. 7. num. 25. poſt Soz. in ca. ſi quis domum, nu.
53. extra de iniu. & dam. da.
Ex aduerſo pro plebatu excipiebatur de proba-
8 tionis defectu ipſius facti, & furti commiſſi, † con-
tendendo non ſufficere coniecturales probationes
in hoc caſu, quæ forte alias ſufficerent ſi contra par
ticularem furem ageretur: verum cum agatur con-
tra Plebatum, & Villam ex delicto alterius, & ſua
tantum culpa in non cuſtodiendo obnoxiam ad e-
mendationem damnorum, certi iuris eſſe videba-
tur, quod de delicto, & furto vere, non præſumpti-
ue conſtare deberet, vel per iuramentum damnum
paſſi, vt poſt Bar. in l. diuus, de mili. teſt. & in d. l. ſi
quando, tradit ibi Iaſ. nu. 36. atteſtando de commu
ni opin. quam refert, & ſequitur Pariſ. cõſ. 159. nu.
28. lib. 4. Hyp. ſing. 338.
Et dato quod dicatur probatum furtum, ex com
motione feneſtræ, & fracturam capſarum, non infer
tur neceſſario ad probationem bonorum, vt dicitur
amiſſorum, nec eſt bona ſequela, fuerunt viſa d. bo-
na in d. domo per paucos dies ante, ergo tempore
9 commiſſi furti aderant, † quia potuerunt interim
eſſe tranſportata per dominum, vel eius mandato,
ita arguit Pariſ. d. conſi. 159. & Rolan. a Valle, conſ.
51. nu. 20. Hyppol. conſ. 8.
Vnde cum non probentur d. bona reperiri, in d.
capſis eo tempore, l. pignus, & l. creditur. C. de pi-
gno. actio. Plebatus, qui culpa ſua, & ex delicto,

Digitized by Google

dolove alterius tenetur, veniret excuſandus, vt per
Bar.in l.1.in fi.ff.furti aduer.nau.Ioan.de Imo.in c.
fi.col.4.quod met. cau. vbi oſtendit hanc eſſe com-
munem opinionem.

Et circumſcriptis omnibus præmiſſis ad defen-
9 ſam plebatus, quod huiuſmodi † ſtatuta regulan-
tur a negligentis, & diligentia damnum paſſi, ita
quod ſi illi culpa, vel neglige̅tis aliqua impingi poſ
ſit, tunc Villa non teneatur propter admiſſam cul-
pam damnificati. Bal.in l.cum duobus.§. damna fi-
ſcalia.ff.pro ſoc.Aymo.conſ.119.nu.11.

Verum d Ioannes non carebat culpa a iure præ-
10 ſumpta, cum† furtum præſumatur factum culpa
eius, qui paſſus eſt ſecundum Bal.in d.§.damna.per
glo.ibi,& dicit glo.in §.pen.inſti.quib.mo.re cont.
ob.quod furtum non poteſt fieri ſine leuiſſima cul-
pa,quæ in caſu iſto latius apparebat, quia cum d. Io
an. eſſet reuerſurus ad ciuitatem cum tota familia,
& abſuturus a Villa, debebat ibi cuſtodem relin-
quere, vel aliter melius, & cautius dictam feneſtrã
claudere, & ſic non cogitando, quæ de facili eueni-
re poſſent propter cumoditatem arancij, non caret
culpa, ſecundum Bal.in l.fin.§.ſed quia, in fi.C.com
munia de legat. Deci. in l.ſi idem cum eodem. §. ſi
vna col.2.ff.de iuriſ.omni. iud. Aymo. conſil. 179.
nume. 5.

11 Culpa igitur † vera domini in male cuſtodiendo
res ſuas debet præponderare præſumptæ negligen
tię d.plebatus, arg.no.per Bar.et Ang.in l.eum qui.
§.is autem.ff.de furt. vbi dolus verus furis pręcpon
derat culpæ depoſitarij.

Quibus non obſtantibus fuit concluſum pleba-
tum teneri ad emendationem damni, tam ex iam di
ctis primo loco, quam ex dicendis in reſponſioni-
bus ad contrarium.

Non ob.igitur, quod coniecturalis probatio, non
ſufficiat contra tertium ſua tãtum culpa, & dolo al
terius obligatum, quia procederet ſecundum termi
nos quęſtionis formatæ per doctores in dictis locis,
videlicet, an furtum poſſit probari medio iuramen
to damnum paſſi, quod & nos non diffiteremur
fortaſſe, & reaſſumendo quæſtionem firmat Iaſ.in
d.l.ſi quando, nu. 43. ſed non aptatur caſui noſtro,
vbi D.Io. non iuramento proprio, ſed aliunde fur-
ti commiſſi probationes ſumere ſatagit veluti con
iectuтis, indicijs, & præſumptionibus, & hoc genus
probandi non reijcitur ob difficultatem delicti oc-
culti, & clandeſtini, vt idem Iaſ.tradit d.l.ſi quando
num.43. qui quidem modus probandi dicitur iuri-
dicus, vt inquit Gramma.in conſi.14.col.1.verſicu.
præterea liquet, et nume.4.& legitimus cum a iure
approbetur, l.lege obuenire, & ibi Rebuff.de verb.
ſignificat.

Nec obſt. ex furto non inferri ad res ſubtractas
12 niſi probentur ibi tunc fuiſſe, quia probato † furto
nõ opus eſt alia probatione rerum, vt inquit Ang.
in d.l.ſi quis ex argentarijs.§.pretor, de eden.& tra-
dit Rim.dicto conſi.165.num.22.Gramma.d.con-
13 ſil.14.nume.2.Bero.conſi.213.num.17.lib.3. † &
etiam ſatis fuit probaſſe, quod paulo ante aderant,
& conſeruabantur in d. loco, & ex quo ſemel, & de
proximo fuerunt, ſemper adfuiſſe præſumũtur, niſi
contrarium probetur, vt in puncto Rimi.d. conſil.
165.nu.34.Gramma.d.conſi.14.nu.2.poſt Bal.in l.
ex perſona, num.5.C.de proba.& clarius Ant.Pi-
pero.inter conſi. Grati.97.nu.8.& ſeq.lib.2.in ſub-
ſcriptione d.conſilij Rimi.165.

Non obſtat, ꝙ culpa Dñi male cuſtodientis prę
14 põderet culpæ plebatus præſumptæ, † quia ad hoc
reſp Cæpoll.in conſi.18.num.18.vbi dicit, quod ex
pluribus rationibus, quibus ſtatuentes moti fuerũt
ad obligandum plebatum ad d. emendationem, ea
ſibi verior viſa fuit, quia damnum, quod occulte da-
tur, & neſcitur a quo ſtatuentes prȩſumpſerunt ab
eiſdem de plebatu datum, & ratio rationis eſt, quia
cum ipſi teneantur cuſtodire loca ſua, ne fiant ma-
leficia, tenentur tamquam cuſtodes probare ab alijs
damnum datum, alias ipſi præſumuntur dediſſe, &
ſic cum plebatus ſit in dolo præſumpto, & ſicut cul
pa vera præponderat culpæ præſumptæ, ſic dolus
præſumptus cum culpa prȩſumpta d.plebatus præ
ponderat culpæ verę d. Ioannis.

Vltra, quod d. Ioannis culpę quicquam aſcriben
dum videbatur, cui ſatis erat domum bene claude-
15 re. Bald.in l.j.C.depo. † qui, quod non dimiſerit in
ea cuſtodem, non eſt arguendus, tum quod id non
conſueuit fieri, nec ab eo, neque ab alijs.Rim.d.cõſ.
165.num. 31. tum etiam, quia cuſtodia, quam do-
minus adhibere debuiſſet, fuit per ſtatutum tran-
ſlata in d. plebatum, nulla facta diſtinctione, cuſto-
dis dimittendi, vel non dimittendi, vt in puncto cõ-
ſuluit Ber.d.conſi.213.lib. 3.

Non obſtat, quod fuerit de nocte factum, & con-
ſequenter plebatus, non teneatur. Roma. colum.7.
Deci, conſi.94.colum.3.Barbat.conſil.17.colum.3.
lib.2. quia d. ſtatutum eam hactenus habuit inter-
prætationem, vt obliget plebatum etiam in factis
nocturnis, & eſt videre in motiuis huius Ro-
tæ, 1561.24.Decembris, & 19.Ianu.eiuſdem anni,
& die 9. Maij. 1562. & 20. Maij 1567. vltra, quod
extat reformatio declaratiua edita die 4.Apri.1561.
per quam diſponitur plebatus, & communitates
teneri etiam ſi damna nocturno tempore data
ſint, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Hypothecaria actio realis eſt.*
*Prior in tempore habens ſpecialem, & generalem hy-
pothecam, non præfertur ſecundo habenti ſimilia iu-
ra, niſi prius experiatur contra bona ſpecialiter obli-
gata.*
2 *Hypotheca ſpecialis, & generalis inducit onus credi-
tori experiendi prius ſuper re ſpecialiter obligata, &
nunquam moleſtat alios tertios poſſeſſores aliorum
bonorum.*
3 *Hypotheca durat donec debitum integre ſolutum ſit.*
4 *Hypotheca ſpecialis, an competat etiam ſuper fructibus
rei ſpecialiter obligatę.*
5 *Donatio perfecta non recipit alias conditiones.*
6 *Inſinuatio ſecuta poſt ius quaſitum alteri ex donatione
non prodeſt.*

7 *Vſuf-*

7 *Vſufructuarius impropriè dominus dicitur.*
Dominus impropriè dicitur vſufructuarius.
8 *Vſufructuario non competit vtilis rei vendicatio, ſed confeſſoria.*
9 *Dominium vtile quid ſit.*
Vtile dominium habere quid ſit.
10 *Vſusfructus an ſit pars dominij.*
11 *Aditione hæreditatis non reconualeſcit hypotheca ſemel extincta: hypotheca ſemel extincta non reuiuiſcit.*
12 *Fructus futuri obligari poſſunt quando res principalis ſit in bonis obligantis.*

ARGVMENTVM.

Vtile dominiũ quid ſit, & quomodo vſusfructus dicatur pars dominij et an vſufructuarius dicatur dominus, & de habente ſpecialem, & generalem hypothecam quod debeat cõtentari de re ſpecialiter obligata.

DECISIO CXXIIII.

STAT ſtatutum ſeu reformatio Florentiæ quod donatio non regiſtrata, & non iuſinuata non valeat quoad tertium, firma tamen ſit inter donantem, & donatarium.

De anno 1566. Donna Lena de Cepparello donauit D. Geneueræ eius filiæ Florenos 15. annuos eius vita durante ſub hypotheca generali omnium bonorum, & in ſpecie bonorum detti del Rio, quæ donatio non fuit inſinuata niſi de anno 1573.

Interim de anno 1568. eadem D. Lena titulo donationis ſimili inter viuos eadem bona del Rio, cum nonnullis alijs donauit ſacræ & Illuſtriſſimæ Religioni in dotem Cõmendæ Sãcti Stephani per eam erectæ in dicta religione cum reſeruatione tamen vſusfructus durante ſuà vita, & cum pacto q̃d primus commendatarius foret D. Petrus Rodulphus, & ſucceſſiue eius filij, & deſcendentes durante linea.

Hæc eadem D. Lena donauit poſtea alia bona d. Religioni cũ onere inter alia ſoluendi ſcudi 1500. Domino Laurentio Corbolo, pro vt ſoluit.

Deinde collata Cõmẽda in d. D. Petrum, & varijs de cauſis eodem effectu debitore dictæ ſacræ Religionis in notabili ſumma poſt mortem D. Lenæ de conſenſu sereniſſ. Magni Magiſtri fuerunt p d. Dom. Petrum Religioni datã inſolutum nonnulla ex dictis bonis ſuæ Commendę, & in ſpecie d. bona del Rio.

His ſtantibus quærebatur an D. Geneuera nunc monialis ſancti Iuliani pro annuis 15. florenis donatis, & decurſis iure agat hypothecaria in dictis bonis del Rio, & illius fructibus per ſacram Religionem poſſeſſis, ſuper quibus fructibus fuit factum ſequeſtrum.

1 Videbatur dicendum † tanquam ius reale. l. cos. C. de pigno. §. item Seruiana, inſtit. de act. & pro concord. Neguſan. de pign. ſecundo membro. 5. part. princ. nume. 36. contra poſſeſſorem illorum bonorũ recte, & iuridice inſtituiſſe ſuam hypothecariam. Immo quod aliter de iure fieri non potuiſſet, ſi ad alia bona generaliter obligata agere voluiſ-
2 ſet, nam † quantumcuoque prior in tempore haberet ſpecialem, & generalẽ hypothecam, nõ tamẽ totaliter præferendus ſecundo habenti pariter ſpecialem, & generalem; debebant enim prius experiri in bonis ſpecialiter obligatis, quã ſuper generaliter hypothecatis. l. 2. C. de pign. & ibi Odofre. gl. in l. qui generaliter, ff. qui pot. in pig. Neguſant. de pig. 2. memb. 5. part. princ. nume. 51. & ſequen. Ripa in l. priuilegia, in prima fall. de priuil. tradit Roma. conſil. 187. Aymo. conſil. 77. nume. 16. debet enim tali caſu, is qui poteſt in re ſpecialiter ſibi obligata cõſulere, permittere, vt ſecũdus creditor poſſit in alijs generaliter obligatis recurſum habere.

3 Et ſic cum hypotheca † habeat ſuas conditiones, vt duret donec debitum ſit ſolutum, vel aliter ſatisfactum, l. grege, §. etiam, ff. de pigno. dicendum erat quod D. Geneuera creditrix annuæ pręſtationis, ſicut poterat hypotecariam experiri ſuper di-
4 ctis bonis † ſpecialiter obligatis, ita etiam ſuper fructibus eiuſdem rei præferenda, argu. Lucius, ff. qui pot. in pig. habeant.

Nec obſtare dicebatur alia donatio interim ante regiſtrationem primæ dictæ Illuſtriſſimæ Religioni, factæ & regiſtratæ, quia donatio ſecunda nõ continet niſi directum dominium, vtili retento pęnes donatricem per reſeruationẽ vſusfructus, qui quidem vſusfructus cum per mortem donatricis peruenerit in Dominum Petrum eius hęredem, & ex eiuſdem donatricis prouidentia Commendatarium, & ad eum fuerit reuerſus, intelligitur redijſſe cũ ſuo onere prioris expreſſę hypothecæ ſuper dictis fructibus, quia res hypothecata tranſit cũ ſuo onere, l. ſi debitor, C. de diſtractio pigno. cap. ex literis, de pigno.

Locus igitur erit ſtatuto prædicto quo ad donãtem, videlicet quo ad dominum Petrum hæredem perſonam donatricis repræſentantem, & donatariã, & ſic quod donatio, & hypotheca valuerunt ab initio non obſtante regiſtratione non facta.

Et quod re donantis reuerſa ad eius hæredem, hæres non potuerit in præiudicium prioris creditoris de ea diſponere, & conſequenter eandem rem, onere hypothecæ affectam, & obnoxiam in dictam Illuſtriſſimam Religionem perueniſſe, aduerſus quam non minus poteſt agi hypothecaria, quam ſi eſſet pœnes ipſum dominum Petrum hæredem, qui non potuit alienando plus iuris transferre in alium quam ipſe haberet.

Ex aduerſo replicatur pro Illuſtriſſima Religione donationem ſibi factam, & regiſtratam 1568. valuiſſe in præiudicium primæ donatarię, cuius donatio non fuerat regiſtrata, & in dictam Religionẽ

fuiſſe

fuiſſe tranſlatum directum, & vtile dominium ex-
ceptis fructibus donatrici reſeruatis, quæ quidem
5 donatio † cum fuerit perfecta, non potuit alias cō-
ditiones, & hypothecæ onus recipere, l. perfecta. C.
de donat. maxime ex interuallo. Ripa, lib. 3. reſpōſ.
c. 1. Couar. pro concord. lib. 1. c. 14. num. 1. variar. re
ſol. quando autem dicatur in continenti, vel ex in-
teruallo fieri, Rip. in d. c. 1. ſub nu. 4.

Nec obſtat prima donatio prior in tēpore, quia
eſt poſterior in ſubſtantia, videlicet in inſinuatione
quæ viuificat donationem in præiudicium quorum
6 cunque, † vnde inſinuatio ſubſecuta non retrotra-
hitur in præiudicium tertij cui medio tempore fuit
ius quæſitum ex alia donatione inſinuata ad Nat-
tam conſi. 372. nume. 7. l. potior. § ſi coloni, ff. quib.
pot. in pign. habeant. l. ſi pater, §. fi. ff. quemadmo-
dum ſeruſiamit.

Et ad allegatum vtile dominium, quod ex reſer-
uatione vſusfructus retentum dicebatur, reſponde-
batur circa res ipſas donatas nullum remanſiſſe do
minium in donatricem, nec vtile, nec directum; nā
7 † quomodo vſufructuarius dicatur dominus, id
impropriè accidit. Pinel. in l. 1. in 3. par. nume. 2. C.
de bonis mater. Rebuff. in l. recte dicimus, ff. de ver
bo. ſign. quippe cum non habeat, niſi dominium in
8 vſufructu, & ſeruitute, non autem in re ipſa; † vnde
vſufructuario non competit vtilis actio rei vēdica
tionis, nec directa, quę datur vtili, vel directo domi
no, ſed tantum confeſſoria, & negatoria, vt tradit
Rimin. Senior. conſi. 212. col. 3. lib. 2. ad quod facit,
quod dicit Natta in conſi. 435. num. 3. per l. fi. C. de
9 loca. præd. ciui. lib. 11. vbi dicit † dominium vtile
eſt habere facultatem diſponēdi de re ipſa cum au-
ctoritate ſuperioris, quem recognoſcit, quaſi vtile
dominium tanquam alternatum, non autem oppo-
ſitum directo requirat recognitionem directi do-
mini, vt vtile dicatur, quemadmodum dicimus de
emphyteota, & vaſſallo, qui ex quo recognoſcit
dominum directum, dicuntur domini vtiles pro-
pter recognitionem, quam de modico faciunt in
dominos directos propter quod dicuntur acquiſi-
uiſſe illam rem, quam ſequitur vtile dominium, vt
declarat Rimi. conſi. 213.

Quod nō cadit in vſufructuario, vt ibi per eum,
& patet ad ſenſum, quia donatria non recipit ab ec
cleſia, imò dat omnia ſua bona retento vſufructu,
pro quo in nihilum recognoſcit eccleſiam, ſeu reli
gionem in dominam.

10 Et quāuis in hoc articulo, an vſufructus ſit pars
dominij, & vſufructuarius dicatur dominus impro
prie propter l. 4. ff. de vſufru. & propter l. recte dici
mos, de verb. ſign. ſit quæſtio inter Doctores, ita qd.
Rebuff. in d. l. recte dicimus, videns hinc inde diffi-
cultatem dixerit, Elige cui dicas, tu mihi ſola pla-
ces, & multa ad id congerit Pinel. in l. 1. in 3. parte,
num. 1. & ſeq. C. de bo. mater. pro nunc magis pla-
cet, quod vſufructus non dicatur pars dominij, li-
cet in multis caſibus ſimilitudinem eius habeat, vt
pro regula ponit etiam Pinell. vbi ſup. nu. 4.

Sed qualitercunque conſideremus hunc vſūfru
ctum etiam, vt partem dominij vtilis, adhuc non vi-
detur ſubſiſtere deſideriū donatariæ, quia per mor-
tem donantis fuit conſolidatus cum directo domi-
nio, & proprietate, §. finitur. inſtit. de vſufruct.

Et quamuis redierit in hæredem, qui poſtea alie
nauit, non ideo ius hypothecæ, quod nunquam or-
tum fuit, reuiuiſcit, vt creditor agere poſſit hypo-
thecaria contra hæredem, vel habentem cauſam ab
11 eo, quia † per aditionem hæreditatis non reconua
leſcit hypotheca, vt tradit Negoſ. de pign. 2. memb.
2. part. num. 55. non minus, quam ſi creditor obli-
gaſſet rem alienam, & poſtea dominus illius rei ef-
ficiatur hæres debitoris non reconualeſcit obliga-
tio, quæ ab initio non valuit, l. rem alienam 2. reſp.
de pign. actio. Neguſa. in præcitato loco; non enim
deſcendit ad hæredem.

Immo tāquam vſusfructus morte finitus, & cō
ſolidatus etiam proprietate redijt ad religionē do-
minam, & ab ea breui manu tranſlatus in dominū
Petrum Commendatarium, nō autem ipſo iure re
dijt ad hæredem.

Fuit concluſum pro religione, & quod ſtante do
natione dictæ religioni formiter facta, & regiſtrata
Domina Lena tempore regiſtratæ donationis Do-
minæ Genenetæ factæ non potuerit obligare fru-
ctus recolligendos ſuper dd. bonis, quæ non erant
amplius in bonis obligantis.

12 Fructus enim † futuri tunc demum obligari poſ
ſunt, quando res principalis ſit in bonis obligantis
l. potior, §. ſed futura, ff. qui pot. in pig. habeant.

SUMMARIUM.

1 *Executio regulariter ſit contra omnes, & ſuper omni-
bus bonis.*
2 *Executio non ſit in rebus alienis.*
3 *Reſtitutio dotis in caſu quo maritus vergit ad inopiam,
an ſit vera reſtitutio cum translatione dominij.*
4 *Fructus bonorum viri vxori aſſignatorum in caſu ver-
gentię ad inopiam ſunt obnoxij pro alimentis viri, &
vxoris.*
5 *Conſignatio bonorum viri vergentis ad inopiam vxori
facta non nocet viro.*
6 *Fructus ſuperabundantes ſunt reſtituendi viro.*
7 *Executio non ſit contra non nominatum in ſententia.*

ARGVMENTVM.

*Conſignatio bonorum mariti vergen-
tis ad inopiam vxori facta, an dica-
tur vera dotis reſtitutio cum tran-
ſlatione dominij.*

DECISIO CXXV.

VERGENTE ad inopiam Gherardo
Saluiato denſa Sobolæ grauato, Do-
mina Franciſca eius vxor procurauit
ſibi conſignari dotes in bonis ſui viri,
iuxta priuilegium l. conſtante, ff. ſolut. matr.

Dominus

Dominus Nicolaus Corſus cum eſſet creditor
Dominæ Franciæ in certa pecuniarum quantita-
te fecit ſequeſtrari fructus dictorum bonorum.

De cuius ſequeſtri inualiditate Gherardus con-
tendendo tanquam non factum in bonis vxoris il-
lius reuocationem petebat.

Et per eos, qui ante nos iudicarunt fuit vario mo
do ſentitum.

Nos autem neutram eorum ſententiam ſequen-
tes diximus ſequeſtrum infirmandum. Nam etſi re
1 golariter † executio fiat in omnibus, & contra om-
nes niſi aliter reperiatur expreſſe prohibitũ. Duen.
in reg. 375. in princip. illud tamen eſt quoque expe
2 ditum, † quod non fiat ſuper rebus alienis, & ad
debitorem minime ſpectantibus. l. 1. et 2. C. ne vxor
pro mari. & 10 ſequeſtro. Rebuff. de ſequeſtr. art. 6.
glo. 3. num. 51.

Bona enim viri in caſu inopiæ vxori conſignata
nec ad eam iure dominij ſpectant, neque illorũ fru
ctus aliter illi debentur, quam reſpectu adminiſtra
tionis, qua priuatur vir, & mulieri datur præemi-
nentia vtendi, & diſpenſandi in communes alimen
torum vſus.

3 Quod autem † iſta dotis aſſignatio in caſu ver-
gentiæ ad inopiam non ſit vera dotis reſtitutio, ſed
quædam aſſicuratio abſque dominij translatione,
patet ex eo, quod vxor cui facta ſit huiuſmodi aſſi-
gnatio, non poteſt ea alienare, & ſibi dantur tan-
quam bona hypothecata, quæ adhuc remanent af-
fecta pro oneribus matrimonij, & pro communi
alimonia, vt tradit Bar. in d. l. ſi cõſtante. in 4. q. prin
cip. ſequitur Alex. conſ. 143. col. fi. lib. 5. verſi. item
reſpondeo, Cyn. in l. vbi adhuc. in 5. q. C. de iu. dot.

Et ita bis fuiſſe iudicatum in regio Senatu teſta
tur, & ſequitur Afflict. deciſ. 199. in fi. & late Gram
ma. in deciſ. 92. col. 1. & 2. Oſaſchus in deciſ. Pede-
mont. 135. num. 9. Natta in conſi. 81. Quicquid cõ-
tra ſenſerit Roma in conſil. 392. quem ſimpliciter
refert Dec. in conſil. 45. col. 1. cui reſpondet Cro.
in l. 1. in 2. lect. ſolu. matr. & dicunt addentes ad Af
flict. in 9. deciſio. quod Roma loquitur ibi contra
præcepta.

4 Similiter, † quod nec etiam eorum bonorũ fru-
ctus ad eam quoquomodo pertineant præterquam
adminiſtratorio nomine, patet quia, & iſti rema-
nent obnoxij deſtinatione iuris ad alimoniam viri,
vxoris, & filiorum, vt inquit Bartol. in d. l. ſi conſtã-
te. 4. q. princ. vbi concludit ex iſta conſignatione
5 nihil deperire marito. † Remanet enim dominus,
& eius conditio non fit deterior, nec ipſe pauperior
ſola adminiſtratione, quæ pœnes eum iam erat pe-
nes vxorem reſidente.

Et ideo bene ſentiebant DD. Iudices dum vole-
bant ſequeſtrum eatenus confirmãdum, quatenus
6 fructus ſupereſſent deductis alimentis, quia † fru-
ctus ſuperabundantes veniunt pleno iure reſtituen
di marito, vt determinat Barto. ibi. pract. Papien. in
forma libelli ad dotem, num. 30. Alexand. d. l. ſi con
ſtante, num. 38. Qui quidem vir cum non eſſet de-
bitor dicti Nicolai, neque ad vxoris debita tenere-
tur, non debuit, nec potuit ſequeſtrum pati ſuper
dictis bonis vigore ſententię contra vxorem latę,
7 † quę de iure contra non nominatum in ea exequi
non valet. Bal. conſi. 149. lib. 3. Rolan. a Valle, conſ.
20. lib. 1. Bal. in l. ſi binæ. de iniu. rup. teſta. Ange. cõ
ſil. 21. num. 4. idem Bal. in l. ſi a diuo Pio. in princ.
ff. de re iudi. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Captura ab initio nulla ex bono iure confirmatur.*
2 *Conſentiens grauamini non dicitur amplius grauari.*
3 *Confitens debitum, & ſi nulliter captus ſit ab initio non relaxandus.*
Captus nulliter ſi confiteatur debitum confirmatur in carceribus.

A R G V M E N T V M.

Captura, & tactus ſi ab initio ſit nulla, vel inualidus, ex bono iure creditoris confirmatur.

D E C I S I O C X X V I.

DE mandato Dom. Iudicis quar-
teriorum fuit carceratus Berna
laborator Simonis de Camillis
eo, quod inſtante Laurentio de
Camillis ius prætendente, ſuper
bonis per eum conductis, & la-
boratis renueret quantitatem fructuum ibi colle-
ctorum ſignificare, & deponere, & tandem, vt ſe ſe
a carceribus liberaret, confeſſus fuit de quantitate
fructuum pro parte domini collectorum, & idonee
cauit per fideiuſſores de conſignando illos ad omne
mandatum Iudicis.

Secuta poſtea re iudicata ad fauorem Laurentij
pro dimidia dictorum bonorum, fuit per DD. Iudi
ces ordinatum eidem Bernæ, quod dimidium eo-
rum fructuum Laurentio conſignaret, qui ſumpta
occaſione ab ante dicta carceratione iam per annũ
antea, & vltra facta ad euitandam fructuum conſi-
gnationem appellauit a d. captura tanquam a con-
tinuo grauamine.

Poſt multa fuit tentum capturam ab initio fieri
1 non potuiſſe, † ſed ex bono iure fore confirman-
dam iuxta tradita per Ang. & Alex. in l. ſi finita. in
prin. ff. de damno infec. & in puncto Neguſ. de pi-
gn. 2. memb. 3. par. prin. num. 23.

Nec oportunam credidimus appellationem a ca
ptura tanquam a continuo grauamine, quia eam
approbarat dando fideiuſſores ſimpliciter, & pro-
mittendo illorum fructuum reſtitutionem cui de
2 iure, &c. † Vnde non dicitur grauari is, qui graua-
mini conſenſit, & ſic de captura non erat amplius
quærendum ſtante approbatione, vt in terminis
tradit Barto. in quæſt. Lapus, Soz. conſi. 13. lib. 3. &
conſi. 99. num. 7. lib. 4. & ita alias tenuit hæc Rota
die 23. Feb. 1548.

Facit

3 Facit, quod † vbi ex confeſſione debitoris de debito conſtat captus non debet relaxari ex eo, quod captura fuerit nulla ab initio, quia ſtante confeſſione poteſt confirmari, Caſtren. conſi. 472. in fi. lib. 1. Paris de puteo, de ſindica. §. an ſi poteſtas, in fi. ſequitur Deci. in conſi 439. num. 19 & 20. Neguſ. de pigno. part. 3 memb. 2. num. 23. Bero. conſi. 10. nu. 7. & 28. lib. 3. quicquid aliter ſenſerit Dec. in conſi. 75. Roma. conſi. 241. Iaſ. poſt Ange. in l. ſi ab arbitro, qui ſatiſd. cogan. Boeri. deciſi. 259.

Et idem in actu nullo, quod ex bono iure confirmetur hęc Rota cenſuit 30. Iulij 1576. libro 43. motiuorum.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria actio realis eſt.*

2 *Prior in tempore habens ſpecialem, & generalem hypothecam, non præfertur ſecundo habenti ſimilia iura, niſi prius experiatur contra bona ſpecialiter obligata.*

Hypotheca ſpecialis, & generalis inducit onus creditori experiendi prius ſuper re ſpecialiter obligata, antequam moleſtet alios tertios poſſeſſores aliorum bonorum.

3 *Hypotheca durat donec debitum integre ſolutum ſit.*

4 *Hypotheca ſpecialis, an competat etiam ſuper fructibus rei ſpecialiter obligatę.*

5 *Donatio perfecta non recipit alias conditiones.*

6 *Inſinuatio ſecuta poſt ius quæſitum alteri ex donatione non prodeſt.*

7 *Vſufructuarius improprie dominus dicitur.*

Dominus improprie dicitur vſufructuarius.

8 *Vſufructuario non competit vtilis rei vendicatio, ſed confeſſoria.*

9 *Dominium utile quid ſit.*

Utile dominium habere quid ſit.

10 *Vſusfructus, an ſit pars dominij.*

11 *Aditione hæreditatis non reconualeſcit hypotheca ſemel extincta.*

Hypotheca ſemel extincta non reuiuiſcit.

12 *Fructus futuri obligari poſſunt, quando res principalis ſit in bonis obligantis.*

ARGVMENTVM.

Utile dominiũ quid ſit, & quomodo vſusfructus dicatur pars dominij, et an vſufructuarius dicatur dominus, & de habente ſpecialem, & generalem hypothecam quod debeat cõtentari de re ſpecialiter obligata.

DECISIO CXXVII.

STAT ſtatutum ſeu reformatio Florentię, quod donatio non regiſtrata, & non inſinuata non valeat quo ad tertium, firma tamen ſit inter donantem, donatarium.

De anno 1566. Donna Lena de Cepparello donauit D. Geneueræ eius filiæ Florenos 15. annuos eius vita durante ſub hypotheca generali omnium bonorum, & in ſpecie bonorum detti del Rio, quæ donatio non fuit inſinuata niſi de anno 1573.

Interim de anno 1568. eadem D. Lena titulo donationis ſimili inter viuos eadem bona del Rio, cum nonnullis alijs donauit ſacræ & Illuſtriſſimæ Religioni Sãcti Stephani in dotem Cõmendæ per eam crectæ in dicta religione, cum reſeruatione tamen vſusfructus durante ſua vita, & cum pacto qđ primus commendatarius d. commendæ foret Do. Petrus Rodulphus, & ſucceſſiue eius filij, & deſcendentes durante linea.

Hæc eadem D. Lena donauit poſtea alia bona d. Religioni cũ onere inter alia ſoluendi ſcudi 1500. Domino Laurentio Corbolo, prout ſoluit.

Deinde collata d. Cõmẽda in d. D. Petrum, & varijs de cauſis eodem effecto debitore dictæ ſacræ Religionis in notabili ſumma poſt mortem D. Lenæ de conſenſu ſereniſſ. Magni Magiſtri fuerunt p d. Dom. Petrum Religioni data inſolutum nonnulla ex dictis bonis ſuæ Commendę, & in ſpecie d. bona del Rio.

His ſtantibus quærebatur an D. Geneuera nunc monialis ſancti Iuliani pro annuis 15. florenis donatis, & decurſis iure agat hypothecaria in dictis bonis del Rio, & illius fructibus per dictam ſacram Religionem poſſeſſis, ſuper quibus fructibus fuit factum ſequeſtrum.

1 Et videbatur dicendum † tanquã ius reale. l. cos. C. de pigno. §. item ſeruiana, inſti. de act. & pro concord. Neguſan. de pign. ſecundo membro. 5. part. princ. nume. 36. contra poſſeſſorem illorum bonorũ recte, & iuridice inſtituiſſe ſuam hypothecariam. Immo quod aliter de iure fieri non potuiſſet, ſi ad alia bona generaliter obligata agere voluiſ-

2 ſet, nam † quantumconque prior in tempore haberet ſpecialem, & generalẽ hypothecam, nõ tamẽ totaliter præferẽdus erat ſecũdo habẽti pariter ſpecialem, & generalem; debebat enim prius experiri in bonis ſpecialiter obligatis, quã ſuper generaliter hypothecatis. l. 2. C. de pign. & ibi Odofre. gl. in l. qui generaliter, ff. qui pot. in pig. Neguſant de pig. 2. memb. 5. part. princ. nume. 51. & ſequen. Ripa in l. priuilegia, in prima fall. de priuil. credi. Roma. conſil. 187. Aymo. conſil. 77. nume. 16. debet enim tali caſu, is qui poteſt in re ſpecialiter ſibi obligata cõſulere, permittere, vt ſecũdus creditor poſſit in alijs generaliter obligatis recurſum habere.

3 Et ſic cum hypotheca † habeat ſuas conditiones, vt duret donec debitum ſit ſolutum, vel aliter ſatisfactum, l. grege, §. etiam, ff. de pigno. dicendum erat quod D. Geneuera creditrix annuæ prętationis, ſicut poterat hypotecariam experiri ſuper di-

4 ctis bonis † ſpecialiter obligatis, ita etiam ſuper fructibus eiuſdem rei præferenda, argu. l. Lucius, ff. qui pot. in pig. habeant.

Nec obſtare dicebatur alia donatio interim ante

te regiſtrationem primæ dictæ Illuſtriſſimæ Religioni, facta & regiſtrata, quia donatio ſecunda nõ continet niſi directum dominium, vtili retento penes donatricem per reſeruationẽ vſusfructus, qui quidem vſusfructus cum per mortem donatricis peruenerit in D. Petrum eius hæredem, & ex eiuſdem donatricis prouidentia Commendatarium, & ad eum fuerit reuerſus, intelligitur rediſſe cũ ſuo onere prioris expreſſę hypothecæ ſuper dictis fructibus, quia res hypothecata tranſit cũ ſuo onere. l. ſi debitor, C. de diſtractio. pign. c. ex literis, de pign.

Locus igitur erit ſtatuto prædicto quo ad donãtem, videlicet quo ad dominum Petrum hæredem perſonam donatricis repræſentantem, & donatariã, & ſic quod donatio, & hypotheca valuerunt ab initio, non obſtante regiſtratione non facta.

Et quod re donantis reuerſa ad eius hæredem, hæredes non potuerint in præiudicium prioris creditricis de ea diſponere, & conſequenter eandem rem, onere hypothecæ affectam, & obnoxiam in dictam Illuſtriſſimam Religionem peruenisse, aduerſus quam non minus poteſt agi hypothecaria, quam ſi eſſet penes ipſum dominum Petrum hæredem, qui non potuit alienando plus iuris transferre in alium quam ipſe haberet.

Ex aduerſo replicatur pro Illuſtriſſima Religione donationem ſibi factam, & regiſtratam 1568. valuiſſe in præiudicium primæ donatariæ, cuius donatio non fuerat regiſtrata, & in dictam Religionẽ fuiſſe translatum directum, ac vtile dominium, exceptis fructibus donatrici reſeruatis, quæ quidem
5 donatio † cum fuerit perfecta, non potuit alias cõditiones, & hypothecæ onus recipere, l. perfecta C. de donat. maxime ex interuallo. Ripa, lib. 3. reſpõſ. c. 1. Coua. pro concor. lib. 1. c. 14. nu. 1. variat. reſol.

Nec obſtat prima donatio prior in tẽpore, quia eſt poſterior in ſubſtãtia, videlicet in inſinuatione, quæ viuificat donationem in præiudicium quorum
6 cunque, † vnde inſinuatio ſubſecuta non retrotrahitur in præiudicium tertij cui medio tempore fuit ius quæſitum ex alia donatione inſinuata ad Nattam conſil. 372. nume. 7. l. potior. §. ſi coloni, ff. qui pot. in pign. habeant. l. ſi pater, §. fi. ff. quemadmodo. ſerui. ami. Natta conſi. 253. nume. 9.

Et ad allegatum vtile dominium, quod ex reſeruatione vſusfructus retentum dicebatur, reſpondebatur circa res ipſas donatas nullum remanſiſſe dominium in donatricem, nec vtile, nec directum; nã
7 † quomodo vſufructuarius dicatur dominus, id improprie accidit. Pinel. in l. 1. in 3. par. nume. 2. C. de bonis mater. Rebuff. in l. recte dicimos, ff. de verbo. ſign. quippe cum non habeat, niſi dominium in
8 vſufructu, & ſeruitute, non autem in re ipſa; † vnde vſufructuario non competit vtilis actio rei vẽdicationis, nec directa, quę datur vtili, vel directo domino, ſed tantum confeſſoria, & negatoria, vt tradit Rimin. Senior. conſi. 212. col. 3. lib. 2. ad quod facit, quod dicit Natta in conſi. 435. num. 3. per l. ſi. C. de
9 loca. præd. ciui. lib. 11. vbi dicit † dominium vtile eſt habere facultatem diſponẽdi de re ipſa cum auctoritate ſuperioris, quem recognoſcit, quaſi vtile dominium tanquam alternatum, non autem oppoſitum directo requirat recognitionem directi domini, vt vtile dicatur, quemadmodum dicimus de emphytheota, & vaſſallo, qui ex quo recognoſcit dominum directum, dicuntur domini vtiles propter recognitionem, quam de modico faciunt in dominos directos propter quod dicuntur acquiſiuiſſe illam rem, quam ſequitur vtile dominium, vt declarat Rimi. conſi. 212.

Quod nõ cadit in vſufructuario, vt ibi per eum, & patet ad ſenſum, quia donatrix non recipit ab ec
1 cleſia, imò dat omnia ſua bona retento vſufructu, pro quo in nihilum recognoſcit eccleſiam, ſeu religionem in dominam.

10 Et † quãuis in hoc articulo, an vſufructus ſit pars dominij, & vſufructuarius dicatur dominus in parte propter l. 4. ff. de vſufr. & propter l. recte dicimus, de verb. ſign. ſit quæſtio inter Doctores, ita qđ Rebuff. in d. l. recte dicimus, videns hinc inde difficultatem dixerit, Elige cui dicas, tu mihi ſola places, & multa ad id congerit Pinel. in l. 1. in 3. parte, num. 1. & ſeq. C. de bo. mater. pro nunc magis placet, quod vſufructus non dicatur pars dominij, licet in multis caſibus ſimilitudinem eius habeat, vt pro regula ponit etiam Pinell. vbi ſup. nu. 4.

Sed qualitercunque conſideremus hunc vſufructum etiam, vt partem dominij vtilis, adhuc non viderur ſubſiſtere deſiderium donatariæ, quia per mortem donantis fuit conſolidatus cum directo dominio, & proprietate, §. finitur. inſtit. de vſufruct.

Et quamuis redierit in hæredem, qui poſtea alienauit, non ideo ius hypothecæ, quod nunquam ortum fuit, reuiuiſcit, vt creditor agere poſſit hypothecaria contra hęredem, vel habentem cauſam ab
11 eo, quia † per aditionem hæreditatis non reconualeſcit hypotheca, vt tradit Neguſ. de pign. 2. memb. 2. part. num. 55. non minus, quam ſi creditor obligaſſet rem alienam, & poſtea dominus illius rei efficiatur hæres debitoris, non reconualeſcit obligatio, quæ ab initio non valuit, l. rem alienam 2. reſp. de pign. actio. Neguſa. in pręcitato loco; non enim deſcendit ad hæredem.

Immo tãquam vſusfructus morte finitus, & cõſolidatus cum proprietate redijt ad religionẽ dominam, & ab ea breui manu translatus in dominũ Petrum Commendatarium, nõ autem ipſo iure redijt ad hæredem.

Fuit concluſum pro religione, & quod ſtante donatione dictæ religioni formiter facta, & regiſtrata Domina Lena tempore regiſtratæ donationis Dominæ Geneuræ factæ non potuerit obligare fructus recolligendos ſuper dd. bonis, quæ non erant amplius in bonis obligantis.

12 Fructus enim † futuri tunc demum obligari poſſunt, quando res principalis ſit in bonis obligãtis. l. potior, §. ſi de futura, ff. qui pot. in pig. habeant.

S V M M A R I V M.

1 *Inhibitio dicitur præſeruatiua preuiſio iuriſdictionis inhibentis ac iurium partis. 13.*

2 *Inhibitio*

2 *Inhibitio iudicis potens eſt facere illicitum, quod ſit licitum.*
3 *Inhibitionis effectus plures numerati.*
4 *Clauſula ſi quis ſenſerit, &c. in vim citationis reſoluitur.*
5 *Litigi ſum efficitur per diſcuſſionem.*
6 *Iurans vere pecuniam numeratam, ſi admittatur pecuniam non numeratam allegare & probare, poteſt allegare periurium.*
7 *Patiens fieri diſcuſſiones, & probationes non admittendas ſibi præiudicat.*
8 *Conditionalia ante euentum conditionis non ſunt exercenda.*
9 *Impeditus iuſto impedimento excuſatur.*
10 *Bannitus per ſententiam pendente appellatione interfici non poteſt.*
11 *Figura non cancellationis excuſat facientes.*
12 *In quo ſtatu quis reperitur, talis iudicatur probabiliter.*
13 *Inhibitio limitate relaxata, limitatum producit effectum.*
14 *Bannitus deſcriptus ex forma ſtatuti ſi poſſit impune offendi, offendens excuſatur non attento, an ſit iuſte, vel iniuſte bannitus, quia ſtatutum conſiderat ſolum deſcriptionem.*

ARGVMENTVM.

Inhibitionis virtus qualis, et quãta ſit, & an bannitus, qui ex forma ſtatuti poßit impune offendi, debeat eſſe iuſte bannitus, vt offendens excuſetur, an vero ſufficiat ſola deſcriptio, & condemnatio.

DECISIO CXXVIII.

LACTANTIVS Corteſius cum eſſet ex laudo declaratus creditor Pauli ſui fratris in certa ſumma, pro ea conſequenda fecit illum tãgere, & tactui fuit contradictum per eundem Paulum, qui cum pro iuſtificatione tactus produxiſſet quaſdam ſentẽtias alias inter eoſdem latas, fuit oppoſitum in calculo ferendæ ſententię de gabella nõ ſoluta, & tandem ob temporis breuitatem ſic per DD. tres fuit iudicatum, videlicet, quatenus gabella ſoluenda fuiſſet & ſoluta nõ foret, tactum infirmamus, quatenus vero non foret ſoluenda confirmamus, &c.

His ſic ſecutis Paulus dum ſatageret declarari dd. ſententias gabellabiles, mouit iudicium nullitatis coram Dom. Iudice quarteriorum a quo petijt, & obtinuit inhiberi, ne huiuſmodi lite pendente occaſione dictæ ſententiæ DD. trium contra eundem aliqua perſonalis executio fieret.

Qua inhibitione non obſtante, inſtante Lactantio fuit idem Paulus captus, & carceratus.

Quærebatur de validitate d. executionis perſonalis, & an veniret reuocanda.

Et dubium faciebat ſtatutum Curiæ mercantiæ diſponens, quod tactus, & deſcriptus in libro tactuum incidat in præiudicium ceſſantium, & poſſit capi, & carcerari donec in d. l. libro legatur non cancellatus, dummodo non reſiſtat inhibitio. Nam vltra, quod tactui contradixerat Paulus, & ſuper eius validitate adhuc ſub iudice lis eſſet, obtinuerat & inhibitionem in forma de interim eius perſona nõ
1 moleſtanda, † quæ inhibitio dicitur prouiſio præſeruatiua iuriſdictionis inhibentis, ac iuriũ partis, inducens nullitatem actus contra eum facti, & c. pœnarum comminatarum incurſum, vt poſt Mandoſi. in tract. de inhib. q. 1. nume. 3. tradit late Lancill. in trac. de attenta. in præfa. 2. par. c. 20. de attẽt. poſt inhibitio, nu. 7. & ſeq.
2 Et † eſt tantę potentiæ, vt faciat, illicitum illud,
3 quod alias fuiſſet licitum, † & ſic dato, quod captura de eo fieri valuiſſet virtute dicti ſtatuti propter cancellationem non ſecutam, & lecturam permanentem, erat tamen abſtinendum propter inhibitionem executam, non minus, quam ſi de facto ab eo appelletur cui commiſſa erat cauſa appellatione remota, nam, & ſi pendente hac appellatione licite, & citra vitium attentatorum ad executionem huius ſententiæ deueniri poſſit, id tamen fieri nequit ſi ſit inhibitum per Do. Iudicem, cui cauſa erat commiſſa, Phil. Franc. in c. paſtoralis, nume. 5. de appellat.

Ex efficacia enim inhibitionis interdum quoq; euenit, quod geſta per appellantem non ſint ipſo iure nulla, ſed veniant reuocanda per ſententiam, ſi tamen inhibitio interceſſerit, ipſo iure ſunt nulla. Phil. Fran. in c. bonæ, ſub nu. 33. de appella.

Similiter Iudex a cuius interlocutoria ſit appellatum, poteſt eam reuocare, niſi ſit inhibitus.

Sicuti idem Iudex, qui pendente appellatione a ſua ſententia, poterat examinare teſtes ſenes, & valetudinarios, inhibitus facere non valebit.

Prout ex efficacia inhibitionis transferens poſſeſſionem lite pendente non teneretur ad fructus quos non percepiſſe vere probarit, tenebitur tamẽ ſi inhibitus transferat, quemadmodum his & alijs multis exemplis egregie tradit Lancillo. in præcitato loco, de attenta. poſt inhibitio. d. cap. 20. in 1. limita.

Præterquam, quod vt dictum eſt, Paulus tactui cõtradixerat, & ſuper d. contradictione diſcuſſum, ita quod is, qui prius vigore dicti ſtatuti abſolute capi poterat, & carcerari tanquam tactus, & in libro tactus deſcriptus, contradicendo in termino a ſtatuto præfixo non videbatur, quod poſtea capi poſſit, quaſi tunc ille tactus in vim ſimplicis citationis reſolueretur, ad inſtar præcepti executiui cũ
4 clauſula † ſi quis ſenſerit ſe grauatum, &c. in vim citationis ſimplicis reſolubilis. Bat. in l. non ſolum. §. meminiſſe, & ibi Rip. num. 24. de op. no. nun. Iaſ. in l. nec quicquam, § vbi decretum. ff. de offi. procõ. Ruy. conſi. 62. nu. 6. lib. 5.

Per

Digitized by Google

5 Per† contradictionem igitur diſcuſſam res vide-
batur effecta dubia,& actori præiudicium illatum,
adno.per Lap.alleg.25.verſic. ſed quartum, & fa-
ciunt no.per Bal.in l.fin.ad fi.C.de non nu.pecu. &
ibi Saly.in 1.queſt.tenentes.

6 Quod licet is,†qui iurauit vere pecuniam ſolu-
tam,non ſit audiendus allegans excep. non nu. pe-
cu.tamen ſi ſit admiſſus ad probationem negatiuæ
& probauit,poteſt allegare periurium.

Quorum authoritate Alex.in l.nemo poteſt, co.
4.verſi.quorum dicta,de leg.1.dicit, quod vbi iura
tum ſit contenta in inſtrumento eſſe vera,non audi
7 tur iurans allegando ſimulationem,† tamen ſi ſu-
per excepta ſimulatione recipiantur probationes,
& diſcuſſiones, licitum eſt in allegata ſimulatione
inſiſtere,& alios multos caſus in quibus præiudica
tur illi,qui patitur fieri probationes,& diſcuſſiones
quæ alias eo contradicente non fuiſſent admitten-
dę,recenſet Felyn.in c.ſciſcitatus,col.5.verſ.limita.
4.de reſcri. Rip.in l.naturaliter.§.nihil commune,
num.72.de acqui.poſſeſ.Iaſ.in l.patre furioſo,ff. de
his,qui ſui,vel ali.iu.ſunt.

Et ſic aut volumus hunc capi potuiſſe tanquam
legitime tactum,& id non erat procuidubio admit
tendum,quia adhuc non erat declaratum, an gabel
la eſſet ſoluenda necne, & dependebat a declaratio
8 ne, † & tanquam quid conditionale ante euentum
conditionis purificatæ non erat in iudicio deducen
dum,neque exercendum,l.hoc iure.l.ita ſtipulatus,
§.quod ſi ab initio, de verbo. obliga.Rebuff. art.2.
gl.1.num.71.de liter. obligatio. aut volumus capi
potuiſſe tanquam ex eo, quod non reperitur ſim-
pliciter cancellatus de libro tactus,& id pariter mi
nus ęquum videbatur,propterea, quod illa ſtatuti
diſpoſitio non videbatur alia ratione niti, niſi quia
talia deſcriptus ſi foret illegitime tactus, non pro-
curauit cancellari, & ſic ſua negligentia patiatur
legi.

At iſte non eſt hac negligentia ſupine notãdus,
quia cum validitas tactus penderet a declaratione
gabellæ,& de ea adhuc controuertatur,omnis mo-
9 ra,& negligentia ceſſat, † & ſic tanquam iuſto im
pedimento impeditus excuſatur.l.quod te.vbi Do-
cto.ſi cert. peta.Ruyn.conſi.150.nu.11.lib.1.Tira
quel.de ret.ligna.§.1.glo.10.nu.120.

Vnde per contradictionem, & Iudicium pendẽs
ſuper illa conditione,an illæ ſententiæ forẽt gabel
labiles a quo validitas tactus pendet,videtur ſaltim
dici debere ſcripturam illã tactus fore debilitatã,
& quaſi ſolam imaginem remanſiſſe,& non magis
10 is capi potuerit, quam interfici is, † qui ſit banni-
tus per ſententiam pendente appellatione,quo ca-
ſu magis communiter receptum eſt offendi nõ poſ
ſe.Ange.Areti.in l.1.in prin.ff.nil inn.ap.pen.Soz.
in l.3.§.ſi ſeruus.verſi.prima concluſio.de acq.poſ-
ſe.cum alijs congeſtis per Iuli. Cla. in pra. crimi.§.
homicidium,verſi.ſucceſſiue quæro,& per Menoc.
de arbitra.iud.li.1.q.90.nu.58.

Vnde ſtante indicio ſuper validitate,& inualidi-
tate d.tactus, non debuit eſſe tam procliuis ad ca-
pturam, quæ iniuriam infert,& ſic ad delinquen-
dum magis deliberate procedere debuiſſet. l. ſi ad
te.C.de falſ.

Quibus non obſt. Dominis placuit capturam cõ
firmare ex pluribus.

11 Primo, † quia figura tactus permanebat,& non
erat cancellata,quæ videtur excuſare facientes.l.de
ætate,§.ex cauſa.ff.de int.actio.

12 Secundo, † quia in hoc ſtatu depræhendebatur.
l.moueor. C.ſi ſer.exporta.l.3.§. ſi ſeruus. de acqu.
poſſeſſ.

Tertio,quia ſcriptura,quæ facti eſt,facit vim ta
ctus in ſuo robore durare, & cum ita caueret, vt ta-
ctus deſcriptus,& non cancellatus capi poſſit,facit
nos eſſe in caſu legis ſic cauentis expreſſis verbis
quibus ſine alia extranea interpretatione debemus
inſeruire,ita arguit Bald.poſt Iac.de Belui. & Iaco.
Butri. in alio propoſito de bannito non cancellato.
in conſi.142.hæc quæſt.lib.4.

Nec obſtat inhibitionis virtus, quia cũ non ſim
13 pliciter fuerit relaxata, † ſed limitata occaſione
ſententiæ DD.trium,debet intra ſuos terminos cõ
tineri, & reſtringi, & ſtante captura facta ex vi ſta-
tuti,non autem vigore ſententiæ,quæ hactenus nõ
erat exequibilis tanquam conditionalis, inhibitio-
ne iuuari non poteſt,quia limitata cauſa limitatum
producit effectum, & Dom.Iudex cõcedens noluit
ea patrocinari obtinentem in aliam cauſam, quàm
quæ vigore dictæ ſententiæ proueniret, merito ad-
uerſus capturam ex alio fonte procedentem non
operabitur,argum. notatorum per Card. Alexand.
& Caſſado.in deciſ.4.num.1.de reſcrip. vbi ſi in cõ
miſſione ponatur clauſula cum facultate inhibẽdi
in curia, non poteſt inhibere extra curiam, ſecus ſi
ſimpliciter, & indefinite detur facultas inhibendi.
Mando.in tract.de inhibi.q.3.nu.3.poſt Sarnenſ.in
proemio,reg.q.2.nu.8.

14 Et † in puncto videtur deciſio Bero. in cõſilio
132.num.1.5.8. & 9.lib.3.vbi ſtante ſtatuto, quod
bannitus deſcriptus poſſit impune offendi, offen-
dens excuſatur non attento,an ſit iuſte, vel iniuſte
bannitus,vel rebannitus,quia ſtatutum conſiderat
ſolum eſſe deſcriptum pro tali,quod forte ſecus eſ-
ſet ſi ſimpliciter de bannito fieret mentio.

Et ita alias fuit tentum in hac Rota de anno
1567.in quadam cauſa Politianenſi inter Dominũ
Cornelium Coconium, & Do.Bartholomæum Be-
larminium,&c.

S V M M A R I V M.

1 *Liberatio ſeu debiti remiſſio dicitur correſpectiua ad obligationem.*
2 *Tot erunt liberationes quot ſunt obligationes.*
3 *Et tot remiſſiones,quot erant perſonæ obligatę.*
4 *Coacernatio plurium ſummarum donatarum, an & quando fiat ad effectum inſinuationis requiſita.*
5 *Donatione pluribus facta, an & quando fiat coacernatio ad inſinuationem.*
6 *Nominibus, & actionibus conſiſtentia non tanti ęſtimantur quantum ſit in nomine, ſed quantum ab eo exigi poſſit.*

7 Debi-

Digitized by Google

7 *Debitoris qualitas, & idoneitas a futuro euentu conſideratur.*

8 *Precium iuſtum, quod veriſimiliter in ſubbaſtationibus repertum foret.*

9 *Donatio de 1000. pluribus facta, an vna, vel plures ſint.*

Donatio, an ſit vna, vel plures, quid attendi debeat.

ARGVMENTVM.

Coaceruatio ſummarum, an & quando fiat in donatione ad effectum inſinuationis faciendæ. Et de donatione pluribus facta, an vna, vel plures eſſe dicantur.

DECISIO CXXIX.

IN cauſa illorum de Attauantibus ſtante conformitate ſententiarum per eos, qui ante nos iudicarunt ex pluribus capitibus controuerſis vnius ſolius articuli iuriſdictio ad nos deuoluta fuit, videlicet.

An remiſſio debiti per q. Dom. Pandulphum tribus nepotibus ex fratre, & cauſa patris obligatis facta, quæ veram inducit donationem, & inſinuatione egeret, quatenus ſummam 500. ſolidorum excederet ſecundum Ang. conſi. 77. in fi. & 94. col. pen. & de communi opi. teſtatur Anto. Gab. de donatio. concluſio 1. num. 41. & poſt Alex. & Dec. in l. creditori. C. de pac tradit Rebuff. in tract. de donatio. inſinuan. art. 1. gloſſ. nume. 7. dici deberet vnica, vel trina donatio, ex quo ab vno facta eſt tribus donatarijs. Quippe cum ſi vna foret donatio, vtique tanquam exceſſiua, & non inſinuata non valeret vltra quingentos ſolidos. l. ſancimus. in prin. C. de dona. § perficiuntur, inſti. eod. ſi autem triplex, tunc vnaquęque ſubſtineretur in 500. ſolidis, & ſic ſi plures donationes, ſi vna pro 500.

1 Dubium faciebat, quia liberatio † ſeu debiti remiſſio dicitur eſſe correſpectiua ad debitum, & ad
2 obligationem, † vnde tot erunt liberationes, quot erant obligationes præcedentes ſecundum Bald. in
3 l. illud, num. 10. C. de ſacroſ. eccleſi. † & ſic tot remiſſiones quot erãt perſonę obligatæ. l. ſcire debemus, & l. quod dicitur. de verb oblig. & conſequenter cũ dd. tres rei conuenti pro rata non inſolidum, ſed pro tertia parte, quilibet eſſet hæres dicti Pandulphi eorum patris l. pacto ſucceſſorum. C. de pact. l. 1. C. ſi cert. pet. & pro dicta tertia tantum quilibet tenebatur, ſequebatur, quod remiſſio ſimiliter debiti dici deberet eſſe triplex, & vnicuique per modum obligationis facta. Et ad rationem dictæ ratæ de per ſe, & ſine coaceruatione aliarum portionum erat inſpiciendũ, an remiſſio debiti eſſet inſinuabi-
4 lis, † coaceruatio enim plurium ſummarũ ad hunc inſinnandi effectum, tunc demum fieri poſſe videtur, quando plures res vni donantur, vt loquitur Barto. communiter approbatus in l. Modeſtinus,
5 nume. 10. de donatio. † Secus autem, quando fiat pluribus, & diuerſis perſonis, quia tunc non fit coaceruatio, ſed attenditur prout cuilibet remittitur, & donatur, vt poſt Guli. de Cune. in l. ſi plures, ibidem tenet Alber. Bald. & Caſtrenſ. ff. de pactis. Cuma. in l. Modeſtinus. de ſolut.

Quibus ſtantibus ſequebatur dicendum, quod his remiſſionibus ſingulariter nõ coaceruatim cõſideratis, quælibet remiſſio ſi excederet de per ſe ſummam 500. aureorũ, ſubſtinererut ſaltem vnaqueque vſque ad ſummam 500. non attenta coaceruatione in hoc caſo, quia eſſet inutilis, cũ quęlibet remiſſio de per ſe ſummã excederet, quo caſu coaceruatio non fit, vt poſt Odof. in l. ſi plures, num. 2. de pact. declarat Salyc. in d. l. ſancimus. §. ſi quis autem, num. 10. C. de dona. vel quod nulla egerit inſinuatione attenta paupertate D. Boninſegnæ patris reorum conuentorum originarij debitoris.

6 Nam † ea, quæ in nominibus, & actionibus conſiſtunt, non tanti ęſtimantur, quantum fit in nomine, ſed quantum ab eo exigi poſſit ſecundum Bald. in l. per diuerſas, num. 3. & ibi Caſtren. num. 8. in fi. C. mand. vbi inquit Caſtren. quod ſi cedatur actio in mille pro quingentis, quingẽta intelliguntur eſſe iuſtum precium, ſi in ſubhaſtationibus veriſimi-
7 liter non fuiſſet vltra repertum. † Idoneitas enim & qualitas debitoris ęſtimari debet a futuro euentu, & incertitudo exactionis facit cenſeri iuſtum precium illud, quod alias iuſtum non eſſet, vt ibi per eum, & alios citat Ant. Gab. de actio. concluſio. 5. num. 36. & ſic attento eo, quod ex viribus patrimonij dicti debitoris exigi potuiſſet, vtique d. remiſſio ſingulariter cõſiderata, ac de per ſe erat prorſus non inſinuabilis, & ſine inſinuatione aliqua conſiſtere poſſet.

Quibus non obſtantibus DD. placuit eam dici debere vnicam donationem, & ſtante defectu inſinuationis in totum nõ valuiſſe niſi pro 500. ſolidis iuxta l. ſancimus, la 1 C. de donatio.

Moti fuimus auctoritate Ioan. And. in addi. ad Spec. de dona. §. 1. in addi. incip. Plus dicit, vbi formata quæſtione de donatione mille aureorum facta quinque perſonis ęqualiter inter eos diuiden-
8 datum, † an vna, vel plures donationes cenſeantur, & poſt Simo. Vicẽt. reſoluit habere caſum pro indubitabili, quod ſit vnica donatio, ſequitur Imo. in cap. cum contingat, colum. antepen. de iureiuran. et eandem opin. ſequitur Alexan. exploſa diſtinctione Bal. Gul. & Caſtrenſ. de duobus correis, vel non correis, quod in omni caſu dicatur vna donatio. Sic importante etiam vnitate actus, vnitate temporis, vt annuit Barto. in d. l. Modeſtinus. in fi. & Ant. de Cana. in tract. de inſinuá. tom. 9. in 2. par. quæſ. 25. nume. 43.

Erat etiam attenta origine attendenda, Barto. & alij in l. denique. §. ſi quis. de mino. & l. fi. qui po. in pig. hab. vnum debitum, vnica perſona cui debebatur, & ab vna ſimiliter perſona debitum, & vnica

præ-

præſtatio. Caſtrenſ.d.l.ſi plures,numero 3.& quaſi
vni perſonæ remiſſum,ex quo per verbũ hæres fuit
remiſſum,ideſt hæredibus , quod eſt nomen colle-
ctiuum,& coniunctiuum,Iaſ.in l. re coniuncti,nu.
100.de leg. 3. & hanc eandem opinionem tenuit
Roma.ſing.721 pone,vbi magnam vim facit quod
fiat vnico contextu,ſequitur Cuman.ſing.132.idẽ
Roma.conſi.26.num.2.in 2.dubio,& in conſi.105.
num.3. Alex. & Iaſ. in l. ſcire debemus in prin.ff.
de verbo.obligatio.& hoc idem voluit Prat.Papiẽ.
in libello pro donat.in verbo ſolemniter , nume 4.
vbi ponit etiam notabilem diſtinctionem , & hoc
etiam ſenſit Bartol.inter conſilia Bal.400. ſuper 1.
9 numero 4 lib.4. † Vbi dicit quod an dicatur vna
donatio,vt inſinuatione egeat,attenditur ſolum an
ſit facta vno tẽpore licet diuerſis perſonis, & diuer
ſæ præſtationes faciendæ forent,& dicit Bal.in con
ſil.451.nobili, lib.1.nume.3.quod donationes fa-
ctæ vno contractu,& vnum quoque ſit inſtrumen-
tum dicitur vna donatio, & fit coacervatio ſumma
rum, & idem tradit Vital.de Gamb. de clauſul. in
tit.An legibus inſinuatio.exigentib, renũci. poſſit,
numero 9.

Nec obſtant dicta per Guli.Caſtrenſ.& alios ſu-
pra in contrarium ſignata,& quod intelligendo di
ctum doctoris ſecundum legem quam allegat , de-
ciſio Ioan.And.ſtaret pro prima opinione dum al-
legat.l.3.in fi.ff.de duob.reis,quæ loquitur in actu
quo inſolidum ſit acquiſitum alicui.

Quia allegata per Guli. & Caſtrenſem poſſent
ſibi locum vendicare in donatione,liberatione plu-
rium ſummarum ex diuerſis cauſis prouenientium,
& debitarum,cum inde liberatio propriè erit corre
latiua obligationum, vt ſint tot remiſſiones, & do-
nationes quot erant præexiſtentes obligationes,ſe
cus vero ſi vna præceſſerit obligatio ex vno obliga
tionis fonte manans , ita ſenſit Bal. in d. l.illud ſub
nume. 10. ibi tot ſunt liberationes quot præceſſe-
rant obligationes, & clarius tradit Anton.de Cana.
in præcitato loco nume.43.

Nec etiam poteſt intelligi Ioan.Andream locu-
tum de vnica inſolidum acquiſitione , quia aliter
format quæſtionem,videlicet de donatione in mil-
le quinque donatarijs, vt pro quolibet ducenta, &
non vnicuique in totum donarentur,vt ibi, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Falcidia nõ detrahitur de legatis ad pias cauſas factis.*
2 *Falcidia an detrahatur de legatis pijs ab alio pio loco ſi*
militer inſtituto vel ſubſtituto.
3 *Inuentarium tenetur facere etiam eccleſia inſtituta.*
4 *Inuentarium non conficiens perdit beneficium falcidiæ.*
Falcidia amittitur ob non confectum inuentarium.
5 *Inuentarium non faciens an & qualiter teneatur vltra*
vires hæreditatis creditoribus,& legatarijs.
6 *Reſtitutio in integrum datur eccleſiæ aduerſus confe-*
ctionem inuentarij omiſſam.
7 *Hæredis verbum de primo hærede verificatur.*
8 *Hæredis verbum omnes in infinitum compræhendit.*
9 *Falcidia nõ detrahitur de legatis pijs etiã per indirectũ.*
10 *Eccleſia , & pius locus in detractione falcidiæ paſſiue*
ſunt priuilegiati,non autem actiue.

ARGVMENTVM.

Falcidia an detrahatur de legatis ad pias cauſas a pio loco inſtituto, vel ſubſtituto.

DECISIO CXXX.

FVIT dubitatũ in quadam cau-
ſa,an de legatis factis alicui pio
loco fiat detractio falcidiæ ab a-
lio pio loco inſtituto,vel ſubſti-
tuto,quã facti ſpeciem vidi po-
ſtea cõtigiſſe in patria mea Vr-
beuetana inter eccleſiã S.Frãci-
ſci ſubſtitutã ex teſtamẽto D.Cõſtantiæ Arcitæ, &
Moniales S.Pauli legatarias, in qua cõſultus nega
tiue reſpõdi prout etiam tũc domini inclinabant.

Et pro eccleſia ſubſtituta dicebatur quod, & ſi
1 communis ſit doctorum opinio † quod de legatis
ad pias cauſas piaque loca falcidia nõ detrahatur.
§.ſi autem hæres,in auth.de eccleſi.tit.& auth.ſimi
liter.C.ad l.falci.cum cõcord.per Tiraquel. de pri-
uil.piæ cauſæ,in 26.priuilegio.

Tamẽ cum,& ipſa eccleſia ſubſtituta pius locus
2 ſit piaque cauſa,& ſic pariter priuilegiata,†iniquũ
ſibi videbatur quod ex priuilegio alterius priuile-
giati ſibi præcluderetur via detrahẽdi falcidiam,
prout placuit Ang.Dyn.Fran. de Albergo.Deci.&
pleriſque alijs quos cõgerit Tiraquel.d.26.priuil.
verſ.ſed quoad primum.

Pro eccleſia vero legataria plura proponebãtur
ad excludendam intentionem eccleſiæ ſubſtitutæ.

3 Primo retenta pro vera illa opinione† quod ec-
cleſia adiens hæreditatem alicuius innodetur lege
conficiendi inuentarium etiam in foro canonico
contentioſo,quam communẽ dicit Iaſ.in l. fi. §.fin.
colum.fi.in prin.C.de iu. de liberan. & Vaſqui. de
ſucceſſio.creatio.§. 1.nume. 27. in prima parte ſui
tracta. refert reſpondendo ad contraria Rolan. a
Valle in tract.de inuenta.in 12.quæſtio. & Phanuc
ci.de inuentari.2.par.num.2.

4 Sequitur † quod neglecto inuentarij beneficio
(prout neglectum , & omiſſum præſupponitur in
facto) ius falcidiæ amittat,& integra legata ſoluat,
& vltra vires quoque hæreditatis teneatur.§. ſi ve-
ro non fecerit,in auth.de hære,& falci.Senat. Pede-
mont.deciſ.147.

5 Et licet † nonnulli differentiam conſtituant in
eo quod vltra vires hæreditatis teneatur adiens nõ
confecto inuentario,videlicet,quod aliud ſit reſpe-
ctu creditorum,quibus teneri omnino affirmant ,
aliud vero reſpectu legatariorum,quibus vltra vi-
res non ſit obnoxia eccleſia inſtituta, vt late tradit
Couarru.de teſta.cap.1.nume.13.& ſeq.

Tamẽ quicqd ſit de veritate huius diſtinctionis
inter legatarios,& creditores,quã reprobat Phanu.

de inuenta, in loco ſupra citato, hic non ſumus in
caſu cogendi eccleſiam hæredem vltra vires, & ſic
in damno ei inferendo, ſed in ſolutione legatorum
in terris, & domibus conſiſtentium, & penes d. ec-
cleſiam ſubſtitutam exiſtentium integraliter facié
da ſine lucro falcidiæ.

Verum cum de hoc non ſit faciendum multum
6 capitale propter ſuccurſum † reſtitutionis in inte-
grum aduerſus huiuſmodi cōfectionem inuentarij
eccleſiæ inſtitutę a iure permiſſum, vt omnes faten
tur, teſte Rolan, Phanu. & Couarru. ideo &

Secundo loco arguebatur, quod beneficium de-
7 trahendi falcidiam competit hæredi, † quod ver-
bum de primo tantum hærede verificatur ad not.
per Bal. in l. 1. verſicu. ſi vero, de conſti. prin. & per
no. in l. antiquitas. C. de vſufru. Ioan. Lup. in rub. de
dona. int. vir. & vxo. § 69 col. 6. verſicu. potuiſſent
allegari. ſubſtitutus vero dicitur ſecūdo inſtitutus,
merito, &c.

Hoc ſimiliter fundamentum non ſine difficulta
8 te tranſiret ſtante, † quod hæredis appellatione re
gulariter, & de ſui propria ſignificatione omnes in
infinitum veniunt. l. hæredis appellatione, & l. ſcien
dum. ff. de verbo. ſignifi. & ſi quando contrarium
reperitur, id erit in caſibus ſpecialibus, & priuata
quadam ratione exceptis, vt late tradit Tiraquel.
de ret. conuentio. gloſſ. 6. §. 1. num. 17. vſque ad nu.
22. & tanto minus id procedat in caſu iſto, quia per
indirectū fieret detractio aduerſus piū locū, & piá
9 cauſam, † quod non permittitur. Tiraquel. d. priui.
26. verſic. & id quoque, vbi dicit, quod ſi Sempro-
nius hæres inſtituturus debet ſoluere legata Titio, &
Titius eccleſiæ, quod Sempronius non detrahet ti
tio, quia illi detrahendo detraheret eccleſiæ, & ſic
indirectè, & mediatè fieret vis d. auth. Similiter.
Vnde &

Tertio loco validius, & proprius allegabač pro
eccleſia legataria, quod aſſumptum ex aduerſo de
priuilegiato vti volente priuilegio contra priuile-
giatum. non bene expenditur in caſu iſto, vbi in ma
10 teria falcidiæ † eccleſia piaque loca reperiūtur pri
uilegiata paſſiue ne patiantur detractioné, non au-
tem actiue, vt detrahant aduerſus quoſcūque, quia
in detractione facienda eccleſia inſtituta vtitur iu-
re communi, non autem ſpeciali, vel aliqua præro-
gatiua. Et ideo aduerſus eccleſiam excipientem de
priuilegio, quod non patitur falcidiam, non recte
replicabitur ab alia eccleſia hærede inſtituta, quod
& ipſa quoque ſit priuilegiata, quia in defalcando
nullum habet a iure priuilegium, ſed vtitur iure cō
muni, quod exerceri non poteſt contra ſpecialiter
priuilegiatum, & legataria ſe tueri poteſt ab eccle-
ſia inſtituta ſicut a quolibet priuato.

Et quamuis articulus iſte ſit multum controuer
ſus, & quam plures ſint alterutrius partis fautores
communis tamen eſt opinio, quod eccleſia inſtitu-
ta non detrahit ab eccleſia legataria vt teſtatur Fer
nand. Vaſqui. in tracta. de ſucceſſi. progre. libro 5. §.
26. num. 15. quam ſequitur, & comprobat per ra-
tiones de quibus ibi per eum.

S V M M A R I V M.

1 *Interlocutoria ex nouiter deducendis non iuſtifica-
tur.*
2 *Appellatio eſt neceſſaria ab interlocutoria ſi præceſſit
citatio.*
3 *Iudex regulariter poteſt reuocare ſuam interlocuto-
riam.*
4 *Interlocutoria quibus caſibus non reuocetur.*
5 *Interlocutoria re non integra nō reuocatur niſi ex cauſa.*
6 *Cognitio cauſę in multis verſatur.*
7 *Præcipitantia eſt nouerca iuſtitiæ.*
8 *Vbi ex cauſa quid permittitur, non eſt de facili captan
da occaſio.*
9 *Temporis breuitas iniuſtam cauſam arguit.*
10 *Decretum debet de facere mentionem de cauſa cogni-
tione.*
11 *Cauſę cognitio non præſumitur, niſi in decreto de ea fiat
mentio.*
12 *Cognitio cauſæ non mentionata in decreto non præſumi
tur præceſſiſſe.*
13 *Interlocutoria, quando dicatur ſecum trahere executio-
nem.*
14 *Interlocutoriarum datur executionis tractus.*

ARGVMENTVM.

*Quod in ſententijs interlocutorijs de
tur executionis tractus.
Et an, & quando iudex ſuam inter-
locutoriam iam executam reuoca-
re valeat.*

DECISIO CXXXI.

AGEBAT ad retractum bono-
rum immobilium Frāciſcus Co
dilunghi contra Dātem de Giā-
donatis coram D. Iudice prima-
rum appellationum, & cum vis
fieret pro parte rei conuenti ſu-
per ſcientia actoris, quam ſe ſemiplene reus probaſ
ſe exiſtimabat, fuit ſibi per d. D. Iudicem delatum
iuramentum ſuppletorium prout iuratum fuit.

Inde autem ad nonnullos dies idem Do. Iudex
præuia tantum citatione d. rei ſuam interlocutoriā
reuocauit, & ab huiuſmodi decreto reuocatorio Dā
tes reus appellauit.

1 Viſis igitur eiſdem actis, (quia † ex nouis inter-
locutoria iuſtificari nec tenderi ſolet. Clemen. ap
pellāti, & ibi Cardi. de appell. Bar. in l. 3. de appell.
Afflic. deciſ. 79.) & viſa appellatione a reuocatione
2 d. interlocutiæ iam executæ interpoſita, quæ † qui-
dem appellatio fuit neceſſaria, quia propter citatio
nem tenuiſſet, cum ſecus eſſet ſi ſine citatione reuo
caſſet, quia tūc reuocatio foret ipſo iure nulla; Phi.
Franc. in c. cum ceſſante, nu. 22. de appell. ſequitur
Bero. conſil. 60. num. 13. lib. 2.

Diximus

Diximus bene appellatum, & male reuocatum.
3 Moti, quia & ſi non ignoraremus † regulariter iudicem poſſe ſuam interlocutoriam reuocare, vulga, l. quod iuſſit. ff. de reiudi. cap. cum ceſſante. de appel. c. ſi a iudice, eod. tit. in 6.

Nouimus etiam id non fore paſſim iudici conceſſum, cum Doctores in dd. locis plures tradant limitationes, inter quas (quantum attinet ad rem noſtram) ea datur, videlicet,
4 † quando res non ſit integra, vel aliter, quãdo ſua interlocutoria fuerit executioni demandata ſecũdum gloſſ. communiter receptam in l. 1. §. fi. ff. de preces. Rip. teſtatur Rip. in d. l. quod iuſſit, num. 33. vbi concord. allegat, & poſt Bal. in d. c. eum ceſſante, ponendo multa exempla, tradit Phil. Franc. num. 10. Pariſ. in conſi. 107. num. 103. lib. 3. Berodo conſi. 7. num. 10. lib. 1. Vbi dicit re non integra, & quando ius tertio ſit quæſitum, iudex non reuocat inuita parte, idem Bero. in conſi. 29. num. 22. & 23. & conſi. 107. num. 3. lib. 3. & cõſ. 91. num. 15 eod. lib. 3. prout erat præſens caſus, vbi iudex mandat deferri iuramentum ſuppletoriũ, & pars ad delationem iudicis iurauit.

Neque locum fore ſublimitationi traditæ nobis
5 viſum fuit, videlicet, quod † reuocare poſſit etiam re non integra, quando ex cauſa faciat, & cum cauſæ cognitione parte quoque renuente. Barto. in d. l. quod iuſſit, q. 7. Rip. ibi, nume. 34. Pariſ. d. conſilio 107. num. 103. Phil. Franc. d. cap. cum ceſſante, numero 20.

Quia D. Iudex nimis præcipitanter ad hanc reuocationem proſilijt vnica tantum præuia citatione, & non viſis nec auditis iuribus partis, & ſic nulla præcedente cauſæ cognitione.

Per ſolam enim citationem cauſæ cognitioni,
6 († quę in multis verſatur Menoc. de arbi. iud. lib. 1. q. 19.) non ſatisfit, cui nil magis aduerſatur, quam
7 precipitantia † iuſtitiæ nouerca, & vbi ea †, cauſa,
8 quid fieri permittitur, non eſt de facili ſumenda, & captanda occaſio, inquit Natta, in conſi. 162. num. 1. & 352. num. 5.

Pro quo decreto reuocatorio nec etiam erat præſumendum, quod iuſta cauſa foret interpoſitum,
9 † ſtante temporis breuitate, & tacita cognitione cauſæ. Alcia. d. prẹſump. 3. reg. præſump. 10. nume. 5. & 8.

10 Ad hoc enim inquit, † quod iuſta cauſa, & cauſæ conditio præſumatur, requiritur non præcipitãter fieri, & quod fiat mẽtio cognitionem cauſæ præceſſiſſe, quicquid aliter ſenſerit Imo. in conſi. 98. & 99. col. 2. & per Anto. Gabrie. de ſenten. concluſio. 5. nu. 10. & nu. 42. vbi citat Aleiatum, Caſtren. Hy-
11 pol. & alios. Volentes, † quod ad hoc, quod præſumatur proceſſiſſe cauſæ cognitio in actu neceſſaria, oportet, quod de ea fiat mentio in decreto. Alias
12 † nec cauſæ cognitio ad partis inſtantiam nec iuſta cauſa præſumitur, maxime, vbi agitur de tollendo iure quæſito, quo caſu nec in principe præſumitur. Hypol. ſing. 6. cum concord. per Anto. Gabr. de non tollen. iure quæſito concluſio 3. num. 12.

Nec huic noſtræ ſententiæ aduerſabatur Bero.
13 in conſi. 42. num. 39. lib. 3. dum declarando, † quando dicatur interlocutoria traxiſſe ſecum executionem, quod eſt ſecundum cum quando nõ expectat poſt ſe aliam ſententiam, inquit reuocari poſſe quãdo expectat poſt ſe aliam ſententiam, vt hic, vbi adhuc erat ferenda ſententia ſuper negotio principa-
14 li, † quia videtur loqui contra communes traditiones, nam datur executionis tractus, in interlocutorijs etiam expectantibus aliam ſententiam, vt patet in exemplis, & in ſuo caſu Bero, qui tenet, quod interlocutoria iudicis pronunciantis poſitiones haberi pro confeſſatis in odium non reſpondentis, non trahat ſecum executionem. Vtique illi aduerſantur dicta Bar. & repe. in d. l. quod iuſſit, numero 33. licet tandem ſe reſtringat Bero. ibi ad iuſtam cauſam, qua mediante etiam interlocutoria executa reuocatur, quod & nos non diffitemur, licet hic nullam reuocationis cauſam inueniremus, merito, &c.

SVMMARIVM.

1 *Poſt ſubhaſtationem licitari non admittitur etiam offerendo duplicatum pretium.*
2 *Oblator, & licitator non admittitur factis ſubhaſtationibus.*
Nec etiam alius admittitur.
3 *Quinimo nec ipſe dominus poteſt offerre creditori debitum, & reſoluere adiudicationem.*
4 *Ius offerendi ceſſat dominio acquiſito per adiudicationem.*
5 *Offerri debet antequam tranſmittantur ęſtimationes.*
6 *Vbi vnum eſt in obligatione, alterum in ſolutione, ex diſpoſitione legis, ſi is qui habet electionem non offerat antequam vincatur, non poteſt poſtea offerre in cauſa iudicati.*
7 *Venditio per ſubhaſtationem non eſt leuis ſolemnitatis, ſubhaſtatio eſt magna ſolemnitatis.*
8 *Venditio, & alienatio improba non ſeruatis ſeruandis non aufert ius proprietatis.*
9 *Subhaſtationes ſunt iuris publici nec remitti poſſũt; præconia ſunt iuris publici, & irremiſſibilia.*
10 *Subhaſtationes, & pręconia qualiter emittantur.*
11 *Appellatio ſuſpendit pronunciatum, ac in præteritis in totum extinguit.*
12 *Sententia a qua ſit appellatum nõ aufert ius offerendi.*
13 *Offerendi mora purgabilis vſque ad ſententiam.*
14 *Verbum acquiratur eſt executiuum, & importat acquiſitionem dominij ipſo iure.*
Acquiratur verbum quid importet.
15 *Aliud eſt alienare, quod ſuum eſt, aliud non acquirere; in quęrendis poteſt quis prẹiudicare facilius, quam in quęſitis.*
Lucri captandi, & acquiſiti perdendi non eadem eſt ratio.
16 *Pro incertis ſufficit dare fideiuſſorem ad euitãdam executionem.*
Fideiuſſor pro incertis admittitur ad euitandam executionem.
17 *Oblatio verbalis inter alios effectus eſt, ut faciat ceſſare venditionem, & adiudicationem, & proclamata.*
Proclamata, & ſubhaſtationes per oblationem verbalem ceſſant.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De ſubhaſtatione præconiјs, et licitationibus, & de oblationibus in ſubhaſtationibus faciendis.

DECISIO CXXXII.

EGERAT D. Aloyſia vti filia,
& creditrix quondam Azzopar
di ſui patris,& eius heredom de
certa dotis ſumma aduerſus Qua
rateſios poſſeſſores bonorũ Az-
zopardi ſibi hypothecatorum,
& in iudicio hypothecario obtinuit ſententiam ad
ſui fauorem, qua fuit declaratum bona petita ſibi
fore hypothecata pro d. ſumma, & condemnati poſ
ſeſſores ad illa dimittendum iure pignoris,& hypo
thecę, donec integre fuerit ſatisfacta de dotis cre-
dito iuxta tradita per Papi. in for. lib. actio. hypo-
the & hæc ſub die 1. Auguſti 1581.
Die 8. eiuſdem menſis vigore dictæ ſententiæ
fuit D. Aloyſia miſſa in poſſeſſionem dd. bonorũ.
Die 20. Septembris eadem D. Aloyſia inſtetit
coram D. Iudice pro ſubhaſtatione dd. bonorũ pe-
tendo de pretio inde retrahendo ſibi ſatisfieri, &
non reperto emptore ſibi illa adiudicari pro con-
currenti quantitate ſui crediti, præuijs tamen eſti-
mationibus,& appræciationibus bonorum die 22.
d. menſis fiunt proclamata, et intra tempus præfixũ
ad offerendum nemine ſe in emptorem offerente
D. Aloyſia narrato, quod nemo compareret ad ſol-
uendum, petijt deueniri ad eſtimationem bonorũ
ſub die 29. Ian. 1581.& factis, & publicatis eſtima
tionibus die 24. Martij,& trãſactis quatuor diebus
Quarateſij ab eſtimatione appellãt, & pẽdente d. ap
pellatione ſub die 4. Maij proxime ſequẽtis per dif-
finitiuam ſententiam fuit facta adiudicatio dd. bo-
norum D. Aloyſiæ iuxta d. eſtimationem, & pro
concurrenti quantitate ſui crediti.
A qua quidem adiudicationis ſententia Quara-
teſij appellarunt,& cumulando vtramque appella-
tionem proſecuti ſunt.
In prima igitur inſtantia coram D. Iudice a quo
nihil aliud fuit deductum neque probatum, ſed tan
tum obtulit ſe in emptorem dd. bonorum quidam
N. & D. Iudex pronuntiauit bona vendenda obla-
tori, et reclamante vtraque parte, ad nos coram qui
bus nil aliud noui eſt actum, quam quod pro parte
dd. de Quarateſijs fuit facta oblatio realis in tot pe
cunijs de credito d. D. Aloyſiæ ad effectum liberan
di dd. bona, de pluribus hinc inde dubitatum fuit.¶
Dicebatur enim pro parte D. Aloyſiæ, quod nec
ei qui in emptorem ſe obtulit, neque offerentibus
Quarateſijs bona cõcedenda ſunt: illi enim, quia ex-
tra tempus ad licitandum præconizatum ſeſe obtu
lit, his autem qnia ſecuta erat venditio per adiudi-
1 cationem,& poſt † venditionem non amplius pars
auditur etiam ſi offerat duplicatum precium. l. non
2 eſt probabilis. C. de reſcin. vend. † & hæc adiudica-
tio per decretum eſt adeo firma, vt nullus poſt de-
cretum recipi poſſit. l. ſi eo tempore. C. de diſtr. pig.
3 Quinimo † nec ipſe debitor facta adiudicatione
inſolutum per ſecundum decretum poteſt offerre
creditori debitum, & reſoluere adiudicationem, vt
ex communi opin. tradit Neguſan. de pig. 5. par. 3.
memb. num. 8. Capi. deciſ. 202. nu. 7. vbi de magis
communi opi. quod facta adiudicatione nullo mo-
do debitor auditur.
Vnde ſtante acquiſitione dominij ex duplici iu-
re per d. D. Aloyſiam facta, videlicet per ſentẽtiam
adiudicationis, & per diſpoſitionem ſtatuti Piſani
mandantis, quod ſi immiſſus in poſſeſſionem in ea
per 4. menſes perſtiterit, efficiatur verus dominus,
videntur ceſſare licitationes, & oblationes præfa-
tæ. Alias fruſtatorium quodammodo eſſet dictum
ſtatutum faciendo poſſeſſorem dominum, ſi mediã
te appellatione pateret aditus ad licitationis proſe-
cutionem, & ad obligationem, quod non eſt dicen-
4 dum ad Bar. in l. 1. §. 1. ff. quod quiſq; iur. † & domi
nio irreuocabiliter acquiſito ius offerendi locum
non habet. Capi. deciſ. 202. ſub num. 4.
Prętérquã, quòd iſti Quarateſij victi in hypothe
caria, paſſi ſunt controuerſiam ſuper executione iu
dicati,& ſuſceperunt iudicium abſque eo, quod of-
5 ferrent † ſaltim antequam trãſmitterentur experti
ad ęſtimandum, vt facere debebant ſecundum Ca-
pic. deciſ. 41. nu. 6. & 7. ſi hoc iure offerendi voluiſ-
ſent vti prout animum non vtendi habuiſſe decla-
rarunt dum proſequendo appellationem, vim fece-
rũt in lęſione precij ęſtimati, & ſuper hoc dederũt
capitula ad docendum de leſione, licet non fecerint
poſtea ſuper illis teſtes inductos examinare.
6 Et pro hoc facit, † quia vbi vnum eſt in obliga-
tione,& aliud in ſolutione ex diſpoſitione legis, vt
hic vbi creditor non poteſt conuenire ad precium
poſſeſſorem, ſed ad rem agit ſibi obligatam, poſſeſ-
ſor autem habet a lege facultatem offerendi debi-
tum, ſi is non offerat ante ſententiam latam,& an-
tequam vincatur, non poterit poſtea in cauſa iudi-
cati offerre,& tradit Bar. in l. ſtipulationes non diui
duntur col. 22. verſ. ſed iuxta prędicta. de ver. ob. &
in l. ſi quis ſtip. fuero 10. in melle. de ſolut.
In contrarium pro Quarateſijs dicebatur, quod
7 huiuſmodi venditio † per ſubhaſtationem nõ eſt le-
uis ſolemnitatis. l. 1. vbi gl. no. C. de ſid. inſt. lib. 10.
8 Et ideo † improba alienatio non aufert ius pro-
prietatis inquit, tex. in l. ſi reſiduum C. de diſtrac.
pign. aũt hoc ius porrectum. C. de ſacroſ. eccle. ſolẽ-
nitates auct. præconiorum ſunt adeo ſubſtantiales,
9 vt tanquam iuris publici † nec quidem a partibus
mittuntur. l. nemo, de leg. 1. & tendunt in vtilitatẽ
omnium,& ſingulorũ creditorum. l. ſi eo tẽpore. C.
de diſtrac. pigno. & quantum attinet ad rem iſtam
10 † non fuerunt factæ ſubhaſtationes de mandato iu-
dicis, vt fieri debebant neq; per nunciũ pluries prę-
conizatę in diuerſis diebus, & locis, neque per debi
ta tẽpora ſteterint venalia, veluti 20. dies ſecundũ
ius cõmune. l. 1. & ibi no. C. de ſi. inſtru. Bar. in l. lici
tatio, de public. Bal. in auct. hoc ius porrectũ, col. 3.
de

de ſactoſ.eccle.vel per aliud tempus ſecundum cõ-
ſuetudinem,& ſtatuta loci, merito ſunt nulla,& nõ
abſtulerunt domino ius proprietatis ad no.per Ro-
ma.conſi.205.& late Franc.Becci.conſil.12.nume.
25 cum ſequentibus, immo tanquam nõ rite facta
reſtituuntur pignora ſine expenſis, & cum fructi-
bus Couarru.varia.reſol.lib.2.cap.11.num.3.& da
ta, non conceſſa, validitate ſubhaſtationis, diceba-
tur, quod ſtante appellatione interpoſita ab æſtima
tione,& a decreto adiudicatiuo, quæ non ſolum ſu-
11 ſpendit enunciatum reſpectu futurorum, ſed † in
totum in præteritis extinguit.l.1.in fi.ff.ad turpil.
ſecundum communem opin. de qua poſt relatos
per eum teſtatur Lancil. de attenta. appell. pend. 2.
par.cap.12.in prima amplia.num. 114. videbatur,
quod eſſet locus dictæ oblationi, arg. notatorum
per gloſſ.in l.1.in gloſſ.magna.in fi.ff.de actio.em-
pti. Vbi emptore agente contra venditorem ad
rem tradendam,& venditore condemnato ad inte-
reſſe, quia non tradebat ſi appellaſſet venditor a
d.ſententia, poterit in cauſa appellationis offerre,
& dare rem, & ſe liberare ab intereſſe: nam, vt ibi
dicit Barto. quandocumque illud, quod petitur of-
fertur vſque ad ſententiam, reus liberatur, quia per
appellationem fingitur non ſententiatum, & idem
ſentit Bald.in l.per hanc col.3.verſ.his igitur. C.de
12 temp.appell. dicens, † quod ſententia a qua ſit
appellatum non abſorbet ius offerendi,& idem te-
net Ang.in l.fin.C.de iu.dom.impe.vbi pendente
appell.dicit locum eſſe iuri offerendi, etiam ſecuta
executione,& tenet Capi.deciſio.41.numero.12 &
idem voluit Cy.in l.properandum.§ ſi autem reus.
C.de iudi.nume.6 Nam ex quo bona erant appre-
tianda, & æſtimanda,& non poterant dici æſtima-
ta, quia appellatio interpoſita eam æſtimationem
factam extinguebat, ſequebatur nullum traſlatum
dominium per d.adiudicationem. Capi.d.deciſ.41.
num.2 & deciſ.202.num.9.

Et ex his fuit concluſum pro Quatareſijs,& ſtã-
te maxime appell. eo interim fore recipiendos ad
oblationem debiti cum expenſis, vt oblatum fuit,
13 vt ſaltem † eorum oblatio ſubſtineretur per viam
purgationis moræ, quatenus poſt litem cõteſtatam
non obtulerint, & eo tempore offerenda fuiſſet,
quæ mora purgari poteſt vſque ad ſententiam ſe-
cundum Bal. in l.ſi poſt tres, ff. ſi quis cautio. col.
5.& ita in puncto decidit Capi.deciſio.202.& d.de
ciſio 41.

Nec obſtat adducta in contrarium de acquiſitio
ne dominij virtute ſtatuti per lapſum 4. menſium
poſtquã quis fuerit in poſſeſſione immiſſus, & qđ
non offeratur rei domino, vt ſupra dictum eſt, licet
dominus offerat Neguſan. de pig. 3.memb. 5. par.
num.38.l.ſi res obligata.de leg.1.

Quia vltra, quod pro acquirente non ſint ſerua-
tæ debitę notificationes, & alia ſeruanda requiſita
per d.ſtatutum, D. Aloyſia creditrix nunquam eius
intentionis fuit vti beneficio d.ſtatuti, & dominiũ
ex lapſu temporis acquirere, ſed voluit inniti in me
ris terminis iuris communis, vt expreſſe declarauit
in libello, in quo narrato lapſu quatuor mẽſium,&
nemine de ſuo credito ſatisfaciente, inſtetit, quod
bona ſubhaſtarentur, & de precio ſibi ſoluatur, &
non reperto emptore in ſubſidiũ adiudicentur iux
ta l.1.C.ſi in cau.iud.& per Afflict.deciſ.348.nu.5.
& ſic ceſſat ius quæſiti dominij ex diſpoſitione ſta-
tuti, quia beneficium non confertur in inuitum.

Nec obſtat, quod iſta acquiſitio dominij vigore
14 ſtatuti fiat ipſo iure † per verbum acquiratur, quod
eſt executiuum, & denotat acquiſitionem ipſo iure
ad tradita per Tiraquel.in l.ſi vnquam. in verbo re
uertatur. C.de reuo.dona.& ſic quod D. Aloyſia nõ
potuerit hoc ius dominij quæſiti a ſe abdicare, &
de eo diſponere ſine decreto iudicis, & ſine alijs ſo-
lẽnitatibus in contractu mulierum requiſitis, quia
reſpõdetur, quod quantumcunq; dominiũ ex qua-
tuor mẽſium curriculis in poſſeſſorẽ transferatur
ipſo iure, id tamen non fit inuito eo, ſed volente, vt
ex pluribus probat Tiraq.in d. verb. reuertatur, nu.
11.cum multis ſeq. at cum D. Aloyſia hoc commo-
dum aſſequi non ſategerit, ſed maluerit creditum
ſuum in quantitate conſiſtens in ſimili quantitate
recuperare, nihil eſt, qđ de potentia huius ſuæ ne-
glectæ acquiſitionis dñij, ſit dubitandum, cum & ſi
in quæſitis forte non poſſit mulier inconſulto iudi
ce,& ſine ſolemnitatibus quibuſdam de ijs diſpone
re, in quęrendis tamen non eadem prohibitionis ra
15 tio neque iuris diſpoſitio locũ ſibi vendicabit, † cũ
aliud ſit alienare, qđ ſuum eſt, aliud vero non acqui
rere l.ſi ſponſus.§. ſi maritus. ff. de dona.int.vir. &
uxo. & non ſit par ratio nõ captantis lucrum cum
amittente, quod ſuum ſit. l.ſi. C. de codi.& eſt gene-
rale in omnibus, quod in quærendis poſſit nedum
ſibi, ſed alijs præiudicare velut prælatus eccleſiæ, fi-
lius patri, ſeruus domino, & ſimil. ſecundum gl. in
cap.ſi.16.q.1.Roma.conſi.184.l.ſeruus. C. de pact.
vbi Iaſ.cum concor.per Rolan.a Valle, conſ.15.lib.
1.nu.23.& ſeq.Natta.conſ.67.nu 3.

Nec obſtat, quod oblatio iſta ſit ſerotina, nedũ
ante litem conteſtatam, vt fieri debebat facta, ſed
in vltimo inſtantiæ ſpiritu facta, quia, vt dictum eſt
ſubſtinetur per viam purgationis morę vſque ad
ſententiam purgabilis ex Bal. ſupra allegato, quem
ſequitur Cap.d.deciſ.202.nu.10.

Prout nec minus integra dici poteſt d.oblatio ex
eo, quod non ſit realiter facta pro intereſſe, & ex-
16 penſis, & alijs acceſſorijs d.dotis, † quia ſatis eſt de
dote, quæ eſt certa, & liquida, liquidũ depoſuiſſe, &
pro incertis dedit fideiuſſorẽ de ſoluendo facta li
quidatione iuxta no. in l. ſtatuliber rationem, de
ſtatulib. Ang.& Imo.in l.ſi mora. ſoluto matrimo.
cum concord.per Tiraquel. de ret. conſan.§.1. gloſſ.
19.num.2.& ſequ. Neguſ.de pigno.5.par.3.memb.
num.4.a.parte.preterquam quod ante ſententiam
adiudicationis fuerat facta alia oblatio verbalis,
17 † quæ licet fuiſſe non releuaſſet ſine reali.l. qui de-
cem.de ſol.cum concor. per Neguſ.d. ſecunda par.
3.membr.5.par. prin. num. 1. tamen inter alios ef-
fectus potens eſſet ad annullandam adiudicatio-
nem, & venditionem poſt d.oblationem factam,
quia facta oblatione debent ceſſare proclama-
ta, & venditiones. l. ſi priuſquam. C.de diſtract.

pigno. Neguf. d. 1 part.nume. 4. & in 3. parte 3. membr. 5. quæſtio.prin.nume. 1.

SVMMARIVM.

1 *Sententia carens verbo condemno non eſt exequenda.*
Sufficit tamen declararet factum ex quo ius oritur, numero 13.
2 *Sententia ſtricti iuris tantum inferens quantum ſonat. 15.*
3 *Sententia regulatur ſecundum contractus, in quibus omiſſum pro omiſſo habetur.*
4 *In integrum reſtitutio an impediat executionem.*
Reſtitutio an impediat executionem.
5 *Intereſt an petatur reſtit. integ. ante petitam executionem vel poſt.*
6 *Temperamentum cautionis præſtandę de reſtituendo in caſu ſucumbentiæ.*
7 *Reſtitutio in integ. petita non impedit executionem maxime data cautione per exequentem de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ.*
8 *Reſtitutio in int. calumnioſe petita, indiſtincte non attẽditur ad impediendam executionem.*
9 *Calumnia præſumpta quomodo appareat in petita reſt. in int.*
10 *Reſtitutio in integr. non impedit executionem trium conformium.*
11 *Appellatio ſuſpendit pronunciatum & extinguit.*
12 *Remanent tamen quędam reliquiæ pro prima ſententia.*
13 *Factum ſatis eſt declarare ex quo ius oritur, vt inde dicatur condemnatio ſecuta.*
Sententia continens factum ex quo ius oritur, dicitur condemnatoria.
Iudex declarando factum ex quo ius oritur dicitur condemnare.
14 *Iudex declarans aliquem furem cenſetur condemnare ad reſtitutionem.*
15 *Sententia ſtricti iuris eſt.*
16 *Motiua dicuntur pars ſententiæ.*

ARGVMENTVM.

De ſententia quæ careat verbo condẽnatorio, & An & quando reſtitutio in integrum petita ſuſpendat executionem.

DECISIO CXXXVIII.

FVIT alias in cauſa vertente inter Ioan. Bap. de Antinoris ex vna, & D. Lucretiam de Medicis ex altera, per nos declaratum fideicommiſſum iniunctum in teſtamentis Antonij, & Raphaelis de Antinoris fuiſſe purificatum in perſonam d. Ioan. Bap. & dictum, petita per eum quo ad bona in calce ſuæ petitionis deſcripta, fieri debere, exceptis quibuſdam: & quantum attinet ad rem, excepta domo del ſerraglio, cuius poſſeſſionis confirmationem petitam nedum non conceſſimus, ſed tanquam de non bonis, & hæreditate fideicommittentis illam d. D. Lucretiæ vti hæredi teſtamentariæ Capitanei Frãciſci ſui viri ſpectare credidimus, & in motiuis noſtris eidem D. Lucretiæ dimittendam fore apertius enunciauimus.

Cuius ſententię nec non teſtamenti ſui viri vigore liquidatis liquidandis D. Lucretia pro cõſequenda d. domo implorauit brachium militare contra d. Ioan. Bap. qui duplici exceptione illud euitare nitebatur, videlicet.

1 Primo quod † in ſententia verbum nullum condemnatorium adeſſet de dimittendo, ergo executiue non erat agendum, Ruyn. conſi. 12. nu. 5. lib. 4.
2 ſunt † enim ſententię ſtrictæ iuris tantum inferentes, quantum illius verba ſonant. l. ſi quis a liberis,
3 ff. de lib. agno. † & regulantur ſecundum naturam contractuũ in quibus omiſſum iuxta cõmunes traditiones pro omiſſo habetur. l. quicquid aſtringẽdę, de verb. oblig. Bal. in l. 1. in prin. C. de ſenten. & not. in l. ſi librarius, vbi Guil. Mainer. de reg. iu. & concord. allegat. Octa. deciſ. Pedemon. 64. nume. 1.

Secundo quia idem Ioann. Bapt. intra x. dies, a die latæ ſententiæ principaliter per viam libelli petijt reſtitutionem in integrum aduerſus d. ſenten-
4 tiam, & † ſtat magis communis opinio doctorum quod reſtitutio in integrum ad inſtar appellationis impedit executionem ſententiæ, vt teſtatur Iaſ. in l. 4. §. condemnatum, num. 27. & ibi Ripa nu. 30. de re iudi. Ruyn. conſil. 34. num. 5. lib. 5. Couarru. pract. quæſt. ca. 25. nu. 7. & pro concord. Lancillot. de attenta. 2. par. cap. 18. de attẽta. de reſti. in integ.
5 penden. nume. 16. cum ſeq. maxime † ſi petatur (vt hic factum extitit) ante petitam executionem, vt poſt Bald. in l. fin. colum. 2. C. ſi ex falſ. inſtru. tradit Alexan. conſil. 62. quod eſt repetitum conſil. 225. lib 6. Rota Bonon. deciſ. 85. ſub num. 13. Rip. in d. §. condemnatum, nume. 30. Contard. in l. 1. in 8. limit. nume. 59. C. ſi de mo. poſſ. Lancillot. vbi ſupra, nume. 116. & his fortaſſe rationibus D. Iudex primus motus brachium militare petitum denegauit. Cuius ſententiam reformando D. Iudex
6 ad quem illud conceſſit, cum † temperamento tamen præſtandæ cautionis per facientem exequi de reſtituendo in caſu ſuccumbentiæ, iuxta cap. ſciſcitata. in fin extra de in integ. reſtitu.

Quam ſententiam, & nos ſecuti fuimus, non autem ex eo quod (vt ipſe exiſtimabat) reſtitutio petita requireret altiorem indaginem, & incontinenti læſio probari non valeret ſecundum diſtinctioné Bart. in d. §. condemnatum, ſub numero 3. & in l. ſi prætor. §. marcellus, num. 3. de Iudici, quia in hoc Bar. communiter reprobatur, vt teſtatur Rip. in d. § condemnatum, num. 30. Pariſ. conſil. 100. nume. 80. lib. 1. Benint. d. deciſ. 85. ſub nume. 16.

Sed quia nobis viſũ fuit in hac reſtitutione petita calumniã præſumptã nõ abeſſe, animumq; protrahendi litẽ in petente nõ deſiderari, quo caſu ſententia plenarie mandatur executioni non obſtante

Digitized by Google

7 reſtitutione petita, † cū téperamēto tñ prædicto de reſtituendo in caſu victoriæ, quæcunque medin tépore eſequens pereeperit, d. cap. ſciſcitata, vbi eom muniter no. Doct. & poſt Roma. & Bal. tradit Vital. in tractat. claoſul. Nil nouari appelat. pendeo. n. 4. & 6. Miſinghe. centu. 1. obſerua. 48. Bero. conſilin
8 85. nume. 11 lib. 3. † quod ſecus eſſet in calumnia manifeſta, nam tunc indiſtincte ſine cautione ſententia executioni mandaretur, vt poſt relatos tradit Lancell. d. cap. 18. num. 58. cum ſeq.

9 Præſumpta † autem calūnia hic deducitur, quia is, qui nunc petijt hanc reſtitu. in integrum venit contra plures ſenten tias, quæ in iudicatum tranſierunt, vt dicit Corn. conſi. 111. lit. K. lib. 1. quod procedit nedum ſi ſint tres ſententiæ, ſed duæ. Anto. de Canari. in tract. de execu. inſtro. q. 21. Benint. d. deciſ. 85. nome. 13. & maxime hic Florentiæ, vbi duæ conſormes faciunt rem iudicatam, & loco triū con
10 formium de iure communi ſuccedunt. Triom † tantem conformium executio fit ſine controuerſia nō obſtante reſtitutione petita, vt per Bal. in l. 1. C. ne lice ter. prouo. & de duabus. Couarru. d. cap. 25. nu. 7. Miſinghe. obſeroa. 84. centu. 1. Lancil. d. cap. 18. num. 81. & ſeq. meriro, &c.

Quod tanto magis dicendum erat in caſu noſtro, vbi vltra duas conſormes in negocio principali, reportauit etiam iſte primam ſententiam contra
11 in iudicio reſtitutionis moto, & quamuis † per appellationem ab eo interpoſitam dicatur ſuſpenſum ſeu extinctum pronunciatum, l. 1. in fi. ff. ad turpil. & propterea dici debeat illam iuſtitiæ præſumptionem ex ſententia reſultantem appellationis remedio ebiſam eſſe, vt placuit Abb. in ca. quoniam contra, approbatum communiter, quem ibi defendit a Decio. Bero. num. 132. Oſach. deciſ. Pede. 13. num. 3. late Lancill. de attenta. app. pend. 2. par. in præfa-
12 tio. nume. 114. & 115. tamen † non poteſt negari, quin remaneant quędam ſententię reliquiæ ſaltem in fieri, vt dicit Rebuff. de ſenten eſecnt. artic. 1. gl. 2. nu. 3. & dicit Couarru. in c. 6. nu. 6. ver. nihilominus pra. q. quod remanet quędam præſumptio iuſtitiæ per d. ſententia per appellationem ſuſpenſa.

Non obſtat, quod in ſententia noſtra non adſit verbum condemno, quia ex quo iuris quæſtio pen-
13 debat, an domus illa eſſet ſub fideicommiſſo, † ſatis fuit per nos declarari factum ex quo iuris poſtea oriretur diſpoſitio, vt egregie diſtinguendo tradit Butticel. in l. ſi quis cui, nu. 20. verſ. pro concordia. de verb. oblig. Vnde cum fuerit dictū bona ſeu domum non fuiſſe in bonis fideicommittentis, & in proſecutione cauſæ ſit oſtenſum remanſiſſe in bonis d. ſui veri teſtatoris, ſequebatur virtualiter dici debere pronunciatum confirmationem petitam non potuiſſe concedi, & actorem teneri ad illius dimiſſionem ad Cuma conſi. 75. num. 8. verſic. ad ſecundum, vbi ſi pronuncietur quem eſſe debitorem, cenſetur condemnatus ad ſoluendum, idem tradit
14 Aymo. conſi. 79. nume. 4. † Vbi etiam ponit aliud exemplum de aliquo per ſententiam declarato in foreminam & cenſetur condemnatus ad pęnam, & quod facta declaratione bonorum eſſe hypotheca-ta infertur ad relaxationis condemnationem, vt ibi
15 per eum; ſententiæ † enim & ſi ſtricti iuris ſint, extenduntur tamen & trahontur ad ea, quæ per modum neceſſarij antecedentis, vel ſubſequentis veniunt, Bal. in l. 3. de euta. furio Caſtren. conſ. 232. colum. 1. lib. 1. Imol. & Aret. in l. is cui bonis de verb. oblig. & Octa. in præcitato deciſ. Pedem. 64. nu. 3.

Præterquam, quod ſi id fuit in ſententia omiſſum, in motiuis per nos extitit latius declaratum, & ſuppletum teneri ad dimittendum.

16 Motiua † enim maxime ſi reddatur in eis ratio dictorum ſunt pars ſententię Boeri. deciſ. 172. nome. 25. & præſertim in locis, vbi ex forma ſtatuti, vt hic, iudices tenentur dare motiua. Soz. iun. conſ. 181. num. 89. lib. 2.

Fuit igitur concluſum brachium militare petitum fore concedendum cum temperamento fideiuſſionis prædictæ, & hoc tam vigore ſententiæ quam inſtrumenti teſtamenti vtroque iure, & communi municipali exequibilis. Rip. in l. 4. §. ſi ex conuentione, num. 4. de re iudi. Pariſi. conſil. 33. nu. 70. libro 1. Ant. de Cana. de executio. inſtru. queſtio. 4.
17 † vbi dicit ſententiam, iuramentum, & confeſſionem habere executionem paratam.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio, vbi non reperitur expreſſe facta, non intelligitur facta.*
2 *Subſtitutiones non ſunt per ſubintelligentias multiplicandę.*
3 *Subſtituto pręmoriente ante hęredem inſtitutum, deficit, & caducatur vtraque ſubſtitutio.*
4 *Vna ſubſtitutione caducata, an ſequentes quoque caducentur.*
5 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio inducta videtur per mentionem mortis.*
Mortis mentio in ſubſtitutionis materia fideicommiſſariam inducit.
6 *Vulgaris ſubſtitutio aditione hæreditatis expirat.*
Aditio hęreditatis facit ceſſare ſubſti. vulgarem.
7 *Subſtitutione prima caducata ſi ſit ſubſtitutus nominatim grauatus, caducatur, & alia ſequens.*
8 *Subſtitutus ſub conditione deficiente non facit locum ſequentibus ſubſtitutis.*
9 *Mortis verbum ſimpliciter prolatum compræhēdit omnia mortis tempora, ac ſi dictum ſit quandocunque moriatur.*
10 *Fideicommiſſaria ſubſtitutio aditionem hęreditatis requirit.*
11 *Vnum verbum reſpiciens plura determinabilia in materia ſubſtitutionum difformiter quandoque determinat.*
12 *Voluntas teſtatoris in teſtamentis dominatur.*
Teſtator quos dilexit in inſtitutione pręſumitur dilexiſſe in ſubſtitutione.
13 *Pręſumitur teſtator, quos dilexit in inſtitutione, eoſdē prędilexiſſe in ſubſtitutione.*
14 *Subſtitutio extenditur de caſu ad caſum conſtito de voluntate diſponentis, licet difficilius de perſona ad perſonam.*

15 *Argumentum ab authoritate maiorum probabile, non autem neceſſarium.*

16 *Ordine ſucceſſiuo ſuccedi, quomodo dicitur ex perſona propria, vel alterius.*

17 *Coniunctiua in diſiunctiuam reſoluitur ſi ponatur inter duos, qui ſucceſſiuo ordine ſuccedere debent.*

ARGVMENTVM.

De ſubſtitutionibus per ſubintelligentias non multiplicandis, & an, & quando ex caducitate vnius ſubſtitutionis inferatur ad aliam.

DECISIO CXXXIIII.

DOMINA Ghilla de Soderinis condito eum quo deceſſit teſtamento, inſtituit ſibi hæredes filios ex Laurentio eius ex fratre nepotes in duabus quintis partibus ſuæ hæreditatis, eoſdem inuicem ſubſtituendo vulga. pup. & per fideicommiſſum. In alijs vero tribus quintis, inſtituit filios natos, & naſcituros Nicolai alterius eiuſdem teſtatricis ex eodem fratre nepotis quos inuicem, vt ſupra ſubſtituit.

Et deficientibus filijs dicti Laurentij ſine filijs, & deficiente linea maſculina dd. filiorum Laurentij, tunc vltimo decedenti ſubſtituit dd. filios Nicolai, & deficiente linea maſculina Nicolai, vltimo eorum decedenti ſubſtituit d. Nicolaum ſi ſuperuixerit, & mortuo d. Nicolao ſubſtituit dd. filios, & deſcendentes Laurentij.

Et dd. lineis omnibus deficientibus, tunc, & eo caſu voluit d. hæreditatem deuenire ad filias fœminas d. Laurentij, & d. Nicolai, & ad deſcendentes præmortuarum in ſtirpes, & non in capita, &c.

Quo ſic ſtāte teſtamento, Raynerius, & Io. Bap. nepotes ex filio Laurentij tanquam vocati ad d. fideicommiſſum iudicialiter egerunt ad recuperationem trium capitum bonorum tanquam fideicommiſſo ſubiectorum citatis bonorū occupatoribus. Et narratis morte, ſuperexiſtentia, deſcendentia, lineæ defectu d. Nicolai, & idemptitate bonorum de quibus non dubitabatur præterquam de bonis in primo capite bonorum deſcriptis in quibus actores defecerūt in ſalutari probationis idemptitatis, petierunt declarari eueniſſe caſum fideicommiſſi, & in eorum perſonis purificatum, & dominos dictorum bonorum occupatores condemnari ad eadimittēdū, & relaxandū vnà cum fructibus, &c.

In quo iudicio poſt varias DD. Iudicum ſententias ſola difficultas conſiſtebat, an eueniſſet caſus fideicommiſſi.

Dubium enim faciebat, quod ſecundum ſeriem teſtamenti conſtat vltimo ex deſcendentibus ex Nicolao non fore ſubſtituram alteram lineam Laurētij, ſed Nicolaū ipſi ſi ſuperuixerit, & eo mortuo teſtator ſubſtituit deſcēdentes ex Laurentio, ita, vt pateat euidenter filios Laurentij, & deſcendentes fuiſſe vocatos, & ſubſtitutos ipſi Nicolao, non autē eius deſcendentibus. Verba teſtamenti ſunt clara, & ideo obſtabat actoribus in deſectum lineæ Nicolai ſuccedere volentibus, quod ſubſtitutio in tali caſu de eis non loquitur, & hoc videbatur ſufficere ad
1 excluſionem illorum, quia † vbi ſubſtitutio expreſſe
non loquitur, ibi non intelligitur. Pariſi. vbi allegat
concord. in conſil. 86 nom. 11. lib. 2. Nec enim per
2 ſubintelligentias ſubſtitutiones multiplicātur. Aymo. conſil. 161. num. 6. & dixi in deciſ. Lucenſi. 82. num. 11. & ſeq.

Per mortem igitur Nicolai ante eius lineam fini
3 tam præmortui, † vtraque ſubſtitutio videtur caducata, videlicet tam ſubſtitutio de ipſo facta ſuis deſcendentibus ſeu eorum vltimo decedenti. l. 1. §. ſin autem aliquid. C. de cadu. tollen. quam quæ de ipſis deſcendentibus ex Laurentio ipſi Nicolao eo mortuo per modum maxime copulatiuum, non autē diſiunctiue facta ſit, quo caſu cū d. ſubſtitutio ſit de deſcendentibus ex Laurentio, non ex eorū perſona propria, ſed ex perſona Nicolai, in quo videtur teſtatrix voluiſſe fundare fideicōmiſſum, ſequitur omnino dicendum dictam dictorum Laurentij deſcendentium ſubſtitutionem Nicolao fore factam, non autem eius deſcendentibus, & in pūcto pro deciſione allegabatur Fulgo. conſi. 17. col. pen. verſic. Nam ſi non capite, &c.

Neque in hoc caſu ſubintrare poſſe videtur illa theorica Bar. in l. quamdiu. in fi. la 3. ff. d. acq. hære-
4 di. videlicet, † quod vna ſubſtitutione caducata fiat locus ſequenti ſubſtitutioni, cum pœnes primū grauatum remaneāt bona cum onere ſuo, & ſic debeatur fideicommiſſum alijs ſecundo loco ſubſtitutis, & relictum ab vltimo debeatur etiā a primo. Aret. conſi. 156. col. 4. verſi. non obſtat.

Quia cum deſcendentes Laurentij ſint ſubſtitu-
5 ti Nicolao per fideicōmiſſariam, vt denotat † mortis mentio, gl. & Doct. in l. in teſtamento. C. de teſt. mili. iſque Nicolaus hęres nō fuerit, quia adire morte præuentus nō potuit, non habet locum ſupra dicta doctrina Bar. quæ nec in tacita vulgari in fideicommiſſaria contenta verificari poteſt, quia hęredi
6 tas adita fuit per deſcendentes Nicolai, † & per aditionem hæreditatis vulgaris directa expirat. l. poſt aditam. C. de imp. & alijs ſubſtitu. & ita declarant Bar. in d. l. quamdiu. Alex. conſi. 1. nu. 11. lib. 1. Rui. conſi. 96. nume. 10. lib. 2. Corne. conſi. 199. in litera F. lib. 2. Alcia. conſi. 492. nu. 30.

Vltra, quod dici etiam poteſt doctrinam Bartoli de vna ſubſtitutione caducata, quod non ceſſet altera, quia bona remanent pœnes primum grauatum
7 cum ſuo onere, perdere officium ſuum, † ſi ſubſtitutos nominatim grauetur, vt hic. Nam tunc bona non remanēt pœnes primum cum onere, quia tali caſu dicitur perſona grauata. ita Rui. in conſil. 99. num. 15. & ſeq. lib. 2. Zanchi. in l. hæredes mei. §. cū ita, num. 46. ad Trebellia.

Rurſus, & tertio loco validius replicabatur ad dictā doctrinā Bartoli, quod caducitas vnius ſub-

ſtitutionis

ſtitutionis non inferat ad aliam non habere locum quando ſubſtitutio ſit facta ſub conditione, & deficiat non ſolum ſubſtitutio, ſed etiam conditio,
8 † tunc enim ex caducitate vnius infertur ad aliam, vt hic. Vbi non ſolum deficit ſubſtitutio per prædecedentiam Nicolai, ſed etiam ex defectu conditionis ſub qua fuit ſubſtitutus, videlicet, ſi ſuperuixerit, quo caſu ſi ſuperuixiſſet tanquam conditione purificata, altera ſubſtitutio ſubintraret etiã ſi ſuperuiuens excluſus eſſet: ſecus vero ſi non ſuperuiuat, quia tunc deficiente medio, videlicet, ſuperuiuentia, per quod deueniebatur ad extremum, ideſt, ad ſecundam ſubſtitutionem, deficit etiam extremum; ita declarant notata in d. l. quamdiu, poſt Alexand. d. conſi. j. lib. 1. Cot. d. conſi. 199. Oldrad. conſi. 117. Caſtrenſ. conſ. 158. lib. 1. declarant inquam Ruyn. conſi. 175. nume. 4. lib. 2. Alc. conſi. 498 & egregię Rolan. conſi. 58. nume. 56. & ſequen. & conſi. 59. num. 3. lib. 3. & Natta in conſi. 678. nume. 18. & 20. qui conſuluit in eodem caſu cum Rolando.

Quibus non obſtantibus, fuit votatum fideicommiſſi caſum eueniſſe in perſonam deſcendentium Laurentij, & bona petita dimittenda præterquam deſcripta, & deſignata in primo capite.

Moti, quia ex themate propoſito non tantum abeſt q̃ cõditio dicatur defecta; ſed magis purificata appareat; verba enim illa, & mortuo Nicolao, immediate ſequentia verbis illis conditionalibus, ſi ſuperuixerit, ſunt ablatiua abſoluta, conditionem importantia, & in contrariam conditionem reſoluenda; perinde, ac ſi dictũ eſſet ſumendo argumentum contrariæ conditionis ad limites verborum, Si non ſuperuixerit, vel ſi cum mortuus fuerit d. Nicolaus, ſubſtituit deſcendentes Laurentij vlti. decedenti ex deſcendentibus d. Nicolai, & iſte eſt verus ſenſus, & genuinus intellectus dictorum verborum; & fallatia argumenti ſtat in hoc, quod exiſtiment rei conuenti ſubſtitutionem hanc eſſe factam Nicolao, & re vera eſt facta vltimo decedenti ex deſcendentibus d. Nicolai, vnde cum euenerit caſus mortis vltimi ex deſcendentibus Nicolai, & antea eum mortis caſus Nicolai, ſequitur quod conditio ſub qua fuit concepta ſubſtitutio, ſit purificata, q̃d tam ex verbis, quàm ex mente teſtatricis manifeſtiſſime colligitur ibi, & eo mortuo.
9 † Verbũ enim mortis ſic generaliter explicatum omnia mortis tẽpora comprçhendit, ac ſi dictum foret quandocunque deceſſerit Nicolaus ſecundum doctrinam Bar. in l. centurio, num. 9. ff. de vulg. & pup. Rolan. conſ. 25. nume. 13. lib. 1. Pariſi. conſi. 41. nume. 32. lib. 2. Couarru. de teſt. in c. Raynutius. §. 9. nume. 3.

Et ſic verbum illud, eo mortuo, de ſui natura, & proprietate vtrumque mortis Nicolai tempus concinebit ſiue mortuus ſit ante eius deſcendentes ſiue poſt, merito ex vi verborũ ſubſtitutionẽ hanc vltimo decedenti factam dicemus. Nam Nicolao ante ſuos deſcendentes morienti non poteſt dici facta
10 hæc fideicommiſſaria ſubſtitutio, † quia aditionem hæreditatis requirit. §. in primis §. reſtituta. inſtitut. de fideicommiſſ. hæredita. & nihilominus ex proprietate verborum iſte caſus mortis in hac ſubſtitutione compræhenditur, ne igitur ſubſtitutioni deſit perſona cui facta ſit (is enim eſt terminus neceſſarius teſte Bar. in l. 1. nu. 17. de vul. & pupil.) neceſſario dicendum erat in caſu huius prædecedentiæ Nicolai, ſubſtitutionem hanc factã fuiſſe de deſcendentibus Laurentij vltimo decedenti ex deſcendentibus Nicolai, qui caſus cum euenerit, cõditionis purificationem ſecum attulit. Neque nos mouit quod hoc verbum mortis ſic generaliter acceptum in hoc caſu plurium ſubſtitutionũ in vna eademque oratione compræhenſarum difformem determinationem pariat, videlicet in caſu prçcedentiæ Nicolai dicatur ſubſtitutio facta deſcendentibus; in caſu vero contrario ipſi Nicolao qui ſuperuixit, contra l. iam hoc iure ff de vulg. & pup. Quia
11 non eſt † nouum in materia ſubſtitutionum quod ex varietate caſuum, variæ fiant determinationes, & quemadmodum in ſubſtitutione compendioſa commonibus verbis facta, etiam ſine diſtinctione temporis, tẽpore pupillaris ætatis, erit pupillaris, poſtea vero fideicommiſſaria, ſecundum Doc. communiter in l. centurio. de vulg. & pupill. vbi Ripa numero 114. oſtendit regulam l. iam hoc iure non habere locum in materia compendioſę ſubſtitutionis: ita dicendum ſit in hac ſubſtitutionis ſpecie, vt in caſu prædecedentiæ Nicolai dicatur facta ſubſtitutio: vltimo ex eius deſcendentibus morienti in caſu vero eius ſuperuiuentiæ dicatur facta d. Nicolao.

In quã ſententiam eo libentius deuenimus, quia id quoque præſeferebat coniecturata mens teſtatri-
12 cis, & † voluntas quæ in teſtamentis dominatur. l. in conditionibus, cum vulgatibus. ff. de cond. & demonſtra.

Conſtat enim enixam intentionem diſponentis fuiſſe lineas ipſas eius fratrum inuicẽ ſubſtituere, & in defectum alterius alteram vocare, vt patet ex illis verbis, & dictis lineis omnibus deficientibus vocauit filias fęminas fratrũ, & filiarũ prçmortuarum filias; ex quo clare deprçhenditur quod quando de Nicolao in ſubſtitutione mentionem fecit, eum non conſiderauit niſi in ſtatu ſuę lineę fiorę, & in ipſummet Nicolaum deficientis, & nõ aliter, & quando ipſe propriæ deſcendentiæ finis eſſet. Lineas igitur prædictas credidimus inuicem ſubſtitutas. Alias contra mentem, & verba teſtatricis dici oportet in defectum lineæ Nicolai vocatas fœminas, excluſa linea Laurentij, in quem caſum nec iu-
13 ris præſumptio concurrit, † vt quos teſtatrix prædilexit in inſtitutione, eoſdem in ſubſtitutione minus diligat, ad Bat. in l. lucius, num. 18. ff. de vulg. & pup. Old. conſil. 107. & ex communi opin. Curt. Iuni. conſil. 91. nume. 8. Cephal. conſil. 29. num. 47. lib. 2. Nec verba aptantur, cum antequam fęminæ admittantur, requiratur concurſus defectus vtriuſque lineæ.

Et ex his ceſſant contraria quod ſubſtitutio in hoc caſu non cantet, & de ſubſtitutionibus non multiplicandis, quia, & in hoc caſu ſubſtitutio de deſcendentibus Laurentij loquitur, vt ſupra inductum

14 ctum eſt, & † ſtante concurſu mentis teſtatricis ex-
tenſio, & multiplicatio ſubſtitutionum non dene-
gatur in iure, maxime ſi fiat extenſio de caſu ad ca-
ſum licet difficilius de perſona ad perſonam Parif.
conſi. 20. nu. 18. & nu. 38. & ſeq. lib. lib. 3. Sozi. iuni.
conſi. 94. nu. 44. lib. j. & 181. nu. 51. lib. 2. Thob. No
ni. conſi. 25. nu. 19.

Nec obſtat deciſio Fulgo. in dicto conſi. 17. Quia
Fulgoſius ibi dum vtitur illo argumento non lo-
quitur reſolutè, nec in eo figit pedes, ſed tamquam
non tutum fore proſpiciens ſub dubio attentatiue
illud adducit in medium, inquiens rurſum forſitã
15 attentari poſſet, &c. & licet exemplis, & † auctori-
tate maiorum, & famoſi Doctoris probabilitet nõ
autem neceſſario in deciſionibus cauſarum quan-
doque vtamur. l. antiqui, & ibi Odoſ. & Docto. ff.
ſi pars hęred. peta. gloſſ. & Abb. in cap. j. de poſtul.
prælato. Docto. in l. j. C. de legibus. Id tamen fieri ſo-
let in quantum maiorum auctoritas, & exemplum
ratione nitatur: ſed vti Fulgoſius eas quas ibi attu-
lit rationes pro ſolidis firmare non auſit, ita & nos
eiuſdem titubantis authoritatem non attendendam
duximus, &c. præterquam quod deciſio Fulgo. non
eſt vera, dum dicit ibi vocatos poſt Vgulinum ſuc-
ceſſiue, intelligi de vere vocatos ex perſona Vguli-
ni tantum, quia illi tam ex propria quam ex Vguli-
ni perſona dicuntur vocati prout caſus euenerit,
16 cum ordine † ſucceſſiuo ſuccedi dicatur tam primo
non admiſſo, & ſi ex perſona propria, quam eo ad-
miſſo, & ſic ex perſona prioris. Caſtren. in l. Gallus,
§. quidam recte, numero 9. & ibi Sozi. numero 6. ff.
de lib. & poſth. Decius, conſilio 252. in princ. quic-
quid Fulgoſ. ibidem ſenſerit de copula, & quaſi ex
perſona alterius ſignificet ſucceſſiuum ordinem.
17 Quia, † vbi duo coniunguntur ſimul per copulam,
& veniant per ordinem ſucceſſiuum, tunc copula
perdit officium ſuum, & in diſiunctiuę naturam re-
ſoluitur, vt tradit Barto. Caſtrenſ. & alij in dicto §.
quidam recte, Deci. conſilio 236. num. j. & eſt com-
munis opinio, vt in puncto refert Phanucius de in-
uentario, part 6. num. 105. vbi alios allegat, qui te-
neat de nouo in perſona hæredum videri inductum
fideicommiſſum.

S V M M A R I V M.

1 *Caſus legis reddit inanem omnem aliam diſputationem.*
2 *Venditio, & emptio per teſtes probabilis eſt.*
3 *Teſtes, & inſtrumenta quando venditionem probent, e-
tiam ſi nihil de precio dicant.*
4 *Colonus an & quando ſit idoneus teſtis in cauſa domini,
num. 6. 7. 8. 9.*
5 *Venditor an ſit idoneus teſtis pro emptore, & nu 9.*
6 *Colonus eſt teſtis pro Domino ſi tractetur de fructibus,
ſecus forte de dominio.*
7 *Item ſi concurrat cum alio teſte non colono.*
8 *Colonus partiarius an ſit idoneus teſtis.*
9 *Venditor pro emptore quando ſit idoneus teſtis.*
10 *Venditoris confeſſio extraiudicialis tendens ad decla-
rationem actus a ſe geſti probat.*
*Confeſſio venditoris declaratoria actus a ſe geſti, plene
probat.*
11 *Confeſſio extraiudicialis ſemiplene probat.*
12 *Confeſſio de actu geſto de præterito non probat, vt ex
retro in præiudicium eorum qui ante hanc confeſſio-
nem acquiſierint.*
13 *Confeſſio liberatoria abſente parte probat.*
14 *Contractus an & quando requirat ſcripturam ad ſui
perfectionem.*

A R G V M E N T V M.

Ex duobus eiuſdẽ rei emptoribus quis præferendus.

Venditio per teſtes quoque probabiles eſt, & an quando colonus, & venditor poſſint eſſe teſtes in cauſa domini, emptoris.

D E C I S I O C X X X V.

CONTENDEBANT Horatius de Neris, & Ioã. An. de Thurrinis ab eodem venditore cauſam emptionis cuiuſdam vineæ habentes quis eorum in dominio præferri deberet. Vendiderat enim Iulianus Horatio recepta parte precij non confecto adhuc inſtrumento emptionario, & data li centia capiendi poſſeſſionẽ, vt accepta fuit quemadmodum de re ſic geſta affirmabat Horatius.

Eandemque poſtea vineam idem Iulianus vendidit Ioan. Anton. recepto precio, & tradita actuali poſſeſſione, & celebrato inſtrumento.

Et iudicialiter interpellato Iuliano pro parte Horatij ad ſibi faciendum inſtrumentum venditionis pręuio depoſito reſidui precij facto, citatoque in eodem iudicio Ioan. Ant. ſecundo emptore, fuit etiã petitum ſecundam venditionem declarari nullam. Qui quidem Ioan. Antonius ſeſe defendendo, & contradicendo requiſiuit eum proteſtatione in forma dictum Horatium ad dimittendum poſſeſſionem dictę vineæ. A qua proteſtatione ſe releuare ſatagens Horatius inſtetit pronunciari non afficere. Tandem D. Iudex declarauit proteſtationem afficere, & in negocio principali Iulianum, & Ioan. Antonium abſoluit, quæ ſentẽtia fuit per D. Iudicem primarum appellationum reuocata, & iuxta votum actoris pronunciatum proteſtationem nõ afficere, & primam venditionem cum inde ſecutis, vt ſupra narratis fuiſſe veram, & ſecundæ præferendam, condemnando Iulianum ad ſibi faciendum inſtrumentum in forma.

Cumque ad nos pro parte Iuliani, & Ioan. Antonij reclamatum eſſet, diximus bene iudicatum per D. Iudicem a quo, & male appellatum.

Verſabatur enim huius rei deciſio in caſu legis.
1 Quotiens. C. de rei vendica. † qui reddit inanem
omnem aliam diſputationem, vt dicebat Cephal. in

conſi.

conſ. 138. num. 10. poſt Deci. conſi. 484. in princip.
Textus enim dictæ legis ad literam decidit caſum
hunc. Vbi antecedente emptione, precij ſolutione,
& poſſeſſionis traditione, cum potiorem in domi-
nio, & cæteris præferendum, nec prætextu non ob-
tenti inſtrumenti ſua poſſeſſione remouendum ſan
citur.

Tota difficultas igitur præſentia cauſæ ad id re-
digebatur, an Horatius qui per teſtes de iure ſuo
docere conabatur probaſſet incumbentia aduerſus
reos conuentos inſtrumentis, & ſic probatione pro
bata munitos.

Et quantum ad ipſam venditionem an eſſet pro-
2 babilia per teſtes, † res videbatur expedita, cum
emptio & venditio ſit contractus eius generis qui
conſenſu fiunt, & ſcripturam non requirunt. inſtit.
de ob. quæ ex conſenſu. verſic. ideo autem. Neque
de hoc eſt dubitandum, maxime quando teſtes de
venditione deponentes de precio quoque teſtifi-
centur ſecundum Iaco. de Arena, & Rayn. in l. 1. C.
de cont. & comm. ſtip. cum multis ſimil. per Hipp.
ſing. 38. & latius per Tiraquel. de ret. conſangui. in
3 fi. num. 86. & ſeq. † vbi etiam magiſtraliter tradit
quando teſtes ſeu inſtrumentum probet venditio-
nem factam ſi de precio nihil dicant, & per Roma.
& ibi addentes conſ. 91.

Sed negocium faciebat, an eſſet probata vendi-
tio per eos teſtes quibus in cauſa vtebatur d. Hora-
tius, videlicet teſtimonio Pieri ſui coloni de verita-
te venditionis precij & licentia appræhendendi poſ-
ſeſſionem. Et ex confeſſionibus tam præſente par-
te, & parte interrogante, quam abſente parte gemi
natis per conteſtes probatis.

Et quo ad primum nō videbatur attendendum,
4 quia † colonus tempore depoſitionis, & ſic pro-
pter domeſticitatem nō fuit idoneus teſtis. gl. in §.
pater, inſti. de teſta. Alberi. in l. etiam. C. de teſtib.
Sozi. Iunior. conſi. 146. num. 10. & ſeq. lib. 1.

Similiter reijcienda videbatur atteſtatio Iuliani
per tot confeſſiones non ſemel abſente, & præſente
5 parte emanatas, † cum venditor in cauſa emptoris
nō ſit idoneus teſtis ratione affectionis ad cauſam,
etiam ſi de nullo eius intereſſe quoquomodo tra-
ctari poſſet. Rom. conſ. 382. nume. primo, & ſeq. &
tradit Grammat. deciſ. 77. nume 6. Alb. de Roſ. in
tra. de teſtib. §. expedita. nu. 17. Bagaro. de reprob.
teſti. num. 34.

Quibus non obſtantibus amplectentes ambas,
& proteſtationis, & principalis negocij cauſas, cen-
ſuimus vtrunque admittendum ad plenam proba-
tionem venditionis primo loco factæ d. Horatio, &
ſic bene iudicatum per D. Iudicem a quo. Nam
6 † quod dicitur de colono non admittendo in cauſa
ſui domini, id quidem pluribus modis limitatur, vi-
delicet, ſi tractetur de fructibus, ſecus ſi de domi-
nio rei, cum tunc idoneus reputetur, ita declarat
Anto. Gabr. de teſtibus concluſ. 10. num. 57. in 12.
limit. vbi allegat Bal. Saly. Curt. Iun. Sozi. & Aret.
7 in locis relatis per eū, qui † etiam ad rem noſtram
ſub num. 62. dicit coloni dictum recipi ſi cōcurrat
cum teſte non colono omni exceptione maiori, &
8 † in colono partiario admittendo in teſtem iudici
arbitrio relinqui, tradit Sozin. Seni. conſ. 135. nu.
7. lib. 1. & quod ſit idoneus teſtis pro dominō com-
munem & veriorem opinio teſtatur Vant ad com-
munes opin. in verbo teſtificari, & allegata contr
9 † venditorem repellendum in teſtem in cauſa em-
ptoris procederent vbi de aliquo eius cōmodo tra-
ctaretur, veluti ſi eius depoſitio tenderet ad euitan-
dam euictionem, vel alia affectio in eo foret conſi-
derabilis, vt Alber. Bagaro. Rom. & Gramma. in
præcitatis locis animaduertunt. Barto. in l. ex qua-
cunque. col. 2. verſic. nam vides. ff. ſi quis in ius vo-
ca. & tradit Alex. in conſi. 197. num. 3. lib. 7. vbi fir
mat illum eſſe idoneum, nec ideo repellendum, qđ
ſit vnus ex contrahentibus, & quod videatur ſuam
turpitudinem allegare, quia nullum inde commo-
dum ſentit, & deponit de facto proprio. Immo hic
incurrit incommodum, quia tenebitur ſecundo
emptori de euictione, & incidit forte in pœnam ven
dentis rem duobus. ſequitur alios cumulando Tira
quel. in loco proxime citando.

10 Et in puncto, † quod talis confeſſio venditoris
extraiudicialis omnino probet, quādo agitur de de
claratione actus ab eo, qui teſtificatur geſti, firmat
plures allegando Tiraquel. de ret. conſang. §. 1. gloſ.
14. num. 55.

Faciebat etiam pro actore, quod cum Ioan. Ant.
coram D. Pretore accuſaſſet Horatium de turbata
poſſeſſione d. vineæ ſuccubuit in ſua quærela, &
fuit condemnatus in expenſis.

Et ex his diximus bene iudicatum per D. Iudi-
cem a quo, & male appellatum. Nam coniungen-
do confeſſionem Iuliani ante emanatam ſecundam
venditionem extraiudicialiter factam, & probatam
11 per teſtes conteſtes, † quæ ſemiplene probat ſecun
dum commun. opin. de qua teſtatur Aymo. de anti-
qui. temp. 2. par. verſi. propoſitum noſtrum, nume.
30. Villalob. in ſuis commun. opin. in litera C. nu.
139. Affli. deciſ. 375. num. 3. cum dicto vnius teſtis
de veritate ſimiliter ſemiplene probantis, iuncta
etiam alia confeſſione præſente parte emanata per
vnum tamen teſtem probata, & iunctis alijs admi-
niculis ex proceſſu reſultantibus coadiuuantibus
ad reintegrandam perſonam d. teſtis, ſi forte cum
ſit colonus inducentis, non eſſet omni exceptione
major, exiſtimauimus priorem vēditionem, & poſ
ſeſſionē anteriorem captam fore probatam, & pre-
ferendam ſecundo emptori, iuxta d. l. quoties. C. de
rei vend. & ſucceſſiue proteſtationem non affeciſ-
ſe, neque afficere, ſed reducendam fuiſſe prout re-
ducta fuit ad ſimplicem citationem iuxta not. per
Contard. in l. diffamari, in amplia. nume. 3. C. de in-
ge. & manu.

Nec obſt. deciſio Caſtrenſ. in conſ. 134. li. 1. quā
12 ſequitur Ruy. in conſi. 83. colum. fin. lib. 4. † vbi cō
feſſio dicentis iam eſt annus ſe recepiſſe pecuniam
ab aliquo ſub obligatione omnium bonorum, vel
confeſſio dicentis ſe ceſſiſſe iura ſua alteri, vel alte-
ri vendidiſſe, poſtquam alij hypothecauit, ceſſit, vel
vendidit, non probat, vt ex retro in præiudicium
eorum, qui ante hanc emanatam confeſſionem ab

eo

Digitized by Google

co acquiſiuerunt,& not.Barto. in l.repetita,ff.de fi. inſtrum.

Quia iſta confeſſio venditoris non conſideratur in caſu iſto, vt emanata poſt venditionem Ioan. Anton. factam, ſed vt ante emiſſam, & hodie probatã,
13 & ſic in caſu diuerſo; † vltra, quod cum d.confeſſio tenderet ad liberandum poſſeſſorem, valet etiam in partis abſentiam. Vital.de clauſu.verſicu.reſtat.car. 391.num 8.

Nec etiam obſtare viſum fuit, quod partes fecerunt mentionem de conficiendo inſtrumentũ, quaſi
14 ſic videantur voluiſſe contrahere in ſcriptis, † adeo quod ante ſubſecutam ſcripturam, vnicuique contrahentium pœnitere licuerit, & alteri vẽdere, cum hucuſque ſubſtantia contractus ſteterit in ſuſpenſo vſque ad confectionem ſcripturæ.gl.in prin.Inſt. de emptio. & vendi.& ibi Aret.in 4.not.& in termi nis Caſtrenſ.in l.cum res.C.de probatio. Dec.conſ. 11.Soz.conſil.120.num.17.lib.4 Cephal.conſi.66. nu.18.Celſ.Vgo.conſi 67.num.15.

Quia doctri. Caſtrenſis, & ſequacium procedit, vbi id actum eſſet inter partes, videlicet, quod contractus in ſcriptis celebretur, & quod interim ante quam celebretur, nihil valeat conuentio, alias ſi ſimpliciter ſit facta mentio de ſcriptura, nunc præſumitur de ſcriptura cogitatum ad faciliorem probationem actus, non autem pro forma, vt hic vbi ad beneplacitum emptoris fuit promiſſum inſtrumẽtũ. Ita conciliat hunc controuerſum articulum Salyc. in auct.ſed nouo,num.8. col.3. C.ſi cert.peta.& alij communiter in l.contractus,C.de fi.inſtr.de quo latiùs diai in deciſione Lucen.95.per totam.

SVMMARIVM.

1 *Domus habens plura ſolaria, & a diuerſis habitetur ſi reſici debent ſolaria, a domino ſuperioris ſolarij reſici debent.*

2 *Vicinus reficiens parietem a ſuo latere non repetit partem expenſarum a vicino.*

3 *Appellans pro alio poſt decem dies nil agit.*

4 *Domus vnius domini ſubſtinens in parte onus alterius partis, ſi vendatur, actus ille oneris ferendi tranſit in ſeruitutem.*

5 *Domo, vel eius parte vendita, an cenſeantur venditę quoque ſeruitutes.*

6 *Seruitutes tigni immittendi, & oneris ferendi in dubio cenſentur venditæ, & conſtitutæ.*

ARGVMENTVM.

Quod vendita domo ſeruitutes quoque oneris ferendi, & tigni immittendi vendita, & conſtituta cenſeantur.

DECISIO CXXXVI.

In cauſa vertente inter Ioan. Petrum de Maganinis ex vna, & Nicolaum de Fabruccis ea altera de Fiuizano emptores diuerſo tamen tempore, & quilibet de per ſe domus, de cuius ſeruitute, & cauſa nunc agitur.

Præſupponendo vnum, & eundem dominũ fuiſſe d.domus, quæ poſtea non ſimul, & ſemel in totũ vendita fuit, ſed diuerſis temporibus diuerſis perſonis, & in plures partes.

Et orta controuerſia inter modernos poſſeſſores, quorum alter, videlicet, Ioan. Ant. poſſidet partem poſteriorem, & Nicolaus anteriorem, de, & ſuper ſeruitute luminum, rebuſque alijs, fuit tandem inter eos arbitrali ſentẽtia res tranſacta, in qua extitit condemnatus Nicolaus ad ſoluendum d. Ioan. Petro ſcut.8.cum dimidio occaſione, & pro rata expenſarum per eum factarum in conſtructione cuiuſdam parietis communis. Et ad ſoluendum ſcut. 4. pro acconcimine tecti. Necnon ad remouendum quoddam magazzenum prope murum d.Ioan. Petri conſtructum, & omne aliud impedimentum, per quod lumen terreſtris domus d. Ioannis Petri impeditur.

Cuius quidem laudi cum peteretur executio pro parte d.Ioannis Petri, ex aduerſo per d. Nicolaum fuit dictum de nullitate, & iniquitate, & per D.Poteſtatem d. loci pronunciatum nullum, & non exequibile.

Appellauit Ioann. Petrus ad dd. priores dd. loci. Qui ex conſilio Sapientis ſententiam primi iudicis reformantes dixerunt quo ad ſcut. 8. cum dimidio, & ſcut. 4. laudum fuiſſe iniuſtum, & in hac parte bene appellatum a ſententia Domini primi Iudicis; quo ad vero magazzenum luminis impeditiuum tollendum bene iudicatum, & male appellatum.

Cui quidem ſententiæ in parte, & partibus Nicolaus adhuc non acquieſcens, iterum ad nos reclamauit, petendo in totum ſententiam prędictam reformari ad ſui fauorem.

Et ſtante conformitate ſententiarum reſpectu ſcut.8.cum dimidio, & ſcuto.4.expenſarum ex cauſis de quibus in themate; cum ſuper vtroque capite fuerit declaratum laudum iniquum, quia expen-
1 ſę † factæ in refectione tecti domus habentis plura ſolaria ſpectarunt ad d.Ioan. Petrum vti dominum partis ſuperioris, non autem ad inferiores dominos licet ex tecto fracto aqua ad ipſos quoque deſcenderet.l.eum qui columnã, ff.de ſeruitu.verba. prędio.Cępoll.de ſeruitu.vrb.prędio.capitulo 29 & de ſeruitu. ſtilli. non auerten.& in capitu. de ſerui. one fere.

Prout etiam ad eundem pertinebãt de iure allæ expenſæ factę in pariete diuiſorio, quod erat tabulis fabricatum prout adhuc remanet ligneum ex la-
2 tere Nicolai, † qui Ioan. Petrus ſi voluit a ſuo latere nouum conſtruere lapideum non requiſito Nicolao, vtique ęquum fuit dicere, quod ſicuti murus ſuus ſit, ſic, & expenſa ſuo damno cedat.l.adeo.§.ex diuerſo.ff. de acq.re.domi.§. ca diuerſu.ff.de rerum diuiſi.

Sola ſeruitutis ſeu feneſtræ, & magazeni amouẽdi, vel non amouendi cognitio ad nos deuoluta fuit.

In

Digitized by Google

In quo quidem articulo omiſſis nonnullis de-
voluntate DD. Patrocinantium merita cauſæ non
concernentibus veluti an appellatio pro parte dicti
3 Ioannis Petri eſſet deſerta, ex quo non ipſe, † ſed fi-
lius eius nomine appellauit, & ipſe non intra decẽ
dies, ſed longe poſt ratificauit ad tradita per Sozin.
conſilio 45. num. 10. verſi quinimo lib. j. Rimin. iu-
nior, conſilio 203. num. 53. libro 2. Guid. Pap. conſ.
124. nu. 7. Et an laudi notificatio fuerit rite, vel nõ
rite facta, diximus magazenum non prorſus, ac fun
ditus eruendum, ſed adeo per modum cadentem de
moliendum, & deprimendum, vt luminibus Ioan-
nis ex feneſtra ſumendis non impediatur quoquo-
modo. Mandantes inſuper caſtrella, & alia inſtru-
menta in neceſſarium vſum apotecæ d. Nicolai lu-
minum impeditiua, non in totum tollenda, ſed ali-
ter retinenda per rectam lineam, vt ſic æquitate ſua
dente, & luminibus vicini, & rebus apotecæ vſui ne
ceſſarijs, pariter ſit conſultum. Quod temperamen
tum naturali iure non alienum, ac æquitati conſo-
num credidimus, cum totalis demolitio magazeni,
quod fieret non intererat d. Ioannis Petri, & prode
rat Nicolao, & quod nobis non nocet, & alteri pro-
deſt, nos tenemur facere, & eo libentius vſi fuimus,
quod ipſiſmet cauſam patrocinantibus non diſpli-
cere proſpeximus.

Confirmantes in cęteris ſententiam DD. Iudicũ
a quibus, ſeruitutem luminum per apothecam di-
cti Nicolai d. Ioanni Pet. cenſeri conſtitutam, & de-
4 beri. Nam † conſtito, quod harum domorum vnus
fuerit dominus cuius tempore vna pars ſuſtinebat
onus alterius, & alteri ſeruiebat, & poſtea pluribus
vendita fuerit ſeparatim, ille actus ſubſtinẽdi onus
tranſit in ſeruitutem, quæ cenſetur in actu venditio
nis inter emptorem, & venditorem impoſita. Bart.
in l. j. ff. de ſerui. lega. Bero. conſi. 132. num. 13. lib. 3.
Cępoll. de ſerui. veba prędi. cap. 38. & cap. 37. in fi.
& ita ſe habet communis opinio in ſeruitute conti-
nua ſeu permanente, vt eſt luminis ſeruitus, quem-
admodum declarat Ruy. conſi. 90. nu. 3. lib. 4. quic-
quid aliter ſenſerit Ber. in conſil. 133. lib. 3. nu. 9. &
Proſp. Paſſett. in conſi. 131 & 130.

5 Vbi † volunt, quod in caſu prædicto de vendente
vnam ex domibus, vel partem vnius non cenſentur
venditæ ſeruitutes, niſi expreſſe ſit dictum per l. in
6 vendendo, ff. de contrah. emp † exceptis ſeruituti-
bus tigni immittendi, & oneris ferendi, ſecus vero
in alijs veluti luminum, & ſimilium, quę non cen-
ſentur conſtitutæ nec venditæ. Nam contrarium fir
mat, & a contrarijs tuetur Ruy. in d. conſil. 90. qui
conſuluit in eodem caſu. Bero. vbi dicit d. l. in ven-
dendo, locum habere in ſeruitute diſcontinua, non
autem in continua ſeu permanente, quæ quo ad ef-
fectum iuris æquiparatur, vt ibi per eum.

SVMMARIVM.

1 *Euictionis promiſſio non tenet non ſubſiſtente contractu principali venditionis.*

2 *Fideiuſſio non tenet ſtante nullo principali contractu, & nulla præexiſtente obligatione.*

3 *Obligatio nec naturalis, & nec ciuilis oritur ex actu cui lex reſiſtit.*

4 *Fauendum magis certanti de damno vitando quam captanti lucrum.*

5 *Nullitatis clipeo non protegitur is qui nullitati cauſam dat.*

6 *Nullitas inducta ob non ſolutam gabellam, eſt in odium non ſoluentis non autem in fauorem.*

7 *Creditor in venditione pignoris non tenetur ad aliud quã cedere iura nec euictionis periculum ſubit.*

8 *Fideiuſſor recepta mercede efficatius obligatur.*
Obligatus & pro obligatione mercedem recipiens efficacius obligatur.

9 *Contractu annullato propter defectum gabellę non ſolutæ remanet ſaltim naturalis obligatio.*
Obligatio naturalis non extinguitur annullato contractu propter gabellam non ſolutam.

10 *Nullitas a ſtatuto inducta non tollit obligationem naturalem.*

11 *Contractus qui venit annullandus non ſoluta gabella an interim valeat.*

12 *Fideiuſſio accedere poteſt obligationi naturali.*

13 *Obligationi naturali an & quando lex reſiſtat.*

ARGVMENTVM.

Nullitas contractus inducta ob non ſolutionem gabellæ, an tollat obligationem naturalem, & an annullato contractu ob gabellam non ſolutam, an nulletur quoque fideiuſſio euictionis.

DECISIO CXXXVII.

DOMINA Clementia, & Domina Oretta ſorores occaſione ſuorum creditorum obtinuerant tenutam ſuper quodam prædio de Maggiano ſibi obligato, & ſic iudicialiter per ſubhaſtationes fuit vẽditum Iacobo de Doſſis per Dominum Iudicem Quarreriorum pro florenis 450. & cum promiſſione defenſionis generalis, & alijs clauſulis in huiuſmodi iudicialibus venditionibus ſolitis, ac conſuetis, quod precium fuit ſolutum, & exburſatum Dominæ Clementię creditrici pro ſuis dotibus, & Lucæ eius filio. Et ambo promiſerunt d. de Doſſis in caſu euictionis reſtitutionem precij cum damnis expenſis, & intereſſe.

Quod quidem prędium fuit poſtea illis, de Doſſis euictum pro tribus quartis partibus.

Vnde iſti de Doſſis narratis præmiſſis euictionibus obtinuerunt tenutam pro non facto ſuper nonnullis bonis d. Lucæ, & fuit confirmata. Qui demum dum agerent ad ſecundum decretum, & pro adiudicatione inſtarent, latis inde varijs ſententijs, & ſecutis appellationibus ad nos, tandem d. Lucas

con-

Digitized by Google

conuolsult ad propoſitionem nullitatis ſopra dictę
venditionis iudicialis factæ illis de Doſſis & conſe-
1 quenter dicendo, quod † cum non ſubſiſtat prin-
cipalis, venditio ſtare quoque non poſſit acceſſoria
illius euictionis promiſſio l. lex vectigali. ff. de pig.
§. 1. inſti. de fideiuſſo.

Et ad probandam hanc nullitatem producebat
quandam ſententiam nuper per noſmet inter eoſ-
dem de Doſſis, & Vincentium del Benioo latam, in
qua declarauimus d. venditionem fuiſſe nullã pro-
pter gabellam non ſolutam, ſic diſt iote ſtatuto.

Qua ſtante nullitate inſtrumenti venditionis ſe-
quebatur quod euictionis fideiuſſio non ſubſiſteret
tamquam acceſſoria l. 2. ff. de vſuſ. l. ſi §. 1. ff. qua. re.
actio non detur. l. ſi quis eum ſciret, vbi Bart. ff. pro
emp. cum ſimilibus, & ſic cum venditio illa nulla
fuerit, nullaque orta fuerit obligatio neq. natura-
2 lis, neque ciuilis, propter reſiſtentiam legis, † nulla
quoque fuit fideiuſſio euictionis non præexiſtente
aliqua obligatione, cui accederet §. in omnibus, in-
ſti, de fideiuſſo.

Communis eſt enim opinio Doct. quod quando
3 lex reſiſtit contractui, † impeditur ortus naturalis,
& ciuilis obligationis Bar. in l. cum lex. de fideiuſ-
ſo. & in l. ſi quis pro eo, col. pen. eod. titu. & in l. non
dubium col. 4. C. de leg. Fort. in l. veluti col. 7. ff. de
iuſti. & iure. Couarru. cap. quamuis, de pac. in 6. 2.
parte §. 4. nu. 6. & teſtatur Vaſq. de ſucceſſio. erea.
pro. & reſolu. lib. 3. §. 30. num. 12.

4 Excipiendo † igitur, & tractando de damno vi-
tando cum aduerſariu qui de lucro captando an-
xius erat, videbatur illi fauendum l. fi. §. licentia, C.
de iure delib. l. veteribus, de pact.

Obtulerat enim aduerſario precium, de quo nõ
contentabatur, ſed ſatagebat ſibi reficí præcium rei
euictæ ad rationem tẽporis quo euicta fuit, in quo
tempore quadruplum excedebat.

In contrarium replicabatur quod nullitas illius
venditionis fuit cauſata facto, & culpa eiuſdem ex
cipientis qui in ea venditione iudiciali vſus fuit d.
inſtrumentis gabellabilibus, de quibus ille per vsũ
tenebatur ſoluere gabellam, non minus quam ſi in
5 dd. inſtrumentis fuiſſet principalis; † & ideo allega-
tione nullitatis proprio facto cauſatæ iuuari non
debet, ad Vantium de null. quot & quibus mod. nu
mero 124.

6 Nullitas † enim quæ eſt pœna negligentis ſolue-
re gabellam, debet intelligi in odium non ſoluentis
& non in fauorem, vt per Vanti. ibi. & Alex. conſil.
137. nume. 16. & ſeq. lib. 4 Ancha. conſil. 211. nu.
2. Bertach d. gabell. 3. memb. 8 par. nume. 27. &
ſeq. Feli. in cap. dilecti de excep.

Alias eſſet aperta via fraudandi emptores, & ſti-
pulatores, & obligationes contractæ non ſolutione
eius quod debetur, ſed culpa, & defectu promitten-
tium, tollerentur, vt in ſimili dicebat Sozin. conſil.
288 nume. 30. verſ. his non obſtantibus, lib. 2.

7 Et † licet in venditione Iudicis, creditor, id eſt D.
Clementia, & Lucas non eſſent obligati ad aliud
quam cedere actiones, & euictionis periculum non
ſubibãt toto titu. credi. euic. pigno. tñ debe, ex quo
tamen id expreſſe promiſerunt ſponte, & vlterius
8 pro ſponſione † acceptis 30. ſcut. remanent efficaci-
ter obligati. Deci. conſi. 449. nume 37. Caballi. de
euict. § 5. num. 38. recepta maxime mercede. Deci.
conſ. 7. num. 5. quaſi nauticum fœnus, traiectitiam-
que pecuniam accepiſſent ad Caſt. in l. in naui. nu.
6. ff. loca.

Quinimo cum cotractus ille habuerit ſua ſub-
9 ſtantialia requiſita de iure gentium, † defectus ga-
bellæ non ſolutæ, non tollit obligationem natura-
lem, ſed ciuilem tantum, vt in puncto dixit Feli. in
capit. dilecti filij, nume. 6. de exceptio. Obligatio-
ni autem naturali fideiuſſorem vtiliter accedere
non dubitatur. Barto. & Doct. in l. Marcellus. ff. de
fideiuſſ.

10 Et † in terminis, quod teneat fideiuſſio, indu-
cta nullitate principalis a ſtatuto, tenet Alex. in a.
poſt. ad Bart. in d. l. Marcellus, vbi allegat Bald. &
Cin. & ſequitur Pariſ. conſi. 16. num. 110. lib. 2 om
nino videndus, & ſtante, quod alienatio fuit facta a
iudice tamquam de re aliena, potuit accedere fide-
iuſſor, cum ſine fideiuſſione etiam paſſim adiudi-
cationes fiant l. rem alienam, & ibi gl. ff. de contra-
hen. emptio.

11 Nec videtur verum contractum abſolute fuiſſe
nullum ab initio propter concurſus cauſarum con
ſenſus, videlicet, & precij quia lex gabellæ non ob-
uiatur ab initio contractui, ſed ſolui poteſt gabella
vſque ad ſententiam, & tunc annullatur, & ſic inte
rim valuit perfecte, nec ſtetiſſe dicitur in ſuſpenſo
ex eo, quod vſque quo non ſoluatur gabella con-
tractus interim nõ valeat propter incertitudinem,
an ſoluetur, vel non ſoluetur gabella, interim con-
tractus ille ſit in pari potentia eſſendi, vel non eſſen
di tamquam dependens a futura ſolutione gabellę,
& de futuris contingentibus non detur determina
ta veritas: valuiſſe igitur interim videtur contra-
ctus & actionem, & obligationem peperiſſe, ſed
commutabiliter, quia adueniente defectu non ſo-
lutæ gabellæ ipſo iure reſoluitur, ita decidere vide-
tur Bald. in l. cum mulier ſub num. 5. colum. 6. & 7.
ſolut. matr.

Lex enim gabellæ non prohibet actum fieri em-
ptionis, vel venditionis, nec dirigit prohibitionem
ad contractum, & ſic non impedit ortum ciuilis, &
naturalis obligationis cui accedere poteſt fideiuſ-
ſor, ſed tollit effectum propter pœnam gabellæ nõ
ſolutæ, idque non ſimpliciter, ſed quando quis vti-
tur contractu gabellabili non ſoluta gabella ad no.
per Caſtrenſ. in l. non dubium, num. 13. C. de legib.
Non erit igitur nullus ipſo iure contractus iſte,
ſed venit annullandus eo modo, quo lex gabellæ di
ſponit.

Et ſic cum lex gabellæ celebrationibus inſtru-
mentorum, & contractuum non reſiſtat, nec impe-
diat ortum ciuilis, & naturalis obligationis, ſed tan
tum velit ſolui gabellam alias pęnam nullitatis in-
ducit, ſequitur quod fideiuſſio, quę acceſſit d. vendi
tioni, fuerit valida, & quod nullitas ſubſecuta ob
defectũ gabellæ non ſolutæ culpa, & facto eiuſdẽ
fideiuſſoris, qui in illa vẽditione iudiciali vſus fuit
inſtru-

Digitized by Google

ſnſtrumento gabellabili, & gabellam non ſoluerit, non debeat obeſſe emptori ad damna, & intereſſe rei euictæ agenti aduerſus d. fideiuſſorem ne dum ſponte, ſed etiam recepta mercede promittentem, & ſecuta annullatione in pœnam non ſolutę gabellæ cum omnibus inde ſecutis vigore d. l. gabellæ, non videtur ſublata obligatio naturalis, vt ſupra di-
24 ctum eſt, cui † naturali obligationi lex non reſiſtit quin fideiuſſor accedat valide l. fideiuſſor obligari, §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſo. vbi Caſtren. & Bar. no. & inſti. eod. §. j.

25 Cui quidem obligationi naturali an, & quando lex ciuilis aſſiſtere deſinat egregie tradit Vaſqui. q. illuſtri. lib. j. cap. 10. nu. 22.

In iſta cauſa, quæ etiam ex parte fideiuſſoris pluſimum æquitatis habebat, & intereſſe rei euictæ propter alterationem precij excedebat quadruplū DD. ſeſe interpoſuerunt pro concordia inter dd. partes poſtea ſecuta, & de conſenſu partium fuit pronunciatum contra fideiuſſorem iuxta tenorem ſententię.

SVMMARIVM.

1 *Linea vocata indicat ordinem ſucceſſiuum cum ſit nomē collectiuum.*
2 *Dilecti in inſtitutione præſumuntur prædilecti in ſubſtitutione.*
3 *Prohibitio alienationis niſi in illos de domo, cenſetur facta, vt bona conſeruetur in familia.*
4 *Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari.*
5 *Pęna non egreditur deliquentem.*
6 *Teſtator non præſumitur velle reponere in arbitrio hæredis.*
Vt poſſit ſubſtitutos defraudare & eludere fideicommiſſum.
7 *Fideicommiſſum non præſumitur repoſitum in arbitrio hæredis.*
8 *Teſtator creditur ſe conformare cum iure communi.*
9 *Voluntas teſtatoris præſumitur talis qualis eſſe deberet.*
10 *Lex non punit quemquam ex alterius delicto.*
11 *Delinquens puniri debet in eo, quod deliquit.*
12 *Pœna non debet eſſe vbi culpa abeſt.*
13 *Qui caret culpa, caret etiam pœna.*
14 *Alienatio vnius non nocet alteri.*
15 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus.*
16 *Ceſſante cauſa odij, ceſſat odium.*
Odium ceſſat, ceſſante cauſa.
17 *Translatio nō valet in damnum obedientium præcepto teſtatoris.*
18 *Datum pure, & ſub conditione ademptum, ex facto alterius ademptio fieri non poteſt.*
19 *Datum ſub conditione, vno non implente poteſt teſtator alteri non dare, datum tamen adimere non poteſt.*
Ademptio, hæreditatis, quando fieri poſſit, & quomodo.
20 *Tranſlatio facta eſt ſtrictè interpretanda.*
21 *Voluntas teſtatoris irrationabilis non ſequenda.*
22 *Teſtator non præſumitur excluſiſſe illos deſcendentes quorum contemplatione fuit facta prohibitio alienationis.*
23 *Alienantis deſcendentes dicuntur vocati per fideicommiſſum ad bona alienata.*
24 *Quod fauore alicuius eſt inductum eius odio non eſt retorquendum.*
25 *Teſtatoris iudicium impugnari non debet.*
26 *Quod ab aliquo non recipitur, ab eo qui non dedit auferri non poteſt.*
27 *Donator in præiudicium hæredis non poteſt remittere certum modum in donatione appoſitum cum ſit acquiſita actio hæredi futuro.*
28 *Actio ſemel hęredi quæſita, ſine facto ſuo ab eo non aufertur.*
29 *Delictum præcedentis in gradu a quo quis cauſam non habet, non præiudicat.*

ARGVMENTVM.

De prohibita alienatione niſi illis de familia, & de ademptione, et tranſlatione legati.

DECISIO CXXXVIII.

CVM expreſſis, & claris verbis Bernardus teſtator reliquerit Nicolao Marſilij domū de qua agitur pro ſe, & ſuis deſcenden-
1 tibus per lineam † maſculinam, certi iuris erat omnes deſcendētes Nicolai vocatos fore per lineam maſculinā collectiue ordine ſucceſſiuo. l. fi. C. de verb. ſign. l. peto. §. fratre. l. cum ita §. in fideicommiſſo, de leg. 2. Doc. in l. Gallus. §. quidam rectè, de li. & poſth.

Et cum ſubijceret teſtator. Quando mancaſſe la linea di detto Nicolò, rimanghi al più antico, &c.
2 † ſequi videtur expreſſe magis dilexiſſe filios, & deſcendentes maſculos ex Nicolao quondam ſeniore de Marſilijs, quia illos præfert, & prius vocat. l. publius, de cond. & dem. Sozi. in l. cum auus, nu. 8. eo. tit. Doct. in d. §. quidam rectè. Iaſ. in l. licet, num. 24. 29. de leg. primo. Deci. conſ. 186. Ruy. cōſi. 109. nu. 19. lib. 2. Gabriel. conſil. 123. nu 41. Seniores enim non vocantur niſi in defectum lineæ.

Verum quando teſtator poſtea prohibuit domū vendi, alienari, pignorari, locari, vel alio quocun-
3 que modo diſtrahi, niſi illis de Marſilijs. † prohibitio co tenditur vt bona conſeruent in familia. Alex.
4 conſil. 52. nu. 41. lib. 4. † & inducta ad fauorem familię, & Nicolai non debent contrarium effectum operari. Curt. iun. conſi. 145. nu. 7. & poſtea ſubijcit, che ſe altro ne faceſſe ſe non nel detto modo, recada al più antico de' Marſilij, & coſi doppo al più antico, & coſi ſeguiti ſempre.

Accidit Nicolaum prædictam domum extraneo contra prohibitionem locaſſe, & ſic fuit priuatus,

quæ

quæ data fuit Franciſco de Marſilijs ſenioti vigore
ſententiæ, in qua fuit reſeruatum ius filij Nicolai
tunc ſuperſtitis. Senſit enim iudex dictos filios vo-
catos eſſe, & ad illos mortuo Nicolao reuerti
debere.

Orta lite inter Laurentium deſcendentem ex Ni
colao, & Aloyſium de Marſilijs vti ſeniorem de
Marſilijs, & vtroque contendente domum præfa-
tam ad ſe ſpectare, fuit pronunciatum domum ad
deſcendentes Nicolai peruenire debere, & hoc æ-
quius ac teſtantis voluntati conuenientius reputa-
tum, cum magis dilexerit deſcẽdentes Nicolai, quã
antiquiores de Marſilijs.

Moti, quia teſtator non priuauit lineam maſcu-
5 linam Nicolai, ſed alienantem, † & pœna delinquẽ-
tem ègredi non debet. l. ſancimus, C. de pœ. l. ſi quis
in ſuo. §. legis. C. de inoffic. teſtam. Guid. Pap ſingu.
914. Marſil. ſing 391. & 551. Nec vlterius progredi
tur metus, quam reperiatur delictum, l. paterfami.
li. ff. de hæred. inſtit. l. reſcriptum, ff. de his quibus.
vt indignis.

6 Nec † credendum eſt teſtatorem voluiſſe confer-
re poteſtatem Nicolao, quod poſſet ſuos deſcendẽ-
tes alienando priuare, l. ſi ita quis §. is cui, de leg. ſe-
cundo, l. fideicommiſſum, de cond. & demnu. & de-
clarat Bart. in l. ſi cognatis, in prin. de reb. dub. Ca-
ſtren. conſi. 247. col. 5. lib. j. Rui. conſil. 122. num. 8.
lib. 2. Vbi allegat, l. nec ei. §. eorum. ff. de adop. Hie-
7 ron. Gab. d. conſil. 123. nu. 40. † Ne eluderet fideicõ-
miſſum in caſum mortis. Et pro hoc facit quod tra
dit Cephal. conſi. 282. vbi concludit ſtante prohibi-
tione alienationis, & quod de vno ex fratribus alie-
nante bona ſic alienata tranſeant in fratres non alie
nantes, tameo ſi alienans habet filios, iſti filij defun-
cto patre præferuntur patruis, facit, quod dixit Hie
ron. Gab. in d. conſ. 123. concludendo in ſimili filios
Lucę iuſtiſſime fideicommiſſum petere.

Cum enim ſi deſcendentes reperiantur vocati,
ac illis ius quæſitum ſit in legato, vel etiam ſi eſſet
quærendum, vt inquit Ruy. dicto conſilio 22. nu. 9.
abſque culpa ſua priuarentur, quod non eſt de iure
8 ferendum, tanquam a mẽte teſtantis alienum, † qui
creditur ſe conformaſſe cum iure communi. Doct.
in l. hæredes mei. §. cum ita, ad Trebelia. Corn. con-
9 ſil. 22. lib. 2. Sozi. iun. conſi. 95. nu 9. lib. j. † quia vo-
luntas teſtatoris præſumitur eſſe talis qualis eſſe
debet de iure. Bal. in l. j. col. fi. C. de ſac. eccl. Soz. cõſ.
10 21. lib. 3. num. 6. † lex autem ſicut non punit ex al-
terius delicto d. l. ſi C. de pœ nec quemquam ex alie
no odio grauat iuribus vulgar. ita nec teſtator cre-
dendum eſt voluerit alium pro alio punire, qui fin-
gitur cogitare, quod lex diſponit Alex. conſil. 5. nu.
39. lib. 4.

11 Satis † enim eſſe debet puniri delinquentem in
eo, quod deliquit. l. ex facto. §. Iulius, ff. de vulgar. &
pupill. & non in alio. l. reſcriptum, de his qui. vt in-
dig. Iaſ. in l. ſi prius, num. 31. de op. no. nun. Alben.
12 conſi. 57. nu. 2. † cum nec pœna eſſe deberet, vbi de-
ſit culpa. Vaſq. queſti. illuſtri. cap. 55. num. 18. & di
cebat Hoſtien. & refert Ioan. Andr. in capit. cogno-
13 ſcentes, de conſtitu. † qui caret culpa, careat me iu-
dice pœna, Guid. Pap. ſingul. 843. l. ſi putator ad l.
Aquil.

4 Ob † alienationem igitur factam per Nicolaum
non debent eius filij legato priuari, ſed ipſe tantum
quo aduixerit arg. l. Statius, §. Cornelio. de iu. fiſci.
Ang. in l. Papinianus, §. meminiſſe, de inoffi. teſtam.
per l. ex facto, §. ex facto, ad Trebel. l. cum pater. §.
hæreditatem, de leg. 2. Capr. conſil. 125. Bero. quæ-
ſtio. 41. Rolan. conſi. 98. num. 10. libro 2. Gabriel. di
cto conſilio 123. Decedente autem Nicolao ceſſat
odium, & ſic domus reuerti debet ad filios, & deſcẽ-
15 dentes vocatos, † l. adigere, §. quamuis, de iur. patr.
cum ſimilibus per Tiraquel. de ceſſante cauſa, pri-
16 ma part. numero 190. & in puncto, † quod ceſſante
cauſa odij ceſſet odium. Ruy. dicto conſilio 122. nu-
mero 2. & in terminis Cephal. conſilio 282. nu. 28.
& facit, quod tradit Ioan. Dilec. de arte teſtan. tit. 3.
17 caut. 4. num. 2. † quod filij, ſiue extranei ſi ſint pure
inſtituti hæredes, deinde aliquid eis per teſtatorem
præcipiatur, & transferatur in alium hæreditas, ſi
hæredes præcepto non paruerint, non valet transla
tio in damnum eorum qui obediẽtes præcepto fue-
rint, citat Caſtrenſ. in conſil. 47. lib. 2. & confert qđ
dicit Soz. conſil. 21. nu. 3. 4. lib. 3. quod vbi hæredi-
18 tas, vel legatum datur pure, & † ademptio fiat ſub
conditione, tunc talis ademptio fieri non poteſt ex
facto alterius. Cephal. d. conſi. 282.
19 Aliquando datur ſub conditione, † & tunc pro-
pter vnum non implentem poteſt alteri teſtator nõ
dare, datum tamen non poteſt adimere, & ita pro-
cedit dicta l. paterfamilias, quando inſtitutio fuit
pura, & ademptio ſub conditione in odium non
obedientis, quo caſu pœna priuationis non imputa
tur obtemperanti.

Dedit igitur teſtator pure, & poſtea ſub condi-
tione alienationis ademit, ergo vnius alienatio alte
ri non nocebit: conſequens erit igitur dicere teſta-
torem noluiſſe illos grauare, qui non deliquerunt,
20 † cum translatio facta ſit ſtrictè interpretanda. De-
ci. dicto conſilio 273. & 290. Alben. conſilio 57. nu-
mero 4. Aut ſi voluiſſet, quod non admittimus, di-
cendum erit eius volũtatem fuiſſe irrationabilem,
21 & illicitam, † & non valuiſſe per Bart. dicta l. pater-
familias, num. 2. & tanquam iniquam non ſequen-
dam, Sozi. dicto conſilio 21. num. 9. & 18. Caſtrenſ.
conſilio 109. col. j. libro j. & inter alia exempla odij
irrationabilis hoc enumerat Tiraquel. de ret. ligna.
gloſ. 9. num. 233. quando alius pro alio punitur, ita
Ruy. dicto conſilio 122. num. 9. & quando (retenta
dicta diſtinctione) legatum datur pure, ceſſat, quod
dicit Cuma in d. l. paterfamil. quando teſtatoris vo-
luntas non ſit contra leges, ſit ſeruanda, & ſic con-
22 cludendum † teſtatorem non voluiſſe excludere de-
ſcẽdentes Nicolai quorum contemplatione fuit fa-
cta prohibitio alienationis, cum fiat principaliter,
vt vocati in caſu mortis magis admittantur, & vt
ſubſtitutio principalis lineę facilius ſortiatur effe-
ctum. Ang. conſ. 169. & in l. qui Romæ. §. cohære-
des, de verb. obli. refert Hieron. Gabr. d. conſ. 123. nu.
38. & horũ fauore pęna eſt adiecta, vt eius metu Ni
colaus abſtineret ab alienatione, & domus in linea
dene-

Digitized by Google

deueniret Bart.in l. Titia Seio.§. vſuras.de legat.2.
23 Ruy.d.conſi.122.nu.7. vbi in terminis dicit † alienantis
deſcendentes eſſe vocatos per fideicommiſſum ad bona alienata.

24 Quod igitur † fauore lineæ inductum eſt, in eius
odium non eſt retorquendum. l. quod fauore de legibus.
Et ita, & alijs medijs arguit Hiero. Gabr. d.
conſi. 123.nu.39.

25 Nec debet † teſtatoris iudicium impugnari. l. 3.
de mili.teſta.quia contemplatione familiæ, & agnationis
talem prohibitionem fecit Bald.in l. quoties.
C.de fideicommiſ. Ruy.conſilio 109. num. 8. libro
2. Et ſic iſti deſcendentes non habent domum ex diſpoſitione
Nicolai, ſed teſtatoris, & conſequenter
26 ex prouidentia alterius, † ergo per eum, qui non
dedit, priuari non poſſunt. l. adoptiuum. ff. de in ius
voca. nec factum patris præiudicat filio Bald. capitulo
primo, §. hoc quoque, de ſucce.feud. & conſilio
215.lib.5.

Refert Natta conſi. 470.num.26. ſicut nec dona
27 tor † in præiudicium heredis poteſt remittere certum
modum in donatione appoſitum, quia videtur
acquiſita vtilis actio hæredi futuro. l. quoties, C.de
28 dona. quæ ſub mo. & † actio ſemel heredi quæſita
ſine facto eius non eſt auferenda, l. finali, ff. de pact.
29 l. id quod noſtrum, de regu.iur. & † delictum præcedentis
in gradu a quo cauſam non habet non præiudicat,
arg. l. vendicantem, ff. de euictio. &c.

SVMMARIVM.

1 *Ventre præterito aditio hæreditatis ſtat in ſuſpenſo.*
Aditio hæreditatis ſtat in ſuſpenſo ventre præterito nondum nato.
2 *Bonorum poſſeſſio ſecundum tabulas impetrata tranſit quandoque in legitimam aditionem.*
3 *Curator bonis, & ventri datur dum aditio ſtat in ſuſpenſo.*
4 *Curatore bonis dando, dum hæreditatis aditio ſtat in ſuſpenſo propter præteritionem ventris, mater eſt præferenda cæteris agnatis.*
5 *Curator bonis danaus, datur cũ eiſdem ſolemnitatibus quibus dantur alij curatores.*
6 *Curator bonis dandus cum iudicis decreto ſuſcipit adminiſtrationem.*
7 *Curator bonis datus ſatiſdat.*
Niſi aliter iudici videatur.
8 *Curator bonis datur, reddit rationem adminiſtrationis cum reſtitutione reliquorum.*

ARGVMENTVM.

De curatore bonis dando quo ordine, & quibus ſolemnitatibus detur, & an mater cæteris præferatur, & quod ventre præterito, hæreditatis aditio ſtet in ſuſpenſo, & vocatus interim petet bono. poſſeß. ſecundum tabulas quæ purificata conditione in legitimam aditionem tranſit, &c.

DECISIO CXXXIX.

VIDI non ſemel dubitatum, an vxor, quæ prægnans relicta ſit ventre præterito, & ſubſtituta filio ſine prole decedenti, mortuo viro ſine filijs, eius hæreditatem adire valeret. Placuit
1 tamen ſemper opinio negatiua, † quia aditio ſtat
in ſuſpenſo propter ventrem prçteritum, qui teſtamentum
rumpit, & expectat poſthumum in poteſtate
naſciturum. l. ventre præterito, cum ibi nota.
ff. de acq. heredi.

Poterit tamen interim petere bonorum poſſeſ-
2 ſionem ſecundum tabulas, † quæ impetrata, &
facto inuentario ſi purificetur poſtea cõditio, tranſit
poſtea in legitimam aditionem. l. 2. §. ſi ſub conditione,
ff. de bon. poſſeſ. ſecun. tab. & tradit Hiero.
Gab. conſi. 131. nu. j. & per Phanuci in tract. de inuentar,
par. 2. nu. 56. car. 42.

Quod ſi vxor malit ab hac poſſeſ. bonorum ſe
3 abſtinere, & expectare ventrem præteritum, † erit
eo caſu dandus curator ventri ſeu bonis, l. 1. §. quotiens,
ff. de vent. in poſſ. mitten. Odofred. de curat.
bon. dan. in rub. ex quib. cau. detur cura. bonis, ſub
num. 48.

Quis autem dari debeat curator in hoc caſu, &
an mater præferatur cæteris agnatis, & alijs licet
de hoc fuerint opiniones, per ea quæ tradit Menochi.
de arbitr. iudi. lib. 2. centu. 2. caſu. 150. num. 32.
4 † veritas tamen eſt, quod mater præferatur cæteris
agnatis in adminiſtratione bonorum, licet forte ſecus,
quo ad gubernationem perſonæ, vt per Odofr.
proxime citandum, ſub nu. 17. vt firmat Dec. in cõſ.
16. & ſequitur Menochi. ibi. & Odofr. in loco præcitato,
in rub. qui poſſit dari curator bonis, nu. 17.
verſi. ſed potius videtur.

5 Quo autem † ordine, & quibus ſolemnitatibus
hæc curatoris datio fiat, & an mater teneatur
ſatiſdare.

Reſpondet Odofre. cum eiſdem ſolemnitatibus
quibus dantur alij curatores in rub. quod ſit officiũ
curato. bonis dati, nu. 66.

6 Cum decreto iudicis † adminiſtrationem ſuſcipiet,
Rolaod. conſilio 48. numero 17. Odofred. in
rub. qui poſſ. dare cur. bonis, inuentarium faciet, iurabit
vtilia facere, & inutilia prętermittere. Odoff.
vbi ſuper in rub. quod ſit officium curatoris bonis
7 dati, necnon † ſatiſdabit mediãtibus fideiuſſoribus,
maxime ſi ſine inquiſitione detur, vt poſt relatos
tradit Menoch. in dicto caſu 150. numero vigeſimo
quinto, Odofred. in proxime citato loco, num. 69.
& ſequen.

Niſi aliter iudici videretur ex honeſtate, & idoneitate perſonę, & modica ſubſtantia. Odof. ibidem num. 71.

8 Et ſucceſſiue ſuis loco, & tempore † rationem
ſuæ adminiſtrationis reddet cum reſtitutione reliquorum. Odoff. in d. tractatu de cura. bon. dandn, in
rub. quod ſit eius officium in fine, num. 91. & Bero.
in conſilio 171. num. 39. libro 2. & 191. nu. 13. lib.
primo, &c.

S V M M A R I V M.

1 *Locator debet rem tradere, & patientiam præſtare vtē di, & ferendi.*

2 *Locatio tacita, & tacita reconductio dicitur ſtare ſub eiſdem pignoribus, & hypothecis quibus expreſſa.*

3 *Habitans domum alicuius nulla præcedente locatione non tenetur ad penſionem ex locato, ſed alio remedio.*

4 *Pluralitas teſtium negatiuam probare ſatagentium in concurſu probantium affirmatiuam non attenditur.*

5 *Teſtes concordantes cum inſtrumentis magis attendendi.*

6 *Iudex in conflictu teſtium debet exprimere cauſam quare magis iſtis quam illis fidem adhibuerit.*

7 *Immiſſus ex primo decreto tenetur ſtare locationi.*

A R G V M E N T V M.

Quod tacita relocatio, et reconductio ſtet ſub eiſdem pignoribus, & hypotecis, quibus expreſſa, &

Quod habitans domum non præcedēte locatione non tenetur ad penſionem ex locato, ſed alio iure.

D E C I S I O C X L.

AGEBATVR hypothecaria aduerſus tertios poſſeſſores bonorum, quę fuerunt quondā Franciſci de Spiſcia conductoris ad triennium certarum terrarum, videlicet ad relaxationem dd. bonorum locatori donec, & quo vſque fuerit ſatisfactus de penſionibus, & affictibus decurſis ab an. 68. vſque ad annum 78. Nam & ſi inſtrumentum locationis, & conductionis ſub hypotheca bonorum nōcantet, niſi pro triénio, & ſic vſq; ad annum 1571. remanente tamen conductore in poſſeſſione rei cōductæ cenſetur tacite facta relocatio pro ſequenti tempore ſub eadem pignorum obligatione, iuxt. §. qui impleto. l. item quęritur. ff. locati.

Excipiebatur ex aduerſo de non iure agentis, nā pro tribus annis in quibus fuit facta locatio apparebat ſolutio per confeſſionem actoris, & ab inde poſtea nedum tacitè relocatum dici poteſt, ſed potius expreſſè per actorem renunciatum, & diſdictū.

Nam D. Alexandra cuius nomine fuit facta locatio
de anno 1571. mouit, & obtinuit in iudicio tenutario ſuper d. bonis locatis pro ſuis dotibus, & proptere
ea dicebat receſſum a relocatione. Præterquam,
quod reus tentauit per teſtes probare ſe nunquam
vſum fuiſſe re locata, quę pœnes virum d. D. Alexā
1 dræ ſemper fuit, † vnde cum locator non tradidit
nec patientiam præſtiterit, vel præſtari fecerit, non
agit ex locato, l. ex locato. & l. ſi quis fuodum. ff. loc.
Oſaſch. deciſ. 51. num. 8. quicquid actor fateatur de
receptione penſionum pro tribus annis, quia iſta
confeſſio apta eſt nocere confitenti, non autem prodeſſe ad iniuriam aduerſarij, qui in illius confeſſione non ſe fundat.

Fuit concluſum pro actore bona petita dimittenda ſibi fore, & eſſe loco pignoris, & hypothecę vſque ad integram ſatisfactionem affictuum decurſorum, & nō ſolutorum a die primæ locationis inſtrumentalis de anno 1568. vſque ad annū 1575. tātū, ſaluis tamen iuribus talia qualia ſint competentibus agendi contra quoſcunque pro intereſſe aliorum trium annorum, vſque ad annum 1571. in quibus continuauit conductor retinendo bona locata, & compntatis affictibus tam confeſſatis, quā ſolutis ex retractu mobilium in executionem, alias contra dictum conductorem captorum, & venditorum.

Moti, quia cognouimus ex actis bona locata ex-
preſſa ad triennium fuiſſe tacite reconducta per d.
Franciſcum vſque ad tempus 1575. eiſque ſine im
pedimento eum vſum fuiſſe, ita vt fuerit locus di-
2 ſpoſitis. in §. qui impleto. & ſic † ſub eiſdem pignoribus, & hypothecis, de quibus in primo contractu
principali. Et tradit Gomeſ. tom. 2. capit. 3. de loca.
& condu. numero 25. quæ quidem tacita hypotheca contra tertios poſſeſſores competit ſicut expreſſa Negnſan. de pigno. 4. memb. ſecunda part. numero 132.

Reſtrinximus, & taxauimus tacitam hanc reconductionem vſque ad annum 1575. quia in d. tempore conſtitit de diſſenſu locatoris per proteſtationes iudicialiter factas, quibus declarabat voluntatem ſuam de non continuandn in locatione, & faciendo per præcepta iudicis inhibere conductori, ne vlterius in rebus locatis, aliquid facere attentaret, & ſic contrario expreſſo diſſenſu tacita relocatio fuit ſoluta.

Reſeruauimus actori iura agendi contra quoſ-
cunque pro alijs tribus annis, videlicet, ab anno
1575. vſque ad 1578. in quibus adhuc cōductor ſte
terat detinendo eadem bona locata, quia pro illis,
nec actio ex locato inteotata, neque hypothecaria
competebat cōtra tertios poſſeſſores, propter diſſo-
lutā locationem, & ne quis putaret nos eius intētio
nis fuiſſe, vt actori ſilentiū in illis impoſuiſſe voluiſ
ſemus, ideo reſeruauimus eidem iura talia qualia ſi
bi cōpeterēt pro dd. tribus vltimis annis, pro quib.
fortaſſe poterit agere condictione ſine cauſa, arg.
notatorū per Bar. in l. in ſumma. §. de frumento, per
illum tex. ff. de condi. indeb. & per Iaſ. in §. actionū,
3 nu. 165. inſtit. de actio. vbi † habitans domum alicu-
ius

Google

ſius nulla præcedente locatione, non agitur contra
eum ex locato, ſed condictione ſine cauſa, quanti
conductutus fuiſſet, vel alio fortaſſe remedio neqs
cum aliena iactura locupletetur iuxta æquitatem
l. ſi me, & Titium, ff. ſi cert. peta.

Nec obſt. dictum teſtium rei quantumcúque nu
mero in vno plurium, quam teſtes actoris, ſatagen
tium probare reum conuentum in d. tempore nun-
quam detinuiſſe d. bona, quia de directo cõtrarium
depoſuerunt teſtes actoris quibus magis credẽdum
duximus, tum quod ipſi affirment, & teſtes rei ne
4 gent, † quo caſu non attenditur pluralitas teſtium
5 negantium, Ruy. conſilio 11. num. 2. lib. 5. † tum
quia teſtes actoris concordant cum inſtrumento,
& ſic veriſimilia dicunt, quam teſtes rei. Curti. iun.
conſi. 17. col. 2. num. 7. Aymo. conſil. 33. num. 12. ac
etiam quia d. inſtrumẽtum locationis fuit alias exe
cutum in bonis conductoris pro fictu, & penſioni-
bus, quod rei ſic geſtę maximum pręſtat argumen-
tum, & per iſta in conflictu teſtium magis adhæſi-
mus teſtibus actoris, quam rei iuxta nota p Bal. in l.
cum magiſtratus, num. 6. C. quando pro. non eſt ne-
ce. & per Rebuff. in concord. de Annatis in fi. verſ.
6 vel quando teſtes, &c. † vbi dicit, quod iudex in con
flictu teſtium debet dicere cauſam, quare magis vni
quam alteri credat.

Non ob tenuta obtenta inde anno 1571. ſuper
dictis bonis per Do. Alexandram, quia ex inde non
infertur ad diſſolutionem locationis, ea enim tenuta fuit
facta pro ſecuritate ſuarum dotium, & reſpectu cre
ditorum viri, non autem intuitu diſcedendi a loca-
tione, cum nihil egerit cum conductore, & actus a-
gentium non operantur vltra eorum voluntatem,
l. non omnis, ſi cert. peta.

Vltra, quod cum illa tenuta ſapiat vim immiſſio
nis primi decreti, & ſic immiſſus non ſuccedat in
7 bonis pleno iure nec dominus efficiatur, † non po-
tuiſſet locationi renunciare, ſed teneretur ſtare co-
lono ſecundum Alex. conſilio 118. num. 18. lib. 5. l.
in venditione. § j. vbi Bart. & Zaſi. num. 4. ff. de bo.
auto. iud. poſſi.

S V M M A R I V M.

1 *Nouitius nondum profeſſus an dicatur religioſus.*
2 *Nouitio an ſuccedat monaſterium.*
3 *Donatio facta monaſterio per nouitium an requirat ſo-
lemnitates.*
4 *Monaſterio acquiruntur bona monaci iure ſucceſſionis,
non autem traditionis.*
5 *Monaco vaganti ſuccedit monaſterium.*
6 *Paria ſunt eſſe talem, & haberi pro tali in his quæ iuris
ſunt.*
7 *Amictus an probet profeſſionem.*
Habitus amictus an probet profeſſionem.
8 *Profeſſio monaci per duos teſtes probatur.*
9 *Profeſſio probatur etiam per teſtes monacos, & monia-
les eiuſdem monaſterij.*
*Apoſtata, & vagabunda monialis non nocet iuri quæ-
ſito ſuo monaſterio.*

A R G V M E N T V M.

Nouitius an dicatur religioſus, et an profeſſio probetur per teſtes eiuſdem religionis, et qualiter profeſſio probetur.

D E C I S I O C X L I.

AD fauorem Monialium Sanctæ
Claræ de Caſtellione bona ſoro-
ris Damianæ del Cenciaro mẽ-
dicantium ex infra dicẽdis Ma-
giſtratui pupillorum duximus
reſpondendum.

1 Non eo quidem tantum fundamento, † quod no-
uitius nondum profeſſus adhuc religioſus dicatur,
ſecundum Cardin. in clem. j. num. 2. & 5. de electio.
2 (quod adeo verum nonnullis viſum fuit, † vt huiuſ
modi non profeſſo ſuccedat monaſterium excluſis
propinquis Tiraq. de ret. conſ. gl. 8 nu. 12. & eſt cõ
munis opi. teſte Rim. in conſi. 85. nu. 34. lib. j. cuius
contrarium not. Bar. in auth. ſi qua mulier, & ibi cõ
muniter alij. C. de ſac. eccleſ. Bero. In cap. in pręſen-
tia, nu. 552. de proba. & quod non dicatur nouitius
interim religioſus manente nouitiatu, no. Fely. in
c. cum deputati, de iudi. nec monachus. Bero. conſil.
28. nu. 3. lib j. & de communi opi. Rimi. d. conſi. 85.
3 num. 34. & † in puncto caſus noſtri de donatione fa-
cta a nouitio requiri ſolemnitates laicorũ. Caſtren.
conſ. 432. col. fi. lib. j.) ſed ex profeſſione iam expreſ
ſa quam tacita d. ſuor Damianæ facta longe priuſ-
quam donauerit: quo fit, vt omnia bona, quæ tem-
pore profeſſionis, & ingreſſus retineret monaſterio
acquiſita intelligantur d. auc. ingreſſi, & d. c. in præ
4 ſentia, vbi not. omnes, maxime Bero. nu. 528 † ſuc-
ceſſionis, quidem iure, non traditionis, ſumma An
geli. §. 4. verbo monaſterium, ſumma Tabie. in ver-
bo monachus. §. is etiam, abſque aliqua apprehen-
ſione, etiam quoad ad poſſeſſionem gl. in can. ſi qua
19. q. ſi. Corne. conſi. 88. col. 7. Sozi. conſi. 52. lib. 4.
Vaſqui. de ſucceſſio. reſolu. §. 18. nu. 2.

5 Quod † etiam procedit in monacho exeũte extra
monaſteriũ, & vagante can. Abb. 18. q. 2. Anch. in c.
fi. de regula. Capr. conſi. 96. Vaſqui. d. §. 18. nu. 19.

Vis autem erat in caſu iſto in profeſſione an pro
bata eſſet, prout probatam credidimus, tum per te-
ſtes deponentes eam ab omnibus profeſſam appel-
6 latam, † cum in his, quę iuris ſunt, paria ſint eſſe ta-
lem, vel haberi pro tali. Bart. in l. ſi maritus, §. legis,
7 ff. de adulr. Bero. in d. c. in præſentia, nu. 564. † tũ ẽt
ex amictu, c. ſtatuimus, de regula. & ibi gl. in verbo
euidenter. Io. And. Butr. & Abb. in c. vidua, eo. tit. &
quod ex tali habitu inducatur tacita profeſſio ſum-
ma Ang. in verbo nouitius, §. 6. Boer. deciſ. 160. nu.
28. Bero. d. c. in præſentia, nu. 564.

8 Et quantum ad teſtes † nedum duo, qui ſufficie-
bant, gl. in auc. quib. mo. nat. eff. ſui. ſed etiam qua-

9 tuor. Quibus non obſtabat,quod eſſent † moniales de eodem monaſterio, quia iuuabaotur teſtimonio aliorum, Io. And.in addit.ad Spec.de teſte,num.22. verſi.ſed quid. Vltra,quod eccleſiaſtica ſit hęc vniuerſitas de profeſſione atteſtans, & in puncto,quod profeſſio probetur per confratręs, & moniales eſt tex.in c.ſuper,de teſtibus,& ibi Bal,nu.3.& in fi.Fely.in eod.c.in prin.

10 Nec potuit † d.ſuor Damiana vagando,& apoſtatando extra monaſterium tollere ius monaſterio quęſitum, vt concludit Curt. iun.in conſi.48. in fi. amplians procedere etiam ſi apoſtata epiſcopatum adeptus eſſet, merito,&c.

SVMMARIVM.

1 *Executio ſententiæ contra tutorem latæ fit in bonis pupilli, niſi temere tutor litigaſſet.*
Pupillus patitur executionem ſententiæ contra tutorem lata.
2 *Tutor temere litigans patitur in proprijs bonis ſententiæ expenſarum condemnatoriæ executionem.*
3 *Pupillus cedendo iura contra tutorem liberatur ab executione ſententiæ executionem.*
4 *Temeritas & calumnia in tutore litigante præſumitur columnioſe litigare.*

ARGVMENTVM.

Sententia condemnatoria expenſarum contra tutorem lata,an et quādo exequatur in bonis pupilli. Pupillus cedendo iura ſua cōtra tutorem,an liberetur ab executione ſententiæ expenſarum contra tutorem lata.

DECISIO CXLII.

PETRVS de Gatteſchis tutor Bartholomæi eius nepotis fuerat condemnatus cuidam Villico ad ſibi reficiendum expenſas, damna, & intereſſe factas,& paſſa,ob perſonalem capturā in die feſto, minus legitime factam,contra formā ſtatutorum. Et ſecuta liquidatione pro parte Villici,fuit per viam ſequeſtri proceſſum executiue ſuper bonis pupilli,qui contradicendo ceſſit iura contra tutorem.

Dubitabatur an ex ceſſione iurium liberaretur ab executione ſententię,maxime, quod eſſet ſoluendo,& inde pupillus in aliquo nō foret locupletatus.

Fuit concluſum ad pupilli fauorem,quem ex ceſſione iurium liberandum duximus ab execu tione.

1 Nam † & ſi recte exequatur contra pupillū ratione expenſarum in quibus tutor litigans condemnatur.l.qui ſolidum,§.2.de lega. 2. l. ſi dolo, ff. ſi quis omiſ.cau.teſta.l.j.vbi Bal.& Doct. C.quando fiſ. vel priua.Cappella Tholoſ.d.40.& cōtra tutorem habet regreſſum: Tamen,† quando tutor temere liti-
2 gat,& ſine iuſta cauſa,expenſarum executio fit contra tutorē l.non eſt ignotum,C.de admin.tuto.Bar. in l.edita col.fi.C.de eden.& in d. l. qui ſolidū,§.et,
3 & in l.4.in prin.ff.de re iud.† vel ſi dicamus in bonis pupilli eſſe exequendum, dicendum quoq; erit eo caſu propter calumniam tutoris pupillum liberari,ſi cedat iura ſua cōtra tutorem. Bar.in d.l.4.& ibi Iaſ.nu.12. per l.fi.ff.de admi.tuto.l.ſed & ſi.§. ſi ſeruus, ff.de trib.actio. Marant. in vltimo actu vltimæ part.nu.38.ſuæ praxis aduocato. Addentes ad Cap. Tholoſa.in d.q.40.& per Brognio in tract.de tuto-
4 re,num.40.& num.51.† qui etiam ſub nu.50.dicit in dubio prǽſumi temeritatem in tutore, & calumniam,& ſatis eſſe,quod tutor ſit in culpa, tradit Iaſ. in d.l.4.nu.12.quicquid ibidem ſenſerit Alex.de euidenti calumnia in tutore neceſſaria. Nam vltra,qđ non firmet, ſatis eſt eſſe in culpa, & temere exequi feciſſe in die feſto obſiſtente ſtatuto d.l.fi.de qua culpa eo minus videtur dubitandum cum ſuccubuerit ad Couarru.prat.q.c.17.nu.3.

Nimis enim ſupine tutor iſte ſe habuit diſſimulando ignorare ea, quę omnes ſciunt,& ſcire debēt l.latæ culpę,de verb. ſign. & ad capturam Villici in die feſto proſilire,&c.

SVMMARIVM.

1 *Soluens dicitur debitum recognoſcere, & ratificare actum, & tam in ſolutis, quam in ſoluendis ſibi præiudicat.*
2 *Diſiunctiuarū ſeu alternatiuarum ſufficit alteram partem eſſe veram.*
3 *In contractibus vltro, citroque obligatorijs, agens debet probare impleuiſſe pro parte ſua.*
4 *Promiſſio facti alieni, alias de ſuo,&c.valet.*
5 *Exceptio non impleti etiam parte non opponente per iudicem ſuppletur.*
6 *Dictio, vel,poſita inter perſonas reſoluitur in coniunctiuam.*
7 *Dictio pro quolibet eſt diſtributiua inſolidum.*
8 *Actus voluntarius non extenditur vltra qualitatem facti.*
9 *Solutio gratuita vnius partis non grauat in ſolutione alterius partis.*
10 *Voluntas facto declarata non procedit pari paſſu cum declarata verbis.*
11 *Soluens legatum ex teſtamento minus ſolemni,non ſibi præiudicat in alijs.*
12 *Soluens partem debiti indebiti,ad reſiduum non tenetur inuitus.*
13 *Solutio facta per alterum, alteri non nocet.*
14 *Exceptio non impleti poteſt opponi etiam ad reſolutionem actus.*
15 *L. cum fidem, C. de non nume. pecu. quomodo procedat.*
16 *Remittere cautionem eſt donare.*
17 *Emptor, & venditor reſpectiue tenentur ad fructus pro rata precij non ſoluti, & precij recepti in ſuo caſu.*

AR-

ARGVMENTVM.

An ſoluens partem debiti indebiti teneatur ad reliquum, & quomodo differat voluntas facto declarata, a voluntate verbis expreſſa.

Et quod emptor, & venditor reſpectiue teneantur ad fructus precii non ſoluti, et precii percepti.

DECISIO CXLIII.

VENDIDERAT D. Marſilia, & Simon eius vir, & Petrus Simonis fratet cum authoritate, & coſenſu Monualdi, Taddeo de Ricciardis vnum podere certo conuento precio, certo tempore ſoluendo, videlicet, poſt mortem Petri, & d. venditio facta fuit vice, & nomine omnium filiorũ, filiarum, & hæredum D. Marſiliæ, & Simonis.

Pro quibus omnibus, & eorum quolibet promiſerunt ſe facturos, & curaturos, quod eorum filij, vel filiæ, vel hæredes ratificabunt, cum ad eorum legitimam ætatem peruenerint, alias de ſuo, &c.

Et præſuppoſita morte Petri, D. Marſilia, quæ alias ad bonum precij computum partem precij receperat, egit ad reſiduum aduerſus Alexandrum, & fratres hęredes emptoris, fundata intentione ſuper inſtrumento, morte Petri, ac etiam ſuper ſolutioni-
1 bus fieri inchoatis, & libere factis, † quaſi hæredes emptoris debitum recognouerint tãquam purum, & ſola Dominici vnius ex filijs D. Marſiliæ ratificatione contenti, aliorum ratificationi renũciaſſent, & ſic quod tam in ſolutis, quam in ſoluendis ſibi pręiudicaſſent. l. cum fidem. C. de non num. pec. Vbi ſoluens partem debiti fidem obligationis agnouiſſe dicitur, & cogi poteſt ad reliquorum ſolutionẽ, vt ibi no. Bal. Sali. & Nicola. Mata. & auten. ſed cum teſtator. C ad l. falcid.

Præterquam quod ratificatio aliorum filiorum non videbatur neceſſaria, vt ex aduerſo deſiderabatur ſtante obligatione de faciendo ratificare alternatiue per dictionem diſiunctiuam concepta,
2 † ad cuius veritatem ſufficit alteram partem eſſe veram l. ſi hæredi plures, de cond. inſti. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de verb. ob. Canoniſtæ in cap. inter cæteras, de reſcrip.

Vnde cum præſupponeretur ratificatio ſecuta ab ipſo Dominico vno ex filijs venditorum, aliorum conſenſus non iure deſiderari videbatur.

Ex aduerſo opponebatur de natura contractus,
3 † qui cum eſſet vltro citroq; obligatorius, requirebat ex parte agentis implementum implendorum pro parte ſua, iuxta. §. offerri. l. Iulianus, de act. emp. cum concord. per Nattam in conſi 226. nu. 2.

Et ſtante obligatione de faciendo ratificare filios, vel filias cum promiſſione de rato alias de ſuo,
4 &c. (quæ promiſſio valida eſt † de iure. Corne. conſ. 26. col. 2. lib. 1. Vbi de communi opi. & concord. allegat Rolan. a Valle, in conſi. 53. nu. 12. & ſeq. lib. 1.) & quod d. ratificatio non ſit ſecuta, neq; de aliqua diligentia faciendi ratificare alias filias doctũ fuit, merito exceptioni implementi, nõ ſecuti, (quę
5 † quidem exceptio etiam parte non opponente per iudicem ſuppleri poteſt. Aymo. in conſi. 151. num. 1.) locus eſſe videbatur, non obſtantibus in contrarium allegatis.

Nam quantum attinet ad alternatiuam ſeu diſiunctiuam, replicabatur ex aduerſo allegata ſibi locum minime vendicare, quando illa dictio, vel, po-
6 nitur inter perſonas, † quia tunc reſoluitur in coniunctiuam requirentem concurſum copulatorum. l. cum quidam, & ibi Iaſ. no. C. de verb. oblig Rebuf. in l. verbum oportere. verſ. vel hæc dictio. ff. de verbo. ſignif.

Et hęc interpretatio libentius erat ſumenda tanquã quadrans intentioni ſtipulantis ad no. per Iaſ. in d. l. cum quidem, in 8. limita. Nam intentio emptoris erat ſibi conſulere reſpectu moleſtiarum per filios venditores inferendarum, quam ſecuritatem non aſſequebatur per vnius ex filijs ratihabitionẽ, & fuit promiſſa ratihabitio pro omnibus, & quoli-
7 bet eorum filiorum, † & dictio pro quolibet eſt diſtributiua, tribuens vnicuiq; actum inſolidum. l. ſi pluribus, vbi Bar. Imol. & alij de leg. 2. Roncbegal. in l. eandem, in prin. nu. 130. de duo. reis.

Quatenus vero contendebatur ex multiplici ſolutione mortuo Petro ſimpliciter facta abſque implemento ratificationis omnium ratificare debentium, vt in ſolutis, & ſoluendis recipiens ſibi pręiudicatit, reſpondebatur per huiuſmodi actus mere voluntarios non fore ſibi præiudicatum, quin in re-
8 liquo implementum ratificationis expectet, † ne actus voluntarius vltra agentis intentionẽ extendatur vltra qualitatẽ facti, in his enim, quę pręſumũtur ex actu hominis volũtario nõquã poteſt pręſumi vltra, quam actus ſe extendit, l. voluntarie. C. de excu. tut. l. prima. §. ſi quis interdictum, ibi quouſque ingreſſus, & ibi gl. no. ff. de iti. actu. pri. & no. Bar. in l. Titium, & Meuium. §. alter, circa fi. ff. de admi. tuto. & facit tex. in l. fi. C. ne vxor pro mari. quã
9 ſic ibi ſumat Bald. † quod gratuita ſolutio partis nõ grauat in ſolutione alterius partis, quem textũ adducit Areti. in conſ. 92. in fi. Inde infertur, quod immunis ſoluens collectas ſibi nocet in ſolutis, nõ autem in alijs l. 2. & ibi Bar. poſt gl. de priuile. Vetera, Alex. conſi. 33. col. 1. lib. 1.
10 Nec † a pari procedunt voluntas facto declarata & voluntas verbis expreſſa, cum hæc de facili extẽdatur, illa vero reſtringatur ad qualitatem facti. Caſtrenſ. in l. ſi conuenerit ff. de iuriſd. omni. iudi. ponderando ad hoc glo. in clem. ſępe. §. quæ omnia in verbo partibus, circa fi. de verb. ſignif.

His accedebant not. per gloſſ. in l. non dubium,
11 in verbo agnouit. C. de teſtam. † vbi ſoluens legatum ex teſtamento minus ſolemni in alijs ſibi non præiudicat, quam gloſſ. communiter approbari

teſtatur Natta in conſilio 446. num. 19. Sequitur
Vaſqui.de ſucceſſio.creatio §. 2 lib.j.verſi.qnoad ſe-
ptimum articulum,in princ.& Curr,inn in conſilio
166.num,19.& facit l.eum de indebito, verſi. ſed ſi
12 pro parte,ff.de proba. † vbi ſoluens partem indebi
ti,ad reſiduum cogi non valet.

Et ſic eum iſti hęredes emptoris non potuiſſent
cogi ad precium non ſecuto implemento ratifica-
tionis pro parte venditorum , ſi de hac exceptione
oppoſuiſſent, ſoluendo incaute ſoluerunt id, ad
quod inuiti non tenebantur, & conſequenter in
ſolutis ſibi præiudicarunt, & in ſoluendis, vti lice-
bit retentione donec ratificationis implementum
ſequatur, eum multa licite retinentur, quæ forſan
licite non petuntur, l.j.§.proinde, ff. de vari. & ex-
traordi.cogn. Maxime cum plures ſint hæredes em-
ptoris ad ſoluendum obligati, & nonnulli ex his,
13 minores, † ita quod ſolutio partis facta per alterū
non nocebit alteri fratri, l. ſi vnus §. ante omnia, ff.
de pact.

Et hanc partem DD. amplexi ſunt infirmando
grauamentum inſtante Domina Marſilia factum
propter exceptionem implementi non ſecuti oppo
ſitam,non ad reſolutionem contractus, & ad finem
14 pœnitendi † (prout, quandoque etiam ad id opponi
poteſt iuxta not. in l. eum proponas, la ſecunda,C.
de pact.Hyppol.in ſingu.42.& 141. Caſtr.conſilio
70.quia fruſtra,colum.5.in fi.lib.j. Aymo.in conſil.
192.num.16.Natta,conſ.171.pręſeos,num.2.Ruy.
conſil. 131.num 7. lib.j.) ſed ad finem ſuſpendendi
donec impleatur iuxta terminos,d.§.offerri.l.Iulia-
nus de acti.emptio.

Nec obſtat. l.eum fidem cum ibi nota per Doct.
15 C.de non num.pec.† qnia procedunt,vbi quis vult
fidem agnoſcere, & hoc expreſſit,& ſic ſciens negle
cta cautione voluit ſoluere, tunc enim in ſolutis,
& ſoluendis ſibi nocet, & ita procedit auct.ſed cum
teſtator,ſupra allegata;ſi vero ſit dubium de volun-
tate ſic enixa,& tunc ſanctius eſt dicere,quod fidem
non agnouerit, vt dicit Saly. in dicta l. eum fidem,
quippe cum tunc id errore factum ſeu ſolutum iu-
ris præſumptione credatur,cum nemo præſumatur
iactare ſuum,& cautiones remittere,& ſic per iuris
ignorantiam ſolutum, quinimo ſi per proprij facti
quoque ignorantiam ſoluiſſent,ad hue ſolutio non
noceret,cum tractent de damno vitando, ita tradit
Soz,conſilio 143. col.3.verſ. ſed ad hoc,lib.primo.
16 † Remittere enim cautiones,ſpecies eſt donationis,
l.in ædibus § j. & in prin.ff de dona.& tradit Couar
ru.varia.reſolu.lib.2.cap 4.num.8 quæ donatio nec
pręſumitur nec etiam fieri potuit per ſoluentem ſi-
ne mandato fratrum,& cohæredum.

Nec propterea emptoris hęredes dicentur re, &
precio potiri, cum interim donec ſequatur ratifica-
tio,poſſunt cogi ad deponendum precij reſiduum
penes montem, & de fructibus reſpondere vendi-
tori, vel quouſque non exburſetur facto, & culpa
non facientis ratificare tenebuntur ad fructus pro
rata precij non ſoluti.

17 Ex eo enim, quod † venditor rem tradidit om-
ni iure,vſuras precij non ſoluti repetit æquitate di-
ctante, Ales.conſilio 147.num.j.& 2.libro 5.Doct.
in l.curabit,de act.emp.

Quod procedit etiam, ſi emptori mora aſcribi
nequeat, quod precium non ſoluerit, veluti, quia
venditor promiſſum fideiuſſorem non dederit, ad
huc emptor ad vſuras tenebitur, nam licet vendi-
tor non impleuerit, non dando fideiuſſorem, vel
non faciendo ratificare, non ideo emptori diminu-
tus eſt vſus rei traditæ, & ideo minus non debet in-
tereuſurium precij,cum tales vſurę ex æquitate ma
gis,quam ratione morę veniant. Bald. in l.ſecunda,
numero quarto,C.de vſur. Alexand.d.conſilio 147.
Gozad.conſilio 55.numero vndecimo, Corne.con-
ſilio 145.num.7.lib.2,Cagno.in d.l.curabit,nu.32.
& ſequen.

Et idem,è contra venditore non tradente,& pre
cium recipiente,nam pro rata recepti precij fructos
perceptos emptori refundet eadem æquitatis ratio-
ne ſuadente, vt poſt Bal.in d.l.2.& Anan.in cap.con
queſtus,extra de vſuris.tradit Natta in conſil.384.
num.12.

S V M M A R I V M.

1 *Conditione mixta deficiente corruit diſpoſitio, ſiue caſu, ſiue aliter morte deficiat.*
2 *Conditio deficiens culpa eius in cuius perſona implenda erat, & non deficit diſpoſitio, & habetur pro impleta.*
3 *Conditio mixta partim ab vna perſona, partim a viribus fortunæ dependens ſi deficiat, deficit quoque diſpoſitio.*
4 *Ratio diuerſitatis prædictorum caſuum.*
5 *Fortuna non habet ſuperiorem, & poteſt nobis nocere, & de ea non poteſt quis conqueri.*
6 *Conditione deficiente deficit etiam a diſpoſitio.*
7 *Conditio mere poteſtatiua ſi deficiat, non deficit diſpoſitio.*
8 *Dictio ſi tamen conditionem importat.*
9 *Et quandoque modum ſignificat.*
10 *Modalis diſpoſitio valet ab initio, ſecus conditionalis.*
11 *Conditionalis diſpoſitio non valet ab initio, ſecus in modali.*
12 *Dictio, ſi tamen, & ſimiles, quæ, & conditionem, & modum importare aptę ſunt, quomodo cognoſcantur ad modum, & ad conditionem inferendam.*
13 *Conditio parum honeſta pro non adiecta habetur.*
14 *Conditio impeditiua imis libertatis non tenet veluti, ſi habitet in tali loco.*
15 *Paria ſunt, quid non poſſe fieri, & minus honeſte fieri poſſe.*
16 *Vocatis proximioribus, an de proximioribus teſtatoris, vel hæredis intelligatur.*
17 *Subſtitutio pupillaris dicitur teſtamentum pupilli eiuſque hæreditas, nu 19.*
18 *Subſtitutio pupillaris mortuo pupillo etiam in pupillari ætate dat electionem ſuccedendi ſubſtituto.*
19 *Subſtitutio pupillaris, quomodo dicitur eſſe teſtamentū pupilli.*
20 *Succeſſio an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes*

Digitized by Google

tes numero diſpares ex pluribus ſororibus, vel fratribus.

1 *Pupillaris expreſſa matrem excludit.*

ARGVMENTVM.

De conditionibus mixtis, & earum effectu. Et de dictionibus importantibus modum, & conditionem quomodo cognoſcantur ad eorum alterum inferendum.

Subſtitutio pupillaris, quomodo pupilli teſtamentum eſſe dicatur.

Subſtitutio pupillaris expreſſa, an matrem excludat.

Succeßio, an fiat in capita, vel in ſtirpes inter nepotes numero diſpares ex pluribus fratribus, uel ſororibus.

Hoc vocatum fuit per me redditum cum participatione DD. Collegarũ in quadam cauſa in vrbeueteri tũc vertente.

DECISIO CXLIIII.

STANTE ſtatuto ciuitatis Vrbiſueteris, quod decedenti ab inteſtato ſine deſcendentibus ſuccedant proximiores agnati vſq; in tertium gradum excluſis cognatis, ac etiam matre, ſaluo, q̃d in tertia bonorum hæreditatis defuncti, quam ipſa habere debeat, &c.

Stante etiam teſtamento D. Coriolani in quo ſibi inſtituta hærede vniuerſali D. Lucretia eius filia infante eidemque dato tutore, & curatore, cui tale onus iniunxit cum infraſcripta ſubſtitutionis mixtuta, videlicet.

Quod d. infantem pœnes ſe retineret, vel alicui idoneæ nutrici alendam traderet vſque ad eius ætatis ſextum annum, & eo elapſo, quod conſtituatur in aliquo monaſterio matris arbitrio eligendo, vbi de neceſſitate permanere deberet vſque ad 14. annum, & ab inde ſupra vſque ad 20. annum dictæ tamen puellæ arbitrio ad effectum interim deliberandi, an monachari, vel maritari maluerit.

Et quatenus monaſticam vitam elegerit, voluit monaſteriũ habere dimidiam totius patrimonij, alteram vero dimidiam venientibus ab inteſtato pertinere mandauit, quos vulga. pupil. & per fideicommiſſum ſubſtituit. Si tamen curarint d. puellam in monaſterio, vt ſupra permanere, alias eos d. dimidia priuauit, excluſa ab omni parte matre d. puellę.

Et ſucceſſiue inde ad ſex menſes mortua infante pęnes nutricem ex teſtatoris præſcripto commiſſa, de pluribus dubitabatur, videlicet.

Primo an hæc ſubſtitutio ſit caducata ex defectu conditionis non procuratæ manſionis propter mortem infantis inſtitutę ante ſexẽnum prædefunctę.

Secundo quatenus ſubſiſtat de quibus venientibus ab inteſtato intellexerit teſtator, an de ſibi, vel grauato hæredi ſuccedentibus.

Tertio ſi de ſuccedentibus d. teſtatoris intelligendum ſit, An ſtantibus pluribus nepotibus ex duabus ſororibus pręmortuis, in ſtirpes, vel in capitia ſuccedendum ſit.

Quarto quatenus dicantur ſubſtituti venientes ab inteſtato d. pupillę, an ſi qui modo contendunt ius agnationis non habentes, matrem excludant.

Quoad primum videtur affirmatiue concludendum dici debere ſubſtitutionẽ caducatam, quia negari non poteſt, quin dicatur conditionaliter facta, & conditione mixta a plurium voluntate dependente, ſubſtitutorum, videlicet implere debentium hæredis in cuius perſona implenda erat conditio tutoris, & matris monaſterium eligere debentis.

1 In † conditionibus autem mixtis ea eſt regula,
quod ſi caſu, vel morte alterius partis deficiat, diſpo
ſitum quoque ſub illa conditione deficit. l. legatũ,
C. de cond. inſer. vbi per mortem eius in cuius per-
ſona conditio erat implenda legatum corruit, ſecus
2 † ſi culpa, & facto eius in cuius perſona implenda
erat, fiat quin impleatur, & cõditio deficiat, quia
tunc quoad implere debentẽ eum per eum non ſte-
terit, pro impleta habetur, l. prima, C. eod. tit. & hęc
eſt communis ſolutio ad illas ll. quæ aduerſari in-
ter ſe videntur.

3 Idem † quoque iuris eſt in conditione mixta nõ
ſolum a plurium perſonarum voluntate pendente,
ſed etiam partim ex facto vnius perſonę, & partim
ab inſidijs, & viribus fortunæ, vt deficiente condi-
tione deficiat legatum, vt per Caſtren. & alios in l. j.
C. de iuſti. & ſub. & l. in teſtamento, la ſeconda, ff. de
condit. & demonſt. & in d. l. legatum, & egregie per
Vaſqui, quæſt. illuſt. lib. 3. c. 93.

4 Cuius † rei ea diuerſitatis ratio communiter red
ditur, quia ſi conditio deficiat caſu, vel fortuna, non
poteſt quiſque conqueri, cum fortuna dominetur
omnibus fortunis, & nõ habens ſuperiorem poteſt
5 nobis nocere. At ſi † facto culpave alterius perſonę
id fiat, quin conditio impleatur, tunc quia alteri per
alterum non debet iniqua conditio inferri, habe-
tur per impleta, c. imputari. de reg. iur. in 6. doc. cõ
muniter in d. l. j. de cond. inſert.

Cum igitur implementum, quod erat implen-
dum pro parte ſubſtitutorum, quibus conditionali
5 ter fuit iniunctum, non fuit impletum, † ſequitur,
quod conditione defecta, diſpoſitio quoque euane-
ſcat. Pariſ. cõſilio 8. num. 25. libro 3, & quod ſubſti
tuti pro non votatis habeantur. Pariſ. conſilio 19.
numero 51. lib. 2. Non obſtante, quod per eos non
ſteterit quaſi ob id non eſſent ſubmouendi, iuxta l.

7 quæ ſub condi. §. quoties. ff. de condit. inſti. † Quia
d.l. procedit in conditione mere poteſtatiua, ſecus
in mixta ex facto pluriū, vel vnius, & à viribus for
tunæ dependente, vbi quomodocunq; conditio de
ficiat, nocet gl. in d. §. quoties, & in d.l. in teſtamen
to, & ibi Bar. & in d.l. 1. & ibi Bal. in 10. opp. de in-
ſti. & ſub. & eſt ratio, quia in huiuſmodi mixtis con
ditionibus teſtator videtur reſpexiſſe ad exitū con
ditionis ſolum, non autem ad factum ſubſtituti, cū
in conditionalibus aliud non attendatur, quam cō
ditionis eſiſtentia. Natta conſi. 452. nu. 10. & con-
ditionalia dicuntur eſſe de forma. Afflic. deciſ. 355.
nume. 4.

Quod autem d. implementum a ſubſtitutis im-
plendum de procuranda manſione in monaſterio,
ſit conditionaliter adiectum, patet, quia vſus eſt te-
8 ſtatur dictione, Si tamen, † quæ eſt conditionis ſi-
gnificatiua, vt plene per Barto. in l. 1. de condi. & de
monſt. Pariſ. conſi. 18. nume. 1. lib. 2. & conſi. 26. nu.
6. eod. lib. 2.

9 Nec obſt. † quod huiuſmodi dictiones, ſi tamen,
poſsūt ſe habere ad vtrumque, videlicet, ad modū,
& ad conditionem, vt in puncto tradit Bero. in cōſ.
253. lib. 3. & de dictionibus ſimilibus. Dummodo
per Bar. in l. quib. diebus §. Thermilius, de cond. &
demonſt. & quod in dubio ſit facienda interpræta-
tio, vt modum potius, quam conditionem inferunt
ſecundum Cyn. Barto. & alios, in l. cum mora. C. de
10 tranſact. Aret. conſi. 149. viſis diligenter, nu. 1. † ita
quod ſi ſit modalis diſpoſitio, teneat ab initio, etiā
modo non impleto, implendo tamen poſtea per viā
11 compulſionis, ſecus † ſi ſit conditionalis, quia ante
conditionem impletam nullum ius quæritur, & ab
initio excluditur, ab vtilitate contractus. Rebuff.
in l. maiore de verb. ſignif.

12 Quia reſp. † quod quotieſcunque dd. dictiones
vtrumq; importare valentes addiciātur ad aliquid
de futuro, quod veniat implendum poſt ius, & emo
lumentum quæſitum, tunc ſine dubio ſtabūt moda
liter: ſecus vero ſi ſint adiectę ad aliquid de futuro,
quod veniret implendū ante ius quæſitum, cū tunc
ſtent conditionaliter, vt hic l. cum tale, & ibi Bar. &
alij, de cond. & demon. & in d. §. Thermilius, vbi Ca
ſtrenſ. & in d.l. 1. Bero. in d. conſ. 153. & conſ. 30. nu.
6. lib. 2.

Vel aliter reſpon. quod virtus talium dictionū
vtrumque importare valentium pro qualitate cau
ſæ, & materię, non habet locum quando dd. dictio-
nibus ſit annexa clauſula priuatiua, vt hic vbi teſtā
tor mandat priuari ſubſtitutos ſi talia nō fecerint,
ita Rebuff. d. l. maiore.

Vel tertio loco reſpon. vt reſpondet Grat. in con-
ſil. 108. nu. 20. lib. 2. quem refert, & ſequitur Thō.
Non. conſi. 38. num. 7. quod id procedat, quando ta
les dictiones ex propria ſignificatione vtrumq; im-
portare poſſent, ſecus ſi vnum proprie, alterum im-
proprie, quia tunc in dubio non erit recedendum a
propria ſignificatione: & ſic cum dictio, Si, pro-
priè conditionem ſignificet, improprie modum,
proprie accepta conditionem faciet, & non mo-
dum, &c.

Et ex his vana reddebatur diſputatio aliarū ſub-
dubitationum.

Verum dato, quod d. ſubſtitutio ſubſiſtat, vel tā-
quam modalis, vel tanquam conditionalis, condi-
13 tione tamen † parum honeſta, & impoſſibili, quæ
pro nō adiecta habetur, & reijcitur. §. impoſſibilis.
inſtit. de hæred. inſti. l. cum ita legatum, de cond. &
demonſtra. (conditio enim illa ſi facient habitare
14 puellam in certo loco videtur parum honeſta, † &
tāquam ius libertatis infringat a iure reprobatur.
l. Titio centum, la ſecunda, de cond. & demonſt. quę
nec in perſonam filiæ hæredis teneret. l. ſuus quo-
15 que. ff. de cond. inſti. † & paria ſunt, quid fieri non
poſſe, & minus honeſte poſſe l. nepos proculo, de
verb. ſignif.)

16 Et reaſſumendo ſecundum dubium, † de quibus
venientibus ab inteſtato ſeu proximioribus (quod
idem eſt) intelligatur, quod ſumitur ex l. cum ita.
§. in fideicommiſſo, de legat. ſecundo. Id quidem
ſcimus eſſe admodum controuerſum, ita vt non
deſint, qui in vtramque partem de communi ſen-
tentia atteſtentur de quo Iuli. Clar. in §. teſtamen-
tum. quæſtione 76. Franciſc. Mātua. de fideicom-
miſſ. quæſtio. 35. & nouiſſime & plenius per Man-
ticam de coniectu. vltim. volunta. lib. 8. titu. 12. nu-
me. 30.

Tamen pro nunc data pro veriori illa opinione,
quæ fauet proximioribus teſtatoris, ea adhuc non
videbatur inſtare in caſu iſto, vbi ſecundum fun-
damentum d. opinionis non ſuccoditur ex fidei-
commiſſo, ipſi teſtatori. l. cohæredi. §. cum filiæ,
de vulgar. Barto. in l. Marcellus. §. quidam libe-
ris, ad Trebel. cum ſimili. ſed ſuccedītur directo
ipſi hæredi vigore pupillaris ſubſtitutionis, pro-
17 pterea, † quod pupillaris ſubſtitutio dicatur eſ-
ſe teſtamentum pupilli, & eiuſdem hæreditas, l.
Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inofficioſo
teſtamen. §. igitur. inſtitu. de pupil. ſub. Maxime ſi
ſubſtituti id declarent ſe velle directo magis quam
18 ex fideicommiſſo ſuccedere, cum † ſecundum ve-
riorem ſententiam expræſſa ſubſtitutio pupillaris
hanc præbeat ſubſtitutis electionem etiam mortuo
pupillo in pupillari ætate. Anchar. in cap. ſi pater,
num. 17. de teſta. in 6. Cagno. in l. precibus nume.
236. C. de impub. & alijs ſub. poſt Barto. in l. recuſa
re. §. Titius, & ibi Alexan. & alij ad Trebel. Corne.
conſil. 158. nume. 4. lib. 3. Bero. conſil. 124. nume
7. lib. 2.

19 Sed his † replicari poteſt improprie, & ficte quo
dammodo accipi, cum vere teſtamentum ſit patris
eiuſdemque hæreditas, vt poſt Bart. in d. §. ſed nec
impuberis. Caſtrenſ. conſi. 286. quoniam, nume. 3.
lib. 1. Aret. d. l. 2. num. 6. de vulga. & ibi Alex. num.
21. & Aret. in §. non ſolum, colum. fi. verſ. nec huic
rationi, inſti. de pupil. ſub. Quod eo magis eſt affir-
mandum eſſe patris teſtamentum, ſi quando cum
filij eſſet, nullitatis vitio iaceret, vt hic propter ma-
tris preteritionē. Nam ad conſeruandū teſtamentū
non filij, ſed patris eſſe dici debet, vt no. tradit De-
ci. in l. in teſtamento, la prima no. 6. C. de mili. teſt.
Alex. d. l. 2. nume. 21. Areti. col. 3. & ex his ſucceſ-
ſiue

Digitized by Google

ſiue remanent concludendum intelligi ſubſtitutos proximiores ipſius teſtantis, nō autem hæredis, cū teſtatoris vere teſtamentum ſit, & bona, vt pro indubitato conſultos reſpondit Cephal. in conſilio 627. num. 26. lib. 5.

Ad tertium deueniendo de modo ſuccedendi in ſtirpes, vel in capita ſtāte diſparitate nepotum ma
20 gis ex vna ſorore, quam ex alia ſuperſtitum, † & ſi videretur dicendum in ſtirpes non in capita ſuccedi debere, ſic ſuadente magis communi ſententia, vt in ſucceſſione aſcendentium, patruorum, vel auunculi in capita diuidatur, Alex. conſi. 55. nu. 4. & ſeq. lib. 5. Couarru. in epithome de ſucceſſi. ab int. nu. 8. Pariſ. conſi. 25. nu. 9. lib. 2. vbi de cōmuni Soc. iun. conſi. 104. per totum, & nu. 39. pro communi lib. 1. & magis communem, & practicatum dicit Albenſ. conſi. 29. num. 22.

Tamen in hac facti ſpecie contrarium verius exiſtimaui. Non enim ſumus in caſu, quo nepotes cū patruis aſpirent ad ſucceſſionem aſcendētium, vel patrui, aut auunculi, vt per repræſentationē filius fratris in patris locum ſubintrando, ſe parem faciat patruo, tantum habiturus quantum pater eius ſi viueret, recepturus foret, iuxta § cum filius. inſt. de hære. quæ ab int. deſc. & in quibus caſibus ſine dubio procedit communis opi. quæ quidem repræſentatio in duobus tantum caſibus contra ius ordinariū ex quadam diſpenſatione ſeu gratia reperitur inducta, videlicet, in ſucceſſione aſcendentium primo loco, & poſtea in ſucceſſione trāſuerſalium patrui, & auunculi porrecta, vt ſcilicet cum filijs defuncti nepotes cōcurrant ad §. cum filius, & cum patruo fratrum filij auct. ceſſante cum ſimili. C. de legi. hæred. Cum alias ordinario, æqptim uo iure proximiores indifferenter ad inteſtatorum hæreditates vocabantur. §. 1. inſti. de leg. agna. ſucceſſio. Sed ſumus in caſu, in quo nihil de iure antiquo reperitur immutatum, & ideo cauendum duxi ab extenſione ad correctionem iuris communis euitandam.

Agunt enim iſti nepotes ex ſororibus diuidere inter ſe iure proprio, & non quærunt cum aliquo patruo concurrere, vt ſibi ſit neceſſarium repræſentationis beneficium, & patris perſonam induere, & ſic ſumus in caſu non alterato a iure communi, & conſequenter ſecundum ius ordinarium decidēdo, vt in capita fiat diſtributio, non autem in ſtirpes.

Et quantumcunque inficiari non poſſit articulū hunc quoque magnis teſtibus hinc inde agitatum, & cimberijs tenebris obſcuriorem reputari, vt patet ex traditis per Aret. in §. cum filius, & latiſſime per Tiraq. de ret. conſ. §. 11. gl. 12. nume. 3. & ſequ. Couarr. de ſucceſſi. ab int. num. 8. tamen magis placuit diſpoſitionem iuris ordinarij, ſequi in caſu omiſſo, & non correcto, quam ad incertam, & nouā periculoſam interpretationem properare, cēſendo in hoc caſu inter nos plurium ſororum præmortuarum filios ſemoto cōcurſu patruorum per capita, non autem in ſtirpes ſuccedi debere, quam opinionem dixit de iure veriorem, idem Ang. in d. §. cum filius, col. fi. & illam tanquam tutiorem ſequitur, & tuetur Vaſq. de ſucceſſio. reſolu. lib. 2. §. 13. num. 13. verſ. cōtrariam, quam etiam libentius amplexus fuit Couarru. in prætexto loco, verſic. & ſane, & præclare Rebuff. in proæ. conſti. regni. glo. 5. num. 81.

Vltimo, quoad vltimum retenta validitate ſubſtitutionis, & non faciendo vim de quibus proximioribus intelligatur, quantum ad hunc articulū credo matrem omnino excluſam per ſubſtitutos, quia vt dicit Bal. in l. humanitatis, col. 7. C. de im-
21 pub. & alijs ſubſti. totus orbis obſeruat, † quod expreſſa pupillaris ſubſtitutio matrem excludat etiā quoad legitimam. l. Papinianus. §. nec impuberis. de inof. teſtam. cap. ſi pater, de teſta. in ſexto, quod procedit etiam in foro poli. Rip. pro communi in l. moribus, num. 44. & 45. ff. de vulga. & pupil. maxime declarantibus ſubſtitutis, quod omiſſa via fideicommiſſaria, velint ex pupillari directo ſuccedere, vt ſupra dictum eſt.

Cæterum circumſcripta ſubſtitutionis validitate, & non extantibus agnatis in gradu a ſtatuto vocatis, cognati nimis temere attentarent matrem excludere a luctuoſa filiæ hæreditate, obſiſtente iure communi, primam cauſam ſucceſſionis filiorum parentibus deferente, authentica defuncto C. ad Tertullia. authentica ceſſante. C. de legit. hæred.

Licet etiam ſtantibus agnatis dici poſſet in hoc caſu ſtatuto prædicto de ſucceſſionibus ab inteſtato, loquenti locum nō eſſe, quaſi pupillus magis inteſtabilis, quam inteſtatus deceſſiſſe dicatur. l. 1. ff. de ſuis, & legiti. hæred. Tamen pro nunc nihil eſt de eo firmandum, cum lis non ſit ſuper eo articulo, qui quantum ſit apud Doctores controuerſus, patet ex congeſtis per addentes ad Roma. in conſilio 4. &c.

S V M M A R I V M.

1 *Deterioratio iuſtam cauſam caducitatis, & expulſionis præſtat.*
2 *Deterioratio contingit tam in faciendo, quam in omittendo.*
3 *Deterioratio in faciendo differt ab illa in omittendo.*
4 *Deterioratio tria requirit ad effectum expellendi.*
5 *Pacto de redimendo 30. anno ſpatio præſcribitur.*
6 *Verbum principale, vbi deficit dicitur deficere ſubſtantia.*
7 *Imperſonalitas non vitiat ſtipulationem ex parte ſtipulantis.*
8 *Imperſonalia verba in dubio ic eo ad quem actus pertinet, intelliguntur.*
9 *Oratio imperfecta ſenſu intellectus ſuppletur.*
Intellectus ſenſu orationem imperfectam ſuppleri.
10 *Alienatione rei emphyteoticæ caducitas incurritur.*
11 *Alienatione partis, an cadat emphyteota a toto.*
12 *Pacta in emphyteotico contractu inita ſunt ſeruanda.*
13 *Emphyteoticum ius fragile reputatur, & faciliter perditur ſiue fiat contra legem, ſiue contra pactum.*
14 *Caducitas per ſimplicem receptionem canonis remiſſa dicitur, & nu. 16. & 21.*
Canonis ſimplex receptio caducitatem remittit. nu. 22.
15 *Non poteſt quis eodem tempore haberi, & non habe-*

ri

Digitized by Google

ri emphyt.

16 *Canonis receptione omnis caducitas remiſſa dicitur tã proueniens ex non ſolutione, quam aliter.*

Caducitas quælibet undecunque proueniens per ſimplicem receptionem canonis cenſetur remiſſa.

17 *Renouatio petenda non petita caducitatem inducit.*

Caducitas reſultans ob non petitam renouationem, an ſolutione canonis ſimpliciter recepti remittatur.

Renouatio emphyteoſis, an requirat ſcripturam.

18 *Emphyteoſis ab initio conceſſa in perpetuum cum pacto renouãdi de 29. in 29. annos, differt ab ea, quæ datur de 29. in 29. annos renouanda in perpetuum.*

19 *Emphyteota non dicitur priuatus, quamdiu dominus patitur eum perſeuerare in re emphyteot. qua ipſo iure ceciderat.*

20 *Iudex poteſt moueri ex confeßione partis extraiudicialiter coram ſe emanata.*

21 *Mali exempli eſt, quod ſoli iudici credatur.*

22 *Canonis ſimplex receptio ita demum caducitatis remißionem operatur ſi dominus caducitatem incurſam ſciat.*

23 *Pactum, quod liceat emphyteotæ rem emphyteoticam alienare ualet.*

Alienatio rei emphyteoticæ ex pacto permiſſa valet, & pactum, & alienatio.

24 *Præſcriptio opponi, & excipi debet, vt proſit.*

25 *Alienans emphyteoticam rem cum pacto redimendi, non fugit caducitatem per tale pactum ſi redimat poſtquam ad caducitatem fuit citatus.*

ARGVMENTVM.

De caducitate rei emphytheoticæ ex capite deteriorationis alienationis in parte, & ob non petitam renouationem, & an ſimplex receptio canonis ſine proteſtatione ſanet omnẽ caducitatem ex quocunque capite prouenientem.

DECISIO CXLV.

IN cauſa Simonis de Floretris hæredis ceſſionarij illorum de Segnis cum illis de Griccigliano agebatur ad caducitatem bonorum emphytheoticorum ex pluribus incurſam, videlicet.

Primo ex capite deteriorationis eo, quod conductores eorum culpa, & negligentia permiſerint collabi, & deuaſtari quandam cappannam ſuper dd.
1 bonis conductis exiſtentem; † inter alia enim, quæ iuſtam cauſam præſtant expellendi colonos, deterioratio computatur. auth. qui rem C. de ſacroſ. ec-
2 cleſ. c. potuit, extra locat. † ſiue deterioratio cõtingat in faciendo, ſeu in omittẽdo, vel negligendo; li-
3 cet † in hoc forte inter caſum, & caſum reſpectu culpæ ſit conſtituenda aliqualis differentia, videlicet, quod in deterioratione in faciendo proueniente leuiſſima culpa æquiparetur leui in non faciẽdo de quo Redoa. in tracta. de reb. eccleſ. non alien. de caducitate ob rei deteriorationem fol. 505.

Ab huiuſmodi caducitatis cauſa rei conuenti ſe ſe tuebantur propter defectum qualitatum, caduci-
4 tatem ex hoc capite operantium, † videlicet, quod deterioratio contigerit, in notabili quantitate, quod ad perpetuum rerum locatarum damnum, & quod culpa, dolove conductoris acciderit, de quarũ concurſo meminit Bal. in auth. qui rem, Redoa. in præcitato loco, & alios referens tradit Burſat. conſi. 91. nu. 3. quæ omnia in proceſſu deſiderari excipiebat.

Rurſus, & ſecundo loco deteriorationem deducebat actor ob non factam reluationem caſtanneti,
5 cui de iure ſpatio 30. ann. præſcribitur † de quo late Couarru. variar. reſolut. lib. 1. c. 9. nu. 7. & Anto. Gab. lib. 5. de præſcript. concluſ. 6. & ſic ſtante lapſu 30. annorum locatores videbantur damnificari hoc iure recomperandi facto, & culpa conductoris.

Excipiebant rei conuenti de libera venditione caſtanneti, & propterea non potuiſſe exercere ius reluendi, & licet in inſtrumento venditionis d. caſtanneti in finalibus verbis legantur hæc verba, videlicet d. Benuenutus reuendere pro d. precio, ea tamen nullum ius nullamve actionem redimendi dare videbantur tamquam impersonaliter concepta, & ſine verbo principali a quo regantur, & regulen-
6 tur conſiſtentia; † & deficiente verbo principali deficit ſubſtantia. Bal. in l. verbum volo. C. de fideicõ.
7 in dubitandi rationibus, & † licet alias dicatur impersonalitatem non vitiare ſtipulationem ex parte creditoris, ſeu recipientis. auth. ſi quando. C. de conſti. pecu. & ibi Bal. Soz. conſi. 92. col. 2. lib. 1. Celſus,
8 Vgo. conſ. 71. & † in dubio impersonaliter verba prolata intelligantur de eo ad quem actus pertinet. Ruin. conſi. 201. nu. 10. lib. 1. Io. Iacob. de Leo. inter conſilia Bruni feudalia, conſi. 117. lib. 1. in fi. hic tamen deficit ſtipulatio, & verbum promitto, ſeu aliquod aliud verbum, quod ſtipulationem præſupponat.

Sed replicari poterat ex his, quæ idem Bal. no. in
9 d. l. verbũ volo, vbi † ſenſus intellectus ſupplet orationem imperfectam ad inducendum effectũ non incongruum, & in l. errore C. de teſta. ordi. vbi dicit ſubauditi verbum orationem perficiens, ne diſpoſitio vitietur, & ſic oratio illa imperfecta erit ſubaudienda, cum verbo promitto.

10 Tertio proponebatur † caducitas ex capite alienationis partis dd. bonorum tamquam de bonis allodialibus factæ contra expreſſam conuentionem non alienandi ſub pœna caducitatis, l. fi. C. de iur. emphyt. Soz. iuo. conſ. 20. nu. 14 lib. 3.

Iſtud fundamentũ non carebat difficultate, pro-
11 pterea, quod contraria opinio, † quod cadat a parte alienata tantũ non a toto, tamquam magis æqua videtur crebrius recepta, vt teſtatur Iul. Clar. §. emphytheoſis, q. 13. in fi. & in §. feudum. q. 31. ver. ſed pone. Redo. de reb. eccleſ. non alien. in cap. de cadu. ob rei aliena. in verbo emphytheota quoque, nu. 9.

Natta

Natta,conſi.479 cum ſeq. Gaſpa. Caball.in tracta.
diuidui,& indiuidui, in 3.par. prin.nu. 286. Bona-
coſſ.in tract.de æquita.cano.q.48. & alias diximus
in cauſa vertente inter Gaſparem del Giocondo,cũ
Hoſpitale, Innocentium, niſi ſit dictum in totum,
vel in partem.

Quarto dicebatur emphytheotas defeciſſe in
omiſſa petitione renouationis de 29. in 29. annos,
quam ex pacto procurare tenebantur ſub pœna ca-
12 ducitatis, † quæ pacta ſunt ſeruanda. l. 1. C. de iur.
emphyt. Afflic.deciſ 85. in fi.Caſtren.conſi.38.lib.
1.Iaſ.in l 2.in primo notab.C.de iur.emphyt.
13 Fragile enim † eſt ius emphytheoticum, & faci-
le perditur, ſiue fiat contra legem, ſiue contra pa-
ctum. Bal.in l.fi.ver. vltimo nota.C.eod.

Aduerſus huiuſmodi caducitatis cauſam,& om-
nia alia prædicta fundamenta iſti rei conuenti poſt
multa ad vnicam tandem exceptionem conuola-
runt,qua omnes ex quocumque capite prouenien-
tes caducitates ſanari exiſtimabant.

Dicebant enim, quod actor receperat canonem
ſimpliciter, & ſine aliqua proteſtatione, vnde locũ
14 ſibi vendicabat communis concluſio, quod † per
receptionem canonis ſimpliciter factam dicatur re
miſſa caducitas, Rom.conſi.103.num. 5.Dec.conſi.
238.nu.3. Ruin.conſil. 110.nu.3.lib.1. Bero.conſi.
15 117.nu.9.lib.1. † Non enim quis eodem tempore
poteſt haberi pro emphytheota, & non emphytheo
16 ta.Iul.Clar.in §.feudum.q 49.nu.20.† & non ſolũ
cenſetur tacite remiſſa caducitas illa, quæ proceſſiſ
ſet ex non ſolutione,vt quidam dicebant,ſed etiam
aliȩ ex quocunque alio capite deriuantes, vt in pun
cto de caducitate cauſata a non petita renouatione,
quod per receptionem canonis ſine proteſtatione
dicatur remiſſa, tradit Rimi. ſeni. conſil.74.lib.1.
Rui.conſi.110.lib.1. Deci.conſi.328. & Rim.iuni.
conſi.17.nu.19.lib. 1. & ita in puncto alias iudica-
uit hæc alma Rota 1551.16. Ianu.& rurſus 1554.
14.Ianu.& vtrobique DD.cõcludunt per huiuſmo
di receptionem canonis intelligi tacite factã reno-
uationem ſecundum Rom.Deci.& Rui.in præcita
tis locis,& per Soz.conſi. 167.col.3.lib.2. &conſil.
120.col.pen.& fi.lib.4.Corne.conſ.187.lib.1.

Verum replicabat actor prȩdicta non procedere
in iſta caducitate ob non petitam renouationem,
quȩ renouatio cum requireret pro forma ſcripturã
ex natura cõtractus emphytheotici,vt ex com.opi.
tradit Iuli. Clar.in §.emphytheoſis,q.3. ſola tacita
patientia cum ſimplici receptione canonis non re-
mittitur caducitas, quia non ſupplet formã ad no.
per Bar.& Caſtren.in l.item quæritur.§.qui imple-
to.per illum tex.ff.loca.Alex.conſ.16.& 17.nu.21.
lib.4. Bero.conſi.116 nu.7.lib.1.Bal.in l.vnica,col.
antepen.C.quando non peten.par.Nam cũ ob non
petitam renouationem fuerit reuerſa ad dominũ,
non intelligitur tacite renouari ſine ſcriptura, quæ
de forma requiritur:ceſſante igitur ſcriptura ceſſat
renouatio.Bal.in d. l.vnica, & alij ſupra citati,in cõ
trarium loquuntur in caſu quo ſcriptura non ſit de
ſubſtantia.

Et dicit Bero. in conſi.119 nu.10.eodem lib. 1.
17 quod † communis opinio eſt,quod ob non petitam
renouationem intra debita tempora emphytheota
cadit ipſo iure,& dicitur reuerſa ad dominũ abſque
alia declaratione, ſi finito tempore non petatur re-
nouatio,& maxime,quando pactum de renouando
afficit cõductorẽ, vt ibi per eum,& conſ.116.nu.7.
Affl.deciſ.365.nu.10.Soz.iun.conſ.9.nu.13.lib.3.
18 Sed reſpondebatur † hȩc forte procedere ſi loca-
tio ab initio facta fuerit de 29. in 29. annos etiam
in perpetuum renouanda;ſecus ſi ab initio, vt hic,
ſit conceſſa in perpetuum cum pacto renouandi,cũ
tunc dicitur vna locatio in perpetuum, & iſto caſu
renouatio non operabatur nouam conceſſionẽ, &
non requiritur noua ſcriptura ad ſubſtantiam con
tractus,ſed ad faciliorem probationem,& ſufficeret
recognitio ſimplex, nec iterandus eſſet nouus con-
tractus,vt poſt Ant.de Bur.& Abb.in c.1.de prȩca-
rio, ita diſtinguentes, tradit Bero.conſ.116.nu.17.
lib.1.Alcia.conſ.43.lib.8.to.3. & 113.eod.lib.

Imo dicit Inno. & Ant.de But.in c.potuit, extra
19 loca.quod † emphyt.non eſt priuatus,quãdiu do-
minus patitur eum perſeuerare in re emphytheo-
tica,quantumcunque eſſet ipſo iure priuatus, quia
habet ſpem, quod reuiuiſcat contractus eo ſoluẽre
canonem,& domino recipiẽte,& ſic hoc modo ad-
mittitur purgatio moræ etiam poſt executionem a
iure factam.Rimin.iun.conſ.17.nu.19.lib.1.

Fuit etiam oppoſitum contra d. ſolutionem ca-
nonis ſic ſimpliciter recepti, quod de ea non conſta
bat legitime, & de non integre facta, quippe cũ de-
ſit ſolutio Capponum in renouatione facienda, &
ſic dominus directus non habuit integrum ſuũ in-
tereſſe,& adhoc,quod huiuſmodi canonis receptio
ſanet defectum caducitatis,oportet eam integre fie
ri,alias nummi defectus obſtaret ſecundũ Cy. Bar.
Bal.& alios,in d.auth.qui rem cum cõcordantibus
per Tiraq.in tract.de iudicio in reb.exigui.ferendo
verſ.50.vt paulliſper,&c.

Et de ſolutione non apparet in proceſſu,quod eſ
ſet ne dum probata,ſed ne quidem articulata, & al
legata, ſed ſolum corã nobis extraiudicialiter pars
20 confeſſa fuit,† & licet moueri potuiſſemus ex d.cõ
21 feſſione ſecundum Affli.deciſ.28. & 48.† Tamen
res mali exempli nobis videbatur aperire viam, vt
ſoli iudici credatur, & ideo circa hoc domini valde
ſubſiſtebant,niſi fuiſſet exceptum etiam de ignorã
22 tia caducitatis, † nam ad hoc, vt per canonis rece-
ptionem dicatur remitti caducitas incurſa,oportet,
quod recipiens canonem ſciat rem incidiſſe in com
miſſum;alias non remittitur,vel ſaltẽ datur reſti.in
integ.ex capite ignorãtiȩ,maxime in ſucceſſore ſuc
ceſſorum,& ceſſionario ceſſionariorum. Caſſa.dec.
2. & 3. de loca. Bal.in l.fi.C.de reuoc.don. Tiraq.in
l.ſi vnquam, verbo ſuſceperit,nu.216.C.eo.ti.Ant.
Gab.lib.7.conclu.35.nu.4.de malefici.Benint.deci.
4.in fi.Aret.conſ.14.in fi. & communem dicit Re-
doa.de reb.eccl.non alien.in rub. de purgat. moræ.
ob ceſſa.canon.nu.12.

Et per iſta DD. inclinarunt ad fauorem actoris
pronuntiando bene iudicatum per D. Iudicẽ a quo
excepta portione Iacobi,quam non ſubiacere dixe-

runt

23 runt vitio caducitatis propter alienationem † cum ex pacto eam habeat a ſuo auctore quod libere ſine conſenſu domini poſſit cuicunq; voluerit alienare, quod pactũ valet l. prima C. de iur emphit. Redoa. vbi ſupra in e. de caducit. ob. inobſer. pactorum.

24 Non obſt. præſcriptio, † quia non fuit de ea exceptum, & oppoſitũ. Bal. in l. ſi obligata, C. de euictio. Deci. in l. non videtur cępiſſe, de regul. iur.

Non obſt. quod venditio vltimo loco facta ſit cum pacto reſolutiuo de retrouendendo, & quod fuit reſoluta.

25 Quia † emphiteota vendens cum tali pacto non ſe excuſat a caducitate ſi redimit poſtquam eſt citatua, vt hic, Porti. Imol. conſil. 53. nume. 9. poſt Iaſ. & alios ab eo allegatos, de quo Tiraquel. de ret. cõuentio. in ſi. num. 153. & ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Bonorum appellatione, omnes ſpecies bonorum complecti, & etiam nomina debitorum.*

2 *Legatum factum coniunctę perſonę eſt ampliandum, et large interpretandum, & num. 18.*

3 *Repetitio qualitatum nõ admittitur quando pars orationis redditur inutilis, & num. 4.*

4 *Relatiuum cum copula venit ampliatiue, & nu. 13.*

5 *Nomina debitorum tertia ſpecies bonorum.*

6 *Qualitas adiecta in vna re ex pluribus in eadem oratione copulatis ad omnes alias porrigitur.*

7 *Legata tunc cenſentur vnica oratione comprahenſa, & qualitatem vni adiectam alijs repetitam dici, quãdo ab eodem verbo reguntur.*

8 *Genus ſi ſit expreſſum per nomen ſubſtantiuum; tunc ſpecierum enumeratio, genus non reſtringit.*

9 *Alius dictio relatiua, & repræſentatiua eiuſdem qualitatis.*

Dictio alius relatiua, & repręſentatiua qualitatis.

10 *Non extenditur dictio alius ad maiora, ſed ad ſimilia, vel minora.*

11 *Alius ponitur hęc dictio comparatiue non contrarie.*

12 *Item reſtrictiue non ampliatiue.*

13 *Item deſignat idem in ſubſtantia, licet diuerſum in ſuppoſito.*

14 *Repetitio ceſſat vbi pars orationis redditur inutilis.*

15 *Relatiuum cum copula quando ſtet argumentatiue.*

16 *Argumentum a ſuperfluitate eſt fragile.*

17 *Mobilia multa ſunt, quæ dubitatur an veniant ſub legato mobilium.*

18 *Legatum coniunctæ perſonæ factum quatenus ſit extendendum.*

19 *Sanguinis coniunctio quatenus in legatis ſit habenda in conſideratione.*

20 *Sanguinis coniunctionis conſideratio ceſſat contra pariter coniunctum grauatum.*

21 *Bonorum appellatione non veniunt iura quando in alia parte de iuribus ſit facta mentio.*

22 *Exceptionis qualitas reſtringit legatum vniuerſale pręcedens.*

23 *Teſtator præſumitur nelle grauare hęredem minus quã poſſit.*

24 *Vſufructuarius patitur diſtractionem bonorum pro ſatisfaciendo creditoribus.*

25 *Declaratio per teſtatorem poteſt fieri tam in teſtamento, quam poſtea.*

26 *Declaratio teſtatoris facit cenſeri omnem aliam interpretationem calumnioſam.*

27 *Voluntas ex inutilis, & nullo quoque actu declaratur.*

A R G V M E N T V M.

De legato mobilium; & multa foro mobilia, quę dubitatur an veniant ſub tali legato; & de dictione alius: & de declaratione a teſtatore tam in teſtamento, quam poſtea facta.

D E C I S I O C X L V I.

DOMINVS Franciſcus quondam Nicolai de Puccis ſuum cõdidit teſtamentum, in quo inter cætera ad fauorem matris, facto legato vſusfructus mobiliũ domus de Florentia, ac etiã immobilium nominatim in teſtamẽto deſcriptorum, aliud etiam adiecit legatum tenoris infraſcripti.

Item iure legati eidem ſuæ matri reliquit durante eius vita naturali vſufructum omniũ, & quorũcunque aliorum mobiliũ d. teſtatoris etiam auri, & argenti, & omnium aliorum quæ quocunq; nomine nuncupentur, & quæ ſub quacunque ſpecie bonorum veniunt, & comprehenduntur. Et poſt eius mortem voluit dd. bona deuenire in Alexandrum, Vincentium, & D. Geneueram quondã Vincentij de Noris nepotes ex latere matris, exceptis tamen mobilibus quæ in domo teſtatoris reperientur poſt mortem D. Leonoræ ſuæ matris, quæ ad infraſcriptum ſuum hæredem deuenire voluit cum immobilibus prædictis, &c.

Orta controuerſia inter hæredem, & legatariam ſuper intelligentia d. ſecundi legati, videlicet an nomina debitorum compræhenderentur.

Primo videbatur dicendum affirmatiue contineri ea generalitate legati, & proprietate verbi bo-
1 norum, quod omnes ſpecies † bonorum complectitur, & ſic etiam nomina debitorum l. princeps, l. bonorum, de verb. ſignifi. l. ſi legatus, ad Trebell. Bart. in l. ſi quis ſeruus, §. fin de leg. 2. Tiraquell. in l. ſi vmq̃. verſi bona, nu. 8. & ſeq. C. de reuoc. donat.

2 Secundo ſuadebat qualitas perſonarum † ex quo legatũ factum fauore matris, & coniunctæ perſonę eſt ampliandum, non autem reſtringendum, arg. l. ſi ſeruos plurium, §. fin. de legat. primo Oldra. conſil. 297. num. 3. Natta conſi. 626. nume. 20.

Præſertim ad euitandum ſuperfluitatem multorum verborum d. legati quæ alioquin ſtarent ocioſe; nam ſi verbum bonorum, vt hæres dicebat; eſſet ad mobilia precedentia referendum, ſatis fuiſſet teſtatori expreſſiſſe vſũfructuum omniũ, & quorũcunque bonorum abſque adiectione tot verborum aliorum idem importantium, videlicet auri, argenti, & quæ ſequuntur; quo caſu videtur ex-

cludi

3 cludi tepetitio præcedentis qualitatis, † quæ nō ad
mittitur, vbi pars orationis redditur inutilis, Alex.
conſi. 148. num. 12. lib. 6. prout etiam erat reijcien
da qualibet reſtrictio illius verbi bonotum, cū vti
genus relatum ſit per nomen ſubſtantiuum, iuxta
Doct. Bar. in l. quæſitū. §. fin. nu. 15. de fun. inſtruct.
& per Soz. conſil. 100. col. 2. lib. 2. Accedente maxi-
4 me relatiuo generis † cum copula, quod venit am-
pliatiue, & diuerſificatiue ad præcedentia. l. ea tamē
adiectio, de lega. 3. Corne. conſil. 195. num. 6. lib. 3.

Quicquid heres tentaſſet per depoſitionem te-
ſtium, cum non verſeremur in caſu ſimplicis decla
rationis voluntatis defuncti, vt duo ſufficiant, ſed
potius in mutatione totius voluntatis.

Quibus non obſtat, quod fuit concluſū pro par-
te negatiua.

Nam dato, quod ſub legato omnium, & quorū-
cunque bonorum mobilium etiam auri, & argenti
5 non compræhendantur † nomina debitorum, quæ
ſunt tertia ſpecies, ad not. in l. a diuo Pio. §. in ven-
ditione, de re iudi. cum concord. per Tiraqu. de ret.
conſ. §. 1. glo. 7. nu. 9. Ant. Gab. de verb ſign. cōcl. 7.

Subſequens tamen legatum omnium aliorū bo
norum quomodocunque nuncupentur, & ſub qua-
cunque ſpecie compræhendantur, non niſi iuxta le
gatum præcedens mobilium cenſendum duximus,
6 tum, † quod qualitas adiecta in vna re ex pluribus
in eadem oratione copulatis ad omnes alias porri-
gitur. Bar. in l. in repetendis, col. 2. de lega. 3. & in l.
Scie. §. Caio. de fun. inſtruct. Deci. conſil. 92. nu. 2.
Pariſ. conſi. 18. nu. 23. lib. 2. Rip. in l. Centurio, nu.
111. de vulgar. & pupil. & egregie Hierony. Gab.
7 conſi. 98. nu. 16. vbi dicit † legata tunc cenſeri vni-
ca oratione compræhenſa, & qualitatem vni adie-
ctam alijs repetitam, quando ab eodem verbo re-
guntur, vt in caſu noſtro, & Gabri. refert, & ſequi-
tur Cephal. conſi. 637. num. 33. lib. 5. dicens eſſe re-
ceptiſſimum, licet ipſe quandoque ſubtilizando ali
ter ſenſerit in conſi. 599. nu. 18. lib. 4.

Tum etiam, quia non inconuenit, quod ſequens
adiectio generalis ex diſpoſitione præcedenti decla
rationem recipiat. l. fi. §. cum dulcia de triti. vino, &
oleo lega. cum concord. per Euerard. in loco a gene
ralitate, nume. 4. vbi conſtituit regulam, quod ſpe-
cies præcedens reſtringit (nedum declarat) genus
ſequens.

Et licet verbum illud bonorum aptum compræ
8 hendere etiam nomina debitorum † videatur ex-
preſſum, tanquam genus per nomē ſubſtantiuum,
quo caſu enumeratio ſpecierum non reſtringit ge-
nus, ex diſt. Bar. in d. l. quæſitum. §. fi. de fund. inſtru.
id tamen procederet, quando ſubſtantiuum in ora-
tione poſitum repetitur ſimpliciter, & naturaliter,
ſecus ſi cū verbo repetitiuo, vt hic, vbi adeſt dictio
9 † aliorum, quę eſt relatiua, & repræſentatiua eiuſdē
qualitatis, cuius eſt id de quo eſt facta mentio, c. fi.
cum ibi not. per Archid. de pact. in 6. Alex. conſ. 34.
num. 2. lib 1. & 204. nu. 4. lib. 2. Soz. iun. conſ. 168.
10 num. 52. lib. 2. Natta, conſi. 298. num. 5. † Nec extē
ditur ad maiora, ſed ad minora, vel ſimilia tantum.
gl. & Doct. in c. ſedes, de reſcrip. gloſ. in l. ſi fugitiui.
de ſer. fugit. Iaſ. conſ. 230. nu. 17. lib. 1. Aymo. cōſi.
11 227. n. 11. † ponitur enim hæc dictio comparatiue,
non contrarie. Bal. in l. fi. in prin. C. de his, qui a non
12 domin. † & reſtrictiue, non autem ampliatiue Bal.
13 conſi. 349. in fi. lib. 1. † & demum idem deſignat in
ſubſtantia, licet diuerſum in ſuppoſito, Bero. conſil.
86. num. 13. lib. 3. & ideo Bar. doctri. in l. quæſitum.
§. fi. quæ cōmuniter recipitur recte perpenſa, facit
pro opinione iſta. In quantum enim in q. illa, an ge
neri per ſpeciem derogetur, quādo vni, & eidem le-
gatur, & genus, & ſpecies, concludit Bar. genus re-
ſtringi per ſpeciem præcedentem ſi fuit expræſum
per aliquod adiectiuum neutraliter poſitum per d.
l. fi. §. cum dulcia. Vtique cum in hoc caſu præcedat
legatum ſpecierum auri, & argenti, poſtea genus
per adiectiua neutraliter poſita ibi, & omnium a-
liorū. &c. conſequens eſt genus ipſum reſtringi de-
bere per ſpeciem præcedentem, & ſic ad mobilia.

Quod autem d. genus ſit expręſſum per adiecti-
ua neutraliter poſita, patet, quia ſicuti certum eſt il
la verba & omniū aliorum, adiectiua neutralia sūt
ſicut illa, & omnia dulcia, ita quoque adiectiue poſi
ta dicentur illa verba ſubſequentia, & quę ſub quo
cunque bonorum, &c. ex quo omnia ſunt exprę́ſſa
per relatiuum, quod, cum referatur ad antecedens
tanquam ad ſubiectum. Grat. conſ. 137. nu. 13. li. 2.
quemadmodum nullum habet antecedens, niſi illa
verba, & omnium aliorum adiectiue poſita, ita cū
ſubiecto egeat ad ſui ſubſtentationem alterius vti-
que ſubiectum dici nequeat non niſi adiectiue poſi
tum conſiderari debet, non ſecus, ac ſi dictum ſit,
& omnium aliorum, quocunque nomine nuncupē
tur, & ſub quacunque ſpecie bonorum contētorū,
quo caſu omnia adiectiue poſita conſiderarentur,
cum non habeant ſubſtantiuum a quo regantur.
14 Nec obſt. † repetitionem ceſſare, vbi pars ora-
tionis redditur inutilis, & quod hic ſit relatiuū ge-
neris, cum copula, cuius eſt augere, d. l. ea tamē adie
ctio. Quia, vt dictum eſt, augetur legatum reſpectu
indiuiduorum, ſed in eadem ſubſtantia, vltra quod
in d. l. ea tamen adiectio, vnicum tantum erat rela-
tiuum, hic autem duplex, ibi quę quocunque, &c.
& ibi, quæ ſub quocunque, &c. quo caſu relatiuum
cum copula perdit officium ſuum, vt in terminis de
clarat Iaſ. in l. cunctos populos. num. 60. C. de ſum.
Trinit. & ibi reddit rationem, & limitat dictū Do-
15 ctorum, quod † relatiuū cum copula cū ſtet augu-
mentatiue, non procedit, quādo copula poneretur
ex neceſſitate, veluti quando eſſent plures oratio-
nes, quæ de per ſe ſine copula ſtare non valerent,
tunc enim non ſtat augumentatiue, & hic erat ca-
ſus noſter.
16 Præterea † ad ſuperfluitatem reſp. hoc eſſe fragi-
le argumētum, & quælibet minima ratio illud pro
ſternat. Alben. conſ. 11. n. 29. & non eſt ſuperfluū,
quod maioris expræſſionis cauſa adijcitur. Ruin.
conſi. 136. num. 11. lib. 3.
17 Sunt enim multa mobilia, † quę inſpecto com-
muni iure, ſæpe dubitatur, an compræhēdātur ſub
legato, ſeu vocabulo mobilium, de quibus late De.
conſi. 653. Plot. de in lit. iur. §. 1. num. 15. Pinell. de
boni.

Digitized by Google

boni.mat.l.1.par.2.num.44.& ſeq. Mantica de con
iectu.vlti.volunt.lib.9.tit.3.
18 Et intuitus † coniunctionis ſanguinis nihil nos
mouit, ſi quidem ad validitatem legati fatemur cō
iunctionem prodeſſe, vt legatum, quod alias extra-
neo factum non valebat, valeat. l. eum alienam. C.
19 de lega. † tamen non quod quando valet largius ſit
interpretandum, imo ſtricte, vt patet ex l. pedicu-
lis. §. item cum quæritur. de aur. & arg. lega. loquen
te in filia dulciſſima, & in l. quæſitum. §. 1. de lega.
3. in filio. & per gl. in l. quæſitum. §. Papinianus. de
fun. inſtruct. & contra vxorem interpretatur. l. C.
io l. qui concubinam. §. 1. de lega. 2. & ita diſtinxit
Aymo. conſi. 108. num. 4. Silua. conſi. 81. nu. 17. lib.
2. Gabd. conſ. 98. nu. 44.
20 Præterea † ceſſat obiectum coniunctionis, vbi
agitur contra agnatum pariter cōiunctum. Cepha.
conſi. 637. num. 50. nam fauore agnationis reſtrin-
guntur legata etiam contra propriam ſignificatio-
nem. Rui. conſi. 89. num. 11. lib. 2. Rolan. conſi. 70.
num. 61. lib. 3. maxime, vbi coniuncti fuerunt ho-
norati alijs legatis, vt hic Deci. conſi. 92. nu. 3. Ce-
phal. conſ. 14. nu. 21. & d. conſ. 637. nu. 49.

Præterquam, quod ad fauorem legatarij ita de-
mum eſt agendum de interpretatione legati, ſi in
contrarium contrariæ non appareant cōiecturæ, vt
declarat Afflic. deciſ. 44. nu. 24. verſ. octauo, tūc, &c.
1 Prout in caſu iſto non deſiderabuntur, quarum
prima erit, dum teſtator conceſſit ſpecialiter matri
exactionem quorundam nominum debitorum, cū
prohibitione, ne hæres eam moleſtet, per incluſio-
nem enim nonnullorū creditorum oritur excluſio
aliorum. l. cum prætor, de iud. cum concord. Nam ſi
in legato præcedenti cōprehenſa eſſent omnia no-
mina debitorum ad fauorē matris, fruſtra illi quo-
rundam conceſſionem feciſſet, cum dd. credita re-
ſpectu vſusfructus d. matri, & poſtea hæredibus ſpe
ctarent, videlicet illis de Noris.

Alia coniectura ſurgit ex inſtitutionis clauſula,
in qua continentur in ſpecie actiones, & iura, quo
21 caſu ſuccedit communis concluſio, † quod bono-
rum appellatione non veniant iura, quando in alia
parte de iuribus facta ſit mentio ad Dec. conſ. 447.
num. 2. & in puncto in clauſula inſtitutionis, ita ar
guunt Deci. conſi. 653. nume. 4. Pariſi. conſ. 79. nu.
44. lib. 2. Plot. de in lit. iuran. §. 1. nu. 16.

Et licet Ruin. aliter ſenſerit, cōſi. 32. nu. 8. lib. 2.
inquiens iura alteri prælegata non venire in clauſu
la inſtitutionis, ſecus in non prælegatis, tamen non
negamus nos hæc de quibus agitur alteri relicta, et
præſupponens contrarium id ſupponit de quo di-
ſputatur.

Tertia erat coniectura, quia dum teſtator ex d. le
gato excepit mobilia domus teſtatoris, ex natura
exceptionis, quę eſt de regula legatum ipſum eſt re
ſtringendum ad mobilia l. nam quod liquide. §. fin.
de penu lega. vbi legatum de omni penu præter vi
nū, quod teſtator Romæ habebat reſtringitur pro-
pter illam exceptionem ad penu, quam teſtator Ro
22 mæ habebat. † Nam qualitas exceptionis qualifi-
cat, & reſtringit legatum vniuerſale præcedens Co
uarru. vari. reſol. lib. 2. c. 5. in prin. Roma. conſ. 107.
nu. 1. Alex. conſi. 144. nu. 10. lib. 6. & 113. nu. 4. lib.
7. Deci. in l. 1. nume. 20. de reg. iur. quicquid contra
ſenſerit Couarru. vbi ſup. verſ. quibus plura.
23 Vltimo † non viſum fuit veriſimile, teſtatorem
voluiſſe ita prægrauare hęredem agnatum, tot one
ribus grauatum, l. vnum ex familia. §. ſi rem de le-
gat. 2. prout iſte hæres grauatus fuiſſet ſi ſtatim co
gi potuiſſet ad numerationem legatorū, cum nihil
poſſideret hæreditarium, & de ſuo eſſet ad modū
pauper, nec poſſet aliunde creditoribus ſatisfacere,
quam ex nominibus creditorum hæreditariorum,
vt in ſimili arguit Aret. conſ. 74. nu. 12. verſ. ſed ta-
men. Afflict. d. deciſ. 44. num. 12. & num. 28.
24 Et licet † ex diſtractione bonorum, in quibus eſt
relictus vſusfructus poſſit ſatisfieri creditoribus hę
reditarijs, ad not. in l. ſi. de vſufruct. lega. late Couar
ru. varia. reſolu. lib. 2. c. 2. in propoſita tamen ſpecie
repugnabat teſtatoris decretum, dum voluit matrē
conſequi poſſe dotes, & legatum, vltra integrū vſu
fructum, ad Ruin. conſil. 41. nu. 10. lib. 2. & idem
Couarru. ibidem verſ. & id verum eſt.

Poſtremo quicquid ſit de prædictis, & dato, qđ
legatum eſſet obſcurū propter generalitatē verbo
rum, videbatur ceſſare omnis difficultas per decla-
rationem ab ipſomet teſtatore poſtea factam, vt in
legato hæc nomina debitorum non comprehendā
25 tur. † quæ quidem declaratio poteſt ab eodem te-
ſtatore fieri, tam in ipſo teſtamento, quam poſtea.
Bar. l. 2. q. 5. de vulg. & pupil. Afflict. d. deciſ. 44. nu.
26 27. Cephal. conſi. 321. nu. 14. lib. 3. † & hæc teſta-
toris declaratio facit ceſſare omnem aliam inter-
pretationem calumnioſam, Bal. in auth. niſi rogati.
col. 2. C. ad Trebel. Barb. inter conſ. Alex. 52. nu. 25.
lib. 4. Pariſ. conſi. 1. nu. 29. lib. 3 & conſ. 3. nu. 53. eo.
lib. declaratio autem probabatur per duos teſtes
quibus non obſtantibus exceptis friuolis, fidē ad-
hibendam exiſtimauimus.

Concurrebat quoque ad hanc declarationē quę
dam ſchedula alterius teſtamenti ex ordine teſtato
ris confecta, quæ licet non fuerit poſtea executioni
mandata, nec effectuata, non tamen negari potuit,
27 quin aliqualem præſumptionem induceret, † cum
ex inutili diſpoſitione voluntas teſtātis colligatur.
l. fin. de rebus eorum. Oſaſch. deciſ. 101. nu. 23. cum
concluſ.

SVMMARIVM.

1 *Filij intrant in locum patris, in ſucceſſione aſcēdentium*
2 *Excluſus exhæredato æquiparatur.*
3 *Repræſentatio fit reſpectu ſucceſſionis.*
4 *In ſuccedendo proximitas attenditur.*
5 *Ceſſionarius excipit de iure tertij excluſiuo iuris agētis.*
6 *Actor ex ſua perſona ius metiri debet.*
7 *Nepos cum patruo non concurrit ſi non ſuccedit, quia non repræſentat.*
8 *Statutum excluſiuum ab hæreditate matris non proce- dit in hæreditate auię.*
9 *Statutum excluſiuum non extenditur ad caſus in ſtatu- to non expreſſos.*

10 *Sub-*

20 *Subintratio fit ex perſona propria.*
11 *Repræſentatio, & ſubintratio longe differunt inter ſe. Subintratio differt a repręſentatione.*

ARGVMENTVM.

De repręſentatione, & ſubintratione in ſucceſſionibus, & qualiter differant inter ſe.

Laurentius de Cardis — Dom. Franciſca vxor de cuius hæreditate agitur.

D. Angelica. Magdalena. Francıſcus.

Angelus. Horatius. D. Simonetta.

DECISIO CXLVII.

PRAEDEFVNCTO Franciſco ſine prole ſuperſtite D. Franciſca matre, & ſucceſſiue mortua D. Franciſca, ſuperſtitibus D. Magdalena filia, & Angelo, Horatio, & Simonetta nepotibus ex Angelica filia prædefuncta.

Orta controuerſia eſt inter Do. Simonettam, & fratres, a quibus petebat ſibi dari tertiam partem medietatis bonorum Do. Franciſcæ auiæ maternæ per eos occupatorum, alia vero dimidia ad Magdalenam ſpectante.

Quam tertiam partem eam ſibi debere aſſeuerabat vigore ſubintrationis in locum D. Angelicæ
1 matris, † in ſucceſſione enim aſcendentium filij
ſubintrant loco parentum, & cum patruis, & matertera concurrunt. §. cum filius. inſti. de hære. quę ab inteſ. deferũ. Doct. cõmuniter in l. 2. C. de lib. pręte.

Ex aduerſo ſtante ſtatuto Florentino excluſiuo fęminarum, & pręferente fratręs ſororibus in hæreditate matris, replicabatur actricem non eſſe audiẽdam, ex eo, quod ipſa ſit excluſa ab hæreditate Do. Angelicæ matris propter maſculos, & ſic vti exhæ-
2 redata († excluſus enim exhæredato æquiparatur
Bron. ſtatu. maſcu. arti. 13. nu. 22. Dec. cõſ. 383.) nõ
videbatur poſſe repræſentare matrem, cum non ha-
3 beat qualitatem hæredis, † quia repræſentatio fit
reſpectu ſucceſſionis. Deci. conſi. 1. nu. 5. & num. 8. Cur. Iun. conſi. 154. nu. 6. & ſic cum maſculi vniuerſales hæredes in vniuerſum ipſi matrem repræſententur, & in totum locum ipſius obtineant, non poterit filia fęmina locũ præoccupatum capere, ad not. per Docto. in rub. & in l. 1. ff. de acqu. poſſeſſ. quia vbi ego ſto, tu ſtare non potes.

Vnde cum nec actrix, nec etiam eius fratres poſſent venire ad hæreditatẽ auiæ ex perſona propria, quia eam, & eos antecedit in gradu D. Magdalena,
4 † quia in ſuccedendo proximior admittitur. inſt. de
hęred. quæ ab inteſt. deferuntur. oportet eos induere perſonam matris, & ea mediãte ſe parem in gradu facere cum D. Magdalena, & ſic cum ea concurrere ad partem hæreditatis D. Franciſcæ, quam repræſentationem D. Simonetta a ſtatuto excluſa facere minime valet, merito, &c.

Accedebat, quod vltra, quod maſculi tanquam vocati a ſtatuto ad hæreditatem matris, matri perſonam induebant, & repræſentabant ad cõcurſum cum D. Magdalena, nitebantur ceſſione iurium D. Magdalenæ proximioris in gradu reſpectu d. D. Si-
5 monettæ, † & ſic tanquam ceſſionarij poſſunt exci-
pere de iure tertij excluſiuo, videlicet, quod hæreditas ſpectat ad alium. Aymo. conſi. 144. nume. 21. Cuma. conſi. 115.

Quod facere non poſſet D. Simonetta, quia eis ſufficeret dicere quoad eam liberas edes habere,
6 † cum actor debet metiri ius ex perſona ſua. Soz. in
l. 2. ff. de excep. rei iudi. Rui. conſi. 88. lib. 3.

Licuiſſe igitur videtur reis conuentis vti iuribus ceſſis ad defenſionẽ. l. Modeſtinus. vbi Bar. ff. de ſolutio. maxime cum iura ceſſa, & propria, talia ſint, quod excludant actricẽ, quæ poſterior eſt in gradu D. Magdalena, & excluſa a ſtatuto, vnde ceſsãte repræſentatione, & ſtante gradus prærogatiua nepos excluditur a patruo. Dec. d. conſi. 1. nu. 8. Curt. Iun. in l. 2. col. pen. C. de ſucceſſo. edict. Porti. cõcluſ. 33. lib. 5. verſ. 1. limita ſi teſtator, vbi quando conſideratur ſolum gradus pręrogatiua, patruus excludit nepotem, quia vere eſt prior in gradu. Et in terminis pro deciſione allegatur Tiraq. de rer. conſang. §. 1. gl 8. nu. 48. per tex. in l. ſi ex patronis. §. Iulian. ff. de
7 bon. libert. † Vbi qñ nepos per repręſentationẽ con-
currit cum patruo ſi non ſuccedit, non intrat repręſentatio, & patruus admittitur excluſo nepote.

His non obſtantibus placuit DD. pro actrice ius dicere, & eam cum fratribus ad auiæ ſucceſſionem admittere pro rata.

Quicquid diſponat ſtatutum ex aduerſo allegatum, excludens filias propter maſculos a ſucceſſionę matris, quod non vendicat ſibi locum in hæreditate auiæ maternę, cum in materia iuri communi derogatoria matris appellatione non veniat auia
8 materna, † & quod ſtatutum excluſiuum ab hære-
ditate matris non procedat in hęreditate auiæ, ita ex communi opinione multos referens, & ſequens teſtatur Pariſ. conſ. 49. nu. 63. & ſeq. lib. 3.

Ceſſante igitur d. excluſione ſeu exhęredatione
9 inducta in hęreditate matris, † & ad caſus in ſtatu-
to non expreſſos non extendenda, Bal. & alij communiter in l. illã. C. de collat. Dec. cõſ. 451. & 569. Pariſ. d. conſ. 49. cum concord. per Anto. Gab. de ſtatu. concluſ. 7. Actrix tanquam non excluſa remanebit in diſpoſitione iuris communis, & non facta diſtinctione ſexus. l. maximum vitium. C. de lib. pręte rit. vna cum fratribus locum matris ſubintrabit in concurſu cum matertera ad ſucceſſionem auię maternæ, iuxta d. §. cum filius. & Bar. in l. 1. §. ſi filius. ff. de coniungen. cum emancipa. lib. Deci. conſi. 478. Doct. in auth. poſt fratres. C. de leg. hęred. etiã ſi proximior vocatus ſit. Pariſ. conſi. 20. num. 22. & 23. lib. 2. Deci. conſ. 527. nu. 1.

Nec obſtant in contrarium adducta de repręſentatione, quia non militant in caſu iſto, vbi non ſumus in materia in qua filia actrix ſatagat matrẽ repræſentare, vel quoquomodo a perſona matris indumenta

dumenta

Digitized by Google

dumenta ſumere, vel beneficio tranſmiſſionis vti: ſed in ſubintratione in locum matris, & gradum;
10 †quæ ſubintratio fit ex perſona propria ipſius filię ſubintraotis, ita communiter concludunt Doct. in d. l. 2. C. de lib. præter:t. & ita intelligitur §. cum filius; vbi agitur de concurſu cum patruis, nam intelligi debet de cõcurſu ex perſona propria per ſubintrationem; nõ autem ex perſona patris, vel matris: vt ſit ſenſus; ſuccedunt in locum patris, ideſt in gradu, ac ſi eſſent in eodem gradu quo erat eorum pater; ſed nõ ex perſona patris, nec vt pater, ſed ex propria, & vt nepos, ita declarat Iaſ. in l. 2. nu. 4. C. de ſucceſſo edict. in rub. C eod. tit. col. antepenul. & vt inquit Bal. in d. l. 2. C. de lib. præt. iſta ſubintratio, & ſucceſſio loco patris fiet remotiue ex perſona propria, ideſt remoto obſtaculo quod ei obſtabat. Alex. conſ. 4. num. 13. lib. 4 & conſ. 20. nu. 3. lib. 5. Dec. conſ. 317. col. fin. & eſt communis opinio teſte Burſat. conſ. 67. num 24 Quæ quidem ſubintratio in locum patris ex propria perſona ita demum fit, ſi hæreditas matri præmortuę delata non fuerit, vt declarat Bart. in l. 1 § ſi ſic nepos. ff. de colla. dot. & in l. prim. §. ſi filius, de coniũge, cum emanci. lib. eius, & in l. 2. C. de lib. præt.

11 Et per † iſta redditur vana ſupradicta diſceptatio repræſentationis; quia ſunt longe diuerſi termini a ſubintratione, & ſucceſſione in locum alterius, & perſona própria; nam ſi per tranſmiſſionis beneficium, vel repræſentationẽ gaudere vellet, tũc oppoſita procederent, videlicet quod exhæredatus tãquam carens qualitate hæredis non poſſet gaudere beneficio trãſmiſſionis, vel repræſentationis, quod prouenit ex perſona alterius; & ſic his conſideratis deciſio Tiraquelli poterit applicari ad caſum noſtrum; dum ſenſit quod in caſu de quo ibi exhęredatus a patre aliter admitti non poſſet, quam ſi veniret ex perſona patris exhæredantis, quod excludatur a proximiore. Ergo ſi aliter quam ex perſona patris exhæredantis veoit, non excluditur.

Nec obſt. tradita per Deci. d. conſil. 1. & Curti. Iun. d. conſil. 154. quia loquuntur in ſucceſſione per fideicommiſſum, & ſic in diſpoſitione hominis; hic autem legis, &c.

SVMMARIVM.

1 *Vtrinque coniunctus præfertur conſanguineo.*
2 *Statutum præferens fratrem ſorori; locum habet etiam in fratre non vtrinque coniuncto, ſed conſanguineo tantum.*
3 *Aditio eſt probanda cum non pręſumatur.*
4 *Teſtes ſingulares in aditione hæreditatis probanda admittuntur.*
Aditio per teſtes ſingulares probatur.
5 *Aditio non præſumitur ex perceptione modicæ rei hæreditarię.*
Florentiæ tamen ſecus eſt.
6 *Aditio præſumitur ex perceptione modicæ rei hæreditariæ ſecundum ſtatutum Florentinum.*
7 *Solutione debiti hæreditarij an, & quando dicatur adita hęreditas.*
8 *Soluere pro alio non pręſumitur quis, ſed magis pro ſe ipſo.*
9 *Aditio in hęreditate opulenta facilius pręſumitur.*
Hęreditatis opulentę aditio facilius pręſumitur.
10 *Hęres poteſt declarare actum dubium aditionis hæreditatis ſui auctoris.*
11 *Retentio dotis matris, et debiti an inducat aditionem hęreditatis.*
Dotis maternę retentio an inducat aditionem hęreditatis.
12 *Aditione confunduntur iura, & efficitur vnum patrimonium adeuntis.*
Hęres adeundo confundere dicitur patrimonium.
13 *Excluſus ſemel ſemper excluſus.*
Semel excluſus ſemper excluſus.
14 *Tranſmiſſio irregularis in tranſuerſales, & extraneos non fit in pręiudicium exiſtentis in pari gradu.*
15 *Extraordinarium de iure communi quod eſt fit ordinarium ſi a ſtatuto inducatur.*
16 *Tranſmiſſio quando fit iure ſuitatis fit in extraneos etiã in pręiudicium exiſtentium in pari gradu.*
17 *Duplex patrimonium poteſt conſiderari.*
Cum patrimonio duplici quis mori poteſt.
18 *Patrimonia diuerſa quem habere non eſt inconueniens*

ARGVMENTVM.

De aditione hęreditatis probanda, vel pręſumenda.
Et an per retentionem dotis maternę, vna cum debito inducatur aditio hęreditatis.
Et de duplici patrimonio in vna, & eadem perſona conſiderabili.

DECISIO CXLVIII.

EXTANT ſtatuta Florentiæ, quod ſtantibus maſculis filiæ fæminæ non ſuccedant.

Item quod dos matris, & ſucceſſio in ſuo caſu, intelligatur eſſe tranſmiſſa, & tranſmittatur ad quoſcunque hæredes etiam extraneos dd. filiorum, & deſcendentium, etiam ſi ex ea vxore extarent filij, ſeu filiæ, vel alij deſcendentes ex alio matrimonio, vel matrimonijs, q nati ex alio matrimonio excludãtur a ſucceſſione in dote prædicta, &c.

Petrus Laurentius de Federicis contracto matrimonio cum D. Catherina, ex qua ſuſcepit filium nomine Dominicum, ea mortua ſuperſtite d. Dominico, conuolauit ad ſecundas nuptias, cum D. Maria de Deris, ex qua duos habuit filios, videlicet Franciſcum, & D. Geneueram.

Succeſſiue prædefunctis Petro Laurẽtio, D. Maria, & vltimo loco d. Franciſco, ſuperſtite Dominico eius fratre conſanguineo, & D. Geneuera ſorore vtrinque coniuncta.

Quęrebatur de dote, & hæreditate d. D. Mariæ, quam ad ſe pertinere contendebat D. Geneuera, cuius contrarium ea excluſa prætendebat Dominicus Franciſci frater conſanguineus, & hæres ſorori vtrinque coniunctę ex diſpoſitione d. ſtatuti

prælatus,

Digitized by Google

preçlatus,& ad hæreditatem fratris ea excluſa voca-
tus,& attenta iuris communis diſpoſitione res fuiſ-
1 ſet expedita pro D.Geneuera ſorore vtrinque† con
iuncta,quæ cõſanguineo præferẽda foret. Auth.ita
que,cõm.de ſucceſſio. Auth.ceſſante, & Auth.poſt
fratres.C.de legi.hæred.Barto.in l. poſt conſangui-
neos.§.legitima.ff.de ſui. & legi. cum concord. per
Soz.iun.conſi.50.nu.1.lib.4.Cephal.conſ.323.nu.
14.& conſ.684.num.1.& 15.

Verum cum res ipſa ex cenſura ſtatuti ſit iudi-
canda;

Dubiũ faciebat,quod Dominicus ſucceſſit Fran-
ciſco fratri ſuo conſanguineo excluſa ſorore vtrin-
que coniuncta,& de hac ſucceſſione non dubitaba
tur in caſu iſto reſpectu bonorum aliorum d. Fran-
ciſci,præterquam bonis,& dote materna.

2 Nam ea videbatur hic recepta opinio,quod †ſta-
tutum prædictum faciens mentionem de fratre ſo-
rori præferendo,locum habeat in fratre etiam , qui
non ſit vtrinque coniunctus,ſed conſanguineus,vt
per Roma.conſi.411.& ibi addentes Capra, conſi.
8.& conſi.14.num.7.Bart.in l.1.§.qui habebat,nu.
4.ff.de cont.tab.Iaſ.in l.tres fratres,nu.18. de pact.
Ruy.conſi.28 col.1.lib.3.Alcia.conſ.37.Tb.1.lib.
2.Abb.conſi.84.Dec.conſ.333.in fi.Menoch. 187.
Alex.conſ.144.lib.... nu.2.

Quod autem Frãciſcus matri ſucceſſiſſet,& eius
3 hæreditatem adijſſet, id † videbatur probari prout
ab eo probandum erat,cum alias aditio non præſu
matur,& ab agente eſt probanda.Bal.conſ.306.lib.
3.& 405.lib.5.Aym.conſ.197.nume.5.& concord.
allegat Aſini.in l.4.§.nec quis putet,nu.158.& ſeq.
ff.de religi.ſump,funerum.Mantica,de coniect.vlt.
4 volun.lib.12.tit.9.num.3.& ſeq.ex eo,quod in pro
prios vſus conuerterit quandam Cioppiam veſtem
maternam , quod licet per teſtes quantuncunque
ſingulares probare videretur,tamen in materia adi
tionis hęreditatis probandę, non videbatur , quo-
dammodo a iure expluſum,de quo Corn.conſi. 92.
lib.1.Sozy.conſi.295.nu.4.& ſeq.lib.2.Aym.conſ.
173.num.32.& de antiq.temp.4.par.verſ. ſed enim,
num.11.licet contra ſenſerit,Alex.conſ.110.breui-
ter,col.pen.lib.1.& conſ.72.Crot.in tract.de teſtib.
nu.924.per vſum enim rei hęreditarię propria au-
ctoritate inducitur aditio,l.1.C.de repud.hæred. &
l.pro hærede,de acq.hæred.

5 Et quamuis d.Cioppia foret minimi † valoris,
& propterea non attendenda ad inducendam adi-
tionis præſumptionem,vt tradit Aym.conſ. 33.n.
12.Iaſ.in l.1.§.veteres,col.9.de acq.poſſeſſ.Tiraqu.
in tracta.de iud.in re,exigu. profer.verſ.56.id ta-
6 men † Florentię non procederet propter ſtatutum,
quod ex cuiuslibet minimę rei poſſeſſione induca-
tur,aditio vt firmat Aſini.d.§.nec quis putet,num.
149.Ruiſus ad probandam aditionem ſui aucto-
ris adducebat ſolutionem mercedis medicorum, &
medicinalium factam per d.Franciſcum in ęgrota-
tione matris , & ſic quod per ſolutionem debito-
rum hæreditatis adijſſe dicatur,l.2. C. de iure deli-
be.l.parentibus,C.de inoffic.teſtamento,Iaſ.in l.1.
7 C.de iure delib.& iſte † actus ſoluendi debita alie-
na ſit ambiguus,& poſſit ad vtrunque ſe habere,cũ
quia poſſit pro alio,etiam inuito ſoluere. l. ſoluen-
do,de neg.geſt.l.ſolutionem,de ſolutio in dubio ta-
men creditur quis magis ſoluere pro ſeipſo, quam
8 † pro alio,quia pro alio homines male libenter ſol
uunt, vt vix pro ſe ipſis , & inquit Bal. in l. potuit.
q.10.C.de iure delib. & ita ſe habere communem
opinionem teſtatur. Aſini.in d.§.nec quis putet,nu
mero 136.quicquid in puncto, de ſoluendo medici
nalia,& medico tenuit in contrarium Natta conſi.
448.nume. 10.& ſequ.nam in ſuo caſu militabant
plures coniecturę de inopia hęreditatis matris,quã
adijſſe filius non credebatur propter ſolutionem
debiti hæreditarij in vno ſcuto cum dimidio, & ſic
in modico credit,non mirum ſi ibi pietate, & non
animo adeundi dicatur ſolutum,& impenſum.l.at
ſi quis.§.plerique.de relig & ſump fun.l. pro hære
de,& ibi gloſſ. de acquir. hæredit. Mantica de con-
iect. vlt. volunt.lib.12.titu. 10. num.9. quod ceſſat
in caſu iſto,vbi hæreditas non eſt damnoſa,ſed opu
9 lenta, † pro cuius aditione facilius præſumitur de
iure.Bar.in d.l.pro hærede,in princip.num. 3. & in
l.gerit.de acquir.hęred.Aym.conſ.33.nu. 12. Nat-
ta,conſ.448.num.20.Corn.conſ.210.num.4. lib.3.
Bal.conſ.298.num.2.lib.5.

Et ſi quid dubij ſubeſſet ex ſupradictis, & infra
dicendis,an per hos actus dicatur adiuiſſe, vel non,
10 † id ſubmouebatur per declarationem hæredis il-
lius cuius dicto ſtãdũ eſt in iure circa declarationẽ,
actus dubij aditionem inferentis. Bar. in d.l. gerit.
col.6.Bal.conſ.405.lib.5.& 305.li.1.Aym.cõſ.197.
nu.4.vbi alios allegat inquiens non ſolum procede
re in hærede,ſed in hæredis hærede. Tertio ad pro-
bandam aditionem hæreditatis maternæ allegaba-
tur,quod Franciſcus hæres patris prædefuncti ante
mortem matris retinuit pœnes ſe per annos 20. &
11 vltra dotem † matris,abſque eo,quod alijs conſan-
guineis in gradu ſequentibus, vel cui de iure reſti-
tueret,propter quam dotis retẽtionem videtur ma
tris hæreditatem adijſſe , iuxta opin. Bal.de qua in
eius diſput.Debitor in diem,& in l.gerit.nu.28.de
acquir.hæredi.& in conſ.119.lib.1.ſequitur Rom.
conſi.247.num.4. & licet ibi addentes dicant con-
trarium tenuiſſe Franc.de Tigri.in conſi.158.inter
conſi.Bart.& Aret.in conſi.161.colum. 1. ſubden-
tes id verius eſſe contra Barto.ſecundum Dec. in l.
non hoc in fine.C.vnde leg.& ante eum Bal. in d.l.
non hoc.verſicu.& per hanc.l.& alibi ſæpe ſæpius,
vt refert Aſini.in d.§.nec quis putant , nume. 138.
vbi etiam dicit de hoc valde dubitari apud Docto.
& Ruyn.in conſi. 89.num.2.lib. 2. teſtatur articu-
lum hunc eſſe ſubtilem,difficilem,& multa hinc in
de pro vtraque parte dici poſſe affirmet,tamen Al-
ciatus nouiſſimè, in conſil.20.libro 3.tomo 9.pro-
fitetur magis communem opin.eſſe cum Bart.in d.
ſua diſput.& in dicta l.gerit ,quod maximę proce-
dit,quando hæres allegat, quod auctor ſuus adie-
rat,vt inquit ibi Alciat.& hanc opinionem vti com
munem ſecuta eſt altàs hæc Rota, vt in motiuis
1551.lib.17.motiuo.cart.150.licet quandoque va-
riauit, vt in motiuis de ann. 1550. libro 16. cart.

376.die ſecunda Martij, vbi ſecuta fuit opinionem
Bal. in d.l.non hoc, contra Bart. qui quidem Bal. in
d.l.non hoc, in fi. primæ col. non videtur diſſentire
a Bar. in caſu quo poſſeſſio ſit continuata, & reten-
tio per decẽ annos, & iſte eſt vnus caſus inter alios,
quos ponit pro recõciliatione harum opinionum,
Franciſc. Mantica, de coniect. vlt. volun. lib. 12. titu.
13. vbi pleniſſime hoc tractat, ſub num. 12. verſicu.
tertius vero caſus, & in propoſito concurrebat diui
ſio inter Franciſcum, & fratrem facta de bonis pa-
ternis, qui ſi noluiſſet adire hęreditatem matris vti
que ſeparaſſent dotes, & pecunias pro dote reſtituẽ
da, tanquam æs alienum.

Ex qua probatione aditionis hæreditatis mater
næ per Franciſcum, vt præſupponitur facta, infere-
12 batur ad confuſionem † patrimonij adeuntis. Bart.
in l.ſi quis ſeruum, §.fi. de leg 2. & in l. Titius, ad
Trebell. Alex. in l.eius qui. ff.ſi certum pet. & no. in
l.j.§.veteres, de acq poſſ. l.ſed ſi plures, §.filio, de vul
ga. & pupil. Capra. conſi. 73. num. 4. Alex. conſ. 198.
num. 8. lib. 6.

Et ſucceſſiue tanquam effectum patrimonium
Franciſci vigore ſtatuti excludentis ſororem ſubla-
ta difficultate tranſmiſſionis, cum regulariter hære
ditas non adita non tranſmittatur, videbatur d.D.
Geneuetæ non competere ius, & regreſſum aduerſus
d. Domenicum a ſtatuto vocatũ ad hęreditatẽ Fran
ciſci ſui fratris conſanguinei, pro conſequendis do-
tibus maternis, a quibus iam ſemel fuit excluſa per
Franciſcum lege municipali ſic diſponente, quia ſe-
13 mel † excluſa ſemper excluſa, etiam ſi per momen-
tum maſculus, cuius gratia fœmina excluditur, ſu-
perixerit, Bal. in Auth. ſed ſi quis, nu. 10. C. de ſecũ.
nup. Dec. conſ. 87. cum concord. per Tiraq. in tract.
de iud. in re exigu. proſere. verſi. 42. Sozi. conſ. 296.
lib. 2. & 153 Alex. & ibi Apoſt. de communi. in cõſ.
20. nu. 9. lib. j Caſtren. conſi. 57. lib. j. Dec. conſ 230.
nu. 6. Sozi. conſi. 114. lib. 4.

Qui quidem Franciſcus dato, quod non adierit
hæreditatem matris, adhuc etiam trãſmiſiſſe vide-
tur in conſanguineum vigore dicti ſtatuti etiam in
extraneos tranſmitti promittentis, quicquid dixe-
rit, Bal. in l.j. num. 6. C. de his, qui ante apert. tab. vbi
14 vult, quod † tranſmiſſio irregularis, vt eſt iſta in
tranſuerſales, & extraneos, non fiat in præiudicium
exiſtentis in pari gradu, propter obſtaculum maio-
ris æquitatis, quæ eſt, quod filij ſuperſtites habeant
ipſi potius hæreditatem matris, quam optimus ex
traneus, de quo Sozi. conſilio 114. lib. 4. & conſilio
207. num. 5. verſic. ſed reſpondeo, libro 2. vbi teſta-
tur, ita teneri hic Florentiæ. Corn. conſilio 275. li-
bro primo, Saly. in l.j. C. de adulte. Iaſ. conſilio 201.
libro 2.

Ita quod ſtatutum prædictum excludens fœmi-
nam intelligitur ſtantibus maſculis adeuntibus. So
zi. dicto conſilio 296. num. 3. libro 2. ad Bart. in l.ſi
ad certum, & in l.ſi quis poſthumus. §. ſi filium. de
liber. & poſthum.

Nam reſpondetur opin. Bal. & Sozi. d. conſi. 207.
& ſequacium forte procedere in dubio, at hic verba
ſtatuti nimis clara, quod fiat tranſmiſſio ſimplici-
ter etiam in extraneos, etiam in præiudicium filio-
rum primi matrimonij, & Bald. dicit in dictis locis
de tranſmiſſione irregulari, ſecus in regulari, & or-
15 dinaria, ſed iſta tranſmiſſio introducta a ſtatuto † di
ci debet regularis, & ordinaria Florentiæ ad Bart.
in l.ſi maritus. §.ſi autem extraneus, de adul. vbi in-
quiſitio de iure ciuili dicitur remedium extraordi-
narium, tamen quando a ſtatuto inducitur dicitur
ordinarium, merito, &c.

Et ex quo ſtatutum vult, quod hereditas ma-
tris tranſmittatur, etiam ad extraneos, & ſic fiat
16 tranſmiſſio, ſicut qñ fit ex potentia ſuitatis, † tunc
enim ex magis communi opi. fit tranſmiſſio in ex-
traneos, etiam in pręiudicium exiſtentium in pari
gradu, vt teſtatur Vaſqui. de ſucceſſ. creat. §. 21. in de
cima limit. numero 268. de ſucceſſ. progre. libro pri
mo, §. 8. numero 9. ęquiparando tranſmiſſionẽ ma-
ternam ad paternam, debet eodem iure regulari, &
quemadmodum per mortem matris cum portione
filij defertur pars ſororis, & ſi vnica ſit per coniun-
ctionem tranſmittendo partem ſuam tranſmittit
pariter portionem fœminæ excluſę maſculo a ſtatu
to delatam. Sozi. conſilio 296. libro 2. cum concor-
dan. per Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num.
276. ad Treb. & ita in puncto d. ſtatuti conſulendo
egregie firmat Sozi. conſi. 67. per totum libro 4. di-
cens ex quo huiuſmodi tranſmiſſio fit in bonis ma
ternis ex forma ſtatuti debet recipere interpreta-
tionem paſſiuam a iure communi, & operari in prę
iudicium exiſtentium in pari gradu, quia verba; in
quit ipſe, ſunt clara, & non egent interpretatio-
ne, & maxime, quia hoc ſtatutum videtur factum
ad declarationem alterius ſtatuti, quod olim vige-
bat Florentię, cuius vigore dubitabatur, an dos ma
tris tranſmitteretur, & ita etiam ſuper d. ſtatuto
conſuluit Caſtrenſ. conſi. 57. libro primo, vbi etiam
concludit, quod licet dictum ſtatutum reſpectu ex-
cluſionis fœminę ſit odioſum, reputari debet tamẽ
fauorabile reſpectu beneficij tranſmiſſionis, & pro
iſta parte fuit productum quoddam conſilium De-
cij non impreſſum manoſcriptum, & ſuo ſigillo mu
nitum, vbi in puncto dicti ſtatuti concludit tranſ-
miſſionem fieri etiam in pręiudicium poſitorum
in pari gradu, ponderandu generalitatem ſermonis
aptam comprehendere omnes caſus etiam, quod
maior ratio ſit in vno, quam in alio, & dictionem
quoſcunque hęredes etiam extraneos, per quę ver-
ba datur intelligi ſtatutum non curaſſe de exiſten-
tia coniunctorum, & proximiorum, ſed ſolum reſpe
xiſſe ad hęredem repręſentantem perſonam defun-
cti tranſmittentis, abſque eo, quod conſideretur pſo
na tranſmittens, quaſi in tranſmiſſione cõſideretur
ſolum qualitas perſonę tranſmittentis, non autem
illius in quem tranſmittitur, qui repræſentat tranſ-
mittentis perſonam. l.ſi quis filium. C. de inoff. teſt.
l.ſi quis filijs, de acq. hęre. Bar. in l.j.§.j. de colla. bon.
Vnde ſicut filius defuncti ſi viueret excluderet filiã,
& ſororem reſpectiue, ita dicendum eſſet in eius hę
rede eius perſonam repreſentante.

Verum circumſcriptis prędictis, videlicet, & qđ
ſi adierit aditione ſit effectum vnum patrimoniũ,
adhuc

Digitized by Google

adhuc valide replicabatur ex aduerſo in Dominicum ſolum delata bona d. Franciſci vndecunque acquiſita per eum præterquam dotem maternam, quæ ob eius mortem ſine filijs ad d. Domin. Generam ſpectare deberet, quantumcunque ab ea ſemel excluſa fuiſſet.

Nam inſpecta diſpoſitione iuris communis, cũ ipſa ſoror vtrinque coniũcta in ſucceſſione fratris defuncti, fratri conſanguineo tãtum præferebatur. Auth. itaque, C. commu. de ſucceſſio. cum ſimili. & ſtatutum hoc præferat fratrem conſanguineum ſorori vtrinque coniunctæ, ne tanta ſequatur ſororum iniuria. l. maximum vitium, C. de lib. præteri. ſumma ęquitate niti videtur, ſi cõſanguineus vtrinque coniũctæ præferatur in cæteris bonis paternis ipſius fratris, vel aliunde quæſitis excepta dote materna quæ ſibi reſeruari deberet iuxta diſpoſitionem l. ſi emãcipatis, C. de legi. hęredi. non obſtante dicto ſtatuto, quod cum ſit contra ius debet recipere interpretationem declaratiuam, & reſtrictiuã a iure communi, cum ſatis ſit hoc caſu agnationis fauore, quod is qui erat poſterior in omnibus pręferatur in cęteris excepta dote, in qua ſoror prior erat & anterior, vt inquit in terminis Ruyn. conſ. 28. n. 7. lib. 3. Sozin. conſ. 30. nu. 18 lib. 1. Cæphal. conſil. 278. nume. 85. & egregie. Fulgo. conſil. 85. ſequitur Tiraquel. de ret. ligna. §. 14. gloſ. 2. nume. 6.

Et in huiuſmodi ſpecialibus ſtatutis cauendum eſt; inquit Fulgo. vt minus quam fieri poſſit lædatur ius commune. Et in terminis terminãtibus huius ſtatuti adducebatur deciſio Caſtrenſ. in Auth. itaque. C. commun. de ſucceſſio. & in conſil. 291. lib. 2. vtrobique decidens caſum iſtum in iſto ſtatuto ſub temperamẽto quodam duplicis patrimonij;
17 vult enim † quod talis dicatur mortuus cum dupli ci patrimonio, videlicet paterno, & materno, & ſic quod duplex illius ſit ſucceſſio, altera in bonis paternis, & aliunde quæſitis, & in his ſuccedat conſanguineus virtute ſtatuti, altera vero materna, & in hac ſuccedat ſoror vtrinque coniuncta ſecũdum ius commune, & hoc dicit eſſe æquum, & cõtrariũ ſapere nimiam iniquitatem, & de hoc debet eſſe cõtẽtum dictum ſtatutum abſque eo, quod vires ſuas
18 porrigat ad bona materna, & † non eſſe inconueniens, quod quis habeat diuerſa patrimonia propter legem, ſi emancipatis. C. de legit. hæred. ideo alijs terminis ſentit Roma. conſil. 40. nume. 6. & Rube. Alexan. conſil. 145. nume. 6. Corne. in dicta Auth. itaque, & in conſil. 269. colum. pen. verſ. ideo Paulus. lib. 4. & conſil. 311. eod. lib. 4. Albert. Brun. in tract. ſtaut. maſcu. in 12. artic. prin. nume. 259 car. 108. Ruyn. in terminis, in conſi. 20. num. 8. lib. 3. & conſi. 28. nu. 5. eod. lib. Hiero. Gabr. conſi 6. num. 5. vbi poſt alios relatos, dicit ſub num. 7. quod ab hac diſtinctione ĩ practica nemo recedere auderet a Caſtrenſe, & alijs reprobato Sozin. in conſil 89. lib. 4. Anto. Roſell. de ſucceſſ. ab inteſt. nume. 167. & Couarru. de ſucceſſ. ab inteſt. ſub nu. 7. verſ. 3. eſt, ſolet etiam pro hac parte citari Ripa in l. re coniuncti, nume. 13. de legat. 3. qui vere non facit niſi in illa generalitate duorum vinculorum, quę magis ſtringunt, & ita alias aiunt. Rotam hanc tenuiſſe de anno 1559. car. 300. & nouiſſime in curia Epiſcopali, ita fuiſſe tentum & iudicatum circunfertur.

DD. facta hinc inde dinumeratione Doctorum, & cognito, quod in numero, & pondere præualeret opinio Caſtrenſis, eamque communiter recipi perſpiciens, pronunciarunt ſecundum communem opinionem ad fauorem ſororis, licet nonnullis videretur non integram dotem maternam ei ſorore concedendam, ſed tantum dimidiam, quæ ſibi de iure communi debebatur in hæreditate matris, à qua fuit excluſa ex alio ſtatuto de ſtantibus maſculis, alteram vero dimidiam eodem iure communi fratri debitam conſanguineo relinquendam virtute alterius ſtatuti; nam per huiuſmodi conciliationem reſtituebatur ſorori quantum abſtulerat primum ſtatutum excluſiuum ab hæreditate matris propter maſculos, & ita etiam in puncto tenuit Ioan. de Guido, in conſil. 64. ad cap. vltima. volunta. lib. 1. in fin. & ei ſe ſubſcripſit Pet. de Exeo Aduocatus Florentinus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Probibitio alienationis ad tempus, an poſt tempus cenſeatur permiſſa, num. 11.*
2 *Alienandi facultas in materia permiſſiua dicitur eſſe irreuocabilis.*
3 *Prouiſio hominus facit ceſſare prouiſionem legis. 32.*
4 *Prouiſio hominis expraſſa, tacitam legis inculcat.*
5 *Prohibitio tacita legis dicitur ex præſumpta teſtatoris voluntate inducta.*
6 *Præſumptio vna tollit aliam.*
7 *Stant ſimul bona eſſe effecta fideicommiſſo, & quod hęres ea alienare valeat, dummodo non doloſe.*
8 *Et fiet reſtitutio non alienatorum, vel doloſe alienatorum.*
9 *Saltem pro quarta parte.*
10 *Argumentum à contrario ſenſu facit pro expreſſo haberi quod in ſenſu contrario elicitur.*
11 *Alienatio ad tempus prohibita, poſt tempus dicitur permiſſa.*
12 *Medium datur inter nolle, & velle.*
Inter prohibere, & permittere datur medium.
13 *Argumen. a contrario ſenſu ſumendum eſt ad limites verborum.*
14 *Doctori diſtinguenti magis creditur.*
15 *Alienationis prohibitio eſt onus odioſum.*
Prohibitio alienationis dicitur odioſa.
16 *Fideicommiſſum non extare in dubio pronunciandum.*
17 *Hæres grauari debet minus quam fieri poſſit.*
18 *Doctores qui in hoc articulo variarunt.*
20 *Prohibitio duplex ll. & hominis reddit alienationem ipſo iure nullam.*
21 *Impedimento vno ex pluribus ſublato, non remouetur alterum.*
22 *Doctores contrarij in aliquo articulo ſunt tollendi de medio.*
23 *Dictio, Niſi, ſequentia ponit & negata concedit.*
24 *Teſtator non pręſumitur reponere in arbitrio hæredis ſuam ordinationem fideicommiſſariam.*

25 *Fideicommiſſum iniunctum non cenſetur in dubio reuocatum.*
26 *Inducta ad vnum finem non debent operari contrariū.*
27 *Ex diſpoſitione negatiua, non reſultat affirmatiua a cōtrario ſenſu.*
28 *Argumentum a contrario ſenſu in materia vltimę voluntatis non procedit ad derogandum expreſſe diſpoſitit per teſtatorem.*
29 *Fideicommiſſum non dicitur odioſum poſtquam eſt inductum, ſecus forte antequam inducatur.*
30 *Fideicommiſſa, an ſint odioſa, ardua quæſtio.*
31 *Fideicommiſſo iniuncto ſtatim oritur tacita legis prohibitio.*
32 *Prouiſio hominis ſuperueniens naſcituræ nocet, non autem natę.*
Prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, limitatur multipliciter.
33 *Prohibitio ad tempus an teneat etiā reſpectu legitimæ.*
34 *Legitima debetur ſine mora, & dilatione, et grauamine.*
35 *Prohibitio ad tempus non autem generaliter tenet fauore prohibitorum, nec tanquam onus reijcitur.*
36 *Dummodo de imbecillitate prohibitorum appareat.*
37 *In dubio non præſumitur imbecillitas, & ſic grauamen erit.*
38 *Contrariū tamen verius reprobato Are. in conſ. 19. n. 7.*
39 *In dubio pręſumitur talis dilatio poſita ad fauorē filij.*

ARGVMENTVM.

De prohibita alienatione ad tempus, an cenſeatur poſt tēpus permiſſa.

Et an talis prohibitio teneat etiam reſpectu legitimæ.

DECISIO CXLIX.

DOMINA Eliſabet quondam
Laurentij de Brunetis condito
teſtamento, inſtitutis filijs, & factis
pluribus ſubſtitutionibus,
inter cætera mandauit, quod dd:
ſui filij, & hæredes non poſſint
modo aliquo de bonis d. teſtatricis vendere, & alienare
ſine licentia tutorum, vſquequo non venerint
ad ætatem trigīta annorum perfectam.

Expleto 30 annorū curriculo Iacobus filius, &
hæres inſolidum d. teſtatricis tam per viam alienationis
inter viuos, quam per vltimam voluntatem
legando, inſtituendo, & prout ſibi magis placuit diſpoſuit
de dd. bonis, & ſine filijs deceſſit.

Et inſtantibus ſubſtitutis auocare dd. bonorum
poſſeſſionem ab emptoribus, legatarijs, & inſtitutis,
reſpectiue, quærebatur an id iure attentaſſent,

1 Dubium enim faciebat, † quod prohibitio alienandi
erat temporalis vſque ad 30. annos, quæ poſtea
videtur permiſſa l. pater filium. §. fundum, de lega. 3. l. qui vno. §. ad tempus. ff. de re milit. cum ſi-
2 milibus, ergo alienata non reuocātur, quia † in materia
permiſſiua facultas alienandi intelligitur irreuocabiliter
permiſſa. Ang. in l. Marcellus, §. res, quę
& ibi Soz. in colum. fi. ff. ad Trebellia. Sozi. conſilio
14. num. 2. lib. 3. Crot. conſi. 61. nu. 17. concurrebat
natura limitatæ cauſę, quę limitatum producit effectum,
l. quod dictum, ff. de pact. Sozin. conſi. 15. pro
deciſione, col. fi.

3 Aderant aliæ iuris regulę, videlicet, † quod prouiſio
hominis faciat ceſſare prouiſionem legis. l. fi.
4 C. de pac. conuent. & expreſſa † hominis diſpoſitio
tacitam legis inculcat, l. cum ex filio. §. 1. ff. de vulg.
& pupilla.

5 Vnde † illa tacita legis prohibitio ex fideicommiſſo
ob præſumptam teſtatoris voluntatem inducta
a uct. res quę, C. communia, de le. l. Marcellus. §.
res, quæ ad Trebellia. videtur per aliam teſtatoris
6 expreſſam temporalem ſublata, ſicut † vna pręſumptio
tollit aliam, vt declarat Rui. in conſi. 76 num.
8. lib. 2. Alias fruſtra teſtator ad expreſſam prohibitionem
deueniſſet particulari ratione, niſi extra
illud tempus tacite alienationem permiſiſſet, cum
fideicommiſſum ipſum prohibitionem legis inducebat.

Neque inde teſtatrix inconſtantiæ, ſeu contrarietatis
nota argui poſſe videtur quaſi ſimul, & ſemel
inducendo fideicommiſſum alienationem prohibuerit,
d. auct. res quę, & eam poſt tempus permiſe
7 tit, quia † ſtant iſta ſimul, quod bona ſint ſuppoſita
fideicommiſſo, & quod grauatus alienare valeat. l.
Titius, ff. ad Trebellia. Nam fiet reſtitutio non alie
8 natorum, † vel doloſe, ac fraudolenter animo intervertendi
fideicommiſſum alienatorum, vt non ſemel
ſentit Rui. conſ. 76. num. 8 & 112. num. 10. &
ſeq. & 132. num. 5. & 153. lib. 2. in fi. quem refert
Manti. de coniectu. vlti. volunta. lib. 3. tit. 17. num.
9 11. † ſaltem pro quarta parte fideicommiſſario reſtituenda.
Sozi. conſi. 131. lib. 4. & 1 t t. lib 2.

Cuius quidem articuli ius rota fere pēdere vide
10 batur ab argumento a contrario ſenſu, † qui contrarius
ſenſus ſicut in lege pro lege accipitur, vt per
inde ſit, quod a contrario ſenſu elicitur, ac ſi in lege
expreſſum eſſet. gl. ordi. in l. qui teſtamento, ff. de
teſt. Ita arguēdo a lege ad teſtatorē, l. ſeruus, hac lege,
ff. de manu. teſta idē ſit dicendū in ſenſu contrario
ex diſpoſitione teſtatoris reſultante, vt pro expreſſo
habeatur, & conſequenter, qđ prohibitū ad
tēpus cēſeatur poſt tēpus permiſſū, d. l. pater filiū.
§. fundum, de leg. l. Imperatores, ff. de poſtulan.

11 Et in hanc partē plerique inclinauerunt, vt † poſt
tempus prohibita alienatio cenſeatur permiſſa. ſic
enim ſentit Capra. in conſi 92. num. 11. & ſequen.
Alexan. conſi. 55. nume. 7. & ſequen. lib. 3. Soz. iun.
conſi. 163. num. 33. lib. 2 Pariſ. conſi. 25. nume. 12.
lib. 2. Deci. conſ. 513. nume. 4 Ruin. conſ 76. nu. 6.
& conſil. 112. num. 4. lib. 2. & 121. nume. 8. libro 3.
Crot. conſi. 61. Decian. conſi. 9. num. 17. lib. 3. Rota
Bonon. inter conſilia Marzar. 7. in fin. Ruin. conſil.
132. lib. 2. de duo. potiſſimum capitale fiebat, & pro
deciſione in pūcto allegabatur. Is enim diſtinguē
do conſtituebat differentiam. An prohibitio fuerit
facta per verbum prohibuit ſimpliciter, an verbo
per verbum, non poſſit. In primo enim caſu
admittit contrariam ſententiam, quod poſt tempus
non dicatur permiſſum, cum non ſequatur
prohibuit intra certum tempus, ergo poſtea permiſit,

Digitized by Google

12 miſit, † quia inter vtrumque datur medium ſicut
inter velle, & nolle, l. 1. §. ſcientiam. ff. de trib. actio.
Alexan. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. Curne. conſil.
97 nu. 20. lib. 1. & ſic argumentum hoc modo ſum-
ptum a contrario ſenſu a verbo prohibuit non infe
ret conceſſionem poſt tempus de neceſſitate cum
detur medium, quod erit, non prohibuit, & res re-
ducetur ad ius commune, vt ceſſante expreſſa pro-
hibitione teſtatoris remaneat tacita legis.
In ſecundo vero caſu prohibitionis factæ per ver
bum, Non poſſit, affirmat poſt tempus conceſſionẽ
permiſſam, & facere ceſſare tacitam legis.
Quia in hoc caſu ſumendo argumentum a con-
13 trario ſenſu † ad limites verborum, vt fieri debere
monet Anto. de But. in c. cum Apoſtolica. extra de
his, quæ fiunt a præla. ſine licen. cap. argumentum
de neceſſitate concludit ſine medio, nam inter poſ-
ſe, & non poſſe, non datur medium: erit igitur ſecũ
dum eum bona ſequela, teſtator mandat, ne poſſit
intra certum tempus alienare, ergo poſt illud tem-
pus prohibitus poterit alienare.
Et hæc Rui. opinio ſic diſtinctione fulcita vide-
14 batur amplectenda, † cum magis credatur Doctori
diſtinguenti. Silua nupt. quomodo ludi. num. 32. &
15 maxime, quod prohibitio alienationis † ſit onus
odioſum. Bar. & alij in l. filiusfam. §. diui. de leg. 1. &
16 † in dubio ſit pronuntiandum fideicommiſſum nõ
extare ad fauorem libertatis bonorum. Rolan. cõſ.
17 31. num. 3. & 34. nu. 2. lib. 4. & † in gratiam hære-
dis minus quam fieri poſſit grauandi, l. apud Iulia
num. §. Seio, ff. de legat. 1. l. Titia. §. qui in vita, ff. de
legat. 2.
In qua quidem opinione conſtanter perſeueraſ-
ſe Ruinum apparet, cum hactenus non conſtiterit
variaſſe, quemadmodum fecit in alienationis pro-
18 hibitione per verbum prohibuit factæ, in qua † pa
rum ſibi conſtans fuit in conſil. 112. lib. 2. & 117.
nu. 27. eod. lib & 121. col pen. lib. 3.
19 A quo † quidem contrarietatis vitio nec ſe abſti-
nuit in hoc articulo Deci. qui aliter ſenſit in cõſil.
513. nume. ſecundo, quam dixerit in conſilio eius
deciſiuo 386.
Sicut idem contigit Pariſio ſibi contrario in cõ-
ſil. 25. lib. 2. ab his, quę firmarat in cõſi. 31. eod. lib.
& conſi. 25. lib. 3. eodem vitio varietatis laborante.
Soz. quoque Iuni. vt eſt videre in conſi. 130. lib. 1. et
in conſ. 163. & 188. lib. 2.
In contrarium, quod ſtante huiuſmodi prohibi-
tione ad tempus, poſt tempus non dicatur permiſ-
ſa, firma remanente tacita legis prohibitione, quod
nobis magis placuit, multa ſimiliter adducebantur.
Duplex enim oriebatur prohibitio ex fideicom-
miſſo, vt ſupra iuncto legalis tacita, & expreſſa te
ſtatoris temporalis. Illa fauore vocatorum, & deſcẽ
dentium, quibus reſtitutio in ſuo caſu faciẽda erat:
hęc autem in gratiam prohibitorum, ne propter lu
bricum ætatis inconſultæ cum maximo eorum prę
20 iudicio alienarent. † Hæc ſtante duplici prohibitio-
ne, & legis, & teſtatoris reddit alienationem ipſo iu
re nullam, & ſtatim reuocabilem: illa vero interim
validam eſſe ſinit, reuocabilem tamen eueniente ca
ſu reſtitutionis purificati fideicommiſſi, ita egre-
gie tradit Caſtren. enn l. 263. circa primum, col. fin.
lib. 2. ſubdens, quod ſi contraria ſententia admittle-
retur, in manifeſtam vtiq; contradictionem per re
motionem legalis tacitæ prohibitionis teſtatrix in-
cidiſſet, quaſi eodem tempore iniungendo fideicõ-
miſſum voluerit reſtitutionem fieri deſcendenti-
bus prohibitorum, & quod prohibiti poſt tempus
prohibitum poſſent ad libitum in necem fideicom
miſſi teſtatoris intentionem fruſtrando alienare,
quod conſiltum Caſtren. ſecutus eſt Dec in d. conſ.
386. deciſiue, reddito contra conſilium Rui. 132.
& Pariſ. conſ. 31. nu. 36 lib. 2. & eadem fundamen-
ta tacito Caſtrenſe allegat idem Rui. in conſi. 117.
nu. 27. & ſeq. lib. 2.
Quibus adſtipulantur alia verba d. teſtamenti,
dũ teſtatrix vltimo loco ſubſtitutes eos grauat ad
faciendum celebrari anno quolibet anniuerſarium
pro anima ſua.
21 Et ſic † cum dictæ prohibitiones tendant ad di-
uerſos effectus per vnius remotionem, non tollitur
altera, vt ibi per Caſtr. ad inſtar duorum impedimẽ
torum, quorum vno ſublato remanet alterũ. l. vim
paſſam §. præſcriptione. ff. de adul. Ale. conſ. 62. li. 2.
Eandem opinionem ſecutus eſt Soz. iuni. conſi.
130. lib. 1. Rui. conſ. 153. num. 14. lib. 2. & conſ. 14.
eod lib. Pariſ. conſ. 55. lib. 2. nu. 16 Alcia conſi. 136.
lib. 9. D. Paulotius olim huius Rotæ Auditor inſi-
gnis in quodam ſuo conſilio deciſiuo, Thob. Noni.
conſi. 90. Pedemonta. in deciſio 85 num. 14. Grero.
Gab. conſ. 134 q 1. nume. 6 Corne d. conſ. 97. Ce-
phal. conſi. 153. num. 42. Iaſ. conſi. 173. lib. 1. Alba.
Card. conſi. 41. Manfred. in tracta. de attenta. lib. 1.
par. 6. vbi latiſſime hanc opinionem tuetur a con-
trarijs, Rota Floren. in motiuis 1571. die 13. No-
uem. vbi plene, & reſpondet ſimiliter contrarijs, &
rurſus in motiuis 1573. die 10. Decemb. Gozad.
conſil. 80. & ita per duas conformes fuit obtentum
Piſtorij iudicante Domino Blaſio, & confirmante
Dom. Amato.
Et licet horum aliqui fuerint ſibi parum conſtã
22 tes in hoc articulo, his tamen demptis, (vt † demi
debere monet Aym. conſ. 116 in fi. Dec. conſ. 259.
col. 3) adhuc prævalent numero, & auctoritate nõ
minori, qui pro hac parte inclinarunt. Ita vt hanc
eſſe communẽ opinionem facile teſtatus ſit Thob.
Noni. in d. conſi. 90. & Paulotius in dicto ſuo voto,
& crebriorem eſſe dixerunt ijdem Domini huius
Rotæ in præcitatis motiuis.
A qua in iudicando nobis non viſum fuit rece-
dere propter diſtinctionem illam Ruin. in conſilio
131. Tum, quod in eodem caſu habeat de directo
contradictorem, Dec. d. cõſ. 386 (licet vtrunque ad
miremur, tãquam duo iuris luminaria propter emi
nentem, & excellentem eorũ ſcientiã) tum, quia cõ
perimus plures, qui in caſu prohibitionis factæ per
verbum non poſſit, eius opinionis fuerunt, vt prohi
bitum ad tẽpus non dicatur permiſſum poſt tẽpus,
vt fuit in caſu Sozi. Iuni. d. conſi. 130. in eadem fa-
cti ſpecie Thob. Noni. d. conſ 90. ſimiliter in deciſ.
Pedem. 85. ac etiã in vtriſque motiuis huius Rotæ

ſupra eitatis, vltra Dec. in d. conſ. 386. & ſic non ali
ter facta diſtinctione io d. verbo non poſſit, vel pro
hibuit, dixerunt huiuſmodi prohibitionem ad tem
pus, extra tempus in permiſſionem non reſolui, ſed
remanere in puris terminis iuris communis.

Preterquam, quod io caſu Rui. aderat pondera-
23 bilis dictio, † niſi, cuius virtus eſt ſequẽtia ponere,
& denegata concedere, vt ibi per eũ, quæ non adeſt
in caſu iſto.

Quod ſi ad limites verborum in hac facti ſpecie
argumentum a cõtrario ſenſu ſumẽdũ ſit ad eruẽ
dam permiſſionem, vtique ſic proprius procedet, vi
delicet teſtator prohibuit alienationem ſine cõſen-
ſu tutorum, vſque ad trigeſimum anoum, ergo in-
tra d. tempus cum licentia tutorum permiſit.

24 Neque † enim eſt veriſimile quod teſtatrix quæ
tot ſubſtitutionum gradus excogitauit in ſuo teſta
mento, voluerit illico ſuam ſic præordinatam di-
ſpoſitionem hæredis arbitrio ſubuertendam repo-
nere, qui ſi nollet quicquam vocatis relinquere, mi-
nime cogi potuiſſet. l. ſub hac cõditione. ff. de actio.
& obliga. Pariſ. conſi. 55. num. 16. lib. 1.

25 Fideicommiſſa † enim iniuncta nõ cenſentur in
dubio reuocata. Cephal. conſi. 67. nu 4. & 207. ma-
xime incontinenti. l. nam ad ea de cond. & demon.
Iaſ. in l. ſi pluribus. de leg. 1. Niſi verbis expreſſis id
fiat. Soz. conſil. 31. num. 9. lib. 4. & conſil. 113. nu. 1.
lib. 3. Soz. iun. conſi. 130. num. 6. lib. 1.

Quemadmodum etiam parum iuri cõuenite cre
26 dendum erat, quod † inducta ad vnum finem, vi-
delicet, quod prohibitio alienationis alias cõfirma
toria, & augumentatiua fideicommiſſi, contrarium
effectum pariãt infirmationis, & relaxationis. l. pro
culus, cum ibi nota. ff. de vſufruct. Bar. in l. donatio
nes. §. species. ff. de donatio.

17 Et † diſpoſitione cum negatiua non reſultat af-
firmatiua ex vi argumenti a contrario ſenſu ſecun-
dum Bal. in l. 2. C. de cond. inſert. l. Titia. §. fi. l. ex fa
cto, la prima. de hæred. inſti.

Maxime in materia vltimarum volũtatũ in qua
28 † non licet arguere a contrario ſenſu ad derogan-
dum expreſſe diſpoſitis per teſtatorem, vel ad cor-
rectionem alterius partis teſtamenti, vt hic accidiſ-
ſet. Alcia. conſi. 78. lib. 9. nu. 3. & optime videbãtur
facere deciſa per Deci. in conſi. 38. vbi in ſimili pro
hibitione alienationis ſine licentia quorundã, non
ſumitur argumentum a contrario ſenſu ad permiſ
ſionem cum licentia in derogationem expreſſe di-
ſpoſitorum per teſtatorem.

Nec ob. l. pater fili. §. fundũ, de leg. 3. quia id ibi
procedit, quia teſtator poſt d. tempus nihil diſpo-
ſuit, & ideo remanebat in diſpoſitione iuris com-
munis, ſed hic ſubintrabat prouiſio legis ex præ-
ſumpta voluntate teſtatoris prohibentis alienatio-
nem ad fauorem fideicommiſſariorum vocatorũ,
& ita videtur eſſe de mente Bar. ibi dum exponit il
la verba textus. Ita enim fiet, vt fundus de nomine
veſtro nunquam exeat, & ita reſpondent huic obie-
ctioni DD. Auditores in dd. motiuis 1571. vbi etiã
reſpondentes cæteris contrarijs ad quæ nos remitti
mus de eorum dicta tranſcribamus.

Nec obſtat, quod dicitur de fideicommiſſo, qđ
ſit onus odioſum, & quod non ſit præſumendum,
29 quia quicquid ſit antequam inducatur, tamẽ † poſt
quam eſt inductum, non eſt odioſum, vt tradit Man
tica, de coniect. vlti. volunta. lib. 7. c. 1. num. 37. præ
30 terquam, quod † illa propoſitio de fideicommiſſo,
qđ ſit odioſum potius, quam fauorabile, non eſt ex-
pedita, & poſt multos hincinde allegatos contrariũ
firmat Marzarius, de fideicom. in 1. par. q. 1. de quo
late Mantica in d. ca. 1. Nec ẽt eſt adeo fauendum
hæredibus, vt aperta teſtatoris iudicia ſubuertãtur.

Minus etiam obſtat, quod expreſſa prouiſio te-
ſtatoris faciat ceſſare tacitam legis, vt amplius non
reuiuiſcat, quia his reſponſum eſt a Paulo de Caſt.
in d. conſi. 263. quod cum dictæ prohibitiones ten-
dant ad diuerſos effectus, vna non tollitur per aliã,
& alias reſponſiones tradit Dec. d. conſ. 386. nu. 5.

31 Statim † enim, quod fuit iniunctum fideicõmiſ-
ſum, fuit nata prouiſio legis tacita, & ſuperueniẽs
hominis prouiſio naſcituræ præiudicat, non autem
iam natæ. Bal. in l. vbi adhuc, col. 7. C. de iu. dot. & p
iſta euacuatur alia conſideratio Ruin. d. conſ. 132.
in ratione dubitandi dum vult, quod tacita legis
ceſſet vſque ad 30. annum expreſſe prohibitionis,
quia dormit interim tacita, quæ iam nata erat, &
erat ſine effectu durante expreſſa, quæ ſi ceſſet, ſuc-
cedit tacita prohibitio nunquam extincta.

32 Alias † fallentias ad d. regulam ponit Neguſan.
de pigno. ſecunda par. 4. memb. nume. 87. & alias
ad caſum noſtrum accommodant DD. in dictis mo
tiuis 1571. & latiſſime, Manfred. in d. tracta. de at-
tenta. lib. 1. par. 6.

Et per iſta concluſum fuit contra poſſeſſores bo
norum ſaluo iure Trebelli. & legitimæ, quatenus
non ſint conſũptæ prout in ſentẽtia, &c. & ita alias
fuit iudicatum ſemel dum eſſem iudex pro Rep. Se
nenſi in Ilcinea tunc reſidente, & ruſſus in agro Pi
ceno, dum eſſem Auditor Illuſt. & Reuerẽ. F. M. D.
Cardinalis Sfortiæ legati generalis S. R. E.

33 In eadem facti ſpecie fuit dubitatum etiam † an
d. prohibitio ad tempus teneret etiam reſpectu legi
timæ, & Trebellianicæ, ita quod durante d. tempo-
re detrahi non poſſent.

Et videbatur dicendum non tenere, ſtante priui-
34 legio legitimæ de iure naturæ debitæ, † quæ ſine
mora, dilatione, vel alio grauamine debetur, l. quo-
niam in prioribus. C. de inoff. teſta. Rui. conſi. 137.
num. 3. lib. 3. Pariſ. conſi. 100. num. 20. lib. 1. Doct.
in l. in quartam, ad l. falcid.

Maxime ſi prohibitio apponeretur fauore fidei-
commiſſariorum, tunc enim reſpectu hæredis eſſet
onus per quod minueretur legitima l. fœminæ. § il-
lud. & §. fi. C. de ſec. nup. Aret. conſi. 19. col. 2. nume.
3. verſ. ſed remanet.

35 Et † licet non generaliter facta prohibitio, ſed
ad tempus fauore prohibitorum teneat, & non reij
ciatur tanquam onus, ſed fauor reputetur veluti ſi
fiat minori 25. ann. ſecũdum Caſt. conſ. 264. col. 2.
lib. 2. Aret. d. conſ. 19. nu. 5. Iaſ. in l. filiusfa. §. diui. de
leg. 1. col. 6. Ioan. dilec. de arte teſtan. in tit. de vari.
teſta. præcep. caute. 2. num. 4. Thom. Ferret. cau. 35.

cum

cum concor. per Anto. Gab. de legitima. concluſ. j. num. 20. & ſeq.

36 Id † tamen videbatur concedendum ſi conſtaret de imbecillitate, & ętate minorũ, vel maiorum, hebetum tamen, ſeu prodigorum, vt tradit Rolan. cõſ. 98. nu. 12. lib. 2. Aret. d. conſi. 19. num. 7. verſi. item

37 ſi ponamus, † ſecus vero forte dicendum eſſet in dubio, vt erat in caſu iſto, vbi fit prohibitio vltra minorem ætatem 25. annorum abſque eo, quod de imbecillitate prohibitorum appareat, vnde Aret. d. cõſil. 29. ſub nu. 7. concludebat, quod in tali caſu prohibitio non teneret reſpectu legitimę, quia tũc modus, & prohibitio poſſet ſe habere ad vtrumque, videlicet, ad onus, & ad fauorem, & in dubio pro onere reputandum, & ſic reijciendum de legitima.

38 Verum † reprobata Aret. opinione DD. inclinabant prohibitionem hanc vſq; ad 30. annos etiam

39 reſpectu legitimæ tenuiſſe, vt † ex communi opi. alios referens tradit Roland. d. conſi. 98. nu. 25. Ferret. d. caut. 35. Anto. Gabr. vbi ſupra, & dicit Ferret.

40 quod † talis dilatio in dubio cenſetur appoſita in fauorem filij, nõ aũt in grauamen, cum nemo alius capiat pro filio melius conſilium quam ipſe pater, vt late tradit Manfred. de attenta. lib. j. in 6. part. nu. 5. ſed ſuper hoc articulo non fuit opus aliquid firmare, quia partes inierunt concordiam.

SVMMARIVM.

1 *Nominatio in actionibus perſonalibus non eximit nominantem a iudicio.*

2 *Nominatio, an concedatur in actionibus realibus.*

3 *Extraiudicialis denunciatio non inducit malam fidem, num. 20.*

Denunciatio extraiudicialis non conſtituit quemquam in mala fide, nu. 20.

4 *Colonus, & operarius, an teneatur credere cuilibet denũcianti.*

5 *Colonus, & operarius vicinus præſumitur ſcire confines.*

6 *Operarius, an teneatur inueſtigare, quis poſſideat, nu. 10.*

7 *Operarius excuſatur ratione mandati.*

8 *Operarius, colonus, & ſimiles excuſantur ob ignorantiam.*

9 *Sententia lata contra commu. opin. eſt iniqua ſicut lata contra legem.*

10 *Operarius non tenetur facere diligentiam de poſſeſſore.*

11 *Dubitans ignoranti æquiparatur.*

12 *Dubitans dicitur eſſe in bona fide.*

13 *Credens nobili viro excuſatur.*

Credulitas iuſta cauſatur ex dicto boni viri.

14 *Denunciatio a non habente ius denunciandi ſperni põt.*

15 *Proteſtatio non habentis ius non afficit.*

16 *Dolus, vbi requiritur non ſufficit nimia credulitas.*

Credulitas nimia non æquiparatur dolo.

17 *Temeritas culpæ non dolo æquiparatur.*

18 *Temeritas aliqualiter excuſabilis non punitur.*

19 *Temeritas ſi quando punibilis ſit, pœna extraordinaria punitur.*

20 *Extraiudicialis denunciatio, an inducat malam fidem.*

21 *Denunciatio extraiudicialis, vt viatore, & villico facta non attendenda.*

22 *Denuncianti extraiudicialiter non credendum, niſi de veritate denunciatorum doceat.*

23 *Status medius non inducit malam fidem.*

24 *Mala fides recuperatur ex ſuperuenientia certitudinis.*

25 *Mala fides conſcientia dubia non cauſatur.*

Conſcientia dubia malam fidem non generat.

26 *Operarius ſcienter laborans in alieno ſolo punitur.*

27 *Laudatio, & nominatio non fit niſi in rebus mobilibus, & immobilibus.*

Nominatio, & laudatio fit in mobilibus, & immobilibus.

28 *Nominans, & laudans, an poſſit poſtea comparere in iudicio, & ad quid.*

29 *Nominatio eximit nominantem a iudicio tam poſſeſſorio, quam petitorio.*

30 *Nominatio non datur in perſonalibus actionibus.*

31 *Nominatione dicitur finita inſtantia, quoad nominantẽ.*

32 *Dolus non præſumitur.*

33 *Mandatum conductoris excludit dolum in operario.*

Operarius excuſatur propter mandatum conductoris.

ARGVMENTVM.

De operario conducto ad laborandum, an & quando excuſetur propter mandatum, & an, & quando nominando, & laudando mandantem eximatur a iudicio contra eũ intentato, &

De nominatione, & laudatione, in quib. caſib. permittatur.

DECISIO CL.

REVOCABATVR in dubiũ ex reſcripto Sereniſſimi Magni Ducis in gratiam D. Ioan. Baptiſtę Capponij emanati ſententia D. Poteſtatis lata ad fauorem D. Ioannis del Caccia, & contra Iacobum del Padouano.

Conqueſtus enim fuerat D. Ioan. de Iacobo eo, quod in bonis a ſe, vt prætendebat poſſeſſis arbores ſciderit, & ligna fecerit, per quem actum incidẽdi, vis quædam inquietatiua fieri dicitur, l. nam, & ſi ramos, & l. denique. §. arbores, ff. quod vi aut clam.

Ab huiuſmodi querela Iacobus ſeſe defendendo dicebat, quod vti operarius, & mercenarius conductus a Capponio præmiſſa feciſſet. Qui quidẽ Capponius ſic nominatus, & ab ipſomet querelãte citatus comparuit, & ſuſcipiendo in ſe iudicium dedit ſuas defenſiones, & capitula cum inductione teſtium ſubinde examinatorum.

Tandem Do. Poteſtas condemnauit operarium ad emendationem damni, & in pœnam ſtatuti, vna cum expenſis, reſeruando eidem iura talia, qualia aduerſus d. Capponium, &c.

Quęrebatur in reuiſione huius ſnię, an iſte pauper operarius iure, vel iniuria condemnatus extiterit.

Et pro iuſtitia ſniæ allegabatur in terminis deciſio Caſtren. in conſil. 470. ad primũ lib. j. vbi cõcludit damnum dantẽ non obſtãte aliqua bona fide, vel alterius mandato, vel licentia aut nominatione de alio facta teneri ad emendationẽ dãni illati, eumq;

habere

Digitized by Google

habere tamen regreſſum pro conſeruatione ſuę in-
demnitatis aduerſus mandantem, ſeu conductorē
qui eum decepit, neque ex nominatione ſeu lauda-
1 tione excuſari, † quia nominatio, & nominati iudi-
cium in ſe ſuſceptum non eximit conuentum a iu-
dicio contra ipſum inſtituto in actionibus perſona-
2 libus, † ſecus forte in realibus, l. actionum genera. §.
t. ff. de actio & ob. tradit Rebuff. ſuper conſtitu. re-
gni. in tit. de dilatio. artic. 2. glo. t. nu. 25. Vbi limi-
tat reſpectu informandi de ſuis iuribus, nā ad hunc
effectum admittitur nominatio etiam in perſona-
libus; idem Rebuff. in d. glo 2. num. 18. & artic.
4 gl. 1. nu. 7. & art. 5. gl. 1. nu. 8. Sozin. in c. quoniam
frequenter. §. quod ſi ſuper, nu 19. extra, vt lit. non
conteſta. Bal. in conſi. 436. lib. 3. parum ſibi conſtās
eum contrarium dixerit, & forte melius, in conſil.
144. lib. 1.

Qui quidem operarius ex alio nec mandati, neq;
nominationis præſidio tutus videbatur, quaſi dolo
non careret. Nam fuit præmonitus a colono D.
quærelantis, ne fines a ſe oſtenſos egrederetur; pro
tunc deſtitit ab opera incidendi, & poſtea in die ſe-
quenti audaeins ad incidendum reuerſus præſcri-
3 ptos fines proſilijt, & licet † extraiudicialis denun-
tiatio non conſtituat aliquem in mala fide l. fin. ff.
4 pro emp † tamen facta colono, & operario videtur
inducere ſaltem doli præſumptionem ea ratione,
quia quemadmodum operariorum bona fides, &
credulitas quæ eos excuſat, eſt fundata ſolum in di-
ctu cōductoris ſimplici, ita ex ſimplici alterius alte
ratur, cū nulla ratio ſuadeat credēdi magis vni quā
alteri, ita de communi opinione teſtatur Deci. in l.
velle, col. fin. ff. de reg. iur. vbi reſpondet contrarijs
in contrarium adductis per Alex. in l. de pupillo. §.
nunciationem. ff. de op. no. non. refert, & ſequitur
Barthol. Theggius in tract. crimi. in 10. parte, num.
37 Ant. Pinell. in aut. niſi. C de bo. mat.

5 Quod maxime procedit in operario † vicino pro-
pter præſumptam ſcientiam rerum vicini. Corne.
conſil. 94. num. 11. lib. 3. vel altas in loco eſſet pu-
blica fama ſcientiæ præſumptæ inductiua. Deci. d.
l. velle, col. fin. Bal. d. conſ. 446. Careri. in pra. cri. §.
homicidium nu. 106. late Plot. de in lit. iuran. §. 49.
num. 27 verſic. & idem quæ omnia concurrere di-
cebantur in iſto operario, qui denunciatus re inte-
gra antequam intraſſet ad incidendum acquieuit,
& poſtea ultenſos fines tranſgreſſus, doloſus repu-
tandus erat. Deci. d l. velle. ſub nume. 3. verſicu. ſed
reſponderi, Plot. vbi ſupra, Bar. & alij relati a Care
rio in loco præcitato. Rolan. a Valle conſ. 52. num.
12. lib. 1. Pinell. in d. aut. niſi, nu. 14 vbi de commu-
ni opinione quod denuntiatio extra iudicialis affi-
cit maxime facta ante actum.

6 Præterquam ſecundum Bal. in d. conſi. 446. † qđ
operarius iſte tenebatur inueſtigare quis poſſide-
ret dd. bona, & fuit in culpa. Roland. d conſ. 52 nu.
5. & ſic non debuit temere ad iniuriam proſilire.

Cum itaque iſtius operarij bona fides foret in-
terrupta per denuntiationem, vel ſaltem reddita
dubitabilis, debebat in ſtatu ſic dubio ab opere
deſiſtere, vt prima vice fecerat, donec inter domi-
nos de poſſeſſione iudicaretur.

Ex aduerſo contra ſententiam in promptu ſta-
7 bat communis, & recepta concluſio, † quod opera-
rius in ſolo alieno, ſeu ab altero poſſeſſo laborans
excuſatur, & mandans tenetur ad damnum, ita poſt
gl. determinat Bar. in l. in rem actio §. tignum. ff. de
rei vēdi. & pulchre Bal. in cōſ. 144. lib. 1 & teſtatur
Iaſ. in d. §. nunciationem, col 4. num. 7. Deci. in d. l.
velle. Rolan. conſi. 53. nume. 6. lib. 1. Plot. in loco
ſæpius allegato, Sozin. conſil. 54. nume. 23. lib. 4.
8 Et hoc eſt regulare quod operarij, laboratores, co-
loni, & ſimiles propter ignorantiam, & credulitatē
excuſantur, vt paſſim Doctores affirmant in præci
tatis locis. & tradit Prat. Papi. in for. libel. de turba.
poſſeſſio. Menoch. de Arbitra. lib. 2. cent. 4. caſu
354. & de reti. poſſeſſio. in 3. remedio, num. 314. &
625. cum ſeq. & 630. Natta conſil. 72. nu. 2. Faciunt
enim iſti ratione proprij exercitij, & artis ſuæ, & ha
bent præſumptionem ignorantiæ pro c maxime ſi
nominent auctorem a quo mandatum habuerint.

Vnde ſtante ſupradicta communi ſententia D.
Poteſtas pronuntiando contra communes traditio
9 nes inique feciſſe dicitur, † cum paria ſint iudica-
re contra legem, vel contra communem opinionē,
Rip. in l. damnum § hoc iudicium, nume 107. ff. de
damn. infect. Contard. in l. 1. in 9. limita. nume. 54.
& ſeq. C. ſi de momen. poſſeſſio.

Nihil refragantibus in contrarium Caſtren. &
Bal. ſupra citatis, ille in conſil. 470. lib. j. iſte vero in
conſ. 446. lib. 3. quia hic multum eleganter conſu-
luit pro operario, in conſ. 144. lib. 1.

Ille autē loquitur in caſu longe diuerſo ab iſto
qui fundatur in glo. d §. tignum. Nam in caſu Ca-
ſtrenſis non requirebatur dolus, nec mala fides, vt
hic, vltra quod deciſio Caſtren. fundatur in æquita
te naturali, vt illi locatores operarum teneantur ad
damna ratione vtilitatis inde perceptæ ex paſcuis,
ſecus eſt in caſu iſto, vbi operarius non abſtulit li-
gna, neque vtilitatem aliquam inde percepit.

10 Nec culpæ † operarij eſt attribuendum, quod non
fecerit diligentiam perquirendi poſſeſſores bono-
rum, vt placuit Bal. quia idem Bal. contrarium fir-
mauit in d. conſil. 144. in fin. dicens operarium ad
id non teneri, quia maius tēpus impenderet in per-
quirendo quā in laborando. Vnde dolus non argui
tur nec culpa in eo qui non facit id, ad quod non te
netur, vltra quod culpa fuiſſet leuiſſima, vel non at
tendenda, vel non ordinaria pœna punienda, vt di-
cit Bald. ibi, & ad Rolan. d. conſ. 52. nu. 25.

Quemadmodum nec attendenda videbatur al-
legata fama, & vicinitas; quia non probata, vt pro-
banda erat in actis. Corne. conſ. 250. lib. 1. Plot. d. §.
49. nu. 27. prope finem.

Similiter quantum ad dubietatem operarij ex
denuntiatione cauſatam retorquebatur argumen-
11 tum, † quia dubitans ignoranti æquiparatur l. ma-
12 nifeſtiſſimi. §. ſin autem. C. de furt. Dubitans enim
dicitur eſſe in bona fide, & doli expers, eique par-
citur ſicuti ignoranti indulgetur, Aymo. in conſ. 8.
nu. 10 Natt. conſ. 315. nu. 13. Menochi. de arbit. iu-
di. lib. 1. q. 75. nu. 7.

Qui-

Quinimo reditus illius operarij ad opus conti-
nuandum videtur eum magis excuſare a dolo,& cul
pa,quaſi certior factus a conductore reperito man-
dato,reuerſus ſit ad incidendum, credidit enim no-
bili viro, & in non prohibitis operas ſuas impende
13 bat pro victu parando, † & ex dicto vnius nobilis,
& digni viri cauſatur bona fides, & iuſta credulitas,
inquit Bal.in cap.ſanctorum,de præſcrip.gloſſ.in l.
Titio fundus,de cond. & demon.quam late exornat
Tiraquel de mitiga.pœna.cauſa 51.num.26.& ſeq.
Rol.conſi.52.num.9.lib. j.

Ita quod non videtur de nimia credulitate arguẽ
dus,ſi credens nobili viro ſimplici denunciationi vi
14 liſſimi villici non acquieuit, quem † impune ſper-
nere potuiſſet tanquam ſine iure denunciantem, l.
ſi maior.C.de reſcin.vendi.

15 Proteſtatio enim † ius proteſtandi non habentis
non afficit dicit Bar.ibi.

Et dato,quod operarius fuiſſet leuis corde,& ni-
mis credulus, adhuc in caſu de quo agitur dolũ re-
16 quirente,non videbatur iure condemnatus, † quia
vbi dolus requiritur non ſufficit nimia credulitas
ſecundum Ang.in l.mariti.§.plectitur.ff.de adult.

Nec etiam ſubſtineri poſſe videbatur ſententia
17 ex capite temeritatis, quia † temeritas culpæ (ne
dum dolo) non aſcribitur Iaſ.in l.videamus num.6.
18 de in lit. iura.†Quę vbi ſit aliqualiter excuſabilis,
nullatenus punitur.Bero.in conſi.187.in fi.libro 3.
19 † Et quę quando puniri contingat non grauiori,
ſed extraordinaria pœna corripitur. Aymo.in conſ.
46.num.10.

20 Præterea † ad id,quod dicebatur ex denunciatio-
tione extraiudiciali induci malam fidem maxime ſi
fiat re integra, & ante inciſionem, argumen.l.pen.
ff.de vſucap pro empt. & de communi opinione re-
fert Arri.Pinel.in auct.niſi, num.14.C.de bon.ma-
ter. reſpondebatur id forte procedere ſi fiat ab ha-
bente intereſſe ca l.ſi maior 25. C.de reſcin. vendi.
21 non † autem a villico, & viatore, vt placet Sozi.in
conſilio 54.num.31.libro 4.rationibus ibi per eum
aſſignatis. Vel dici poteſt cõtrarium verius eſſe ex
his,quæ tradit idem Pinell.ibi. numero 15.per l.ſie
22 vis inficiatus, ff.depoſi. † vbi quis non tenetur cre-
dere nuncianti niſi doceat de veritate eorum, quę
nunciando dicit cum credulitas improbetur.Prętet
quam quod d. communis opinio videtur ſtare pro
operario, qui re non integra nec ante locatas ope-
ras,ſed in actu incidendi fuerit denunciatus, quem
ſi forte denunciatio titubantem, & dubium reddi-
dit, non ideo dicitur in mala fide conſtitutus, licet
forte nec etiam in bona perſeueraſſe.ſed inter vtrũ-
23 que nec in bona nec in mala,†& ſtatus medius non
inducit dolum, tum quia ab initio fuerit in bona
fide, tũ quia ſuperueniẽs denunciatio etſi ad bonũ
finem conturbaſſet, non tamen in malum commu
tauit, quia non ſuperuenit certitudinarie. Immo
melius informatus a conductore, & certior reddi-
24 tus † illa mala fides,ſeu non bona fides medio tem-
pore ſuperueniens fuit recuperata ex d.certioratio-
ne,arg.no.per Bar.in l.naturaliter,colum.3.de vſu-
capio.& per Balb.de præſcrip.3.par.6.par.prin.2.q.
d.3.par.prin.nu.3.& nu.7.Et ideo dicebat Bal.in c.
25 ſi diligenti,de pręſcri.†quod conſcientia dubia nõ
generat malam fidẽ,cum dubius in conſcientia nõ
dicatur facere contra conſcientiam,niſi poſt quam
innotuit veritas Bal.in cap.fi.col.3.de conſuc.Alias
ſufficit bonam fidem adeſſe a principio. Balb.d. 2.
q.prin.3.par.prin.6.par.prin.nu.7.

26 Verum † nec dum videbatur conſtare operarium
hunc doloſum fore,tanquam ſcientem,rem in qua
laborabat,eſſe alienam Menochi.de ret.poſſeſ.3.re
med.num.618.ſed nec etiam apparebat bona illa eſ
ſe poſſeſſa ab ipſo querelante, quod erat pręcipuũ,
& neceſſarium ad obtinendum in huiuſmodi iudi-
cio,l.j.§.fi.vbi Bar.num.18.ff.vti poſſi. Sozi.d.cõſil.
54.Bar.in l.j.C.vti poſſ.

Et ideo,vt dicebat in puncto Sozi.dicto conſilio
54. colum. fi.in fi. non videbatur, quonam modo
potuerit condemnari iſte operarius cum in eo do-
lus non adſit.

Immo D.Iudex noluit ſemper hoc pronunciare,
an a quęrelante, vel conducente operarium bona eſ
ſent poſſeſſa,dum abſoluit nominatum adiecta cau
ſa, quia lis cum eo non erat conteſtata.

Cęterum ad illud de nominatione non admittẽ-
27 da in perſonalibus actionibus (laudatio † enim, &
nominatio nõ fit niſi in rebus mobilibus,& immo
bilibus,teſte Rebuff.de dilatio.artic.2.gloſſ.j.num.
18.Sozi.in capit.quoniam frequenter. §.quod ſi ſu-
per,num.15.16. vt lit. non cont.) Videbatur deci-
ſio in terminis in cõtrarium per Sozi.dicto §.quod
ſi ſuper num.22. vbi firmat in cauſa damni dati lo-
cum eſſe nominationi, & nominato non comparẽ-
te,nihilominus præſens condemnabitur cum vter-
que teneatur, vt ibi per eum,& ſic comparente no-
minato nominans erit dimittendus,qui nõ teneba-
tur amplius ſtare in iudicio,& porrecto libello con-
tra nominatum comparẽtem (ex iam porrecto cõ-
tra nominantem non poterat nominatus condem-
nari) cauſa contra nominatum erat agitanda.

Et vlterius contra ſententiam allegabatur Deci.
Sozi.iunio. in conſilio 46. libro 11. Vbi concludit
in caſu villici, & laboratoris conuenti rei vendica-
tione per ſolam nominationem domini, iudicium
cum eo intentatum ipſo iure dici extinctum, & fini
tum ex mente Ang.in l. 2.C.vbi in rem actio. &
Salyc.ibi in 2.nota.

Quicquid igitur poſt nominationem fit contra
nominantem extra inſtantiam, & a iudice declina-
to videtur factum.

Nec per vlteriores comparitiones poſt nomina-
tionem per nominãtem factas dicitur iudicium iã
extinctum durare, quia illa perſeuerãtia coram di-
cto iudice non proueniebat ex pœnitentia nomina-
tionis, vt is pœnitens velit iudicium recuſatum in
ſe cõtinuari, ſed ideo comparebat, vt ſtante ſua no-
minatione, & nominati comparitione ipſe nomi-
nans per pronũciam D.Iudicis a dicto iudicio dimi
tteretur, quia Domi. Iudex adhuc remanſit iudex
in abſoluendo illum ab obſeruatione iudicij,nõ au-
tem in condemnando,vt fecit.

Et licet Specul. in titu. de primo decreto,nu.18.
verſi.

Digitized by Google

28 verſic. quid ſi nominans,† dicat nominantem poſſe
compatere in iudicio, nó tamen dicit litem cum eo
durare, nam poteſt comparere vti defenſor nomina
ti, vt declarat Sozi. ibi, vel ex abundanti cautela ad
obtinendum declaratoriam iudicij ipſo iure quo ad
eum per nominationem extincti.

DD. dixeruot bene recurſum, & nulliter iudica-
tum per Dom. Poteſtatem, aſſumédo vocem illam
nulliter in eo ſenſu, quo plerumque accipi ſolet a
Iurecóſultis, vt in l. ſcire oportet, §. fi. & in l. qui te-
ſtamento, & ibi Bal. ff. de excuſa. tuto. Vanti. de nul-
lit. coram quo pro. poſſ. nu. 5.

Ea potiſſimum ratione moti, quoniam Iacobus
operarius accuſatus ante litem conteſtatam nomi-
nauit Capponium auctorem, & mandatorem, qui
nominationem acceptauit, comparuit, & ad ſuas de
fenſiones propoſitas fuit admiſſus, vnde erat abſti-
29 nendum ab operarij condemnatione ſtante † no-
minatione ſuſcepta, quæ eximit nominantem nó ſo
lum in petitorio, ſed etiam in poſſeſſorio iudicio,
vt not. Docto. in dicta l. 2. C. vbi in rem actio. & in
dicto capit. quoniam frequenter, §. quid ſi ſuper, &
de comm. opi. Soz. in l. rem quæ nobis, q. 10. in fi. de
acqu. poſſeſſ. Plot. de in lit. iur. §. 49 num. 27. in fi. in
6. limit. Menoch de recuper. poſſeſſ 15. remed. nom.
484. & in poſſeſſorio, ſic alias fuit iudicatum in hac
Rota die 28. Ianuarij 1560.

30 Et licet in materia damni dati,† & alijs perſona-
libus actionibus, quibus quis ex delicto proprio in
ius vocatur, quantumcunque de mandato alterius
patratu, non ſit locus nominationi declinatiue, ſed
inſtructiue, & informatiue. Bald. dicta l. 2. colum. 3.
4. 7. Sozi. dicta quæſtio. 10. & dicto §. quod ſi ſuper,
num. 114. 117. 139. & eadem Rota Florentina 23.
Iunij 1552 cauſa tamen iſta, vel non erat eiuſmo-
di, ſilua exiſtéte cędua, qualis erat iſta loris præſum
ptione. Calca. conſilio 100 num 4. ſed ad ea interdi-
cta pertinebat, quæ in rem ſcripta dicuntur in qui-
bus locum habet nominatio. Sozi. dicto §. quod ſi
ſuper, numero 116. præſertim ſuſcepta nominatio-
ne. Plot. dicto §. 49. nu. 27. ita quod vel fuiſſet opus
noua actione cótra nominatum ſecúdum aliquos
in dicta l. 2. & in dicto §. quod ſi ſuper. Natta cóſilio
324. num j. Vrſil in addit. ad Afflict. deciſi. 217. nu.
2. Vel ſaltem prima erat repeténda. Deci. cóſilio 62.
numero 4. Sozi. dicto §. quod ſuper num. 126. licet
Alberi. in dicta l. nouam dilationem nó ſoſſicere af
firmet. Quorum neutrum cum hic nó fuerit factú,
31 vel nulla fuit dicta ſententia, quæ † propter fini-
tam inſtantiam cum accuſato per nominati ſuſce-
ptionem contra nominantem proferri non debuit.
Sozi. dicto §. quod ſi ſuper, nu. 126. & Sozi. inn. di-
cto conſilio 46. nu. 9. conſi. ſequenti, lib. j. Vel ſi erat
talis, vt ſolum nominatio ad inſtructionem prodeſ-
ſet ſecundum Menoch. d. remedio 3. num. 207. de
retin. poſſeſſ. alia ex parte laborabat ſententia, vide-
licet ex notoria iniquitate, quia cum Iacobus dolo
careret, non poterat condemnari, vt condemnatus
32 fuit. † Dolus enim non erat pręſumendus, l. dolum,
C. de dolo, Menoch. d. remed. 3. num. 617. maxime
in operario, qui artem ſuam exercens eam ad ſiluã
cęduam accommodauit. Calcan. in puncto. d. conſil.
100. num. 8.

Et ſic omnia bona fide geſta dicuntur ab opera-
rio, gl. communiter recepta in d. l. in rem §. lignum
etiam Barto. ff. de rei vendica. quam pro colonis, &
operarijs, vt non queant de turbata poſſeſſione ac-
cuſari, notat Ang. ibi, num. 2. qui reſpondet ad text.
in auc. vt omnes obed. prin. & aduertit Calca. d. con-
ſilio 100. no. 2. & Bal. in l. non ideo, vbi etiam Salyc.
num. 5. C. de accuſatio. Rip. in cap. 2. de iudi. num.
41. & illam glo. communem dixit Sozi. d. conſil. 54.
num. 23. Vrſil. in addi. ad Afflict. deciſio. 217. nu. 3.
Plot. d. §. 49. num. 27. Iaſ. in l. de pupillo §. nuncia-
tionem, de op. no. nunc. quę procedunt etiam in ope
33 rarijs mercennarijs, vt in dd. locis. † Quod autem
mandatum conductoris præſtet bonam fidem ope-
rarij, & dolum excludat, reſpondit Fely. in conſi. 24.
Deci. in d. l. Velle, num. 3. & ſeq. de regu. iu. Menoch.
d. 3. remed. num. 314. Bald. d. conſi. 144. Ruy. conſil.
122. num. 12. lib. 5.

*Et ſic cum bono iure huius operarij im-
ponitur finis Deciſionibus Celeber-
rimæ Rotæ Florentinæ, editis per
M. D. Hieronymum Magonium
nobilem Vrbeuetanũ eiuſdem Ro-
tæ Auditorem, & in hac vtriuſque
iuris multa meſſe inſignem opera-
rium ad laudem omnipotentis Dei,
& Beatæ Mariæ Virginis, & om-
nium vtilitatem, &c.*

F I N I S.

Digitized by Google

INDEX VERBORVM

RERVM, ET SENTENTIARVM INSIGNIVM IN DECISIONES ROTÆ Illuſtriſs. Reſpubl. Lucenſis,

Authore D. Hieronymo Magonio I. V. D. Vrbeuetano, iterum excuſſas, & ab omnibus mendis expurgatas. Cum Annotationibus D. Fabij Timei de Bozarinis. I. V. D. pariter Vrbeuetani.

Cuius primus numerus Deciſionem ipſam ſecundus Deciſionis cuiuſque numerum indicat.

A

AB adminiſtrantibus gratuito non exigitur ſcrupuloſa, & rigoroſa rationis redditio. deciſione 3. numero 6

Ab arbitrarijs non datur appellatio, & qualiter procedat. dec. 42. ſub nu. 21

Abſentia longa, remota, tacita, & nunquam litteris, aut alio quouis minimo rumore interpellata morti comparanda eſt. dec. 44. ſub nu. 11

Abſolutoria ab obſeruatione iudicij in dubio præſumitur lata, quia non probatum. 32 55

Abſolutio cẽſetur facta in acceſſorijs virtualiter, vbi non ſit condemnatio. 65 18

Abſoluendus venit, quis ratione incertitudinis. 27 27

Abundare in cautela non nocet. dec. 87 *ſub nu.* 17

Ablatiuum abſolutum formam inducit. 45 11

Abſurdum, vt euitetur, lex reſtringi debet. deciſ. 88. ſub nu. 7

Ab exceſſiua taxatione datur appellatio. 18 11

Ab executione ratione exceſſus datur appellatio, & exceſſus quot modis contingat. 18 12

Abraſio, & ſeparatio melioramentorum, ita demum conceditur, niſi dominus vellet reficere. 33 49

Acquiſitio momentanea non eſt habenda in conſideratione. 53 37

Acquiſitio momentanea filij non prodeſt patri ad acquiſitionem vſusfructus. 53 38

Acceptans teſtamentum, an & quando dicatur renunciare legitimæ. d. 85 7

Accidentia non ſunt in conſideratione, quia poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem. in anno. d. 14. in ver. non ſubſtantialis. *ſub lit. e*

Acceptans ſimpliciter patris hæreditatem, videtur ratificare teſtamentum. 7 37

Acceptatio generalis teſtamenti, non nocet filio in legitima. deciſ. 85. nu. 8. etiam ſi ſit iurata. 9

Accidentalis alteratio non vitiat. 14 30

Acceptio perſonarum in iudicijs non datur. 52 12

Actionis ceſſio, an valeat ſi precium non correſpondeat, & ſatis ſit, quod ſolutio probetur per confeſſionem tantum. 53 5

Actio natiua, quæ ſit. 38 5

Actionis ceſſio loco alienationis habetur. 53 2

In actione tributoria datur ſeparatio, ſecus quando ſimplici agitur de peculio, vel de in rem verſo, d. 1. ſub nu. 1

INDEX.

Actio non derogatur, quando clara mens teſtatoris apparet.deciſ.82 ſub nu.27

Actio præſcriptis verb.poteſt intentari ad certificandam rem incertam,& incerte venditum.20 3

Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem.20 11.& 30

Actio mandati oritur, quando gratuito nihil dato,vel promiſſo,quis curam alterius negocij ſuſcipit.2 1

Actiones, in hæredes non tranſeunt ante reſtitutam hæreditatem.59 13

Actionis ciuilis,& criminalis cumulatio eſt a iure prohibita.91 4

Actionis, qualitas ex medio concludendi cognoſcitur. 54 2

Actioni perſonali,quando tempore præſcribatur.81 1

Actorum inſpectio probat,quem non fuiſſe citatum, & alia nõ interueniſſe,quæ in eis nõn ſunt deſcripta. d.21. ſub num.19

Actor victoriam non conſequitur,licet interpellet ius rei, niſi fundet ſuam intentionẽ, quia non ſequitur reus ius non habet,ergo alter ius habet.deciſ.38 ſub nu.35

Actor originarius non iuſtificans per productionem actorum ſententiam pro ſe latam, dicitur probatum de iniquitate per ſolam productionem ſententiæ in libello appellatorio.39 1

Actoris ex parte principium principalius eſt iure, quod ſe habet ex parte rei.d.47 ſub nu.6

Actor, quando tenentur edere reo. in annot. deciſio. 5.in verb.probare poſſet.ſub lit.b

Actor aduerſus reum habet in alternatiuis decem electiones.in anno.d.16.in ver.reſpectu loci, ſub lit.a

Actor originarius in prima inſtantia, & actor dicitur in ſecunda d.64 ſub nu.1

Actor originarius in cauſa principali,dicitur actor in cauſa appellationis.d.64 ſub nu.1

Actore non probante ſententiam iuſtam, dicitur reum condemnatum probaſſe ſententiam iniuſtam. deciſ.64. ſub nu.2

Actor,quandoque reo edere tenetur. d.5.nu.9.& quid de æquitate. nu.6

Actor,qui reportauit ſententiam pro ſe appellante aduerſario tenetur producere acta iuſtificatoria primæ ſententiæ,alias dicitur reus condemnatus probaſſe de iniuſtitia ſententiæ.64 1.& 2

Actore non probatur reus abſoluitur.d.45 ſub nu.4

Actori non licet,quod reo permiſſum non eſt. 52 13

Actor non probans, non poteſt deferre iuramentum reo. in anno.d.11.in ver.non probante. ſub lit.c

Actus agentium vltra eorum intentionem non operatur. d.45.ſub nu.31.d.5.nu.17.d.28 nu.28

Actus celebratus à principe ſuæ legis diſpoſitioni ſubiacet.deciſ.38 ſub nu.34

Actus nullus publicationis qualitatem non recipit.d.32. ſub nu.3

Actus geſtus a ſimplici perſona, ex ſuo capite non conſultis peritis non excuſatur.40 18

Actus iudiciarius inualidus parte non opponente ſuſtentatur.52 20

Actus non iudicatur ſecundum denominationem, ſed ſecundum formam,& eſſentiam. d.38.num.31.& d.32. nu.24.d.60 21

Actus annullatio pœna eſt.68 15

Actus quandoque occultatur, vt breuis manu, quid fiat. 31 14

Actus qualitas ſub qua celebretur inſpicienda eſt.5. 26

Actus procuratoris etiam pœnalis, poteſt in præiudicium ratificantis,ratificari.in annot. dec.51. in verb.Rot.d. ſub lit.e

Actus, vt impediatur de dubio iudicatur, ſicut de certo. 42 7

Actus,qui certo tempore geſtus,poteſt eſſe licitus,& illicitus,in dubio præſumitur geſtus tempore licito.81. 15

Actus reprobatus propter turpitudinem agentis,tunc nullo iure permittitur, & actui de iure diuino prohibito comparatur.95 18

Actus debet potius intelligi, vt valeat, quam pereat.in annot.d.32.in ver. ad vnam ſpeciem vltimæ voluntatis.ſub litera K

Actus fictus promiſſionis,quandoque ſequitur ex vera datione.76 18

Actus prohibitus fauore alicuius, eo non opponente valet.27 23

Actus habitandi eſt,quid indiuiduum.97 9

Actus corruit forma non ſeruata. 49 4

Actus voluntarius ſequens,purgat vitium præcedens. 17 24

Actus cohabitandi cum patre dicitur neceſſarius.dec.27. ſub nu.42

Ad compromittendum, ex officio nemo compellitur niſi petatur.d.33.ſub nu.11.& quando ex officio. ibid.

Ad certificandum rem incertam,& incerte venditam poteſt agi præſcrip.verb.20 3

Ad cognoſcendum ea, quæ dependent ab animo, quæ ſine conſideranda.26 18

A decreto de exequendo non licet appellare.43 5

Adhæſio appellationi intra quod tempus fiat.9 24

Adiecto ſolutioni recte ſoluitur, quando cauet de rato.34. 13

Adiectus ſolutioni non dicitur,qui contrahit. 34 7

Adiectus ſolutioni in rem ſuam agit.34 8

Adiectus ſolutioni,non poteſt agere,ſed a ſponte ſoluente ſolutionem recipere potuit.34 1

Adiectus ſolutioni, nil aliud poteſt agere, quam recipere ſolutionem.in anno.deciſ.34. in ver. & ſibi ſolui ſtipulatus fuit.ſub lit.b. vbi ampliationes, & limitationes, multæ traduntur.

Adhærens appellationi efficitur quaſi vnus ſpiritus cum appellante.d.9 ſub nu.28

Aditus ad principem difficilis reputatur.25 83

Adire videtur, qui ſoluit debita hæreditaria.24 20

Aditio hæreditatis per habitationem domus, & retentionem aliorum bonorum hæreditariorũ probatur. 62. 15

Adire ſola voluntate fit, quæ declaratur verbis, & facto. in ann.deciſ.63.in verb.tam per habitationem domus. ſub lit.e

Aditio qualificata cum beneficio legis,& inuentarij efficit, quod quando tractatur de damno hæredis per inde ſit,ac ſi hæres non eſſet.deciſ.6 ſub nu.42.& 43

Ad iniuria nemo inducendus.59 17

Adminiſtratores minorum debent abſtinere, ne ſibi ipſis ſatisfaciant de proprio credito,propter timorem ſubornationis.46 36

Admi-

Digitized by Google

INDEX.

Adminiſtrantes, an & quando, & quanto tempore præſcribant, & cogi non poſſint ad reddendum rationem. in anno. d. 2. in ver. adminiſtratores, ſub litera a, vbi etiam, quid in eo, qui pietate ductus adminiſtrat bona pupilli.

admiſſio capitulorum eſt interlocutoria, ad quam pars citari debet. deciſ. 45. num. 15. alias nulla eſt. ibidem. num 16

ad penſiones recipiendas nemo reſtituitur, de cuius tituli inualiditate conſtet. 4 — 21

ad pœnam conuentionalem ex delicto, quomodo agatur. 100 — 39

adoleſcentia vſque ad 25. annum ſe extendit. 12. — 3

ad pœnam conuentionalem ex delicto, quando agatur. 100 — 39

aduertimentum DD. Aduocatis circa commiſſiones cauſarum. in anno. deciſ. 25. in ver. habitis pro confeſſarius. ſub lit. g

Adraſti Gordij Hiſtoria. 36 — 23

aduocati pauperibus gratis patrocinari debent. 40 — 25

aduerſus præſcriptionem. 20. vel. 30. annorum ex capite ignorantiæ datur reſtitutio. 31 — 33

aduerſus rem iudicatam, quando itur ſine reſtitutione. 67 — 8

ædificans, & opus faciens, in ſuo licet alteri noceat, animo tamen nocendi facere non præſumitur. 29 — 17

ædificans ſcienter in re aliena, an perdat melioramenta. 33 — 21

ædificans ſcienter in bonis fideicommiſſo ſubiectis, et per ipſum emptis impenſas perdit. d. 33 — ſub num. 29

ædificans ſcienter in ſolo alieno, quando dicatur animo donandi facere. 33 — 26

æquitatis ratio dictat lites dirimere, & ſumptibus parcere. 18 — 2

æqualitas, in iudicijs ſeruanda eſt. 58 — 3. & 8

æqualitas, vt inter fratres, & ſorores ſeruetur, plurimum eſt laborandum. 48 — 18

æqualitas eſt ſeruanda in priuilegijs tendentibus ad ordinatoria iudicij. d. 52 — ſub num. 16

æqualitas ſemper præſumitur ſeruata a patre inter filios & ita voluiſſe patrem. 82 — 8. & 26

æqualitatis ſeruandæ cauſa multa ſtatuta ſunt ſpecialia. 82 — 9

æqualitas ſufficit, quod ſemel ab initio fecerit. 7 — 41

æqualitas habetur tanquam concordiæ, & pacis nutritiua, & ideo præſumitur. d. 82 — ſub num. 8

æs alienum, & debitum vnius apothecę, debet extingui credito illius, & non alterius corporis. 1 — 23

æs alienum reſpicit totum patrimonium. 1. nu. 1. 9. 12. 33

ætas minor probatur ex aſpectu. deciſ. 68. ſub numero 7

ætatis diuiſiones ſecundum varias opiniones hominum. in anno. d. 13. in ver. adoleſcentię. — ſub lit. a

ætas. 25 ann. dicitur legitima ætas, & ideo facta mentione in teſtamento de legitima ætate intelligitur de 25. annis. in annot. deciſ. 13. in verb. 25. annorum, ſub lit. b

ætas eſt difficilis probationis, ideo probatur, & matris, & conſanguineorum teſtimonio. in anno. d. 13. in ver. ſi de baptiſmatis. — ſub lit. e

ætatis cognitio relinquitur arbitrio iudicis. in ann. d. 13. in ver. fide baptiſmatis. — ſub lit. e

ætas, quomodo probetur, & quando per teſtes, & quando ex aſpectu. in ann. d. 66. in ver. minor autem ętas. ſub lit. b. & c

ætas minor vigintiquinque annis multis priuilegijs dotatur. 13 — 4

ætatis veniæ abbreuiatio, ſeu ſupplimentum, quomodo concedatur, & eius praxis. 13 — 6

ætas ex fide baptiſmatis probatur. 13 — 7

ætas dicitur eſſe quoddam ſubſtantiale in homine, ſecundum, quam quis prædicatur ſcire, & alia facere. 13. 1

ætas eſt multiplicis gradus. 13 — 2

ætas minor comprobatur donatione curatoris. deciſ. 68. ſub num. 7

affectio non ſolum conſideratur ſecundum naturam, ſed etiam ſecundum legem. 19 — 14

affectio minor cadit naſcituris, quam natis. 82 — 33

affectio magis præſumitur in proximiores, quam in remotiores. 19 — 2. & 14

affinitas non cadit in aliquem ſenſum corporis. d. 43. ſub num. 46

Affinitas etiam per inſtrumenta probatur. 43 — 27

affinitas præſumitur negata per ignorantiam. 43 — 23

affinitas, qualiter probanda. 50 — 14

affinitas negata, vt teſtem de falſo arguat, oportet ſit talis, quod eum a teſtimonio repellat. 50 — 15

affinitas negata, præſumitur negata ignoranter. 50 — 11

affinis in cauſa iniuriarum factarum affini, an ſit idoneus teſtis. 30 — 14

agens ex contractu vltro citroque obligatorio, debet prius probare ſe impleuiſſe pro parte ſua. deciſ. 11. nume. 8. & deciſ. 61 — num. 2

agens hypothecaria non habet probare de dominio. 53 — 3

agens actum, ad quem agendum cogi poterat, non dicitur voluntarie agere. 37 — 10

agens ad totum, qui partem tantum petere poterat, nec in parte obtinet. 38 — 26

agens debet probare impleuiſſe pro parte ſua. 21 — 16

agens interdicto vti poſſidetis, quid probare debeat. 54 — 3

agens remedio can. reintegrandæ, quid probare debeat. 45 — 1

agens poſſeſſorio adiecta cauſa, veluti, quia hæres dicitur vtrumque proponere, & poſſeſſorium, & petitorium. 4 — 16

agens criminaliter, & petens reum criminaliter puniri, & ad reſtitutionem condemnari, nulliter agere dicitur. 91 — 5

agere pro liberatione a fideiuſſione, & ab obligatione multum differre. in annot. deciſ. 6. in verb. obligatione, ſub lit. a

agendi modus attendi debet. 98 — 11

agenti recuperandæ, remedio, poteſt opponi nunquam poſſediſſe, neque poſſidere potuiſſe. 74 — 1

agnatio per extraneos non pręſeruatur. deciſ. 7. ſub numero 24

agnationis fauor non conſideratur, quoties ſucceſſio limitatur ad certum gradum. in anno. d. 28. in ver. dicitur factum in cauſam dotis, ſub lit. e

INDEX.

agnationis frauor, & conſeruatio, dicitur cauſa fauorabilis ad tollendum legitimam in totum in annot.d.28. in ver factum in cauſam dotis, ſub litt.e

aggreſſor ſtans, & non ſe retrahens malum animum continendi habere praſumitur. 56 — 5

agrimenſor de quantitate corporis deponere debet, non autem de dominio, ſeu poſſeſſione. 3 — 19

allegans turpitudinem ſuam non auditur. deciſ. 95. ſub nu. 15

alleganti furtum commiſſum ſine culpa. incumbit onus probandi. 4 — 8

alienans contra prohibitionem non poteſt contrauenire, nec ab eo cauſam habens. 33 — 6

alienare non dicitur, qui compromittit neceßario vigore ſtatuti. d. 59 — ſub nu. 22

alienare prohibitus, alienanda ſibi preiudicat ſaltim quo ad illam commoditatem, quam eo viuente percipere poterat. 59 — 28

alienans contra prohibitionem, an reuocet alienata. 50 — 29

alienatum non dicitur cum non transfertur dominium. 31 — 32

alienationis rei eccleſiaſtica, tractatus probari debet per publicum inſtrumentum, ſpecialiter de eo factum, nec ſufficit de eo mentionem fieri per aliud inſtrumentum, niſi producatur. 12 — 24. & 25

alienatio pendente conditione valet, & ea adueniente reſoluitur. d. 33 — ſub nu. 26

alienatio contra duplicem prohibitionem facta non tenet, quando ſumus in fideicommiſſo particulari. deci. 33. ſub num. 23

alienationis loco habetur ceſſio actionis. 53 — 2

alienatio per generalem hypotecam non impeditur, ſed res hypotecata tranſit cum ſua cauſa, & onere. in anno.d. 21. in ver. alienatio, ſub lit.c

alienationis prohibitio non impedit, quin pro recuperanda alia re maioris conſiderationis, rei fideicommiſſo ſuppoſita vendi poſſit. 33 — 8

alienatio non dicitur qua tendit ad commodum hareditatis. d. 33. 9. & in caſu permiſſo non dicitur alienatio — 10

alienatio non permittitur concurrente prohibitione legis, & hominis. 50 — ſub nu. 19

alienationis verbo an comprehendatur, alienatio ex teſtamento, & quando. 7 — 35

alienatio fieri poteſt conſentiente fideicommiſſario. 59 — 23

alienationis loco habetur ceſſio. 53 — ſub nu. 2

alienationis prohibitio facta ſine cauſa, quando non valeat in anno.d. 33. in verb. an vero conditionale. ſub lit.a

alienatio in cauſam dotis, quod valeat non obſtante fideicommiſſo dupliciter iniuncto. in anno.d. 33. in verb. in caſibus, aliás connexis. ſub lit.c

alienabile, quod non eſt, nec eſt compromittibile. 59 — 12. & 22

alienatio, an valeat ex cauſa neceſſitatis ſtante prohibitioni alienationis in anno.d. 33. in ver. multiplex enim eſt neceſſitas ſub lit. b

alienatio fideicommiſſi tenet reuocabiliter eo alienante viuente. 33

alienationis prohibitio an ſimplex, vel conditionale fideicommiſſum inducat. 33 — 2

alienata, non obſtante prohibitione legis, & hominis poſſunt non expectata morte alienantis reuocari. d. 59. ſub num. 11

alimenta non debentur ad menſuram legitimę. 73 — 25

alimenta per patrem filij debentur, ne dum inſtinctu naturę, ſed etiam de iure ciuili. d. 73 — ſub nu. 8

alimenta arbitrio iudicis pręſtantur, licet etiam ad inſtructionem iudicis certa regula dari poſſit. 73 — 21

alimenta an debeantur filijs ſpurijs, & quomodo taxanda in annot. deciſ. 73. in verb. quia alimenta ſub litera b

alimenta non veniunt in publicatione bonorum. 84 — 19

alimenta quomodo taxari debeant in annot.d. 73. in verb. quia alimenta, ſub lit. b

alimentorum appellatione qua veniant, & alia ad materiam remiſſiue. in annot. deciſ. 26. in verb. veniunt alimonia. ſub lit.d. & in anno.d. 73. in ver. quia alimenta ſub lit.a

alimenta, vt praſtentur, non debent vendi bona magni valoris, ſed parui fructus. d. 73. num. 26. niſi pro alimentis filiorum. ibid. — 27

alimentorum, qua dilationem non patiuntur denegatio, eſt necare. d. 44 — ſub nu. 22

alimenta vxori debentur propter dotem non ſolutam, d. 44. ſub num. 2

alimenta, vt pręſtentur non debet quis arctare victum ſuum. 73 — 22

alimenta non debentur ad ratam valoris patrimonij, ſed fructuum. 73 — 24

alimenta mulieri ceſſant facta reſtitutione dotis. 44 — 13

alimenta per patrem filio debentur inſtinctu natura. 73 — 8

alimenta negans anathema eſt, & ſi eſt pater, turbat filium ſtatu, quaſi poſſeſſionis ſua filiationis. 73 — 9

alimentorum probatio difficilis eſt. 9 — 24

alimenta cum receptis ſeruitijs compenſanda ſunt. d. 9

alius pro alio in ære, & ęſtimatione puniri poterit. d. 27. ſub num. 2

alius pro alio, quod in corpore plecti poſſit nullo iure ſuadetur. d. 94 — ſub nu. 8

alius pro alio ſtipulari poteſt fauore dotis. 55 — 6

alius pro alio ſoluere poteſt, & liberat debitorem. 25 — 22

alium pro alio ſtipulari, eſt contra regulas iuris communis. d. 55 — ſub num. 6

ambulatur in tenebris, pro coniecturando defunctorum mente. 82 — 3

alteratio accidentalis non vitiat. 14 — 39

alteratio in ſubſtantialibus afficit. d. 14 — ſub num. 44

alteratio accidentalis non facit nouam emphyteoſim eſſe, cum pacta noua nihil operetur, quominus emphyteoſis dicatur antiqua, quo ad ſubſtantialia, qua attendi debeat in annot. deciſ. 14. in uer. non ſubſtantialis. ſub lit.e

alterato facto ſuperioris reſiſti non poteſt. deciſ. 69. ſub nu. 21

Alternatiua dicitur appoſita ad fauorem promiſſoris.

ris.16 4
In alternatiua loci, an ſit electio debitoris. 16 10
alternatiua poſita in ſtipulationibus, interpretatur ſecundum aeriſimilem ſtipulantis voluntatem. 33 11
alternatiua poſita inter perſonas, inter quas cadebat ordo affectionis reſoluitur, in coniunctiuam ſeruato ordine ſucceſſiuo. 2 25
alternatiuarum quatuor ſpecies, in anno. d. 2. in verb. alternatinę. ſub lit. c
a mandato de enacuando, & exfractando de iure communi non datur appellatio. in anno. d. 15. in ver. interponi. ſub lit. a
animi dependentia per quæ conſideranda. 26 18
animus eſt difficilis probationis. d. 26 ſub nu. 14
animus nocendi in dubio non præſumitur. 29 14
animus cum ſit, quid occultum, & latens non poteſt aliter percipi, niſi per extrinſeca. in anno. d. 26. in ver. uerborum, videlicet, & actionum. ſub litt. b
animus eſt indiuiſibilis. 26 13
animi cognitionis duæ viæ prodita ſunt. 26 14
animus malus ex quibus præſumatur. 26 15. & 16
an in damno data in arboribus debeat detrahi valor arborum, ſic inciſarum. 27 23
antiquum, vt dicatur, quod tempus requiratur, in anno. d. 43. in ver. etiam per inſtrumenta. ſub lit. b
ante liquidationem non conſtituitur in mora debitor. deciſ. 3 3
ante fidem factam de recurſu ab interlocutoria, & ante inhibitionem, iudex a quo non debet ſuperſedere. 25 39
ante factum, ſeu ante implementum facti ius non competit agendi. 25 77
ante concluſum in cauſa non dicitur conſtare. 42 14
ante reſtitutionem hæreditatis, actiones in hæredem non tranſeunt. 59 13
ante publicationem proceſſus, & termino dato ad defendendum, non dicitur conſtare de innocentia. d. 42. ſub numero 13
ante liquidationem ſententia non debet exequi. 78 8
annullatio actus pęna eſt. 68 15
appellatio non datur a ſententia declaratoria prima. 18. 3
appellatio non datur ab arbitrarijs iudicis. d. 42. 21. ſed declara, vt ibi.
appellare non licet a ſecunda ſententia, quoties ſit executio prima, & a prima non datur appellatio. d. 18 1
appellatio appellantis communis efficitur cum appellato, non appellante, etiam ſi appellatus appellaſſet, & appellationem deſereret. d. 26 34
appellans, an & quando teneatur producere proceſſum ſuis ſumptibus, & quando appellatus in anno. d. 64. in ver. producere acta. ſub lit. a
appellatio datur a ſententia lata de conſenſu partiũ. 61. 5
appellans licet infra legitima tempora, ac iuſta cauſa appellauerit, tamen ſi non producit ſuam appellationem intra terminum a ſtatuto præfixum non poteſt obtinere. 39 ſub nu. 3
appellatio in magnis ab arbitrio datur. 43 31
appellatio reducit rem ad eum ſtatum, quo erat in prima inſtantia poſt litem conteſtatam. 53 14
appellationis iudex non cognoſcit niſi de eo, quod cognoſcit iudex cauſæ principalis. 53 15
appellans tria probare debet, ſcilicet appellaſſe, intra legitima tempora, & legitima cauſa. 39 2
appellatio, quare non detur a confeſſis, & cõuictis in anno. d. 49. in ver. appellationis præſidio priuatur. ſub lit. b
appellatio confeſſi, & conuicti, qua ratione friuola dicatur in anno. d. 49. in ver. appellationis præſidio priuatur. ſub lit. b
appellationis adheſis, intra quod tempus fiat. 9 29
appellari non legitimè, & appellationi adhęrere, & non appellare, & non adhęrere paria ſunt. 9 30
appellatio, an detur a ſententia lata ſuper reductione laudi, eſt ardua quęſtio, & vtraque opinio poteſt amplecti. 37
appellatio datur a ſententia reductionis laudi. 17 48
appellatio a ſtatuto tolli poteſt. 15. 11. & 15. amplia, vt in num. 12
appellationi, quem renunciaſſe, qualiter intelligendum, in anno, d. 24 in ver. appellationi renunciaſſe. ſub lit. c
appellato licet ſperare reformationem ſententię, virtute appellationis aduerſarij. 30 33
appellare licet a tacita reiectione exceptionis, quę reſultat ex proceſſu ad vlteriora, ſicut ab expreſſa interlocutoria in anno. d. 3. in ver. recurrendo. ſub lit. c
appellare oportet ab interlocutoria, ne tranſitum fatiat in iudicatum. 3 13
appellantis beneficio, non appellans poteſt ſperare reformationem ſententię ad ſui fauorem. 26 35
appellatio non datur a ſententia, ſeu decreto de exequendo in anno. d. 18. in ver. nec a ſecunda, ſub litt. a. & qualiter procedat. ibid.
appellatio non datur de iure communi a mandato de euacuando, & exfractando in anno. d. 15. in ver. interponi. ſub littera a
appellatio addit robur ad reuocandum. in anno. d. 17. in verb. interlocatoria. ſub litte. b
appellatus tenetur producere acta iuſtificatoria ſuę ſententię. 71. 21. & d. 64 1. & 2
appellatio datur a ſententia lata ſuper feudis, & iuriſdictione in poſſeſſorio in anno. d. 4 in uer. minimè ualeat ſub lit. a
appellationi adhęrens efficitur quaſi unus ſpiritus cum appellante. 9 28
appellatio a diffinitiua dicitur reſpicere deciſoria, licet Rota contrarium tenuerit. 58 5
appellatio, & ratificatio in dubio præſumitur factę intra decem dies a die ſcientię. 6 25
appellatio, an & quando detur a ſententia lata de conſilio ſapientis. 62. ſub nu. 18
appellatio, quę eſt deneganda actori, & reo deneganda venit. 63 ſub num 8
appellatio, & nullitatis dictio circa lapſum fatalium pari paſſu ambulant ex forma ſtatuti Lucenſi. 67. ſub numero 3
appellationi renunciare uidetur, qui petit tempus ad ſoluendum. 24 18
appellatio ſuſpendit omne pronunciatum, & appellatum. 92 ſub num. 9
appellare non eſt neceſſe a ſententia nulla. 98. 5
appellatio datur ab exceſſu etiam non obſtante iuramento citra tamen notam periurij. 18 ſub num. 13
appellatio propriè non dicitur, quando a mero executore,

INDEX.

& nullam iuriſdictionem habente ſit exceſſus, ſed dicitur recurſus. 18 — 18
appellatio non datur a ſententia de exequendo. 62. 7. idē ſi pronuncietur non eſſe exequendum. — 8
appellatio perperam interpoſita, ad incommodum appellantis, tenet. 51 — 28
appellatio deuoluit totum negocium cum poteſtate confirmandi, infirmandi, & annullandi. 98 — 7
appellatio præſumitur facta intra decem dies datos ad appellandum. 49 — 27
appellatio a coniuncta perſona interpoſita poteſt ratificari poſt decem dies. 49 — 29
Appellatio datur ab exceſſu. 48 — 7
Appellatio ſi non datur a prima ſententia, nec a ſecunda idem continente poteſt appellari. 48 — 4
appellare non licet a decreto de exequendo. 48 — 5
appellatione pendente nihil eſt nouandum. 92 — 4
appellatione pendente ab interlocutoria, iudex præiudiciali negocio principali non procedit. 23 — 6
appellatio datur ab exceſſiua taxatione. 18 — 11
In appellatione datur regula non probatum probabo, non deductum deducam, 35 — 6
appellatio datur ab executione ratione exceſſus, & quot modis contingat fieri. 18 — 12
appellatio quod non detur ratione exceſſus caſus non reperitur. 18 — 13
In appellatione ab exceſſu, cauſa eſt ſpecialiter exprimendo. 10 — 14
appellationis verbum nullitatem continet etiam ſi non exprimatur. 67 — ſub num. 4
appellationis, & recurſus differentia remiſſiue in anno. d. 37. in ver. recurſus appellationis. ſub littera, a
appellatione lucri venit omne lucrum. 7. ſub nu. 2. vbi de lucro, & quæſtu.
appellatione filiorum, Nepotes quando veniant, & quando non. 73 — ſub nu. 25
appellatione iuris quid veniat in anno. 66. in ver. iuris appellatione ſub. littera, d
appellatione iuris, venit ius municipale. 66 — 12
appellatione filiorum in contractibus non veniunt filiæ fœminæ. 7 — 32
appellatione victus quid veniat. 26 — 24
appellatione perſonæ vel hominis, aut vnius an veniat vniuerſitas in anno. d. 72. in ver. vniuerſitas, ſub lit. a
appellatione vniuerſitatis an veniat caput, puta magiſtratus ab ipſa creatus, vel epiſcopus in anno. d. 72. ver. vniuerſitas. ſub littera, a
appellatione poſſeſſoris, de vero poſſeſſore intelligitur, ciuiliter poſſidente in materia ſtatutaria. 53 — 26
apotheca, & ſocietas præſumitur lucrum facere. 1 — 36
a proprietate verborum non eſt recedendum. 14 — 36
approbatio teſtamenti fit per acceptationem legatorum. 84 — 17
apprehenſio poſſeſſionis nulliter facta ob bonum ius confirmari. 87 — 16
apprehenſio, poſſeſſionis rerum defuncti per hæredes quādo ſit neceſſaria in anno. d. 45. in ver. & ad effectum recuperandæ. ſub littera, b
a præſumpta voluntate defuncti, contraria præſumpta voluntate receditur. 7 — 35
a præceptis non eſt ordinarie inchoandum. 15
a præſumpta calumnia, quando quis excuſetur remiſſiue. 50 — 20
arbitrium nunquam cenſetur conceſſum ſine cauſæ cognitione. 48 — 17
arbitri, & iudices poſſunt in eorum laudis, & ſententijs apponere modos, & conditiones futurum tempus reſpicientes. 48 — 19
arbitrio iudicis eccleſiaſtici ſtatur an ſit probata mors viri, & an ſit danda licentia mulieri transeundi ad ſecunda vota. 44 — 15
arbitrio iudicis relinquitur, an ſit locus nouæ torturæ. 89 — 11
arcana amico non reuelanda niſi coacte. 100 — 18
argumentum a correlatiuorum, quando habeat locum in anno. d. 58. in ver. quod argumentum. ſub littera, b
argumentum a contrario ſenſu non ſumitur, quando iuris correctio ſequitur. 1 — 15
argumentum a contrario ſenſu non ſumi. 10 — 12
argumentum à contrario ſenſu valet etiam in ſtatutis in anno. d. 29. in verb. iudicis præcepto executo. ſub littera, a
argumentum à correlatiuis procedit etiam in criminalibus. 58 — 7
argumentum de feudo ad emphyteoſim, quando valeat. in anno. d. 19. in ver. argumentum. ſub littera, a
argumentum de feudo ad emphyteoſim, an ordinarie valeat. 19 — 5. & 17. & deciſ. 45. 4
argumentum, quod ſi teſtator interrogatus, ita reſpondiſſet pro diſpoſito ſit habendum, eſt fallax. 82 — 28
argumentum à criminali, ad ciuilem cauſam procedit. 58 — 20
argumentum de re ad tempus ualet. 69. — 7
argumentum a communiter accidentibus valet etiam in materia probatoria. 44 — 1a
argumentum a communiter accidentibus, licitum eſt, in anno. d. 44. in uerb. iuris præſcriptionem. ſub littera, a.
arra dicitur eſſe indicatiua futuri contractus. 24 — 24
arreſtum frangens, dicitur frangere carceres. 90 — 9
articulus præiudicialis in primis eſt expediendus, alias nullum eſt quicquid fit. 37. 6. etiam ſi appellatio ſit admiſſa cum clauſula ſi & in quantum. ibid. — 7
Teſtes ſuper valore rei qualiter deponere debeant remiſſiue.dec.65 6

Teſtes recepti contra prohibitionem legis non probant, nec indicium faciunt.39 17

Teſtes actoris ſunt præferendi teſtibus rei paribus probationibus ſtantibus.65 14

Teſtes inducti,et iurati extra terminum probatorium non probāt.d.45.num.8.lit et iurati in termino poſt examinati probent.nu. 9

Teſtes plures,& grauiores præferuntur.54 6

Teſtes affines non ſunt integræ fidei.32 ſub nu.21

Teſtes inducti ad probandum tenorem teſtamenti debent ore proprio de toto tenore deponere,nec ſufficit per relationem.32 23

Teſtes deponentes de rebus geſtis in diuerſis locis videntur deponere de factis nouis,& ſic ſingulares ſingularitate obſtatiua.54 ſub nu.17

Teſtes excuſantur à pœna falſi, ex vehementi credulitate & ex ambitu,ex quibus moti fuerint ad ita deponēdū dec.50 ſub.nu.18

Teſtes deponentes ſuper affinitate,debēt incipere à communi ſtipi.dec 50 ſub nu.15

Teſtes inducti,& iurati ſuper capitulis in prima inſtantia productis an,& quando ſine nouo iuramēto poſſint deponere ſuper capitulis in 2.inſtantia productis.45 13

Teſtes quod fuerint rogati in teſtamēto in probando an ſufficiant duo,in annot.deciſ.32.in verb.tales fuiſſe rogatos,ſub lit.e.

Teſtes ſufficit eſſe concordes in ſubſtantia,licet quoad corticem uerborum diſcordent.d.32.nu.48. niſi ſint inducti ad probandum formalitatem verborum. nu. 49.

Teſtis habens affectionem ad cauſam non probat.74. 15

Teſtium numerus ſupplet defectum perſonæ,& inhabilitatis,non tamen dicti,& ſingularitatis.32 46

Teſtibus pluribus ab eodem productis variantibus ſtatur pluribus conteſtibus.32 47

Teſtis ignorans confinia, ſuper quibus deponit, non probat.dec.11 17

Teſtis dubitatiue reſpōdens pro ignorāte habetur.17.27

Teſtium rogitus requiritur in teſtamentis propter maximum timorem fraudis.32 6

Teſtiū numerus lege , vel ſtatuto requiſitus in teſtamētis dicitur eē de forma ſubſtātiali,ne dū probatoria.32. 4

Teſtis inductus ad recognoſcendum manum alicuius, ſi dicat non recognoſcere , non ideo reddit ſcripturam magis ſuſpectam.17 26

Teſtis ſibi contrarius reducitur ad concordiam , ut pœnas falſi euitet,non ad effectum probandi.79 ſub nu.8

Teſtibus,qui pro ſe habent iuris præſumptionis . magis creditur.29 13

Teſtis propter mendacium non dicitur omni exceptione maior.46 ſub nu.26

Teſtis non excuſatur ratione obliuionis ex cauſa decennij quando depoſitio eſt ſuper actu continuo, & ſucceſſiuo.deciſ.43 ſub nu.17

Teſtibus deponentibus de minori ſumma magis creditur, quam illis qui de maiori deponunt. 81 ſub nu.26

Teſtibus deponentibus de minori pretio magis eſt credendum quam illis,qui de maiori deponunt.65 ſub nu.9

Teſtis examinatus parte nō citata nō probat.30.ſub n.21

Teſtis habilitas,& inhabilitas recipitur,& attenditur tēpore ſactæ depoſitionis 65 ſub nu.10

Teſti unico quando, & quomodo credi debeat, in annotat. dec.57.in verb.vnicuique catoni credendum,ſub lit.c.

Teſti ruſtico varia deponenti dolus non imputatur. dec.43 ſub nu.8

Teſtis dans alium in conteſtem,qui dicat neſcire,redditur dictū primi teſtis ſuſpectū.dec.17.nu.8. & quod ei non credatur

credatur.numero 9
Teſtis ad aliquid probandum inductus, qui neſcire dicat pro negante habetur, & qualiter intelligatur. 17 6
Teſtis dicens verum, tamen ex falſa cauſa ſcientiæ, falſo magis, quam falſum dixiſſe dicitur. 50 7
Teſtis vnus de veritate ſemiplene probat. 46 8
Teſtis deponens de facto ipſo pręſente, cum non ſit verum de falſo punitur. 50 5
Teſtis iuratus, & examinatus extra tempus non probat. dec. 46. 33
Teſtis varius, & contrarius de falſo, an puniatur, 50. 3
Teſtis contradicens producenti non probat. 65 15
Teſtis negans extra articulos non probat. 74. ſub nu. 15
Teſtis in quo probabilis cadit obliuio ſuper depoſitis non repellitur tanquam falſus. 74 ſub nu. 18
Teſtis omni exceptione maior, quis dicatur. 32 12
Teſtis in cauſa propria deponens non probat. 89 2
Teſtiũ repetitio, & examinatio fieri nõ poteſt poſt publicatas atteſtationes, in an. d. 74. in ver. un repeti. ſub lit. b
In Teſte quilibet minimus defectus ſemiplenam probationem impedit. 46 20
Teſtis omni exceptione maior, quis dicatur eſſe. 46 21
Teſti clerico, & religioſo magis creditur, quã laico. 9. 21
Teſtis varius ſuper actu de præterito, cui fuit pręſens non excuſatur aſſerta obliuione. 43 17
Teſtibus pluribus productis, & variantibus, ſtandum eſt pluribus concordantibus. 56 7
Teſtium qualitas, quod ſint omni exceptione maiores eſt articulanda, & probanda. 42 35
Teſti de facto proprio deponẽti an, & qñ credatur. 2. 15
Teſtis ſe exonerans non probat. 2 16
Teſtis idoneus non eſt vxor pro viro. 75 13
Teſtis non eſt idoneus ſocer. 74 14
Teſtis deponens per imaginarias præſumptiones, & non per ſenſum corporis non probat. 74 ſub nu. 7
Teſtimonium directum non datur de mẽte hominũ. 27. 41
Teſtimonio vnius non eſt credendum. 57 1
Teſtimonium de auditu, an transferat onus probandi in alium. dec. 76 8
Teſtimonio vnius ſi eſſet credendum foret peſſimi exempli. dec. 57 ſub nu. 6
Teſtimonium vnius nec iuſtificat, nec condemnat. dec. 57 ſub nu. 5
Textus clarus legis præfertur communi opinioni. d. 62. nu. 17. & quando ſit præferendus, declaratur, in anno. dec. eiuſdem. 62. in verb. communi opinioni, ſub lit. f
Titulus ſufficit ſine noua traditione ei, qui alias ſit in poſſeſſione. 31 15
Titulus. C. ſi maior factus rem ratam habuerit, & tit. C. ſi maior fact. alienat. longe differunt inter ſe. 13 11
Titulus præſumitur ex poſſeſſione longi temporis, quando non adeſt iuris præſumptio in contrarium. 4 6
Titulus plene probandus non habente iuris pręſumptionem pro ſe. 4 7
Torqueri ſemel quis tantũ debet pro primis inditijs. 89. 9
Tortura, an grauiter, vel leuiter illata fuerit, quomodo probetur. 89 8
Tortura nõ eſt inferenda vltra tres vices. d. 89. ſub nu. 9
Torturæ repetitio non fit niſi ſuperuenientibus nouis inditijs. d. 99 ſub nu. 10
Torturæ illatio eſt reformanda, & temperanda. 89 10
Torturæ locus an ſit, iudicis arbitrio relinquitur. 89 1
Tortus perſiſtens in negatiua meram veritatem dixiſſe præſumitur, & eſt abſoluendus. 89 12
Tortus ſuper confeſſis, & conuictis etiam cum proteſtatione, ſi perſeuerauit in negatiua, an ſit abſoluendus, & quid obſeruatur, in anno. d. 89. in verb. contrarium ſeruent. ſub lit. a
Totum continetur appellatione virilis. d. 98. ſub nu. 23
Tractatus præcedens infert ad actus ſequentes, deciſ. 25. nu. 18. d. 46 17
Tractatus maritalis matrimonium probat. 86. 5. & 19
Tractatus alicuius negocij, non includit probationẽ, quia multa tractantur, quæ poſtea non perficiuntur. dec. 46. ſub nu. 30
Tractatus alienationis rei eccleſiaſticæ per publicum inſtrumentum, ſpecialiter de eo factus probari debet. d. 12. nu. 24. nec ſufficit de eo mentionem fieri per aliud inſtrumentum niſi producatur. 25
Traficum quoque computatur inter fructus pro alimentis decernendis. 73 25
Tranſuerſales comprehenduntur ſaltem vſque ad quartum gradum incluſiue. d. 6 ſub nu. 14
Truffatores, & profugi grauiter antiquitus puniebantur. 24 25
Truffatores, & transfugæ etiam ab antiquis odioſi reputati ſunt. d. 24 ſub nu. 25
Turbandi poſſeſſionem alterius plures modi ſunt. 54 1
Turbãdi 22. modi quis in ſua poſſeſſione remiſſiue. 54. 12
Turbari dicitur, qui in ſua poſſeſſione, inciſione arborum. dec. 54 ſub nu. 11
Turbato in ſua poſſeſſione plura remedia competũt. 54. 11
Tutelę ius apud quemlibet tutorum eſt inſolidum. deciſ. 1. ſub num. 15
Tutor, & ſimiles per conſtitutum nõ transferunt poſſeſſionem. d. 20. quod declara, ut ibi.
Tutores, quo ad ipſos, & eorum præiudicium poſſunt diuidere adminiſtrationem, ſed nõ quo ad alios. deciſ. 1. ſub num. 16
Tutores, vbi plures ſint, & diuerſæ adminiſtrationis in diuerſis locis, poteſt opponi compenſatio vni ex dictis tutoribus pro debito alterius tutoris. 1 3
Tutoris, & curatoris officium eſt neceſſarium. 68 29

V

Variatio, quando faciat indicium ad torturam. 89. 6
Variatio de teſtamento ad codicillos in eadem inſtantia non datur. 32 10
Varietas loci arguit varietatem corporum. 80 10
Vbi agitur ad reintegrationem penſionum, dicitur iudiciũ mixtum poſſeſſorij, & petitorij. 4 2
Vbi pœna impoſita eſt ipſo iure, & executio facta a lege impedit purgationem moræ. d. 25. ſub num. 34. limita ſi non interſit aduerſarij. ibid.
Vbi concurrunt duæ virtutes paris potentię tantum valet vna ad reſiſtendum, quantum alia ad obtinendũ. 97. 13
Vendens tenetur præciſe tradere. 95 4
Vendere promittens liberatur præſtando intereſſe, etiam ſi rem tradere poſſit. 95 3
Vendere pro locare accipitur ſecundum ſubiectam materiam. 24 5
Vendicare ſe non licet propria auctoritate. 100 33

Ven-

INDEX.

Venditio, an ſit facta communi nomine, vel proprio quomodo cognoſcatur.5 28

Venditio ex quibus perficiatur.95 12

Venditio per teſtes probari poteſt.95 13

Venditio, & emptio conſtituuntur ex precio, & re empta, & traditione, & ſine precio eſt nulla, in anno.dec.31. in ver.quia non traditum, ſub lit.f

Venditio facta ad menſurã, an dicatur cõditionalis.95. 7

Venditionis natura eſt, vt transferat dominium in emptorem ſi dominus eſt vendens, ſin autem vſucapiendi conditionem.51 2

Venditio, quando dicatur facta ad corpus, vel ad menſuram.dec.96 15

Venditio, vel permutatio, an ſit cognoſcitur ex qualitate exceſſus precij, vel rei.30 15

Venditio nõ dicitur, vbi non eſt habita fides de precio, & non ſecuta traditio.31 ſub nu.32

Venditio facta ad menſuram dicitur conditionalis, & conditionale dicitur conſtitutum ſubinde formaliũ. 21.12

In Venditione cum pacto reſeruatiuo dominij, de mercede loco penſionis paciſci poteſt.31 ſub nu.9

Venditio cum pacto reſeruatiuo dominij dicitur conditionalis, non pura.31 ſub nu.10

Venditio cum pacto reſeruatiuo dominij, donec ſortiatur effectum per ſolutionem precij tranſit in alium contractum & aſſumit naturam locationis.31 ſub nu.9

Venditor tenetur ad vſuras precij retardata traditione rei d.17.nu.31.& 34.etiam de iure diuino. nu.32

Venditor facta executione contractus non habet amplius regreſſum ad rem venditam.17 11

Venditor poſt tempus lapſum ad ſoluendum recipiens precium dicitur renunciare legi commiſſoriæ. d.35.nu.8.quod intellige reſpectu partis.nu.9. ampliatur etiã reſpectu petitionis vſurarum. nu.10

Venia in primis impetranda eſt ab eo, qui parentes conuenire intendit.73 1

Venia ætatis ſingulariter conceſſa banniri debet per proclama.13 13

Vera eſſe præſumuntur, quæ notarius de perſonis in inſtrumento conſentis nominat, quando partes ſunt præſentes.dec.54 ſub nu.13

Verum dicitur eſſe, non quod eſt in ſe verum, ſed quod eſt probatum, in anno.dec.2. in verb.qualitas, ſub lit.b

Verba vniuerſalia habent vim ſpecialis expreſſionis maxime ſi ſunt geminata, quia comprehendunt cogitata & incogitata inſtrumenta de nouo reperta, ac etiam principi reſeruata, in anno.d.6.in verb. comprehenderentur, ſub lit.b

Verba vniuerſalia negatiue concepta comprehendunt etiam caſus inſolitos, in ann.d.6.in ver. comprehenderentur, ſub lit.b

Verba cum pacto, & conditione, quando ad modum, & conditionem ſe habere poſſunt in conditionẽ reſoluuntur.dec.12. ſub nu.10

Verba quibuſcunque ſucceſſoribus appoſita in aliquo actu debent intelligi de habilibus.12 ſub nu.12

Verba ad bonum, & malum tendentia, ad bonum applicanda.dec.26 17

Verba in ſtatuto appoſita durante termino probatorie formam inducunt.45 ſub nu.11

Verba generalia etiam prægnantia, an inducant iuratam legitimæ renunciationem.85 ſub nu.

Verba directa in codicillis improprianturnullo exiſtente teſtamẽto, vt valeat diſpoſitio in vim codicillorum.32 42

Verba intentioni proferentis, non autem intentio verbis ſeruire debet.63 12

Verba notarij ſunt verba facti, quando recipiunt factum de quo agitur.54 15

Verba tu mentiris, quod poſſint per alia verba dilui abſq; eo, quod veniatur ad factum, in anno.d.56. in ver.prouocantibus, ſub lit.b

Verba cui non conueniunt, nec diſpoſitio illorum adaptatur.dec.24 4

Verba generalia, & blanditoria non obligant.25 68

Verba enunciatiua probata ſuper facto de præterito non inducunt nouam obligationem.25 54

Verba præſentis temporis inducunt præſumptionem præſentiæ.dec.54 ſub nu.14

Verba vniuerſalia geminata aliquid operari debent. dec.12 3.& 16

Verba interpretantur ſecundum mentem proferentis, & ſecundum ſubiectam materiam, etiam ſi illa improprari contingat.14 4

Verba enunciatiua non diſponunt ad neceſſarium præambulum.80 7

Verba teſtamenti, vbi non conueniunt, nec illius diſpoſitio conuenit.82 10

Verba volo facere, arguunt declarationem ad futurum actum.dec.75 ſub nu.17

Verba volo facere, & ſimilia diſpoſitionem non inducunt.75 17

Verba enunciatiua nõ probãt plenè, vbi principaliter tractatur de enunciato, ſed præſumptionem faciunt.80. 9

Verba cum pacto, & conditione, & caſu prædictarum, an importent modum, vel conditionem. 21 10

Verba propter adiunctum mutant quandoque ſuam naturam.14 7

*Verba nõ poſſunt mutare veritatẽ eius, de quo agitur.14.*8

Verba ſunt intelligenda ſecundum naturam præcedentis contractus.14 18

Verba vſque in quartam generationem non inducunt ius accreſcendi.8 16

Verba tu mentiris, an & quando pœnam incurrere faciãt, in ann. d.56.in ver.prouocantibus, ſub lit.b

Verba teſtatoris cui conueniunt, & ei illius diſpoſitio conuenit.83 14

Verba vniuerſalia comprehendunt omnes caſus, qui alias ſub generalitate non comprehenderentur.6 35

Verbum debeat, & teneatur, neceſſitatem importat.9. 2

Verbum hæres eſt commune tam maſculis, quam fœminis. dec.14 ſub nu.17

Verbũ ſucceſſoribus verificatur in hæredib: de iure prætorio in materia emphyteoſis eccleſiaſticæ. 12.ſub nu.15

Verbũ tradidit, & cõſignauit extra pſentiã rei prolatũ nõ rei poſſeſſionem trãsferre dicitur, ſed licentiam capiẽdi propria auctoritate tribuunt. dec.11.nu.5.dec. 20.22

Verbum hæres interpretatur pro deſcendentibus maſculis ſecundum ſubiectam materiam.14 2

Verbum põt cum negatiua importat neceſſitatem.66. 18

Verbum conſueuit in vno actu verificatur.93 6

Verbum generale reſtringitur per ſpeciale.7 ſub nu.32

Verbum

Digitized by Google

I N D E X.

Verbum Relinquo adiectum quotæ hæreditatis, & ſi ſimus in filijs, qui formaliter ſunt inſtituendi non importat hæredis inſtitutionem, in anno. dec. 32. in verb. inſtitutionum hæredis, ſub lit. g

Verbum trado, & conſigno, quid importent. 84. ſub n. 30

Verbum hæredibus in emphyteoſi eccleſiaſtica intelligi de hæredib. vniuerſalibus de iure ciuili. 12. ſub nu. 15

Verbum familiæ proximitatis, agnationis, & ſimilium ſunt verba collectiua. d. 83 ſub nu. 22

Verbum poteſt, quando neceſſitatem importet. dec. 36. nu nu. 9. dec. 46 34

Verbum credit, quo vtimur in reſponſione poſitionum dicitur verbum veritatis. 17 22

Verbum relinquo eſt commune. 32 17

Verbum relinquo adiectum rebus particularibus non inducit hæredis inſtitutionem, neque directam ſubſtitutionem. dec. 52 18

Verbum conſignauit eſt tranſlatiuum dominij præcedentesit. 20 9. & 22

Verbum poteſt relatum ad iudicem interpretatur pro debet. 3 11

Verbum orationis perfectiuum tacite ſubintelligitur. 48 15.

Veriſimile, quod non eſt, nec verum eſt, aut credibile. 25. 8

Veritas mater eſt iuſtitiæ, & ſemper eſt ſequenda, non obſtante quacunque confeſſione in contrarium. 25. ſub nu. 28

Veritas omnia vincit, & omnia ei cedunt. ibi.

Veritas ſine ſolemnitate ſtare non poteſt. 13 33

Veritas non mutatur per noſtrum affirmare, vel negare. 13 21

Veritas inueſtiganda, & non relinquenda. 100 15

Veritas negocij, an excuſet falſum deponentem. 05 8

Veritas actis eſt præferenda. 25 ſub nu. 28

Via iudiciaria electa, an poſſit rediri ad viam facti, in an. d. 87. in verb. abſque alia licentia, ſub lit. b

Vicini teſtes in materia poſſeſſoria præferuntur non vicinis. dec. 74 ſub nu. 3

Vicinus, an & quando poſſit ædificare prope ædes vicini nullo dimiſſo ſpacio, in ann. d. 29. in ver. licet alteri noceat. ſub lit. b

Victoria principalis prodeſt fideiuſſori. 92 11

Victus appellatione, quid veniat. 26 24

Vir, & vxor vna caro dicitur. 75 ſub nu. 13

Viro læſo, quomodo ſuccurratur, & qua actione quoties æſtimatio emptionem facit in cauſa dotis, in anno. dec. 76. in verb. comm. opin. ſub lit b

Virilis appellatione continetur etiam totum. 98. ſub n. 23 licet regulariter contrarium procedat. ibi. ſub nu. 28

Virtus iudicati maxima eſt. 25 ſub nu. 29

Virtus declaratiua referentis a relato ſumetur. 96 11

Viſus exire cum enſe euaginato ex aliqua domo, vbi fuit quis mortuus repertus, præſumitur illum interficere, 39 12

Vita probari debet ab eo, qui in ea ſe fundat, ſicut mors, deciſ. 44 ſub nu. 12

Viuere quilibet præſumitur vſque ad centum annos. 44 nu. 3. & quomodo intelligatur. nu. 12

Viuere quempiam, quomodo probetur per teſtes, & qualiter concludere debeant, in anno. d. 44. in verb. iuris præſumptionem, ſub lit. a

Viuere, quod non præſumatur per centum annos, in anno d. 44. in ver. iuris præſumptionem, ſub lit. a

Vna, & eadem res diuerſo iure cenſeri non debet. 63 8

Vni quantia fides ſit adhibenda. 57 6

Vni nec Catoni eſt credendum. 57 7

Vniformis debet eſſe finis cum principio. 52 7

Vnitas temporis parit vnitatem delicti. 90 15

Vnum teſtamentum non tollit aliud, quando recte factum non ſit. d. 32 ſub nu. 30

Vna præſumptio tollit aliam, & plures vnam. 26 19

Vnus ex pluribus obligatis ſoluens cæteros liberat. 25. 11

Vniuerſitas non delinquit, quia dolo animoque caret, ſine quo non delinquitur. d. 72 ſub nu. 3

Vniuerſitas, quod non excommunicetur qualiter intelligatur. d. 72 ſub nu. 9

Vniuerſitatis congregatio eſt adeo in aliquid deliberando neceſſaria, vt non ſufficiat ſeparatim, quod vnus hodie conſentiat quatuor cras, & alia die decem, ſed omnes congregatim. d. 72 ſub nu. 16

Vniuerſitas, quomodo delinquat ratificatione. 72 17

Vniuerſitas, an veniat appellatione perſonæ, vel hominis, vel vnius, in anno. d. 72. in ver. vniuerſitas, ſub lit. a

Vniuerſitatis appellatione, an veniat caput puta magiſtratus ab ipſa creatus, vel epiſcopus, in anno. d. 72. in ver. vniuerſitas, ſub lit. c

Vniuerſitas, quando obligetur ex delicto vnius de vniuerſitate, in anno. d. 72. in ver. delinquere. ſub lit. c

Vniuerſitatis licentia, & conſenſus, quando debent eſſe ſolemnes in actu, in anno. d. 72. in ver. precia deliberatione, ſub lit. d

Vniuerſitas eſt corpus fictum, per ſingulos in vnum congregatos repræſentatum. 72 2

Vniuerſitas ſecundum quoſdam non poteſt delinquere. 72. 3. contrarium tamen verius eſt ex comm. opi. nu. 4

Vniuerſitas aliter punitur, quam particularis perſona. 72 5

Vniuerſitas triplex eſt. 72 6

Vniuerſitas anima carens, nec corporaliter, nec ſpiritualiter punitur. 72 7

Vniuerſitatis conſenſus non dicitur interuenire niſi præuia deliberatione, in anno. d. 72. in ver. præuia deliberatione. ſub litera, d

Vniuerſitas non conuenitur ſine ſindico, in anno. d. 72. in ver. corpus fictum, ſub lit. b

Vniuerſitas non excommunicatur. d. 72. nu. 9. licet interdicti pœnam ſuſtinere poſſit. nu. 10

Vniuerſitas non notatur infamia, quæ pœna corporalis reputatur. 72 11

Vniuerſitas omittendo, quo pacto delinquat. 72 18

Vniuerſitas iuramento ſindici, quo ad periurij reatum non obligatur. d. 72. nu. 12. licet, quo ad obſeruantiam contractus obligetur. nu. 13

Vniuerſitas quibus pœnis puniri poſſit. 71 14

Vniuerſitas altero de tribus modis delinquit. 72 15

Vniuerſitas, populus, plebs, collegium, & ſimilia nomina collectiua ſunt nomen iuris. 72 1

in Vocatis per nomen collectiuum exiſtentibus in diuerſis gradibus affinitatis, vt eſt nomen familiæ habet locum ordinata caritas. 83 22

Voluntas, & propoſitum diſtinguunt facta, & ſublata voluntate omnis actus erit indifferens. d. 5. ſub nu. 24

Volun-

Digitized by Google

INDEX.

Voluntas teſtatoris non omnis attendenda, ſed quæ tranſit in aliquam diſpoſitionem. 82 — 24

Voluntas in complendis actibus humanis, niſi ſit extrinſeca, & ſenſibilis fruſtratoria eſt, & de ratione. 82. 35

Voluntas teſtatoris attenditur, ſi ex diſpoſitis de ea apparet. 82 — 23

Voluntas teſtatoris inquirenda eſt. d. 82. nu. 4. & 23. & inuenta ſeruanda. nu. 5. ne dum expreſſa, ſed tacita. nume. 6

Voluntas non applicata ad aliquam diſpoſitionem dicitur mentalis, & ſuffocata. 75 — 16

Voluntas cum poteſtate iniuncta humanis actibus dat eſſentiam rei, quæ debet eſſe concreta alicui actui, qui perfici debeat. 82 — 25

Voluntates hominum multæ fiunt. 99 — 9

Voluntatis mutatio non præſumitur. 26 — 38

Voluntatis declaratæ mutationem non preſumi ex receptione præterita penſionis. 35 — ſub nu. 3

Vſufructuarius agit remedio reintegrandæ. d. 4. num. 18. quod tamen limitatur. nu. 19

Vſufructuarius reintegari debet ſi non culpa ſua infra tēpus vſusfructus aliquod impedimentum naſcutur. in nun. d. 69. in uer. tenebatur enim conductor, ſub lit. c.

Vſufructu finito morte vſufructuarij ſtatim poſſeßio ciuilis proprietarij trahit ad ſe naturalem. 4 — 20

Vſura in datione in ſolutum non ita de facili præſumitur, ſicut in emptione, & venditione. 77 — 12

Vſuræ non ſoluti precij a venditore omni iure licitę petuntur. d. 17. nu. 29. etiam ſi emptori mora non poſſet aſcribi. nu. 30

Vſura precij non ſoluti potius recompenſationes, quam meræ vſuræ dicuntur. 17 — ſub nu. 32

Vſurę precij non ſoluti potius ex æquitate debentur, quam ratione moræ. 17 — ſub nu. 30

Vſus, non examen cauſat teſtificatorum approbationem. 46 — 32

Vſus poteſt proprium ſignificationem verborum mutare, & nouam dare. 15 — ſub nu. 9

Vſus loquendi communis articulari, & probari debet. 15 — 23

Vſus loquendi non articulatus, & probatus nō poteſt poſtmodum allegari etiam ſi ſit notorium. 15 — ſub nu. 23

Vſu rei conductæ alterato non tenetur conductor ad penſionem nec reſtitutionem. 69 — 27

Vtile per inutile non vitiatur. 73 — ſub nu. 17

Vtilitas publica, iuſtiſſima cauſa reputatur auferendi ius tertij. 88 — 18

Vtilitas publica eſt præferenda priuatæ. 88 — 17

Vtilitas eccleſiæ conſtare debet per publicum inſtrumentum. 12 — 22

Vtiliter negocium facere non dicitur, qui nimis grauem ſarcinam imponit. 33 — 28

Vulneratus in rixa facta inter duos præſumitur facta a corrixante. 39 — 11

Vxor facta reſtitutione dotis de ſuo viuere debet, & ſibi operatur, & lucratur. d. 44 — ſub nu. 13

Vxor non recipitur in teſtem pro viro, nec probat. 75. — 13

Vxor viuente viro dicitur poſſidere bona iure familiaritatis. 64 — 3

Vxor mortuo viro poteſt inſiſtere in rebus remanſis in hæreditate viri, & illa retinere iure hypothecæ ſuarū dotium vſque ad ſatisfactionem earum. d. 64. nu. 3. maxime quando in inſtrumento eſt oppoſita clauſula conſtituti. nu. 4

FINIS.

DECISIONES CAVSARVM ROTAE LVCENSIS.

D.Hieronymi Magonij Iureconſulti Vrbeuetani.

EIVSDEM ROTAE AVDITORIS,

Ad communem ſtudioſorum vtilitatem editæ.

SVMMARIVM.

1 *CREDITORES omnes cuiuſcunq; corporis, an æqualiter concurrere debeant in bonis decocti. Aes alienum reſpicit totũ patrimonium, numero 9. 12. 33. Patrimonium dicitur eſſe vnicum. Separatio bonorum, an & quando iuſte impetrari poſſit per creditores.*

2 *Compenſatio ex diuerſa ſtatione fiſco non opponitur ex priuilegio, ſecus in priuatis, & num. 14.*

3 *Tutores, vbi plures ſint, & diuerſa adminiſtrationis in diuerſis locis, poteſt opponi compenſatio vnius ex dictis tutoribus pro debito alterius tutoris.*

4 *Aes alienum reſpicit totum patrimonium, n. 8. 12. 33.*

5 *Creditores, qui contrahunt cum aliquo mercatore intuitu alicuius negociationis, ſunt priores in illis mercibus quolibet alio creditore, qui extra illam negociationem contraxiſſet, num. 9. 12. 33.*

6 *Mercator dicitur ſeparare patrimonia, & negocia, quando facit Codices rationum ſeparatos.*

7 *Iuſta cauſa petendæ ſeparationis eſt, cum creditur intuitu alicuius negociationis, quia tunc merci, & corpori magis creditum cenſetur, quam mercatori.*

8 *Ratio legis attendenda, quæ ampliat, & reſtringit dictum.*

10 *Diuerſæ negociationes, diuerſitatem perſonarum arguunt.*

11 *Mercator ſi quis habeat vnam tantum negociationẽ, tunc cum eo contrahens cenſetur contraxiſſe tam reſpectu perſonæ, quam negociationis, & ſic vniuerſi patrimonij.*

12 *Creditores vnius negociationis poſſũt participare de bonis alterius negociationis ſatisfactis prius creditoribus illius.*

13 *Societatis bona non dicuntur bona ſocij, niſi prius ſolutis debitis ſocietatis.*

14 *Compenſatio ex diuerſa ſtatione; quare fiſco non opponatur.*

15 *Argumentum a contrario ſenſu non ſumitur, quando iuris correctio ſequitur.*

16 *Statutum Lucenſe Curiæ mercatorum declaratur.*

17 *Statutum non extenditur ad correctionem iuris communis.*

18 *Statutum quod non dicit, nec nos dicere debemus.*

19 *Credita, & debita vnius corporis, differunt a creditis & debitis ab alio, & vnum corpus non participat de alio.*

20 *Finita ſocietate bona eadem remanent ſocietatis, & vna cauſa, & vna actio agendi pro ſatisfaciendis creditoribus, & exigendis debitis.*

21 *Compenſatio de vno corpore vnius negociationis, ad aliud non admittitur, & num. 33.*

22 *Debitum alterius non deducitur in compenſationem.*

23 *Creditum vnius apothecæ debet extinguere debitum, & æs alienum per eam contractum, non autem alterius corporis.*

24 *Si ſint plures ſocietates eiuſdem nominis, & in quibus ſunt obligatæ eadem perſonæ veluti, quod hic negocietur, alter Florentiæ ſub iiſdem nominibus, vnus tunc dicitur inſtitor, & præpoſitus ab altero, & omnes inſolidum obligantur.*

25 *Declara, vt ibi.*

26 *Licet vnus ſit ſocius in pluribus ſocietatibus, tamen ſi in vna ex eis adſit alter, qui non ſit in altera, tunc dicuntur differre ſocietates inter ſe.*

27 *Societas ſi cantat ſub nomine Titij, & ſociorum nominatus dicitur caput ſocietatis, in reliquis verò pariformiter omnes obligantur, & acquirunt.*

28 *Socij an teneantur inſolidum, vel pro rata.*

29 *Conſuetudo contra ius tollenda eſt.*

30 *Creditum in commune non eſt creditum alicuius ex ſocijs particularibus.*

31 *Et eſt ordinatum pro extinguendis debitis ſocietatis, non autem ſocij particularis.*

32 *Societas per decoctionem finitur.*

33 *Compenſatio non admittitur de vno corpore ad aliud, niſi ſuperſit de illo corpore ſolutis debitis. Compenſatio non admittitur de non liquido ad liquidum.*

34 *Liquidum, & pro liquido habendum eſt, quod liquidari poteſt intra tantum tempus, quantum daretur ad faciendam executionem.*

35 *Capitale præſumitur ſaluũ fore, niſi probetur amiſſũ.*

36 *Apotheca, & ſocietas præſumitur lucrum facere.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De compenſatione inter Mercatores ex diuerſis Tabernis facienda, & qui ex creditoribus præferantur in bonis, & mercibus decocti debitoris.

DECISIO I.

IN Curia mercatorum huius Mag. Lucenſis ciuitatis, ac propè diuinæ Reipublicæ, vbi ſemper vnus ex Magnificis Dominis Auditoribus Rotę, vna cum ſex conſulib. ad ius dicendum præeſt, Dum eiuſdem Rotæ munus ſuſciperem, præſentem quæſtionem multum controuerſam reperi. In qua licet non fuerit iudicatũ pp ſubſecutam partium concordiam: Tamen ob eius vtilem, ſubtilem, plene diſcuſſam, & vſit frequentẽ materiam placuit ex plurib. hinc inde affluenter allegatis, & in compendium redactis eam referre.

Spectabilis N. celebris Lucenſis Mercator plures habebat tabernas ſericeam, videlicet, & banchum; eratque ſocius alterius apothecæ ſericię cantantis, ſub nomine vulgari. Piermaſſei, Paulino de Bianco, &c.

Euenit, qđ decoxit. Et quidã Paulinus Saotinius erat creditor Bãchi in ſumma ſcut. 1000. pro totidẽ quos ei dederat ad cambiũ, & ex alia parte idẽ Santinius erat debitor dictæ apothecæ cantantis ſub nomine Piermaſſei Paulino de Bianco, &c. in ſummã ſcuto. 300. in qua apotheca d. N. habebat intereſſe, & cuius erat ſocius. Socij d. apothecæ petebãt d. 300. ſcuta a d. Paulino Santinio, qui opponebat compenſationis exceptionem reſpectu illorum mille ſcutorum, ſibi per banchum debitorum.

Quærebatur in curia Mercatorũ, quis horum iuſtius arma indueret, cũq; ſatis ſuperq; ſuper hmõi articulo diſceptatũ fuiſſet, tandem in eã opinionem ventũ eſt, vt locus eſſet cõpenſationi, & nõ expectata ſententia partes cõi concordia a lite diſceſſerunt.

In qua quidem cauſa admittebant multi ex cõſulibus curiæ mercatorum dari compenſationẽ reſpectu ratæ, quam in dicta apotheca habebat præfatus N. ſecundum quandam conſuetudinem mercantilem confictam potius, quam veram, ad quam tollendam oportuit rem ipſam altius repetere, firmando in hoc caſu compenſationem dandam pro tota ſumma petita, non autem, vt ipſi putabant pro rata participationis.

Moti, quia licet fuerint aliqui Doctores antiqui, qui dixerunt oẽs creditores cuiuſcunq; corporis æqualiter concurrere debere aſſerentes nõ reperiri, aliqua lege cautũ, quæ concedat priuilegium alicui ex creditorib. eo, quia magis contraxerit cum uno
1 corpore, quam cum alio † cum æs alienum reſpiciat totum patrimonium; quod vnicum eſt, non autem plura. Cuma. conſil. 172. Petr. de Vbal. in tract. de duob. fratrib. 9. par. prin. num. 37. ubi late perpendit, tex. in l. procurator. §. ſi plures. ff. de tribu. actio. & ibi dicit, quod non probat priuilegium dari creditoribus, & quod contraxerint reſpectu diuerſæ negociationis, & hanc non eſſe iuſtam cãm impetrandæ ſeparationis, ſed quod in d. §. ſi plures, hoc determinatur, quia agebatur tributoria, ſecus ſi ſimpliciter ageretur de peculio, vel de in rem uerſo, quia tunc non fieret illa ſeparatio, & ſubdit, quod alia quędam iura, quæ allegantur, non probant.

Et ultra prędicta, hec opinio cõfirmatur per tex. in l. 1. C. de compen. vbi ſpeciale eſt in fiſco, ut ibi,
2 no. per doct. † quod compenſatio ei non objiciatur, ex diuerſa ſtatione, ne officia, confundantur. Tind. de compenſar. 5. nu. 38. ſecus in priuatis, vt ibi not. Bal. & faciunt, no. in l. inter tutores, ff. de adminiſt. tuto. & ibi Bar. col. 1. ſecundũ lect. Azo. vbi dicitur, quod licet ſint diuerſi tutores, & diuerſæ admini-
3 ſtrationes in diuerſis locis, † tñ compenſatio poteſt opponi contra vnum ex dictis tutorib. pro debito alterius tutoris, & idem dicit Bal. in l. 1. C. de com-
4 penſa. & ſubdit Bar. d. l. inter tutores, † quod æs alienum reſpicit totum patrimonium, nec ex eo, quod ſit facta diuiſio, poteſt fieri præiudiciũ extraneis, ſed bene ipſis tutorib. ne poſſint agere, quod probat per illum text. l. inter tutores, dum dicit inter ipſos locum habeat, & hoc tanto magis dici debet, ſtante ſtatuto Curię Mercatorum, quo induci videbatur, vt omnes creditores ęqualiter concurrere debeant ad omnia bona decocti debitoris.

His tamen non obſtantib. rñdebatur communi voto, hoc non eſſe aliquod priuilegium, ſed legẽ iuſtum & honeſtumq. imitatam determinaſſe credi-
5 tores, † qui contraxerunt cum aliquo mercatore intuitu alicuius negociationis eſſe in bonis, & mercibus dictę negociationis potiores quocunq; creditore, qui extra illam negociationem contraxiſſet, & ſeparatim vocari debere ad merces eius corporis, cui crediderũt, quia magis merci, & corpori, quàm mercatori creditum eſſe dicitur. l. procuratores. §. ſi plures. ff. de tribut. actio. Ancha. conſ. 184. uiſa ſcripta. & conſ. 332. pro clariori, nu. 4. & 5. Caſtrenſ. 285. viſis, & põderatis, nu. 3. lib. 1. & in l. fideicommiſſum. §. Tractatur de iudi. nu. 2. & 3.

Imò ipſe mercator ſeparat negocia, & patrimo-
6 nia † faciendo codices rationum ſeparatos. Ancha. conſil. 400. De iure communi, nu. 1. & 2. & Caſtrẽſ.
7 d. conſ. 285. num. 1. li. 1. † Et hæc eſt iuſtiſſima cauſa ſeparationis, ne oriatur negociorum confuſio, l. 1. & ibi doct. C. de compenſat. Stracha de mercat. in titu. de decocto. par. vlt. num. 22. & hoc ſapit æquitatem, vt dicit iureconſultus in d. §. ſi plures, ne ex alterius re, merceve, alij indemnes fiant, alij damnum ſentiant.

Nec obſt. qđ dixit Cuma. & Pet. de Vbal. in locis ſupracitatis, quia rñdetur, quod vltra, quod communis opi. eſt in cõtrarium, vt apparet ex deductis, & teſtatur Addẽ. ad ſing. Rom. 575. licet tex. d. §. ſi plures loquatur in tributoria, nihilominus non eſt generalis,

neralis, quia dicit ibi Iureconſultus reddendo ratio-
8 nem, quia merci potius, &c. † vnde ratio attendi
debet, quæ ampliat, & reſtringit dictum l. cum pa-
ter, §. dulciſſimi, de leg. 2. quam opin. defendit Stra-
cha vbi ſupra.

Nec obſt. etiam quod dicebatur æs alienum re-
ſpicere totum patrimonium d. l. ſi fideicommiſſum,
§. tractatur de iodic. quia id eſt verum regolariter,
9 † ſed fallit quãdo intuitu alicuius tabulæ vel merſę
eſt creditum, vt ibi dicit tex. quod ęs alienum reſpi-
cit totũ patrimonium, niſi onus alicui rei ſit iniun-
ctum, & habetur in l. ſi certarũ, ff. de milit. teſta. &
propterea Caſtren. d. conſ. 285. in princ. dicit, quod
illi, qui contrahunt cum aliquo habente duas nego
ciationes, cenſentur magis credidiſſe negotiationi,
10 & merci quã perſonæ, & †. ideo quilibet præfertur
in ſua negotiatione alijs, quaſi diuerſæ negotiatio-
nes ſignificent diuerſas perſonas, vt d. §. ſi plures. Si
11 † verò quis habeat vnam tantum negotiationem,
creditores cenſentur ſecum contraxiſſe tam reſpe-
ctu perſonæ, quàm negotiationis, & ſic vniuerſi
12 patrimonij: ita dicit ibi Caſtren. † Neceſſe eſt igi-
tur quod plures negotiationes magis operentur,
quàm vna. Verum creditores vnius negotiationis
poſsũt participare de bonis alterius ſatisfactis prius
creditoribus illius negotiationis, vt infra dicetur, &
ita iotelligi debet, quod dicitur æs alienum reſpice-
re totum patrimonium. Nec §. ſi plures neget, quod
illi qui merci magis quam perſonæ credidiſſe dicun-
tur poſt merces ipſios negotiationis habeant etiam
in defectum obligatam perſonam debitoris, & quę-
cunque alia bona obligata, quia æs alienum vnde-
cunque contractum reſpicit totum patrimonium
debitoris, niſi ratione oneris alicoi rei iniuncti.

13 Confirmantur prædicta, † quia bona ſocietatis
non dicuntur bona ſocij, niſi prius ſolutis debitis ſo
cietatis. Sal. in l. eius, C. de cõpen. Soc. conſ. 73. nu. 9.
& 10. lib. 1. Anch. d. conſ. 312. Cuma. d. conſ. 172.

14 Non obſt. † qood de fiſco dictum eſt, vt non op-
ponatur compenſatio ex diuerſa ſtatione; & quod
ſit in eo ſpeciale, quia hoc in fiſco inductum eſt ne
oriatur confuſio officiorum, & ne vnus ſe intromit-
tat io officio alterius, niſi fiſcus ſuccederet debitori,
& creditori, glo. d. l. 1. C. de compenſ. & in l. 2. C. de
ſolutio. Afflict. deciſ. 92. omiſſa alia limitatione, de
qua ibi fit mentio, quæ non approbatur; ſed in di-
uerſis negotiationibus non decoctis compenſatio
admitti debet; ſecus ſi ſint factæ non ſoluendo, vt
dicetur. Sed in fiſco nullo modo fieri poteſt ex di-
uerſa ſtatione, etiã ſi ſit ſoluendo, & ita ſemper prę-
ſumatur, l. 2. C. de fun. dot. Bart. in l. 1. de fideiu. &
in rubr. C. de iu. fiſ. lib. 10. Vnde cum ſemper fiſcus
ſit ſoluẽdo, ſemper potuiſſet obijci compenſatio, &
ſecuta eſſet confuſio negotiorum, & ideo neceſſa-
rium fuit prouidere, ne de una ſtatione daretur cõ-
penſatio ad aliam, qua propter cum ſit diuerſa ra-
tio in vno atque in altero, non poteſt inferri ex eis,
arg. l. Papinianus exuli, ff. de minorib. Prętereà licet
in fiſco non fiat compenſatio, non ſequitur tamen
quod ſentiant damnũ, & alij indemnes fiant, d. §. ſi
15 plures, † vltra quod non ſumitur argumentum a
contrario ſenſu, quando ſequitur iuris correctio,
Doct. in l. 1. de offic. eius.

Non obſtat, l. inter Tutores, de adminiſt. tut. quia
in eo caſu ſit compenſatio, quoniam licet ſit diuiſa
adminiſtratio, in effectu, tamen eſt vna tutela, & ius
tutelæ apud quemlibet tutorum eſt in ſolidum; vt
dicit ibi Bar. & quo ad ipſos, & eorum præiudicium
poſſunt diuidere adminiſtrationem; ſed non quo
ad alios, vt ibi dicit text. & Bart. declarat; & ideo,
qnia ſimpliciter reſpicit totum patrimonium po-
teſt obijci compenſatio. Secus in caſu iſto, in quo
diuerſa ratio militat.

16 Non obſt. ſtatutum Curiæ Mercatorum, † quo-
niam procedit in bonis proprijs decocti, non autem
in bonis ſocietatis, ex quibus debent prius ſatisfieri
creditores dictæ ſocietatis. Salic. d. l. eius, C. de com-
17 penſatio. † Prætereà non videtur, quòd hoc ex-
preſsè permittat, & vbi ſtatutum expreſsè non lo-
quitur extendi, non debet maximè ad iuris commu-
nis correctionem, l. ſi vero, §. de viro, & ibi Roma.
ſolu. matr. Pariſ. conſilio 62. num. 26. lib. 4. Roland.
18 conſ. 72. nu. 25. & 59. lib. 5. † Nam quod ſtatutum
expreſsè non dicit, nec nos dicere debemus. Bar. in l.
omnes populi, col. fi. de iuſt. & iu. & in conſil. 164.
lib. 4. num. 2.

19 Ex quibus ſupra firmatis † ſequitur debita, &
credita vnius corporis differre à debito, & credito
alterius corporis, quod etiam apparet ex ſeparatio-
ne corporum, quia diſtinguuntur negotiationes, &
obligationes, & vnum corpus non participat de de-
bito, & credito alterius. Bald. conſilio 142. quidam
Odoriſius, num. 1. libro 5. Anchar. dicto conſ. 488.
20 num. 1. † hoc habet locum etiam finita ſocietate
per decoctionem; quia remanent eadem bona ſo-
cietatis, & una cauſa, & actio agendi pro exigendis
nominibus debitorum, & ſatisfaciendis creditori-
bus ad text. & ibi not. per Doct. in l. æs alienum, ff.
pro ſoc. Ruin. cõſ. 77. colum. antepen. verſ. & quamo-
uis libro 4. Igitur ſequitur neceſſaria concluſio,
21 † quod non admittitur compenſatio de vno ad al-
terum corpus, cum compẽſatio nil aliud ſit, quam
debiti, & crediti dependentis ab eiſdem perſonis
contributio, l. 1. & 2. & ibi glo. ff. de compenſa. pon-
derando illa verba debiti, & illa verba inter ſe: vn-
de, cum creditum unius corporis ſit ſeparatum ab
alio alterius corporis, non fit compenſatio, l. eius,
vbi Doct. C. de comp. Petr. de Vbal. 4. par. vlt. nu. 35.
22 † Debitum enim alterius non deducitur in com-
penſationem. Iaſ. in §. in bonæ fidei, num. 76. Inſtit.
23 de actio. Bero. conſil. 46. num. 7. lib. 2. † Imò credi-
tum vnius apothecæ debet extinguere ęs alienum
per eam contractum, non autem alterius corporis,
quod eſt diuerſum. Anch. conſ. 400. num. 1. Cuma.
dicto conſ. 172.

Nec obſtat, quod dicebatur hoc non habere
locum, quando ſunt plures ſocietates eiuſdem no-
minis, & in quibus ſunt obligatæ eædem perſo-
24 næ, puta, quod vnus ex ſocijs † negotietur hic,
alter Florentiæ ſub iiſdem nominibus, quo caſu
videtur unus inſtitutor alterius; & propoſitus ab
altero, & omnes in ſolidum obligantur. Bald. in l.

cum te,num. 2.C.ſi cert.pet.Caſtrenſ.l. 1.§.fi. nu,2.
de exercito.Roncagal.in l.eandem,in princ,nu. 195.
de duob.reis,& de cõmuni.Dec. in l.eius,qui in pro
uincia,§.fi.in fi.ff.ſi cer.pet.& tunc non admittitur
compenſatio,l. 1.C.de compenſatio.& ſentit Caſtr.
in l.ſi cum militi,in princ.C.codem.

Quoniam reſpondetur hoc habere locum in præ
25 iudicium debitorum non creditorum,† quia tenen
tur debitores,dum ſunt ſoluendo compenſare debi
tum,& hoc non poſſunt recuſare, ſed quando ſunt
facti non ſoluendo hoc facere non poſſunt in pręiu-
dicium creditorum.Cuma.conſ.172.

Nos antem verſamur extra hanc difficultatem,
quoniam hę ſocietates non habebant eadem nomi-
na,nec comprehendebant eaſdem perſonas, & pro-
26 pterea cenſentur diuerſę:† nam licet,quis ſocius ſit
in vna atque altera ſocietate, ſi tamen in vna ex eis
adſit alter, qui non ſit in altera facit differre vnam
ſocietatem ab alia.Anchar.conſ.400.Cum.d. conſi.
172.Pet.de Vbal.de duob.frat.par.14.nu.3. & hoc
habet locum ſiue ille ſit expreſsè nominatus,ſiue ta
27 citè comprehendatur ſub nomine ſociorum,† quia
ex nominatione hoc tantummodo reſultat, quod
nominatus ſit caput ſocietatis.Fel.in cap. cum dile-
cta,num. 5.de reſcript.Stracha,& de mercat.nu.17.
in reliquis autem omnes in ſolidũ tenentur,& om-
nibus acquiritur pro ſua rata.Roncagal.d.l.eandem
in princ.num. 191.de duob.reis.

28 Et licet illa quæſtio, † an ſocij teneantur in ſoli-
dum, vel pro rata maximam habeat dubitationem
in quo articulo Doct.videntur diſtinguere, quod
aut omnes negociantur, & teneantur pro rata aut
vnus eſt præpoſitus,& teneantur in ſolidum, vt no-
uiſſime traditur in deciſ.Pedemont.150.nu.6. & 7.
Tamen id nobis negocium non faciebat,quia aderat
ſtatutum in curia Mercatorum, quod omnes ſocij
ex contractu vnius ſocij in ſolidum obligentur.

29 Nec obſt. † compenſationem admitti debere pro
rata participationis,quam habebat N. in dicta apo-
theca,ex quadam conſuetudine Mercatorum,quo-
niam reſpondetur talem conſuetudinem non fuiſſe
formiter probatam ad l. de quibus de leg.b. & qñ
fuiſſet probata adhuc non foret admittenda, quia
30 † eſſet potius corruptela, quàm cõſuetudo cum ſit
irrationabilis, & iuri expreſsè cõtraria, quippè qd
alteri ius ſuum tolleret.l.iuſtitiam,de iuſt.& iu.Bal.
31 conſ.349.lib. 5. † vbi dicit,quod cõſuetudines con
tra ius,& irrationabiles non ſunt attendendę,quod
autem hęc eſſet contra ius,patet: quia debitum, &
creditum ſocietati s eſt diuerſum a debito, & credi-
to vnius ſocij particularis, nam quod eſt creditum
in cõe,non eſt creditum alicuius ex ſocijs particula-
ris.Soc.conſ.73.nu.10. lib.1.& creditum ſocietatis
eſt ordinatum pro illo corpore in cõi, & pro extin-
guendis debitis illius corporis,non autem ſocij par-
ticularis.Bal.& Salic.in d.l.eius. Corne.conſ.113.in
princ.lib.4.Caſtren.d.l.ſi. cum militi. in princip. de
compenſ.Petr.de Vbal.d.vlt.par. num. 35. Tind.de
compenſat.7.nu.5.Roncagal.in l.ſiduo,num.6.de
duob.reis.Brogni.de tut.& cura.num.120.

Dicebatur aũt nos compenſationem fieri poſſe
non reſpectu ratæ,& participationis,quam N.habe
bat in dicta ſocietate,aut ex eo, quod de corpore ad
corpus detur compenſatio, qm̃ hæc fuerunt ſupra
a reprobata,a ſed tantum cum d. N. hoc modo videli-
cet,qñ vnus ex ſocijs, qui habet intereſſe in aliqua
32 apotheca,decoquit,† ſtatim finiunt oẽs ſocietates,
in quibus habet participationem, & terminantur
omnia pacta,& conuentiones,quæ intelligebantur
rebus ſic ſtantibus. Corn.conſ.310.num.3.lib.4.&
diuiditur ſocietas. Benuen. Stracha de merca.in tit.
de decocto.par.3.num.48. etſi.& ſic ſocij apothecæ
non tenentur concurrere cum alijs creditoribus,ſed
debent, & poſſunt reſoluere eorum creditores, &
ſuam partem accipere. Anch.d.conſ.400. Caſtren.
345.viſo puncto,lib.2.Pariſ. conſ.94. nu.17. lib.1.
33 † etſi aliquid ſupereſt pro ſocio decocto,fieri poteſt
compenſari cum eo,qd ſupereſt.Ancha.d.conſ.400.
Cuma.d.conſi.172.ſic etiam in iſta cauſa dicebatur
dari compenſationem cum eo, quod ſupereſt N. in
dicta apotheca ſolutis omnibus creditoribus,& aſ-
ſignata ſua rata vnicuique ex ſocijs, quia conſtabat
ſupereſſe.

Non obſtat, quòd dicebatur creditum N. in d.
apotheca non eſſe liquidum,& debitum Paulini eſ-
ſe liquidum, & propterea cõpenſationem fieri non
poſſe.l.ſi.C.de cõpenſ.Alex.conſi.92.lib.4.quia plu-
ribus modis modis reſpondetur.

34 Primò, † quòd poterat liquidari b intra tantum
b. temporis ſpatium, quantum daretur ad faciendam
executionem,quo caſu admittitur.Pariſ.conſ.123.
num.24.lib.1.Secundo,quod ex teſtib.examinatis
conſtabat liquidum eſſe, qui dicunt vidiſſe libros
d. apothecæ, & N. remanere creditorem in ſcuto-
rum 2300.

Tertio dicebatur capitale, quod habebat in dicta
apotheca ſcutorum 2000.eſſe liquidum, & præſer-
35 tim ſaluum † poſtquam non probatur amiſſum.
Bald.conſ.493. nu.3.lib.4.Petr.de Vbal. de duob.
frat.par.14.in fi.

36 Imò præſumitur, quod apotheca lucrum faciat.
Soc.conſ.24.nu.40. & ſeq. lib.1. & ex his admitte-
bamus modo, quo ſupra compenſationem, &c.

ANNOTATIONES.

a Reprobata. Verum eſt reſpectu compenſationis, ſed ſi tanc-
pro compenſationis fuiſſet admiſſa in vim reconuentio
nis, vtique competijſſet etiam de corpore ad corpus, ſicut
dicimus quando reconuentio fieret. de ſpecie ad quantita-
tem. Pariſ.conſ.100.quod eſt vltimum, num.52.lib.2. Sed
hoc in præiudicium ſociorum, & creditorum alterius cor-
poris prout hic optime decidit eruditiſs. Dominus meus
per iura,quæ ipſe allegat.

b Liquidari. Idem quod compenſatio detur quoties non liqui-
dum eſt proximo liquidandum Caſt.conſ.370.ſub nu.2.
lib.1.& glo.in allegata l.ſi.in verb. Indaginem dicit li-
quidum eſſe etiam ſi poteſt intra duos menſes liquidari.
Affl.in deciſ.163.& 181 in 2.dub. Soc.in regul.ſuis reg 86.
vlt.fall. Alex.conſ.166.nu. 5.lib.2. vbi,nu.7.dicit,quod ſa-
tis liquidum dicetur creditum, & fiet compenſatio ſi intra
tempus inſtantiæ litis iam cęptæ poterit expediri. ad quod
ibi plura allegat, & præter eum idem tradit Bal. & Salicet.
in l.neque C. de compenſ. Et per prædicta, quoties non li-
quidum poſſet per iuramentum in litem liquidari, de eo
tanquam de liquido iudicari debere ad effectum compen-
ſationis faciendæ conſuluit [illegible] Dec.conſ.74.num.[illegible]
lib.3.

Digitized by Google

lib. 3. & ibi nu.14. declarat regulam alleg.l.fin. C. de compenſ. procedere quando id, quod eſt liquidum fuit primo negatum, deinde liquidatum per probationem teſtium ſeu inſtrumento um, ſecus vero ſi fuiſſet liquidum per confeſſionem partis. Soc. d reg. 86. limit. 1. cum alijs, vt ibi per Decia. quo loci tractat an exceptio compenſationis, vbi non recipitur, ſit recipienda in vim mutuæ petitionis, vel reconuentionis, & quid vbi competit retentio, vt apud ipſum videre eſt.

SVMMARIVM.

1 *Mandati actio oritur, quando gratuito nihil dato vel promiſſo, qui curam alterius negocij ſuſcipit.*
2 *Mandatarius tenetur reddere rationem de adminiſtratis per eum.*
3 *Lex 1. § de offic. ff. de tut. & ratio diſtra. extenditur ad omnes adminiſtratores.*
4 *Papa tenetur etiam ipſe reddere rationem ſuæ adminiſtrationis.*
5 *Mandatarius non reſtituens omnia, quæ ad eius manus peruenerunt dicitur eſſe in dolo.*
6 *Exiſtimatio facta ad finem, vt ſciatur valor rei non facit emptione & venditionem.*
7 *Furtum inter caſus fortuitos computari, & num. 12.*
8 *Furtum ſine culpa fieri poteſt, & num. 11.*
9 *Mandatum cenſetur reuocatum, quãdo idem negocium alteri committitur.*
10 *In alternatiuis electio ad eum ſpectat, in quem verba executiue diriguntur.*
11 *Furtum regulariter ſine culpa non committitur.*
12 *Furtum an inter fortuita computetur.*
13 *Non præſumitur quis velle innouare mandatum in perſonam filijfamilias, & diſcedere ab obligatione patris.*
15 *Teſti de facto proprio deponẽti, an, & quãdo credatur.*
16 *Teſtes ſe exonerans non probat.*
17 *Mandati fines diligenter cuſtodiendi.*
18 *Non ſolum in forma, ſeu in qualitate.*
19 *Probato facto non ſequitur probata qualitas facti.*
20 *Qualitas vbi requiritur in aliquo actu non ſufficit actum eſſe ſine illa, nec illam ſine in illo.*
21 *Ordo ſcripturæ attendi debet, quando conſtat de veri ſimili mente mandantis, non aũt ordo alternatiuus.*
22 *Primo nominatus præſumitur magis dilectus.*
23 *Remittere debens aliquid per certum nuncium, ſi per alium remittat non liberatur ſi res male ſuccedat.*
24 *Recipiens pecunias alicui Bononiæ transferendas, ſi ille cui conſignari debebant non eſſet Bononiæ, an ſi alteri deferendas tradat liberetur.*
25 *Alternatiua poſita inter perſonas, inter quas cadebat ordo affectionis, reſoluitur in coniunctiuam ſeruato ordine ſucceſſiuo.*

ARGVMENTVM.

De eo, qui curam ſuſceperit vendendi Margaritas, ſeu alias merces alicuius, & de Mandatarij onere, & officio.

DECISIO II.

SPECT. Io. Bapt. Puccinus dedit Spect. Thomæ Balbano quaſdam gẽmas pro certo pretio vendendas in ea mũdi parte, qua ſeſe offerret commoditas, qui Thomas Venetijs ſe contulit, vbi mercaturam exercebat eaſque gemmas ſic vendendas Franciſco eius filio conſignauit. Quod cum ad notitiam d. Puccini deueniſſet, præfato Franciſco per literas ſignificauit, quòd ſi earum gemmarum ſibi à patre conſignatarum finem non feciſſet, eaſdem Thomę patri, vel alicui alteri eius miniſtro Lucam redituro tranſportandas daret.

Simul, & eodem tempore Venetijs diſcendentibus Thoma, & Nicolao Cenami eius genero pro redeundo Lucam prius profectus eſt Thomas, quem Pucinus iudicialiter conueniebat ad reddendum computum earum gemmarum cum reſtitutione reliquorum, qui oppoſuit gemmas fuiſſe conſignatas Nicolao eius miniſtro Lucam reuerſuro ſecundum ordinem, & mandatum d. Puccini; eidemque Nicolao furto ſubtractas aſſerebat.

D. iudex condemnauit Thomam ad petita, cuius ſententiam confirmantes diximus bene iudicatum & male appellatum.

Moti quoniam cum Thomas gemmas prædictas vendendas gratuito, & amicabiliter accepiſſet nul-
1 lo premio re, vel ſpe, dato vel promiſſo, † merito actione mandati cõueniebatur l. 1. ff. mand. gl. inſt. de loca. § 1. in verſ. præſcriptis verbis, & in §. fi. inſt. mandat. conſit Strach. de mercatura in tit. de manda. nu. 98. vnde dicit tex. ad literam, in l. ſi remunerandi. §. ſi cui. ff. eod. ſi cui mandatum ſit, vt negotia adminiſtret, hac actione erit conueniendus, nec tuto cum eo nego. geſtorum actione agetur.

2 Mandatarius autem tenetur † rationem reddere de adminiſtratis, per eum l. ex mandato. ff. eo. & ſolet allegari l. 1. §. de officio, vt ibi Bart. & doct.
3 ff. de tute. & ratio. diſtra. † qui tex. licet loquatur de tutore adminiſtrante, tamen doct. illum extendunt ad quoſcunque adminiſtratores alienorum negociorum, vt per Socin. in conſ. 46. lib. 1. in prin. & 213. conſilijs, nu. 2. lib. 2. quod procedit etiam in Pontifice, qui ſuę adminiſtrationis rationem red-
4 dere tenetur, ſecundum Beto. q. 15. & q. 32. † Alias adminiſtrator, qui omnia quæ ad eum occaſione d.
5 mandati peruenerunt, † non reſtituat dicitur eſſe in dolo. l. ſi procuratorem §. dolo. ff. eod. l. 1. in fi. ff. depoſi. & de reddenda adminiſtratione per eos. Rom. conſ. 168. circa primum nu. 5. Plot. de in lit. iu. nu. 194. Rolan. conſ. 45. in præſenti, col. 2. lib. 1.

Nec obſtat, quod dicebatur Puccinũ non potuiſſe quicquam petere à Balbano, nam cum furto gemmę ſubtractæ dicerentur, ad Pucinum earum peri-
6 culũ ſpectare videbatur. † Nõ enim fuerunt Balbano cõſignatæ æſtimatæ ea æſtimatione, quę emptionẽ, & vẽditionem faceret, aut dominiũ in accipientem transferret, ſed vt ſciretur pro quanto pretio eſſent vendendę: tex. in terminis in l. ſi gratuitam

§. ſi Margaritas ff. de præſcrip. verb. & ibi diſtin-
guunt doc. in l. §. 1. ff. de æſtimat. actio. Vnde cum
rogatu Puccini, & eius gratia Balbanus eas recepe-
rit ſub ea æſtimatione ad effectum ſciendi pretium
rerum vendendarum, prout etiam in dubio præſu-
mitur, vt per Iaſ. in loco infracitando, meritò Pucci-
ni periculo ceſſit, vt tradunt doc. in ſupracitatis lo-
cis, & Iaſ. in §. actionum. num. 79. & ſeq. inſtit. de a-
7 ctio. & maximè cum ſimus in furto, † quod inter ca-
b ſus fortuitos computatur b gl. in l. 1. in verbo alio,
in ſi. C. depoſ. per l. eum, qui §. idem ſcribit de furt.
& habetur in l. cum duobus. §. damna. poſt glo. pro
ſoci. §. præterea inſt. quib. mod. re. contrahi. obliga.
comprobantur prædicta per tradita per Grat. conſi.
8 100. nu. 13. lib. 2. † vbi dicitur furtum poſſe fieri ſi-
ne culpa, & qui cum allegat probare debet.

Secundò pariter non refragatur, quod affirmare-
tur mandatum Balbani fore expiratũ per literas ſcri
9 ptas per Puccinum d. Franciſco † cum mandatú cen-
ſeatur reuocatum, quando alteri idem negotium
committitur. Boer. deciſ. 347. nu. 2. vbi alios citat.

Prout nec etiam obſtare videbatur, quòd tertio
loco allegabatur mandati fines ſeruatos, & execu-
tos, ſcripſerat enim Puccinus Franciſco, quod gem-
mas non venditas ſibi in reditu Thomæ, vel alterius
miniſtri tranſmitteret prout factum fuit per con-
ſignationem Nicolao eius miniſtro, & ſic videtur li-
beratus. l. eum qui. §. ſi. ff. commoda.

Nec obſtaret, ſi diceretur per Thomam tranſmit-
ti debuiſſe, quia cum alternatiuè fuerit cõmiſſum
in reditu Thomæ, vel alterius miniſtri, fuit in ele-
ctione Franciſci per quem mittere mallet. l. plerun-
que de iure dat. cap. in alternatiuis de reg. iu. lib. 6.
10 † electio enim alternatiuæ c ad eũ ſpectat, in quem
c verba executiua diriguntur, tam in contractibus,
quam in vltimis voluntatibus. gloſſ. & doct. in l. Lu-
cius de leg. 2.

Quia quo ad primum de conſignatione cum ea
qualitate æſtimationis, quæ nõ faceret emptionem,
nec dominium transferret, furtum allegatum non
fuit probatum per Balbanum, vnde fundamentum
non conſiſtebat, & dato quòd probaretur ſimplici-
ter, non ſatisfaciebat ad abſolutionem, quia require
11 batur probari ſine culpa factum: nam † regulariter
ſine culpa furtum non fit, licet quandoque ſine cul-
pa fiat, vt tradunt doc. in d. §. damna, & ibi Saly. nu.
2. vbi dicit, quòd non comparantur caſui fortuito, &
per multa exempla docet, quonammodo ſine culpa
furtum fiat: quem refert, & ſequitur Aret. in §. ſed
iſte, nu. 4. inſtit. de actio. Alex. conſi. 45. habita. nu.
3. lib. 1. Cor. conſi. 273. nu. 9. lib. 1.

Verum Balbanus defecit in probatione vtriuſ-
que videlicet, & furti, & qualitatis cum non proba-
rit tale quid, propter quod tolleretur præſumptio
12 culpæ: nec eſt † verum ſimpliciter furta inter for-
tuita connumerari, nam licet gl. iuriſciuilis in hoc
fuerint contrariæ, tamen communiter tenetur quod
inter fortuitos caſus non connumerentur, ſed quan
do nulla culpa imputari poſſit, iuxta exempla tradi
ta per Saly. d. §. damna. Nam ſi fuerit factum furtum
per violentiam dummodo non tranſierit per loca
periculoſa (tunc enim dicitur eſſe in culpa. Bald.
conſi. 412. num 1. lib. 3.) vel ab vxore, filio, vel alio
aliquo, a quo diligentiſſimus homo non præcauiſ-
d ſet, d tunc dicitur fortuitus caſus, & hanc diſtinctio
nem dicit cõmunem. Abb. in cap. 1. nu. 6. commoda.

Nec obſtat, quod dicit Grat. d. conſil. 100. quod
13 allegans † culpam probare debet, & quod gl. in d.
§. damna non arguit hoc, quia immo glo. ibi hoc di
cit, & Saly. & tradunt communiter doctores teſte
Abb. d. ca. 1. num. 16. Immo idem ſentit Grat. dum
tranſiens ad aliam reſponſionem dicit, quod gl. d. §.
damna loquitur in culpa leuiſſima non autem leui,
vt multi intelligunt, & quod in caſu ſuo requireba
tur culpa leuis, nec videtur verum, quod incendium
& furtum per doct. æquiparentur ſecundum Grat.
vt ſupra: nam apparet non obſtare. immo facere ad
propoſitũ, quia ſemper præſumitur culpa, & in du-
bio tenetur, niſi ſe inculpabilem probet tam in fur-
to, quam in incendio, vt not. per Socin. in cap. ſi e-
greſſus, num. 32. vbi latè de materia incendij extra
de iniur. vbi ad rem noſtram dicit allegando Bart.
e in l. ſi quis ex argentarijs. e §. ſin. ff. de eden. quod in
caſibus in quibus ſolet præcedere culpa, vt in incen-
dio, & furto, reo conuento incumbit onus probandi,
quod ſine culpa euenit, in alijs verò caſibus, qui re-
gulariter ſine culpa accidunt, vt hoſtium vires, & in
nundationes aquarum agenti incumbit onus pro-
bandi, & licet ex not. per Soc. vbi ſupra nu. 40. verſ.
ſed nunc poſſet dici, quod requiratur iſto caſu leuis
culpa ex quo ſumus in contractu mandati. l. contra-
ctus, quidam, & ibi deciſ. nu. 25. ff. reg. iu. nihilo-
minus dicitur, quod culpa leuiſſima in faciendo æ-
quiparatur leui. Deci. ibidem, nu. 7.

Præterea in caſu Grat. furtum erat probatum per
coniecturas, & indicia, vt ibi dicit, nu. 8. & 59. & non
aderat culpa, quia ille officialis montis poſuerat res
f in loco, vbi alij tenere ſolebant, f & vbi ex forma ca-
pitulorum montis tẽpore tenebatur, ideo non erat
in culpa. l. pignus C. de pignor. actio. Grat. d. conſil.
100. nu. 12. vnde apparet terminos eſſe diuerſos.

Quoad ſecundum vero reſpondetur Puccinum
ſcripſiſſe Franciſco, quem ſciebat inſtitorem d. ne-
gociationis cum etiam intellexiſſet a parte præpoſi-
rum ad vendendas d. Gemmas, quo caſu patris con-
templatione ſcripſiſſe cẽſetur, & ſolum patrem vel-
g le habere obligatum g Soci. conſi. 154. num. 3. con-
ſultationem, lib. 2. quod ſine dubio procedit, quan-
do pater præponens erat præſens in loco. Roncagal.
in l. eandem. in prin. nu. 173. ff. de duobus reis, quod
14 etiam eſt dicendum, quia † non præſumitur Pucci-
nus voluiſſe nouare mandatum in perſonam filij-
familias, & diſcedere ab obligatione patris domini
ſocietatis. Soc. conſ. 21. viſis, nu. 3. lib. 1. ſeu in plu-
res debitores diſtringi. in l. nec plures. ff. de exercit.
Caſtrenſ. conſi. 345. viſo puncto, lib. 2. Natta. conſi.
367. ſic habet res, itaque.

Ad tertium reſpond. multipliciter. Primo non
conſtare de conſignatione facta Nicolao: & licet ip-
ſe Nicolaus in teſtem productus per Thomam hoc
15 deponeret, † & eius depoſitioni de facto proprio
ſtandum eſſet, vt voluit Caſtrenſ. in l. quicunque.
C. de

C.de ſeruis fugi. Tamen hoc non attendendum pu-
tauimus, quia vltra quod contra Caſtrenſem ſtat
communis opi. de qua Ant. Gab. lib. 1. de teſtibus
concl. 1. num. 20. & 21. quem etiam magis commu-
nem poſt eum dicit Menochi. conſ. 90. nu. 16. Boer.
deciſ. 221. in fi. Ruyn. conſ. 65. num. 2. lib. 1. limita-
tur tamen Caſtrenſ. doctrina quando quis deponit
de facto proprio, ſuper quo ipſe contraxit, vt hic fe-
cit d. Nicolaus, qui dixit gemmas ſibi fuiſſe conſi-
gnatas Lucæ tranſportandas: Alex. conſil. 13. num.
13. lib. 1. Cuius atteſtationem ex alio ſuſpectam ha
16 bebamus, † propter exonerationem propriam,
& proprium commodum. Bart. in l. deferre de iu.
fiſci. Bertran. conſ. 118. lib. 2. Ruyn. conſil. 105. nu.
6. lib. 4.

Præterea non eſt probatum Nicolaum fuiſſe mi-
niſtrum Balbani, vt fieri debebat, cum ſuæ inten-
tionis eſſet fundamentum. gloſ. in l. in eum actum,
de nego. geſt. doct. in l. non ſolum. §. ſed vt probari
de op. no. nunci. cum præſertim de mandato loqua-
17 mur, † cuius fines diligenter ſeruandi ſunt. l. dilige
18 ter. ff. manda. & non ſolum in forma, † ſed in qua-
litate. Benint. deciſ. 21. num. 7. & 8.

Vnde cum illæ litteræ eſſent qualificatæ, vt con-
ſignentur miniſtro, non ſufficit probare conſigna-
tionem, niſi probetur qualitas quod is cui fuerunt
conſignatæ, eſſet miniſter. Bart. in l. item apud §. ſed
quod dicitur ff. de iniur. alias ſequeretur abſurdum;
19 † quod probato facto eſſet probata etiam qualitas
contra textum in l. 1. §. ait prætor. ff. ne quid in flu.
pub. vbi non ſufficit, quid immiſſum in flumine, ni
ſi probetur qualitas, quod inde flumen aliter fluat,
quam priori æſtate effluxerit.

20 † Vbi enim qualitas [b] in aliquo actu requiritur
b (vt erat miniſterium perſonæ deferentis gemmas)
non ſufficit actum eſſe ſine illa, nec illam ſine illo:
Bart. in l. Fulcinius. §. cum hoc edictum. ff. ex qui-
bus cau. in poſſeſſio. ea.

Rurſus dato, quod hæc qualitas eſſet probata,
tamen cum rediret eodem die Balbanus, ipſe ferre
debebat, non autem erant conſignandæ alteri mi-
21 ſtro, quoniam † quando conſtat de veriſimili men-
te mandantis, ex veriſimili eius intentione debet ſer
uari ordo ſcripturæ, non autē attenditur ordo alter
natiuus: Feli. in c. inter cætera, num. 4. de reſcrip. &
ibi Rip. nume. 74. in hoc caſu conſtabat de mente
Puccini volentis ſibi potius tranſmitti per Balba-
num, quàm per alium miniſtrum, ſi vterque Lucam
veniret, vt ipſius ſcripturæ ordo oſtendit, quæ præ-
22 ponit, & prænominatum Balbanum, & † ubi agi-
tur de perpendenda voluntate alicuius primo no-
minatus cenſetur magis dilectus, & approbatus:
Bald. in l. quoties, de vſuf.

Item qualitas perſonę hoc dictabat, vt in pari gra
du diſceſſus, non ſit veriſimile voluiſſe præferri ipſi
Thomæ mandanti noto, & cuius fidem eſt ſecutus
hominem non notum, & incertum cuius fides non
eſſet ſibi perſpecta.

Vnde in terminis dicebat Fran. in c. ſignificauit,
23 de appel. numero 12. quod † debens remittere per
certum nuncium, ſi per alium remittat non libera-
tur, & not. Pile. in quæſt. 7.

24 Cui non abſimile eſt, † quod de recipiente pecu-
nias Bononię alicui transferendas, qui Bononię non
fuerit repertus, an ſi iſte alteri deferendas tradat, li
beretur, tradit Pile. in quæſtio. finali.

25 Et cum † alternatiua hic poſita eſſet inter perſo-
nas, inter quas cadebat ordo affectionis, & approba
tionis in coniunctiuam, reſoluitur ſeruato ordine
ſucceſſiuo ad Rip. d. cap. inter cæteras, num. 49. &
ſeq. de reſcrip.

ANNOTATIONES.

a Adminiſtratores. Iuxta illud Euangelium Lucæ cap. 16. Red-
de rationem villicationis tuæ, etiam ſi propria auctoritate
vel officio ſibi iniuncto bona aliena adminiſtret. Doctor.
in l. 1. §. officio ff. de tut. & ration. diſtrah. Bero latiſſ. conſ.
212. nu. 31. lib. 2. Idem in fratre. Roman. in conſ. 414. & ibi
late Mādoſ. Idem in patre, Rolan. alleg. hic conſ. 49. n. 13.
lib. 1. Idē in adminiſtratore fiſci l. 1. C. de iur. fiſ. lib. 2. Me-
noc. conſ. 40. nu. 62. Et in omni Prælato c. ad Monaſteriū
in fi. de ſtat. monachor. cum adductis latiſſ. per Cęphal. cōſ.
678. nu. 24. & ſeq. lib. 5. Et an & quando, & quanto tempo
re adminiſtratores præſcribant, vt cogi non poſſint ad red-
dendam rationem. Cęphal. conſil. 466. nu. 14 lib. 4. Quid
in eo qui pietate ductus adminiſtrat bona pupillorum. D.
Tiber. Decian. conſ. 85 num. 25. & ſeq lib. 2.

b Computatur. An & quando, & quibus concurrentib. furtum
connumeretur inter caſus fortuitos, Riminal. conſ. 164. n.
19. & conſil. 165. num. 12. & ſeq. & ibi quomodo probetur
furtum, & incurſus latronum. Et de furto probando Bart.
in l. ſi quādo, in fin. C. vnde vi, Gramm. cōſ. 14. n. 2. anto,
colum 6. in tract. de mod. proced. in crimin. art. 54. Franc.
Beccı. conſ. 70. nu. 13. & 22. Et quod vere probari non poſ
ſit ſed probetur per indicia & coniecturas. Curt. Iun. conſ.
256. n. 15. & ſeq. & eſt communis opin. Idē Curt. Iun. conſ.
270. nu 3. Quod non procedit quando tractatur de proban
da quantitate rerum furto ſubtractarum, ſiue illarum valo
re per Iuramentum in litem, tunc enim debebit probari fur
tum plene, & liquido. Plot. detulit iuran. §. 48. ſub. nu. 3.

c Alternatiue. In alternatiuis cuius ſit electio an rei in Actoris
optimus eſt text in l. oō vnque. ff. de eo quod cert. loc. vbi
Doctor. & Bart. ibi nu. 1. facit quatuor ſpecies alternatiua-
rum, & Bald ad propoſitum huius deciſionis in verſi. nota
hic plene. firmat quod vbicunque electio perimeret obliga
tionem namque alternatiue electio conceditur Reo. Et ali
bi, Bald. dixit quod in alternatiua exigendi eſt electio a-
ctoris, in alternatiua vero ſoluendi eſt electio debitoris, ut
in l. fin. colum. 3. verſic. quære in iſto verſ. C. de petit. hære.
latius Neguſant. de pignor. 1. memb. 5. part. princ. nu 6. &
ſeq. Magoni. infra deciſ. 16. in prin. vbi etiā ſcripſi. Et quod
quoties in alternatiua exprimitur quod eſt in obligatione
ſit electio debitoris Cæphal. conſi. 473 num 7. lib. 5.

d Præcauiſſet Poſt Doct. in alleg. hic ca. 1 de commod. vide An
ge. in l. item. nu. 7. ff. de conſt. pecun. & Sebaſt. Medi. de ca
ſib. fortuit. parl. 1. q. 13. num. 17.

e Bart. in l. ſi quis ex argentarijs. Nota quod iſta doctrina Bar.
non procederet in depoſitario, cui depoſitum furto fuiſſet
ſubtractum, depoſitarius enim tantum tenetur de dolo, &
lata culpa. Deci. d. l. contractus nu. 2. ſed dicta doctrina vēdi
cat ſibi locum, vbi conuentus teneretur de leuiſſima, ſeu
de leui culpa, prout eſt in contractu mandati de quo in prę
ſentiarum agitur, tunc enim non ſatis fuiſſet probaſſe ca-
ſum, niſi etiam fuiſſet probatū culpā abfuiſſe, & ita doctri-
nam Bar. declarat Alex. in d. l. ſi quis. §. fi. quem ad hoc re-
fert, & late ſequitur Curt. Iun. conſ. 270. n. 6. cū plurib. ſeq.

f Solebant. Facit Curt. Iun. d. conſ. 270.

g Obligatum. Qui enim negociatur cum inſtitore cenſetur vel
le habere obligatum Dominum qui propterea tenetur. §.
inſtitoria, Inſtit. q cum eo. l. 1. ff de inſtit. cū alijs per Hipo.
Rimin. conſ. 52. nu. 124. Et quādo ex facto inſtitoris, & quo
modo obligetur D. Curt. Iun. conſ. 186. nu. 12. uſq. in fi. &
conſ. 272. n. 1. Natt. ad Alex. cōſ. 120. li. 5. vbi an Dñs teneat
ad ratificandū. Et quādo inſtitor ſeu negociorū geſtor qui
nomine Domini contraxit, poſſit ipſe ex dicto contractu
conueniri, Deci. conſ. 510. nu. 4. uſque in fi. Natt. conſ. 641.

h Qualitas Nec ſatis fuiſſet, quod in rei veritate Nicolaus præfatus fuiſſet miniſter, quia illud dicitur eſſe verum, nõ quod eſt in ſe verum, ſed quod eſt probatum. Archid. 30. quæſt. 5. cap iudicantem. Bald cap. 1. in princ. extra de conſtit. Aret. conſil. 83. quem citat; & ſequitur Alciat. in l. 1 § fin. num. 4. verſ. facit. ff. de verb. obligat. Ideo qualitas ipſa debuit articulari, & probari. Bart. in l. item ſi ſuſpectus, ff. de procur. Aret. in §. eadem lege num. 1. inſtitu. ex quibus cauſ manum. non lic. Deci. in capit. quæ in Eccleſiarum, num. 23. & 38. de conſtit. & in l. 1. num. 7. & ibi Soc. in princ. C. de edend præclare Auguſt. poſt Bart. in l. 2. §. diem. ff. quemad. Teſtam. aper. Fel. in cap. cum Ioannes, num. 40 de fid. inſtrum. Bene verum eſt quod iſta qualitas potuiſſet probari facilius quam ſubſtantia ipſius actus, & ſic per præſumptiones, & coniecturas. Nat. cum adductis per eum conſil. 102. num 2. Rimin. conſ. 254. nu. 2. vbi late Cęſal. conſil. 435. nu. 42. lib. 3. cum plurib. ſeq. Magon infra deciſ. 27. num. 5. & plurib. ſeq.

SVMMARIVM.

1 *De his, quæ nõ ſunt, vel non apparent, idem eſt iudiciũ.*
2 *Liquidatio cuiuſque ſententiæ, vel inſtrumenti executionem præcedere debet.*
3 *Ante liquidationem nõ conſtituitur in mora debitor.*
4 *Liquidatio poteſt fieri per omne genus probationis.*
5 *Nulla maior probatio, quam quæ fit per confeſſionem partis.*
6 *Ab adminiſtrantibus gratuitis non exigitur ſcrupuloſa, & rigoroſa rationis redditio.*
7 *Ratio computorum, & adminiſtrationis, quomodo reddenda, & num. 8.*
9 *Tacens in iudicialibus pro conſentiente habetur.*
10 *Et multa amittuntur propter non oppoſitionem.*
11 *Verbum, Poteſt, relatum ad iudicem interpretatur pro debet.*
12 *Iudex per proceſſum ad vlteriora videtur reiicere exceptiones propoſitas.*
13 *Appellare oportet ab interlocutoria ne tranſitum faciat in iudicatum.*
14 *Cautela ad euitandam executionem eſt, vt reus, ſi quid liquidum de ſuo debito putet illud deponat, & reſiduum ſi quid eſſet ſeparatum ſaluere, offerat facta liquidatione.*

ARGVMENTVM.

Liquidatio præcedere debet, antequàm ſententia exequatur. Cautela euitandi executionem eſt, quòd debitor, quod liquidum eſt, deponat, & illiquidum caueat ſe ſoluturum.

DECISIO III.

IN eadem cauſa Puccina cũ Balbano proximè præcedenti, fuit condẽnatus Balbanus ad reſtitutionẽ gẽmarum, ſi extent aliàs earum valorem, & ad dandum bonum cõputum, cũ reſtitutione reliquorum reſiduatorũ, & huius ſententię fuit petita executio.

Reus autem conuentus ad eam euitandam, & vt ſententiæ pareret, per apocam dati, & recepti more mercatorum computa in iudicio exhibuit vna cũ actuali depoſitione ſcut. 40. quæ reliquata dicebat, & in quibus ſe ipſum legitimè teneri exiſtimabat pro integra ſatisfactione.

Super huiuſmodi computorum, & depoſiti oblatione, nec pars aduerſa quicquam oppoſuit, neque iudex aliquid interlocutus fuit, ſed tantum pronũciauit, ſententiam fore exequendam pro ſumma principali liquidata, & pro expenſis.

Pro parte Balbani ad nos inde recurſum fuit, quem ex reſultantibus ex proceſſu diximus bene recurſum, & male iudicatum.

Moti, quia proceſſus nihil certi, vel clari, quod
1 exequendum eſſet, continebat, & † cum de his, quæ
non ſunt, & non apparent idem ſit iudicium. l. duo
ſunt Titij, de teſt. tute. & no. Becci. conſi. 52. n. 11.
merito d. ſententiæ non aſſenſimus.
2 Ante. n. cuiuſq; ſniæ executionẽ † liquidatio præ
a cedere dẽt a al às exequi non põt l. hæc aũt. §. 1. ff.
ex quib. cau. io poſtea tradit Crauet. conſ. 164. nobilis, nu. 2. & in ſim. l. i de iuſtſo Rebuſ. de lite obliga.
3 art. 1. gl. 9. nu. 8. ſeq. Et eſt cõe dictum † quod ante
liquidationem non dicitur debitor in mora conſtitutus, idem Crauet. conſ. 89. nobilis. num. 5.

Nec obſtare videbatur, quod Balbanus gemmas receperit certo pretio taxatas, vt in themate præcedentis deciſionis, & ſic liquidatio (quæ aliàs per om
4 ne genus probationis † fieri poteſt Bart. in l. 3. C. de
ſent. quæ ſine cert. quantit.) fuit probata per optimum, ac melius genus probationis, quod in iure re
5 periatur, † videlicet per partis confeſſionem. Craue. conſil. 171. magiſter nu. 4. Hyp. conſi. 17. Pariſ. conſ. 72. pro reſolutione, nu. 12. lib. 3.

Quia ab illa primęua pretij taxatione fuit receſſum per contrariam voluntatem actoris, qui videns difficultatem retractus d. gemmarum, mandauit vẽdi alio pretio, quod liquidatione egebat, videlicet, Che ſi vendeſſino con perdita della fattura, & ſenza detrattione della ſaldatura. Si igitur iſtæ gemmæ erant reſtituendæ ad rõnem valoris cum non extare dicerentur, vtiq; debet attendi valor ſecundo loco præſcriptus, & ſic quanti minoris eſſent faciendæ, per la manifattura de detrarſi, & per douerſi pagare per oro rotto, quæ omnia liquidatione egebant, ut
6 patet ad ſenſum. † neque enim ab huiuſmodi gratuitis adminiſtratoribus ſcrupuloſa, & rigoroſa rationis redditio exigitur. l. ſi ſeruus, de leg. 1.

Et cum reus in hoc iudicio nil aliud egiſſe uideretur, quã contẽta in ſnia exequi velle, quippe cum ſecundum illius tenorem, & iuxta illud Euangelij, villicationis ſuæ rationem reddens, non erat quo quomodo arguendus, aut damnandus.

Dederat. n. cõputa ſua non in folle (quod aiunt) ſed in cedula apertè legenda cũ diſtincta deſcriptio
7 ne dati, † & recepti, prout fieri monet. Ang. in conſ.
277. quem ſequitur Soc. in conſil. 74. nu. 1. lib. 3.

Ipſamq; rõnem ſuæ adminiſtrationis in prõptu
7 obtulit cum actuali reliquorum reſtitutione † necnon cum cautione fideiuſſoria idonea de ſatiſ-

faciendo

faciendo ſi quid vlterius deeſſet reficiendum iuxta celebre reſponſum Caliſtrati in l. cum ſeruus de cond.& demonſt.& quòd no.Goz. conſil.24. lib.1. Iaſ.conſil.4.col.2.lib.3.

Vnde dicere, quòd ſententia exequeretur, nil aliud erat dicere, quàm quod ageret, quod agebat. Quòd ſi iſtę rationes & computa ſic reddita in aliquo erat defectiua, oportebat per actorem aliquid
9 contradici, non autem tacendo † quaſi quadam approbatione pertranſire ad not. per Dec. in c. quoniam contra col.19.de prob. Crauet.conſi.1.in fi.& conſ.122.& 150. Rebuf.de reſcrip, in præfat.num. 97.Alex.in l.iudex, num.8.de re iud.Contard.in l. 1413.limita.nu.5.& ſeq.C.ſi de moment.poſſ.Iaſ.in
10 l.patre furioſo, ff.de his qui ſui, vel alie. † Tacens
b enim in iudicialibus pro conſentiente habetur, b & multa amittuntur propter non oppoſitionem, vt in locis præcitatis.

Datis igitur ante dictis computis fideiuſſione, & depoſito vicem ſolutionis habente, Do.Iudex
11 debebat (ſic enim verbum † poteſt in ſtatuto lib. 1.c.100.appoſitum declarari debet, vt poſt gl. tradit Dec. in l.1. num.14. ff.de iuris omn. iud.) aſſignate terminum ad probandum excepta per ipſum
12 reum † priuſquam per proceſſum ad vlteriora illa tacite reijceret. c.ex parte, il ſecondo, & ibi Abbas in 4.nota.appell.

13 A qua pronuncia † ne tranſiret in iudicatum,
c optimo iure feciſſe reus videtur recurrendo. c Bar. in l.à procedente in fi. C.de dilatio. & in l.ſi autem, §.fi.de neg.geſt.Doct.in d.c.ex parte.

14 Caute igitur † ac iure permittente pro euitanda executione reus feciſſe viſus eſt, ſi quòd liquidũ putauit, depoſuit, & reſiduum, ſi quid eſſet, facta li
d quidatione ſe ſoluere paratum obtulit, d vt per tex. ſing.l.ſtatu liber rationum, ff.de ſtat.lib.tradit Veron.cautel.27.Aret.conſil.142.in fi.Affl.deciſ.205. Tiraq.de ret.lignag.§.1.gl.19.num.2. Rebuf.de lit. oblig.glo.9.num.12.art.1.

ANNOTATIONES.

a Præcedere debet. Quòd iudex non debeat dare executionem niſi præcedat liquidatio, imò liquidatio ſuperueniens trahatur retro, & operetur, ac ſi ab initio ante petitã executionem fuiſſet facta, licet ante liquidationẽ peti poſſit. Barz. in tract. Guarentig.in 2.q par.p.verſ.Sed tamen in hoc. Et quamuis Bar.& Bald.in hoc diſſentiant cum eorum imitatoribus, vt ponit Iaſ.in l.1.colum.4.verſ.3.concluſio. ff.de edon. Reducuntur tamen ad concordiam per Rom.conſil. 311.ad fi. vbi Mandoſ. latiſſ.cum alijs pluribus in materiã executionis, & liquidationis faciendę requiſitis, & traditis, ac diſcuſſis, & reſolutis per magnum practicę Principem Anton. Galleſ.ad formul.cameral.oblig poſt 4.par.tra.in tit.quæſtiones de liquidatione, per tot.

b Habetur. An & quando præſens, & tacens videatur cõſentire, uide Affl.in prælud conſtit.regn. lib 1.q 4.num.10.latiſſ. Capr.comm.opin.reg.55.& 56. & omnium latiſſime examinans, & plures concluſiones, & deciſiones afferens. Bologne.poſt Bar. & Doct.in l.quæ dotis, num.121. vſque in fi.ff ſol.matrim Magon infra, deciſ.47.num 23.

c Recurrendo. A tacita reiectione exceptionis, quæ reſultat ex proceſſu ad vlteriora, licitum eſt appellare nõ minus, quã ab expreſſa interlocutoria. Doct.communiter in c.ex parte, el ſecondo', extra de appellat. & quomodo hæc intelligantur dixi late in recollectis ad d.l.a procedente. Quas Deo dante, quandoque in lucem prædicturas ſpero ad cõmunem vtilitatem, & laborum diminutionem.

d Paratum obtulit. Vt in ſimili dicimus in materia iuris cõgrui ſiue prothomiſeos quoties pretium eſt incertum, & non liquidum. Alex. conſil.24.num.9.lib.4.& conſil.130.num. 11.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Concluſio libelli attenditur ad cognoſcẽdum genus intentatæ actionis.*
2 *Vbi agitur ad reintegrationem penſionum, dicitur iudicium mixtum poſſeſſorij, & petitorij.*
3 *In penſionum iudicio nõ reſtituitur poſſeſſorium, quin & petitorium reintegretur.*
In incorporalibus poſſeſſio ſine iure haberi nequit.
Poſſeſſorium reintegrandæ penſionis mixturam habet petitorij.
4 *Deciſio DD.de Rota 3.de reſtit.ſpo.in antiq.reprobatur à Decio, in conſ.136.col.1.*
5 *Saluatur dicta Deciſio à dicta impugnatione, & Decij opinionem non eſſe ſimpliciter ſequendam demonſtratur.*
6 *Titulus præſumitur ex poſſeſſione longi temporis, quãdo non adeſt iuris præſumptio in contrarium.*
7 *Titulus plenè probandus a non habente iuris præſumptionem pro ſe.*
8 *Clauſula petens ſibi ius, & iuſtitiam, &c. an, & quando faciat præſumi vtranque, & petitorium, & poſſeſſorium intentatum.*
9 *Remedium can.reintegrandæ pro ſpolio defuncti tranſit ad hæredes, num.14.*
10 *Remedium can.reintegrandæ competit etiam pro penſionibus denegatis maximè, vbi præſtatio eſſet realis.*
11 *Remedium can.reintegrandæ, an detur pro præſtatione perſonali.*
12 *Pro præſtationibus perſonalibus licet non detur remed.poſſeſſorium, datur tamen officium iudicis ad reponendum ſpoliatum in eo ſtatu, quo erat ante denegatam præſtationem.*
13 *Penſio negata, quando, & quomodo dicatur ſpoliũ inducere, & parere poſſeſſorium remedium.*
Non omnis recuſatio penſionis ſoluendæ inducit ſpolium, ſed ea, quæ negat ius debendi ſimpliciter.
14 *Hæres agit poſſeſſorio reintegrandi ſuper ſpolio nato, & creato viuente defuncto.*
15 *Hæres ſi defunctus eius poſſedit tempore mortis, non reintegrandæ, ſed adipiſcendi remedio agit.*
16 *Agens poſſeſſorio adiecta cauſa veluti, quia hæres dicitur, vtrunque proponere, & poſſeſſoriam, atque etiam petitorium.*
17 *Dolo fit petendo, quod quis ſtatim reſtiturus eſt.*
18 *Vſufructuarius agit remedio reintegrandæ.*
19 *Limita, quando poſt ſpolium factum idem vſufructuarius moritur, vel capite minuitur, tunc enim hæres non reſtituitur poſſeſſioni, ſed ſolum conſequitur detrimentum paſſum ob amiſſum vſufructum.*
20 *Vſufructu finito morte vſufructuarij ſtatim poſſeſſio ciuilis proprietarij trahit ad ſe naturalem.*
Poſſeſſio naturalis, quæ penes vſufructuariũ erat, ſtatim mortuo vſufructuario redit ad proprietarium.

21 *Ad*

Digitized by Google

21 *Ad penſiones recipiendas nemo reſtituitur, de cuius tituli inualiditate conſtat.*

22 *Spolium contingere debet ob iniuſtas cauſas, vt pa-ret remedium reſtitutorium.*

ARGVMENTVM.

Remedium can. reintegranda competere pro penſionibus denegatis. Poſſeſſorium reintegrãdæ penſionis habet mixturam petitorij, & non poteſt reintegrari poſſeſſio, quin, & petitorium reintegretur.

DECISIO IIII.

ALBERTVS q. Iuliani della Rocca tanquam hæres Do. Mariæ eius matris pro dimidia, & pro alia dimidia vti ceſſionarius Sebaſtiani ſui fratris, egit cõtra Bartholomæũ olim Andreę de Lammare ad recuperationẽ cuiuſdã annui redditus, narrando ſpoliũ contigiſſe in perſonam d. Dom. Mariæ, quę dum viuebat, & per annos duos ante eius mortem ſine facto ſuo cecidit a quaſi poſſeſſione d. annui redditus, ſeu penſionis ſibi debitæ, & ſolui cõſuetę propter denegationẽ rei conuenti.

Et lata ſententia per D. Iudicem, à quo ad fauorem rei actor ad nos appellationis vocem emiſit, contra quem pronunciando diximus bene iudicatum, & male appellatum.

Moti, quia in hoc iudicio agebatur ad reintegra-
1 tionem penſionum, & licet † ex medio concludendi iuncta narratiua libelli, (quod attendi debet. Bartol. in l. certi conditio, in princ. ſi cer. pet. Butr. in cap. literæ. de dila. Dec. conſ. 57. numero 1. Rolan. a Valle, in conſ. 9. negari, num. 2. lib. 3. Burſat. conſil. 27. allegatum, num. 16.) videretur intentatum iudi-
2 cium mere poſſeſſorium, † tamen cum ageretur ad reintegrationem penſionum, nõ poſſeſſorij ſimplicis, ſed coniuncti cum petitorio naturam ſapere dicendum videbatur per ea, quæ tradunt DD. de Rota. deciſ. 3. de reſtit. ſpolia. in antiquis. Vbi dicunt ſpoliatum penſione præterita docere debere de iure ſuo antequam penſio adiudicetur, quia in hoc caſu poſſeſſorium à petitorio ſeparari non poteſt, non enim reſtituitur poſſeſſorium, quin, & petito-
3 rium reſtituatur † cum in talibus in corporalibus
a poſſeſſio ſine iure haberi minime valeat. a l. 3. §.
4 hoc autem, ff. quemad. ſeru. amitta. † Et licet Dec. in conſil. 136. col. 1. allegando Abb. in c. querelam. in 3. nota. de electio. reprobet prę fatam deciſionem.
5 † Nihilominus d. deciſio non eſt abſolute reprobanda, nec Decij opinio eſt ſimpliciter tenenda, ſed recurrendum eſt ad diſtinctionem, quam ponit Gigas, in tract. de penſio. q. 47. num. 4. ex mente DD. de Rota, in deciſ. 1. nu. 2. Inno. videlicet, quòd aut agens poſſidet, aut nõ poſſidet, & tunc aut ſua poſſeſſio recens eſt, vel fuit in poſſeſſione longo tempore, & habet aliquam præſumptionem iuris contra ſe, & tunc quia non inſurgit præſumptio tituli, procedit opin. in Rotæ. d. pri. deciſ. in 2. membro ſuæ diſtin. & hoc caſu habet locum deciſio 3. de reſtit. ſpol. in antiq. contra quam tenuit Dec. d. conſilio 136. Aut in poſſeſſione longo tempore, & non habet præſumptionem iuris contra ſe: & tunc procedit opin. Abb. d. cap. querelam, & deciſ. DD. de Rota, prima in nouis, in vlt. membro ſuæ diſt. de reſti.
6 ſpol. ac etiam opin. Decij d. conſil. 136. † Et ratio eſt quoniam ex poſſeſſione longi temporis non adeſt præſumptio iuris in contrariũ, præſumitur titulus, Doct. in l. ſi certis annis, C. de pact. & in d. cap. querelam, aut nullo modo poſſidet, & tunc neceſſe eſt, quod titulum probet. Innoc. in cap. tranſmiſſa. de
7 elect. Rot. d. deciſ. 1. † qui titulus plenè probari debet, quia actor non eſt habens præſumptionem iuris pro ſe, quæ eum releuet ab onere probandi. l. qui accuſare, C. de eodẽ. l. actor. C. de proba. DD. de Rot. d. deciſ. 1. in fi. vbi dicunt, quod in caſibus, in quibus doceri debet de tit. non requiritur ita exacta probatio, ſicuti requireretur, ſi ad id principaliter ageretur. Gigas d. q. 47. num. 4.

Neque in hac ſpecie vtriuſque mixturam ope-
8 rari potuiſſet dicendum erat clauſulam illam, † Pe-
b tens ſibi ius, b & c. quæ vtrunque intentatum cenſeri facit, vt placuit Inno. & Calder. in c. cum dilectus de ordin. cognit. & ibi Abb. hoc dicit eſſe notandum. Iaſ. in l. naturaliter, §. nihil cõmune enim. 191. & ibi Rip. num. 199. de acq. poſſ. quòd locum habet etiam, quòd concl. libelli cantet in poſſeſſorio. Doct. vbi ſupra, & Roland. in conſil. 41. habita, num. 8. lib. 3. Quia dupliciter reſpondebatur. Primò, quia d. clauſula operatur effectum prædictum ſi in narratiua facta ſit mentio proprietatis, & non alio modo, quia circa non ſpecificata iſta clauſula non operatur. Aret. conſ. 17. Rip. d. §. nihil commune, num. 199. Ant. Gab. de clauſul. concl. 4. num. 16. Menoch. in præludio recup. poſſ. num. 16. & 17. Cõtat. in l. 1. q. 13. numero 45. C. ſi de mom. poſſ. in caſu autem iſto nulla ſit mentio proprietatis in narratione libelli, ſed ſuper ſolo poſſeſſorio erat contexta narratio: meritò, &c.

Secundò reſp. dictam clauſulam operari prædictum effectum ſi actor velit, non autem eo inuito, vt in præſenti caſu, vbi actor proteſtatus fuit nolle cognoſci ſuper petitorio, Nouiz. conſil. 79. num. 4. & 5. vbi alios citat.

Sed dato, quod eſſet intentatum poſſeſſorium, dubitatur an illi tale remedium competeret, & qui-
9 buſdam videbatur, quòd ſic † nam remedium reintegrandæ pro ſpolio defuncti auctoris eiecti ſine culpa ſua, & ſpoliati propter iniuſtas cauſas traſmit-
c titur ad hæredes, c qui in iure nato, & creato, actiue, & paſſiue tempore mortis defuncti, illius perſonam repræſentant, l. cum a matre, C. de rei vend. Aret. conſil. 123. col. 3. Cagno. in l. hæredem, nu. 22. & num. 16. de reg. iur. Ruin. conſil. 45. Habita ſuper

his,

his,num. 10.lib.1.Soc.in conſil.34.num.13.libro 3. Beneintend.deciſ.12. Becci. conſil. 75. remedium, num, 14.

10 Quòd remedium, † quod competat etiam Pro penſionibus denegatis, tradit Abb. & alijs in cap. peruenit.de cenſibus.Roman. conſil.311. & ibi addent.Gigas d, q. 47. num.1.Abb. d. cap. querelam. de elect.Crauet.conſi.140. in cauſa, num. 1. Afflict. deciſ.395.Bero.conſil. 119. in cauſa, num.9. lib.3. Rota Bonon.deciſ.27.Bald.conſ.130.lib.3. videtur Redoan.de rebus eccleſ. non alien. ca.de caducitate ob negationem, num. 17.quòd procedit etiam contra hæredem ſoliti ſoluere annuá penſionem. Guid. Papa q.629.refert Anto.Gab.de reſtit.ſpol.concl.5. num.32.maximè, quando præſtatio eſt realis. Menoch. de recuper. poſſ. remed. 1. num.87. ubi alios citat, & addentes ad Affl.d.deciſ.395.

In cauſa autem iſta penſiones debebantur occaſione rei, videlicet, cuiuſdam vſufructus relicti, & ex conuentione facta reſpectu d. vſufructus de ſoluendo quædam ſtarii graui ſingulis annis, vt exactis cônſtabat, & faciunt ad hoc not. per Menochium de recuperan.poſſ.1.Remed.in 5. & 8.q. & ſic ceſſauit diſputatio de annua præſtatione perſonali de

11 qua ibidem per Menoch.num.87. † pro qua perſonali præſtatione communiter omnes legiſtæ affirmant nullum dari remedium poſſeſſorium, vt ibi teſtatur Menoch.num.87.& 88.vbi reſpondet,&c. in d.c.querelam, de elect.

Huc accedat, quod idem Menoch. adnotauit in pri.remed.de adipiſc.poſſ.q.22.num.86.

Vnde ex prædictis concludebatur remedium poſſeſſorium competere in caſu noſtro cum iſtę præſtationes perſonales, in quibus licet non detur remedium poſſeſſorium, datur tamen quidam ſtatus ad quem ſpoliatus propter denegationem ſoluentis poſſit petere ſe reponi ſaltem per officium iudicis. Afflict. dicta deciſ.395. num.4. Dec.conſil.136. Beneintend.d.deciſ.27.Silua. conſil. 105. mouetur, colum.2.

Aderat etiam pro parte actoris requiſitum neceſſarium, videlicet, denegatio penſionis ſolitæ ſolui, prout requiritur Doct.d.cap.querelam. Nam ad hoc, vt in ſimilibus annuis præſtationib. & ſolutionibus, quis dicatur ſpoliari ſua quaſi poſſeſſione exigendi, non ſufficit, quòd debitor per plures annos ceſſet ſoluere, quod debet, ſed requiritur, quòd creditor elapſo tempore præſtandi, ſeu in termino ſolutionis faciendæ petat, & interpellet debitorem ad ſoluendum, qui ſi ſic requiſitus neget ſoluere, tunc dicitur priuare, & ſpoliare creditorem ſuo iure, & quaſi poſſeſſione, propter quod datur remedium reſtituendæ, ſeu reintegrandæ poſſeſſionis, vt per Dec. d.conſil. 136. Gigas d. c.47. Rum.conſilio 163.diuino, num.6.lib.5.Craue. conſil.140.num.1. Bero.d.conſil. 119. num.5.lib.3. hic autem reus recuſauerat ſoluere allegando, quod finitus erat vſufructus, cuius occaſione penſio ſoluebatur, & propterea dicebat ſe non teneri.§. finitur, inſtit.de vſufruct.producendo teſtamentum, in quo vſufruct.erat relictus.

His tamen non obſtantibus concluſum fuit pro reo, vt dictum eſt, quia cum eſſemus in hærede vſufructuarij, qui remedium prædictum intentarat, licet potuiſſet dici hoc poſſeſſorium eſſe ſeparatum a petitorio, nihilominus ex quo actor dixerat vſufructuariam defunctam ante mortem ſpoliatam, & poſtea fecerat capitula eandem vſque ad eius mortem poſſediſſe, ſequebatur non poſſe dici ſpoliatam

14 in vita, & ante mortem, † & conſequenter nullum ius de ſpolio fuiſſe natum, & creatum viuente defuncto, ita vt ex perſona illius hæres agere poſſit, vt tradit Cagnol.d.l.hęredem, de reg.iur. nu. 22. Corne.conſi.18.colum.3.lib.1.Ruin.conſ.45.num.10. lib.1.Rolan.à Val.conſ.50. num.6.15. & 25.lib.2. Beninten.deciſ.12.num.3.Natta,conſ.562.num.8. Nam quando defunctus poſſidebat mortis tempore, non datur hæredi remedium recuperandæ per-

15 ſona defuncti, † ſed adipiſcendæ.Alex. conſilio 40. lib.3.& conſi.82.num.4. circa lib.2. tradunt Doct. in locis proximè citatis. Sed hoc non admodum ſatisfaciebat, quia non agebatur ad reintegrationem bonorum, ſed iurium, & penſionum.

Ideo, & ſecundo dicebamus nos verſari in caſu quo poſſeſſorium nó poteſt ſeparari a petitorio per ſupradicta, & quia actor agebat adiecta cauſa, vide-

16 licet, quia heres † quo caſu dicitur intentatum petitorium. Abb.in cap.ſignificantibus, num. 23.de libell.obla.Ripà,d.§.nihil commune, num. 23. Contard.d.l.1.q.13.num.81.& q.15.num.6. & 10. C. ſi de moment.poſſ.

Præterea non poterat reſtitui actor ad iſtã quaſi poſſeſſionem, quin reſtitueretur ad ius vſufructus,

17 quod erat extinctum, † & ſic dolo faciebat petere, quod ſtatim reſtituturus erat, cap.dolo facis.de reg. iur.in 6. Vnde licet eſſet in quaſi poſſeſſione longo tempore tenebatur, nihilominus docere de titulo cum haberet iuris præſumptionem contra ſe, vt dictum eſt ſupra, & hoc caſu non poterat actor docere, imò allegabat titulum nullum cum vſufructus eſſet extinctus, & propterea non erat reſtituendus, Gigas poſt relatos, d.q.47.num.7.

Faciunt ad hoc nota. per Menoch. de recup.poſſ. pri.remed.nu.73.vbi quærit, an vſufructuarius vti poſſit hoc remedio ſi ſit ſpoliatus, & dicit, quod ſic

18 Declarat tamen id non procedere, † quando poſt ſpolium factũ idem vſufructuarius, vel eſt vita functus, vel capite diminutus, nam tunc eius hæredes non reſtituuntur ad poſſeſſionem, ſed ſolum conſequuntur detrimentum paſſum ob amiſſum vſufructum per tex.in l.3.§.pen.de vi, & vi arma.& ea in-

19 quit ipſe eſt † ratio, quia inhabilis eſt perſona, in qua poſſit vſufructus renouari. Accedat, quod fini-

20 to vſufructu per mortem † vſufructuarij ſtatim ciuilis poſſeſſio proprietarij trahit ad ſe naturalẽ. Bald. in l.1.q.46.de acq.rer.dom.Natta,conſil.419. nu.3. & iure ſuperueniente conductori in re locata, ceſſat penſionis ſolutio.Bero,conſil.148.colum. 2.libro 1. Vnde non potuerat iſte hæres ex perſona defuncti ad iſtam quaſi poſſeſſionem reſtitui, quia non docebat, nec docere poterat de iure ſuo, cum nullum ius haberet, & erat inhabilis ad reſtitutio-

nem

Digitized by Google

nem ſeu renouationem cum clarè conſtaret de non iure ſuo ob finitum vſufruct. Oldr. conſi. 125. in fi. vbi dicit aliquem non poſſe reſtitui ad perceptio-
21 nem † penſionis, de cuius tituli inualiditate conſtet, Gigas d. q. 47. num. 7.

Tertio, & vltimo dicebamus deſiderari alterum ex requiſitis ad obtinendam reſtitutionem, videlicet ſpolium ob iniuſtas cauſas cum hic hæres iuſta
22 cauſa † cecidiſſet a quaſi poſſeſſione, quo caſu non datur reſtitutorium remedium. Soc. in l. rem quæ nobis, num. 8. de acq. poſſ. Alex. conſ. 92. lib. 1. & de communi opin. Ripa, in cap. ſæpe, num. 27. de reſt. ſpol. Nam cum vſufructus eſſet per mortem finitus, cuius occaſione ſoluebatur penſio, & ſic eſſet conſolidatus cum proprietate, dicitur iuſta cauſa cecidiſſe, ex iuris diſpoſitione, §. finitur, inſtit. de vſufr. merito, &c.

ANNOTATIONES.

a Minime valeat. Idē quando tractatur de feudis, & iuriſdictione Bal. in l. 1. C. de momen. poſſeſſ. col. 3. verſ. & idē ſi agatur. Tiber. Decian. conſ. 45. nu. 7. lib. 1. Contard. late de momen. poſſ. limit. 2. num. 30. & ſeq. & ibi an a ſententia lata ſuper prædicta in poſſeſſorio detur appellatio. Verū poſſet dici tenendam eſſe opin. Decij ſimpliciter in conſ. 136. hic allegato, quia ſi vera eſſet deciſ. DD. de Rota fruſtra quærerēt Bar. & Doct. an in incorporalibus in poſſeſſorio recuperandæ admittatur cumulatio petitorij, de qua in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poſſ. ubi Bologn. num. 322. Ex iſto enim quæſito clarè colligitur, quod in incorporalibus poteſt intentari poſſeſſorium de per ſe, & ſic etiam petitorium de per ſe.

b Petens ſibi ius, &c. Clauſula hæc vltra declarationes per D. Authorem datas declaratur etiam non procedere ubi libellanti actio etiam expreſſa non cōpeteret, quia ſi nemo fine actione experitur. Caſt. in conſ. 165. ſecundum antiquam impreſſionem incip. ſuper 1. 10 2. dubio, quod conſ. Pauli refert, & ita declarat Cur. ſen. conſ. 330 num. 13. Et quod per dictam clauſulam dicatur vtrumque, & poſſeſſorium, & petitorium intentatum. Bologn. latiſſ. in d. §. nihil commune, nu. 439. ubi. nu. 440. addit ex Bald. & Rip. quod ad tollendam vim, & effectum d. clauſulæ, poterit reus, quando libellus eſt dubius tum ratione plurium actione, tum verborum, petere per libellantem ſibi libellum declarari, an & nominari remedia, quę vult intentare, & ſi declaratio non fiat, clauſula nihil operabitur, per ea, quę ipſe ibi allegat, quod dictum declara non procedere quoties principalis intentio libellantis ſatis eſt clara, ſed dubiās reſpicit ſolum id, quod vltra eius intentionem fuerit in libello adiectum, tunc enim non arctatur libellans ad declarandum. Mar. Soc. in c. ſignificantibus, nu. 71. verſ. 3. limit. de libel. oblat. poſſ. Hoſtienſ. Io. Andr. & Dom. Ant. in c. literæ de dilatio. per illum tæxt. & per c. ex tenore. de foro compet. Magon. ſupra deciſ. 96. num. 5. vbi etiam ſcripſi.

c Ad hæredes. An, & quando hoc remedium concedatur heredi late Rolan. conſ. 10 num. 2. 15. & 25. lib. 2. Natta, conſilio 439. nu. 1 & ſeq. Et an, & quando concedatur hæredi hæredis. Rolan. conſ. 32. num. 4 lib. 4.

d Per mortem vſufructuarij. Eſt verum ſi per mortem finitur vſufructus, nam tunc illa naturalis poſſeſſio, quæ exiſtebat penes vſufructuarium, perit cum vſufructuario, & ipſo iure redit ad proprietarium etiam ignorantem, & propterea proprietarius poterit illam accipere propria authoritate, & abſque aliquo vitio. Si vero aliter quam per mortem finiretur uſufructus, tūc proprietarius non poteſt propria authoritate expellere vſufructuarium, ſed contra eum debebit agere prout erit expediens ad tradita per Tiraq. in tract. le mort ſais leuif, par. 3. declarat. 1. num. 5. cum alijs, quæ ego latè recollegi ad l. correptionem, C. de vſufruct.

SVMMARIVM.

1 *Solutio eius, quod debetur, omnē obligationem de medio tollit.*
2 *Edere tenetur tertius alteri ex duobus litigantibus.*
3 *Edere cogi poteſt habens negocium commune cum meo aduerſario, quemadmodum poteram cogere meum aduerſarium.*
4 *Neganti ſe habere libros, qui edi petiti ſint, creditur ſine alio iuramento purgatorio.*
5 *Probationes ex domo rei non ſunt ſumendæ.*
6 *Editionis materia tota fundatur in æquitate.*
7 *Editio inſtrumenti non facientis ad cauſam peti non debet, quia ceſſat æquitas.*
8 *Fruſtra fit, quod factum non releuat.*
9 *Actor quandoque reo edere tenetur.*
10 *Edi ubi oportet, non totum, ſed particula ad rē faciens edi debet.*
11 *Mercatorum principale officium eſt in conficiendis libris.*
12 *Libri ſocietatis etiam finita præſumuntur eſſe in loco, vbi fuit adminiſtrata.*
13 *Ratio edi debet ubi eſt adminiſtratum.*
14 *Mercator non cogitur edere in alio loco, quam domicilij, & hoc ſi petens, ſuis ſumptibus, & expenſis deferri offerat.*
15 *Et quando mercator petens editionem non contentatur ſuis expenſis deferri, quid agendum.*
16 *Innoc. & Butr. in cap. 1. de probat. communiter reprobantur.*
17 *Solutio debet per allegantem probari.*
18 *Scriptura priuata, ne dum contra ſcribentem, ſed etiā contra tertium probat.*
19 *Adiecto ſolui, quando poſſit.*
20 *Solutio facta, ei cuius perſona mediante nobis eſt acquiſitum, recte facta dicitur.*
21 *Socio contractus recte ſoluitur.*
22 *Pluralitas debitorum, & cauſarum non præſumitur.*
23 *Solutio præſumitur facta ex cauſa præambula.*
24 *Et ex cauſa neceſſaria.*
25 *Confeſſio tutoris, curatoris, patris, & ſimil. an noceat adultis, & filijs.*
26 *Qualitas actus ſub qua celebratur ſemper inſpicienda eſt.*
27 *Actus agentium vltra eorum voluntatem non operantur.*
28 *Venditum communi nomine, vel proprio quomodo cognoſcatur.*
29 *Mercator non debet confundere negocia executiua ſocietatis.*
30 *Codex rationum demonſtrat, quo animo actus ſit geſtus.*
31 *Quod potui nolui, quod volui implere nequiui.*
32 *Soluens alteri, quam cui debebat ſoluere, non liberatur.*
33 *Societate finita iura, & actiones ipſo iure diuiſa dicuntur.*
34 *In claris non eſt opus coniecturis.*
35 *Iurare debet principalis tanquam melius informatus.*

36 Pro-

36 Procurator ſine ſpeciali mandato de ſolutione ſui principalis non iurat.

97 Scriptura mercatorum qualiter, & contra quos probet.

ARGVMENTVM.

Edere an cogi poſſit habens negocium commune cum meo aduerſario.

Mercator tenetur edere libros rationum in loco, ubi res geſta ſunt, & quomodo.

Solutio uni ex ſocijs integre facta an, & quando liberationem pariat.

Libri Mercatorum, quam fidem faciant.

DECISIO V.

VIGEBAT olim Lugduni ſocietas ſub nomine Martino Bernardini, & Vincentio Spada, &c. Cuius ſocietatis cum eſſent debitores Spect. Nicolaus, & Vincentius Parenſius, ea finita tam morte d. Vincentij l. actione, §. morte, ff. pro ſoc. Bal. in conſ. 448. punctus, nu. 1. lib. 4. quàm temporis lapſu in ea conuenti d. l. in actione, §. Labeo: dederunt in ſolutum præfato Bernardino ſocietatis, ſeu ſociorum nomine recipienti, pro quibus de rato promiſit quædam bona ſtabilia pro concurrenti quantitate debiti, quæ bona ad eodem Bernardino ſociorum nomine ad affictum reconduxerunt certa annua conuenta penſione, pro quibus conductoribus Spect. Michael Deodatus fideiuſſit in forma principaliter, & in ſolidum.

Hanc locationem, & receptionem in ſolutum reſpectiuè, Stephanus filius, & heres d. Vincentij Spada ratificauit. Quo mortuo, D. Catherina mater, & vſufructuaria bonorum, & hæreditatis eiuſdem d. Stephani participantis in d. annuo affictu egit aduerſus d. Michaelem fideiuſſorem ad ratam ſibi tangentem.

Excipiebat Michael de ſolutione quam, & iuramento probare intendebat iuxta formam, ca. 118. lib. 2. ſtatutorum, & ex libris d. q. Spect. Martini.

Probabilis, ac iuridica hæc ſolutionis exceptio
1 videbatur, cuius virtute † omnis obligatio de medio tollitur, inſtit. quib. mod. tolli. oblig. in princip. Qua non obſtante Michael ſuccubuit ad petita cõdemnatus ad nos appellauit.

In quo iudicio priuſquam merita cauſæ aggrederemur, incidimus in dubitationem. An venerabilis D. Catherina de Bonuiſis filia, & hæres d. q. Martini teneretur edere libros rationum ſui patris ad d. Societatem ſpectantes, quam editionem fieri petebat D. Catherina Spada ad effectum corroborandi ſuam intentionem contra d. fideiuſſorem, & pro parte affirmatiua allegabantur notata per Inn. & Butr. in c. 1. de prob. videlicet.

2 Quod † tertius teneatur edere librum duobus
litigantibus ad inſtantiam alterius, præſertim cum
ille tertius haberet negocium commune cum ad-
uerſario petentis ſecundum Rimin. in add. ad Salic.
in l. procurator. in princ. additio. C. de eden. ea ra-
3 tione, quia † ſicut poſſum cogere meum aduerſa-
rium; ſic, & tertium habentem ſcripturam de com-
muni negocio cum meo aduerſario. Et maximè in
a mercatore, cuius officium eſt quaſi publicum. a l. 1.
§. editiones, ff. de eden. l. argentarius. in princ. & in
eius hærede, l. prætor, §. coguntur, ff. eodem.

Ex aduerſo contendebat illa de Bonuiſis ad pe-
titam editionẽ ſe minimè teneri, tum quia libros
habere penes ſe negabat, neque contrarium proba-
4 batur, & ſic † ex ſola negatione abſque iuramento
purgationis actricem excludebat, ut tradit Natta,
in conſ. 8. omiſſo, num. 3.

5 Tum, quia nulla æquitatis ratio ſuadebat, † ut
ex domo rei probationes ſumerentur, vt quis ul-
tro proprijs armis confodiatur, ut dicit Ripa in l. 1.
6 verſ. circa primum, C. de eden. Tota enim † editio-
nis materia in æquitate fundatur. Bal. in l. 1. num.
4. & 10. ff. eod. & tradit Menoch. de arbitr. iudic.
lib. 2. cent. 2. caſu 175. num. 5. & ideo iure cautum
eſt actorem reo debere edere, quia exceptio æqui-
tate nitatur ſecundum Nattam, in dicto conſilio 8.
num. 4. qua ceſſante æquitate, ceſſat etiam editio-
nis obligatio.

Quo fit, quòd quando inſtrumentum aliquod
eſſet inutile, & ad cauſam non faceret, illius editio
7 † peti non poteſt, quia ceſſat æquitas, & calumnia
petentis innoteſcit, ita Bald. in rub. C. de fide inſtr.
num. 22. verſ. concluſio, ſequitur Bero. conſ. 19. in
cauſa, num. 12. 18. lib. 3.

8 Fruſtra fit, † quod factum non releuat, l. aliquan
do, §. ſub conditione, ff. ad Trebellia. & l. ſi quis, §.
exigitur, ff. de eden. ibi ne forte, vel ſuperuacuas, &
ibi Ang. no. & concordantes allegat Iacob. de ſancto
Georgio.

9 Hinc eſt, quod nec † ipſe actor reo edere tenetur,
quando reus aliunde ſuam intentionem probare
b poſſet, b & declarat Bero. in rub. de probat. nu. 62.
per l. qui tabulas, §. apoca, ff. de furt. quod dicit eſſe
notandum.

Ita, quòd ſi quando edendum ſit, tunc non
10 ſolum, ſed † particula tantum c ad cauſam fa-
c ciens edi debet, l. argentarius, §. ff. de edend. &
ibi omnes not. Bartolus & Bald. in l. precibus, C.
de precibus imperat. offeren. Natta, dicto conſilio
8. numero 1.

Inferendo igitur ad rem noſtram, dicebatur æquitatem abeſſe, quia actrix agit vigore quorundam inſtrumentorum de anno 1561. 1564. celebratorum ad debitum ibi declaratum, licet procederet a ſocietate olim illorum de Bernardinis, & Spadis Lugduni inchoata 1549. & continuata vſque ad annum 1558. Vnde ſuperuacue dicebatur

iſthæc

Digitized by Google

iſthæc editio peti, ac confuſè non facta declaratio-
ne ad quid, & in qua parte librorum editio fieri
deberet.

Et cum Mercatores noſtri temporis edere tene-
antur ad inſtar argentariorum; qui iurati, & ma-
triculati ſint, loco quorum ſuffecti ſunt, & ex autho
11 ritate conſuetudinis officium exercent, quod † prin-
cipaliter conſiſtit in conficiendis libris. Ripa. in l.
prima, nume. 8. C. de edend. & de communi opi-
nione teſtatur. Plautius l. prima, libro tertio, capi-
tulo octauo, numero primo, & ſequenti. C. de eden-
do, licet non tranſeat ſine contractore, vt ibi per
eum capitulo nono, qui, & capitulo 10. tenet con-
trariam opinionem, reſpondendo argumentis pro
communi opinione factis.

Meritò ceſſante æquitate ceſſare debere diceba-
tur, & ipſam editionem ſtante maximè negatiua di-
centis ſe non habere libros petitos, cui credendum
eſt abſque alio iuraměto, niſi probetur contrarium,
quæ negatiua reddebatur etiam veriſimilis in caſu
iſto ex iuris præſumptione.

12 Nam † libri Societatis alicuius etiam finitæ præ-
ſumuntur eſſe in loco, vbi fuit adminiſtrata, quia
ibi teneri debent, & alio eos deferens dicetur de-
linquere l. prætor. §. fin. ff. de edendo, Vbi omnes.
Decius in cap. primo, nu. 65. de probatio. & eſt ra-
13 tio, quia † ibi ratio edi debet, vbi eſt adminiſtra-
tum. l. prima, & ſecunda. C. Vbi de ratiocinatio. So-
cinus conſil. 31. pro ſequendo in fine libro primo,
& conſilio 149. in cauſa, num. eodem lib. primo.

14 Imò † Mercator non cogitur edere in alio loco,
vel ad alium locum ad petentis inſtantiam tran-
ſportare, niſi ad locum ſui domicilij, & hoc ſi pe-
tens offerat ſuo periculo, & ſuis expenſis deferri,
& cautiones offerat, vt notant doctores dicto §. fi.
Socinus in dicto conſilio 149. numero quarto. De-
cius dicto cap. 1. numero 65.

Et in euentum, quod mercator non conſentiat
ſuo periculo, & ſumptibus proprijs deferri, ille non
15 cogetur, ſed † Dominus Iudex mittet ad locum
geſtæ adminiſtrationis perſonas idoneas, qui li-
bros videant; & iudici referant, vt dicit Bartolus in
dicto. §. finali, & Iaſon ibi, numero 8. Decius dicto
cap. primo, numero 65. vel poterit Dominus Iudex
cōmittere Iudici loci rei geſtæ, quod ipſos videat,
& reſcribat ſecundum Fulgoſium in dicto §. finali,
vbi Iaſon etiam dicit hanc eſſe practicam meliorem.

Nec obſtant notata per Innocentium, & Butri-
garium in dicto capitulo primo, de probatio. quia
16 † communiter reprobantur. Alexander conſil. 58.
circa primum, num. quarto, libro primo. Felinus in
dicto capitulo primo, nu. 14. Deci. nu. 59. Duen.
in reg. 30. Vnde ſicut aduerſarius hic cogendus
non fuiſſet, ita nec tertius cogi poteſt.

Preterea Rimin. in præcitato loco loquitur in
reo, qui ſicut poſſet cogere actorem, ita tertium,
ſecus eſt in actore, cui non ita edi debetur, vltra
quod iſte tertius à quo petitur editio, nihil com-
mune habuit cum rea conuenta.

Circa huiuſmodi articulum omnes eramus in vo
to prouinciandi illam de Bonuiſis non teneri ad
petitam librorum editionem, licet in negocio prin-
cipali inter actricem, & fideiuſſorem in diuerſas ſen-
tentias per nos itum fuit; Duo enim ex Dominis
retractantes primam ſententiam male iudicatum,
& bene appellatum pronunciarunt, ipſe autem idem
cum D. Iudice à quo ſentiens bene iudicatum, &
male appellatum dixi: & cum ſtante paritate ſen-
tentiarum non apparet de victoria, nec de vi-
cto, fuit locus ſecundæ appellationi ſecundum or-
dinationes capitulorum Rotæ; & adhuc res indeci-
ſa pendebat.

Allegabantur igitur (vt dicebatur in Themate)
ſolutionis exceptio pro parte rei conuenti, quæ
17 † cum per allegantem probanda foret. l. 1. de pro-
ba. Affl. deciſ. 22. Natt. conſil. 226. communitas,
nume. 3. & conſil. 569. viſo, nume. 1. Rimin. Iun.
conſil. 52. promittitur nume. 115. deducebatur
per quaſdam partitas ex lib. priuatarum rationum
d. q. Martini extractas, & recognitas per teſtes,
18 quæ priuata † ſcriptura, ne dum contra ſcriben-
tem probat, ſed etiam contra tertium, ſi ſit ſcriptu-
ra Mercatorum. Abb. conſil. 81. videtur primo, con-
ſil. 2. libro 1.

19 Hæc autem ſolutio cum fuerit facta † adiecto o-
bligationi, & ſolutioni legitimæ facta dici debet.
Ruyn. conſil. 205. de pluribus, nume. 8. lib. 1. poſt-
quam facta eſt illi, cui ex forma inſtrumenti, & ra-
tificationis facienda erat, & ex virtute mandati,
quod conſocius dicitur habere à ſocio ad conſequen
dum etiam ratam ſocij. l. ſi vnus § in prin. ff. de pa-
ctis.

20 Vltra quod fuit ſolutum ei, † quo mediante hoc
ius penſionum fuit quæſitum Stephano ſine facto
ſuo, quo caſu rectè ſoluitur ad not. per Bart. Bald.
Alex. Dec. & alios in l. filius. C. de pact. Alex. conſi.
104. nu. 7. 8. lib. 4. Becci. in conſil. 19. pri. fac. nu. 1.
Adden. ad cappell. Toloſa. q. 222.

Et per illam conſignationem, & locationem iſti
videntur effecti ſocij cotractus, licet ſocietas prin-
21 cipalis ſoluta fuerit, ſocio † autem contractus re-
ctè ſolui in totum; tradit Bal. in cap. cum M. Fer.
rarienſis, nume. 19. de conſtitutio. Boer. conſil. 45.
viſo facto, nume. 2.

Nec dubitari poſſe dicebatur quin d. ſolutio fa-
cta ſit ex cauſa dictarum penſionum, quia id par-
titæ exprimunt, & concurrebat vniformis quanti-
22 tas, & ex quo † pluralitas debitorum, & cauſa-
rum non præſumitur. Crau. conſil. 7. dicendum nu.
38. & conſil. 158. viſis, num. 14. Caph. conſil. 156. &
158. concludendum videbatur ſolutionem hanc
23 dici factam ex cauſa † præambula, d. l. quædam mu-
lier, vbi gloſſ. fin. de rei vendit. Deci. conſil. 618.
nume. 2. Iacob. Mandel. conſil. 9. nume. 13. Cepha.
24 conſil. 351. nume. 24. & ne dum præambula, † ſed
ex cauſa neceſſaria. l. fin. C. de alim. pupil. vbi Bart.
not. Crauet. coſil. 106. honoratus, conſil. 149. Pe-
tens nume. 12.

Vnde cum alia cauſa non appareat, quā tenere-
tur Michael ſoluere d. Martino, præſumitur facta ſo
lutio ex cauſa predicta, etiā aliter non expreſſo, quo
nomine ſolueret. Bero. cōſ. 169. i cauſa nu. 25. lib. 1.

In

In contrarium replicabatur Spect. Michaelem
non fuiſse conſecutum liberationem ex aſſerta ſo-
lutione reſpectu. d.q. Stephani, quia voluntas, &
præpoſitum diſtinguunt facta,& ſublara volunta-
te omnis actus erit indifferens.l.reſpiciendum.§.fi.
de pœn.

Duo enim principaliter Spect.Michael agere te-
nebarur ad conſequendam liberationem, ſoluere
videlicet, & ea intentione ſoluere,vt recipienti no-
mine creditorum ſolueret iuxta formam contra-
ctus, quorum neutrum feciſſe, vel ſaltim legitime
feciſſe videtur.

Solutionem enim non probat aliter, quam ex
ſcriptura priuatæ rationis d.Martini,quæ nil aliud
eſt quam quædam confeſſio de recepto,quę confeſ
ſio veram ſolutionem non probat, vt in confeſſio-
e ne inſtitoris e no.Dec.conſil.493.nu.12.& de con-
25 feſſione † tutoris,patris,vel alterius adminiſtrato
f ris,quòd non noceat pupillo,filio,& domino.f Nat
ta in conſil.543.ex præmiſſa,num.15.& ſeq.

Prout nec etiam probat formiter factam ex for-
ma, & tenore contractus ratificationis, videlicet,
quòd ſoluerit Martino recipienti procuratorio no-
mine, & ſecundum authoritatem ſibi datam in d.
inſtrumento,& nomine communis negocij,vt etiã
animaduertit Natta, in conſil.226. communitas,
num. .vbi non ſoluens prout ſoluere conuenit,nõ
poteſt tali in cõuentione in parte ſibi fauorabili ſe
fundare, & alias communiter dicitur paria eſſe nõ
facere,& minus legitimæ facere.

26 Inſpicienda † enim eſt ſemper qualitas actus,ſub
qua celebratur.l.nec is.§.hęres,inſtitutus,de acqui.
hæred.& l.ſi quis non quaſi.ff.eod.

Et vbi quis poteſt conſiderari ſub duplici quali-
tate, vel tanquam potens exercere duas perſonas,
vt hic ex vna quarum exceptio oppoſita operatur
ex alia,non debet qualitas,ſub qua actum ſolutio
27 nis exercuit,non cauſa attendi,quia † actus agen-
tium vltra eorum voluntatẽ non operatur,l.ſi quis
nec cauſam, ff.ſi cer.pet.l.ſi duo,§.nam ſi aliter.de
ſolutio.& no.Bal.in l.ſi pater,§.qui duos,ff.de ado-
ptio.& in caſu rei communis diſtractæ,quod inſpi-
cienda ſit qualitas an proprio,vel communi nomi-
ne diſtraxerit eſt tex.in l.in familia. C.famil.erciſc.
28 quia tunc dicitur † communi nomine diſtractum,
quando ſub iſta qualitate ſit, alias nomine proprio
facta dicitur.

Sed cum ſpect. Michael produxerit librum par-
ticularium rationum d.q. Martini proprium tan-
tum non commune negocium concernentem pro
ſuæ ſolutionis iuſtificatione non poteſt videri ſol-
uiſſe eo nomine, quo ſoluere tenebatur, videlicet,
communis negocij nomine ipſius Stephani,& alio-
rum.Imò apparet diuerſo, & alio nomine ſoluiſſe,
& in proprio d.Martino prout liber ipſe particula-
29 rium rationum Martini demonſtrat,in quo † non
debebant confundi negocia executiua ſocietatis,
ſed oportebat de ſolutis d.nomine in libris ſocieta-
tis fieri creditor particulariter dictus Stephanus,
vt docet Soci. in conſilio 159. in præſenti numero
8.libro 2. Nam vt dicit Anchar.conſilio 400.de iu-
30 re,colum.2.nu.2.ex † C. rationum colligitur,quo
animo actus ſit geſtus,quia mercator faciendo Co-
dices ſeparatos, dicitur ſeparare negocia.Anch.ibi,
& not.Caſtrenſ.conſilio 285.viſis,columna ſecun-
da, libro primo.

Vnde cum d.liber, & dictæ partitæ cantent in
proprio d.Martini illum producendo fatetur ſe ei
non ſoluiſſe nomine ſocietatis, & in executionem
auctoritatis ſibi conceſſæ à Stephano, ſed proprio
nomine, & alijs de cauſis in eo cum illis de Paren-
ſibus apparentibus merito liberationem non eſt
conſecutus, licet conſequi potuiſſet,ſi dicto com-
muni nomine, vt tenebatur, ſoluiſſet cũ illi obſtet
31 iuris regula, † quod potui nolui,quod volui adim
plere nequiui.l.multum intereſt.C.ſi quis alter.vel
ſibi Crau.conſil.171.magiſter Ioannes,num.17.&
quod not.Rom.conſ.496.primus,nu.1.

Et ſic cum ſoluerit fideiuſſor d.Martino nõ tan-
quam exigenti nomine Stephani, & aliorum, ſed
32 tanquam alio non liberatur,quia ſolutum eſt † al-
teri,quam cui debebatur ex forma contractus.Ce-
pha.conſ.24.cum magnifica, num.4.non enim ſuf
ficit factum implementũ, niſi probetur factum ob
cauſam,qua fieri debuit. Crau.conſ.171.magiſter,
num.15.vbi concordantes citat.

Non obſt.quòd dicebatur de ſocio habente man
datum exigendi in inſolidum,quia id locum habet
33 durante ſocietate ea † tamen finita iura, & actio-
nes ipſo iure diuiſa dicuntur, & quilibet pro rata
agit.Crau.conſil.159.viſis,num.7.

Non obſtant præſumptiones de cauſa neceſſa-
ria,& de cauſa præambula,vt ſupra in contrarium
dictum eſt, quia cum conſtet apertius Michaelem
ſoluiſſe Martino aliter,quam ſoluere tenebatur nõ
34 opus eſt † coniecturis, l.continuus, de verb.oblig.

Minus etiam facit,quòd dicebatur de obligatio-
ne acquiſita Stephano, & alijs per Martinum ſine
facto eorum, & quod eidem per cuius perſonam
acquiritur rectè in totum ſolui poſſet.

Quia hoc fundamentum non ſubſiſtit, nam ex
quo illi de Parenſijs eſſent debitores ſocietatis in
pecunijs non poterant ea finita vni ex ſocijs, aliud
pro alio ſoluere cæteris non aſſentientibus, & ideo
fuit neceſſaria ratificatio Stephani cui ante ratifi-
cationem nihil erat quęſitum,ſicque Martinus nõ
poterat dici eſſe de illis perſonis, quæ ſine facto al-
terius alteri acquirunt,de quibus per Iaſ.& alios in
l.eum qui ita,§ 3 ff.de verb.obligat.

35 Non obſt. ſtatutum, lib.2. cap.118. quia † non
iurauit reus conuentus tanquam melius informa-
tus,vt ſtatutum expoſcit, & no.Alex.conſ.73.li.6.
36 num.4.5. nec procurator ad id habens † ſpeciale
mandatum,Calca.conſil.25.& 1.num.15.

Non obſtant notata per Abb.d.conſilio 81. vi-
37 detur, colum.2.quia † ſcriptura mercatorum pri-
g uata plenè probat contra ſcribentem, g ſed pro
tertio,& contra tertium, non niſi ſemiplenè regu-
lariter. Docto.in l.quædam, §.nummularios, ff.de
eden. & ibi Iaſ. columna 2.numero 6. & in reper.l.
admonendi, numero 129.ff. de iureiurand. vbi ita
communiter Doctores tranſire cum Bar. teſtatur,

Felyn.

Felyn.in cap.2.5.fallent. de fide inſtrum.& doctrina Abb.d.conſilio 81. procedit limittae, & reſtrictiue, quando agitur de præſumenda ſcientia, & ſic diuerſis terminis.

ANNOTATIONES.

a Cuius offic.quaſi publicum. An mercatores noſtri temporis habeant publicum officium. & an teneantur edere eorum rationes, & quando vide latiſs.diſputantem.Bolognet.poſt Doct.in l.1.num 63. C.de eden & quid de inſtrumentis, & alijs vide infra mox.

b Probare poſſet. Hæc eſt vna limitatio ad communem opinionem quæ habet quod actor tenetur edere Reo.alias limitationes.vide per Doct.& plenè per Bolognet.io l.fin.nu.29.C.de eden.

c Sed particula tantom. An, & quando editio ſcripturarum, inſtrumentorum, teſtamentorum, inuentarij, ſtatutorum, & priuilegiorum fieri debeat. & quãdo particula ſufficiat eſt optimus tex. in cap cum contingat. extra de fid.inſtrum. Bartol. Alex & Iaſ in rub.ff.de oper.nou nunciat. Fely.in c.1.de probat.in fi.Bald. in l.fi.in fi. & ibi etiam Doct. C. de precib impet.offeren. Natta, conſil.9.

d Ex cauſa præambula. Quòd præſumatur pro actore de cauſa præambula quoties de ea eſt facta mentio in cautione, tenet Ruyo conſilio 19.num.11.vol.4. ſequitur Rolan.cõſilio 4.num.14 lib.4.

e In confeſſione inſtitoris. Imò confeſſio inſtitoris probat contra dominum.l.fi.ff.de inſtit.Cephal.conſ 603.nu.54.lib.4.& Dec.in allegato hic conſ 493.nu.5.& ſeq.tenet hanc opinionem, & licet in caſu ſuo contrarium conſuluerit, id fuit ratione mandati, quod habebat ille qui confeſſus fuerat recepiſſe, quod mandatum non porngebat vires ſuas ad faciendum huiuſmodi confeſſionem. vt Dec.ibi, num.10.& poſtea erat in mutuo, in quo confitenti recepiſſe ex cauſa mutui datur exceptio non numeratæ pecuniæ, vt nu.14.eiuſdem conſ, adeo, quod dicere debemus, Decium regulariter tenere, quod confeſſio de recepto probet veram numerationé, quæ opinio tenenda eſt. Cephal d.conſilio, & nu. & eſt communis de qua teſtatur.Iaſ.in l.duobus.§.1.ff.de iureiur Nemr.conſil.43.num.3. Roland.conſil 4.nu.14.lib.4.vbi dicit, quod vera ſolutio, & confeſſio ſolutionis factæ poſt triginta dies æquiparantur, & ibi alios adducit & teſtatur de magis communi. Idem Rimin.iun. conſil.180.num.4.

f Domino. An, & quando confeſſio prædictorum noceat minoribus, dominis, adultis, & vniuerſitati, vide infra deciſ.13 num 8.& 21.cum pluribus, ſeq.

g Contra ſcribentem. An, & quãdo liber mercatorum probet pro ſcribente, & quæ requirantur. Guid.Papa deciſió 43. Boer quæſt.105.Roland.late.conſ.92.lib 3. Contrarium tenuit Crauet. qui confutat dicta per Guid Papa in tract. de antiq.temp.ſectio. vidimus abunde, num.19.car.mihi ſecundum paruam impreſſ.107. & quod ſit magis cõmunis opin.quod non probet pro ſcribente, vide add ad Roma, conſ.346.ſub num.4.ſed ſunt videnda eaque ſcripſi ad ſtatutum Vrbiſuet De except.præſcrip.perſonal actio. Rub.90.lib.2.in gloſſ.in verb.per libros mercatorum, & de fide librorum mercatoria, & bancherij.vide latiſs.Menoch.de arbitr, caſ.91, lib.2, & an verificatis pluribus partitis liber præſumatur verus in alijs, quod ſic eſt magis communis opin.in practica ſeruanda. Ant. Gabriel. comm.concluſ. lib.1.tit.de præſumpt.concl.5.

SVMMARIVM.

1 *Sequeſtrum de iudicis mandato remouetur.*

2 *Sequeſtrum ordinario ſatiſdationis remedio tollitur.*

3 *Fideiuſſor in materia euictionis, & actionis exempto accedere poteſt.*

4 *Contractus ab initio ſunt voluntarij.*

5 *Fideiuſſor in quibus caſibus poteſt agere, vt eximatur ab obligatione fideiuſſoria.*

5 *Statutum correctorium, & pœnale reſtringi debet, vt minus lædat ius commune.*

7 *Fideiuſſor euictionis ante ſecutam euictionem non dicitur ſtetiſſe in obligatione.*

8 *Fideiuſſor euictionis vltra pretij reſtitutionem poteſt teneri etiam ad intereſſe.*

6 *Intereſſe eſt, quid incertum.*

10 *Coniunctus pro coniuncto, quod agere poſſit, an comprehendat tranſuerſalem, & nu.14.*

11 *Coniunctus pro coniuncto non admittitur, ſi habet coniunctus procuratorem.*

12 *Speciale mandatum requiritur in iuramento de calumnia.*

Iuramentum de calumnia exigit ſpeciale mandatum.

13 *Coniunctus, pro coniuncto non admittitur in requirentibus ſpeciale mandatum.*

14 *Coniunctus pro coniuncto, quod agat comprehenditur etiam tranſuerſalis incluſiue ex communi opi.*

15 *Mandatum expreſſum hominis facit ceſſare tacitum legis.*

16 *Interlocutoria a qua non appellatur tranſit in iudicatum, & de ea amplius, tractari nequit in iud.appellationis.*

17 *Interlocutoria lata ſuper legitimatione perſonarum facit ius inter partes ſi non appelletur.*

18 *Mandatum legis ad agendum ſe extendit etiam ad iurandum de calumnia.*

19 *Coniunctus pro coniuncto agit in iudicio, ſed eget ratificatione ſui principalis.*

20 *Ratificatio requiritur in geſtis per coniunctum.*

21 *Ratificatio retrotrahitur.*

22 *Ratificatio mandato comparatur, etiam poſt interpoſitam appellationem.*

22 *Ratificatio appellationis pro alio interpoſita debet fieri intra 10.dies datos ad appellandum.*

24 *Intellige à die ſcientia interpoſitæ appellationis.*

25 *Appellatio, & ratificatio in dubio præſumitur facta intra 10.dies a die ſcientia*

Ratificatio appellationis præſumitur facta intra 10. dies a die ſcientia interpoſitæ appellationis.

26 *Statutum eſt alterum ius commune in loco ſtatuentium.*

26 *Statuta ſunt ſeruanda, & ſecundum ea ius dicẽdum. Etiam ſi non ſint allegata, vel producta.*

28 *Alias iudex facit litem ſuam.*

Fideiuſſor obligatus ex pub. inſtrumento, quod habeat executionem.

29 *Paratam, an poſſit agere, vt eximatur, & releuetur ab oblig.fideiuſ.*

30 *Cõtrahentes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti.*

31 *Statutum correctorium non recipit interpretationem a iure communi, & debet intelligi, vt iacet, ex magis communi opi.*

32 *Fideiuſſor euictionis dicitur obligatus ſub cõditione.*

33 *In conditionalibus ſtipulationibus dies nec veniſſe, nec ceſſiſſe dicitur.*

33 *Statutum Lucenſe, lib.1.cap.166.explanatur.*

35 *Verba vniuerſalia comprehendunt omnes caſus, qui alias ſub generalitate comprehenderentur.*

36 Expreſ-

36 *Expreſſum dicitur id quod generalibus verbis exprimitur.*

37 *Nihil petenti Iudex non impartitur officium ſuum.*

38 *Intereſſe dicitur eſſe difficilis probationis.*

39 *Arbitrio tamen iudicis committitur.*

40 *Hæres ſimpliciter adeundo repræſentat perſonã defuncti, & tenetur ad omnia atque defunctus tenebatur vltra vires hæreditatis, quod procedit etiam de iure can. in foro contentioſo.*

41 *Niſi ſit hæres cum beneficio legis, & inuentarij.*

42 *Hæres cum beneficio legis & inuentarij vltra vires hæreditatis non tenetur.*

Inuentarij confectio conſtituit hæredẽ in eo ſtatu quo erat antequam adiret, & quando agitur de hæredis damno facit.

43 *Inuentarium perinde eſſe ac ſi hæres non eſſet.*

44 *Pro inuentario ſemper præſumitur.*

45 *In inuentario quod nõ eſt ſcriptum, non præſumitur hæreditarium.*

Et contrarium dicenti incumbit onus probandi.

46 *Filius non præſumitur regulariter habere alia bona quam quæ a patre prouenerint.*

Fallit facto inuentario.

47 *Doctor præſumitur lucrari, & doctoratus profeſſio dicitur eſſe vtilis.*

48 *In doctore præſumitur ſcientia, & ſufficientia.*

ARGVMENTVM.

De fideiuſſore euictionis an ante euictam rem agat

Coniunctus pro coniuncto quomodo ad agendum admittatur.

De ratificatione appellationis, & intra qua tempora fiat.

DECISIO VI.

BLASIVS de Sandonino cum exiſteret fideiuſſor euictionis pro D. Nicolao Sandonini de comitibus de Santodonino venditore quorundam bonorum ſtabilium ad fauorem Vincentij, Guglielmi emptoris, egit contra M. D. Ioannem Sandoninum filium cohæredem d.q. Nicolai cũ beneficio legis & inuentarij, vt eum eximeret ab hac fideiuſſoria obligatione faciendo ſequeſtrare quaſdam d. D. Ioannis pecunias penes Vincentium Corſarium exiſtentes; quod ſine citatione partis facere potuit. Bald. in l. ſi fideiuſſor. §. fin. ff. qui ſatiſ. cogan. Iaffre. Lanfran. deciſ. 240. quas ſibi aſſignari petebat pro releuamento, & aſſecuratione prædicta iuxta formam ſtatuti cap. 166. lib. 1.

1 Cumque ſequeſtrum ſublatum fuiſſet † mandato
2 iudicis l. fin. §. pe. C. de bo. auth. iud. poſſ. † per ordinarium ſatiſdationis remedium. l. ſi fideiuſſor. §. fi. eum ibi no. per gloſſ. ff. qui ſat. cog. & in l. fi. C. de ord. cognitio, Iaffre. Lanfran. deciſ. 240. qui in deciſ. 6. dicit ſufficere iuratoriam, & no. Miſinghe. obſerua. decima, centu. ſecũda vbi limitat in perſona honeſta, & non ſuſpecta ad vlteriora in cauſa fuit proceſſum, & tandem pronunciatum per D. iudicem a quo d. Ioannem teneri ad petitum releuamentum, pecuniaſque prædictas interim d. actori fore conſignandas pro ſua cautela, & aſſecuratione.

A qua ſententia cum ad nos pro parte D. Ioannis appellatum eſſet ex nouiter deductis illam reformantes diximus D. Ioannem teneri ad eximendum actorem ab obligatione iuxta tamen vires hæreditatis, pecunias vero memoratas vti ipſius D. Ioannis proprias, & præcipuas pro petito releuamento non fore obnoxias declarauimus.

In præſenti cauſa plura pro M. D. Ioanne reo conuento deducebantur. (Nam præſupoſito pri-
3 us quod † in materia euictionis ac actionis ex empto fideiuſſor accedere poſſit, & vti principalis ita, & ipſe teneatur, l. ſi ei. §. ſi is qui fundum. ff. de euict. l. auctore. C. eo. Pariſ. conſil. 111. in materia lib. 4.)
4 dicebatur primo quod † contractus ab initio ſunt voluntarij, deinde neceſſarij. l. ſicut. C. de actio. & obli. l. 2. C. quando liceat ab emp. diſced.

5 Vnde cum d. Blaſius fideiuſſor euictionis † non
a diu ſtetiſſet in d. obligatione, iuxta. l. Lucius. ff. manda. Non eſſet condemnatus. l. fideiuſſor pro venditore. ff. de fideiuſſo. Non moleſtatus ab emptore, nec verſaremur in materia inſtrumenti habentis executionem paratam, nec eſſet in cauſa concluſum, vt per Bald. in l. ſi pro ea. C. manda. & per Alexan, conſil. 72. num. 6. lib. 2. neque adeſſet aliquis caſus d. l. ſi pro ea & d. l. fideiuſſor, & remiſſiue Pet. Duen. in reg. 336. & vrſil. in addit. ad Affli. deciſ. 241. nu. 4. iniuſte, & nimis propere agere videbatur ad dictam exemptionem ſeu releuamentum.

Nec obſtare replicabatur d. ſtatutum cap. 166. libro 1. quo diſponitur quemcunque pro alio fideiubentem ex quacunque cauſa quæ dici aut excogitari poſſit, poſſe d. releuamentum ſeu exemptionem petere etiam quod damnum non ſit paſſus, vel diu non ſteterit d. obligatione, vel aliter dies ſolutionis non venerit, quia reſpondebatur d. ſtatutum eſſe correctorium iuris communis, & pœnale, vt in terminis dixit Cott. in ſuis memor. in verbo
6 maſculinum regulariter, & propterea † reſtringi debere, vt minus offendat ius commune. l. 2. C. de noxa. cap. cum dilectus, de conſuetu. & ideo d. ſtatutũ non ſe extendi ad fideiuſſorem euictio-
7 nis † qui ante ſecutam euictionem non dicitur ſtetiſſe in obligatione. Alex. in l. facere. ff. ſol. mat. Affl. deciſ. 241. num. 4.

8 Tertio allegabatur, quod fideiuſſor † euictionis vltra pretij reſtitutionem poteſt teneri etiam ad intereſſe, vt no. in l. euict. §. 1. ff. de euictio. Couarru. varia. reſolut. lib. 3. cap. 17. nume. 1. cap. in reg. 87.
9 num. 214. † intereſſe autem eſt in incertum. l. vbi autem. ff. de verb. obl. doc. in l. 1. C. de ſent. quæ pro eo quod inter. ergo quantitas pro aſſecuratione aſſignanda eſt etiam incerta, & ſic nulla.

b Nec

Nec obſtare dicebatur nullitas allegatorum per
ſer Latinum comparentem tanquam coniunctam
perſonam d.D Ioannis, cui opponebatur multipli-
citer, videlicet.

Primo, quia non eſt coniunctus. d. domino Ioan-
10 ni, † quia tranſuerſalis, qui in hac materia coniun-
cti nomine non venit. Fely. in c. cum M. nume. 11.
de conſtit.

Secundo, quia d. Ioannes habuit procuratorem,
11 quo caſu † non admittitur coniuncta perſona An-
gel. in l. cum in prin. num. 4. ff. de iudi.

Tertio, quia d. ſer Latin. comparens vti coniun-
ctus non ſatis dedit vti debebat Alex. conſ. 47. cum
præſenti, num. 2. lib. 7. Soci. conſi. 130. num. 3. lib. 1.

Quarto, quia verſabamur in materia requiren-
te ſpeciale mandatum. Nam in interpoſitione ap-
pellationis requiritur iuramentum de calumnia ex
12 forma ſtatuti, lib. 5. cap. 3. quod requirit † ſpeciale
mandatum. Alex. conſi. 118. num. 10. lib. 2. quando
13 autem requiritur ſpeciale mandatum † coniun-
ctus pro coniuncto non admittitur. Rota in deci-
ſio. 6. de procur. in nouis. Iaſon, in l. exiſtendi, num.
9. C. de procu. Burſat, conſilio 31. Illuſtriſſimi, nu.
2. cum ſeq.

Quia quoad primum obiectum reſpondebatur
communem opinio. eſſe in contrarium, videlicet,
14 † quod tranſuerſales comprehendatur ſaltim vſ-
que ad quartum gradum incluſiue, Alexan. conſil.
4. num. 3. lib. 2. vbi de commune atteſtatur Burſat.
d. conſ. 21.

Ad ſecundum reſp. quod d. ſer Latinus, quando
fuit ſibi factum mandatum comparuit vti procu-
rator, non autem vti coniuncta perſona quoniam
15 mandatum † expreſſum facit ceſſare tacitum legis
mandatum. l. 3. verſi. ſed & ſi forte. ff. iud. ſolu. iun-
cta. l. fi. C. de pac. conuen. & de alio mandato non
conſtabat in proceſſu.

Ad tertium dicebatur, quod talis exceptio fuit
oppoſita contra ſer Latinum coram d. iudice a quo,
& tamen fuit pronunciatum eum habere perſo-
nam legitimam, a qua prouincia eum non fuit ap-
16 pellatum neque recurſum † in rem iudicatam tran
ſit. cap. directe, vbi Franc. num. 6. & cap. ceſſante. de
17 appell. & cum ſit ſententia interlocutoria † de ea
non poteſt amplius tractari in iudicio appellatio-
nis prohibente ſtatuto, lib. 5. cap. 5. quod etiam pro
cedit de iure communi, quia talis interlocutoria,
18 † quoad legitimationem perſonæ ius facit, inter
partes ſi ab ea non appellatur. Alexand. conſilio
59. numero 4. lib. 2. & amplius opponi non poteſt,
Alexan. conſi. 51. num. 2. lib. 5. Iaſ. in l. licet, num. 8.
de procur.

Ad quartum reſpon. coniunctum habentem
19 mandatum a leg. ad agendum † etiam ad iuran-
dum de calumnia fore habilitatum. Alexan. in l. qui
bona. §. ſi alieno nomine, num. 9. ff. de dam. infect.
Burſat. d. conſ. 31. num. 3.

Præterea tadera conſtitutio procuratoris in per-
ſonam ſer Latini a D. Ioãne facta cum ratificatione
20 geſtorum, & interpoſitæ appellationis, † quæ ratifi-
catio erat neceſſaria, quoniam cõiunctus ſine man-
dato agit dũmodo poſtea coniunctus ratificet Bar.
in l. 3. §. fi. ff. iud. ſol. Iaſ. in d. l. exigendi, num. 10. quæ
21 ratificatio † retrotrahitur, & mãdato comparatur.
Rolã. conſ. 71. viſis, num. 17. lib. 2. Natta, conſ. 26.
22 ſentio, nu. 4. 6. & conſ. 142. omiſſo, nu. 1. & 4. † quid
habeat locum etiam poſt interpoſitam appellatio-
nem tradit Guid. PP. q. 13. Aret. in §. præiudiciales,
num. 3. inſti. de actio. Caſſad. deciſ. 4. ſuper reg. can-
cell. & deciſ. 1. de emp. & vend. num. 4. vbi teſtatur
de magis communi opi. Iaſ. d. l. exigendi, num. 10.
Natta. d. conſ. 126. nu. 4. & 5. & d. conſ. 141.

Et licet diceretur d. ratificationem fore factam
extra legitima tempora, videlicet, extra decem dies
23 datos ad appellandum, quo caſu † ratificatio non
operatur prædictum effectum. Gui. Papa. d. q. 13. &
436. cum ſimilibus citatis per Tiraq. de retra. con. ſa.
§. 1. gl. 10. nu. 85. tamen replicabatur id procedere
24 † a die ſcientiæ interpoſitæ appellationis, vt decla-
rat Spe. in tit. de appel. §. 1. nume. 7. Old. conſ. 130.
num. 12. Bal. in ſua Margarita in verbo coniunctus,
vbi plus dicit, quod ratificaito appellationis inter-
poſitæ a coniuncto poteſt fieri etiam poſt 10. dies.
25 In dubio autem ſicuti † ſemper præſumitur appel-
latum infra 10. dies à die notitiæ ita, & infra decem
dies a die ſcientiæ præſumitur ratificatum ad not.
per Franc. in c. bonæ, num. 20. de appellationi.

Quibus tamen non obſtã, fuimus in voto ſupra-
ſcriptæ reformationis declarando D. Ioannem te-
neri iuxta vires hæreditarias reuelare actorem ab
obligatione prædicta, eiuſque pecunias ſequeſtra-
tas pro d. releuamento minime fore obligatas.

Moti per antendictũ ſtatutum, lib. 1. c. 166. quo
cauetur adhibitũ fideiuſſorem poſſe petere d. exem
ptionem etiam, quod damnum aliquod minime
paſſus ſit, vel aliter diu in obligatione non ſteterit
26 † quæ lex municipalis in loco ſtatuentiam vti alte-
rum ius commune ſequenda eſt, Docto. in l. omnes
populi ff. de iuſt. & iu. & ſecundum d. ſtatuta iudi-
27 cendum eſt † etiam, quod in cauſa nunquam fue-
28 rint allegata, vel producta, † alias iudex aliter iudi-
cando faceret litem ſuam. Bald. in l. 1. C. vt quæ de
ſunt aduo. Fran. in c. ſæpe, nu. 7. de appellationi, quid
ſtatutum comprehendit etiam caſum iſtum fide-
iuſſoris de euictione, vt infra oſtendetur.

Quinimo (circumſcripto iure municipali) ad-
huc, & fortius dici poterat peti potuiſſe d. releua-
mentum de iure communi, attento quod fideiuſſor
erat obligatus per publ. inſtrumentum, quod ex for
ma ſtatuti, lib. 1. cap. 111. habet executionem para-
29 tã ſicuti ſententia, † quo caſu tale releuamentum
peti poteſt. Barto. in l. fideiuſſor pro venditore. ff. de
fideiuſſ. Bald. in d. l. ſi pro ea, quæſt. 3. & in certum.
C. fam. erciſc. quod etiam Cyn. & ipſe dicunt habe-
re locum in ſcripto mercatoris habente executio-
nem paratam ex forma ſtatuti. Alex. in l. frater a fra
tre. ff. de cond. inde. num. 9. Marſil. in rub. de fideiuſ.
& licet Imo. Ang. & Caſtren. in d. l. fideiuſſor. & Iaſ.
in d. l. frater a fratre, nu. 12. & ibi Coraſ. nume. 82.
in ſecunda lect. reprobent Bart. eo, quia a principio
ſciebat fideiuſſor, quod poterat incipi ab execu-
tione, & nihilominus dedit fidem de ſoluendo: ven-
de

deciperetur debitor ſi ſtatim poſſet agere fide-
iuſſor etiam quod non eſſet moleſtatus; tamen hoc
non militat in caſu iſto, quia ſciebat fideiuſſor a
principio ſe tutum eſſe ex hoc ſtatuto, & ſic retor-
querentur rationes. Ang. quia etiam venditor po-
terat ſcire a principio, quod fideiuſſor agere pote-
rat ad hoc releuamentum,& ſicuti poteſt agi antea,
quando ſic conuentum eſſet. Salic. in d.l. ſi pro ea,
num.8.ita, & in caſu noſtro, quia eſt ac ſi conuen-
30 tum eſſet,cum contrahentes† cenſeantur ſe confor
mare cum diſpoſitione ſtatuti. Doctor. in l. hæredes
mei,§. cum ita,ff.ad Trebell.

Nec obſtat primum primo loco in contrarium
adductum,quia hic fideiuſſor non quærit a contra-
ctu diſcedere,ſed vti beneficio ſtatuti.

Minus etiam refragatur ſecundum obiectum,
31 †quia ſtatutum correctorium non recipit inter
pretationem a iure communi, ſed eſt intelligēdum,
vt iacet,verbiſque ſtatuti eſt inhærendum, Bald. in
l.maximum vitium,num.14.C.de lib. præter. & in
l.ita nobis,nu.2.C.ad l.Iul.de adult.Neuiz. conſilio
95.num.18.Roman.a Val.conſ.72.ſtatuto, num.62.
lib.1.Pedemont.decif.4.num.10.Cotta. qui alios ci
tat in verbo ſtatutum derogans iuri communi, &
de magis communi opi. teſtatur Menoch. in conſil.
88.cum in motiuis,num.30.

In hoc autem ſtatuto comprehenditur fideiuſſor
euictionis expreſsè duobus modis,videlicet, verbis
32 ſpecialibus. & generalibus. Nam talis† fideiuſſor
eſt obligatus ſub conditione. Afflict.deciſ.241.nu.2.
33 in † conditionalibus autem ſtipulationibus dies
non ceſſit nec venit,in puris ceſſit, & venit, in ſti-
pulationibus in diem ceſſit, ſed non uenit, l. cede-
re diem, ff.de verb.ſignif.

34 Cum verò † in d. ſtatuto dicatur, quod fideiuſ-
ſor poteſt petere hoc releuamentum etiam ſi dies
ſoluendi non ceſſerit vtique comprehendit ſtipu-
lationes conditionales, in quibus dies tantū ceſſit,
& conſequenter fideiuſſorem euictionis præterea
ſtatutum prædictū dicit, quod principalis,pro quo
eſt facta fideiuſſio, vel promiſſio,teneatur,&c. vnde
non ſolum comprehendit obligationem, ſed etiam
promiſſionem, quo caſu fideiuſſor euictionis com-
prehenditur ſub illo verbo promiſſionis, quia fide-
iuſſor euictionis non dicitur eſſe in obligatione,ſed
in promiſſione.d.l.cedere diem, & non eſt prius li-
berandus,quam ſit obligatus, & dicitur ſic conue-
niſſe, quia eſt obligatus in caſu ſecutæ euictionis.
Salic.in d.l.ſi pro ea,nu.5.C.manda.

Comprehenditur etiam expreſsè verbis genera-
libus,quoniam ſtatutum loquitur per verba gene-
ralia, & vniuerſalia ex quacunque cauſa, quæ dici
35 aut cogitari poſſit, quæ † verba vniuerſalia com-
prehendunt omnes caſus, qui alias forte ſub gene-
b ralitate non comprehenderentur. b l. fin. C.de dot.
promiſ.l.1.§.generaliter,ff.de legat.præſtan.Rimin.
in conſil.273.lib.2.Albenſ. conſilio 73. in præſenti,
num.6.Roland. conſil.60. ponderatis, num.50.lib.
1.Senat.Pedemonta.in deciſ.90.numero 5.& 6.& in
terminis horum verborum, ex quacunque cauſa,
quæ dici, vel cogitari poſſit. Anchar. in quæſt. 33.
num.7.1.par.& Alben.dicto conſilio 73. & expreſ-
36 ſum dicitur illud, † quod verbis generalibus ex-
primitur latè Ripa,in l.1.num. 30.& ſeq. ff. de vul-
gar.& pupill.

Ad tertium reſpond. duobus modis primo, quia
non fuit petitum releuamentum, niſi pro pretio
rei venditæ,quod eſt ſcutorum 120. de intereſſe au-
tem verbum nullum in petitione, & non petenti
37 † officium iudicis non impartitur, lib.4.§. hoc au-
tem,ff.de dam.infect.& certiſſimam praxim. appel-
lat Rebuff.in l.actionis verb.verſ.7.ſi lex, ff.de verb.
ſignifi.ſecundo dato,quod diſceptaretur de intereſ-
ſe,tamen in hoc etiam a ſtatuto fuit prouiſum:nam
ibi diſponitur, quod ſi quantitas,pro qua eſſet facta
fideiuſſio,foret incerta arbitrio iudicis tot de bonis
principalis fideiuſſori aſſignari debeant, quæ veri-
ſimiliter aſcendere poſſint ad conſeruationem in-
demnitatis fideiuſſoris. Quod a iure communi
quoque non eſt alienum, quandoquidem licet in-
38 tereſſe ſit † difficilis probationis, iudicis tamen
39 † arbitrio remittitur. Menoch.de arbitr.iud.libro 2.
cen.2.caſu 116.num.20.

Reformauimus præterea ex nouiter deductis ſen
tentiam D.Iudicis a quo, quoniam licet hæres ſim-
pliciter adeundo repræſentet perſonam defuncti, l.
40 hæres,ff.de vſucapio. & † teneatur ad omnia onera
hæreditaria ad quæ defunctus tenebatur, l. ſi hære-
ditatem,ff.mand.l.quoties,C.de hæred.inſtit.etiam
nulla proprij patrimonij habita conſideratione, §.
ſi vero, in authen.de hæred.& falc.Boer.in deciſ.57.
41 quod † etiam in foro contentioſo procedere de iu-
re canonico, dicit Menoch. in conſil.89. non leuis,
num.156.

Tamen in eam deuenimus reformationem, quo-
niam coram nobis fuit producta aditio hęreditatis
qualificata cum cautela,& beneficio legis,& inuen
42 tarij,quæ aditio † qualificata efficit, quod quando
agitur de damno hæredis,perinde ſit ac ſi hæres nō
eſſet glo.ordinaria,& ibi Doctor. in l. fi. §. in com-
putatione,C.de iur.delib.& in l.debitori,C.de pact.
Caſt.conſ.217.videtur, num.1.lib.2. Pariſ.conſ.33.
vt præſens,num.89.lib.3. Rol.conſ.97. prima,nu.
43 5.lib.1. inuentarij enim † confeſſio conſtituit hæ-
redem in eo ſtatu, quo erat antequam adiret teſte
Menoch.in conſ.89.num.27.& ſeq.

Et propterea diximus teneri tantum Dom. Ioan
nem iuxta vires hæreditarias liberando eius pecu-
nias ſequeſtratas ab huiuſmodi onere,& nexu, quo
niam cum non reperirentur deſcriptæ in inuenta-
rio,præſumuntur propriæ non autem hæreditariæ,
44 quia pro inuentario † ſemper præſumitur. Alciat.
de præſumpt.3.reg.præſumpt.20.Thob.Non.conſ.
45 16.duo ſunt, num.23. & dicenti † contrarium in-
cumbit onus probandi.Rol.a Val. in tract. de inuen
tario,car.162.

46 Et licet alias † non pręſumatur filium habere
alia bona quam quæ a patre prouenerint. l. 2. C. de
pat.poteſt.id tamen non procedit facto inuentario,
& tradit Zaſ.in conſ.5.lib.1. Marza. de fideicom. q.
58.vel quando non adminiſtrauit bona patris, ſed
ſeorſum a patre habitabat, vt declarat Bal.in l.cum
oportet.in princ. C. de bon.quæ lib. tradit Aemilia.
conſ.34.ſpectabilis,num.6.

Accedebat ad præſumendum d.pecunias fore d. Dom. Ioannis, eiuſdem perſonæ qualitas, qui cum ſit Doctor. & legum profeſſor, credendum eſt id ei nequaquam fore damnoſum, cum huiuſmo-
47 di doctoratus dignitas præſtantiſſima, † vtilis, & lucroſa reputetur, vt docet experientia rerum magiſtra, & not.Caſſane.in cathalo.glo.mundi in 24. conſideratione decimæ partis, & in 7. conſidera-
48 tione d. decimæ par. & in Doctore † ſufficientia, & ſcientia ineſſe præſumitur.Alciat.19.pręſumpt. 3.reg.num.2.

ANNOTATIONES.

a Obligatione. Nota, quod multum differt, & diuerſos parit effectus, ſi quis fideiuſſor agat, vt liberetur a fideiuſſione, ſeu potius ab obligatione. Primo enim caſu liberatio peti non poteſt niſi in quinque caſibus, vt per Affl.allegata hic deciſ.241.& poſt Doct. in l. Lucius, ff mand. & in l. fide iuſſor pro venditore, ff de fideiuſſ. Iaſ.in l frater a fratre, num.14.ff.de cond. indeb. Marſ in reper. Rub ff de fideiuſſ.num 216 cum ſeq. Menoch. de arbit. caſ.41.lib.2.Modum libellandi pro liberationem petente, vide apud Alex. in l.facere. vbi Doct.ff.ſol.matr Modum autem ſententiandi, & exequendi, vide apud Bal in l.ſi mandato, ff.de nego.geſt.

b Comprehenderentur. Et ratio eſt, quia verba huiuſmodi habent vim ſpecialis expreſſionis maxime ſi ſunt geminata, quia comprehendunt cogitata, non cogitata, inſtrumenta de nouo reperta. ac etiam Principi reſeruata D. Tiber. Deciano.conſil.11.num.11.& ſeq.lib.3.cum adductis per eum poſt Natt. conſil.110.num.6. cum pluribus ſeq & de iſtis verbis vniuerſalibus geminatis videndus eſt late Hipol. Rimin conſil.11.nu.30.& ſeq.& ſi negatiue, concepta eſſent comprehenderent etiam caſus inſolitos. Hipolyt.Rimin.conſil.101.num.17.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis eccleſiaſtica de ſui natura eſt tranſitoria ad fęminas ſicuti ad maſculos.*
2 *Emphyteoſis ſimpliciter accepta ab aliquo intelligitur pariformiter pro fęminis, & maſculis indifferenter accepta.*
3 *Clauſula executiua non alterant diſpoſitionem principalem.*
4 *Deſcendentium appellatione proprie veniunt tam fę-*
5 *minæ, quam maſculi, nu.26.& 34. etiam ſi adyciatur verbo maſculinitatem denotanti.*
6 *Emphyteoſis ab vno recepta, & ab eo ad plures deriuata, qui diuiſerint inter ſe, quandiu adſit aliquis deſcendens ex eo cui portio obuenit illis defertur, non autem alijs accreſcit.*
7 *Non dicitur ſine filijs deceſſiße, qui cum filia fęmina deceſſit.*
8 *Filiarum exiſtentia, an excludat ſubſtitutum.*
Clauſula ſi ſine filijs deceßerit in ſubſtitutione appoſita, an includat filias fęminas, nu.24.
9 *Pater an poſſit in emphyteoſi filijs præiudicare.*
10 *Quem de euictione tenet actio, eundem agentem re-*
11 *pellit exceptio: æqualitas ſeruanda inter fratres.*
13 *Fideicommiſſo ex clauſulis in diuiſione prægnanter appoſitis cenſetur renunciatum.*
14 *Emphyteoſis ſimpliciter accepta intelligitur pro maſculis tantum, non autem pro fęminis.*
Maxime ſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum, & conſuetudine prouinciæ, num.16.
25 *Contrahentes cenſentur ſe velle conformare cum ſtatuto.*
17 *Conſuetudo prouinciæ, & eccleſiæ concedentis emphyteoſim attenditur, num.29.*
18 *In dubio, vbi de emphyteoſi agitur, recurritur ad conſuetudinem loci, & prouinciæ concedentis.*
19 *Conſuetudo concedentis emphyteoſim attenditur.*
20 *Conſuetudines, vbi ſint diſſormes, præſumitur, quod minus eſt.*
21 *Conſuetudo declarat contractus inter viuos, & vltimas voluntates.*
22 *Conſuetudo probatur per inſtrumenta.*
23 *Emphyteoſis, an fideicommiſſo comprehenditur, & quando, num.38.*
24 *Clau.ſi ſine filijs, &c. in ſubſtitutione, quando per exiſtentiam filiorum facit deficere fideicommiſſum.*
25 *Fęmina non præſumitur odio habere proprium ſexũ, num.27.*
26 *Deſcendens hoc participium iunctum verbo maſculinitatem denotanti qualificatur, & reſtringitur ab illa maſculinitate, nu.34.*
28 *Deciſio in terminis, vbi eſt, non debemus per argumenta ab illa recedere.*
29 *Nihil magis laborandum in iuris pelago, quam reperire deciſionem ſeu Doctorem in terminis loquentem.*
30 *Deſcendens hoc participium alias commune, & generale reſtringitur ad maſculos ſtante ſtatuto excluſiuo fęminarum.*
32 *Filiorum appellatione in contractibus non veniunt fęminæ.*
33 *Alienationis verbo, an comprehendat alienationem ex teſtamento, & quando.*
34 *Deſcẽdens hoc verbum adiunctum maſculinitati perdit officium ſuum ex diuerſitate rationis.*
35 *A præſumpta voluntate defuncti contraria pręſumpta voluntate receditur.*
37 *Acceptans ſimpliciter hæreditatem patris videtur ratificare teſtamentum.*
38 *Bona emphyteotica, an poſſint ſubijci fideicommiſſo.*
39 *Si fiat diuiſio inter aliquos, & vni contingant in parte bona emphyteotica, alij bona allodialia, ſi is cui bona emphyteotica obuenerint, deceſſit, vel bona ſint ad eccleſiam reuerſa, non poteſt alter qui allodiatia habuit conueniri de euictione.*
40 *Non dicitur contrauenire, qui ſecundum naturam contractus exponitur.*
41 *Aequalitas ſufficit ſemel ab initio fuerit.*
42 *Legitime factum tractu temporis non tollitur.*
43 *Promittens aliquem non moleſtare, intelligitur reſpectu iuris de præſenti.*
44 *Liberatio debiti eſt quædam priuatio.*

ARGVMENTVM.

Emphyteoſis eccleſiaſtica, an tranſeat ad fœminas.
Emphyteoſis conceſſa pro ſe, filijs, & deſcen-

Digitized by Google

deſcendentibus quomodo interpretetur.

Deſcendentium appellatione qui veniunt.

Clauſula ſi ſine filijs deceſſerit in fideicommiſſo poſita, an comprehendat fœminas.

Emphyteoſis, an cadat ſub fideicommiſſo.

DECISIO VII.

NICOLAVS de Colle in emphyteoſim conduxit ab Epiſcopo Lucenſi quædam bona ſub infraſcriptis verbis, videlicet, pro ſe ſecundũ conſuetudinem Romanę Eccleſiæ ad habendum, tenendum, gaudendum, & faciendum quicquid d. conductori, & ejus filijs, & deſcendentibus placebit, ſaluo iure directi dominij, &c.

Hic condito cum quo deceſſit teſtamento excluſa propria filia, cui certam dotem conſtituit, hæredes ſuos vniuerſales inſtituit filios maſculos, quos inuicem ſuſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum in caſu, quo decederent ſine filijs.

Succeſſiue Lucas, & Franciſcus frater, & filij d. Nicolai præmortuis cæteris eorum fratribus, & cohęredibus ſine maſculis, deuenerunt ad diuiſionem bonorum, & in portionem d. Franciſci obuenere bona emphyteotica prædicta, qui mortuus eſt ſine maſculis, vnica tantum filia nomine Sarra relicta.

Contra quam Lucas eius patruus agebat ad bona prædicta aſſerendo ad eum ſpectare, & pertinere tam iure inueſtituræ, quam vigore fideicommiſſi paterni.

Dom. Iudex a quo, pronunciauit talia bona ſpectare ad Dom. Lucam durante eius vita, & eodem mortuo ſine filijs, redire debere ad dictam Dominam Sarram.

Cuius ſententiam retractantes diximus dicta bona ſimpliciter ſpectare, & pertinere dictæ Lucæ, illique fore reſtituenda perpetuo excluſa Domina Sarra.

In præſenti controuerſia pro Dom. Sarra, multa proponebantur, videlicet, primo, quia eramus in
1 emphyteoſi eccleſiaſtica, quæ de ſui natura † indifferenter tranſibilis eſt ad fœminas ſicuti ad maſculos ſecundum communem opin. de qua teſtatur Bero in c. in præſentia, num. 40. de probat. & in conſil. 18. & 93. num. 18. lib. 1. Iul. Clar. in §. emphyteoſis, quęſt. 32. Burſat. in conſi. 80. num. 15. & vbi recipitur ſimpliciter emphyteoſis ab aliquo, vt hic, eo
2 mortuo † pariformiter fœminis, ac maſculis defertur. Alex. in l. quod dicitur, num. 24. ff. de verb. oblig. quem ſequuntur Iaſ. & Salyc. relati a Couarru. varia. reſol. lib. 2. c. 18. num. 1. & ſentit Curt. iun. in conſ. 321. ſub num. 30. lib. 1.

Secundo, hoc confirmatur ex clauſulis executi-
3 uis, ibi ad habendum; quæ † licet non alterent principalem diſpoſitionem, illam tamen declarant clem. 1. de præben. Cardin. in cap. quoniam Abbas. de off. deleg. Curt. in conſi. 3. num. 3. Soc. in conſil. 47. nu. 42. lib. 4. Cephal. conſ. 343. num. 30. Natta in conſ. 25. num. 339. num. 7. 11 1. num. 5. & 372. num. 14. Menoch. conſ. 87. num. 4.

Dicitur enim in d. clauſulis executiuis hanc emphyteoſim dari ad gaudendum ipſi, & eius filijs,
4 & deſcendentibus deſcendentium † appellatio ex propria ipſius verbi natura tam fœminas, quam maſculos comprehendit. Imol. in d. l. quod dicitur. de verbor. oblig. Ruin. conſil. 24. num. 9. libro 1. Dec. conſil. 223. Natta, conſi. 64. num. 6. & 437. numero 2. & 474. num. 26. Rimin. in conſ. 23. num. 8. vbi plus dicit, quod velle reſtringere hoc participiũ Deſcẽdens ad maſculos tãtum, nil aliud eſſet, quam cauillare, & ſalua ratione recti ſermonis non poſſe fieri, & in terminis allegabatur Corne. conſil. 263. in fine, lib. 1. Gozad. in conſi. 30. num. 7. & 8. Cuius participij virtus comprehenſiua fęminarum locum
5 habet † etiamſi adijciatur alicui verbo maſculinitatem denotanti, quandoquidem cum ſit verbum commune ſine diminutione officium ſuum proprium exercet. Bart. in l. 1. in fine, ff. de verb. ſignifi. Alexand. conſi. 80. num. 14. lib. 1. cum alijs citatis per Ant. Gabr. de verbor. ſignific. concluſio. 7. num. 44. Vnde cum verſeremur in emphyteoſi ab uno recepta, & ab eo veluti a fonte ad plures deriuata,
6 portio uni ex illis obuenta † eius deſcendentibus defertur, non autem accreſcit alijs filijs primi recipientis. Caſtren. conſ. 100. viſo, libro 2. Ruin. conſ. 166. num. 11. lib. 1. Bero. conſ. 93. num. 26. libro 1. Natta conſ. 12. num. 1. Thob. Non. conſ. 6. in fine. Addent ad Alex. in conſ. 129. lib. 5. Corne. conſ. 37. num. 8. & ſeq. lib. 5.

Tertio dicebatur reſpectu fideicommiſſi Nicolai, non poſſe dici Franciſcum deceſſiſſe ſine filijs
7 † relicta filia, l. ſi ita ſcriptum. in princip. ff. de teſtatute. l. qui duos. de leg. 2. & allegabatur pro ea, l. cũ auus, ff. de condit. & demonſt. & l. cum acutiſſimi, C. de fideicommiſſ. per quæ iuta plerique tenue-
8 runt † exiſtẽtiam filiarum excludere ſubſtitutum, & facere deficere fideicommiſſum, quia non debet filia temere a ſucceſſione paterna excludi in portione maxime patri obuenta, & relicta, in qua dici debet eam prædilectam, ſicuti in ea prædilectus fuit eius pater ceſſante maxime prole maſculina d. Franciſci, ad cuius ſucceſſionem ipſa uocatur a ſtatuto excluſo patruo. Alcia. conſilio 528. Pinel. in l. 3. num. 27. C. de bonis mat. Menoch. in conſil. 95. num. 24.

Quarto allegabatur per teſtatorem non potuiſſe
9 † inferri præiudicium filijs in iure ſibi quęſito per inueſtituram ſupponendo emphyteoſim ſub fideicommiſſo ſecundum communẽ opi. de qua teſtatur Gabriel de iure emph. concluſio ſecunda, & maxi-

me,quia ſi quando ſubijci potuiſſent, id expreſsè
erat faciendum, prout factum non fuit, hic Socin.
iun.in conſ.72.num 61.& ſeq.lib. 1.
10 Quiotò † quem de euictione tenet actio eundem
agentem repellit exceptio.l.vendicantem,ff.de euic-
ctio.l.cum a matre,C.de rei vendi. Vnde cum in di-
uiſione facta inter Fraociſcum , & Lucam hęc bona
fuerint aſſignata Franciſco ex ſententia arbitrali a
partibus acceptata cum quadam refotmatione , &
cum clauſulis prægnantibus , & cum promiſſione
de euictione , non equum videbatur quod modo
Lucas ſuam promiſſionem retractare poſſet, & ma-
11 xime,quia inde oriretur quædam † odioſa inæqua-
litas inter fratres,nam Lucas cui in partem non ni-
ſi allodialia obuenerunt breui temporis ſpatio ab-
ſorberet totum patrimonium denudatis ſucceſſo-
ribus d.Franciſci paterna ſubſtantia,quod non erat
12 ferendum,cum lex admodum laboret † pro æqua-
litate ſeruanda inter fratres. Socin, iun. conſil. 147.
num.38.lib.1.
Cõfirmantur prędicta,quia Lucas habebat ſcien
tiam fideicommiſſi,& teſtamenti paterni, & patien
13 do apponi in d.diuiſione illas clauſulas † prægnan-
tes cenſetur renunciaſſe fideicommiſſo. Menoch.cõ
ſi.87.num.78.& ſeq. Quibus tamen non obſtanti-
bus pro actore conclusum fuit in Themate.
Moti primo, quia cum inueſtitura ſit ſimplex
nulla filiorum facta mentione vel deſcendentium,
14 ea † eſt facienda interpretatio,vt de maſculis intel-
ligatur.Bald.poſt gloſ.in cap. 1. num.4. quib. mod.
fin. conſtit. poſſ. vbi dicit hoc eſſe cordi,tenendum
quam opin.ſequutus eſt.Alex. ſibi contrarius in cõ-
ſil.16.num.6.lib 4.Gozad.conſi.39.num.14.Cotta
in memora.verſ.emphyteuſis.Marſil. in l.1.nu.12.
C.de rapt.virgi.Cephal.cooſil.11.num.9.& licet de
iure communi hoc non tranſeat ſine difficultate
propter citatos a Couarru,lib.2. variar.reſolut. cap.
18. numero 1.tamen conſiderato iure municipali
excluſiuo fœminarum , præſumitur ſtipulantem
15 † cum dicto ſtatuto ſe conformare voluiſſe, & fœ-
b minas in cõſideratione minime habuiſſe b Iul. Clar.
qui de communi opinio.teſtatur in §. emphyteuſis,
quæſt.32.in fi.
Et quamuis hoc pateretur difficultatẽ, quia ſta-
tuto non excluditur Sarra ab hęreditate patris per
exiſtentiam patrui,item quia ſtatutum de rebus hæ
reditarijs loquitur,vnde quando Sarra eſſet excluſa
ab hæreditate patris , non tamen excluderetur ab
16 emphyteuſi:† uam hæreditaria Camp. de dote par,
c vlt,q.42.tamen quia concurrebat conſuetudo c hu-
ius prouinciæ & eccleſiæ concedentis,quæ regula-
riter has ſtipulationes ad fœminas non extendit,
17 res reddebatur clara,quam † conſuetudinem pari-
ter ſequi voluiſſe contrahentes,credendum eſt , ut
in terminis tradit Imol.in cap.potuit,colum.fi.ext,
loca.& in conſil.69. Alex. in d.l. quod dicitur ſub
num.24.Cæphal.conſil. 361.nume.38.& de com-
muni opin. teſtatur Iul. Clar. in §. emphyteuſis q.
18 28. vbi dicit ſemper recurrendum eſſe in † dubio
ad conſuetudinem loci prouinciæ ſecundum quam
regulariter fit interpretatio contractus , l. quid ſi
nolit,§.qui aſſidua , ff. de ędil. edic. Iatè Gabriel.de
conſuet.concl.1.
19 Conſuetudo enim † concedentis attenditur Bal.
in l.fi. colum.3. C.de ſucceſſ.edic.Doct.in auth.qui
rem,C.de ſacroſan.eccleſ.Alex.conſi.5.num.18.lib.
3.dicens emphyteuſim conceſſam contra conſuetu-
dinem concedentis non valere. Iaſ.in l.2. num.160.
& ſeq.C.de iu.emphyt. vbi dicit , quod in emphy-
teuſi eccleſiaſtica ſi non apparet de conſuetudine,
20 vel cõſuetudines ſint difformes † pręſumitur quod
minus eſt.Bero.conſ.77.num.30.lib.1 Felin.in cap.
ex literis vbi multa congerit de fide inſtrumen.in 7.
21 declarat & quod conſuetudo † ſemper declaret , &
interpretetur omnem actum ſiue inter viuos , ſiue
vltimæ uoluntatis,tradit Bart. in l.ſemper in ſtipu-
lationibus,ff.de reg.iur.Abb.in c. certificari , de ſe-
pult.Bero.conſ.91.num.10.lib.3.
Conſuetudo autem iſta in hoc caſu fuit probata
22 † per productionem plurium inſtrumẽtorum, qui
quidem modus eam probandi a iure recipitur ſi in-
ſtrumenta ſint antiqua , & confecta a diuerſis no-
tarijs.Dec.conſ.11.nu.9.Curt.iun. conſ. 100. nu.5.
fi.Craue.conſ.134.Rebuff.de conſuetud.art.2. glo.
3.nu.12. Achil.Perſonal.de adipiſc. poſſ.num.165.
Rimin.iun.conſ 6.nu.30.lib.1.
Secundo pro actore allegabatur fideicommiſſum
23 paternum, ſub quo dicebatur † compreheudi bona
emphyteutica prædicta eum teſtator vſus fuerit
verbis generalibus,videlicet in omnibus ſuis bonis,
&c.ad Pinell.in rubr. C.de bon. mat. num.18. cum
multis ſeq.Marza. de fideicommiſſ. quæſt.4. vel ſic,
ſed in contrariũ,vbi alios citat,& præter hos Ruin.
conſil.37.num.12.lib.1.Anchar.in quæſt.19.num.
10. prima par.Socin. iun.conſilio 79. numero 13.
libro 4. vbi ſe ipſum citat in conſil.72. lib. 1. vbi
dictum ſuum conſilium declarat,cum videretur fa-
cere in contrarium.
Quod autem teſtator intellexit de maſculis ad-
uocationem dicti fideicommiſſi ex eo clarè patet,
quia nominatim inſtituit filios maſculos dotatis fœ
minis filiabus,quos inuicem, vt in Themate ſubſti-
24 tuit . Nam excludendo † filiam, & inſtituendo ac
ſubſtituendo maſculos,qui ab inteſtato ab hæredi-
tate aui neptem repellebant concurrente ſtatuto
excluſiuo fœminarum,euidens oritur coniectura,
quod in illis verbis ſi ſine filijs deceſſerint teſtator
voluerit intelligere de maſculis,& hoc pro conſtan-
ti firmat Caſtrenſ. in conſilio 409. caſus libro 2. &
receptum teſtatur.Bero,in conſil.119.num.12. lib.
2. & in hoc caſu. in teſtamentis etiam ſub nomine
filiorum non veniunt fœminæ, & ceſſat omnis con
trouerſia illorum qui reddiderant hunc articulum
dubitabilem,& eſt communis opin.teſte Abb.in cõ-
ſil.19.num.10. Et cum in caſu iſto non eſſet ſubſti-
tutus extraneus , ſed teſtatoris filius,per quem eius
agnatio conſeruatur,neptis excluditur a patruo, &
non facit deficere fideicommiſſum,quia teſtator cẽ-
ſetur habuiſſe reſpectum ad agnationem, ſecus ſi eſ-
ſent ſubſtituti extranei, per quos agnatio non præ-
ſeruatur.Hæc autẽ mirabilis diſtinctio d. ad cõcilia-
tionẽ uariarũ opinionum fuit Caſtren.d.conſ.409.
lib.1.

Digitized by Google

lib.1. quam citat Dec.conſ.168. 370. & 495. num.
12. & eam canonizatam dicit Sfor. Odof. de com-
pendio, ſubſtit. artic.4.conclu.6. & poſt Soc.iun.in
conſi.168.lib.2.Roland.conſi.82.lib.3.Rimin.iun.
conſi.47. eam dicit communem Thob. Noni. conſ.
36.vbi reſpondet contrarijs, & latius Menoch.con-
ſil.95.num.90.& ſequen.vbi enumerat 50.Docto-
res hanc opinionem tenentes late Cæphal. conſilio
206.nu.94.& ſequen.& num.96. vbi eam limitare
videtur,licet non firmet, quando eſſet fęmina,quæ
teſtamentum,& ſubſtitutionem ſic fecerit,quæ ne
25 videatur † proprium ſexum odio habuiſſe, cre-
dendum eſt, quod intelligere voluerit de fœminis,
vt per Socin.Roland.& alios ibidem a Cæphal.rela-
tos,& Benint. deciſ.52. ſub numero 1. verſic.,con-
trarium.

Nec obſtant in contrarium adducta, quia primo
ad primum reſpondetur ſtante ſtatuto excluſiuo
fœminarum, & concurrente conſuetudine eccleſiæ
concedentis emphyteoſim ſimpliciter receptam
non admittere fœminas,vt dictum eſt.

26 Ad ſecundum † de participio deſcendens,reſp.
illud participium præueniri a verbo filijs, quod eſt
denotatiuum maſculinitatis in contractibus, &
excluſiuum fœminarum. Pinell.l.3. numero 33.C. e
de hon.mat. Burſat. conſilio 80. num.7. niſi profe-
27 ratur à fœmina † quo caſu filiæ quoque compre-
henduntur.Benint.d.deciſ.52.Cępha.conſilio 306.
numero 96. Zuchar. in l.fin. numero 77. C.de edi.
diu.Adr.tollen. Maran.in l.is poteſt,numero 20.de
acquiren.hæred.& hoc ideo ne proferens videatur,
vt dictum eſt propriũ ſexum odiſſe, & participium
illud modificatur, & qualificatur ab illa maſculini-
tate præcedenti, quæ qualitas cenſetur repetita
ſemper in ſequentibus. Bero. conſi.95. numero 1.
lib.1.& 120.lib.2.numero 69. & in terminis addu-
cebatur deciſ. Curtij iun. in conſilio 321. lib.3. &
Cæphal.in conſ.11.lib.1.qui cum a nemine repro-
28 betur nefas † viſum nobis fuit ab illis per argumen
ta contraria recedere, nam vt dicit Felin. in ca.cum
ordinem, colum.4. de reſcript. in hoc noſtro iuris
29 maximo pelago eo deuentum eſt, † vt nihil magis
elaborandum ſit,vt inquit Franciſc.Becci.in conſi-
lio 35.nu.18.magnifici, quam reperire deciſionem
30 alicuius Doctoris in terminis,quam † repertam ſe-
qui debemus vti caſum legis, tradit Neuiza. conſi.
99.num.2. Becci. conſi.2. nu.11.Gomeſ.in §.æque
inſti. de actio. col.6. & ita alias in ſimili ſtipulatio-
ne pro filijs,& deſcendentibus iudicauit annis præ-
teritis Rota eadem Lucenſis, vbi eo tempore aderát
duo integerrimi, & conſultiſſimi viri Magnificus
D. Vincentius Gemma Parmenſis, & D. Fabritius
Maraffus de Pontremulo.

Vnde ad propoſitum dixit Cæpha. conſilio 312.
num.107. quod verbum deſcendens reſtringitur ex
præſumpta mente diſponentis, & non impertinen-
ter adnotauit Butr.in conſilio 9. in primo dubio,
31 quod verbum † deſcendens alias commune, & ge-
nerale reſtringitur ad maſculos tantum ſtante ſta-
tuto excluſiuo fœminarum, quem ſequitur Socin.
ſen.in conſ.227.nu.5.lib.2.& Soc.iun.conſ.168.nu.
68.lib.2. Iaſ.in l.ſi quis, num.18.de iuris omni.iud. f
Pariſ.conſ.88.nu.13.lib.2. Tiraq.de retract. conſa.
§.1.gl 9.nu.198.

Cum igitur participium deſcẽdens ſit adiectum
verbo filijs, & filiorum appellatione in contracti-
32 bus veniunt tantum maſculi, † vt late poſt relatos
tradit Cæphal.conſi.306. debet reſtringi ad maſcu-
los ex tex.& notatis in l.ſed ſi adijciuntur. ff.pro ſo
cio. vbi appellatione lucri venit omne lucrum, ſi
autem dicatur, quod ſocietas ſit inita lucri,& quæ-
ſtus,intelligitur non de omni lucro,ſed de eo,quod
ex opera deſcendit, vbi no. Doct. quod verbum ge-
nerale reſtringitur per ſpeciale. Soc.in l.1.ff.de reb.
dub.Cæpha. d.conſi.11.

Poſſent ad præſentem ſpeculationem multa al-
legari, ſed vltra alios ſufficiat,quod licet ſub verbo
33 alienare ſimpliciter prolato † comprehendatur om
nis alienatio, etiam per teſtamentum. Dec. conſi-
lio 660.ſi tamen ſit prohibita alienatio, & venditio
non intelligitur prohibita alienatio per teſtamen-
tum,ſed ſolum inter viuos,& hoc propter illud ver
bum venditio additum verbo alienationis. Cęphal.
conſilio 13.numero 16.& 354. numero 39. Socin.
iun.conſ.112.numero 24. lib.1. vbi ſi teſtator pro-
hibet alienare, vendere, pignori dare propter verba
illa vendere, & pignori dare reſtringitur e ad con-
tractus inter viuos, & idem tradit Burſat. conſi.32.
numero 21. ſic igitur in caſu iſto verbum deſcen-
dens commune, & generale debet reſtringi per ver-
bum filijs, quod eſt ſpeciale, & de maſculis intelli-
gitur, vt dictum eſt.

Nec obſt. ſi quiſpiam diceret, quod ſi emphyteo-
ſis eſt regulanda ſecundum ſucceſſionem ab inte-
ſtato vigore d. ſtatuti excluſiui fęminarum certe at-
tento d. ſtatuto non exiſtentibus fratribus Sartæ
patruus excluditur a ſucceſſione Franciſci eius pa-
tris, quia reſp. id eſſe verum in his,quæ ſunt tran-
ſmiſſibilia ad filias, quod fieri non poterat in caſu
iſto, quo Sarra, vt dictum eſt, incapax redditur, &
inhabilis horum bonorũ emphyteoticorum, tum
quia d. bona non peruenerant ad d.Franciſcum li-
bere, & pleno iure, ſed ſubiacebant iure accreſcen-
di cum fratribus ſi ſine maſculis mori contigerit.
Bal.in l.1.§.in prin.C.de cadu. tollen.in conſi.30.
num.9. lib.3.

Ad illud vero de verbo communi adiecto alicui
vocabulo maſculinitatem præ ſe ferenti, quod reti-
net ſuum officium reſp. ex notatis per Anto. Gab.
d.conclu.6.num.45.de verbor. ſignifi. vbi declarat
34 † illud non procedere ſtante diuerſitate rationis,
vt hic vbi militat præſumpta mens recipientis, &
concedentis, quod noluerit fœminas admitti con-
currente duplici earum excluſione,& ſtatutaria, &
conſuetudinaria.

Ad tertium fundamentum de l. cum auus. & l.
cum acutiſſimi. reſp. eſſe fragile, cum fundetur ſu-
35 per præſumpta voluntate teſtatoris, † aquarum le
gum diſpoſitione receditur per contrariam teſta-
toris voluntatem præſumptam. Rui.conſ.168. nu.
30.lib.3.Rolan.conſ.82.nu.40. lib.3.

Contraria autem teſtatoris voluntas deprehen-
ditur ab excluſione propriæ filiæ,& a ſtatuto exclu
ſiuo, f & conſuetudine prędicta, cũ qua cõtrahẽtes

Digitized by Google

cenſentur ſe conformaſſe, ut dictum eſt.

Ad quartum reſp. quod ſi dicamus illam opi. eſſe veram, quod pater in emphyteoſi noua nõ hæreditaria filijs præiudicare non poſſit, quod tamẽ in- 36 digeret deciſione Cæſarea, quia contrarium tenent multi allegati ab Anto. Gab. in 2. concluſ. de in. emphy. & per Iul. Cla. in §. emphyteoſis, quæſt. 16. ubi ipſe tenet hãc opinionem, tamen ſibi imputet Frã- 37 ciſcus, † qui ſimpliciter paternam hæreditatem adiuit, & ſic teſtamentum paternum approbauit, Rui. in terminis, conſi. 43. nu. 12. lib. 1. & conſil. 48. nu. 10. eod. lib. Ant. Gab. d. concluſ. 2. num. 59. Anch. q. 19. num. 11. 1. par.

Et ad illud, quod dicebatur huiuſmodi bona debere expreſſe fideicõmiſſo ſupponi quatenus ſubijci potuerunt ſatis reſponſum eſt ſupra in ſecundo fundamento, vbi citauimus inter alios Soci. iun. cõſil. 79. nu. 13. & num. 40. vbi ſeipſum citat, & declarat in conſ. 72. lib. 1. num. 26.

Quod autem potuerit teſtator hæc bona ſuppo- 38 nere † fideicommiſſo, tradit Soci. iun. d. conſil. 79. licet dicat, quod ſi quis hoc generaliter non acceptet, ſaltem procedit, quando emphyteoſis eccleſiaſtica ſit hæreditaria procedit etiam, quando non ſit hæreditaria, ſi fideicommiſſum ſit factum in deſcendentibus comprehenſis in inueſtitura, Alexan. poſt alios in l. ſi patroni, num. 15. ad Trebel. & in conſil. 19. colum. 2. libro 5. & in d. l. ſi patroni, num. 14. dicit, quod hæc quæſtio pendet ab ea, an emphyteoſis eccleſiaſtica tranſeat ad extraneos. Vnde quando fideicommiſſum eſt factum inter comprehenſos, ceſſat ratio, quare emphyteoſis non tranſeat in fideicommiſſum. Marza. autem de fideicommiſſ. 2. par. quæſtione 19. citat Ripam tenentem affirmatiuam, & Alci. negatiuam, ipſe autem tenet affirmatiuam, quando ſumus in primo acquirente, quæ opinio placet Iulio Claro, d. queſt. 16. & hoc obiectum ceſſanit per aditionem Franciſci ſimpliciter factam, qua teſtamentum approbauit, & fideicommiſſum.

39 Nec obſt. ſecundum, † quia reſpondetur per gl. & Bal. in l. ſi familiæ C. famil. erciſcun. & per illam gloſ. Ruin. in conſ. 7. lib. 1. num. 2. & 3. ubi in terminis fratrum, qui diuiſerunt quo cum vni obuenerunt allodialia, alteri emphyteotica bona dicit, quod ſi ille, cui obuenit res emphyteotica, deceſſit relicta filia, ita quod bona ſint ad eccleſiam reuerſura, non poteſt alter, qui habuit allodialia, conueniri de euictione, quia res euincitur non facto ipſius, ſed natura rei, & contractus ſeu ex qualitate ipſi rei inhærente, de qua cogitare potuit is, qui in partem receperat, quæ cum ſua natura, & qualitate ſibi fuerunt aſſignata, ſequitur Soc. in conſil. 115. & 119. lib. 3. Natta, conſi. 25. per totum. Bero. conſilio 108. num. 22. lib. 1. Roland. conſil. 51. num. 9. lib. 4. ubi reſpondet obiectis etiam quod cenſeretur renun- 40 ciatum fideicommiſſo. Nec enim † contrauenire dicitur, qui ſecũdum naturam contractus experitur. Natta d. conſil. 25. numero 2. cum quælibet diſpoſitio tacitam habeat conditionem rebus ſic ſtantibus. l. quæro. §. inter locatorem. ff. loca. late Marſil. l. 1. §. fi. num. 21. & ſeq. de quæſtio. & not. Aemilia, in conſ. 12. teſtator, num. 11. & ad ponderatam in 41 æquitatem reſpon. † ſufficere æqualitatem ſemel fuiſſe ab initio ſeruatam, neque referre, quod caſu 42 & tractu temporis ad inæquale reducatur, † quia non tollitur legitime factum. Soc. iun. d. conſi. 115. & 119. Rol. conſ. 51. lib. 4. Bero. d. conſil. 108. in fin. lib. 1. Crauet. conſil. 102. num. 2.

Neque nos mouit illa cautelosa diuiſio clauſulis multum prægnantibus vallata ad habendum, &c. & cum promiſſione de euictione, &c. & defendendo, &c. & de non contra ueniendo, &c. ex quacunq; cauſa cognita, uel incognita, cogitabili, vel incogitabili vſque in præſentem diem, &c. quia ex talibus g clauſulis non videtur renunciatum g iuri accreſcẽdi de nouo superuenienti. Alex. conſ. 107. nu. 5. lib. 4. vbi teſtatur de communi Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uerb. oblig. Fede. de Sen. conſ. 228.

43 Promittens enim aliquem non moleſtare † intelligitur reſpectu iuris competentis de præſenti, non autem de futuro, etiam quod renunciet iuri, quod habet, vel habere ſperat. l. poſt emancipationem, vbi Bart. de lib. leg. Ancha. conſ. 304. cum concordantibus ſignatis per Ant. Gab. de fideic. conclu. 1. nu. 5. & ad ſingulas clauſulas ſingulariter reſpõdet. Rui. in conſ. 137. lib. 2. vbi dicit per huius modi liberationem mutuam, vſque in pręſentẽ diẽ, de quacunque cauſa cogitabili, & cognita incogitabili, vel incognita, non dici renunciatum iuri accreſcendi, quod 44 ea die non erat natum, quia cum liberatio † ſit quędam priuatio, non refertur ad illud, quod non erat in actu, & licet verba ſint generalia, & prægnantia, reſtringuntur tamen per illa verba vſque in præſentem diem ad ea, quæ de præſenti die debentur. Ang. conſ. 286. Anto. Gabr. d. conclu. 1. nu. 24. vbi alios citat. nam quę certa non ſunt, & non conſiſtentia non dicuntur iura, ſed iurium ſpes.

Et quo ad euictionem reſpon. Roland. à Val. in conſi. 51. nu. 12. lib. 4. vbi poſt relatos dicit, quod illa promiſſio includit caſum, & euẽtum euictionis, qui ſequi poſſet ex facto tertij, non, autem eam, quę ex natura rei prouenit, quippe quæ dicitur venire, & facto proprio, & ex ſua conuentione, quod bona aſſignata poſſint auferri. Imò prędicti fratres in acceptatione ſententię arbitralis diuiſoriæ expreſſe reſeruarunt fideicommiſſum, ex quibus apparet, non obſtare tradita per Menoch. in conſ. 76. & potius facere ad fauorem maxime ibi. num. 92. quoniam iſta bona emphyteotica fuerunt cõſignata pro pretio ſatis minori ẽt citra dimidiam bis duplicato prout in proceſſu fuit probatum, & ſic per illos fratres ęſtimata, qui confeſſi fuerunt partes eſſe ęquales, adeo quod licet bona allodialia alteri fuiſſent aſſignata, tamen quia bona emphyteotica pro ſatis minori pretio venerunt in partẽ d. Franciſci, diuiſio fuit ęqualis, vt ẽt ipſi fatentur, & ita concordant dicta Menoc. & maxime, vt dictũ eſt ſtante approbatione teſtamenti paterni. Accedat, quod & ipſi Lucę fuerunt aſſignata bona emphyteotica, quę pariter ſubiacebãt periculo reſtitutionis, tã ex tenore inueſtiturę, quã fideicõmiſſi. Vñ mutuũ periculũ ſuſceptũ erat, prout cõſiderãt Doct. & in ſpecie Menoch. d. conſ. 87. quo caſu non habet locum

pro-

Digitized by Google

promiſſio de euictione maxime ceſſante inæqualitate, vt hic ceſſabat, & poſt redditum votum, reperi materiam hanc euictionis inter cohæredes diuidentes, & æqualitatis prædictæ nouiſſime ad ſaturitatem tractari per Franciſ. Becci, in conſi. 24. numero 30. vſque ad finem, qui mirifice pro hac noſtra ſententia concludit, qui etiam in conſ. 38. nu. 2. opportune dicit quod ſi fratres inter ſe diuidant feudum paternum, & fiat refutatio, ſi alter ſine filijs decedat, eius portio ſuperuiuenti fratri accreſcit, vt ibi per eum. h

ANNOTATIONES.

a Tam fœminas. Idem ſi fuiſſet facta mentio de liberis, idem ſi de heredibus, iſti enim termini ſunt communes, & continent tam maſculos quàm fœminas. Bald. & Alex. in l. ſed ſi hac §. liberos, ff. de in ius voc quod procedit etiam ſi in alia parte de maſculis fuiſſet facta mentio, nam ea nõ obſtantes. ſi fiat mẽtio de liberis ſimpliciter, intelligitur etiã de fœminis. Cephal. conſ. 11. nu. 3. vbi alios adducit lib. 1. Minime habuiſſe. vide Bald notabiliter diſtinguentem in l. liberti libertæque nu. 24. ff. de oper. libert.

c Conſuetudo. Quod ſtipulans cenſeatur ſe conformare cum conſuetudine. Rolan. conſ. 51. nu. 13. lib. 3. quinimo quod prius recipiat interpretationem a conſuetudine, quam a ſtatuto. Rolan. conſil 81. num. 14. vol. 4.

d Diſtinctio. Ab hac diſtinctione Caſtrenſis neque in iudicando, neque in conſulendo eſt recedendũ tanquam crebriorum Doctorum calculo firmata, quicquid contra cõſuluerit Cephal. conſ 45. & 46. quæ duo conſilia ipſemet Ceph. confutat in allegato hic conſ. 306 nu. 94. dicens ibi ſe contra communiorem conſuluiſſe. Eandem diſtinctionem vti canonizatam, ſequitur Alb. 16. num. 11 706. Noni. præceptor meus inter Iuriſconſultos Peruſinos, dum vixit, minime ſecundus conſil. 36. nu. 10. Tiber. Decian. conſ. 74. nu. 12. verſic. Quarto deueniẽdo, lib. 3. Anti. Pinell. in l. ſi viua matre nu. 25. C de bon. materno. Non obſtat Soz. Iun. cõſ. 156. lib. 2. qui conſuluit pro nepte contra patruum. Primo quia cõtra eum ſtat magis communis opi. per ſupradicta. Secundo quia ibi patruus erat Cardinalis per quem non poterat vltra perſonã ipſius conſeruari agnatio, talis enim debet in hac materia eſſe ſubſtitutus, vt per eum poſſit agnatio conſeruari. Gozad. conſ 89. nu. 9. Et pro hac diſtinctione contra neptem, ego alias tanquam ſapiens conſultus reſpondi in vna Spoletana ſuper teſtamento D. Iulij Zampolini. Id quod ſine ſcrupulo procedit ſtante ſtatuto fœminarum excluſiuo: tradunt præcitati Doctores, & ita iudicauit Rot. Ro. per Tholom. dec. 46. Parmenſis bonorũ. Quid ſi fuerit ſubſtituta pia cauſa Ant. Pinell d. l. ſi viua matre, nu. 26. vbi dicit cauendum eſſe a Cart. Iun. conſ. 35. & vide Didac a Cou. in c. Raynaldus nu. 3. extra de teſtam. Quid ſi mulier teſtaretur. firmat Fulgoſ. conſ. 18. & conſil. 38. quem ſequitur Roland. de conſil. 82. lib 3. quia ambo conſuluerunt ſuper caſu teſtatricis, quæ filiam particulariter inſtituerat, filios vero maſculos vniuerſaliter, & eos inuicem ſubſtituit, & nihilominus pro patruo contra neptem concluſerunt. & hæc eſt receptior ſcribentium opin.

e Reſtringitur. iſta reſtrictio generalitatis fit ad titulos ſingulares, & ad alios ſimiles expreſſis ac etiam minores non autem maiores, quoties generalitas ſubſequitur caſus ſpeciales expreſſos eſt doctr. Bart. in l. ſed & ſi quis, §. quæſitum in fin. ff. ſi quis cautio. Iaſ. in l. ſi conuenerit, nu. 46. 47. ff. de iuriſd. omn. iud & ita ſuper ſtatuto Vrbiſueteris, lib. 2. Rub. 64 ſtatutis ſpecialibus expreſſe conſuluit, nõ comprehendi hæredes inſtitutionem, licet verba ſint generalia. Cornel. conſil. 185. lib. 1. quem ſequitur Durand. de arte teſtan. tit. de legat. caut. 44. num. 2. Fulgoſ. conſ. 215. num. 2. ſequitur. Cephal. conſil. 278. nu. 8 lib. 2. Homod. conſil. 176. num. 12. & eſt communis opi. de qua teſtatur Lanfran. Balb. deciſ. 347. centur. 4. per totam.

f Excluſiua. Et quod ſtante huiuſmodi ſtatuto fœminæ in emphiteoſi non comprehendantur, niſi aliter fuerit expreſſe actum eſt communis opin. de qua per Cart. Iun. conſ. 171. nu. 5. cum alijs per addentes ad Rom. conſ. 22. ſub litera a.

g Non videtur renunciatum. Eſt communis opi. niſi quis promiſſit non contrauenire ex cauſa de præterito nec de futuro. Bellon. cõſil. 19. nu. 8. Rip in d. §. duo fratres, nu. 44. & Crot nu. 45. teſtantur de magis cõmuni & dicunt quod contra eam nunquam voluerunt conſulere, & ab hac non eſt iudicando, & conſulendo recedendum. Riminal. Iun. conſil. 204 num. 61. & ſeq. Et quando diuiſio ſimplex inducat remiſſionem iuris futuri plures caſus examinantem, & ponẽtem pulcras rationes, vide apud Bald. in vſib. feud. ſuper conſtit. Lotharing. num. 3. vſque in fin. An autem diuiſio patris inter filios inducat remiſſionem fideicõmiſſi facti ab eodem patre diuidente. Rulan. latiſs. conſ 34. ſub num. 68. verſic. venio ad ſecũdum, cum pluribus ſeq. lib. 4. & latiſſime plures etiam caſus decidentem, vide D. Tiber. Decian. conſil 3. num. 110. cum plurib. ſeq lib 1. vt principalem concluſionem examinantem, vide Bolognet. in l. 1. num. 49. & ſeq. C. de pact in fin.

h Vt ibi per eum. Cui adde quoties vni obuenerunt bona allodialia, alteri vero bona fideicommiſſo ſubiecta. Ruyn. conſil. 7. nu. 18. verſ. quoad aliud lib. 3. quem refert Mar zar. de fideicom. par. 3. q. 49. verſ. & quoniam incidit mentio in fin.

SVMMARIVM.

1 *Dictio diſtributiua eſt eius naturæ, quod vnicuique attribuit actum inſolidum, num. 8.*

2 *Emphiteoſis pluribus conceſſa per verba diſtributiua finita linea vnius deuoluitur ad alium.*

3 *Dictio vſque eſt repetitiua de vno in alium, & nouam conceſſionem importat nu. 9.*

4 *Emphiteoſis conceſſa pluribus vſque in quartam generationem, non redit ad concedentem per mortem vnius, niſi concurrat mors omnium.*

5 *Emphiteoſis duobus conceſſa, mortuo vno ex comprehenſis in inueſtitura ſine filijs non accreſcit ad aliũ.*

6 *Ius accreſcendi non habet locum in contractibus poſt acquiſitionem ſemel factam.*

7 *Emphiteoſis pluribus conceſſa ſimpliciter, intelligitur pro virili portione acquiſita.*

8 *Diſtributiua dictio poſita inter deſcendentes, non operatur ſuum effectum circa principales ſtipulantes.*

9 *Ruin. conſil. 169. lib. 1. declaratur.*

10 *Dictio vſque importat ius accreſcendi, quando à principio conceſſio emphiteoſis eſt facta vni recipienti pro ſe, & deſcẽdentibus vſque in 4. generationem.*

11 *Secus à principio ſit conceſſa pluribus, &c.*

12 *Præſumitur vnuſquiſque ſuæ generationi proſpicere non alteri.*

13 *Nemo ſe ipſum generat.*

14 *Clauſula poſt mortem eorum in inueſtitura an inducat ius accreſcendi.*

15 *Item an requirat concurſum mortis omnium.*

16 *Vſque in 4. generationem iſta verba non inducunt ius accreſcendi.*

17 *Iudex tenetur repellere agentem ſine actione etiam parte non opponente.*

ARGVMENTVM.

Emphiteoſi conceſſa, & recepta pro ſe, & eorum cuiuſcunq; filijs an ſit locus iuri accreſcendi inter recipien-

tes

Digitized by Google

tes, & principaliter inueſtitos quemadmodum eſſet inter eorum filios propter dictionem cuiuſque diſtributiuam. De natura dictionis vſque.

DECISIO VIII.

FRANCISCVS, & Lucas q. Nicolai de Colle receperant in emphiteoſim ab Eccleſia Sancti Petri Cigoli quoddam ſtabulum pro ſe, & eorum cuiuſque filijs, & deſcendentibus, vſque in 4. generationem, mortuo Franciſco, cui in portionē obuenerat d. ſtabulum ſine prole maſculina vnica tantum, filia fęmina relicta (quàm in huiuſmodi inueſtitura non comprehendi, iam in præcedenti noſtra deciſione non obſcure oſtendimus) Lucas pręf. egit aduerſus filiam d. Franciſ. ad vendicationem, d. ſtabuli, quod ſibi iure accreſcendi, ſeu non decreſcendi competere aſſerebat ex pluribus, videlicet.

Primò, quia conceſſio facta fuit per verbum di-
1 ſtributiuum cuilibet, quæ dictio † tribuit actum
vnicuique in ſolidum. Bart. in l. hoc articulo, ff. de
hæred. inſti. & in l. ſi pluribus, in princ. de leg. 2.
doct. in l. ſi mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. Bal. in l.
vnica, C. quando non peten. par. Soz. in. conſ. 50.
nu. 1. lib. 1. Dec. conſil. 226. in princ. vbi dicit, quod
2 hoc caſu † finita linea in perſonam vnius, eius portio deuoluitur ad alium ex iure non decreſcendi,
quod locum habet etiam inter primos ſtipulatores
ſecundum Alex. conſil. 32. nu. 12. lib. 5. Corn. conſil. 65. in princ. lib. 2.

3 Secundò ponderabatur dictio vſque † quæ induit repetitionem de vno in alium, & importat nouam conceſſionem in perſonam cuiuſlibet reſpectu partis deficientis ex natura verborum, vt in terminis tradit Ruy. in conſil. 169. nu. 4. lib. 1.

Accedebant, & tertio loco illa verba vſque in 4.
generationem, quæ inferunt ad Eccleſiam non eſſe
4 reuerſurum, niſi † generatione vtriuſque recipientis finita. Rom. in conſil. 19. & ibi addent. Alexan. conſil. 9. lib. 5. Iaſ. conſ. 117. nu. 2. lib. 2.

Et ex his forte motus D. Iudex a quo pronunciauit ad fauorem Lucæ actoris condemnando filiam Franc. ad dimittendum, & relaxandum d. ſtabulum.

Cuius ſententiam retractantes diximus bene appellatum pro parte d. filiæ q. Franc. & male iudicatum ad fauorem d. Lucæ ſine actione agentis, & de iure tertij diſceptantis. Moti, quia in emphyteoſi
5 duobus conceſſa † mortuo vno ex comprehenſis in
conceſſione ſine filijs, non habet locum ius accreſcendi, ſeu non decreſcendi, ſed portio illius ad concedentem reuerti debet, quia in contractibus
6 † poſt acquiſitionem ſemel factam non eſt locus
iuri accreſcendi, l. 1. §. interdum, ff. de vſufruc. ac. in d. l. ſi mihi, & Titio, & hanc eſſe communem opi. teſtatur Dec. in conſil. 226. in prin. Iul. Cla. in §. emphyteoſis, quæſtione 39. Roncagal. in l. eandem in princ. num. 131. ff. de duo. reis. conceſſion. enim plu-
7 ribus ſimpliciter facta † vnicuiq; pro virili portione acquiritur, l. reus, §. cū in tabulis, ff. de duo. reis. l. 1. C. ſi plures vna ſent. Anch. in cōſil. 245. nu. 3. Roncagal. d. §. cum in tabulis, num. 33. & in d. l. eandem, num. 128.

Nec obſt. primum de dictione diſtributiua cuili-
8 bet, quia non eſt poſita † inter principales ſtipulatores, qui agunt, ſed inter deſcendentes, & propterea inter illos non poteſt eſſe locus ius accreſcendi; ſed bene inter deſcendentes. Alex. in conſil. 13. nu. 14. lib. 5. Bello. in conſil. 20. Rip. in l. re coniuncti, num. 165. de leg. 3. Anch. conſ. 245. num. 3. 4. Ruy. conſ. 47. numero 6. conſil. 55. in fin. lib. 1. Ronchagal. in d. §. eandem. in princ. num. 132. vbi reddit rationem.

9 Ad ſecundum reſp. Ruy. † bene loqui in princ.
d. conſil. 169. dum ponit caſum, quando ſtipu. facta fuit ab vno, quia tunc inter eius deſcendentes habet locum ius accreſcēdi, etiam virtute d. dictionis, vſque & in his terminis loquitur Bal. in conſil. 431. Caſtr. conſil. 86. num. 9. lib. 1. Ronchagal. in d. l. eandem in princ. num. 133. & ſeq. vbi adducit illud conſilium Ruyn. verum quando conceſſio facta eſt duob. pro ſe, & filijs, vſque in 4. generatio-
10 nem propter dictionem † vſque non habet locum
ius accreſcendi, vt in terminis tradit Bald. in conſil. 280. num. 3. lib. 3. vbi in propoſita præſentis facti ſpecie, in princ. dicit quod ſi vnus ſtipulatur a prin. propter dictionem vſque inter deſcendentes habet locum ius accreſcendi, ſecus ſi conceſſio ſit fa-
11 cta duobus, quoniam præſumitur † vnuſquiſque
proſpexiſſe ſuæ generationi, & colonello & hanc opin. tenet Alex. in d. conſil. 13. numero 14. lib. 5. Curt. in d. conſil. 55. in fi. lib. 1. Bello. d. conſil. 20. cęterum de varia interpretatione huius dictionis, vſque plene ponit Rebuf. in l. abſentem, ff. de verbor. ſignif. car. 876.

Tertiò ad tertium reſpon. quod illud verbum generationem ſalua ratione recti ſermonis nō poteſt comprehendere principales ſtipulantes, cum nemo
12 † ſeipſum generet. Anch. d. conſil. 245. num. 4. Alexan. conſil. 17. num. 14. lib. 5. & quando verſaremur in ſimplici ſtipulatione facta a duobus pro ſe filijs, & deſcendentibus vſque in 4. generationem, adeo quod non adeſſet in deſcendentibus aliquæ dictiones attribuentes actum vnicuique in ſolidum, in eā deueneremus opinionem per illa verba vſque in 4. generationem, non haberet locum ius accreſcendi, quoniam Doctores ſupra in contrarium citati loquuntur, quando adeſt illa clauſula, vt poſt mortē
13 eorum reuertatur ad eccleſiam † quæ clauſula arguere videtur, quod res nō reuertatur, donec quiſque eorum viueret. cap. 1. in fin. de duob. fratrib. a cap. inueſti. Spec. in tit. locat. §. nunc aliqua, verſic. 69. tradit Rom. conſil. 19. vbi: Addent teſtantur de communi opi. & vltra adductos per dictos Adden. tradit Caſtrenſ. in conſil. 46. num. 1. li. 2. Ruy. conſ. 154. num. 10. lib. 1. Alexan. conſ. 21. num. 11. lib. 5.

Zanch.

Zanch. in l. hæredes mei. §. cum ita, nume. 551. ad Trebell. Anch. conſi. 418. Iaſ. conſil. 117. num. 3. lib. 4. verſic. 3. principaliter, lib. 4. Ronchagal. in d. l. eandem. in princ. num. 133. de duo. reis, Gabr. in conſil. 87. num. 4. quam opinionem pro nunc non firmamus, quia contrariam opinionem, videlicet, quod illa clauſula poſt mortem eorum non inducat ius accreſcendi. ſed reſoluatur in ſingularitatem, tenet Alexan. in conſi 17. num. 10. in fin. lib. 5. vbi reprobat opinionem Spe. dum dicit, quod Bart. eum allegat, & tamen tradit aliam doctrinam, & eum ibidem ſequuntur addentes, qui quidem Alex. hanc opin. dicit communem in conſi. 167. num. 4. lib. 7. Iul. Clar. in §. emphi. quæſt. 39. in fin. quam opinionem. Alex. impugnant addentes ad Alexan. in conſi. 204. nu. 2. li. 2. declarando ſenſum, & vim verborum poſt mor-
14 tem eorum, vt mors vnius † ſufficiat ad deuoluendum eius partem ad dominum, & ibi allegant tex. in l. fin. §. filium. ff. de legat. & in l. Lucius. §. Gaio. ad Tribelli. per quæ iura Iaſ. in l. ſi mihi, & Titio, nume. 11, de verbo. obliga. dicit, quod opin. Spe. redditur dubia, & eam reprehendit in addi. ad port. inſti. de iure perſo. num. 3. & ibidem Aretin. num. 3. non approbat Signo. in conſi. 92. num. 8. & ſeq. Nam illa dictio eorum per ſe ſimpliciter poſita in materia in qua regulariter ius accreſcendi locum nõ habet, non poteſt ius accreſcendi inducere niſi addita ſit dictio vniuerſalis omnium, vel alia æquipollens per notabilem diſtinctionem Salic. in l. ſecunda, nu. 35. C. de iu. emphy. vbi conciliat opiniones inuicem repugnantes, quam diſtinctionem ſequuntur addentes ad Alex. d. conſi. 204. vbi alios citant Alex. in d. l. ſi mihi, & Titio, num. 12. Ruyn. conſi. 48. nume. 8. lib. 1. Crot. in l. rem coniuncti, num. 141. de legat. 3. Bero. quæſt. 85. num. 3. vbi intelligunt dictum Spec. procedere quando in inueſtitura dictum eſſet poſt mortem omnium. Verba autem illa, vt tandem ad diuerticulum reuertamur vſque in quartam gene-
15 rationem † non inducunt ius accreſcendi, ſed interpretantur, vt vnuſquiſq; cenſeatur ſtipulatus ſuæ generationi, non alteri per ea, quæ tradit Bal. d. conſ. 280. num. 12. & 13. lib. 3. Alexan. conſi. 13. num. 14. lib. 5. Cur. Iud. conſi. 55. lib. 1. circa fin. Gabr. conſil. 87. in fine.

Et ex his ſtante non iure, tam reſpectu agentis, quàm reſpectu rei conuenti, in pari cauſa poſſidentis conditionem meliorem eſſe diximus cum Iaſ. in l. ſi ob turpem cauſam in fin. ff. de condit. ob turp.
b cauſam repellendo d. actorem ſine actione b † expe-
16 rientem. l. ſi pupilli. §. videamus. ff. de nego. geſtis. Crau. in conſil. 191. col. 3. quem iudex repellere te-
17 netur † etiam parte non opponente, niſi velit facere litem ſuam, vt late tradit Menoch. de arbit. iudi. lib. 1. q. 16. Ant. Gab. de ſenten. concl. 8.

ANNOTATIONES.

a Ad concedentem. Ex quibus autem appareat eſſe locum iuri accreſcendi vide Hier. Gab. conſi. 87. Et quid ſi emphyteuſis ſit cõceſſa alicui pro ſe, & nomine Titij, vel pro Titio abſente, an mortuo Titio, qui non ratificauit eius portio reuertatur ad Dominum. Alex. conſi. 24. lib. 5. late cõſuluit pro communitibus de Marſciano reſpectu Podij aquilonis.

b Sine actione. Hæc regula admittit notabilem limitationem, vt non præcedat quoties non eſt manifeſtum actionem non competere, tunc enim in dubio, ſi à parte vel iudice non opponatur, tenet proceſſus, & ſententia adeò, quod ſi virtute illius fuerit ſolutum nõ ſit danda repetitio, tex eſt præclarus, in l. cum, putarem, ff famil. hercif. Et quod ſufficiat deduxiſſe factum propter, quod exceptio oritur, vt iudex poſſit, & debeat ex officio, ita agentem repellere abſque eo, quod fuerit oppoſitum. Magon. infra deciſ. 17. num. 18. Cephal. conſil. 120. num. 33. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus à Principe an, & quando ſubdelegare poſſit.*
2 *Verbum. Debeat, & Teneatur neceſſitatem importat.*
3 *In alterum onus iudicandi reijcere non eſt iudicare.*
4 *Vbi electa eſt induſtria perſonæ, non ſubdelegatur.*
5 *Papa vel Rex, ſi committit cauſam, quod ſi non poſſit cognoſcere, cognoſcat talis, primus non poteſt ſubdelegare, quia intelligitur ſi ipſe non poſſit per ſe.*
6 *Reſcripta iuſtitiæ diriguntur literatis, & conſtitutis in dignitate.*
7 *Litium protelatio deteſtanda.*
8 *Emphyteoſis plurib. immediate conceſſa, pro virilib. portionibus intelligitur conceſſa tam reſpectu acquiſitionis vtilis domini, quam Canonis ſolutionis.*
9 *Canonis ſolutio dicitur induidua, volente tamen domino ſit diuidua.*
10 *Deficiente vno ex emphyteotis pro virili canonem ſoluere debente, alij non cadunt à iure ſuo.*
11 *Item altero deficiente ſoluere non habet locum ius accreſcendi.*
12 *Fideiubere pro alio, & ſoluere eſt lapidare ſuum.*
13 *Debitor ante tempus non præſumitur ſoluere.*
14 *Soluere quis pro alio eo ignorante, & creditore inuito poteſt, & liberationem acquirit debitori.*
15 *Fallit in volente ſoluere canonem domino inuito.*
16 *Sublimita hoc niſi ſoluentis interſit.*
17 *Comparatio literarum quomodo fiat remiſſiuè.*
18 *Monachus ſine licentia ſui ſuperioris non poteſt teſtificare.*
19 *Mandatum procuratorium non præſumitur.*
20 *Iuramento ſuppletorio quando deferatur.*
21 *Clerico, & religioſo teſti magis creditur quam laico.*
22 *Quilibet minimus defectus in teſte impedit iuramenti ſupletorij delationem.*
23 *Iudex debet certam ferre ſententiam condemnando, vel abſoluendo.*
24 *Alimentorum probatio difficilis probatu eſt.*
25 *Alimenta cum receptis ſeruitijs compenſanda.*
26 *Operæ poſt ſeptennium cum alimentis compenſantur.*
27 *Compenſatio alimentorum cum operibus fit ipſo iure.*
28 *Sententia a qua non appellatur, tranſit in iudicatum.*
29 *Adheſio appellationis intra quod tempus fiat.*
30 *Paria enim ſunt non appellare, vel non adhærere, & non legitime appellare, vel aherere.*
31 *Donatio alimentorum ex coniunctione ſanguinis præſumitur.*
32 *Obligatio eiuſdem rei, & promiſſio à pluribus vni, vel pluribus facta in dubio cenſetur pro virilibus portionibus æqualiter facta.*

33 Stipu-

33 *Stipulatio diuiditur ſecundum numerum perſonarum in ea comprehenſarum.*
34 *Generalis quietatio refertur in dubio ad ſpecificata.*
35 *Generalis quietatio dicitur captioſa.*
36 *Minor ad diuiſionem an, & quando prouocare poſſit.*

ARGVMENTVM.

Delegatus à Principe an, & quando ſubdelegare poſſit.

In emphyteoſi pluribus conceſſa ſimpliciter quomodo canon debeatur.

An altero ex emphyteoſis ceſſante ſoluere canonem res in totum cadat in commiſſum.

Alius pro alio canonem an ſoluere poſſit.

Alimenta quando cum operibus, & ſeruitijs compenſantur.

DECISIO IX.

BERTINVS Iunior mediante tutore agere iurendebat aduerſus Magiſtrum Paulinũ Barbi tonſorem ad diuiſionem cuiuſdam domus emphyteoticę communiter, & pro indiuiſo poſſeſſæ per quandam Bertinum ſeniorem iunioris Bertini patrem, & dictum Paulinum eius patruum.

Ex aduerſo Paulinus reconuenire ſatagebat præfatum Bertinum ad ſibi ſoluẽdum & remittendum ratam, & partem annui canonis dictę domus eidem Bertino tangentis integrè ſolutam per eum de proprijs pecunijs ab anno 1555. vſque adhuc. Necnon ratam laudemij, & expenſarum per eundem Paulinum facturum in lite occaſione dictæ domus deuolutæ iam controuerſa. Et inſuper ad ſoluendum ſibi expenſas victas erogatas in perſonam Bertini Senioris in infantili ætate, & per annos multos poſtea.

Vterque ad euitandam litium immortalitatem, & expenſas porrectis præcibus ad Magn. & Illuſtre conſilium, quod loco Principis eſt, reſcriptum infraſcripti tenoris reportarunt, videlicet. Quòd D. Iudex primarum inſtantiarum omnes dictarum partium prætenſiones audire, & intra menſem terminare teneretur, & deberet cum clauſula ſola facti veritate, &c. & cum facultate appellandi ad Rotam, quæ pariter intra alium menſem ſuper grauaminibus cognoſcere, & iudicare teneretur.

Magn. D. Iudex primarum inſtantiarum, & in hac cauſa cõmiſſarius diffinitiuè pronunciauit ad diuiſionem petitam deueniendum eſſe: canonis autem, laudemij, & expenſarum litis, an ratio
a eſſet habenda, nec ne cognitionem remiſit a ad homines pro dicta diuiſione facienda, eligendos, & relinquis hinc inde petitis ambas partes abſoluit.

Ab huiuſmodi ſententia pro parte Bertini, ſeu eius tutorum extitit ad nos appellatum, ſentientes ſe dicto nomine grauatos, quia Bertinus debebat diffinitiuè abſolui à petitis per Paulinum, non autem id alteri cognoſcendum mandari.

Huic appellationi, Paulinus adhæſit perendo reformationem dictæ ſententiæ in partibus tantum contra ſe facientibus.

Nos autem viſo proceſſu ex eiſdem actis ſententiam reformantes diximus reſpectu laudemij, canonis, & expenſarum prędictarum, diffinitiuè dictum Bertinum fore, & eſſe abſoluendum, prout abſoluimus. In reliquis verò cum dicta ſententia per tranſeundum exiſtimauimus.

Moti, quia illa remiſſio decidendi ſuper canone, laudemio, & expenſis petitis ad homines, ſeu diuiſores eligendos facta ſapit naturam ſubdelegationis à delegato Principis, qui, & ſi forte regu-
1 lariter † delegare poſſit. cap. paſtoralis, cap. Venerabili, de offic. deleg. capit. ſi pro debilitate, vbi Abb. eos. titu. cap. ſi duo. eod. titu. in 6. Alexan. in l. 1. ff. de offic. eius. Iaſ. in l. à Iudice. C. de. iudi. id tamen in caſu præmiſſo facere minimè valuit; tum propter verba geminata in reſcripto apposita, quæ ne-
b ceſſitatem b iudicandi important excluſa facultate
2 ſubdelegandi, Ibi teneatur, & debeat, vt firmat Iaſ. in d. l. a Iudice. in 11. limit.

Tum etiam, quia nulla prææxiſtente cauſa, aut impedimento ab onere iudicandi ſuper præmiſſis iure obſiſtente ſeſe exonerare curauit. d. capit. paſtoralis: Ibi. Dummodo ſe ipſum malitioſe exonerare non quærat, & not. Ben. Capra in ſuis commun. opin. in regu. 29. num. 7. in fin.

3 In alterum enim † onus reijcere non eſt iudicare, ſed a iudicandi munere ſe eximere, inquit Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 54. num. 1.

Et ideò oportunè dicit Rebuff. ſuper conſtitu. regni. de reſcript. in præfatio. num. 119. quod ho-
4 die † commiſſarij Regis non ſolent negocium ſibi commiſſum delegare, quia eligitur induſtria perſonæ, capit. quoniam. §. is autem, de offic. delegat.
5 & quando Papa, vel Rex concedit † quod ſi non poſſit cognoſcere talis, cognoſcat etiam primus iudex, non poterit ſubdelegare, quia intelligitur ſi non poſſit cognoſcere per ſe, capitu. coram, de offic. deleg.

Præterea dictæ remiſſioni aſſentire non ſatis æquum nobis viſum fuit, tum quia articulus ille remiſſus erat iuris, & homines ſeu diuiſores, vt plurimum ſunt idiotæ, & reſcripta iuſtitiæ, & ſimiles
6 commiſſiones dirigi ſolent peritis in iure, & † in aliqua dignitate, vel perſonatu conſtitutis. capit. ſtatutum. in princ. de reſcript. in 6. & not. Rebuf. vbi ſupra, num. 62.

Tum etiam, quia erat in promptu ex proceſſu certam ſuper præmiſſis ferri poſſe ſententiam abſque eo, quod alteri huiuſmodi cognitio demanda-

retur,

retur, & in longius iudicium protraheretur contra
7 formam reſcripti,& in graue ipſarum partium† di-
ſpendium ad not. per Rebuff. in proœ. concord. in
verbo ſumptibus.

Quando quidem emphyteoſis, de cuius laude-
mio,& canone agebatur,fuit conceſſa pluribus im-
mediate, & ſimpliciter abſque aliquo ſigno diſtri-
butiuo, vel alias inſolidum denotante quo caſu
8 † emphyteoſis dicitur facta ſingulis in inueſtitura
comprehenſis pro virili portione, iam reſpectu ac-
quiſitionis vtilis dominij , quàm reſpectu canonis
ſoluendi vt quilibet pro rata eum ſoluere tenea-
tur,& ſic cõceſſio,& penſio diuiſa videtur pro enu-
meratione perſonarum , vt tradit Bald. in conſil.
116. Columbinus, colum. fin. verſic. conſidera, lib.
1. arg. l. reos , §. cum tabulis, ff. de reis, verſic. & l. 1.
C. ſi plu. vna ſentent. addentes ad Afflic. in deci-
ſio 153.

Solutio enim canonis, & ſi indiuidua dicatur eſ-
9 ſe,† volente tamen domino directo fit diuidua. Ro-
ta Bono. deciſ. 4. Afflic. deciſ. 153. in fin. Redoa. de
reb. Eccl. nõ alienan. quæſt. 19. verſic. canon autem
cuius quidem virilium partium conceſſionis ea eſt
10 natura, vt deficiente † altero in d. inueſtitura com-
prehenſio illius portio ad concedentem reuertatur
ceſſante iure accreſcendi quo ad alios. Bartol. in l. ſi
mihi,& Titio, ff. de verb. obligat. cum quo commu-
niter tranſeunt Doct. vt ibi dicit Alex. colum. 4. &
in conſil. 167. viſis numero 4. lib. 7. Cephal. alios ci-
tans, conſ. 345. Venerabile, num. 5. Bero. conſ. 109.
viſis num. 21. lib. 1. Ronchagal. in l. eandem in prin.
numero 131. ff. de duobus reis. Dec. conſil. 163. Iul.
Clar. in §. emphyteoſis, quæſt. 39. & in terminis ſi-
milis, acquiſitionis. Bero. in conſil. 122. videtur nu-
mero 20. lib. 3.

11 Similiter ceſſante † altero ex dictis inueſtitis ſol-
uere canonis portionem, portio tantum non ſol-
uentis cadit in commiſſum firmis remanentibus cę-
teris apud eos, qui ſoluerunt. Bart. in l. frandati, in
fi. per illum tex. ff. de public. Alb. in l. 2. col. 9. & Iaſ.
ibidem, nu. 57. C. de iu. emphyt. Rip. in l. 4. §. Cato,
nu. 44. ff. de verb. oblig. Pile. q. 17.

Qua conceſſione ſic ſtante aſſerta canonis inte-
gri ſolutio per Paulinum, facta ſicuti non fuit pro-
bata in proceſſu, vt infra dicetur, ita etiam inveri-
ſimilis prima fronte apparebat, tam reſpectu ipſius
Paulini ſoluentis, quàm reſpectu Eccleſiæ accipere
debentis.

Nam cum pro virili, acquiſitio facta ſit, & pro
virili rata ſimiliter ſoluere canonem tenebatur, nõ
erat veriſimile Paulinum de proprio ære per an. 20.
& vltra portionem canonis ab alijs debitam in tam
notabili quantitate voluiſſe perſoluere, maximè
cum ceſſatio , & negligentia alterius, non ſoluen-
tis ſibi nocere non poterat in ſua portione, vt di-
ctum eſt.

12 Soluere † enim pro alio , & fideiubere, & ſimilia
facere ſpecies eſt dilapidationis, & maximi pericu-
li, ac incommodi , vt no. Couar. vari. reſol. lib. 3. c. 2.
nu. 6. quod in dubio quis velle facere non præſumi-
tur, l. cum de indebito, ff. de probat.

13 Et ſicuti non eſt veriſimile † debitorẽ ante tem-
pus ſoluere. Ang. in conſ. 127. viſis, in fin. ſic etiam
non eſt credendum quemquam velle ſoluere id ad
quod nullo vnquam tempore cogi poſſet.

Ex parte vero recipientis canonem inueriſimile
colligebatur, quia ratione recognitionis directi do-
minij ab alio quàm à vero debitore canonem reci-
14 pere non tenebatur, & quod dicitur † alium pro
alio eo ignorante ſoluere poſſe, & inuito creditore
liberationem debitori acquirere l. ſoluendo cum
15 concord. ff. de negoc. geſt. id non habet † locum in
tertio volente ſoluere canonem pro alio inuito do-
c mino directo , niſi † volens ſoluere prætenderet
16 ex ſua ſolutione aliquod intereſſe, veluti ſi is eſſet
creditor emphyteotæ, qui ſi caderet à melioramen-
tis , non eſſet poſtea vnde ſibi ſolui poſſet , vt not.
Marſi. ſing. 368. Tiraq. de ret. conſ. §. 1. gloſ. 9. num.
258. Redoa. de reb. Eccleſ. non alie. quæſt. 19. verſic.
ſed emphyteota creditor. Pile. quæſt. 64. adden. ad
Affl. deciſ. 155.

Quòd autem dicebamus de allegata integri ca-
nonis ſolutione non probari ex eo aperte cõſtabar,
quia Paulinus exhibuit quendam ſuum librum pri
uatarum rationum, in quo erant deſcriptæ aſſerto-
rum canonum receptiones manu (vt dicebatur) mo
nachorum, qui pro temporibus fuerunt procurato
res d. Eccleſiæ, quæ partitæ fuerunt, tantũ recogni-
tæ à quodam Reuer. Pãtre Ioanne Baptiſta Noua-
rienſi, ordinis Cartuſiæ profeſſo, & in teſtem indu-
cto, & ſic de dictis partitis minus legitime fuit fa-
17 cta comparatio † literarum nulla ſeruata forma ſta
tuti lib. 1. c. 97. & iuris ordine prætermiſſo, de quo
in l. comparationes. C. de fid. inſt. doc. in l. admonen
di , ff. de iur. iurand. plenè Menoch. de arbit. Iudi.
lib. 2. cent. 2. caſu 114.

Qui teſtis vltra quod eſſet ſingularis , ex alio nõ
18 erat attendendus, quia ſine † licentia ſui ſuperioris
coram non ſuo Iudice teſtimonium perhibuit. Mo-
nachus enim inconſulto Abbate, nec iurat, neque
teſtificatur. Sozin. conſil 17. ſupradicta, nu. 15. lib.
1. Curt. in tract. de teſti. num. 96. licet contrarium
conſuluerit Rolan. conſil. 24. num. 77. lib. 1.

Qui teſtis eſto quod probaret partitas manu eo-
rum Monachorum fore deſcriptas, non tamen pro-
d bat illos fuiſſe procuratores d. ita quod ſolutio ca-
19 nonis illis facta liberet ſoluentem : mandati † enim
qualitas tanquam quid facti, & à natura hominũ nõ
contingens non præſumitur niſi probetur Bal. in l.
2. C. ſi ex falſis inſtrumen. cum concord. per Anto.
Gabr. lib. 2. de procurato. concl. 1. col. 1. Prout nec
etiam in aliquo releuat confeſſio de recepto ipſiuſ-
met teſtis, qui cum non conſtet, quòd fuerit procu-
rator d. Eccleſiæ niſi per ſuam confeſſionem, non
probat niſi inter ipſum recipientem , & ipſum ſol-
uentem.

Imò quibuſdam placuit canonis ſolutionem nõ
probari niſi per inſtrumenta , uel partis confeſſio-
nem , vel quinque teſtiũ depoſitionẽ, vt no. Redoa.
de reb. Eccl. non alie. q. 20. num. 75.

20 Succeſſiue ex præmiſſis neque iuramento † ſup
pletorio petito deferendum duximus, ſtante ſum-
ma petita quam attenta perſonarum qualitate non
modicam eſſe exiſtimauimus ad no. per Monachi.

de

Digitized by Google

git quoties inferiori a Principe alicui cauſam cognoſcendi committit, quia in caſu ſumus in reſcripto Principis, & in quo expreſſe terminatio, & diffinitio committitur per ea, quæ late tradit Menoch. de arbit. q.37.num 17.& pluribus ſeq. vſque in finem.lib.1. Quinimo ſi tantum ſibi fuiſſet cõmiſſa audientia nihilominus, & diffinire, etiam debuiſſet, cũ Princeps delegaſſet Vanti.de nullit.ſent.& quib.mod.ſent. null.defendend.num 66.

b Neceſſitatem iudicandi. Idem ſi fuiſſet reſcriptum per verbum mandamus, vel præcipimus ratione impoſitæ neceſſitatis virtute iſtorum verborum. Vant.in tract.de nullit.ſent. ex defect.iuriſd.deleg.num.21.& ibi oſtendit alioſq; modos, quibus delegatus a Principe non poteſt ſubdelegare, ſed cauſam debet per ſe ipſum diffinire

c Inuito Domino directo. Secus fuiſſet Domino directi volente, & recipiente, quia vbi tractatur de conſeruatione Iuris realis, vt eſt emphyteoſis, non refert quomodo, a quo, aut cuius nomine ſoluatur, & propterea ſolutio canonis, uel cenſus facta per ius non habentem nomine ſuo prodeſt ius habenti quoad conſeruationem emphyteoſis, vel fundi cenſuarij. Roman.conſil.103.num.1 etiam ſi talis ſolutio fuerit facta ignorante emphyteota. Tiraq.de retract.par.1.§.1. gl.9.num.256.& eſt opinio crebriori Doctorum calculo firmata de qua teſtantur. Addent. ad Roman.d.conſ. 103. ubi alios allegant.

d Procuratores. Satis fuiſſet probaſſe quod eſſent negociorũ geſtores, ſeu factores, & quod vt tales negociati fuiſſent, & habiti, hic enim emphyteota ſoluens canonem libi iatur. Guid. PP. q.172. clarum eſt, & ad materiam vide Nat. ad Alex.conſil. 120.lib.5.

SVMMARIVM.

1 *Naturales, & illegitima nati ad emphiteoſim Eccleſiaſticam non admittuntur de iure, num. 6. & 8.*

2 *Legitimatis remanet nota infamiæ, quam Eccleſia abhorret.*

Naturales ſine peccato haberi non poſſunt.

3 *Legitimandi poteſtas non poteſt exerceri in præiudicium tertij, etiam reſpectu ſpei, num. 15.*

4 *Legitimatus per reſcriptum non admittitur ad emphyteoſim Eccleſiaſticam, num. 15. declaratur, numero 16*

5 *In legitimatione alicuius ſi verſetur præiudicium Eccleſiæ, illa citari debet.*

6 *Legitimatus ſpecificè ad bona emphyteotica Eccleſiaſtica admittitur, num. 14.*

7 *Emphyteoſis Eccleſiaſtica ſi tranſit ad priuatum, non iudicatur amplius, vt Eccleſiaſtica, ſed vt priuati.*

8 *Res quælibet iudicari debet ſecundum præſentem ſtatum quo reperitur, num. 10.*

9 *Naturalis filius ſuccedit in emphyteoſi priuati.*

10 *Natura, & origo contractus non mutatur ex perſona priuilegiati.*

11 *Emphyteoſis naturalia ea eſſe dicuntur, quæ ex verbis ſtipulationis colliguntur.*

Perpenditur conſilium Anchar. 165.

12 *Argumentum à contrario ſenſu non ſumi.*

13 *Status mutatio perſonæ alterat, et mutat ſtatum rei. Mutatione ſtatus perſonæ, & res alteratur.*

14 *Legitimatus in ſpecie ad bona emphyteotica Eccleſiaſtica admittitur, num. 6*

16 *Legitimatus cũ clauſula in quibuſcunq; bonis, ſuccedit etiam ad bona emphyteotica Eccleſiaſtica.*

17 *Legitimatio principis ſeculis cum conſenſu ſuperioris tenet abſque alio.*

ARGVMENTVM.

Legitimatus, an admittatur ad emphyteoſim Eccleſiaſticam, & an Eccleſiaſtica emphyteoſis tranſiẽs ad priuatum mutet naturam emphyteoſis Eccleſiæ, & aſſumat naturam priuati.

DECISIO X.

SVCCESSERAT, Quilico Marianus eius filius naturalis legitimatus tamen a Comite Palatino, & a ſummo Pontefice authoritatem legitimandi habẽte. In cuius hæreditate reperit, quædam bona Eccleſiaſticam in emphyteoſim per d. Quilicum acquiſita pro ſe, filijs, & deſcendentibus: quorum bonorum directum dominium rector permutarat cum Freddiano Saluatoris recipiendo ab eo totidem bona ſtabilia orta controuerſia occaſione dd. bonorum emphyteoticorum inter Marianum, & Freddianum proponebatur contra Marianum lineam fore, & eſſe finitã illumque in ſtipulatione non comprehendi ex plurib.

Primò, quod cum d. Marianus non ſit legitimè
1 † natus ad emphyteoſim Eccleſiaſticam non poteſt admitti, in qua regulariter legitimati non vocantur Baldus, & communiter ſcribentes, in l. generaliter. §. cum autem. C. de inſtitu. ſub. & in l. ex facto. §. ſi quis rogatus. ff ad Treb. Alexand. conſi. 128. nume. 7. lib. 1. & in conſi. 60. num. 1.2.3. lib. 2. Ruin. conſi. 158. num. 5. lib. 1. Amer. de patri. poteſtat. capit. 5. numero 56. vbi commun. opinio. atteſtatur, & idem teſtatur Rip. in d. §. ſi quis roga-
2 tus, num. 62. & eſt ratio quoniam legitimatis † adhuc remanet, quædam infamiæ nota, quam Eccleſia abhorret. Alexan. l. 3. in princ. num. 7. de lib. & poſth. natales filij ſine peccato haberi non poſſunt Eccleſia propter eius dignitatem deteſtatur. Ber. in conſi. 23. num. 27. & in conſi. 113. num. 14. & ſeq. lib. 2.

Secundò, habens facultatem legitimandi a Pon-
3 tifice, vel Imperatore non poteſt legitimare, † in præiudicium tertij etiam reſpectu ſpei. Alexan. in conſi. 25. num. 6. ergo legitimatio illa in præiudicium Eccleſiæ non valet.

Tertiò, accedat quod legitimatus per reſcriptũ,
4 † nõ admittitur ad emphyteoſim Eccleſiaſticam. Ruyn. conſ. 180. num. 5. lib. 1. Ant. Gabr. de legitimatio. concl. 1. num. 29.

Quartò quando tractatur de præiudicio Eccle-
5 ſiæ in legitimatione alicuius requiritur † citatio Eccleſiæ ad hoc, vt legitime facta dicatur, vt tradit Ang. in conſi. 402. quod hic factum non fuit.

In cõtrarium allegabatur, quod Marianus erat
6 legitimatus † in ſpecie ad bona emphyteotica ab

habente

habente poteſtatem ſic legitimandi in ſpecie, quo
caſu Doct. communiter concludunt legitimatum
admitti. Dec. d.l. generaliter, §. cum autem .nu.23.
Gozad.conſ.25.nu.12.Ruin. conſ.164.nu.5.lib.5.
vbi atteſtatur de communi Boer.deciſ.123.nu.6.7.
Grat.conſ.79.nu.14.lib.1.Rube.in l. Gallus, §. re-
ctè,nu.160.in fi.ff.de lib.& poſthum.Paleo.de nob.
& ſpu.c.31.Gigas de penſio q.16.num.6.Ameri.de
pat.poteſt.c.5.nu.57.

Præterea hæc emphyteoſis non iudicatur am-
7 plius Eccleſiaſtica,ſed uti priuati, † eo quia viuente
Quilico fuit a Freddiano acquiſita, & ſic a priuato
per ea,quæ no.Bar.in l.Paulus,in fi. ff. de acq. hære.
Anchar.conſ. 271. nu. 2.3. & ſeq. vbi dicit quælibet
8 † res iudicari debet ſecundum præſentem ſtatum
non autem antiquum. Dec. in l. omnibus cauſis in
fi.ff.de reg.iu. latè Tiraq. ceſſante cau. prima parte,
num.219.Aret.in conſi.218.num.7.8. Natta conſi.
218.num.7.& quod talis emphyteoſis tranſlata ad
priuatum dicatur priuata,tradit Ruin.conſ.168.nu
me.11.12.lib 1.Brun.in trac.de ſtatu. excluſ. fœmi.
art.8.q.2.nu.3. In qua emphyteoſi priuata conceſ-
ſa pro ſe, & filijs, & deſcendentibus ſuccedit etiam,
9 Freddianus quamuis ſit † naturalis, & multo magis
cum ſit legitimatus,Doc.communiter.in l.ex facto,
§.ſi quis rogatus ad Treb.Dec.in c.in præſentia,nu.
46.de probat. vbi de communi teſtatur.Iul.Clar.in
§.emphyteoſis.q.30.& ſeq.

Nec huic concluſioni obſtant tradita per Ancha.
10 in conſ.165. vbi dicit,quod natura, † & origo con-
tractus priuati non mutatur ex perſona priuilegia-
ti,& tendet ad c.1.de iu.pat.in 6. Nam ex dictis An-
cha.non ſequitur, quod emphyteoſis Eccleſiaſtica,
quæ habet multa priuilegia,ſi alienetur in laicũ per
tranſlationem directi dominij reguletur,uti Eccle-
ſiaſtica, Imò ſi hoc diceret,eſſet valdè abſurdũ quo-
niam ſemper conſeruaret priuilegia in quemcunq;
tranſiret.Anch. autem ſi rectè perpendatur loqui-
tur de origine cõtractus, & de natura obligationis,
& dicit quod ex perſona ſucceſſoris, non mutatur
conditio,& natura obligationis,& eius dicta potius
videntur concordare,quam repugnare,quoniam ſe
reſtrinxit ad hoc, quod non poſſit alterari natura
emphyteoſis ex mutatione in perſonam priuilegia-
tam, non autem dicit, quod per alternationem fa-
ctam in laicum cenſeatur ſemper Eccleſiaſtica, &
Eccleſiaſticis gaudeat priuilegijs.

Verum in præſenti caſu, quod emphyteoſis Ec-
cleſiæ non tranſeat in naturales,& legitimatos non
procedit ex natura ſtipulationis,& obligationis,ſed
ex priuilegio Eccleſiæ,nam ſtipulatio hoc non con-
11 tinet, & de † natura emphyteoſis ea ſunt, quę ex
verbis ſtipulationis apparent: non autem,quę ex di-
ſpoſitione iuris proueniunt.Bal.in l. ſed et ſi.§. item
ſi iuraueto.ff.de iureiuran.Natta, conſilio 49.num.
18.& hoc clarè patet ex conſilio Ancha.nam a prin.
erat emphyteoſis priuati conceſſa ad renouandum
de 29.in 29 annis, cui priuato concedenti ſucceſſe-
rat Monaſterium de Angelis. emphyteota autẽ ob-
tulit ſe,& ſua bona Monaſterio Heremitarum,quod
ſoluerat canonẽ priori de Angelis, etiam poſt mor-
tem emphyteotæ, cum uero laberetur tempus 29
ann. prior Heremitarum petebat renouationem iux-
ta formam contractus, contradicebat prior de An-
gelis: conſuluit Anch. pro heremitis fundando ſe in
natura ſtipulationis, & obligationis. Nos autem
ſumus in caſu quo tractatur de priuilegio Eccleſiæ,
& ſic in diſpoſitione iuris, quæ mutatur mutatione
perſonæ.

Præterea Anchar. loquitur, quando emphyteo-
ſis priuati tranſit ad Eccleſiam, hic autem ſumus in
caſu contrario, & de uno caſu ad alium cõſideran-
tur diuerſæ rationes,ut patet in conſ.166. Anchar.
quod eſt Floriani factum contra ſupraſcriptum con
ſilium Anchar.

Rurſus ſi vis fieret in d.conſilio Anchar. eſſet ſu-
12 mere argumentum a contrario ſenſu quod non
eſt admittendum, vt tradit Neuiz. conſ.113.nu.8.
vbi alios citat.

Et quod ſit conſideranda vti emphyteoſis priua-
ti, faciunt no.per Bal. in conſ.31.col.fi.lib.1. qui lo-
quitur in bonis eccleſiæ alienatis in laicum, quæ di-
cit, non conſeruare priuilegia Eccleſiæ, quia muta-
13 to † ſtatu perſonæ, mutatur & rei ſtatus. idem tra-
dit Caſſa.loquens de iure regio in conſuet. Burgun.
rub.1.§.4.num.38.Tiraq.de ceſſan.cau.1.par.num.
210.Rolan.conſ.61.nu.17.lib.3.vbi dicit,quod mu
tatione perſonæ priuilegium,& ſtatus rei mutatur,
b & conſideratur qualitas noui poſſeſſoris.

Et hanc opinionem vti veriorem ſecuti ſumus
confirmando ſententiam D. Iudicis a quo, non ob-
ſtantibus in contrarium adductis.

Nam quoad primum apparet ſatis reſponſum,cũ
14 iſte fuerit legitimatus ab habente auctoritatem † in
ſpecie ad bona emphyteotica,per tradita a Ruin.cõ-
ſi.164.num.5.lib.5.cum alijs ſupracitatis, item quia
hic emphyteoſis conſideratur vti priuata. Ruin.
conſ.168.nu.11.lib.1.

Ad ſecundum reſpondebatur, non procedere, quã-
do in priuilegio eſt data hæc facultas, vt tradit Ae-
milia.in conſ.132.num.4.5.& 13. vltra, quod dici
15 poſſet nullum ius † fuiſſe quęſitum etiam in ſpe,
quod eſſet conſiderabile, & inferret præiudicium
Aemil.ibi.

Tertiò, ad tertium reſpondetur, legitimatus per
reſcriptum non admittitur ad bona emphyt. Eccle-
ſiaſtica: limitatur non procedere quando eſt legiti-
16 matus, cum clauſula, quod † in quibuſcunq; bonis
ſuccedere poſſit. Ruin.conſ.47.li.3. Gabr. de legiti-
ma,cõcl.1.nu.30.hic autem expreſsè fuit legitima-
tus in ſpecie etiam ad bona emphyt. Eccleſiaſtica.

Ad quartum dicitur, quod quatenus rationes
Angeli eſſent validiores rationibus Aemil. d.conſil.
132. tamen non obſtarent in præſenti caſu, quia
procedunt, quando tractaretur de legitimatione
Principis ſecularis in præiudicium Eccleſiæ, hic au-
tem aderat conſenſus ſuperioris Eccleſiaſtici, quia
legitimatio fuit facta, ab habente auctoritatem a
Pontifice, & ideo ceſſant rationes Angeli dum di-
cit citationem loco conſenſus requiri, vnde ſi legi-
timatio Principis ſecularis tenet abſque alio, quan-
17 do interuenit † conſenſus ſuperioris Eccleſiaſtici.

Pariſ.

Digitized by Google

Pariſ.conſil.1.num.153.lib.2.Brun.conſil.1.num.30.quanto magis procedere debet quando interueneriт legitimatio ſuperioris Eccleſiaſtici,& ſummi Pontificis quo ſtante cõſenſu aliorum inferiorum authoritas non deſideratur.Brun.conſ.1.num.30.& ſeq.

ANNOTATIONES.

a Obtulit ſe,& ſua bona. De iſtis oblatis vide Fel.numero 4.& Doct.in cap.in præſentia de p.obat. Abb.conſil.53.nu.2.lib.1.Didac.à Couar.in conſtit.Alma mater parte.§.2.nu.9.de ſent.excom. Abb.in cap.vt priuilegia extra de priuil. Dec.in cap.cum,& plantare,§.2.num.10 extra eod.& in d.cap.in præſentia,num.21.Fratic.Aret.in l.cum heredes.§.fin.nu.13.ff.de acq.poſſeſſ.Boer.decil.20.circa oblatos,qui hodie non ſeruiunt Conc.Trid.ſeſſ.24.cap.19.an monaſterium teneatur ſoluere debita oblatoru ante oblationem contractorum,& quando vide Romao.cõſ.293.nu.2. Et de iſtis oblatis nõs habemus literas Latini de Vrſinis Cardinalis tunc S. D.N. Papæ Camerarij regiſtratas in Archiuio publico directas D. Gubernatori pro tempore in libro ſer Titi de Ameria Cancellarij Magn.Communitatis Vrbeuet.de anno 1472.cart.44.

b Noui poſſeſſoris l.1.C.de impon.non deſcript.arch.& lib.And.in cap.1.de commun.Eccleſ.in 6.Alex.conſil.35.nu.16.lib.4.Iaſ.conſil.20.lib.Natt.conſil.218.nu.8.& ibi communis.Rolan.de lit.eptar.part.1.q.17.nu.8.Et hac ratione eruditiſſimus D.Hieronymus Magonius Author,& Dominus meus,& ego reſponſum dedimus,pro Magn.Communitate Vrbeuet.contra vniuerſitatē Caſtri Ficulli videlicet,Emphyteotam eſſe Eccl.teneri ad collectas,coram Bo.memor.Illuſtriſs.& Reuer.D.Cardin.Alexandro Sforza,qui ita etiam iudicauit,quod reſponſum apud me reperitur,& hac ratione etiam vtile Dominium emphyteoſis Eccl.quod eſt apud Laicum,dicitur Laycale Ruyn.conſil.23.nu.35.lib.1.Alex.conſ.9.lib.5.vbi Natt.ſimiliter fructus ſeparati à ſolo feudali dicũtur allodiales,non autem feudales.Roland.conſil.54.num.30.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor particularis voluntarius non tenetur ſtare coloni.*
Succeſſo particularis voluntarius à neceſſario quomodo differat remiſſiuè.
2 *Eccleſia & Fiſcus æquiparantur quo ad hoc, vt neuter tenetur ad intereſſe conductori ſi rem locatam alteri vendant.*
3 *Exceptio rei non traditæ multum priuilegiata.*
Statut. prohibente exceptionum allegationem non comprehenditur exceptio non traditæ.
4 *Etiam in inſtrumento iurato id procedit.*
5 *Verbum tradidit, et conſignauit extra præſentiam rei prolatum non rei poſſeſſionem transferre dicitur, ſed licentiam propria authoritate capiendi tribuun.*
6 *Niſi conductor ſit eadem perſona, quæ vẽdidit qui hac exceptione rei non traditæ vti non poteſt.*
7 *Locator ut venditor tradere tenetur, & ſucceſſiuam ſtientiam præſtare.*
8 *Agens e contractu vltro citroque obligatorio tenetur prius docere de impedimento pro parte ſua impleno.*
9 *Negatiue rei non traditæ, & patientiæ nõ præſtitæ, an & quãdo ab allegante probari debeat, & nu. 10.*
11 *Exceptio rei nõ traditæ ex natura contractus reſultat.*
12 *Exceptionem rei non traditæ ſufficit allegare in allegationibus iuris.*
13 *Reus ſuſcipiens onus probandi, non perdit prærogatiuam regulæ quod actore non probante, &c.*
14 *Statuti diſpoſitio clara reddit inanem omnem diſputationem.*
15 *Præſumptio iuris, & de iure quæ dicatur eſſe.*
16 *Præſumptio iuris, & de iure non recipit contrarias probationes.*
17 *Teſtis ignorans confinia non probat.*
18 *Statutum procedens per regulas, & fallentias, extra caſus exceptos nihil admittit.*
Statutum regulariter procedens non intelligitur ſublatum ab alio ſtatuto quantumcunque generaliter loquente.
19 *Medium probatur probatis extremis.*
20 *Onus probandi vltro ſuſcipiens duriori probatione grauatur.*
21 *Statutum remouens omnem defenſionem nedum exceptionem tollit, ſed etiam officium iudicis.*
22 *Statutum in terris ſtatuentium ius ciuile dicitur.*
23 *Conductore non reſtituente rem conductam contra eum iuratur in litem.*
24 *Præſumptio iuris, & de iure admittit notoriam probationem in contrarium.*
25 *Statutum Lucanum lib. 2. cap. 161. loquens de renunciatione mulieris ad exceptionem dotis non traditæ declaratur non procedere in muliere renunciante ſuæ hypotecæ quando non adſunt alia bona viri, ſuper quibus recurrere poſſit.*

ARGVMENTVM.

De exceptione rei nõ traditæ, & quando opponi poſſit.

DECISIO XI.

IN cauſa Sanctis q. Ioannis Paganucij de Cappannore agentis tanquam nouus emphyteota Eccleſię S. Romani contra Laurentium Grabrielis Paganucij admittendam bona ſibi in emphyteoſim concesſa,& per dictum Laurentium (vt dicebatur) ad certum tempus iam elapſum conducta.

Fuit intentatum remediũ ſtatuti lib.1. cap.167. de modo procedendi contra conductorem, finito tempore locationis. Nam ſi duraret locatio, licet
1 particularis voluntarius, † ſucceſſor colono ſtare
a non teneatur a l.emptorem, C.loca. Iaſ. in l.diuortio.nu.33.ff.ſol.matr.vbi declarat differentiam particularis volũtarij,& neceſſarij ſucceſſoris,& tradit Benint.decıſ.54. Tamen in particulari ſucceſſore Eccleſiæ aliud forte iuris ſtatuendũ eſſet ne Eccle-
2 ſia † ad intereſſe teneatur ſicut in Fiſco diſponitur iure quodã ſpeciali, vt not. Guid. Papa q.480. ſub num.5.in 4.fallentia.Curt.ſenio.conſil.10.Eccleſia locauit,nu.1.poſt gloſſ.& Bald.in d.l.emptorem in verbo colono cum concordantibus per Duen. in

reg.240.nu.8. & 9. fallent. vbi etiam de communi
opin.teſtatur reus ſe deſcendendo excipiebat de re
non tradita, cuius probandi onus vltro ſuſcepit.

Eſt autem rei non traditæ exceptio admodum
priuilegiata, ita quod non includatur ſub ſtatuto
3 prohibente † propoſitionem exceptionum, vt tra-
dit Alexan.conſil.119. viſo proceſſu, num.2.lib.1.
Bald.in l.ex prædijs,C.de euictio.Rimin.conſil.89.
lib.1. Anton de Cana. in tract.execut.inſtru.q.27.
Roma. conſil.244. numero 5.verſ.1. & ratio eſt, vt
dicunt Doct. quia prouenit, & inſurgit ex tenore
eiuſdem conuentionis, ſeu contractus, vt late no-
tant addentes ad Roma.d.conſil.244. numero 5.&
procedunt prædicta etiam ſi inſtrumentum eſſet,
4 † iuratum ſecundum communem opin.de qua Iaſ.
in l.ſi duo. §.ſi quis iurauerit, num.4.ff.de iur.iu-
rand. verſic.& contra Bart.ſtringitur.

Et in terminis, quod obſtet locatori tradit part.
Papi. in forma libelli ad ficti præſtationem in glo.
recuſauerit,verſ.quæritur an ſit l.ad probationem,
C.locat.Bald.in l.ex conducto in princ.ff.locat. ſe-
quitur Natta in conſil.360. iſtis fratribus, num.1.

Quod ampliatur habere locum etiam ſi in in-
ſtrumento locationis dicatur quam domum, ſeu
terram locator tradit, &c.quia iſta verba non ope-
b rantur poſſeſſionis tranſlationem,[b] nec rei traditæ
confeſſionem quando proferuntur extra præſentiã
5 rei,ſed tantum † licentiam tribuunt propria autho
ritate intrandi in poſſeſſionem,vt per Bart.in l.præ-
dia, & ibi plene Alex.ff.de acq.poſſeſſ.prat.Papien.
vbi ſupra cum concordantibus per Nattam in con-
ſilio 360.col.2.& 162.perſpecto,num.14.

6 Niſi conductor ſit ipſe eiuſdem rei † venditor ſi-
bi ab emptore locatæ qui huiuſmodi exceptionem
allegare non poteſt, vt firmat Plot. de in lit. iur. §.
4.num.57.

7 Et eſt ratio quia † locator ſicuti venditor tene-
tur ad factũ, & rem tradere,& ſucceſſiuam patien-
c tiam præſtare[c] l.ex locato, & l.ſi quis fundum, ff.
loca.Iaſ.in l.1.num.93.C.de iu.emph.& in l.diuor
tio,num.38.ſol.matr.late Franc.& ſeq. Soc.colum.
256.pro fundamento nu.10.lib.2. Pariſ.conſ.40.ad
corroborationem col.7.lib.1. Oſaſc.deciſ.51.nu.8.

Agendo igitur vigore locationis impletæ debe-
bat probare Eccleſiã nutricem tradidiſſe,& patien-
tiam præſtitiſſe, quia cum eſſet in contractu vltro
citroq; obligatorio tenetur probare implementum
8 pro parte ſua † ſeu authoris ſi opponatur, l.Iulia-
nus.§.offerri. ff.de actio emp.l.ædiles in fin.& ibi gl.
ff.de edil.edict. Dec. conſil.421. Iaſ.in §.actionum,
num.134. inſt. de actio, cum concordantibus per
Franc.Becci.in conſil.45.num.6.

9 Nec obſtat, quod † excipienti de re non tradita,
& non præſtita patientia incumbat onus probandi
negatiuam l.in exceptionibus cum ſimilibus, ff.de
probatio. Bart.in l.in illa,la prima, numero 4.ff.de
verb.oblig. Corn. conſil.181. litera R. lib.2.Socin.
conſil.15.numero 7.lib.4. & in terminis locatoris.
Alex.conſil.217.viſo col.2.lib.5.

10 Quia id eſſet verum reo † affirmatiue excipien-
te, ſecus in negante non cohortato loco, nec tem-
pore,gl.uſ.in l.actor.C.de probat.& ibi Salyc.

Præterea in contrarium allegata procederent,
11 quando exceptio non facti non reſultaret ex † na-
tura contractus, nam tunc propoſita actione per
actorem,ſtatim,ſequitur huius exceptionis propo-
nendæ occaſio, quæ actionem concomitãtur ſicuti
lepra leproſum. Sufficitque aduerſario actionis ex-
12 preſſio ad exercitiũ huius exceptionis,quam † ſuf-
ficit allegare in allegationibus iuris, & voluit Bar,
in l.eum qui ita §. qui ita, il primo, & ibi And.1.in
add.& Iaſ. nu.12.ff.de verb.oblig.Fel.in c.eum or-
dinem, nu.16.de reſcript.Iaſ. in §.omnium, num.
128.inſtr.de actio.Pariſ.conſil.33.num.57.lib,1.

Nec etiam obſtat, quod ille onus probandi ſuſce
perit, & non probauerit, prout non probaſſe infra
dicetur.

Quia propter onus probationis ſuſceptum non
13 dicitur reus † amittere prærogatiuam regulę de A-
d ctore non probante,[d] vt tradit Marſ. in rub. de
prob.num.438.Dec.in conſ.517.numero 7.Caſſa.
in conſil.18.nu.1.niſi ſponte unus probandi ſuſce-
piſſet ſub cõditione perdendi cauſam, caſu quo nõ
probaſset.Ioan.And.in add.ad Specul.in tit.de pro-
batio.§.probare,num.12.verſi,3.eſt,& numero 17.
verſ.ſed vbi vterque in additione, quæ incipit,non
video præiudicium,& in terminis,quod locator te-
neatur probare rem traditam,tradit Cald.conſil.3.
verſ.præterea,in tit.locati.

Et de ſimili ſtatuto Bononienſi requirente colo-
num proteſtari patientiam ſibi non fore præſtitam,
alias teneri ad ſolutionem penſionis, quod detur
probatio in contrarium,licet illud ſtatutum indu-
cat præſumptionem iuris, & de iure,quæ regulari-
ter in contrarium non admittit, vt conſuluit Grat.
in conſ.83.punctus per totum,lib.1.

In contrarium pro actore allegabatur caſus legis
14 municipalis,per quem redditur † nan[illegible] di-
ſputatio ſecundum Cępha. in conſ.138.lib.1.diſpo
nitur eum,lib.2. Dec.conſil.117.[illegible] quod condu-
ctor pręſumatur poſsediſse rem locatam tempore
conceſſionis,ſibi factę, quod conductor,vel eius hę
res intelligatur,& pręſumatur rem ſibi locatam te-
nuiſse, habitaſse, commoditatem inde percepiſse à
tempore locationis teneaturque conductor eam va
cue,& libere locatori dimittere,niſi ipſe conductor
proteſtetur locatori, quod res ſibi tradita non ſit,
vel niſi appareat,quod locator ad ſe,&c.ipſum effe-
ctualiter reuocauerit.

e Quæ verba important pręſumptionem iuris,&
15 de iure † cum ſtatuentes præſumant, & ſuper præ-
ſumpto ius ſtatuent.Abb.& Fel.in c.quanto,nu.3.
de præſumpt.vbi concord.alleg.& habetr, in cap.
15.qui fidem de ſponſ. Grat.d.conſil.8.in princ.
Bal.in rub,C.de prob.col.2.

16 Qua ſtante iuris, & de iure pręſumptione † non
videbatur reus admittendus ad probandum con-
trarium, prout admiſsus fuit.l.antiquã ibi Bal.C.
ad Macedonia l.a diuo pio.§.ſi pignora.de re iud.
Alciat.de præſumptio.3.part.ſub num.. Menoch.
qui de communi opin.teſtatur, in conſ.o.primæ,
num.67.

Et

ſit quantumcunq; ſic admiſſus fuerit, & talis pro
batio parte non opponente potuiſſet attendi Fel. in
d.c. quanto, num. 4. in 5. fallent. Tamen non ſtetit
in probatis, propterea quod teſtes ab eo inducti nõ
17 probabant concludenter † cum fines bonorum, de
quibus agebatur, neſcirent. Alexan. conſi. 167. quo-
niam, num. 6. libro 6. & in conſil. 57. in cauſa, nu-
18 mero 7. lib. 7. Vltra, quod dictum ſtatutum † 117.
procedit per regulam, & fallentias, adeo quod in ca-
ſibus ab eo non exceptis, alia probatio non eſſet at-
tendenda ad no. per Bald. in l. 1. §. ſed excipiuntur. in
fi. ff. de ferijs.

Quod ſtatutum ſic regulariter procedens, nun-
quam intelligitur ſublatum ab alio ſtatuto, & ſi ge
neraliter loquente. Alex. conſ. 50. in fi. libro 2. Soc.
conſ. 95. nu. 3. lib. 1.

Neque excipientis intentionem iuuare diceba-
tur, dum probaſſe contendebat eadem bona fuiſſe
ante, & poſt ſuam conductionem ab alijs poſſeſſa,
quaſi medio quoque tempore idem accidiſſe dicen-
19 dum foret, quia ex † probatione extremorum pro-
batur medium. Alciat. 22. præſumpt. 2. reg. Pariſ.
conſ. 109. num. 37. lib. 3. Ruin. conſ. 33. lib. 1. Natta,
conſ. 225. nu. 18. Rebuf. de mater. poſſeſſ. art. 20. gl.
3. num. 16.

Quia iſta probatio non concludit neceſſario, ſed
20 præſumptiue. Vnde is, qui contra ſe † habet iuris
præſumptionem, ſi vltro onus probandi ſuſcepit, du
riori probatione grauatur, quia efficacius probare
f debet f l. ſi extraneus, vbi Albe. Fulgoſ. & Iaſ. notãt.
ff. de condi. ob cau. cap. quia de præſumpt. vbi Abb.
Alciat. d. 2. præſumptione. Marſil. ſing. 451. & tradit
Menoch. conſ. 1. nu. 52. & conſ. 2. nu. 321. latè Fely.
in cap. licet cauſam, nu. 40. cum plurib. ſeq. de prob.
Franc. Becc. conſ. 102. inquiritur, num. 14. Cæphal.
conſ. 369. curiam, nu. 99.

Nec obſtat, quod exceptio rei non traditæ non
cenſeatur excluſa a ſtatuto, quia non negatur ob id
excludi potuiſſe prout excluſa fuit, cum ſtatutum
præfatum 167. remoueat omnem defenſionem, &
prohibent conductori allegationem defenſionis, ne
21 dum exceptionem tollit, ſed † officium iudicis. Pa-
riſ. conſ. 107. nu. 118. lib. 3. & excipiẽdo caſum pro-
teſtationis, & reuocationis, per incluſionem iſtorũ
alios repellere videtur.

Minus etiam obſtat, quod iſta exceptio oriatur,
cum ipſa actione, quæ cum ſit facti habet iuris præ-
ſumptionem, quod facta non præſumuntur, quia
vnum ius ciuile tollit aliud, & ſicut ſtatutum, quod
22 in terris ſtatuentium † ius ciuile dicitur. Franc. in c.
ſæpe, nu. 7. de appellat. Natta, conſ. 148. derogat iu-
ri communi, ita & præſumptio iſta rei traditæ, & pa
tientię pręſtitę facit cedere contrarię iuris ciuilis prę
ſumptioni, ex quo ſequitur reum non ſine cauſa
onus probandi aſſumpſiſſe, quaſi harum difficulta-
tes non ignorarit.

Et ex his reformata ſententia D. Iudicis a quo
pro actore concluſum fuit aduerſus reum conuen-
23 tum, contra quem in caſu nõ factę reſtitutionis † iu
rari poſſe in litem credidimus l. ſi cui, §. fin. ubi Ca-
ſtren. & Doct. ff. locat. cum concordan. per Plot. de
in lit. iuran. §. 4. num. 84.

Nec obſtat Grat. conſ. 83. lib. 1. nam potius facit
pro nobis dum vult ibi proteſtationem fuiſſe fa-
ctam, præterea dicit ibi Grat. quod fuerat facta pro-
24 batio in contrarium, & erat † notoria probatio; quę
admittitur contra præſumptionem iuris, & de iure.
Rom. conſil. 350. num. 19. & ibi addent. ad Fel. d. c.
quanto, in 5. fallentia Grat. ibi, num. 4.

Quæ quidem noſtra ſentẽtia reddebatur verior,
quia in inſtrumento locationis aderat renunciatio
rei non traditæ, quam poſtea conductor opponere
non poteſt ſic expreſsè prohibente ſtatuto, lib. 2. c.
101. quod ſtatutum (vt obiter dicamus) dum lo-
quitur de exceptione dotis non traditæ, & genera-
liter de quacunque alia exceptione intelligi debet
25 † non procedere in muliere renunciante ſuæ hypo-
thecæ, quando non adſunt alia bona viri, ſuper qui-
bus recurrere poſſit. Pariſ. conſil. 75. num. 16. lib. 3.
Fulgoſ. conſil. 206. num. 2. Socin. conſi. 125. libro 4.
Rimin. conſ. 420. lib. 3. Rolan. conſil. 70. num. 1. &
ſeq. lib. 2.

ANNOTATIONES.

a Non tenetur. Materiam hanc latè declarat, ampliat, & limitat Alex. in l. filiofamil. §. ſi vir in quinquennium. ff. ſolut. matrim. Et quid in Eccleſia, Fiſco, minori, & alijs priuilegiatis, & quid in redimente rem ratione iuris congrui. Tiraq. de retract. conuent. §. 3. gl. vnic. nu. 13. & ſeq. lat iſſime Cœphal. conſ. 254. & 255. Quid in redimente rem venditam cum pacto de retrouendendo. Rolan. conſ. 49. nu. 2. & ſeq. lib. 2. Quid ſi fuit venditus fundus fructibus pendentibus, an emptor teneatur ſtare colono partiario, an vero fructus ſint integri emptoris. Roma. conſi. 309. per tot. Et ad materiam vide etiam Didac. a Couarru. variar. reſol. lib. 2. cap. 15. Quid interueniente iuramento cum hypotheca generali, deciſ. Pedemon. 156. Rolan. conſ. 6. lib. 1. & conſ. 62. num. 4. lib. 2. latiſſ. Neguſ. de pignor. 1. memb. 2. par. num. 6. vſque in finem.

b Poſſeſſionis translationem. Traditio poſſeſſionis an, & quando dicatur interueniſſe ſi adeſt ſcientia, & patientia venditoris, vel locatoris. Alex. conſ. 39. & conſi. 87. lib. 6. poſt Doc. in l. 2. C. de acq. poſſeſſ. Curt. iun. conſ. 244. num. 6. Quid per aſpectum Doctor. in l. 1. §. ſi iuſſerim vbi Iaſ. nu. 10. & Rip. num. 52. ff. eod.

c Non probante. Quid ſi actor ante terminum probatorium ſeipſum probando excluſerit, & reum iudicem conſtituerit in cauſa propria dicendo velle ſtare eius iuramento. vide Rip. in l. admonendi, num. 65. ff. de iureiur. diaſ io recollect. ad l. Qui accuſare. C. de eden.

d Patientiã præſtare. Vide Magn. inf. deciſ 69. nu. 4. vbi ſcripſi.

e Præſumptionem. Quæ ſit præſumptio iuris, & de iure. quæ præſumptio iuris, & quæ præſumptio hominis, vide per Bolognet. in l. 1. num. 35. verſ. quæ ſit præſumptio. ff. ſi cer. pet & melius Curt. iun. conſ 4. nu 15. & ſeq. vbi tradit quo modo præſumptio differat a fictione, & quæ probatio admittatur contra præſumptionem iuris, & de iure Curt. iun. conſ. 229. num. 64.

f Probare debet. Vt puta per tres teſtes idoneos, vel ſaltem per duos Excellentes Specul. in tit. de probat §. 1. verſic. fina. Alciat. de præſumptio. reg. 3. præſumpt. 7. num. 3. Cranet. conſil. 129. in fi. & conſ. 134. num. 10. Cœphal. qui alios allegat conſ. 340. num. 5. 369. num. 99. & conſ. 438. nu. 1. lib. 3. ac alibi ſæpe.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtituræ verba ſunt ſemper conſideranda.*

2 *Emphyteoſis Eccleſiaſtica conceſſa pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuum, an comprehendat hæredes extraneos, num. 11. & 15.*

3 *Verba vniuerſalia geminata aliquid operari debent. num. 16.*

4 *Dictio in perpetuum in emphyteoſi, an faciat comprehendi extraneos, num. 17.*

5 *Canon, & penſio vbi correſpondet fructibus, an faciat præſumere contractum locationis potius, quam emphyteoſis.*

6 *Auctoritas ſuperioris, an ſufficiat in emphyteoſi ſine alia ſolemnitate.*

7 *Emphyteoſis Eccleſiaſtica ex communi opin. non tranſit regulariter ad extraneos hæredes.*

8 *Emphyteoſis Eccleſiaſtica ſeu priuati, quæ ex pacto ad extraneos hæredes non tranſit, non confiſcatur.*

9 *Fiſcus loco extranei hæredis habetur.*

10 *Emphyteoſis non tranſibilis ad extraneos, non venit in reſtitutione fideicommiſſi extraneo facienda.*

11 *Emphyteoſis eccleſiaſtica recepta pro ſe, ſuis hæredibus, ſucceſſoribus in perpetuum non tranſit ad hæredes extraneos.*

12 *Etiam ſi ſit dictum pro quibuſcunque ſucceſſoribus.*

13 *Niſi expreſſè aliter ſit cautum, vel verbis idem importantibus.*

14 *Lex abhorret, quod res emphyteotica nũquam redeat ad Eccleſiam.*

15 *In materia tranſibili ad extraneos fit lata interpretatio verbi hæredis, vt comprehendat etiam extraneum.*

16 *Reuocatur in dubium Pariſij aſſertio.*

17 *Dictio in perpetuum declaratur reſpectu numeri hæredum in infinitum non autem reſpectu qualitatũ.*

18 *In claris non eſt opus coniecturis.*

19 *Inſtrumentum, quod non cantat, nec ego cantabo.*

20 *Locatio in pecunia penſionẽ recipit non in alia ſpecie.*

21 *Canon, quod non reſpondeat fructibus, debet allegari.*

22 *Vtilitas Eccleſiæ conſtare debet per publicum inſtrumentum.*

23 *Circa vtilitatem Eccleſiæ non creditur, nec quidem Papæ.*

24 *Tractatus alienationis rei Eccleſiaſticæ per publicum inſtrumentum ſpecialiter de eo factũ probari debet.*

25 *Nec ſufficit de eo mentionem fieri per relationem ad aliud inſtrumentum niſi producatur.*

ARGVMENTVM.

De emphyteoſi in perpetuum, &: An emphyteoſis Eccleſiaſtica tranſeat ad extraneos hæredes.

DECISIO XII.

QVIDAM Paulinus conduxit ab Eccleſia in emphyteoſim quędã bona ſtabilia pro ſe, ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus in perpetuũ & mortuus eſt relicto nepote ex filio, qui ſine hærede ſanguinis deceſſit extraneo hęrede relicto: dubitabatur inſtante rectore d. Eccleſiæ pro auocatione d. bonorum tanquam deuolutorũ, an extraneus diceretur comprehenſus in dicta inueſtitura, pro quo plura adducebantur, videlicet.

1 Primò, quod † verba inueſtiturę ſunt ſemper cõſideranda, c. 1. de duob. fratrib. a cap. inueſt. Rom. in conſ. 33. Alex. conſ. 24. lib. 4. Dec. conſilio 263. quæ
2 licet hic ſit facta pro hæredib. & verbum † hęres reſtringi debeat ad eos hæredes, qui ſuccedere poſſint in emphyteoſi Eccleſiaſtica, & ſic ad deſcendentes, l. ſi quando, in princ. C. de inoffic. teſta. Alex. conſil. 23. lib. 1. Tamen cum adſit verbum, & ſucceſſorib. & ſic geminata verba ſint communia & vniuerſa-
3 lia, debent etiam extranei comprehendi, ne † verba iſta ocioſè ac fruſtratoriè ſtent. Alex. conſ. 193. nu. 4. lib. 2. Curt. iun. conſi. 4. num. 9. Anchar. Regien. q. 13. num. 9. lib. 1. Socin. conſ. 266. num. 36. lib. 2. & Pariſ. conſ. 84. & 85. nu. 17. vbi de communi opin. teſtatur, lib. 4.

4 Secundò vigore illius dictionis † in perpetuum, quæ facit bona tranſire ad hæredes extraneos. Bal. in conſ. 373. lib. 4. Socin. conſil. 226. num. 57. lib. 2. vbi alios citat.

5 Tertiò cum canon † correſponderet fructibus, vi-
a debatur potius contractus locationis, a quam emphyteoſis. Ruin. conſ. 161. nu. 22. & ſeq. li. 1. Iaſ. Dec. in authen. qui rem. C. de ſacroſan. eccleſ. Cagno. in l. 2. num. 202. C. de reſcind. vend. Iul. Clar. in §. q. 1. circa fi. quæ locatio tranſit ad extraneos hæredes. Bald. in c. literæ, col. fi. de dilat. Rolan. conſi. 96. nu. 27. lib. 1. Quòd eo magis dicendũ erat in hoc caſu, quia emphyteoſis fuerat conceſſa in vtilitatem Eccleſiæ, & cum auctoritate Apoſtolica, vt apparet ex cõtractu per relationem petitorum factam de commiſſione Epiſcopi, ſeu eius Vicarij commiſſarij Apoſtolici vigore Bullæ a Siſto IIII. emanatæ. Ita quod ſtante di-
6 cta † auctoritate non erat opus alia ſolemnitate. Abb. conſ. 41. lib. 1. Ruin. conſ. 161. num. 26. lib. 1. vbi hoc confirmat per l. 2. C. quando decret. non eſt opus, & in conſ. 23. lib. 5.

Quibus tamen non obſtantibus diximus dicta bona ad Eccleſiam concedentem fore, & eſſe deuoluta excluſo d. hærede extraneo. Moti, quia emphyteoſis Eccleſiaſtica ſecundum magis cõem non tran-
7 ſit † ad extraneos b hęredes, §. emphyteoſim in au-
b then. de non alie. reb. eccl. Alex. conſ. 23. li. 1. & conſ. 9. lib. 2. Ruin. conſ. 158. & 163. nu. 2. lib. 1. Soc. iun. conſ. 71. lib. 1. Iul. Clar. in §. emphyt. q. 28. Rol. conſ. 96. nu. 4. lib. 1. vbi alios citat Rimin. iun. conſ. 44. nu. 3. & ſeq. & hinc dicunt Doct. quod emphyteoſis, & talia bona, quæ non ſunt tranſitoria ad hæredes extraneos ex pacto, ut in emphyteoſi priuati, quę pacto reſtringi poteſt, ne tranſeat ad extraneos, ſiue ex natura, & diſpoſitione legis, vt in emphyteoſi
8 † Eccleſiaſtica non veniunt in confiſcatione bono-
c rum, c quia Fiſcus † loco priuati, & extranei hære-
9 dis habetur: Bart. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalibus, de dam. infect. Alex. conſ. 23. lib. 1. Ruin. conſ. 127. num. 4. & 155. num. 10. & ſeq. libro 1. ubi declarat, quando tranſeant ad Fiſcum, & pari modo talia bo-
10 na non ueniunt † in reſtitutione fideicommiſſi extraneo facienda. Ruin. conſ. 161. nu. 6. & 8. li. 1. tradunt Doc. in l. ſi patroni. ff. ad Treb. vnde cũ iſte ſucceſſor eſſet, in nu. extraneorum hęredũ, non fuit in

dicta

Google

11 dicta inueſtitura comprehenſus, &c. & quod † talis
emphyteoſis, ſeu inueſtitura quę ſupra modo con-
cepta non tranſeat ad hæredes extraneos, tradit
Imol. in l. quod dicitur de verbor. obligat. Alexand.
in l. quædam, §. nihil. ff. de eden. Ruyn. d. conſil. 161.
num. 9. Dec. 171. col. fin. vbi reſpondet contrarijs.
Soc. qui contrarium conſuluit. in conſil. 166. lib. 2.
12 vbi num. 2. ampliat etiam ſi ſit dictum pro † qui-
buſcunque ſucceſſoribus, quia hæc verba debēt in-
telligi de habilibus. Dec. conſil. 208. num. 6. Sali. in
l. 2. q. 20. C. de iu. emphyteo. & licet Pariſ. conſil. 71.
num. 37. 38. & ſeq. li. 3. videatur tenere contrarium
d dicit tamen articulum eſſe dubium, d & quod opi-
nionem Imolę multi ſunt ſequuti, quam opi. Imò
nouiſſimè tenet Cęphal. conſ. 400. nu. 8. lib. 13. vbi
alios citat, & concludit ad extraneos hæredes nun-
13 quam tranſire † niſi ſit expreſſe cautum, vel verbis
idem importantibus veluti pro ſe, & quib. dederit,
vel pro hæredibus quibuſcunque, & hoc vltra debi
tas ſolemnitates requiſitas in alienatione, alias illis
ſolemnitatib. deficientibus, dicit omnes tenere nun
quā ad extraneos tranſire: quando vero interuene-
rūt, dicit articulum eſſe dubium, & propterea licet
eſſemus in dubio, in fauorem tamen Eccleſiæ eſſet
facienda interpretatio, ſicuti alias dicitur de maſcu-
lino, quod concipiat fœmininum, quod non habet
locum quādo fauore Eccleſię expedit, vt nō conci-
piat. Iaſ. in l. ſi quis, col. 5. ff. de iuris omn. iud. Cęph.
conſ. 11. num. 21. alias, nunquam rediret ad Eccle-
14 ſiam, quod lex † abhortet. Cęph. conſil. 400.

Non obſt. primum, quia id procedit ſi verſetur
in materia alias tranſibili ad extraneos hæredes, &
ſingulares ſucceſſores, & in qua poteſt fieri lata
15 † interpretatio, vt dicit Alexād. conſ. 193. nu. 2. li. 2.
Cur. Iun. conſil. 4. verſic. ſed iſta ratio. Nos autem
ſumus in materia ſtricta, & ad extraneos nō tran-
ſibili. Ruy. conſil. 117. lib. 1. Soc. conſil. 321. num.
18. lib. 1.

Et ad geminationem illorum verborum reſpon-
detur vnumquodq; operari, quia verbum hæredib.
intelligitur de hæredibus vniuerſalib. de iure ciui-
li, & verbum ſucceſſorib. verificatur in hęredib. vni
uerſalib. de iure pretorio. Imol. d. l. quod dicitur. Pi-
nell. in l. 2. num. 12. C. de bo. mat. Rim. Iun. conſil.
44. nu. 3. & ſeq. Vnde illa geminatio non erit fru-
ſtratoria, quidquid dicat Soc. d. conſ. 266. cuius opi.
communiter reprobatur, vt patet ex dictis per Ro-
land. conſil. 96. num. 8. lib. 1.

16 Verum quia † Pariſ. teſtatur contrariam opin. eſ
ſe communem, in conſil. 84. lib. 4. ideo in primis di-
citur Pariſij opinionem eſſe dubiam ex ſupradictis,
& per Cęphal. d. conſ. 400. Præterea, Pariſ. loquitur
quando adhibitæ fuerunt ſolemnitates, in quib. ter
minis loquitur etiam Soc. in d. conſil. 266. & ſic con
e ciliari e poſſet iſte ambiguus articulus: in caſu autē
iſto non conſtabat de vtilitate Eccleſiæ, & de ſolem
nitatibus.

17 Ad ſecundum dicitur, quod dictio † perpetuum
intelligitur infinitum quantum ad numerum hæ
redum, non autem reſpectu qualitatis hæredum,
ita vt comprehendantur extranei. Gozad. conſ. 39.
Roland. conſ. 96. num. 18. & ſequen. lib. 1. Cęph. d.
conſ. 400. nu. 22. vbi ita communiter teneri aſſerit.

Non obſt. tertium, quia cum haberemus verba
18 inſtrumenti clara † non erat diſputandum, l. ille aut
ille, §. cum his verbis, ff. de legat. 3. Nam contractus
talis præſumitur, qualis ex facie illius apparet. l. fi-
deiuſſores magiſtratuū, §. 1. ff. de fidicuſ. & quod nō
19 cantat † inſtrumentum, nec ego cantabo, dicit Bal.
in ca. per venerabilem de elect. & maximè, quia pa-
cta ſonant in emphyteoſim, cum canon ſoluendus
ſit frumento, quod non conuenit locationi, in qua
20 ſolutio † ſit in pecunia. f §. item quæritur inſt. loca.
f Rolan. d. cōſ. 96. nu. 43. li. 1. Pręterea difficultas ceſ
ſabat, quia non fuit probatū, nec allegatū in proceſ
ſu, quod canon nō reſpōdetur fructib. & hoc ſaltem
21 debuit † allegari, Alex. conſ. 94. nu. 10. lib. 2. Iaſ. in
l. a diuo pio. § ſi puer rebus, nu. 8. ff. de re iudic.

Nec obſt. dum dicebatur hanc emphyteoſim fuiſ
ſe conceſſam ad vtilitatem Eccleſiæ, quia id proce-
deret quando in totali alienatione interueniſſent
debitę ſolemnitates iuxta canō. ſine exceptione. in
caſu autē Ruy. ſupra allegato fuerat fabricatus pro
ceſſus coram D. commiſſario Apoſtolico, ex quo ap
parebat de vtilitate Eccleſiæ, & ſecuta fuerat decla
ratio ſuper vtilitate, quod etiā non ſufficit per tra-
dita per Abb. conſil. 41. lib. 1. vnde dicendum eſt,
22 † quod de hāc vtilitate conſtare debebat per pu-
23 blicum inſtrumentum, alioquin † nec ipſi Papę cre
ditur, quando dicit feciſse iuſta cauſa, quando do-
nat conſanguineis, Prępo. in cap. non licet Papæ 12.
q. 2. Rebuff. de alie. reb. Eccle. nu. 9. Redoa. de rebus
Eccleſię non alie. in rub. de cauſa vtilitatis, nu. 65.
ſicuti dicitur, quod inter alias ſolemnitates aliena-
tionis rei Eccleſiaſticæ requiritur tractatus, de quo
24 † conſtare debet publicum inſtrumentum ſpecia-
liter ad hoc tendens, alias inſtrumētum alienatio-
nis non probaret tractatum, ſi in eo diceretur habi
to colloquio, & tractatu, quia non eſset ad hoc fa-
ctum. Alexand. conſil. 17. lib. 4. ſidem. de ſent. conſ.
243. Anchar. reg. quęſt. 52. num. 9. lib. 2. idem ſi di-
ceretur habito tractatu, & conſenſu capituli, vt pa-
25 tet per inſtrumentū manu talis notarij, quia † ne-
ceſse eſt inſtrumētum relatum exhibeatur, Auth.
ſi quis in aliquo. C. de eden. Barba. conſil. 40. lib. 1.
Rebuff. vbi ſupra, nu. 12. in caſu autem noſtro licet
diceretur cedere in vtilitatem Eccleſię propter rela
tionem peritorum factam: hoc tamen non conſta-
bat, debebat enim apparere per publicū inſtrumen
tum, vel ſaltem exhiberi relatio, de qua fiebat men
tio, quia in hoc non erat notario, vel commiſſario,
credendum per ſupradicta, &c.

ANNOTATIONES.

a Locationis. Quoties tractatur de emphyteoſi Eccle an tran-
ſeat ad hæredes, & dubitatur, an ſit emphyteoſis, vel loca-
tio, attenditur reſponſio penſionis, quia ſi penſio eſt modi
ca, iudicatur emphyteoſis, ſi vero fructibus correſpōderet
erit locatio, & conſequenter ſine ſcrupulo trāſitoria ad hę-
redes extraneos: eſt communis opinion. per Rolan. d. con
ſil. 96. num. 15. lib. 1. Et ita opiniones conciliari dixit Bal.
in cap. literæ, colum. 3. de dilation. Cagnol. in l. 2. nu. 102.
cum ſeq. C. de reſcinden. vend. Cęphal. conſ. 7. nu. 12. & Ia-
ſiſ. Fran. Bec. qui loquitur de cōceſſione rei Eccl. in per-
petuum, vt in caſu iſto, conſilio 3. num. 24. lib. 1. vbi etiam
poſt Ruyn. Bald. & alios firmat, quod in dubio cēſendū eſt

Digitized by Google

locatio potiuſquam emphyteoſis. Idem Rim. in. iun. lanſ. conſil. 160 nu. 11. quo loci eum Ruyn dicit neminem in uenin, qui huic opinioni contradicat, & licet Natt. conſil. 114. num. 4. dicat expreſſè contrarium, tamen cum com muni reſidet conſil. 49. num. 9.

b Extraneos. Mantic. de coniect. vltim. vol. lib. 7. tit. 9. numero 7. vſque in finem dicit articulum diſputabilem, & hinc inde extare communem opinionem, ſed de magis cõmuni pro D. Authore teſtatur Rimin. iun conſil. 100 num. 1. & ſeq. de qua ſimiliter teſtatur, dicet etiam; ita de conſuetudine ſeruari D. Thob. Nom. præceptor meus, conſil. 2. nu. 30. cum late adductis per eum.

c In confiſcatione bonorum. Late Clar. in §. emphyteoſis q. 19. ſed aduerte quod quatenus Clar. ibi in verſ. Tu dic. in fine atteſtatur ſecundum aliquos eſſe magis receptam opinionem, quod emphyteoſis Eccl. tranſeat in Fiſcum, ſed eſſe in arbitrio. Eccl. an velit rem a Fiſco auferre, vel illi dimittere, & allegat Ruyn. conſil. 23. nu. 33. lib. 5. Vtique Ruy. ibi dicit totum oppoſitum videlicet, quod ſimpliciter non tranſeat in Fiſcum, bene declarat quando tranſeat in Fiſcum, quando in Eccl. & quando in deſcendentes. vt eſt etiam videre apud eundem Ruyn. in conſilijs in decis. allegatis. Et quod non tranſeat in Fiſcum eſt magis communis opin. Rolan. conſil. 90. num. 9 lib. 1. Quod procedit etiam reſpectu vtilis dominij Ioan. Bapt. Flor. conſil. 130. num. 66. inter conſil. Crimin. vol. 1. Et ita pluries obtinui in facto. Quid de commoditate in vita emphyteotę condemnati vide Hell. in tract. bannit. prima par. 2. temper. quæſt. 24. Sed vide Bald. declarantem in l. ſi quis presbyter, num. 1. C. de epiſco & cler. Quid de fructibus. Ruyn. allegato hic conſil 117. lib 1. in fine.

d Eſſe dubium. Addentes ad Alex. conſil. 189 num. 15. lib. 1 & Becci. d. conſil. 3. num. 17. & ſeq. late proſequuntur quod uera eſt concluſio emphyteoſim eccleſiæ non tranſire ad extraneos hæredes, vt ſupra dixi; ſed illam limitant quoties fuerint ſeruatę debitæ ſolẽnitates; & licet Clar. § emphyteoſis quæſt. 28. verſ. tertius caſus dicat in fine ſe non diſcedere a communi, nihilominus admiratur de Doctoribus dictam communem firmantibus ſi debite fuerint ſolemnitates ſeruatæ, dicens in puncto iuris eſſe veriorem ad extraneos tranſire. Videndus eſt tamen Didac. u Couvatiar. reſolut. lib. 2. cap. 17. num. 5. verſ. 4 concluſio. Riminal. iun. conſil. 160. num. 13. & ante nu. 3. & ſeq. declarat quomodo accipiantur verba, pro ſe & hæredibus, & ſucceſſoribus.

e Conciliari. Poſſet etiam concordari articulus iſte, quod ſtantibus dictis verbis geminatis emphyteoſis ad extraneos hæredes tranſire poſſit, ſi ſubſit etiam aliqua leuis coniectura, per quam poſſit colligi concedentem. ita voluiſſe, quarum coniecturarum multas ponit Cephal. conſ. 9. nu. 13. li. 1. iuxta notata in cap. conſtitutus de religioſ. domib. & Bero. q. 14. num. 3. & 4.

f In pecunia. Hæc ratio firmat hanc diuiſionem, vt propterea hic cõtractus ſit emphyteoticus, non autem locatio, cuius merces proprie eſt in pecunia, lal. in addit. ad Port. in d. §. item quæritur num 5. Inſtit. locat. ſi enim in caſu reſponſio fuiſſet in pecunia, & fructibus correſpectiua vtique cõtrarium veniſſet iudicandum per ſupradicta. Nec releuaſſet quod hic D. meus dicit contractum talem præſumi qualis ex eius facie apparet, iſtud enim latiſſime remouet Rolan. d. conſil. 66. nu. 38. & reddit animum quietum, vide infra deciſ. 14. num. 5.

SVMMARIVM.

1 *Aetas dicitur eſſe quoddam ſubſtantiale in homine, ſecundum quam quis prædicatur ſcire, & alia facere.*
2 *Aetas eſt multiplicis gradus.*
3 *Adoleſcentia vſque ad 25. annum ſeſe extendit.*
4 *Aetas minor 25. annorum multis priuilegijs dotatur.*
5 *Aetatis venia abbreuiatio, ſeu ſupplementum an a ſolo Principe concedi poſſit.*
6 *Aetatis venia ſeu ſupplementum quomodo concedatur & eius praxis.*
7 *Aetas ex fide baptiſmatis probatur.*
8 *Confeſſio procuratoris, tutoris, & ſimilium nocet domino, & pupillo.*
9 *In confeſſum nullæ ſunt partes iudicis, quam condemnare.*
10 *Minor factus maior ratificando geſta in minori ætate, rata habere debet.*
11 *Titulus; C. ſi maior fac. rem. rat. hab. & tit: C. ſi maior fac. alienat. longe differunt inter ſe.*
12 *Facta non præſumuntur.*
13 *Venia ætatis ſingulariter conceſſa banniri debet per proclama.*
14 *Nemo cum aliena iactura locupletari debet.*
15 *Et hoc ex officio iudex prouidere debet.*
16 *Nulla nec naturalis nec ciuilis oritur obligatio ex contractu, cui lex reſiſtit.*
17 *Obligatio dicitur eſſe mater actionis perſonalis natiua, non autem realis datiua.*
18 *Sine actione nemo experitur.*
19 *Iuramento per indirectum a ſtatutis laicorum derogari poteſt.*
20 *Maxime ſuper actu temporalis diſponendo.*
21 *Veritas non mutatur per noſtrum affirmare, vel negare.*
22 *Debitor dicitur is a quo inuito exigi poteſt.*
23 *Legitimum quid eſſe dicatur.*
24 *Confeſſio impoſſibilis confitenti non nocet.*
25 *Procurator non poteſt remittere exceptionem peremptoriam ſuo principali competentem.*
26 *Confeſſio eſt ſpecies donationis, & qui non poteſt donare, nec confiteri.*
27 *Confiteri qui non poteſt de aliquo actu, de quo liberé diſponere non poſſit.*
28 *Ratificatio actus nulli eſt quædam noua celebratio.*
29 *Contrahens cum minore ſine ſolemnitatibus dicitur eſſe in dolo.*
30 *Geſta cum minore mala fide non ratificantur etiam & effecto maiore.*
31 *Locupletari in dubio quis non præſumitur.*
32 *Locupletatio, & ditatio quomodo probetur.*
33 *Veritas ſine ſolemnitate ſtare non poteſt.*
34 *Procuratoris reſponſio ad poſitiones non nocet principali ſi non habet ad id ſpeciali mandatum.*
35 *Confeſſio ſimpliciter facta ad poſitiones aduerſarij ſolum factum reſpicit, non qualitates facti.*
36 *Non expedit ſemper geſta cum minore reſcindere.*
37 *Mutuans, vel dans notoriè conſumpturo, & diſſipaturo arguendus eſt.*

ARGVMENTVM.

Aetatis 25. annorum ſupplementum per quos fieri poſſit.

Actus geſtus cum minore ſine ſolemnitate nec ciuilem nec naturalem obligationem parit.

Confeſſio procuratoris quando noceat Domino.

DE-

DECISIO XIII.

1 HOMINIS † ætas quoddam eſſe ſubſtantiale dicitur in eius perſona ſecundum quam quis prædicatur ſcire, & alia facere, l. ſi infanti, C. de iure delib. tradit Lucas de Pen. in l. 1. colum. 5. in fi. C. de priuileg. eorum lib. 12.

2 Eſt autem ætas † multiplicis gradus, vt per Doc. in d. l. ſi infanti, & in rub. extra de delic. puero. Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. C. qui ęta. lib. 10. Caſſan. in conſuet. Burg. tit. des enfans. Rubr. 6. §. 4. nu. 15. & ſeq. Rebuff. in l. pueri appellatio, in fi. ff. de verb. ſignif.

Et quantum attinet ad propoſitam facti ſpeciem
3 extat † adoleſcentiæ gradus a quæ durat vſque ad
a 25. b annum l. 1. ff. de mino. † quæ propter fragile,
b & infirmum minorum conſilium multis priuilegijs
4 dotatur, quorũ vſu frequentiora recenſet Rebuff. ſuper conſtit. regni. de reſtit. art. 1. glo. 3.

5 Cuius quidem 25. ann. ætatis † ſupplementum, ſeu veniam non niſi ab abſoluto Principe ſuperiorem non recognoſcente concedi poſſe, inquit Caſtren. in l. 1. C. de his qui veni. æta. impe. dicens non valere ſtatutum diſponens quod maior 18. & 20. anno. habeatur pro maiori 25. licet contrarium, & forte melius firmet. Salic. loquens de ſtatuto Piſtorienſi in l. 2. C. eod. tit. diſtinguendo inter ſingularem veniæ conceſſionem, & vniuerſalem, vt ibi per eum quod ſine dubio procedit in omnibus, præterquam in alienatione bonorum immobiliũ quæ ſine ſolemnitate fieri non poteſt, etiam quod quis ſit in ætatis venia diſpenſatus. Rolan. conſ. 7. quando, num. 17. lib. 3. vbi alios allegat. & per Corne. in conſ. 8. lib. 3.

6 Praxim autem † ſingulariter eam concedendi ponit Rebuff. de regeſt. baptiſma. art. 1. glo. 1. num. 33. & ſeq.

Stante igitur ſtatuto Lucano libro 2. cap. 58. de ætate legitima quo diſponitur quod minor completo 18. anno. in omnibus pro maiori habeatur niſi ex prouidentia teſtatoris vlteriori tempore ſub cura, vel tutela ſupponatur, dummodo prouiſio non excedat 25. annum ſtante etiam alio ſtatuto eod. lib. 2. cap. 44. in fi. quod geſta per minores habentes, vel non habentes tutores, & curatores ſine eorum auctoritate non valeant.

Reuocabatur in dubium quædã obligatio Spect. Nicolai Pacini ex teſtamento paterno vſque ad 25. annum in cura, & tutela ſuppoſiti, quidum eſſet minor 18. notabile æs alienum contraxit cum Spec. Ioſepho Pardino mercatore Lucenſi ex cauſa merciũ ab eius apotheca receptarum, & conſtabat priuata ſcriptura d. Nicolai, & ex libris dicti Ioſephi.

Cuius debiti occaſione in ius vocatus a d. Pardino, mediante procuratore ſeſe minoris ætatis clipeo
7 defendebat, quam ex † fide baptiſmatis c probare co-
c nabatur d ſecundum nota. per Bart. & Bald. in l. 2.
d §. ætas, ff. de excuſat. tuto. Boer. deciſ. 105. num. 11 Rebuff. de regeſt. baptiſ. art. 1. gloſ. 1. num. 12.

Cumque pro parte actoris ad ſuam intentionem probandum fuerint factę poſitiones, quibus dicebatur dictum Pacinum eſſe verum, & legitimum debitorem in ſumma petita occaſione, & cauſa de qua in apocha, & libris prædictis, quibus procurator Pacini reſpondendo dixit ſe credere contenta in articulis eſſe vera, prout in d. libris, & apocha continetur. Quærebatur an dictus Pacinus condemnari potuerit prout fieri potuiſſe ex pluribus videbatur videlicet.

8 Primò, quia clara eſt iuris concluſio, quod † confeſſio procuratoris, curatoris, tutoris, Sindici, & ſimilium nocet domino, pupillo, adulto, & vniuerſitati. Bart. in l. certum, §. ſed an ipſos. ff. de confeſſ. & in l. nõ ſolum. in prin. ff. de procur. cum concordantibus per Rolan. a Valle, in conſ. 70. quoniam, nu. 3. lib. 1, & eſt de mente ſtatuti, lib. 1. cap. 25. in fi. tradit Menoch. in conſ. 31. grauis eſt, nu. 35.

8 In † cõfeſſum vero nullę aliæ partes iudicis ſunt, quam in cõdemnando, l. proinde. in fi. ff. ad l. Aquil. Marſil. in ſing. 101.

Secundò, quia confeſſio eſt facta a procuratore poſt completum 18. annum ſui principalis, & ſic eo facto maiore ſecundum mores ciuitatis Lucenſis, ex
10 quo ſequitur, quod † ratificando ea, quæ in minori ætate geſta ſunt, rata manere debent, & firma toto tit. C. ſi maior fac. rem ratam habu. & l. ſi. C. ſi maior factus alienatio. cum concordantibus per Ant. Gab. lib. 2. de minore concl. 4. num. 1.

11 Qui † quidem titulã ſub eadem ferè formula cõcepti, & ſi idem diſponere videantur inter ſe tamen
e differre e nouiſſimę declarat Octaui. Simoncel. in tracta. de decre. lib. 3. tit. 9. in princ.

Neq; obſtare videbatur illa prorogatio minoris ætatis ex teſtatoris prouidentia ad 25. annum facta, quia ſtante legitima ætate 18. anno. a ſtatuto inducta, iſta accidentalis extenſio a teſtatore ordinata
12 tanquam, quid facti † non cadit in ordinaria hominum præſumptione, l. in bello, §. facta, ff. de capti. & poſtlim. reuer. & non ligat ignorantes, & ideo ad ſi-
13 militudinem veniæ ætatis † ſingulariter conceſſæ per proclamata publicari debuiſſet, ut omnibus innoteſceret ſecundum Caſtr. in d. l. 1. C. de his, qui veni. æta. impe. ne is, qui ſub auctoritate legis, vel principis reſcripto confiſus contrahit, decipiatur.

Tertiò, quia nõ erat dubium de receptione mercium, & contra naturam erat permittere hunc cum
14 aliena † iactura locupletari, l. nam natura, ff. de cõdit. in d. Afflic. deciſ. 270. num. 3. & 304. nu. 4. Bero. q. 19. Menoch. de recup. poſſeſſ. 15. remed. num. 507.
15 Natta, conſ. 305. num. 2. optimum. † Et boni iudicis eſt etiam ex officio prouidere, ne quis lucretur, cum alieno damno, vbi ſtricto iure deficit actio, aut exceptio l. planè. & l. ſi. ff. de pet. hæred. Natta, conſ. 171. præſens, nu. 13.

In cõtrariũ allegabatur ſtatutum 44. & 58. lib. 2. per quæ decidebatur pręſens quæſtio. Nam cum lex municipalis expreſsè reſiſtat geſtis per minorẽ ſine ſolemnitate, eaq; ipſo iure improbet, non poteſt dici Pardinũ recte egiſſe contra Pacinũ vigore aſſertæ
16 obligationis, & promiſſionis. Legis † eium reſiſten-

tia impedit ortum ciuilis & naturalis obligationis,
vt not. Bart. in l. cum lex, ff. de fideiuſſ. & in l. ſi non
ſortē, in prin. ff. de condi. indeb. & in l. 1. ff. de noua.
licet quoad natiuitatē naturalis aliter ſenſerit Dec.
in l. pacta quæ contra. C. de pact. nu. 3. quem ibi re-
prehendunt addentes de quo latè Vaſqui. de ſucceſ
ſio. crea. §. 30. ſub nu. 8. cum multis ſeq. & in termi-
nis ſtatuti. Cępha. conſ. 437. egregius nu. 22. & ſeq.

Si igitur nulla orta eſt obligatio, ergo nec actio
17 quia obligatio eſt † mater actionis perſonalis nati-
uæ non autem realis datiuæ, l. licet, §. 1. ff. de proc.
18 tradit Iaſ. inſt. de act. in princ. nu. 5. & 21. ergo † ſine
f actione ᶠ experiri non potuit. Pacinus, l. ſi pupilli, §.
videamus, ff. de neg. geſt. Crauet. conſ. 191. in cauſa
nu. 1. Ant. Gab. lib. 2. concl. 8. de ſent.

Quæ nedum procedunt in ſimplici promiſſione
minoris, ſed etiam in iurata vigore alterius ſtatuti
eod. lib. 2. cap. 43. vbi ſtatutum fingit iuramentum
minoris fictum, ſimulatum vi, dolo meruque extor
tum & apud noſtros Doctores non eſt improbatum
19 quod † ſtatuta per indirectum poſſint ſuper iura-
mento diſponere, vt de communi opi. teſtatur, Rui.
conſ. 51. primo videndum num. 8. & num. 23. lib. 1.
20 Maxime † ſi fingit ſtatutum ſuper actu temporali,
non autem ſpirituali, vt per Ruin. conſ. 95. in quæ-
ſtione num. 9. lib. 5. quicquid aliter dixerunt Doct.
in auth. ſacramenta pub. C. ſi aduerſ. vendit.

Non obſtat primum de confeſſione procurato-
ris, nam dato quod procurator reſpondendo poſi-
tionibus faſſus ſit ſuum principalem eſſe debitorē
Pardini in ſumma petita iſtud ei non obeſſet, quia
hæc confeſſio repugnat rei euidētiæ & veritati quę
21 † ex noſtro affirmare vel negare non mutatur. ᵍ l.
g illicitas, §. veritas, ff. de offic. præſid. & not. Luc. de
Pen. in l. ſi quis vel ex maiore, C. de municip. lib. 10.
& ideo non attendenda Parſ. conſil. 89. Rationes,
num. 24. lib. 1.

Nam Pacinus nedum eſt nec fuit legitimus de-
bitor actoris propter defectum ortus vtriuſq; obli-
gationis vt dictum eſt, ſed nequidem debitor dici
22 poteſt † cum ab eo inuito quicquam exigi non poſ
ſit, l. debitor & ibi Rebuff. ponit requiſita ad eſſen-
tiam debitoris, ff. de verb. ſignif.

23 Legitimum vero † id eſſe dicitur quod a lege non
prohibetur, vel a lege inuentum, vt nota Dec. in l.
actus legitimi, ff. de reg. iur. latè Rebuff. in l. lege ob-
uenire, ff. de verb. ſignif.

24 Erat etiam hæc confeſſio † impoſſibilis ipſi con-
fitenti, quippe cū in eius poteſtate non eſſet de non
debitore, debitorem facere ſuum principalem cum
ad hoc nō haberet mandatum, arg. not. per Bero. in
conſil. 122. tempore nu. 12. lib. 1. Roma. conſi. 160.
nu. 4. Aret. conſ. 13. in fi. Abb. in cap. ex literis extra
de dicenti.

Immo procurator iſte ſic confitendo videtur re-
mittere ius ſui principalis, ideſt peremptoriam ex-
25 ceptionem † quod facere non poteſt ſecūdum Dec.
in conſ. 402. num. 9. Calca. conſ. 25. & 1. nu. 15. quod
quidem aliud non eſſet quam quædam donatio iu-
rium quę procuratoribus & adminiſtratoribus alie-
norum negociorum non permittitur vt terminis
concludit Menoch. in conſilio 31. num. 39. ſupra
citato.

26 Et qui † non poteſt donare nec confitēri cū con-
feſſio vim habere donationis dicatur Tiraquell. ad
ll. connubia, glo. 5. num. 114. Nequis enim is de ali-
27 quo actu † confiteri qui de illo diſponere minime
valet Natta conſ. 473. quædam nu. 24. parui etiam
refert ratihabitio geſtorum in minori ętate ab effe-
cto maiore.

Quia id in facto non ſubſiſtit cum adhuc duret
minor ætas ex prouidentia teſtatoris ab ipſo actore
28 non ignorata nec in iure procedit, quia † cum iſta
ratificatio actus nulli eſſet quędam celebratio noui
actus, l. aſſe toto, ff. de hæred. inſtit. debuiſſet fieri
cum eadem ſolemnitate qua celebratur actus & ſic
mediantibus ſolemnitatibus requiſitis a ſtatuto, vt
reſpondit Soc. in conſ. 92. in cauſa, nu. 11. lib. 3. Cal-
cane. conſ. 57. in cauſa, nu. 6.

Præterea cum Pardinus geſſiſſet actum obliga-
29 torium cum Pacino minore ſine ſolemnitate † dici-
tur eſſe in dolo & mala fide, ca. qui contra, vbi Din.
de reg. iu. inter Boer. deciſ. 1. nu. 54. Soc. iun. conſil.
69. pro dilucidatione, num. 45. lib. 2. vbi etiam dicit
hanc eſſe iuris & de iure pręſumptionem quę con-
trarias probationes non recipit. Rolan. a Valle con-
ſil. 18. in præſenti, nu. 85. lib. 2. quod etiam procedit
in contrahente cum tutore abſque eo quod ſibi fa-
ciat exhibere tutelam, vt poſt relatos tradit Brogn.
in tracta. de tutor. & curat. nūmero 35. car. 26. Sed
30 † geſta dolo & mala fide cum minore non ratifican-
tur etiam a facto maiore. Ruin. conſil. 41. de duob.
nu. 51. lib. 1. Ant. Gabr. d. concluſ. 4. nu. 8. & nu. 13.
Menoch. conſ. 29. non parum, num. 45. & de recup.
poſſeſſ. 15. remed. nu. 183.

Et ita inter alios modos limitatur, l. fin. C. ſi ma-
ior fact. alienat. tradit Octa. Simoncel. de decr. tit. 9
ſecundo caſu, ſecundæ inſpectio. nu. 41. & ſeq.

Non obſtat tertium de non locupletando cum
aliena iactura, quia non conſtitit minorem inde lo-
cupletatum, prout conſtare debebat per allegan-
31 tem, cum in † dubio quis non præſumatur locuples
factus ſecundum magis communem opin. de qua te
ſtatur Menoc. de recuper. poſſeſſ. 14. remed. nu. 586.
& in minore quod non præſumatur locupletatus
expreſſè, notat Imolen. lib. 3. conclu. reg. 12. Rimin.
iun. conſilio 5. agunt numero 76. Brogni. de tutor.
& curat. numero 124. car. 129. quidquid dixerit Pi-
le. quæſt. 118.

32 Quomodo † autem quiſque locupletatus in rem
vertiſſe præſumatur, & probetur remiſſiue. Couar.
varia. reſolut. lib. 2. cap. 17. num. 3. verſ. qualiter ple-
nè Franc. Becci. conſ. 95. cum executio, col. pen. nu.
26. Rebuff. in l. quos nos hoſtes, §. locuples, ff. de ver-
bor. ſignif. car. 1020.

In conflictu opinionum dicebam concluden-
dum eſſe contra actorem pro Pacino non obſtan-
te confeſſione prædicta ſui procuratoris quę vltra
iam allegata non nocet ex alio, quia non ſimplici-
ter credidit poſitiones aduerſarij veras, ſed relati-
uæ prout in apocha & partitis & nō aliter nec alio
modo.

Vnde

Digitized by Google

Vnde ſi quis confitetur prout in tali inſtrumento, tenet enim talis relatiua reſponſio ad poſitiones data. Miſinge.obſerua.86.cent.1.& in eo nihil effectualiter contineatur ex defectu ſolemnitatis;
33 vt hic talis confeſſio non nocet, quia † veritas ſine ſollemnitate ſtare non poterat, & ideò annullata apocha, vel inſtrumento ad quam, vel ad quod fit relatio, confeſſio non præiudicat prout hæc, & alia plurá ex mente Caſtren. Roma. & Soc. in terminis ponderat, & firmat Menoch. conſ.80. plura efficiunt, num.80. cum multis ſeq. qui etiam ſub nu.
34 64. dicit † procuratoris confeſſionem ad poſitiones aduerſarij non nocere principali, niſi ad id habeat ſpeciale mandatum ex not. per Soc. conſ.55. præſtantiſſime, col.fi. verſ. primo licet, lib.1. Neuiz. conſ.7. omnipotens Deus, num.12.

35 Immo † ſi ſimpliciter confeſſus fuiſſet contenta in d. poſitionibus vera eſſe, talis confeſſio reſpiceret ſolum factum non autem facti qualitatem, vt pro notabili tradit Imo. in l. ſi dubitetur. in fi. prin. ff. de fideiuſſor.

Et quamuis non ſemper ea, quæ cum minoribus
36 geruntur reſcindenda ſint; ſed † ad bonum, & æquum redigere oportet, ne magno incommodo huius ætatis homines afficiantur nemine cum his contrahente, & quaſi commercio priuati eſſet. l. quod ſi minor, §. 1. ff. de minori.

Tamen huic mercatori fauere non potuimus;
37 qui nimis † ſupine (ne dicamus doloſe) attenta diuerſarum mercium ſatis notabili copia, tam breui tempore a minore recepta, & ab eo minori credita, ſe ſe notoriè diſſipaturo, & conſumpturo credere non proſpexit arg. l. ſi quis cum ſciret, ff. de vſuc. pro empto. & d. l. quod ſi minor, ff fi. de minoribus, & per Zaſi. lib. antiq. col.4. Rip. in l. is cui bonis, nu. 21. de verbor. obligat. & in l. ſi is, qui bona, num. 32. ff. de pignor. Felyn. in cap. paſtoralis, numero 4. de iudic.

ANNOTATIONES.

a Adoleſcentiæ gradus. Eſt verum ſecundum Iuriſconſultos, vt refert Alciat. in l. pueri, nu. 10. ff. de verb. ſignifi. a principio eius legis vſque in finē differit ætatis diuiſiones ſecundum varias opiniones hominum, ſed melius, & latius, vide Menoch. de arbitrat. caſ. 57. lib. 2. per tot.

b 25. annum. Hæc eſt ætas vere legitima, vnde ſi teſtator dixerit in ſuo teſtamento faciendo mentionem, de ætate legitima, verba eius debent intelligi de legitima ætate naturali 25. annorum, non autē de legitima ætate ciuili, quæ fit per conceſſionē veniæ ætatis tex. eſt rotūdus, l. fi. C. de his, qui ven. ætat. impetra. tradit Cur. iun. conſ. 247. nu. 3. Inferent per iſtum tex. quod vbi fit mencio de legitimo matrimonio intelligi debet de vero, & naturali, non autē putatiuo.

c Fide baptiſmatis. Aetas eſt difficilis probationis, ideo probatur, & matris, & conſanguineorum teſtimonio. Cephal. conſ 335. num. 20. lib. 3. & conſ. 446. num. 41. lib. 4. Item, ex libro patris Cur. iun. conſ. 158. num 8. And. de Alferijs conſ. 38. nu. 24. item hoc libro baptiſmi Verall. deciſ. 314. num. 1. par. 2. & late Menoc. de arbitrar. caſ. 116. num. 2. & ſeq. item, & ex aſpectu, quod multum relinquitur arbitrio iudicis, qui in hoc præclare inſtruitur a Menoch. loco preſit. caſ. 117. num. 1. vſq; in fi. & vide Magon. inf. deciſ. 68. num. 7. vbi etiam ſcripſi.

d Probare conabatur. Aetatem enim allegans tam agendo, quam excipiendo illam probare debet. Natt. conſil. 249. num. 1. & conſ. 385. nu. 6. Cæphal. conſ. 156. num. 64. li. 2. Rimin. iun. conſ. 50. num. 84. & conſ. 147. num. 35.

e Differre. Differentiam titulorum, C. ſi maio. fact. in lib. 2. & in lib 5. ne iuriſconſulti redarguantur de ſuperfluitate, vide apud Alb. conſ. 13. nu. 20 expreſſius per Cephal. conſ. 51. nu. 16. lib. 1. & latius per Menoc. recup. poſſ. remed. 15. nu. 108. & quæ dixi in recollectis ad præfatum. tit. lib. 2. C.

f Sine actione. Vide ſupra deciſ. 8 nu. 16. vbi ſcripſi.

g Non mutatur. Veritas propter noſtrum affirmare, vel negare non alteratur eſt tex. ad literam in l. aſſumptio. ff. ad munici. & de incol.

SVMMARIVM.

1 *Præſationes dant nomen contractui, num. 35.*
2 *Nemo plus iuris in alium trāsfert, quam ipſe habeat.*
3 *Verbum heres interpretatur pro deſcendentibus maſculis ſecundum ſubiectam materiam, & num. 6.*
4 *Verba interpretantur ſecundum mentem proferentis, & ſecundum ſubiectam materiam etiam ſi illa impropriari contingat.*
5 *Vendere pro locare accipitur ſecundum ſubiectam materiam.*
6 *Verbum hæres pro deſcendentibus maſculis.*
7 *Verba propter adiunctum mutant quandoque ſuam naturam.*
8 *Verba non poſſunt mutare veritatem eius de quo agitur.*
9 *Interpretatio eſt facienda pro validitate actus.*
10 *Solitum cōcedi in emphyteoſim, quod dicatur, nu. 29.*
11 *Emphyteoſis vltra ſolitum conceſſa non valet.*
12 *Emphyteoſis dicitur non habere determinatam naturam.*
13 *Sed eam, quam partes paciſcendo imponunt.*
14 *Generi per ſpeciem derogatur.*
15 *Renouatio emphyteoſis dicitur fieri ſecundum naturam primæ conceſſionis, niſi actum ſit, quod prima mutetur, & alteretur, nu. 40.*
16 *In renouatione emphyteoſis videntur repetita repetenda.*
17 *Renouatio emphyteoſis dicitur facta cum ſua cauſa.*
18 *Verba intelligenda ſunt ſecundum naturam præcedentis contractus.*
19 *Hæres verbum hoc pro liberis accipitur quandoque.*
20 *Succeſſoris verbum per maſculis accipi.*
21 *Conſenſus domini directi in alienatione emphyteoſis requiritur per modum confirmationis, vt valeat.*
22 *Confirmationis natura eſt addere robur confirmato, non autem illud extendere ad non contenta in confirmato, num. 43.*
23 *Dominus directus conſentiens alienationi rei emphyteotica non intelligitur conſentire niſi vt ſit penes emptorem eo modo, & tempore quo erat penes venditorem, & futurum fuiſſet apud eundem, nu. 24.*
24 *Emphyteoſis intelligitur vendita ſecundum naturam ſuam.*
25 *Ex perſona ſucceſſoris non mutatur conditio, & obligationis natura.*
26 *Subrogatio intelligitur facta cum eiſdem qualitatibus primordialis actus.*
27 *Cald. conſilium 11. de feud. examinatur.*
28 *Emphyteoſis in plus conceſſa in renouatione, reſtringitur ad primam conceſſionem, num. 40.*
29 *Solitum verificatur in vna vice.*

30. *Acci-*

Digitized by Google

30 *Accidentalis alteratio non vitiat, nu. 39.*
31 *Nullitatis exceptio nõ allegatur ab eo, qui cauſa fuit nullitatis nec ab eius ſucceſſore.*
32 *Solemnitates omnes interueniſſe credendum eſt ſtante lapſu 60. annorum.*
33 *Sollemnitas præſumitur interueniſſe curſu temporis quando in inſtrumento enunciatur.*
Secus ſi nihil eſt dictum.
34 *Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti.*
35 *In claris non eſt opus præſumptionibus.*
36 *A proprietate verborum non eſt recedendum.*
37 *Succeſſorum appellatione veniunt etiam fœminæ, num. 41.*
38 *Emphyteoſis de ſui natura ad fœminas eſt tranſibilis.*
39 *Alteratio accidentalis non vitiat.*
40 *Per appoſitionem nouæ qualitatis dicitur noua conceſſio.*
41 *Succeſſorum appellatione nõ de maſculis tantum intelligi, ſed de fœminis quoque.*
42 *Confirmatio ex certa ſcientia, quod nullum eſt, conualidat.*
44 *In renouatione emphyteoſis, vbi liberatur primus emphyteota a ſolutione canonis, & recipitur promiſſio a ſecundo, dicitur facta renouatio, & noua generatio incipit a ſecundo.*

ARGVMENTVM.

Verbum hæres in inueſtitura emphyteoſis, quomodo accipiatur.
Renouatio emphyteoſis, quomodo intelligatur facta cum ſua cauſa, & an ſecundum naturam primæ conceſſionis.

DECISIO XIIII.

DE anno 1488. fuerunt conceſſa in emphyteoſim ab eccleſia quędam bona ſtabilia cuidam Silueſtro Tamperino conducenti pro ſe, filijs, & deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus vſq; in quartã generationẽ.

Tractu temporis cum conſenſu Rectoris eccleſiæ, Sylueſter vendidit ius emphyteoticum, & ſua melioramenta Ioanni Iacobi ſtipulanti pro ſe, & eius hæredibus, & ſucceſſoribus. Qui mortuus eſt relictis Paulo, & Peregrino, & Bartholomæo filijs legitimis, & naturalibus, & facta diuiſione inter eos prædicta bona fuerunt data in portionem Peregrino, qui ſine maſculis obijt relicta tantũ filia.

Quibus ſtantibus Antonius filius dicti Pauli iudicialiter quærebat auocare dicta bona a filia Peregrini tanquam iure accreſcendi ſibi competentia exclusa d. filia vti non comprehenſa in inueſtitura, idque ex pluribus deducebat, videlicet.

1 Primo, quia † præfationes dant nomen contractui, illiſque ſtandum eſt. Bar. in l. cum quid. ſi cert. peta. l. fi. de hæred. inſtit. Bald. in l. ſi ſibi. ff. de actio. empt. Sed ex præfatione inſtrumenti colligitur quod Silueſter intendebat transferre iura emphyteotica, quæ ipſe habebat in d. Ioannem tit. emp. & econtra Ioannes intendebat acquirere d. iura de conſenſu directi domini. Ergo directus dominus non conceſſit in emphyteoſim d. bona d. Ioanni, ſed ſolummodo conſenſum præſtitit alienationis, & conſequenter cum d. Silueſter non habẽret præfata bona, niſi pro deſcendentibus maſculis, nulli dubium, quod ſimiliter pro deſcendentibus maſculis ea tranſtulit in Ioannem, l. nemo
2 † plus iuris. ff. de regul. iur. Soc. conſil. 45. numero 28. lib. 1.

Secundo nec refragantur illa verba pro ſe, & ſuis hæredibus, quia exponitur pro deſcendentibus ma
3 ſculis, nam verba interpretari debent † ſecundum
4 mentem proferentium, & † ſubiectam materiam etiam ſi impropriari contingat, l. ſi ſtipulatus, ff. de vſur. Imo. in conſil. 21. Natta conſ. 416. Hinc eſt, qđ ſecundum ſubiectam materiam, verbum vendere
5 † pro locare ſumitur. Ioan. de Ami. in conſil. 142.
8 num. 2. & propius ad terminos noſtros accedendo habemus, quod in conceſſione feudi, quod non tranſmittitur niſi ad deſcendentes maſculos verba
6 pro hæredibus † accipi debent pro deſcendentibus maſculis propter ſubiectam materiam, c. 1. §. ſed diuerſum de alie. feu. Bero. q. 18. num. 5. & 7. & facit,
7 quia † propter adiunctum verba mutant ſuam na-
8 turam. Et verba † non poſſunt mutare veritatem eius, quod agitur. Bal. in l. Imperator. ff. de ſtat. homi. Afflict. deciſ. 307. nu. 25. & fere in his terminis dixit Grat. in conſ. 110. num. 45. & ſeq. lib. 1. quod ſi nomen heredis eſt poſitum in renouatione, quod non inſit in inueſtitura, non attenditur, ſed intelligitur de filijs.
9 Tertio ea eſt ſumenda interpretatio, † quæ reddit validam diſpoſitionem. Crauet. conſil. 52. nu. 6. Dec. in l. in contrahenda, num. 45. ff. de reg. iur. vnde illa verba interpretari debent pro maſculis alias conceſſio eſſet nulla, quia careret debitis ſolemnitatibus. Bero. in c. præſentia, nu. 396. de probat. & ſi dicatur, quod in ſolitis concedi in emphyteoſim non requiritur aliqua ſolemnitas, reſpõdetur non apparere eſſe ſolitum dicta bona concedi in emphy
10 teoſim, nam non dicitur † ſolitũ concedi, niſi per duas vices conceſſio facta ſit ſpatio 30. vel 40. anno. Alex. conſ. 8. num. 8. lib. 3. & conſil. 5. nu. 2. lib. 5. Dec. conſ. 142. num. 4. & quando ex dicta prima conceſſione diceretur ſolita in emphyteoſim concedi, non poterat fieri conceſſio niſi eo modo, quo alias fuerunt conceſſa, videlicet, pro deſcẽdentibus maſculis, vſque in quartam generationem maſculi
12 nam, & ſi in plus vltra fieret, † reſtringeretur conceſſio ad d. tempus. Bar. in auct. qui rem, num. 7. C. de ſacroſan. eccle. & ex comm. opin. Iul. Clar. in §. emphyteoſis, q. 6. verſi. ſcias tamen. Didac. varia. reſolu. lib. 2. c. 16. num. 4. Bero. conſil. 88. nu. 7. 8. lib. 1. & conſ. 77. num. 45. eod. lib. vbi in terminis de verbo hæredibus appoſito in contractu venditionis,

nij, quod non erat in prima inueſtitura, dicit non
eſſe conſiderabile; quia dominus ſimpliciter con-
ſenſit, non autē principaliter conceſſit ad liuellum.
12 Quarto emphyteoſis non habet certam, ac de
13 terminatam naturam, ſed eam † tantum quàm par-
tes paciſcendò imponunt. Natta conſ.49.num.18.
& 114.num.6.Burſa. conſi.122.num.13. quia na-
tura rei geſtæ eſt genus inueſtitura eſt ſpecies ge-
14 nerique † per ſpeciem derogatur. Affli. deciſ. 293.
num.2.3.Cur.ſeni. conſi. 4. num.64.Soc.iun.conſ.
90.lib.3.4.Sed tenor primæ inueſtituræ oſtendit
fœminas eſſe in ea pares, ergo idem dicendum eſt
in hac ſecunda, vbi propter conſenſum domini in-
teruenit, quædam renouatio emphyteoſis. Anchar.
15 in conſi.63.† Renouatio autem dicitur fieri ſecun-
b dum naturam primæ conceſſionis.b Rui.in conſil.
91.lib.1.Cæph.conſi.429.nu.8.non autem atten-
di debet tenor ſecundæ inueſtituræ, niſi expreſſe
actum ſit, quod prima mutetur. Natta, conſil.506.
num.4.Cur.iun. conſi.231.num.35. & ſeq.lib.5.&
16 in renouatione tacitè † videntur repetita, quæ re-
petenda erant. Bald. In l. 1.col.pen.C. quando non
17 pet.par.& videtur facta † cum ſua cauſa; & ſolum
ius concedentis videtur conceſſum. Aemil.conſil.
70.num.9.& 10.Bero.conſi.69.num.18.lib.1.

Nec obſt. quod verbum hæres cum ſit commu-
ne comprehendat etiam fœminas, quoniam illud
verbum hæres appoſitum in ſecunda ſtipulatione
emphyteotica ſtipulata a prin.pro filijs maſculis, &
non tranſitoria ad fœminas intelligitur ſecundum
naturam primæ pro filijs maſculis, tum quia in re-
nouatione cenſentur repetitę qualitates, tum etiam
18 quia verba † ſecundùm naturā præcedentis con-
tractus intelligenda ſunt.Celſ.Vgo. in conſil.113.
num.9.& in terminis conſiderat. Soc. iun.in con-
19 ſilio 42. num. 4.lib.3.vbi accipit verbum † hæredi-
bus pro liberis.Alex. conſi.93.lib.3. Caſtren.conſil.
44.num.4.& 5.lib. 2. Grat. conſil.53.num.9.lib.1.
Natta in conſil.127.& ſeq.

20 Sicuti verbum ſucceſſoribus intelligitur † de ma
ſculis. Alex.in l.quędam §.nihil intereſt, num.7.ff.
de eden.Ruin.conſi.160.num.4.

21 Quinto conſenſus † domini directi requiſitus
in alienatione emphyteoſis requiritur per modum
confirmationis, vt valeat talis alienatio. Bero conſ.
22 73.num.8.13.19.lib.1.Natura autem † confirma-
tionis eſt ſolum addere robur confirmato, non au-
tem illud extendere ad ea, quæ confirmato non
includebantur. Bero. conſi.7.num.17.lib.3.Dec.in
l.more, num. 3.de iuriſ. om. iud.Menoc.in conſil.
75.nu.32.ergo emptio facta de dicta emphyteoſi
confirmata per dominum directum mediante eius
conſenſu non recipit extenſionem aliquam neco-
peratur comprehenſionem eorum, quæ alias non
eſſent comprehenſa ſi confirmatio non extaret.
Crot.in conſ.75.nu.17.

Et facit nam quando dominus directus conſen-
23 ſit venditioni † non intelligitur conſentire niſi vt
penes emptorem res ſit eo modo, & tempore quo
erat futura pœnes venditorem. Soci.iun.conſ.25.
nu.28.lib.1.Gabr. in conſ.92.nu.10.ibi alios citat.

24 Et emphyteoſis. Intelligitur vendita † ſecundum
naturam ſuam. Hiero.Gabr.in conſ. 88.num.13.
Non enim debet eſſe melioris conditionis emptor
quàm venditor.Bald.in conſi.466.lib.5.Caſt.conſ.
25 28.lib.2.quia ex perſona † ſucceſſoris non muta-
tur conditio, & natura obligationis pro futuro tem
pore.Ancha.in conſi.185.

Sexto emptor, & filij mediante conſenſu directi
domini ſunt ſubrogati in locum venditoris, & filio
rum; omnia iura primi emphyteotæ ſunt tran-
26 ſlata in ſecundum † cum eiſdem qualitatibus; &
ſecundùm naturam primordialem; vt in terminis
declarat Soci. in conſ.256. col. 3.circa fi.lib.2. Ca-
ſtren.con.329.nu.4.& 5.lib.2.Bero.in conſ.71.nu.
1.& ſeq.lib.1.& conſ.77.nu.25.eod.lib. Primordia-
lis autem natura eſt illa, quæ reſultat ex prima in-
ueſtitura.Bero.in conſ.110. nume.4. lib. 1. Celſus
Vgo.in conſ.113.num.7.

27 Vltimo non obſtat † conſilium 11.Cal. de feud.
quoniam ad caſum iſtum non erat adaptabile, cum
in caſu ſuo non conſtabat de qualitate primæ con-
ceſſionis, ſed ſolum conſiderat naturam de per ſe
feudorum, quod non tranſit ad fœminas; & dicit,
quòd ex pacto fieri poteſt; quod tranſeat, quando
inueſtitura derogat naturæ feudorum.

Non enim dicit, quod ſi primò maſculis conceſ-
ſum eſſet, deinde renouando tranſiret in fœminas
ſine ſolennitate, quod valeat, quod ſi diceret loque-
retur contra communem, quia dicimus emphyteo-
28 ſim in plus conceſſam † reſtringi ad primam con-
ceſſionem. Iuli.Clar.in §. emphyteoſis.q.6. quini-
mò Crauet.de antiq.temp.par.vlt.nu.23.dicit Cal-
der. dicta eſſe dubitabilia, dum facit differentiam
inter formam ſubſtantialem, & accidentalem, & pro
pterea in caſu noſtro ſi de maſculo fieret renoua-
tio in fœminam, eſſet alteratio, & non valeret, niſi
quoad maſculos ſecundùm communem opi.de quà
ſupra, & tradit Iaſ.in conſ.24.num.4.lib.3.

In contrarium, quòd fœmina in tali inueſtitura
comprehendatur, allegabatur primo, quod hæc in-
ueſtitura non dicitur adeo noua, vt non ſit ſolitā
concedi ſub ſimilibus pactis, & ſtipulationibus cum
ſemel fuerit facta pro ſe filijs, deſcendentibus ma-
29 ſculis. Nam † ſolitum verificatur in vna vice ſecun-
dùm communem opi. de qua Caſtren. in l.Mela.§.
ſed ſi alimenta, nu.4.ff.de ali.leg.Dec. in conſ.441.
num.11.Rui.conſ.35.num.3.lib.1. Mandoſ.in reg.
3.reſerua.num.4.& licet ſit facta pro ſe, hæredibus,
& ſucceſſoribus, tamen non annullatur, nec dicitur
30 facta vltra ſolitum, quoniam illa † accidentalis al-
teratio, quando res eſt ſolita concedi in emphyteo-
ſim ſub alijs pactis, non vitiat, vt tradit Cald. conſ.
11.de feud.quem refert, & ſequitur teſtãdo de com-
muni Alex.in conſ.9.nu.2.lib.3. Deci.in auct. qui
rem, num.22.C.de ſacroſan.eccleſ.

Secundo dato, quod diceretur noua inueſtitura,
tamen non poſſet nepos Ioannis acquirentis ſucceſ-
ſor in d. iuribus pro ſua rata allegare nullitatem in-
31 ueſtituræ, nam nullitatis † exceptio non allegatur
ab eo, q fuit cauſa nullitatis, vel ab eius ſucceſſore.
Imo in c.ſi quis presbyter, nu.21.de reb.eccl.non
alie.

Digitized by Google

alie.Ruin.conſ.40.nu.7.8. lib.5. Cæphal. conſ.133.
113.num.125.imò ſi hoc eccleſia dicere vellet, non
32 poſſet,quia cum ſint lapſi pluſquam 60.anni † præ
c ſumuntur omnes ſolemnitates c interueniſſe, cum
hoc caſu ſufficiat cõſenſus epiſcopi per bullam Six-
ti. Ant. Gabr.de præſumpt.concluſ.1.num.3.

Nec dicatur, quod ex productione inſtrumenti
conſtat ſolemnitates nõ interueuiſſe, quia hoc pro-
33 cedit, † quando in inſtrumento ſolemnitas fuit
enunciata, ſed minus legitime ſecus, quando de ea
nihil fuit dictum, vt hic, Ita declarat Crauet. anti-
qui.temp. 1.par.3.par.nu.26.quem citat Gab.vbi
ſupra,nu.57.& tradit Hier.Gabr.in conſ.88.nu.20.

Tertio hoc inſtrumentum fuit celebratum ab
auo cum rectore, in quo fuerunt incluſæ fœminæ,
& emphyteoſis eſt hæreditaria, vnde fruſtra diſpu-
34 tatur, quando hæres † non poteſt contrauenire fa-
d cto defuncti.d l.cum a matre.C.de rei vendicati, &
tanto magis, quia d.inueſtitura fuit acceptata a pa-
tre actoris poſtquam eius vigore bona acquiſita
cum fratribus diuiſit, vnde filius hæres eius non po-
teſt contrauenire,c.quod ſemel.de reg.iur.in 6.

Et ad contraria reſpondebatur, videlicet,

Ad primum, quod ſtantibus verbis claris inue-
35 ſtituræ † fruſtra quæritur de præſumptione præfa-
tionis. Soc.conſ.24.num.7.& 2.lib.4. Menoch.con-
ſi.14.num.14.& ad alia in d.l.t. fundamento obie-
cta inferius reſpondetur.

36 Non obſtat, † ſecundum, quoniam a proprieta-
te verborum non eſt recedendum maxime in inue-
ſtitura, quæ dat legem contractui, Bal.in c.1.de duo
bus fratribus, a cap.inueſti. Cum itaque ex illis ver-
bis pro ſe, & hæredibus comprehendatur ex natu-
ra talis inueſtituræ. Iul.Cla.d.§.emphy.q.28.Bero.
q.18.non videtur diſputandum de reſtrictione. Et
quando hoc uerbum hæres haberet aliquam diffi-
cultatem, ea tollitur per verbum, & ſucceſſoribus
ſubſequens, ex quo etiam in fortioribus terminis
37 † fœminæ comprehenduntur, vt talia verba ali-
quid operentur. Soc.conſ.257.num.5.lib.2.Corne.
conſ.16.num.5.lib.1.Dec.conſ.269.num.4.Curt.
iun. de feud.par.3.q.29.Alcia.reſpon.162.nu.12.
vltra, quod allegata in contrarium in verbo hæres,
quod non comprehendat fœminas, loquuntur in
feudo, quod non eſt tranſitorium ad fœminas de
38 ſui natura, ſecus in emphyteoſi † de ſui natura ad
fœminas tranſibili.

Ad tertium dicebatur talem emphyteoſim non
poſſe dici nullam, cũ ſimus in ſolitis concedi in em-
39 phyteoſim, & alteratio † eſt accidentalis non ſub-
e ſtantialis.e Cald.d.conſ.11.Alex.conſ.9.num.2.lib.
3.Dec.in auth.qui rem, nume.22.C.de ſacroſanct.
eccle. vltra, quod illa verba hæredibus, & ſucceſſori-
bus non poſſunt recipere interpretationem, quod
fœminæ non comprehendantur per ſupradicta.

Præterea, quando inueſtitura eſſet nulla, non po
teſt ipſe actor ſucceſſor emeritis allegare. Imo Dec.
& Cæph. ſupra allegati, cum nec contrauenire poſ-
ſit de facto defuncti.

Ad quartum reſpondetur licet emphyteoſis non
habeat determinatam naturam, tamen hic habet
ex conuentione partium, vt fœminæ comprehen-
dantur ex illis verbis pro ſe hæredibus, & ſucceſſo-
ribus. Nec obſtat renouationem intelligi factam
ſecundum naturam primæ inueſtituræ. Ruin. con-
ſilio 91.libro 1.& mutationem non dici factam ni-
ſi expreſſe dicatur. Natta, conſi.506. num.44. Cur.
40 iun.conſil.131.num.35. & ſequ. lib.3. † quia cum
ſit appoſita noua qualitas in inueſtitura dicitur no-
f ua conceſſio f facta de conſenſu partium. Bald. in
cap. Imperialem. §. inſuper. de prohi.feud. Alexan.
in l.ſi mihi, & Titio, num.17. de verbo.obligatio.
Ruin. conſil.20.num.7.libro 1.Iaſ.conſilio 24. nu.
4.libro 3.Bero.conſil.53.num.16. libro 2. Gabr.de
dila.concluſ.2.num.25. contractus enim renoua-
tus non dicitur fieri ſecundum naturam prioris
conceſſionis, quando de diuerſitate apparet. Dec.
conſi.407.num.8. ſicuti de diuerſitate apparet hic
de conſenſu & voluntate directi domini, & infra
dicetur. Nec obſtat, quod dicitur renouationẽ non
inferre præiudicium ſuccedentibus in emphyteoſi
quando hoc non facit ad rem, quia Doctores ſu-
pra allegati loquuntur in ſucceſſoribus, quibus ius
erat quæſitum ex prima inueſtitura, quibus per ſe-
cundum non poteſt fieri præiudicium, nos autẽ lo-
quimur de inueſtitura facta a primo acquirente.

Nec obſtat, quod verbum ſucceſſoribus intelli-
41 gi debeat de maſculis, quia hoc † eſt falſum, nec
Doct. allgati ex aduerſo hoc dicunt, nam Alexan.
d.l.quædam. & Ruin.d. cõſi.160. hoc non probant
nec tractant ibi, ſed tantum agunt, an cõceſſio ſim-
pliciter facta intelligatur pro ſe, & ſucceſſoribus
maſculis tantum, & dicunt, quod ſic adducentes.
Bald.in capit.1.in ſi.quibus modis feu.conſti.quæ
opin.Bald.& Ruin.reprobatur, vt tradit Couarru.
varia. reſolu. cap. 19. num. 1.lib.2. præterea.Soc.al
legatus, in conſil.257.nu.3.4.& 5.lib.2.tenet con-
trarium, videlicet, quod fœminæ comprehendan-
tur, & idem tenet Corn.conſi.16.num.5.lib.1.Dec.
conſi.269.num.4.Cur.iun.de feud.par.3.q.29.Al-
cia.reſpon.162.num.12.

Ad quintum multifariam reſpondebatur pri-
mo, quod hæc confirmatio non fuit facti condi-
tionaliter, & conſequenter in forma communi,
ſed ex certa ſcientia, quoniam interuenit conſen-
ſus præſentia, auctoritas, & voluntas directi do-
mini Oldra. conſilio 256.Dec.in rub.confirma vti-
li, vel inutili.

42 Confirmatio † autem ex certa ſcientia, quod
nullum eſt, validat. Docto. in l.more. de iuriſdict.
omn. iudi.& dicit Alexan. conſilio 1. numero 5.
libro quinto, quod confirmatio validat actum nul-
lum, quando confirmans vidit tenorem illius con-
ceſſionis, quam confirmat, nam hoc caſu non
confirmatio, ſed principalis diſpoſitio dicitur eſſe
ſecundum Doct.d.l.more. Dec.in rub.de confirma.
vtili, numero 1.

Secundo reſpondetur, quod dominus directus
non ſtetit in ſimplicibus terminis conſenſus, ſed
auctoritatem vendendi præſtitit, & licet vendens,
& cedens plus iuris, quam ipſi habeant tranferre
non poſſint, poſſunt tamẽ id facere accedẽte aucto
ritate,

Digitized by Google

ritate domini directi cap. cum cura, de iure patro. Nam in iſtis terminis auctor dicitur principalis. Bal. in cap. cum conſuetudinis, numero 3. de conſuetu. quia qui facit aliquid voluntate, & auctoritate alicuius, nõ dicitur facere nomine proprio, ſed eius qui auctoritatem accommodauit. Doc. in d. l. more, numero 32.

43 Tertio reſp. † retorquendo argumentum nam ſi natura confirmationis eſt robur addere confirmato, & illud non extendere ad non contenta in eo, ergo cum in confirmato adſit hæc noua qualitas intelligitur confirmata.

Nec obſt. quod dominus conſentiendo venditioni non dicatur conſentire, niſi vt res ſit penes emptorem eo modo, & tempore quo futura erat penes venditorem, quia hoc nõ eſt ſimpliciter verum, & locum habet quando præſtat ſimplicem conſenſum, ſed quando fuerunt (vt hic) translata iura in ſecundum emphyteotam de voluntate domini liberantis primum empyteotam a ſolutione canonis, & recipientis promiſſionem a ſecundo dicitur fa-
54 cta † renouatio, & noua generatio incipit in perſonam ſecundi emphyteotæ. Bald. in authen. ſi quas ruinas, numero 4. de ſacroſanct. eccle. Anch. conſilio 63. numero 2. Caſtrenſ. conſil. 329. nu. 2. lib. 2. Socin. conſilio 256. numero 1. libro 2. & conſi. 96. lib. 3. Iaſ. in l. 2. numero 154. C. de iur. emphyt. Doctores verò in contrarium allegati, & præſertim. Hirroni. Gabri. conſi. 92. numero 10. loquuntur in diuerſis terminis, videlicet in donatione iurium emphyteoticorum, & ſimilium, vbi non concurrit liberatio ſolutionis penſionis primi emphyteotę, & obligatio ſecundi.

Ad ſextum reſpondet Bero. conſi. 71. nume. 42. lib. 1. vbi dicit quod ſubrogatio cenſetur facta cum eiſdem qualitatibus, conditionibus, & priuilegijs quæ inerant in eo, in cuius locum ſubrogatur quando ſimpliciter facta eſt, ſecus quando noua qualitas in ſubrogatione eſt adiecta.

Ad vltimum reſpondebatur conſilium Calder. In
g terminis huius quæſtionis g & pro hac parte facere, quicquid in cõtrarium fuerit perpenſum, nam feudum erat ſolitum infeudari iuxta naturam feudorum in maſculos, & in renouatione eſt alterata hęc qualitas, & diſpoſitum tranſire ad fœminas quaſitum fuit an talis conceſſio eſſet valida, & dicit quod ſic: nam non ſunt mutata ſubſtantialia, ſed accidentalia feudi, & hoc apparet in verſi. & per hoc apparet reſponſum ad id quod poſſet opponi, &c.

Nec facit quod dicebatur hæc affirmando uideri contra communem loqui, & quod Cranet. dicit dubitandum de eo, quia Cranet. non ideo improbat, immo quod hoc non ſit contra communem tradit Alex. conſil. 9. numero 2. lib. 3. qui dicit quod ſi eſt alterata ſecũda conceſſio vltra ſolitum reſtringi debeat ad primam inueſtituram, dummodo ſit alterata in ſubſtantialibus, non autem in accidentalibus, & ibi adducit conſilium Cald. & teſtatur. de communi, & hanc diſtinctionem firmat Dec. in authen. qui rem, num. 12. C. de ſacroſanct. eccl. Et ex his reformata ſententia D. iudicis a quo, ad fauorem filiæ d. Peregrini pronunciauimus, &c.

ANNOTATIONES.

a Vendere pro locare. L. hi qui C. locat. l. ea lege. §. locaui. ff. eod. & in contractibus fit impropriatio, ut ſi unus exprimatur de alio, intelligatur l. ſi inſulam. ff. de præſcript. uerb. quo procedit etiam in contractibus ſtricti iuris ſecundum Aret. poſt alios in l. 1. §. ſtipulatio, colum. pen. uerſic. ſed ſi quis velit. ff. de uerbo oblig. plene Bart. in l. omnes populi quæſt. 4. princip. ff. de iuſt. & iur. lex namque conſiderat effectum, non autem verborum formam Alexan. poſt Bar. in l. prętor ait, nume. 3. ff. de oper. nou. nunciat. & conſil. 80. ſub nu. 14. lib. 5. Qualitas enim contractus cognoſcitur ab effectu non a verborum ſonu. Dec. conſi. 100. num. 3. ver. 6. hos idem ſuadetur Afflict. deciſ. 71. ad fin. cum alijs per Cephal. conſi. 603. num. 14. & ſeq. lib. 4. late Roman. conſ. 509. circa propoſitam conſultationem.

b Conceſſionis. Dic verum quod ſubſtantialia, ſecus vero quo ad pacta noua, & ſic accidentalia, vt infra dicetur. Dic etiam verum in alio caſu, quando videlicet noua inueſtitura habet relationem ad antiquam, tunc enim ne cõcedens redargueretur de contrarietate, debet iſta noua declarari ſecundum primam relatam. Pariſ. conſ. 5. nu. 6. 8. lib. 1. Cephali conſi. 369. num. 100. cum pluribus ſeq. lib. 3.

c Omnes ſolemnitates. Et non ſolum præſumitur omnes extrinſecas ſolemnitates interueniſſe, ſed etiam precium verſum fuiſſe in Eccleſiæ vtilitatem, vt abunde tradit Cran. de antiq. tempor. part. 3. ſectione vidimus in genere, nu. 25. & ſequen.

d Facto defuncti. Vide Anto. Gabriel. qui hanc l. cum a matre per ampliationes, limitationes, & declarationes latiſſime exornat in tit. de reg. iur. conclu. 11. & vide etiam quæ habens in recollect. an eandem legem quibus adde latiſſime. Rimin. Iun. conſi. 18. nu. 29. vſque ad nu. 108. & conſi. 23. nu. 34. vſque ad nu. 258. faciunt quam diſcimus infra deciſ. 75. nu. 4. Et maxime procedit, in propoſita deciſione, quia cum hæc emphyteoſis eſſet hæreditaria, neceſſe erat, vt in ea ſuccedere volens, eſſet hæres, & ideo facit quod dixit Paul. de Caſtr. conſi. 449. nu. 4. lib. 2. Crau. conſil. fin. Gram. deciſ. 93. nu. 11.

e Non ſubſtantialis. Et ſic quod ſubſtantialia eadem eſt cum prima, quo vero ad accidentalia dicitur noua, ſed quia accidentia non ſunt in conſideratione, quia poſſunt adeſſe, & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, vt not. in l. pacta conuenta ff. de contrahen. empt. & in l. iuriſgentium §. adeo. ff. de pact. late Brun. in tract. form. colum. 3. verſic habemus quinto, ideo alteratio accidẽtalis non facit nouam emphyteoſim eſſe, cum pacta noua nihil operentur, quominus emphiteoſis dicatur antiqua quo ad ſubſtantialia, quæ attendi debent, & propterea non requiri ſolemnitates, ita quod tanquam res ſolita in emphyteoſim concedit. concedi, quia poſſit non ſeruatis ſolemnitatibus nulla habita conſideratione nouarum qualitatum. Pariſ. conſ. 13. nu. 186. & 200. lib. 1. Hypol. Rimin. conſ. 31. nu. 40. Quæ autem ſint ſubſtantialia, & quæ accidentalia, vel naturalia actus Menoch. late declarat conſi. 37. nu. 4. & ſeq.

f Noua conceſſio. Reſpectu qualitatum, quæ tamque accidentales non conſiderantur, vt mox ſupra diximus.

g In terminis huius quæſtionis. Vere conſil. Calder decidit hãc quæſtionem pro fœmina comprehenſa in vltima inueſtitura, quę licet ſit antiqua ſecundum ſubſtantialia, vt dictum fuit, tamen circa pacta nouiter inita poteſt dici certo modo noua dumtaxat pro obſeruatione pactorum, non tamen, vt propterea antiqua fuerit in ſubſtantialibus alterata, & ideo fuit valida, licet ſolemnitates ſeruatæ non fuerint, in terminis eſt videndus. Hipol. Rimin. d. conſi. 31. a nu. 14. vſque in fin. vbi pro & contra argon. & pro conſil. Calder. in terminis noſtris copioſe reſoluit, quem vide quia ex profeſſo articulum diſcutit, & determinat.

SVMMARIVM.

1 *A præceptis non eſt ordinarie inchoandum.*
2 *Scriptura publica, & priuata differunt inter ſe.*
3 *Scriptura priuata etiam recognita nõ ita executionem meretur.*

meretur, ſicuti inſtrumentum publicum.
4 *Inſtrumenti appellatione de propria ſignificatione verbi venit etiam priuata ſcriptura.*
5 *Secus eſt attento communi vſu loquendi.*
6 *Communis vſus loquendi attenditur in ſtatutis.*
7 *Item in vltimis voluntatibus.*
8 *Item in correctorijs, & odioſis.*
9 *Communis vſus loquendi præfertur proprietati verborum.*
10 *Statuto acquieſcere tenemur.*
11 *Appellatio a ſtatuto tolli poteſt, nu. 15.*
12 *Maxime a ſtatuto condito a non recognoſcente ſuperiorem.*
13 *Clauſula appellatione remota multas habet declarationes.*
14 *Clauſula appellatione remota in interlocutorijs quomodo intelligatur.*
16 *Qualitas ſtatuti præcedentis non cenſetur repetita in ſequentibus, quando in medio interponuntur alia capitula, & ſtatuta.*
17 *Scriptura priuata recognita æquipollet publico inſtrumento.*
18 *Scriptura qualibet dicitur publica cui de iure, vel ſpeciali conſuetudine creditur.*
19 *Scriptura priuata recognita habet executionem paratam.*
20 *Scriptura priuata præualet inſtrumẽto publico, quando ſuper ea eſt iudicatum.*
21 *Ratio quare in tali caſu priuata ſcriptura præualet inſtrumento.*
22 *Statutum Lucanum, lib. 1. cap. 147. procedit in ſcriptura priuata ſimplici, non autem in recognita, & ſuper qua fuerit iudicatum.*
23 *Vſus loquẽdi communis articulari, & probari debet.*
24 *Notorium etiam reſultans ex facto hominis allegari debet.*
25 *Statuta Lucana ſunt facta, & accommodata a Paulo de Caſtro, & a Ioanne de Imola.*
26 *Statuta a doctis facta, & compilata debet ſecundum iuriſtas, & vt iuriſtæ intelligunt intelligi.*
27 *Doctori in quo ſit magis credendum, an conſulenti, an legenti.*
28 *Sermones vulgares vulgariter intelligendi, & latini latine, intelligendi.*
29 *Locationis materia dicitur ſummaria, & celeris expeditionis.*
30 *Locationis fauore ſtatutum introduxit faciliorem iudiciorum exitum.*
31 *Si ſcriptura priuata a ſtatuto æquiparetur publicè in omnibus, tunc habet executionem paratam, & omnes alios effectus inſtrumenti publici.*
32 *Diſpoſitum in vno æquiperatorum procedit etiam in alio.*
33 *Vbi effectus conſideratur nõ refert, quid ex æquipollentibus fiat, etiam in materia ſtatutaria.*

ARGVMENTVM.

Scriptura priuata, an veniat appellatione inſtrumenti, & an habeat executionem paratam.

DECISIO XV.

IN iure agebat Michael del Caporale aduerſus Nicolaum ſ latorem ad ſcu. 25. reſiduatos pro decurſis penſionibus domus eidem Nicolao locatę, de qua locatione conſtabat per priuatam ſcripturam ab eodem recognitã, & alias in alio iudicio ſimiliter productam, nec non ad eam dimittendum vacuam, & expeditam, quia cum non ſoluerit debitis temporibus penſionem, non intendebat amplius in locatione perſeuerare intentando remedium, cap. 103. lib. 2. ſtatutorum, l. quęro. §. inter locatorem. ff. locat.

Cuius vigore obtinuit præceptum in forma, & illi non parito mandatum de expellendo manu militari fuit relaxatum.

Ab huiuſmodi pronuncia cum ad nos pro parte Nicolai appellatum eſſet, ſic de ſuo grauamine oſtendebat.

Dicebat enim ſtatutum prædictum 103. iũctum ſtatuto 147. lib. 1. de materia loquenti, ita demum hanc viam præcepti executiuã locatoribus aperire, ſi de locatione publicum inſtrumentum appareat.

Quod cum in præſenti caſu deſideretur, in quo priuata ſcriptura pro fundamento adducitur non ſatis probe factum videbatur præter diſpoſitionem ſtatuti, & contra iuris communis tramites a præce-
1 ptis † inchoare. l. 1. C. communi. vel epiſt. Caſtren. conſ. 3. lib. 2. Bal. conſ. 104. lib. 5. Doct. in l. de pupillo. §. meminiſſe. de no. op. nuncia.

2 Quantum autem publica, † & priuata ſcriptura inter ſe differunt, non obſcûre deprehenditur ex. no. per Docto. in l. ſcripturas. C. qui pot. in pigno. Neguſa. de pigno. ſecundo memb. 5. par. num. 49. & ſeq. Rebuff. de Chirogra. recognit. in præfat. nu. 1. cum multis ſeq. Couarru. pract. quæſtio. cap. 23. in
3 princ. & cap. 19. & in terminis, † quod ſcriptura priuata quãtumcunque recognita non ita exequatur ſicuti inſtrumentum publicum, idem Couarru. variar. reſolutio. lib. 2. cap. 11. num. 4. ſequitur Brogni. in tract. de tutore, num. 87. car. 51.

4 Et licet † inſtrumenti appellatione attenta alluſione vocabuli (omne enim quod inſtruit cauſam inſtrumentum dici poteſt) proprie etiam priuata ſcriptura contineatur ſecundum Bart. & Bald. in l. 1. C. de iura. calumni. & poſt Abb. & Feli. firmat Decius in rub. de fid. inſtrumen. Anch. quæſtio. 56. 2. par. quicquid in contrarium ſenſerit Imo. in clem. 1. de procura. quem idem Dec. declarat in ſcriptura non probante, vt per eum in cap. 3. loco, col. 5. de probatio. Folleri. de cenſibus, ver. quæ quidem executio, nu. 60. car. 266.

5 Inſpecto tamen communi vſu loquendi † priuatam ſcripturam ſub inſtrumenti appellatione non cadere vno ore omnes fatentur. Barto. Bald. Abb. Feli. Dec. in præcitatis locis, & poſt relatos Tiraqu. deret. conſ. §. 1. glo. 2. num. 30. Roma. conſ. 23. neſcio. Aret. conſ. 91. videtur. Rebuff. in l. rationem. §. in-

§.inſtrumentum, ff.de verb. ſignif.Foller. in praxi. cenſua.car.266.nu.60,

Qui quidem communis vſus loquendi ex rece-
6 ptiſſima opinione † in ſtatutis attenditur. Felin.in proœ.decretal.colum.2.l.liberorum, §.quod tamen Caſſius,de leg.3.l.Labeo, & ibi Bart. nor. de ſupel. lega.cum concord.per Euerard. in cent. argum. in loco ab opin.vulgi.& Marc. Mant. lib.2. loco commu.cap.30.

7 Et ne dum in ſtatutis, † ſed in vltimis voluntatibus reſcriptis, priuilegijs, & ſacris ſcripturis, ut not.Franc.in cap. 1.col.1.de iureiuran. lib.6. & in c. cum ſit,§.1.col.2.de elect.in 6.Dec.in conſ.146.dubia,col.2.Bertr.conſ. 180.viſis,nu.2.lib.4.

8 Quinimò † etiam in correctorijs,& odioſis. Aret. in §.1.in fi.inſt.de legi.agna. ſucceſſ. Marſil. ſingul. 96.vnum.Dec.in conſ.440. quæritur. Franc. Becc. conſ.74. nu. 30. etiam ſi ſtaret ſtatutum, quod ſtatuta ad literam intelligi deberent. Feli,poſt Abb.in d.proœmio.Alex.conſ.211.in princ.lib.6. Iaſ.conſi. 205.in occurrenti,nu.6.lib.2.

Præfertur enim iſte communis vſus loquendi in
9 † qualibet materia proprio verborum ſignificatui ſiue a diffinitione, ſiue ab Ethymologia, vel iuris auctoritate proueniat.Abb.in cap.2, col.pen.de iudi.Rebuff.de verb.ſignif.in proœmio, verſ. Secunda eſt regula,& in rub.verſ.3.conſuetudo, vbi vſus poteſt propriam ſignificationem verborum mutare,& nouam dare.

Quibus tamen non obſtantibus bene iudicatū, & male appellatum concluſimus.

10 Moti,quia ſtatutum cui † acquieſcere tenemur. Aemil.conſ.113.quod appellationem prohibet precisè ab huiuſmodi ordinationibus appellationem interponi: nec enim fas eſſe exiſtimauimus dubi-
11 tare † an appellatio in ſtatuto auferri poſſit, cum ſine dubio poſſe fieri,tradit Alexan.conſ.139. viſo, col.1.lib.7.Soc.conſ.39.capio,colum.1.lib.4. Bart. in l.fi.& quorum appell. non recipi. Alex. in addit. ad Bart.in 1.conſtit.ff.in verbo auferri.§.omne,col.
12 3.Aemil.d.conſ.113.num.5.& maxime ſi ſit † conditum a non recognoſcente ſuperiorem, vt eſt iſta inclita Reſp. Lucenſis. Dec. conſ.580. num.2. Soc. conſ.195.in princip. lib.2. Fel.in rubr. de appellat. & in cap. 1. de reſcript. Folleri. de cenſib. verſ. tanquam res iudicatæ,num.45.car.130.

13 Et quamuis † clauſula appellatione remota habeat multas declarationes,de quibus.Felin.& alij in cap.paſtoralis.de appellat.ubi Franc.plenè. Couarr. pract.quæſt.cap.23. Vital. in tract. clauſ. car.26. &
14 † in interlocutoria,quomodo intelligatur.Contar. in l.1.16.limit.C.ſi de momen.poſſeſſ.

Tamen hic non erat ambigendum,quin appella-
15 tio omnimoda † ſublata eſſet Bal. in addit. ad Spec. de appell.verſ.clauſula appellatione remota, & per Felin.in c.cauſam,nu.65.de reſcrip.conſtabat enim de enixa voluntate ſtatuentium voluiſſe appellationem omnino remouere,quia prohibuerunt ſupplicationem quoque, & querelam,omneque aliud præſidium precluſerunt.

Nec obſtare viſum fuit, quod dicebatur ex communi vſu loquendi priuatam ſcripturam appellatione inſtrumenti non venire,quia non fuit intentatum remedium, cap.147. lib.1. quo agitur ad dimittendum rem locatā, finito tempore locationis, & in quo fit differētia, an ſit de ea publicum inſtrumētum,vel priuata ſcriptura pateat,vt ibi. Sed fuit intentatum remedium, cap.103. lib.2. ex alia cauſa,& ad alios effectus conditum, & in quo ad hoc non fit talis differentia, vnde cum nec per relationem, nec per commiſtionem quicquam commune habet cum d.cap.147.non fuit per nos etiam diſtinguendum de vna ad aliam ſcripturam lege non di-
16 ſtinguente. Neque enim † qualitas d.ſtatuti 147. lib.1.cenſetur repetita ſequenti,cap.103.lib.2.propter interpoſitionem in medio aliorum capitulorum,quia capitula, quę ſunt in medio,impediunt repetitionem etiam in eadem diſpoſitione. l.3.§.de lib.emphyt.& adnot, per Aemil. conſ. 143. conſuluit,num.14.

Pręterea, & ſecundo loco reſpondebamus dato, quod idem cap. 103.recipiat eaſdem qualitates. d. cap. 147.prohibentis proceſſum per viam pręcepti ſi priuata tantum ſcriptura de locatione conſtet, adhuc in pręſenti facti ſpecie, idem dicendum de ea cenſuimus, quod de publica ſcriptura.

Tum, quia hęc priuata ſcriptura erat recogni-
17 ta, & per ſe probans, quæ † omnino inſtrumento publico accedit, vt poſt Abb. ponderat Dec.d.rubr. de fide inſtrum.in fi. Afflict.deciſ.272.nu.2.& propterea in terminis dicebat Spec. in tit. de inſtrum. edi.§.nunc dicendum, verſic. & generaliter, quod
18 † omnis ſcriptura dicitur publica cui de iure, vel ſpeciali conſuetudine creditur: refert, & ſequitur Soc.conſi.72.conſilijs noſtris,num.10. lib.1.& plenius Aym. de antiq.temp.in 1.ſectio. in 4.limit.nu.
19 84.& ſeq. & quod habeat † executionem paratam talis ſcriptura recognita, dicit Vrſil. in addi. ad Afflict.deciſ.85.num.4.

Tum quia vltra recognitionem fuit etiam ſuper eadem inter eaſdem alias iudicatum dū ſuper penſionibus inter d. locatorem, & conductorem controuerteretur, quo fit, vt hæc priuata ſcriptura in hoc caſu nedum publico inſtrumēto equiparetur,
20 † ſed eo maioris exiſtimanda ſit virtutis, vt adnotauit Rebuff.ſuper conſtit. reg. in tit. de Chirogra. recogni.art.2.num.6.quam refert,& ſequitur Burſat.conſ.103.excellentiſſimus, num.3. eam reddentes non aſpernandam rationem, videlicet,quia publicum inſtrumentum credibilius præſumitur ipſa
21 priuata ſcriptura,† ſed iſta præſumptio ceſſat comperta veritate, quæ oritur ex ſententia in rem iudicatam tranſacta.

22 Statutum † igitur prædictum 147. lib.1. procedet in ſcriptura priuata ſimplici non autem in recognita, & probanti, neque in ea ſuper qua iudicatum ſit.

Et non officit aſſertus communis vſus loquen-
23 di,quia non fuit articulatus † nec probatus, vt probari debebat,& articulari ab allegante, vt per Bart. & alios,d.l.1. C.de iu.calum. Dec.d.cap.3.loco,nu. 3.de probat.Aret.conſ.51. & Clarius, conſi.79.diligenter,

gentem,col.1.Alex.conſ.26.videtur, vol.3.lib.1.Dec. conſ.47.teſtator,colum.2. Bar.in d.l.Labeo. Franc. Becc.conſ.165.Ioannes, num.4.& ſtante,quod nec articulatus, nec probatus extitit, non potuit modo allegans intempeſtiue de eo iuuari, etiam ſi notorium fuiſſet.Clem.appellanti,vbi glo. verſi. alias.de
24 appellat.& præſertim † in notorio reſultante ex facto hominis, quod omnino in proceſſu allegari debuit.Feli.c.cum ordinem,nu.16. de reſcr.

Præterea dicebatur, quod verba ſtatutorum Lu-
25 centium,& ipſa ſtatuta, vt ipſi præfeſerunt, † fuerunt facta, & accommodata a maximis iuriſtis, videlicet Paulo Caſtrenſi, & Imola;& ſic intelligi de-
26 bent, † vt iuriſtæ intelligunt, non autem, vt idiotæ,& vulgares,& ſic propriè,ita quod appellatione inſtrumenti veniet etiam ſcriptura priuata probãs maxime recognita:Alexan.conſi.85. animaduerſis, num.15.lib.4. Roma.conſi.32.viſa,col.2.

Et quamuis Alexand. alias legendo contrarium
27 tueri conatus ſit; † conſulenti tamen Doctori ma-
b gis credendum eſt, quam legenti [b] tanquam magis deliberatè reſpondenti, vt idem Alex.teſtatur,conſilio 185. viſo, ſub numero 25. libro 2. poſt Bart.in l.ſi pater.column.5.in fin.C.de inſtit.& ſubſtit.Boer. deciſ.155.numero 24.Benue. Stra.de ſponſio.verſi. quæro igitur, numero 6.Curt. 119. Iaſ.conſ.151. lib.4.Gomeſ.ad reg.cancella.quæſt.2. Silua. nuptia. lib.5.numero 16. car.446. Iacob. Phil.port.libro 4. concl.reg.36.

Quibus accedebant notabilia verba. Bald.in l.le-
28 ge,colum.fin.C.de leg.hæred.qui dicit, † quod ſermones vulgariter prolati debent ſecundum vulgarem vſum loquendi intelligi; literaliter verò,literaliter interpretandi, ſequitur Alex.conſ.26. redderetur,nu.12.lib.3.Soc.conſi.267.præſens,colum.1. lib.2.Cur.ſenio conſ.9,numero 6.Iaſ.in l.ſingularia. ſi cert.pet.Ang.& Imo.in l.qui vſufructum,de verbo.oblig.Franc.Becci.conſ.1.num.72.

29 Et ita per nos votatum fuit ſtante natura † locationis, & conductionis ipſo quidem iure communi ſummaria, & celeri expeditione digna. Bald. in l. eden.C.loca.Gramma.conſi.54.in princ.ciuili. Ca-
30 ius † fauore ſtatutum introduxit viam præcepti gratia facilioris exitus talium iudiciorũ ad Rebuff. delit.oblig.art.6.glo.2. Accedente maxime decreto ad cap.97.lib.1.ſtatutorum diſponente, quod ſcriptura priuata recognita in omnibus, & per omnia eandem vim, & executionem habeat, quam habent
31 instrumenta publica † nam tunc habent executionem paratam, & omnes alios effectus ſicuti inſtrumenta publica,vt in terminis tradit Deci. conſi.23. nu.1.Pariſ.conſi.121.num.26.& 27. lib.1.& hoc ex
32 natura æquiparatorum, quæ eſt, † vt diſpoſitum in vno cenſeatur, & diſpoſitum in alio maxime facta æquiparatione in omnibus.Docto. in l.1. ff.de leg.1. Alexand.conſi.171.viſis, nume.3. lib.7. quia
33 in his quibus conſideratur effectus † non refert, quid ex æquipollentibus fiat,etiam in materia ſtatutaria,vt egregie firmat in terminis Aymon. Crauet.de antiq.temp.1. ſectio.4. limita nu.84.& 85. cart.97.

ANNOTATIONES.

a Interponi. Quinimo etiam de iure communi a mandato de euacuando, & extractando non datur appellatio ea ratione,quia huiuſmodi cauſæ celeritatem deſiderant.Bal.Alex. & Iaſ.relati a Gramm. deciſ.58. num.15. Contard.in tracta, de moment. poſſeſſ.q.10. Et licet prædicti Doctores loquantur in fabo malleante, & ſimilibus, tamen ſtrictè,ita dicendum eſt, quia ratione prædicta mouentur, notat Gramm.loco præcit.

b Quam legenti, Contrarium tenuit Soc. iun. cum allegatis per eum in conſi.168.nu.95.lib.2. Sed ſententiam hic Domini mei pro opinione firmata in conſilijs,& reſponſis etiam Doctorum calculo receptum teſtatur Dominus Tiber.Decian.in Apolog.aduerſus Alciat.cap.10.nu.46.quo loci latiſſime hanc concluſionem firmat,& tuetur.

SVMMARIVM.

1 *Electio multiplex eſt.*
2 *Electio in alternatiuis regulariter debitori competit.*
3 *Intellige, quando vtrumque ſit in obligatione, & ſolutione.*
4 *Alternatiua dicitur appoſita ad fauorem promiſſoris.*
5 *Electio durat quandocunque etiam in executione.*
6 *Regula iuris facit ceſſare dubium.*
7 *Electionis beneficium, an ex mora amittatur.*
8 *Ementes ab eccleſia caueant, quod pretium conuertatur in rem eccleſiæ.*
9 *Vbi verba executiua reſpiciunt debitorem, electio eſt debitoris.*
10 *Alternatiua loci, an ſit electio debitoris. l. non vtique. ff. de eo, quod certo loco delaratur.*
11 *Statutum Lucanum, libro 1. cap.210. lib. declaratur.*
12 *Creditor habet hypothecata omnia bona debitoris.*
13 *Statuti verba cui non conueniunt, nec eius diſpoſitio.*
14 *Eligens non debet de prioribus dare, nec creditor de melioribus bonis eligere, ſed arbitrio boni viri mediocriter agendum.*
15 *Auth. hoc ſi debitor. C. de ſolutio quomodo procedat.*
16 *Auth. hoc ſi debitor de ſolutio multa requiſita expoſtulat ad hoc, vt locum habeat.*

ARGVMENTVM.

De electione rei, & loci, & cui competat.

DECISIO XVI.

FVIT condemnata D.Catherina Spada, & Stephanus eius filius ad conſignandum Reue. D. Martino Pighinuccio Rectori Eccleſiæ Sancti N. pro tot bonis ſtabilibus ab eadem eccleſia receptis,totidem ſtabilia bona in ciuitate Lucenſi, vel extra exiſtentia infra ſex milliaria, diſtantia a flumine Serchi, & a curſu aliarum aquarum, & in bono loco ſita, quæ aſcendant ad ſummã ſcu. 224.

Dubita-

Dubitabatur coram Rota cuius eſſet electio con
ſignandarum terrarum, & cum verſaremur in ma-
1 teria alternatiuæ, quæ † multiplex eſt, vt per Bart.
in l. ſtipulationes nõ diuiduntur in prin. nu. 7. ff. de
verbo. obliga. Bald. in l. qui duos. ff. de leg. 2. Iaſ. in
l. non vtique. ff. de eo, quod certo loco, & in §. huic
autem inſt. de actio. Caſſa. in conſuetu. Burgun. tit.
de maius mortes. §. 21. in verbo aucohix della dit-
te femine. num. 4. tradit Card. Alba. in lucubrat. ad
Bar. in l. ſi duo rei ſtipulandi, num. 5. de verbo. obli-
ga. dicebamus electionem debitori fore conceden-
dam, inhærentes diſpoſitioni iuris communis di
2 ctantis in alternatiuis † ius eligendi debitori, & pro
miſſori competere, cap. in alternatiuis. de regu. iur.
in 6. l. plerumque. ff. de iure dot. Bar. in l. Lucio. gl. 1.
de lega. 2. & pro regulari tradit Soc. conſi. 56. nu. 6.
lib. 1. Fel. in cap. inter cætera. de reſcript. & ibi Dec.
& Ripa, num. 69. Euerar. in ſua centuria, argum. in
loco a natura alternatiuæ. cap. 49. Pet. Duen. in reg.
3 235. intelligendo, vt ſup. citati intelligunt, † quan-
do vtrumque eſt in obligatione, & ſolutione, ſecus
quando vnum eſſet in obligatione, aliud ad caute-
lam per Doct. Bart. in l. quamuis. ff. de pigno. actio.
quam ſequuntur Doct. in d. cap. inter cætera, licet
regulariter vtrumque ſit in obligatione ſecundum
Bar. in l. ſi duo. ff. de verb. oblig. & tanto magis, quia
4 iſta alternatiua erat appoſita † ad fauorem promiſ-
ſoris cum in contractu diceretur, quod Do. Cathe-
rina poſſit dare alia bona alternatiue, vt ſupra quo
caſu dicitur data electio promiſſori ſecundum Ca-
ſtren. conſi. 213. col. 2. lib. 2. in antiquis impreſſioni
bus Ripa, vbi ſupra, nume. 71. quæ quidem electio
† durat quandocumque etiam poſt ſententiam, &
5 in ipſa executione, quando non eſt ſtatutus termi-
nus. Bar. in l. eum qui. §. 1. poſt glo. ff. de verb. oblig.
& ibi Caſtren. Iaſ. in d. §. huic inſti. de actio. faciunt
no. per Iaſ. in l. vbi autem non apparet. §. qui illud
aut illud. ff. de verb. oblig.

6 Nam vbi † ſtat iuris regula pro aliquo dubium
ceſſare dicitur, & ſecundum regulam pronuncian-
dum eſt. Tiraq. de ret. conſ. §. 1. glo. 9. num. 209. Ia-
cob. Nouel. in reg. 173.

7 Nec obſt. † dum dicitur propter moram traden
di debitorem amiſiſſe beneficium electionis, & pro-
pterea teneri ad ſoluendum ſcu. 224. iuxta doctri-
nam Bar. in l. ſi quis ſtipulatus, nu. 4. de ſolu. & in l.
item veniunt. §. idem recte, vbi Bal. & Ang. ff. de pe-
tit. hæred. late Burſa. conſi. 84. nu. 8. & ſeq.

Quia reſpondetur in caſu iſto pecunias non eſ-
ſe in obligatione, nec in ſolutione, & ſic extra caſũ
perdendi electionem bonorum, vel pecuniarũ, cum
a alternatiua, hic cadat tantum reſpectu loci, a non
rei, quę electio adhuc durat debitori. Imò Do. Ca-
therina non poteſt ſoluere in pecunia, quia tenetur
bona dare in contracambium ſicuti ſuper eo inter-
uenerunt ſolemnitates requiſitæ in alienationibus
rei eccleſiaſticę. Si autem daret pecuniam adhuc re-
maneret obnoxia bonorum, & perderet eam, niſi
8 † probaret in vtilitatem eccleſiæ verſam. Authen.
hoc ius porrectum in fi. C. de ſacroſ. eccl. & ibi Bal,
nu. 20. Abb. in ca. 5. de reſti. in int. Vant. de nulli. in
tit. quoties, & intra, quæ temp. nu. 54. & quod not.
Affl. deciſ. 397. nu. 5. & dicit Pet. de Bellapertica. in
9 6. notab. † quod quando verba executiua reſpiciũt
debitorem electio eſt debitoris.

Non obſt. lex non vtique in princ. ff. de eo, quod
certo loco, per quem tex. Iaſ. in conſi. 134. nume. 3.
10 lib. 4. dicit declarari regulam prædictam † non ha-
bere locum in alternatiua loci, quæ ſemper eſt cre-
ditoris.

Quia reſpondetur ex mente Iaſ. d. conſ. 134. &
Bar. in d. l. non vtique. in prin. nu. 2. illud procedere
reſpectu petitionis, quia ſtat in electione credito-
ris petere, quo in loco de alternatiue promiſſis ſibi
ſatisfiat, & hoc ne debitor variando creditorem fru
ſtraretur, ſed ſolutio remanet in electione debito-
ris, & declaratio ratione ſui intereſſe, qua declara-
tione facta non poteſt amplius variare ſecundum
Caſtren. d. l. non vtique, nu. 6. & 7.

11 Non obſtat † ſtatutum, lib. 1. c. 110. quia loqui-
tur in debitore actione perſonali moroſo, vt oſten-
dit rubrum, & nigrum d. ſtatuti, qui citatus in exe-
cutione ſententię, nec de ſolutione excipit, nec ali-
ter opponit, contra quem non eſt mirum ſi fiat exe
12 cutio in bonis ad electionem creditoris, quia † cre-
ditor habet hypotecata omnia bona debitoris. l. cre-
ditori. ff. de diſtra. pigno. Rolan. conſ. 78. num. 18.
lib. 1, poſt Bald. per eum citatum in l. filium, quem
habentem. C. familię erciſcundæ.

At hic requiſitus debitor offert ſe paratum ſol-
uere, & tradere terras in loco per eum electo, & per
eum non ſtat, vnde cum ad caſum noſtrum nõ poſ-
13 ſint applicari verba d. ſtatuti, nec eius † diſpoſitio
locum vendicabit. l. 4. §. totiens. de damn. inſect.
Andr. Sicu. in cap. ſignificaſti. de reſcrip. colum. 1.
Feli. in cap. nonnulli, nume. 34. eodem titul. Marſi.
ſing. 339.

Bene verum eſt, quod bona oblata per debito-
rem debent eſſe eius qualitatis in ſententia expreſ-
ſe, ita quod nec in deteriori loco, neque de deterio-
ribus terris, neque delicato creditoris arbitrio de me
14 lioribus, & in exquiſito loco dari debeant, † ſed
omnibus congrue, mediocriter, in reprehenſibiliter
perpenſis arbitrio boni viri ſit agendum iuxta tra-
dita per Menoch. de arbi. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 162.
163. 164. 171. & per Burſa. in conſi. 84. etiam ſi eſ-
ſet dictum ad beneplacitum creditoris, vt no. Bal. in
authen. hoc niſi. C. de ſolu. num. 1. cum concord. per
Brogn. de tutore, nu. 250.

Nec obſtat autem hoc ſi debitor. C. de ſolu. vbi
videtur probari, quod creditori ſatisfiat de melio-
ribus iudicis non partis arbitrio, ſeu electione.
15 † Quia id procederet in debitore non valente ſol-
uere in pecunia debita, tunc enim cum creditor in-
uitus cogatur vnum pro alio recipere, & in hoc gra
uetur, in alio releuatur, quod de melioribus bonis
ſibi prouideatur.

Hic autem ſumus in caſu diuerſo in debitore rei
non pecuniæ, quam tradere ſe offert, & in qua nulla
in commoditatis ratio, aut grauamẽ creditoris pro
babiliter cõſiderari põt, quia illud, quod eſt in obli-
gatione hic eſt in obligatione, & ſolutione merito

d d. au-

d.authen.hoc niſi, non facit ad rem iſtam, quidem b authen. hoc niſi debitor ad hoc vt locum habeat b
16 † multa concurrere debent ad hanc facti ſpeciem non applicabilia, de quibus Gozad. conſil.32. Iaſ. conſil.9.numero 12.lib.1.Natta conſil.444.numero 3.Cœphal.conſil.195.Burſat.conſil. 94.numer. 29.& ſequent.

Vnum tamen non duximus ſilentio prætereundum ad regulam quod electio ſit debitoris uidelicet quod ſtante ſtatuto contra non comparentem ponatur in banno de quo non exeat, donec ſoluerit condemnationem: quod ſi quis citatus non comparens ſit condemnatus ad certam ſummam, & poſitus in banno velit potius in banno ſtare quam pœnam ſoluere pecuniariam. Fiſcus ſi interim uelit exequi in ſumma id facere non poteſt, quia electio eſt debitoris.l. dedi in princ. de condit. ob cauſam. Bald. in authen. bona damnatorum. C.de bonor. præſcript. ubi ſubdit quòd mortuo tàli bannito, pœnam pecuniariam ab herede exequi Fiſcus non poterit, refert, & ſequitur Ioffred.Lanfrãn. deciſione 93.

ANNOTATIONES.

a Reſpectu loci. Vide quæ dixi ſopra deciſ.2.num. 10.vbi quod alternatiua ſoluendi remanet in electione debitoris; Quibus adde quod actor aduerſus reum habet in alternatiuis decem electiones, quas videre placeat apud Robert. Marant. in repet.l.ſi actor.num.32.uſque ad num.41.ff.de procur. Et de alternatiua rei ſeu loci, vide Simon.de Pret.conſil.19.num.24.

b Locum habeat. Quid ſi debitor eſt carceratus, Quid de electione bonorum an meliorum an mediocrium, & an procedat in Eccl.diſpoſitio d. Authen. vide late Aufrer. ad Capell. Toloſ.deciſ. 68. Et quod dicta authen. non uindicet ſibi locum ſi debitor iurauit ſoluere, vide Roland. conſi. 6. num.14.lib.1. Idem Iaſ.conſi.9.lib.3. quod limita niſi eueniret noua, et inopinata calamitas, adeò quod non poſſet haberi pecunia ex rebus. Purpur.& Rip.in l.5 t...1.ff ſi cer. petat. & quæ requirantur ad effectum, vt poſſit eſſe locus d. authen. hoc niſi, & quod in ſpecie fideiuſſor debeat dari tempore oblationis bonorum in ſolutum, vide late apud Natt.conſil.344.der tot. Quid ſi moneta fuerit mutata authoritate Principis. Abb. in cap. quanto, extra de iureiuran. colo.4.verſ.vltimus quæro de quæſtione vſque ad ſi Men. conſil. 49.num.10.& quod inſpiciatur tempus contractus, & legati. Cæph.conſil.563.num.44.

SVMMARIVM.

1 Nemo pluribus remedijs maxime probatorijs.vti prohibetur.
2 Principalis comparere debet ad ſcribendum profacienda comparatione.
3 Pro habenda veritate eorum, quę principalis melius nouit, tenetur procurator eum facere comparere.
4 Statutum loquens de interrogatorijs non habet locum in poſitionibus.
5 Priuata ſcriptura ad quam facienda eſt comparatio literarum debet eſſe trino teſte notata.
6 Teſtis ad aliquid probandum inductus qui neſcire dicat, pro negante habetur.
7 Teſtibus inductis ad recognoſcendum manum alicuius & negantibus, non eſt opus alia comparatione literarum.
8 Teſtis dans alium in conteſtem qui dicat ſe neſcire, redditur primi teſtis dictum ſuſpectum.
9 Imò primo teſti in danei conteſtem illum non creditur
10 Iuramentum vbi ex forma ſtatuti pro plena probatione habetur, ſi aliqua ex parte reddatur ſuſpectum non ſtatur illi.
11 Venditor facta executione contractus non habet amplius regreſſum ad rem venditam.
12 Pęnitentia non eſt locus in contractibus bonæ fidei facta executione.
13 Executio contractus quando dicatur facta.
14 Statutum loci contractus attenditur in his quæ pertinent ad litis deciſionem.
15 Dies interpellat pro homine.
16 Partem pretij recipiens cenſetur renunciare reſolutioni contractus.
17 Pretij receptio arguit venditionem.
18 Sufficit reo deduxiſſe factum ex quo exceptio oriatur, & iudex tunc ſupplet.
19 Iudex facit litem ſuam non repellendo agentem ſine actione.
20 Semel præſens præſumitur adhuc præſens.
21 Comparatio literarũ legitime facta ſemiplene probat.
22 Verbum credit quo vtimur in reſponſione poſitionum dicitur eſſe verbum veritatis.
23 Interlocutoria iudici non tranſit in iudicatum.
24 Actus voluntarius ſequens purgat vitium præcedens.
25 Obſeruantia ſubſequens præcedentia validat.
26 Teſtis inductus ad recognoſcendum manum alicuius ſi dicat non recognoſcere, non ideo reddit ſcripturam magis ſuſpectam.
27 Teſtis dubitatiue reſpondens pro ignorante habetur.
28 Emptor ſimul et eodem tempore re, & pretio gaudere non debet.
29 Vſuræ non ſoluti pretij a venditore omni iure licite petuntur.
30 Etiam ſi emptori mora non poſſi[illegible] aſcribi.
31 Venditor quoque tenetur ad vſuras pretij recepti retardata traditione rei, num.34.
32 Etiam de iure diuino.
33 Locupletari cum aliena iactura nemo debet.
34 Emptor ſicuti venditor omni iure vſuras pretij ſoluti à venditore petit rei non tradita.
35 Etiam in promittente vendere.
36 Taxatio harum vſurarum pretij non ſoluti quomodo fiat.

ARGVMENTVM.

De comparatione priuatæ ſcripturæ.
An ſit locus pænitentiæ in contractib. bonæ fidei.
Vſuræ pretij ſoluti à uenditore non tradente, & pretij non ſoluti ab emptore debentur.

DE-

DECISIO XVII.

AGEBAT Anto. de Caſabu-
ſciana cõtra Sanctem de Cor
ſena ad reuocationem bono
rum ſtabilium eidem vendi-
torum, occaſione, & cauſa
pretij non ſoluti, & imple-
menti non ſecuti.
Reus conuentus excipiebat
de ſolutione, quam probare intendebat ex propria
eiuſdem actoris priuata ſcriptura, qua producta, &
per actoré in reſpõſione ad poſitiones negata reus,
qui in prima inſtantia ſuccubuit, in appellationis
iudicio ad aliam defenſionis ſpeciem conuolauit.
1 Nemo enim † pluribus præſidijs, vti prohibetur,
l. nemo ex his, ff. de reg. iur. c. nullus pluribus, eod.
tit. in 6. maxime in materia probationis non angu-
ſtanda l. quoniam in fi. C. de hæret. & Mani.
Petijt igitur, & inſtetit procuratorem aduerſa-
rij moueri ad præſentandum ſuum principalem ad
effectum ſcribendi aliam ſimilem ſcripturam pro
comparatione facienda iuxta formam ſtatuti, lib.
2 1. c. 97. cum quo † cõcordat ius commune, §. ſi quis
igitur in authen. de fide inſtru. & ibi not. Ang. Hi-
pol. in rub. de probatio. nu. 297. Cur. ſenio. in l. ad-
monendi, num. 108. & 110. & ibi Purpu. nu. 171.
de iureiuran. Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 1. ca-
ſu 114, num. 12. vel citationẽ decerni contra acto-
rem, quod veniat ad ſcribendum.
3 In his enim quæ † melius nouit principalis pro
veritate habenda tenetur procurator eũ facere com
parere. Rota Bono. dec. 24. Neui. cõſ. 7. vt ſepe, n. 15.
Replicabat procurator Antonij ſuum principa-
lem in id cogi minime poſſe tam vigore ſtatuti,
quàm iuris communis diſpoſitione.
Nam quantum attinet ad d. ſtatutum dicebat
fruſtra illius auxilium implorare, qui contra eiuſ-
dem verba, & mentem innititur, vt Sanctes facie-
bat, qui ſciens Antonium abeſſe a ciuitate, & terri
torio ad ſcribendum, citabat contra expreſſam pro-
hibitionem præcitati ſtatuti.
Quod ſtatutum dum vult negantem ſe ſcripſiſ-
ſe cogi poſſe ad ſcribendum pro comparatione fa-
cienda præſupponere videtur. præceſſiſſe interroga
torium, an illam ſcripturam ſcripſerit. Hic autem
fuit negatiue reſponſum poſitionibus, non autem
interrogatorijs merito d. ſtatuto locus eſſe non po-
terat, quia ſtatutum loquens de interrogatorijs
4 † non habet locum in poſitionibus. Caſtren. in cõ-
ſil. 157. ad primum, col. 1. lib. 2.
Similiter nec de iure communi compelli pote-
rat ad ſcribendum ad effectum prędictum, ex defe-
ctu formæ d. priuatæ ſcripturæ, ad quam compara-
tio erat habenda, quia ſimplex informis, & ſine te-
5 ſtium annotatione, † quæ ad id neceſſaria erat, vt
ex communi opin. tradit Pariſ. conſ. 27. notula, nu.
50. lib. 2. & no. Luc. de Pen. in l. fi. in fi. C. de con-
uen. fiſci debito. plene. Bero. in conſ. 86. extat, num.
9. lib. 3. ſcriptura enim priuata ad quam compara-
tio fieri intenditur debet eſſe trino teſte notata, vt
in locis præcitatis.
Præterea fruſtra expectatur id, cuius euentus ni-
hil operatur, nam dato, quod Antonius veniſſet ad
ſcribendum, & inde comparatio fieret, adhuc nihil
releuat, quia comparatio habet in contrarium di-
cta teſtium iã pro recognitione ſcripturæ in prima
inſtantia per Sanctem productorum, qui & ſi ex-
preſſe non dicant eam non eſſe manu Antonij ſcri-
6 ptam, ex quo tamen ſe neſcire deponunt † loco ne-
gatiuæ habetur ad no. per Tiraq. in l. ſi vnquam in
præfatio. nu. 47. in fi. C. de reuoc. donatio. qua ſtan-
7 te aduerſatiua teſtium comparatio. † cedit ſcriptu-
ræ. Corn. conſ. 58 col. 2. verſ. nam poteſt, lib. 3.
Vel ſaltem negari non poſſe dicebatur, quin d.
ſcriptura ex hac teſtium depoſitione dicatur ſuſpe-
cta, nam vbi vnus teſtis aliquid deponendo det ali-
quem in conteſtem, qui interrogatus ſe neſcire re-
8 ſpondeat. † tunc illius primi teſtis dictum redditur
ſuſpectum. Grammat. conſil. 26. num. 20.
Imò ſi teſtis ab alio datus in conteſtem id ne-
9 get, † danti in conteſtem non creditur. Gram. conſ.
31. num. 8. & conſ. 38. num. 28. Burſat. conſ. 69. no
ta, nu. 26. propter quam ſuſpitionem comparationi
10 detrahi videbatur ſicuti † de iuramento dicitur, cui
ex forma ſtatuti plene credendum foret, nam ſi ali
qua cauſa reddatur ſuſpectum, tunc illi non ſtatur.
Alex. in l. 1. §. ſi per procuratorem, ff. de acq. poſſeſ.
Iaſ. in §. ſed iſte, num. 93. inſt. de actio. Tiraquel. vbi
ſupra, num. 50.
Quibus non obſtantibus diximus bene appel-
latum pro parte Sanctis, & male iudicatum ad fa-
uorem Antonij.
Moti, quia dato, & non conceſſo, quod hæc com-
paratio literarum ſit fruſtratorie, & in legitima fa-
cta, prout vtiliter, ac legitime factam dicemus, quæ
ſcriptura, & partem pretij recepti, & prorogationẽ
temporis ad reſiduum ſoluendum continet, adhuc
ex alio actoré ſuccumbere debere nobis viſum fuit
videlicet, quia vendidit habita fide de pretio, & rem
11 ſimpliciter tradidit, quia ſtante contractus † execu
tione non patet amplius venditori regreſſus ad rem
venditam, ſed ad pretium, l. empti fides, C. de con-
trahen. emptio. l. in ciuile, C. de rei vend. vbi Bal. di-
cit ita limitari omnia iura, quæ dicunt frangenti fi-
dem fides frangatur eidem ſequitur. Alex. Dec. Hor
man. Dec. in l. cum proponas, la 2. C. de pact. plene
Natt. conſil. 171. venditor.
12 Et eſt ratio, quia in contractibus bonæ fidei † fa-
cta executione contractus nõ eſt amplius locus pę-
nitentiæ, vt in d. locis habetur, & tradit Cęph. conſ.
407. col. fi. num. 53. magnificus.
13 Executio autem † contractus fieri dicitur, quan
do venditor adimplendo pro parte ſua rem tradi-
dit, vt declarat Ruyn. conſ. 128. quantum ad fi. lib.
5. Franc. Becci. alios citans in conſ. 45. reuocatur in
dubium, num. 35. & ſeq.
Nec refragatur ſtatutum, lib. 2. cap. 110. vbi niſi
ſecuta ſolutione pretij dominiũ non transfertur in
emptoré ẽt facta traditione rei, quia cõtractus iſte
fuit celebratus Piſis, vbi nõ extat tale ſtatutũ, & in
14 his, quę ptinent ad litis † deciſionẽ, ſi quærimus de

Digitized by Google

his, quæ oriuntur ex contractu, vt eſt tranſlatio do
minij facta traditione, & habita de fide pretio in-
ſpiciendum ſtatutū loci contractus, licet res vēdita
ſit alibi ſita, Soc. conſil. 176. præſens, num. 6. lib. 2.
quod eſt repetitum, conſ. 103. lib. 4. Dec. conſ. 119.
& pro tenui, numero 8. & ſequen. ſuper hoc ſtatu-
to Lucano.

Vltra, quod reſeruatio dominij, a dicto ſtatuto
inducta in effectu nihil aliud operari videtur, quam
quandam prælationem fauore venditoris aduer-
ſus quoſcunque alios etiam anteriores creditores
in re vendita, reſpectu pretij non ſoluti, non autem
contra eundem emptorem cui vendidit, & tradidit
rei vendicationem parare, cum huiusmodi reſer
uatio dominij non faciat contractum conditiona-
lem, ſed purum relinquit, & pœnitentiæ locum nō
præſtat. Corn. conſ. 297. num. 3. lib. 3. Couar. varia.
reſolutio. cap. 11. num. 6. lib. 3. & ſtatuti verba ſunt
clara iuncto ſtatuto 89. lib. 4. adeo, quod non eſt
opus alia interpretatione.

Et dato (citra veri præiudicium,) quod dicta re-
ſeruatio dominij rei vendicandæ facultatem daret
hic tamen ex capite non ſoluti pretij agere nō po-
terat, ſtante ſcriptura per comparationem recogni-
ta, in qua venditor fatetur partem pretij recepiſ-
ſe: *E che caſſerà il contratto ogni volta, che detto
Santi li dia il reſto.*

25 Vnde cum nulla dies adiecta ſit, † quæ pro ho-
mine interpellet ad reſolutionem dicti reſidui iux-
ta. l. magnam, C. de contra. & commit. ſtip. oporte-
bat debitorem interpellare ad conſtituendum in
mora, vt dici poſſet non impleuiſſe, & eo magis,
quia interim dum nō ſoluitur, ex pacto tenebatur
debitor ad fructus pro rata debiti non ſoluti.

26 Facit, quia † recipiens partem precij renunciaſſe
cenſetur reſolutioni contractus. Crauę. conſ. 106.
Honoratus, ſub nu. 2. & ſeq. vbi multa ſimilia addu
cit circa reſolutionem cōtractus renonciationem,
27 & per † receptionem partis pretij arguitur vendi
tio, nec vendens amplius vendicare poteſt, & de eui
ctione tenetur. l. quidam ex parte, vbi gl. nor. ff. de
euictio. Soc. iun. conſil. 52. num. 20. lib. 4.

Er ex his ſtantibus prædictis dicebamus bene
appellatum, & male iudicatum cēſentes actori nul-
lum ius competere preterquam ad reſiduum pretij
iuxta tenorem apochę, quia quoad rem ipſam ven-
dicandam ſine actione experiebatur, l. ſi pupilli, §.
videamus, ff. de negoc. geſt. Crauet. conſil. 191. in
princ. col. 1. Anton. Gabriel. de ſenten. concluſio. 8.

Nec obſtat, quod exceptio iſta non iuris agen-
18 tis non fuerit ſpecifice oppoſita, quia † ſufficit reo
deduxiſſe factum propter quod exceptio oriatur,
nam tunc iudex poteſt, & debet ſupplere ex offi-
cio, vt inquit Aret. in conſ. 48. reuocatur, nu. 6. Bar.
& Soc. in l. 1. ff. de except. Affl. deciſ. 354. num. 10.
19 Menoch. de arbit. lib. 1. q. 16. vbi etiam dicit † iudi-
cem facere litem ſuam ſi ſine actione agentem non
repellit a limine iudicij.

Non obſtat obiectum de abſentia Antonij, quia
vltra, quod iſthæc ſua abſentia videbatur procura-
ta, & conſtitit in proceſſu poſt primam citationem
de eo vti abſente facta, eum præſentē fuiſſe in ci-
uitate, & procuratorem conſtituiſſe, & propterea
20 † ſemper præſens præſumi debet tempore ſecundæ
citationis de eodem, ſub dubio tamen, vti abſentis
facta, vt ex communi opin. tradit Roncag. in l. 3. §.
vbi duo, num. 187. ff. de duo. reis conſt. ſit poſteà
idem Antonius comparendo, & ſcribendo ad effe-
ctum comparationis prędictę ſecundum formam d.
ſtatuti, qui ſi putabat ſe grauari exactu ſcribendi
ſecundum ius commune, debebat ſimpliciter ſcri-
bere non autem iuxta formam, & diſpoſitionē ſta-
21 tuti, cum tunc comparatio ſic facta † ſemiplene ran-
tum probaſſet, vt ex communi opi. tradit Menoch.
de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. caſu. 514. num. 6. licet ip-
ſe dicat ibi hoc iudicis arbitrio reſidere.

Et ad illud de pręſuppoſita interrogatione ex ad-
uerſo perpenſa reſpondetur præſuppoſitū eſſe fal-
ſum, cum negatio æque cadat ſuper poſitionibus,
ac ſuper interrogatorijs, & quamuis poſitionibus
reſponderi ſoleat per verbum credit, vel nō credit,
22 idem tamen † eſt ac ſi negetur, vel confiteatur, &
a de veritate, reſpondeatur glo. in c. ex literis. de iu-
reiuran. Rebuf. ſuper conſtit. reg. in rit. de reſponſ.
per verbum credit, art. 2. glo. vnica, num. 2.

Cęterum, quod de informitate ſcripturæ ſine te-
ſtium annotatione, & alijs exceptionibus de iure
ciuili actori competentibus dicebatur reſpondetur
omnibus fuiſſe renūciatum, & ab illis receſſum per
contrariam actoris voluntatem, qui non expectata
noſtra declaratione, an vellemus ſtare in pronūcia-
tis, vel citationis commiſſionem reuocare, ut mo-
b ueramus (interlocutoria enim b iudici † nunquā
23 tranſit in iudicatum. l. quod iuſſit cum concord. ff.
de re iudic.) ſcripſit aliam ſcripturam dando cedu-
lam ſuſpectorum & confidentium virorum exper-
24 torum pro ea cōparatione facienda, ita quod † per
actum iſtum voluntarium videatur omne vitium
præcedens purgatum, arg. l. 2. C. quod met. cauſ. l. ſi
ob turpem, ff. de cond. ob turp. cauſ. ex obſeruantia
25 enim † ſubſecuta ſuppletur defectus præcedens ad
Franc. Becc. in conſ. 6. reuocatur, num. 15. 16. 17.

Minus etiam referr, quod dicebatur vltimo loco
de teſtibus aduerſantibus d. ſcripturæ.

Quia dicti teſtes dicunt ſe neſcire an d. ſcriptu-
ra ſit manu d. Antonij ſcripta, non tamen aſſerunt
eam non eſſe illius manu ſcriptam, quo caſu teſtes
nec improbant, nec comprobant eam, quia poteſt
eſſe, quod Antonius ſcripſerit, & quod ipſi non ha
26 beāt notam manum illius, ex qua depoſitione † nō
redditur ſuſpecta d. ſcriptura, vt inquit Caſtren. in
l. in exercendis, ſub num. 14. C. de fide inſtrument.

27 Teſtis enim dubitatiuè reſpondens † pro igno-
rante habetur. l. pro dubietate, C. de cond. indeb.
tradit Tinda. de teſtibus, capit. 7. numero. 3. & ad
illud, quod teſtis dubitatiue reſpondens ha-
beatur pro negante, reſpondetur procedere in
teſtibus inſtrumentarijs, & ſcripturarijs, qui ſu-
per inſtrumento, & ſcriptura de recenti facta in-
terrogati reſpondeant ſe neſcire, habeutur pro
negantibus, & eſt ratio, quia non eſt tantum
temporis elapſum, quod probabiliter obliuiſci po-
tuerint,

tuerint, ſecus in alijs, vt declarat Caſtrenſ. vbi ſu-
pra, & ita procedunt notata per Tiraq. in præcitato
loco. Hic autem ſumus in teſtibus non ſcriptura-
rijs, nec qui fuerint præſentes ſcripturę, ſed indu-
cti ad recognoſcendum manum ſcribentis, qui ſi ſe
non cognoſcere deponant, non ideo ſcriptura red-
ditur ſuſpecta, vt dictum eſt.

Et quoniam in prædicta apocha venditor ſibi re-
ſeruauit ratam fructuum vſque ad integram ſatiſ-
factionem, ideo non erit inconueniens emptorem
teneri pro rata fructuum decurſorum, quia æquita-
28 ti non conuenit, quod † emptor ſimul, & eodem
tempore re, & pretio gaudeat l. curabit. C. de actio.
empto. l. fructus. l. Iulianus. §. ex vendito. vbi Doct.
not. ff. eod. & ſignanter Caſtren. qui dicit hoc caſu
poſſe peti valorem fructuum, quia ex ſola eorum
c perceptione ſuccedit æquitas. d. legis curabit. c

Ex eo enim, quod venditor rem tradidit empto-
29 ri, & ſic impleuit pro parte ſua † licite, & omni iu-
re poteſt ab eo vſuras non ſoluti pretij petere di-
ctante æquitate, ne quis re, & pretio careat. Alex.
conſ. 147. nu. 1. 2. lib. 5. late ſcribētes in d. l. curabit.

Quod quidem procedit etiam, quod emptori
mora aſcribi nō poſſit, ſi pretium non ſoluit, velu-
ti, quia venditor, qui rem tradidit, fideiuſſorem pro
miſſum non præſtitiſſet, vel poſſeſſionem nondum
30 feciſſet liberam, vt promiſit, † adhuc tamen em-
ptor tenetur ad vſuras pretij non ſoluti, nam licet
venditor non impleuit, non tamen propter hoc em-
ptori diminutus eſt vſus rei traditæ, & ideo non de-
bet minus interuſurium pretij, quia tales vſuræ po-
tius ex æquitate veniunt, quam ratione moræ, vt
tradit Bald. in l. 2. nu. 4. C. de vſur. ſequitur. Alex. d.
conſi. 147. Gozad conſi. 55. nu. 11. Corn. conſ. 145.
num. 7. lib. 2. & poſt relatos Cagnol. in d. l. curabit,
nu. 32. 33. vbi de commu. opi. teſtatur. & dicit Nat-
ta conſi. 482. num. 12. quod venditor recipiens par-
31 tem pretij † tenetur ad fructus pro d. parte etiam ſi
emptor non ſoluerit reliquū ratione de qua ſupra.

Quæ quidem vſuræ ſecundum Bald. in d. §. ex
vendito non modo non ſunt prohibitæ de iure ca-
32 nonico, ſed nec † de iure diuino, quia non meræ
vſuræ ſunt, ſed quædam recompenſationes alterius
vtilitatis, & non loco pœnæ, ſed compenſationis,
ac intereſſe damni emergentis petuntur vſque ad
33 honeſtum modum ęquitate ſuadente, ne † quis
cum aliena iactura locupletetur. Bald. in d. l. 2. nu.
1. Cagno. d. l. curabit, num. 7. Gozad. conſ. 55. num.
11. Soc. iun. conſi. 66. num. 10. lib. 2. Grat. conſilio
78. num. 7. lib. 1. Rimi. iun. conſ. 67. nu. 8. Corn.
d. conſi. 145. nu. 7. vbi dicit hanc eſſe communem
opinio. Pariſ. conſi. 60. num. 20. lib. 1.

Et prędicta nedum in venditore implente pro
34 parte ſua procedunt, ſed † etiam in emptore con-
tra venditorem cum eadem ęquitatis ratio mili-
tet, & ad imparia iudicari non debeant. Bero. in ca.
cum dilecti, num. 12. de empt. & ven. eſt tex. ſing.
in l. 6. ff. de fund. dot. & in terminis. Alex. d. con-
ſi. 147. num. 3. verſi. ſimiliter, lib. 5. Ruin. conſilio
144. num. 2. lib. 2. Pariſ. d. conſi. 60. num. 15. 16. Ca-
gno. d. l. curabit, nu. 39. Couar. varia. reſolu. cap. 2.
num. 7. lib. 3. vbi de commu. opin. teſtatur.

Et ne dum in venditore recipiente pretium, ſed
35 in † promittente d vendere, qui tenetur ad fructus
d pro rata a die recepti pretij. Pariſ. d. conſi. 60. num.
25. & conſi. 75. num. 17. lib. 4. Natta, conſi. 384. nu.
5. Couar. d. cap. 4. num. 8.

Taxatio autem ſeu æſtimatio horum fructuum
36 ſeu vſurarum compēſatiuarum exigi poterit † ad
rationem 7. 8. & 10. pro centenario ſecundum mo-
rem regionis Fabia. de mon. de emptio q. 7. nu. 15.
Gozad. d. con. 55. nu. 9. 10. Cagn. d. l. curabit, num.
61. Ruin. d. conſi. 144. Pariſ. d. conſi. 60. nu. 29. vbi
plene Couar. d. c. 4. ſub num. 5. & ſeq.

ANNOTATIONES.

a De veritate. Deci. conſi. 445. num. 18. Pariſ conſi. 58. in princ. vol. 1. Rimin. conſi. 203. num. 6 & ſtante partis acceptatione in iudicio poſitio confeſſata non poteſt reuocari niſi docto de errore. Deci. in cap cum cauſam, num. 6. de appella. Alex. cōſi. 90. in princ. lib. 1. Rimi. loco præcit. ſecus in habita pro confeſſata, quę quandocunque poteſt reuocari. Rimin. iun. conſi. 473. num 23.

b Interlocutoria enim. Etiam ſi haberet vim diffinitiuę dummodo appelletur a parte, per appellationem enim additur robur ad reuocandum. Rot. deciſ. 86. in noui incipit ſi a pronunciatione iudicis. Capic. deciſ 1. num. 27. cum pluribus ſeq. Hinc ſumitur practica reponendi appellātes ab aliquo grauamine. Quæ vera dic procedere quoties non fuerit iudici inhibitum, nam poſt inhibitionem legatę ſunt manus iudicis. Bal deciſ 459. appellatione. Magon. infra deciſ. 23. num. 10. Et quod interlocutoria, quoad iudicem non tranſeat in iudicatum intellige non procedere in interlocutoria lata ſuper exceptionibus dilatorijs, vel ſuper condemnationibus expenſarum, vel ſimilibus, talis enim interlocutoria, ſi ab ea non appelletur infra decem dies, tranſit in iudicatum non ſolum, quoad partem, ſed etiam quoad iudicem, nec per appellationem a diffinitiua poterit reparari. Franc. in cap. ceſſante. 14 limit. de appell. in 6. alias limitationes, & ampliationes, vide breuiter reaſſumptas poſt Frā. per Corrad. in ſuo Breuiar. tit. de ſentent. num. 9. & quando iudex poteſt etiam poſt inhibitionem procedere, vide Magon. infra deciſ. 25. num. 40.

c Dictæ legis curabit. Ad iſtam legem, vide nouiſſime Lup. Geminian. in tracta. quem inſcribit, de vſus & commercio illicit. quo loci per octo §§. totā materiam. d. l. perbelle explicat in comment. 1.

d In promittente. Vide Socin. in l. ſi ante nuptias ſub num. 2. ff. ſolut. matr. & authoritates pro, & contra, vide per Natt. ad Alean. conſi. 121. lib 4. & diſputantem poſt Cagnol in l. 2. C. de reſcind. vend. vide Lup. Geminian. de vſur. comment. 1. §. 7. num. 157.

SVMMARIVM.

1 *Sententia ſecunda ſi ſit executio primę, & a prima non detur appellatio, nec a ſecunda appellare licebit.*

2 *Aequitatis ratio dictat lites dirimere, & ſumptibus parcere.*

3 *A ſententia declaratoria regulariter non datur appellatio: ſententia declaratoria cenſetur vnum votum cum prima, & ſimul, & eodem tempore emanaſſe.*

4 *Declaratoria ſententia tanquam nihil noui inductiua retro reſpicit.*

5 *Taxatio expenſarum dicitur ſententia interlocutoria, num. 9.*

6 *Niſi fiat in ipſa diffinitiua.*

7 *Omnis ſentētia lata in executionem diffinitiua dicitur interlocutoria.*

8 *Interlocutoria dicitur, qua non perimit ius parti licet*

Digitized by Google

præiudicium inreparabile afferat, & non expectet aliam diffinitiuam.
9 *Taxatio expenſarum, an ſit interlocutoria mera, vel habens vim diffinitiua.*
10 *Interlocutoria mera qua ſit.*
11 *Ab exceſſiua taxatione datur appellatio.*
12 *Ab executione ratione exceſſus datur appellatio: exceſſus quot modis contingat fieri.*
13 *Non reperitur caſus in quo ratione exceſsus non detur appellatio.*
14 *Cauſa ſpecialiter exprimenda in appellatione ab exceſsu.*
15 *Cauſa expreſſio, in exceſsu quare neceſsaria ſit.*
16 *Cauſæ expreſſi nedum vbi appellatio ſit probibita à lege, ſed ex facto hominis.*
Et generaliter in omni caſu, quando receditur à regulis iuris.
17 *Interlocutoria lata in executionem diffinitiuæ regulatur vt mera interlocutoria.*
18 *Appellatio proprie non dicitur, ſed recurſus quando ſit à mero executore exceſsus, nullam iuriſdictionem habente.*
19 *Cauſa friuola, & irrationabilis in appellatione expreſſa reijcitur.*
20 *Mandatum ſpeciale requiritur ſi appelletur ab executione.*
21 *Iudex nõ poteſt per ſuas interlocutorias mutare naturam iudicij.*
22 *Iudex non poteſt facere, quod interlocutoria ſit diffinitiua.*

ARGVMENTVM.

Sententia taxationis expenſarum, an ſit interlocutoria mera.
Item an detur appellatio à dicta taxatione, & de appellatione ex capite exceſſus, & de cauſis in huiuſmodi appellatione neceſsario exprimendis.

DECISIO XVIII.

AD querelam illorum de Forteguerris fuit cõdemnatus per D. Pretorem Nicolaus Cãpana ad deſiſtendum a turbatione, & moleſtia inferenda in bonis, de quibus agebatur, necnon in expenſis, & damnis in executione ſententię liquidandis. Quæ ſententiæ ex confirmatione Rotæ tranſijt in iudicatum.

Succeſſiue facta liquidatione, & ſecuta taxatione expenſarum idem de Campana ſub pretextu exceſſiue taxationis ad nos appellauit, cui opponebatur non eſſe deferendum.

Primo, quia iſta ſententia taxationis expenſatum & liquiditionis eſt executio primæ condem-
1 natorię, & vbi duæ ſententiæ ita ſe habent, quod ſecunda ſit executio primę, ſi a prima non appella-
a tur, nec a ſecunda, † quia executor non dicitur grauare, ſed grauamen primo iudici tribuitur, cap. nouit. de appella. Butri. in conſ. 74. num. 4. ita tradit Bald. in l. ſi cum exceptione. §. cum hęc. ff. quod met. cauſ. Feli. in c. quo ad conſultationem, num. 14. extra de rei iu. alias ſua qualibet parte executionis daretur appellatio, vtique proceſſus in infinitum protraheretur, contra mentem dominorum ſtatuentium, qui ab huiuſmodi interlocutorijs præcluſiſſe viam appellandi videntur ratione æquitatis moti
2 ad euitandas litium expenſas, † & partium labores. c. finem litibus, & c. ſi. de. dol. & cont. & in ſimili ſtatuto tradit. Ioan. And. in cap. ſi de appellat. in 6. vnica tantum via recurrendi relicta, qua quis poſſit ab iniuſtitia, & grauamine harum interlocutoriarum ſe ſe defendere, quod eſt remedium breuius, ac expeditius, quam ſit appellatio, vt habetur. cap. 20. Rotæ de recurſu ab interlocutorijs, & in c. 50. de executione ſententiarum, verſ. & a prouncijs ſiue ſententijs.

Secundo, quia ſententia taxationis dicitur decla-
3 ratoria primæ, a qua † declaratoria regulariter non datur appellatio, quia ineſt in declarato nullũ nouum grauamen inferens, nullamque nouã ſententiam conſtituens, ſed retrotrahitur ad tempus primæ, & cum illa emenaſſe fingitur, & vnum votum reputatur ad not. per Ioan. Andr. in addi. ad Specu. de teſte. §. nunc videndum, ſub num. 18. verſi. plus dico. Et in ſimilibus terminis firmat Roma. in conſ. 45. ſuper eo, & conſi. 65. viſo themate.
4 Qualibet enim † declaratoria tanquam nihil noui inductiua. l. hæredes palam. §. ſed & ſi ff. de teſtam. retro. reſpicit ſecundum Federic. de Sen. conſilio 112. amice cariſſime, num. 3. Rui. conſil. 225. col. fin. lib. lib. 1.
5 Tertio † taxationis expenſarum ſententia dicitur communiter eſſe interlocutoria, not. Franc. in cap. cum ceſſante, 11. limita. num. 24. & num. 53.
6 niſi taxatio fiat in ipſa diffinitiua, quia tunc tanquam pars diffinitiuæ cenſetur, vt tradit Franc. in cap. cum ceſſante num. 53. Felin. in rub. de rei iudi. num. 13. & de communi opin. teſtatur. Maranta in Specul. aduo. 3. part. 6. part. princip. num. 36. & not. pract. Papien. in forma appell. ab. interlocutoria, gl. pen. in fin. & Guid. PP. conſilio 66. num. 1. & 2. vbi
7 etiam dicit, quod † omnis pronunciatio lata in executionem ſententiæ diffinitiuæ. (vt hic) dicitur interlocutoria, & hæc quidem nedum interlocutoria, ſed mera interlocutoria habenda eſt, nam & ſi reſpectu ſummæ declaratæ, & taxatæ. in reparabile præiudicium afferat, cum non expectet a-
8 liam diffinitiuam in eadem inſtantia, † tamen ex quo ius partis in cauſa principali nõ perimit (quod iam per rem iudicatam extinctum erat) non deſinit eſſe interlocutoria, vt ex pluribus comprobat egregie Aret. in conſilio 106. in præſenti, colum. 1. & 2. Crauet. conſilio 181. iudex, numero 1. & ſic dicebatur locum eſſe dicto cap. Rotæ 20. a meris in-

interlocutorijs appellationem prohibenti,& recurſum tantum permittenti.

Ex aduerſo replicabatur dato, quod hæc pronunciatio taxationis expenſarum ſit interlocutoria, eſt tamen talis quod ab ea tam de iure communi,quam municipali appellatio non denegatur, propterea
9 quod huiuſmodi † interlocutoria nõ mera, ſed vim diffinitiuæ habere dicatur,vt in indiuiduo cõſultus reſpondit Rom.in cõſ.357.& ſeq. ſequitur Felin.in
10 rub.de re iud.ſub nu.14.† mera enim interlocutoria propriè,& ſtrictè loquendo ea dicitur,quæ inter media cauſæ profertur, vt diſtinguendo tradit Ant. de Butr.in conſ.6.& quæ poſt ſe diffinitiuam expectat ſecundum Caſtren.in l.imperium, col.1. nu.2. ff.de iuriſd.omn.iud. Et ideo retentis terminis iuris municipalis,ſeu conſtitutionarij d.cap.10. loquentis de mera interlocutoria non vendicabit locum in habente vim diffinitiuæ, vt in terminis decidit Angel.quem cęteri ſequuntur in l.ſtipulationum aliç, in princ.de verb.oblig.& in d.l.imperium,ſequitur Aret.in conſ.106.nu.2.

De iurę vero communi ſimiliter non eſt dubitandum ab ea appellari poſſe, cum interlocutoria vim habens diffinitiuæ reguletur ſecundum diffinitiuam glo.in cap.fi.in verbo inanes.de electio.in 6. Spec.de appell.§.in quibus. Ioan.Andr. & alij in ca. peruenit de appell. Alex. conſil.182.in cauſa,nu.1. lib.6.Iodoch.in Enchir. parili. aut ſimil.verbo ſententia primo.

Vlterius dicebatur reddi indubitabilis præſens quæſtio, pro appellante, quia non appellauit ſim-
11 pliciter; ſed ab exceſſu taxationis, † Ab exceſſiua autem taxatione quod detur appellatio in terminis,firmat Franc.in cap. ſæpe, quæſt. 10. num.56. de appell. poſt Innoc.in cap.fi. verſ.taxatione quod met. cauſa.
12 Et † generaliter quod ab executione ratione exceſſus(quod quatuor modis contingere, tradit Roland. in conſil.43.num.6. libro 1.) & decem modos congerit Rebuff.de ſent.execu.artic.7.glo.14.notat Bal.in cap.licet,de offic.delegat. & in conſ.428. delegatus.Felin.in cap.quoad conſultationem,nu.20, de re iud. hoc eſt adeo verum, vt non detur caſus in
13 quo reſpectu non poſſit appellari, † ut inquit Bal. in præcitato loco,etiam ſi quis iurauerit non appellare citra notam periurij ab exceſſu appellare licebit, Zaſ.conſil.12.num.58. Phanuc.de iu lit.iuran. 3.par.num.5.

In qua quidem appellationis interpoſitione non
14 intempeſtiue appellans exceſſus † cauſas ſpeciales
b expreſſit b cum alia nunquam iudex ei deferre teneretur, ut poſt Bart.tradit Bal.& Salic.in l.ab executore,ff.de appell.Abb. in d.c. quoad conſultationem,num.38.Bellamer.d.cap.nouit.Rebuff.de ſent.execut.artic.7.gloſ.12. num.12.& glo.14.nu. 14.Bero.conſil.32.num.8.lib.3. Roland. conſil.43. num.6.lib.1.

Et de communi opin. teſte Claud. de Seiſel. in l. ſtipulationum,num.8.ff.de verbor. oblig. quicquid nonnulli in contrarium ſenſerint,quibus reſpondet Felin.in d.cap.quoad conſultationem, num.19.

Hæc autem ſpecialis expreſſio cauſarum exceſſus neceſſario facienda non eo tendit,'vt fit de ſub-
15 ſtantia appellationis, ſed † ad iudicis informationem,qui cum videat appellationem interponi contra formam iuris communis,debet in dubio præſumere non eſſe admittendam.

Ad hoc igitur, vt Iudex a iure communi diſcedere poſſit,debet ei proponi cauſa rationabilis, ut ſciat an ei deferre debeat, vt notat Felin. in dicto c. quoad ad conſultationem,num.20. Capicius in deciſ. prima,num.11.Rolan.a Val. dicto conſil.43. num. 6.Franc.& alij in cap. cum ſpeciali, §. porrò de appellatione,& in cap.Romana, §.ſit autem,vbi Fran. Gemin. Ioan.Andr. Archid. de appellat. in 6. facit quod tradit.Couarr.pract.quæſtio.cap.23. num.5. verſ. ſecunda concluſio. & Contard. in l. prima in tertia limitatio. num.39.& ſeq. C. ſi de mom. poſſeſſio. quod ſcilicet cauſa ſit exprimenda procedit
16 etiam † ſi appellatio ſit prohibita ex facto hominis, vt quia cauſa ſit commiſſa appellatione remota, vt per Franc. dicto §. ſin autem. Felin. dicto cap.quoad conſultationem, numero 20. imo etiam in omni diſpoſitione,in qua receditur a regulis iuris,vt poſt relatos, Andrea Tiraquell. de pen. in præfatio.numero 54.Crot.in l.filiusfamil. §.diui, num.105.de leg.primo.

Concluſum fuit contra appellãtem,qui ſiue hęc pronunciatio dicatur mere interlocutoria , vt placuit Aret. d. conſilio 106. ſiue vim diffinitiuæ habeat ,
17 † ex quo tamen lata eſt in executione ſententiæ regulatur,vt interlocutoria,vt not. Felin. in rubr. de re iud.ſub num.4.verſic.Quod autem,Pract.Pap.in forma libell.actio.realis,verbo in expenſis,num.18. debebat recurrere, non autem appellare vigore d. c. Rotæ 10. quod nedum procedit in meris interlocutorijs , ſed etiam in quibuſcunque pronuncijs latis in cauſis executiuis.

Neque nos mouit appellatio ex capite exceſſus quæ quando ſit à mero executore iuriſdictionem nullam habente nõ propriè appellatio nominatur,
18 quia a non iudice ſit, † ſed recurſus, ut dicitur Bal. in conſilio 428.delegatus, ſequitur Rebuff. de ſentent.execut.art.7.gloſſ.12.numero 10. Quia cauſæ ſpeciatim expreſſę non viſæ fuerunt rationabi-
19 les,ſed friuolę,ideo † non attendendæ,Zabar.in dicto cap.quoad conſultationem in fi. Rebuff. & Roland.in præcitatis locis.Iaſ.conſilio 60. num.5.libro 1.cauſa vitiat appellationem etiam ſi eam exprimere non teneretur.Roman. ſing.767. poſt Io. Andr. in cap.cond.de appell.colum.fina. Dec. conſil.408. vltra quod non expreſſit quantitatem grauaminis, ſeu exceſſus, & vt facere debebat ex notatis per Innoc.in cap.fina. colum. fina. numero 4.quod met. cauſa.

Allegabatur enim per appellantem quod iudex in taxatione expenſarum incluſit expenſas primæ inſtantiæ intelligi debebat de expenſis ſecundi proceſſus,quę ad vnum proceſſum reducuntur,quia in expenſis vtriuſque iudicij condemnatus fuit, merito primi quoque proceſſus, ratio expenſarum habenda erat,

d 4 Quini-

Digitized by Google

Quinimò non ab re potuiſſet dubitari de mandato procuratoris appellantis ab huiuſmodi pronuncia taxationis, quæ quædam dicitur eſſe executio condemnationis, ut dicit Franc. in d. cap. ſæpe, num.62. de appell. & ad hoc, vt quis ab executione
10 appellare poſſit † requiritur ſpeciale, & indiuiduũ mandatum, nec ſufficit mandatum generale ad lites, & cauſas, Ang. in l. ab executore, colum. 4. ff. de appell. refert Felin. in d. cap. quoad conſultationem, num. 21. & hoc propter pœnam 50. aureorum in quam poſſet facere, incidere ſuum principalem de qua pœna habetur in l. ab executione, C. quorum appell. non recip. parum etiam vrgebat, quod Do. Iudex in taxatione videatur ſecutus ordinem iuris ad not. per Roman. d. conſ. 357.

a 1 Quia per intricatorias iudicis natura iudicij non alteratur, vt ex doctrina Bald. in conſi. 153. nouum dubium, lib. 1. tradit Contard. in l. 1. in §. 5. ſecundæ limit. nu. 25. C. ſi de momenta. poſſeſſio facit, quod not. Roman. conſilio 446. colum. 2. verſic. 2. ne error, & Natta, conſilio 96. num. 4. poſt Bald. in l. teſtium, num. 16. C. de teſtib. vbi error iudicum non nocet partibus, & in terminis, quod iudex non poſ-
a 2 ſit facere, quod † ſententia interlocutoria ſit diffinitiua etiam ſi expreſsè eam diffinitiuam nominet, tradit Fel. in rubr. de re iud. ſub num. 2. poſt Bald. & Anchar. ibi per eum citatos, facit quod not. Aemil. conſ. 72. viſo, num. 9. vbi dicit, quod iudex non poteſt in cauſis coram ipſo vertentibus mutare, & alterare formam iur. idem notat Caſt. in conſ. 45. nu. 9. inter conſil. criminalia, lib. 1. dicens, iudicem non poſſe per ſua verba mutare iuris diſpoſitionem.

ANNOTATIONES.

a Nec a ſecunda. Quod a ſententia, ſeu decreto de exequendo non detur appellatio eſt communis opin. Alexan conſ. 95. lib. 2. cum alijs Michael Graff. commu. opin. verb. appellatio. q. 12. Quod contraria ſit communis teſtatur. Laufran. in cap. quoniam contra, in verb. interlocutiones, & appellationes, num. 102. extra de probat. fol. mihi 89. Sed quod non admittatur eſt magis communis. Rolan. conſ. 43. nu. 5. lib. 1. hæc enim ſententia eſt interlocutoria iuxta receptã opin. de qua per Balb. deciſ. 412. ſententia. Sed ſaluando vtramque opinionem poſſet dici, quod detur appellatio ad effectum deuolutiuum, non autem ſuſpenſiuum prout declarat Franc. Marc. deciſ. 392. num. 4. atqui tenendo magis communem, illam declara niſi in appellatione fuerit ſpecialiter nominata cauſa exceſſus, vel ſententia contineret nouum grauamen, tunc enim poſſe appellari, Rolan. dicto conſ. 43. num. 5. Crau. conſ. 273. num. 14. & latè eſt videndus Paul. Brit. a Caſtr. pleb. in ſuis conciliat. ad Bart. contrariet. verb. appellatio datur. Conciliat. 9. Magon. infra deciſ. 48. nu. 5. & ſeq.

b Cauſas ſpeciales. Dixi aliqua in recollectis ad l. properandũ, §. ſiue autem alterutra in 4 intellig. 8. intelligen. prin. C. de iud. in quo §. poſui fere totam materiam expenſarum.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteoſis ſtipulata pro ſe filijs, & nepotibus quomodo interpretetur, num. 8. & 13.*
2 *Affectio maior præſumitur in proximiores, quam ad remotiores, num. 14.*
3 *Nepotes excluduntur ſtantibus patruis proximiorib.*
4 *Confraternitates, an dicantur loca pia, & num. 15.*
5 *Argumentum a feudo ad emphyteoſim, an valeat, & num. 17.*
6 *Filius non ſubintrat in locum patris in feudis.*
7 *Filius repræſentat perſonam patris eiuſque locum ſubintrat in ſucceſſione hæreditatis, non extra hæreditatem etiam ſi diſputaretur inter patrem, & filiũ, num. 19.*
8 *Emphyteoſis priuati recepta pro ſe filijs, & nepotibus communiter intelligitur recepta pro deſcendentibus hæredibus, num. 12. & 13.*
9 *Et intelliguntur vocati deſcendentes eo gradu quo lex vocat.*
10 *Nepos ex filio dicitur eſſe in eodem gradu cũ patruo.*
11 *Teſtatores, & contrahentes cenſentur ſe conformare cum diſpoſitione ſtatuti ſi verba non repugnent.*
13 *Emphyteoſis eccleſiaſtica recepta pro ſe filijs, & nepotibus non intelligitur recepta pro deſcendentibus hæredibus, ſecus in priuata.*
14 *Affectio non ſolum conſideratur ſecundum naturam, ſed etiam ſecundum legem.*
15 *Confraternitates non dici pia loca.*
16 *Pia loca ex quibus eſſe comprehendantur.*
17 *Argumentũ a feudo ad emphyteoſim procedit, quando agitur de feudo non hæreditario.*
18 *Filius per fictionem repræſentat perſonam patris, et fit inde extenſio mediante interpretatione paſſiua.*
19 *Filius ſubintrat in locum patris, etiam ſi diſputetur inter patrem, & filium.*

ARGVMENTVM.

Emphyteoſis conceſſa pro ſe, filijs, & nepotibus quomodo interpretetur: In emphyteoſi, an filij ſubintrent in locum patris cum patruis.

DECISIO XIX.

IN quadam cauſa emphyteoſis a confraternitate receptæ pro ſe filijs, & nepotibus cum recipiens mortuus fuerit relictis duobus filijs legitimis, & naturalibus, ac nepote ex alio filio præmortuo, quærebatur, an d. nepos ſubintraret in locum patris, & negantibus patruis D. Iudex a quo pronunciauit d. nepotem ſubintrare, cuius ſententiam confirmabimus non obſtantibus ex aduerſo adductis, videlicet.

Dicebatur enim contra nepotem, quod d. ſtipulatio pro ſe, & filijs, & nepotibus communiter in-
1 terpretari ſoleat, vt † primo ſibi ſtipulans deinde filijs, & poſtea nepotibus acquirere videatur, quia contrahentes cenſentur reſpexiſſe ordinem ſucceſſorium, nõ adt hæreditariũ, cum non ſuccedatur ex diſpoſitione legis, ſed hoĩs, & cõſequenter conſide-
2 ratur affectio, † quæ eſt maior erga proximiores. Bal. in

3 in l. cum ita.§. in fideicommiſſis.ff. de legat. 2. † fi-
lij fratrum excludi debent ſtantibus patruis ſtipu-
lanti proximioribus ordine ſucceſſiuo vocatis,Bar-
to.in l.quod dicitur,num.6. de verbo. obligat. Doc.
in l.Gallus.§.quidam rectè.ff.de lib.& poſthum.Sa-
lic.in l. a quæſtio.17.C.de iu. emphyt. Alex.conſil.
129.lib.6.Rom.conſil.22.& 35.Corn.conſi.47.lib.
4.Cur.ſen.conſi.75.num.13.& de commu.opin.te-
ſtatur.Iaſ.d.l.2.num. 186.Bero.conſi.55. nume.12.
lib.2.Iuli.Clar.in §.emphyteoſis, q.35.

Secundò dicebatur prædicta eo magis procedere
debere quando eſſemus in bonis piæ cauſæ, nam
4 † confraternitas connumeratur inter loca pia Spe.
de inſtrum.edi.§.nunc aliqua.Abb.conſil.32.num.
4.lib.2.Deciſ.conſi.72.num.2. quo caſu non dubi-
tant,doct.ſupra relati, quod nepos ſubintret in lo-
cum patris.

a Tertio adducebatur valere argumentum a feu-
5 do ad emphyteoſim Alexand.in l.etiam.ſolut.ma-
trim. & in l. quod dicitur, & in l. ſi mihi, Titio, de
verbor.obligatio.doct.in capit.1. de feud.cogni.Be-
ro.conſil.113.num.22.& 152.num.21.lib.2. ſed in
b feudo b filius † non ſubintrat in locum patris.Bart.
6 in authen. poſt fratres.C.de legi.hæred.Cuma.in.l.
cum ita.§. in fideicommiſſis.in fin.de legat.2.Ale-
xand.conſi.204.num.6.& 7.lib.2.vbi dicitur,filium
repræſentare patrem per fictionem, quæ fictio, &
improprietas non habet locum in contractibus.l.
quicquid aſtringendæ de verbor.obligatio.& tanto
7 magis, quia filius ſuccedit in locum patris † in ſuc-
ceſſione hęreditatis, ſed extra hæreditariam cau-
ſam non procedit iſta repræſentatio.Barto.in d.au-
thent.poſt fratres. Alexand.d.conſilio 204.Cuma.
vbi ſupra Gabr.in concluſ.1. num.29. de ſucceſſio.
ab inteſt.

Quibus tamen non obſt. pro nepote concluden-
dum diximus, quoniam cum ſimus in emphyteoſi
conceſſa a confraternitate,& ſic à priuato, vt mox
dicetur, pro ſe filijs, & nepotibus intelligitur a pa-
8 tre ſtipulata † pro deſcendentibus hęredibus, doct.
communiter. in l. ſi tibi decem. §. ſi pactus,de pact.
& in l. quod dicitur de verbor. obliga. Thob. Noni.
in conſil. 2.num.29.quo caſu intelliguntur vocati,
9 † eo gradu quos lex eos vocat ab inteſtato. l. fin. C.
de verbor.ſignifica.vbi Caſtr.Corn.& Iaſo. & non
ſolum ſi ſunt in eodem genere vere, ſed etiam per
repræſentationem,& legis diſpoſitionem.Cor. con-
ſil.22.num.16.& 131.num.9.lib.2.Iaſo.conſi.159.
lib.4.

Cum igitur nepos, ex filio prædefuncto quoad
10 ſucceſſionem ab inteſtato † ſit in eodē gradu cum
patruis.§.cum filius, inſtitu.de hæredi. quæ ab int.
c defe.debet admitti c ad iſta bona emphyteutica,ſicut
admiſſus eſt ad hæreditatem, cum præſertim tam
teſtatores, quam contrahentes ſi verba non repu-
11 gnent † cenſentur conformare ſuam voluntatem
cum diſpoſitione iuris, doct.communiter in l. Gal-
lus.§.quidam recte,de lib. & poſthum. in l. hæredes
12 mei.§. cum ita. ff. ad Treb. & hoc † in emphyteoſi
priuati tenet Alexand.d.conſil.129.numero 7.& 8.
lib.5. Bero.conſil.68.numero 11.38.& 42.libro 1.
Gabr.de ſucceſſio.ab int. concluſ.1.numer.33.& de
communi teſtatur Ruy.conſil.162.num.9.10.libro
1.Rub.in d.l.Gallus.§.quidam recte, numer.135.&
ſeq.Hier.Gab.conſi.86.num.5.9.& per totum, vbi
indiſtinctè tenet hanc opinionem etiam in emphy-
teoſi Eccleſia.

Nec obſt. primum ex aduerſo obiectum, quia
procedit in emphyteoſi Eccleſiaſtica,quæ non cen-
13 ſetur ſtipulata pro deſcendentibus hæredibus † ſe-
cus in priuata. Alexand.d.conſi. 129.Ruyn.conſil.
169. num. 9. lib.2. cum alijs ſupra adductis,& illa
ratio.Bald.in d.§. in fideicommiſſo, quod conſide-
raretur affectio,quæ eſt maior in proximiores com-
14 muniter reprehenditur, quia affectio,non conſide-
ratur ſolum ſecundum naturam, ſed etiam ſecun-
dum legem.Hierony.Gabriel.d.conſilio 86.nume-
ro 89.

d Ad ſecundum de confraternitate d reſpondetur,
15 quod licet ſint collegia approbata, † non tamen
ſunt pia loca. Bald.conſil.162.num.4 lib.5.& hanc
magis communem opin. teſtatur eſſe Anton. Gab.
de pia cauſa concluſ.1.num.7.& hoc tanto magis
procedebat, quia probabatur domum d. congrega-
tionis nō habere faciem Eccleſiæ, ſed oratorij, quo
caſu talis locus præſumitur laicus.Lambert. de iur.
patr.num.12.artic.11.quæſt.princ. primæ part.lib.
1.numero 4.Benint.deciſ.13.num... Item, quia ibi
16 non aderant † clerici,non campanile, non cimite-
rium,aut ſepultura,non celebrabatur publice,Epi-
ſcopus in ea non exercebat iura Epiſcopalia qua de
cauſa d. locus omnino profanus præſumebatur Ar-
chid.in capitul.nemo de conſecr. diſtinct. 1. Feder.
de Sen.conſil.130.numer.2. Roman. in conſil.447.
num.11.& 13. Pariſ.conſil.34.num.15.lib.4.Lam-
bert.vbi ſupra vltra,quod probabatur d.congrega-
tionem ex laicis conſtare,& à laicis gubernari, un-
de locus præſumi debet profanus.Zaba.in conſ. 11.
num.5.6.& per totum.Et cum non appareat, quod
d.locus fuerit auctoritate Epiſcopi deputatus,indu
bio ſtatur poſſeſſioni,& rei, quæ prima facie appa-
ret.Feder.de Sen.d.conſil.130.num.2. Corn. conſil.
206.num.2.& 3.lib.4.late Tiraq.de priuil. quæ cau
ſæ in præfat.& Natta.conſi.62.in fin.Rebuff.in con
ſtit.reg.in tit.de confratrijs.

Ad tertium de argumento a feudo ad emphyteo-
ſim dicitur procedere ibi dicta, quando agitur de
17 feudo non hæreditario, ſecus † ſi de hęreditario tra
ctetur.Gabr.vbi ſupra num.7.& 8.imò fortius uo-
luit Ruyn.in conſi.12.numero 13.& ſeq.lib.1.quòd
in feudo non hæreditario filius repræſentet perſo-
nam patris,& ibi reſpondet ad rationes. Alex.in d.
conſil.204.lib.2.

Nec obſt. quod filius per fictionem repræſentet
18 perſonam patris,nam dicitur,quod fit † extenſio ad
hunc caſum fictum mediante interpretatione paſ-
ſiua.doct.in l.1.§.lex Falc.ff.ad l.falſi. Bar. in l.libe-
rorum de verb.ſignifi.Alex.conſil.88.lib.1.Ruyn.d.
conſil.12.num.16.

19 Et hæc concluſio procedit † etiam ſi diſputaretur
inter patrē,& filiū,quia filius tāquam nepos reſpe-
ctu aui prætenderet ſucceſſionem,immò dubitabi-
lius

Digitized by Google

lius erat in nepote ex fratre prædefuncto, tamen idẽ eſt per tradita per Ruy. in conſi. 162. nu. 5. 6. libr. 3. quod obiter dictum ſit, &c.

ANNOTATIONES.

a Argumentum. An, & quomodo valeat argumentum de feudo ad emphyteoſim, vide per Moder. à Caſtr. pleb. in trac. conciliat Bar. conſ. 11. poſt Clar. in § feudum, quæſt. 3. ver. & hæc quidem concluſio.

b Sed in feudo. An in feudo filius ſubintret in locum patris D. Tiber. Decian. lauſſ. conſil. 9. in princ. cum pluribus, num. ſequen. lib. 2. & conſi. 55. num. 40. lib 3. vbi tenet affirmatiuam, & dicit eſſe indubitatam apud omnes, quos ipſe allegat.

c Debet admitti. Quod filius in emphyteuſi repræſentet perſonam patris. Tiber. Decian. d. conſil. 9. nu. 5. lib. 2. & d. conſi. 55. num 50. lib. 3.

d De confraternitate. An, & quando confraternitas dicatur locus pius, vt eius priuilegijs gaudere poſſit late videas Hierony. Gab. conſ. 162. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Certa dicitur res fieri, quando in inſtrumento exprimitur demonſtratiua rei particularis, & nu. 14.*
2 *Certum dicitur, quid quando breui negocio per communes amicos poteſt certificari.*
3 *Ad certificandam rem incertam, & incerte venditam poteſt agi præſcrip. verb.*
4 *Conditio retrotrahitur ad tempus contractus, maximè quando non eſt poteſtatiua, num. 16.*
5 *Pretium rei venditæ arbitrio tertij committi poteſt, & ſecuta declaratione valet.*
6 *Pretium ſicuti res, eſt ſubſtantiale contractus empt. & venditionis.*
7 *Per interpoſitionem ſecundi decreti transfertur dominium prouenieus iure debiti.*
8 *Poſſeſſio per locationem, an dicatur transferri.*
9 *Verbum conſignauit eſt tranſlatiuum dominij præcedente titulo, & num. 22.*
10 *Conſignauit hoc verbum eſt tranſlatiuum dominij præcedente titulo, & num. 22.*
Lex ſemper eſt certa de quota reſpectu pretij ſoluti.
11 *Contractus venditionis, qui ſit inualidus reſpectu incertitudinis loci, & quotæ, an valeat ſaltim tanquam contractus innominatus.*
12 *Incertitudo loci, & quotæ fauore dotis, an vitiet contractum, num. 31.*
13 *Incertitudo loci, & quotæ impedit translationem dominij, & poſſeſſionis ex communi opin.*
15 *Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem, num. 30.*
16 *Conditio non retrotrahitur re non integra.*
17 *Incertitudo non obſtat, quando transfertur poſſeſſio ex diſpoſitione legis.*
18 *Locatio rei alienæ, an valeat.*
19 *Locatio rei propriæ non valet.*
20 *Tutor, & ſimiles per conſtitutum non transferunt poſſeſſionem declara niſi in conſequentiam actus permiſſi.*
21 *Decretum iudicis requiritur in alienatione bonorum ex cauſa dotis.*
22 *Verbum conſignauit extra præſentiam rei prolatum non transfert poſseſſionem.*
23 *Statutum loquens de contractu intelligitur de valido.*
24 *Statutum recipit interpretationem è iure communi.*
25 *Statutum Lucenſe, lib. 4. cap. 89. declaratur.*
26 *Statutum Lucenſe 100. lib. 2. declaratur.*
27 *Incertitudo loci, & quota ſecuta traditione non vitiat contractum.*
28 *Ruinus, in conſ. 170. nu. 11. lib. 4. & 127. nu. 15. q. 5. contra communes opin. loquitur.*
29 *Saluatur tamen Ruyn. vt ibi, num. 29.*
30 *Actio perſonalis non datur contra ſingularem ſucceſſorem, & num. 15.*
31 *Cauendum eſt Ceph. in conſ. 139. qui contra communem opin. loquitur.*
32 *Incertitudo fauore dotis, an quando vitiet.*

ARGVMENTVM.

De incertitudine loci, & quotæ an, & quando vitiet contractum.

DECISIO VI.

ANDREAS Tutor teſtamentarius Vincentij ex fratre nepotis, & hæredis inſtituti à Sebaſtiano eius patruo conſignauit monialibus Villa pro dote, ſeu elemoſina monialis ſororis d. Vincentij tantam ratam, & partem vnius petiæ terræ pro indiuiſo, cum d. Vincentio, quantam capit valor ſcutorum 50. declarandam arbitrio amicorum communiter eligendorum, quam ratã ſtatim prędictus tutor conduxit in eodem inſtſo ab eiſdem monialibus pro certis annis, & certa conuenta penſione.

Succeſſiue tractu temporis idem Vincentius eandem terram vendidit, & tradidit cuidam Raynerio. Contra quem moniales agebant pro electione amicorum ad effectum declarandi ratam prædictã iuxta tenorẽ inſtrumenti, quas reus dicebat ſine actione experiri propterea quod d. inſtrũm eſſet incertum ratione loci, & quotæ. Et lata ſententia pro reo conuento, ad nos pro parte monialum appellatum fuit. Pro quibus D. Ioſeph Torricciola acutiſſimi ingenij vir plura fundamenta deducebat, &c.

1 Primò, † quod res dicitur certa fieri, quando in inſtrumento exprimuntur demonſtratiuæ rei particularis. Deci. conſi. 179. col. fin. pro vt in præſenti caſu factum videbatur.

Quod etiam confirmabat, nam data incertitudi-
2 ne, cum † tamen per communes amicos breui negocio poſſet certificari, non habetur in conſideratione, ſed perinde habẽdum eſt, ac ſi incertitudine verſaremur. Zabar. in con. 105. num. 16. Marſil. in rub. C. de probatio. num. 426.

3 Et ad † certificandam hanc ratam, dicebat agi poſſe preſcriptis verbis, prout actum fuit Ruyn. in terminis, conſ. 144. lib. 1. & ſecuta certificatione aſſignatio,

4 ſignatio, quæ † cum ſit facta ſub conditione, retto-
trahitur ad tempus contractus, ex quo non erat po
teſtatiua, nec in poteſtate aſſignantis, l. qui Balneū,
& l. potior. ff. qui po. in pi. Bald. in l. fin. num. 8. C. de
contrahend. emptio.

5 Secundò, † allegabatur, l. fi. C. de coutrahen. em-
ptio. vbi pretium rei venditæ poteſt committi arbi-
trio tertij, & ſecuta declaratiune valet contractus.
6 Cum itaque † tam res quam precium ſint de ſub-
ſtantialibus cōtractus emptionis, vt declarat Bal. in
l. in vendente, nu. 2. 3. ff. eod. ſicuti pretium poteſt
committi arbitrio tertij, vt declaret pro quanto pre
cio, ita certificationis ratæ declaratio in cummunes
amicos reponi poſſe videtur, vt facta declaratione
contractus fiat validus, vnde non videbatur obſta-
re, §. incertam l. 3. de acquirenda poſſeſſione cū ibi
not. quia doct. loquentur quando adeſt omnimo-
da incertitudo, non autem, quando certificanda eſt
per communes amicos.

Et datu quod locum haberent not. in dicto, §. in
certam, & adeſſet incertitudo, videbatur tamen to
lerabilis, & non debet annullare contractum. Nam
quando prætur interponit ſecundum decretum, iu
bet poſſidere ſolum Bart. in l. ſi finita, §. Iulianus, ff.
7 de dam. infect. & tamen † transfertur dominiū pro-
ueniens ſolum iure debiti, vt nota in l. Fulcinius, §.
1. ff. de bonor. authen. ad poſſeſ. & tamen adeſt in-
certitudo ratione loci, & quotæ.

Tertiò mouebatur ex clauſula conſtituti, & ex
8 conductione facta ab eodem tutore quaſi † per eā
clauſulam, & locationem fuerit tranſlata poſſeſſio
in locatorem ad not. in l. quædam mulier. ff. de rei
vend. & in l. quod meo. ff. de acq. poſſ. Rebuſ. in ma-
ter. poſſ. in præfatio. nu. 97.

Quartù confirmabat ex virtute verbi conſigna-
9 uit poſiti in d. inſtrumento, quod † eſt tranſlatum
dominij præcedente titulu habili ad transferēdum,
vt hic vbi proceſſit cauſa dotis, vt in terminis Soc.
conſil. 9. num. 30. lib. 1. [illegible]

Quintò adducebatur ſtatutum, c. 100. lib. 2. vbi
facta ſulutione pretij pro parte, pro ea parte domi-
nium in emptorem tranſlatum intelligitur, quod
alio ſtatuto muniebatur, c. 115. lib. 2. vbi cōductor
poſſidens nomine locatoris nullo modo poteſt alie
nare rem conductam ſub prohibitione acquiſitio-
nis poſſeſſionis, & dominij. Ad quod accedebat, &
aliud ſtatutum, c. 89. lib. 4. vbi imponitur pœna ei,
qui aliquam rem vendidit, & pretium recepti, & al
teri eandem rem vendidit, & nihilominus diſponi-
tur ibi, quod res debeat redire ad primum empto-
rem, ſiue ſit prior in poſſeſſione ſiue non, & ſic non
attenditur an res fuerit tradita nec ne.

10 Sextò, quia † lex ſemper eſt certa de quota reſpe
ctu pretij ſoluti, merito talis incertitudo nō habet
impedire tranſlationem dominij, Ruyn. in termi-
nis, conſil. 170. num. 11. lib. 4. & in conſil. 127. nu.
15. & ſeq. lib. 5.

Septimò, quia dato (non conceſſo) quod talis
contractus non valeret in uim uenditionis propter
11 incertitudinem loci, & quotæ, ualeret tamen † tan
quam contractus innominatus adeo, ut ex eo agi
poſſit ad rem certificandam. Ruyn. d. conſ. 144. nu.
1. 2. & 3. lib. 1. & non erit locus pęnitentiæ. Couar.
pract. q. c. 3. num. 6.

12 Vltimò † allegabatur in terminis conſilium Cę-
ph. 159. num. 7. 8. & 9. ubi dicit hanc omnimodam
a incertitudinem non uitiare contractum dotis. a Et
cum Cęphal. & Ruyn. Mag. DD. collegæ ad fauo-
rem monialiū concludebant, quibus, & ſi pro tunc
multitudine cauſarum diſtractus aſſentirem, tamē
re maturius perpenſa, pro reo magis iuridice diffi-
niendum exiſtimaſſem, eo potiſſimum fundamēto
13 quia † ex tali inſtrumentu incerto ratione loci, &
quotæ dominium, & poſſeſſiu nō fuit traoſlatum,
ut tradit Bar. conſ. 74. doct. in §. incertam. Bert. con
ſil. 337. num. 3. lib. 1. Goza. conſ. 55. Pariſ. cunſ. 56.
num. 2. 3. lib. 1. & conſil. 59. num. 15. eod. lib. ubi de
communi upin. teſtatur. Ruyn. conſ. 136. in fi. lib. 1.
& ſucceſſiue Vincentius remanſit dominus, & poſ
ſeſſor, l. traditionibus C. de pact. l. quoties. C. de rei
vend. & ſic iure meritu potuit alienare, & tradere
præfata bona d. Raynerio, eumque facere potiorem
iuxta not. per doct. in d. l. quoties.

54 Non obſt. primum fundamentum, quia † Dec. lo
quitur, quando apparet aperte de re ipſa particula-
ri, in qua erat deſignanda quota per euidentes de-
monſtrationes, puta verſus orientem, vel occiden-
tem, vel a parte inferiori, vel ſuperiori, vt ipſemet
b Dec. ibi. col. fin. ſe declara, b quo caſu non extat in-
certitudo loci. Alex. in d. §. incertam. Pariſ. d. con-
ſil. 59. num. 2. lib. 1. vbi declarat præfatum conſ. De-
ci. Ber. conſ. 85. nu. 2. lib. 3. in 1. parte, ſecus ſi in ge-
nere fuiſſent expreſſi confines rei, in qua pars incer
ta erat alienata, quoniam tunc nulla certitudo loci
reſultare videtur, vt per doct. d. §. incertam, & Pariſ.
vbi ſupra.

Nec ubſtant confirmationes, videlicet, quod ta-
lis incertitudo poſſit breui certificari per conſ. Za-
bar. 105. quod ibi, non vitiatur gratia propter uppo
ſitionem temporis vnius menſis, ne fruſtra dicatur
appoſitum in gratiam, vt ibi tradit Zabar. Præterea
licet decretum, de quo in d. conſ. Zaba. poſſit refer-
ri ad plures præbendas, intra menſem vocare poſ-
ſunt, non eſt tamen ſimilis incertitudo, quia ſaltem
habet relationem ad illas pręþendas. Ruſus a prin,
non extat incertitudo, ita clara, & aperta, quia poſ-
ſunt nun vacare plures præbendæ, in caſu autē iſto
a prin. eſt incertitudo vera, & certa, ex qua vitiatur
diſpoſitio, & cōtractus, nec acquiritur poſſeſſio li-
cet de facili certificari poſſit, ſecundum cōmunem
opi. de qua Ruyn. d. conſ. 39. nn. 3. & 4. lib. 4.

Accedat, quod in obiecto adducto non tractatur
an Prouiſus de præbenda poſſideat, vel poſſit poſſi
dere præbendas vacantes, ſed an decretum verſari
poſſit ſuper incerto, propter optationem fiendam,
quod conceditur eo quod ex breui curſu temporis,
videlicet menſis certificatur: nos autē quærimus, an
potuerit poſſidere, & an ſit tranſlata poſſeſſiu vnde
termini ſunt differētes, cū pręſertim illa diſtinctio
cōiter reprobetur in ſpecie noſtra, Ruyn. vbi ſupra.

Non omittimus tamē, quod quatenus iſta incer
titudo potuiſſet certificari, id procedere cōtra aſſi-
gnantem.

Digitized by Google

gnantem, non autem contra tertium poſſeſſorem
qui certitudinaliter emit, nam ad certificandum ra
tam agitur actione perſonali, vt infra dicetur quæ
15 † non datur contra ſingularem ſucceſſorem, l. 1. §.
ſi hæres ad Trebel. l. eum qui. C. de actio. & obl. Bar.
in l. ſi tertius, §. ſi quis prius de acq. p[illegible]o. arcen.

Nec obſt. quod facta certificatione conditio re-
trotrahatur iuxta leges iam citatas, quia illa iura lo
quūtor in cōtractu valido ſecus in inualido a prin.
16 ut hic. Præterea † non poteſt retrotrahi re non in-
tegra cum tertio iis ſit quæſitū. Bart. in l. qui enim
§. bonorum, ff. rem ratam haberi.

Non obſt. l. fi. C. de conttahen. emp. quoniam in
dato quod certificatio rei poſſit committi in com-
munes amicos, hoc non habet locum contra tertiū
poſſeſſorem, vt infra dicetur. Nec facit in contra-
17 rium quod dicebatur de detroto quia † incertitu-
do non obſtat quando transfertur poſſeſsio ex di-
ſpoſitione legis. Iaſ. d. §. incertam, numero 15. vbi
alios citat.

Minus etiam obſt. tertiom de clauſula conſtitu-
ti, & locatione quia cum nec dominium nec poſ-
ſeſſio abdicata fuerit a venditore, ſequitur quod
cōtractus locationis reſpectu vtriuſque ſit nullus,
18 Nam † quoad moniales locatio dicetur nulla tan-
quam facta de re aliena l. ſi tibi. ff. loca. reſpectu ve-
19 ro conductoris quia † rem propriam condocit. l. ſi
rem propriam, l. ad probationem, C. loca. Pariſ. d.
conſil. 59. num. 30. lib. 1. conſtitutum ſimiliter ni-
hil releoat. Iaſ. d. §. incertam, num. 21. late. Tiraq. de
conſtit poſſeſſo. tertia parte 19. limita.

20 Præterea hic eramus in tutore qui † per actum
fictum conſtituti non poteſt transferre poſſeſſio-
nem. doc. in l. 1. in prin. de acq. poſſ. Tiraq. d. tra. con
ſtit. poſſeſſ. par. 3. limita. 15.

Et licet ibi num. 3. Tiraquel. dicat tutorem, &
curatorem cum d. clauſula conſtituti poſſeſſionem
transferre poſſe quando id facit in conſequentiam
venditionis permiſſæ, & ſeruatis ſolemnitatibus in
pupillaribus ſeruari ſolitis tamen in caſu iſto ſolem
21 nitates ſeruatæ non fuerunt, quia † non fuit adhi-
bitum decretum iudicis quod requiritur in aliena-
tione bonorum quæ fit ex cauſa dotis l. prædium,
C. de præd. minor. l. magis puto. ff. de reb. eorum, la-
te Simoncell. de Decreto. lib. 3. tit. 8. inſpectio. 13.
num. 89. & 90.

Non obſt. quartum de verbo. conſignaui quia
hic ceſſat titulus habilis ad transferendum domi-
nium, ut dictum eſt, & oot. Ruyn. in conſil. 136.
22 num. 8. lib. 1. vltra † quod cum ſit prolatum extra
rei præſentiam nullā poſſeſſionem transfert. Bart.
in l. prædia. & ibi Alexand. de acquir. poſſeſſ. Natta
in conſil. 162.

Non obſtat quintū de ſtatutis quia duobus mo-
23 dis reſpondetur, primo † quod d. ſtatuta locum
habent in contractibus validis non autem de nul-
lis, & inualidis, vt erat iſte ad Bart. in l. non puta-
uit. §. non quæuis, ff. de contractib. & in l. 4. §. con-
demnatum vbi omnes not. de re iudic.

24 Præterea ſtatuta præfatā † cum recipiant inter-
pretationem a iure communi. l. 2. C. de noxa, debēt
interpretari ſecundum illud, vt quemadmodū ven-
ditiones incertæ ratione loci, & quotæ eo iure non
valent, ita & non valeant de iure monicipali, quod
ſatis eſt, vt procedat in venditionibus habentibus
certitudinē loci, vel quotæ, ne videatur corrigi ius
commune non ſolum in capite in ſtatutis expreſ-
ſo, vt indifferenter primus emptor ſecundo præfe-
ratur, ſed etiam in omiſſo, quod non eſt dicendum
25 ad not. per doct. in l. ſancimus, C. de teſta. & ita † re
ſpondetur, ad cap. 89. lib. 4. prout in ſpecie reſpon-
26 detur † ad aliud ſtatutum cap. 100. lib. 2. quod ex-
preſſe loquitur quando rei venditæ fuit facta tradi
27 tio, ex qua † etiam de iure commuoi transfertur do-
minium non obſtante iocertitudine loci, & quotę.
Caſtrenſ. in l. 2. C. de pericu. & commo. rei vend. &
ibi Ang. Dec. conſil. 179. Couarr. cap. 3. pract. quæ-
ſtio, nu. 6. Anch. q. 18. 1. part. Brogni. de tuto. & cu-
rator. num. 260. ſed in caſu noſtro nulla eſt ſecuta
traditio.

Similiter, cap. 115. ſtatu. lib. 2. non militat in ca-
ſu iſto propter defectum qualitatis d. ſtatuti, videli
cet, quod conductor poſſideat nomine locatoris,
cum vt dictum eſt, nulla poſſeſsio ſit translata in
moniales, nec vigore venditionis nec locationis.

28 Non obſt. ſextum, quia † Ruyn. in ſuis conſilijs
loquitur coutra communem opin. vt ipſemet te-
ſtatur d. conſ. 39. nu. 5. lib. 4. ſi enim vera eſset d. ra-
tio, quod lex ſemper eſt certa de quota, nunquam
daretur caſus, quod incertitudo loci, & quotę impe
diret translationem dominij, & poſseſſionis, & ita
deſtruerentur, tex. & communes opiniones.

29 Poſset † tamē ſaluari Ruyn. a ſua contrarietate,
quando res vendita modo quo ſupra poſſideretur
per venditorē cum tūc de facili poſset liquidari, &
certificari, & ita loquitur Alex. cōſ. 105. in fi. lib. 6.
ſeu quādo emptor poſſideat per traditionem rei a
venditore eidem factam, quo caſu ſuccedit doctr.
Ang. & Caſtrenſ. d. l. 2. C. de pri. & commi. rei vend.

Ad ſeptimum reſpon. quod illa actio, quæ deſcen
dit ex contractu innominato ad certificandam rem
in loco, & quota dicitur perſonalis, l. actionum ge-
nera in prin. de actio. & oblig. Ruyn. d. conſ. 136. nu.
30 4. lib. 1. † quæ contra tertium ſingularem ſucceſſo-
rem (vt eſt hic reus conuenius) non datur, l. preci-
bus, vbi doc. C. de rerum permuta.

Nec refragatur reſponſum Cęph. in conſ. 159. vl-
31 timo loco allegatum, † quia loquitur contra com-
munem opin. & ratio ſpecialitatis fauore dotis in
qua ſe fundat Cęph. quod non vitietur propter in-
certitudinem, vtique locum haberet in cōſtitutio-
ne dotis, ne mulier remaneret indotata, vt no. Ioan.
Bapt. de Sancto Blaſi. de priuil. dotis. cent. 1. num.
c 96. ſed in ſolutione dotis iam cōſtitutæ, vt hic hoc
nou reperitur cautum, immo contrarium uerius re
32 peritur, videlicet, quod † regulatur ſicut aliæ cau-
ſæ vt incertitudine vitientur, quemadmodum ibi
ponit exemplum Ioan. Bapt. de S. Blaſio, vbi ſi mu-
lier agit ad dotis repetitionem ratione incertitudi-
nis uitiatur libellus niſi probet dotem fore datam.
Et contra Cęphal. conſuluit Ruyn. d. conſ. 136. nu.
7. & 8. lib. 1.

Non

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

a Non vitiare contractum dotis. Intellige promiſſionem, & conſtitutionem dotis, vt infra. num. 31. & ita profecto omnes Doctores loquuntur etiam allegati a Ceph. d. cõſ. 159. Menoch. qui hanc opin. dicit omnes affirmare in tractat. de arbitrar. lib. 1. q. 48. nu. 42 & ſeq. & ideo ſi conſtituatur dos ſimpliciter nulla adiecta mentione quantitatis, vel ſpeciei, ſiue in arbitrium alterius conferatur, ſiue arbitrij nulla mentio fiat, profecto valet nulla habita ratione incertitudinis, cum deinceps ex facultatibus promittentis, & dignitatibus eorum qui matrimonio coniunguntur certitudinem accipiat hancque crebriori Doctorum calculo receptam teſtatur Anton. Guib. in tract. de dotib. c. 4. numero 3. vſque in fin. examinans ſtricte articulum iſtū poſt Bald. nouell. ſimil. tract par. 6. princ. 11. & late Ceph. conſ. 618. num. 51. & ſeq lib. 5.

b Se declarat. Iſto enim caſu apparet de ſubſtantia rei, vnde, licet quantitas videatur incerta. facile poſſet certificari boni viri arbitratu, vt tradit in pluribus caſibus. Soc. in l. ſi quis arbitratu, num. 37 & ſeq. & in l qui Romæ §. cohæredes nu. 25. cum ſeq ff de verb. obligat. ſicut in ſimili dicimus quod quando conſtat de ſubſtantia, & titulo, quantitas poteſt probari per coniecturas. Butr. in c. fin. extra de iureiur. Iaſ. in l. admonendi, nu. 202. & 204. ff. de iureiur. Natt. conſ. 102. nu. 2. ac etiā probatur quantitas iuramento ſi conſtat de ſubſtantia. Dec. in l. in actionibus, num. 15. verſic. & ad hoc ff de in lit. iuran. & in l. fin. num. 24. C. de eden. cū alijs per Cephal. conſ. 458. nu. 87. & ſeq. li. 4. ſicut etiā dicimus quod probato debito ex cauſa mutui, ſed non probata quantitate poterit quantitas probari per iuramentum creditoris. Cepol caut. 110. aliquis mutuauit. Natt. ad Alex. conſ. 62. num. 5. lib. 2. vbi late. Boer. deciſ. 243. in fin.

a Sed in ſolutione dotis iam conſtitutæ. Iſta eſt melior ratio huius deciſionis, quia ſi pro quantitate dotis promiſſa datur in ſolutum aliqua ſpecies, vtique dicitur facta illius rei in ſolutum datæ æſtimatio, quæ facit emptionem, vnde res illa in ſolutum data, & tanquam pleno iure effecta mariti non retinet nomen nec priuilegia dotis, quia quantitas eſt in dote non autem res. Ruyn. conſ. 137 num 13. lib. 1. & ex hac ratione ego reſiderem in ſententia Domini mei, cum propterea quæſtio an dos incerta valeat conſiſtere parum videatur in propoſito.

SVMMARIVM.

1 *Incertitudo ratione loci, & quotæ reddit contractum nullum, nullamque dominij, vel poſſeſſionis tranſlationem operatur, num. 7.*
2 *Conſtitutum ratione d. incertitudinis nihil operatur.*
2 *Partis appellatione quādo de dimidia intelligi debet.*
4 *Primus emptor cum hypotheca præfertur ſecundo cui res fuit tradita.*
5 *Hypotheca autem in d. caſu an debeat eſſe generalis, vel ſpecialis.*
6 *Et de ratione diuerſitatis.*
7 *Ratione omnimodæ incertitudinis ſententia eſt nulla.*
8 *Sententia ſe referens ad acta incertitudinē continētia eſt nulla quia ius dixit ſuper eo quod non conſtitit.*
9 *Identitas probanda eſt ab allegante.*
10 *Verba cum pacto, & cōditione, & caſu prædicto, &c. an importent modum, vel conditionem.*
11 *Conſtitutum ſequitur naturam actus principalis.*
12 *Venditio facta ad menſuram dicitur conditionalis, & conditionale dicitur conſtitutum ſubinde formatū.*
13 *Conditio retrotrahitur ad diem cōtractus conditionis. Implemētum non omni tempore arbitrio implere debentis fieri debet.*
14 *Conditio non retrotrahitur in præiudicium tertij, & iuris quæſiti.*
15 *Ratihabitio non retrotrahitur in præiudicium tertij in iure quæſito.*
16 *Agens debet probare adimpleuiſſe pro parte ſua.*
17 *Exceptio non impleti poteſt opponi ex defectu nūmi.*
28 *Per ceſſationem ſolutionis nummi tota res vendita retineri poteſt.*
19 *Stipulatio non mutat naturā contractus cui adijcitur.*
20 *Exceptio non impleti debet opponi.*
21 *Exceptio actionis excluſiua debet opponi, & non oppoſito perdit officium ſuum.*
22 *Non admittitur quis ad, id cuius auctor repelleretur.*
23 *Ex perſona hæredis nō mutatur obligationis cōditio.*
24 *Filius contra iuramentū patris veniens non auditur.*
25 *Iuramentū quoad robur cōtractus ad hæredes tranſit.*

ARGVMENTVM.

De incertitudine loci, & quotæ & De exceptione non impleti.

DECISIO XXI.

LAVRENTIVS onera cumulatis remedijs iuxta ſtilum Lucenſis curiæ egit ad fundum iam venditum Gregorio eius patri ab Hippolito Boelio, & ab eodem Hippolito mox venditū Freddiano de Luca reo conuento.

Et ad ſuam intentionem fundandam actor proponebat inſtrumentum ſui tituli tenoris videlicet, quod cum d. Gregorius fideiuſſor acceſſiſſet pro d. Hippolito, & promiſiſſet ſoluere urgētibus creditoribus d. Hippoliti florenos 872. volens Hippolitus cautelare d. Gregorium caſu quo, & in euentum in quem d. debita ſolueret in totum, uel in partem ex nunc prout ex tunc in ſolutum dedit omnem ratā quam ipſe cum Ioanne eius fratre præſente, & conſentiente haberet in d. fundo cum clauſula conſtituti, & cum pacto quod caſu eueniente quod d. rata fundi eidem Gregorio remaneret, teneretur d. Gregorius reficere reſiduum d. fundi communi eorum concordia appretiari pro florenis 148. ſoluendū infra biennium, & quod interim teneretur dare idoneum fideiuſſorem de ſoluendo intra tempus d. reſiduum pretij. Probabatque d. actor ſolutionē dict. florenorum 872.

D. Iudex primarum inſtantiarum condemnauit reum conuentum ad dimittendum ratam fundi petiti. Et appellatione interpoſita per dictum Freddianum, diximus bene appellatum, & male iudicatum.

Moti primo quia non fuit facta datio in ſolutum de toto fundo, aut de aliqua parte certa ratione loci, & quotæ, & cum agens inhæreret in ſola poſſeſſione per conſtitutum tranſlata, quæ ratione,
1 † incertitudinis [a] loci, & quotæ nullum tranſlatæ
a poſſeſſionis effectum parere poteſt, ut per Bart. &

alios

alios.in l. 3.§.incertam de acquir.poſſeſſ. Dec. in l.
contractus, num.24.de reg.iur.& conſi. 179. col.
fi.& conſi.226.nu.3.Grat.conſi.24.nu.6.lib.1.Cur.
Iun.conſi.120.nu.5.Gozad.conſ.55.Pariſ.conſi.55.
& conſi.61.li.1.Bar. conſi.74.& in tra.Tiberi.in tit.
de inſula figu.vlt.Tiraq.de conſt.poſſeſ.3.par.prin.
19.limita Bero.q.106.& conſi.130.num.73.& ſeq.
lib.2.Cephal. conſi. 159. Ruyn. conſi.144.num.1.
lib.1.conſi.9.nu.19.

2 Merito poſthabita clauſula † cōſtituti tanquam
inutili,& minus valida ſubintrabat pro reo conuen
b to diſpoſitio. quotiens.b C.de rei vendic. vbi reus
vere, & realiter poſſidens præferri dēt, vt per doc.
ibi Iaſ.maxime, & per Dec. d.l.contractus. Angel.
conſi.387.

3 Neque refricari videbatur in dubio † partis ap-
pellatione dimidium venire l.nomen.§. portionis,
de verbo.ſignifi.l.etiam de vſufru,c.2.de deci.in 6.
& conſequenter vitium incertitudinis ſubmoueri
maxime ratione adiectorum finium, quia reſponde
tur id in dubio procedere, quando pure, & ſimplici-
ter facta eſſet mentio partis ſeu portionis.l.plane la.
1.in fin.de leg.1. quam allegat Alcia.d.§.portionis,
ſecus autem vbi aliquid adijcitur, per quod denote
tur contrahentes de dimidia non intellexiſſe, vt no.
Iaſ.in l.cætera §.ſed ſi quis, nu.17.de legat.1. Soc,
conſi.272.num. 19.li.1. & præſertim cum ſit adie-
ctum ſignum vniuerſale omnem ratam.l.Iulianus,
de leg.3.l.a procuratore .ff. man.l.cap. ſi Romano-
rum 19.diſtinctio poterat enim, & vltra dimidiam
trahi, vt notat Dec.conſi.69.num.5.

Et occurrendo ſimiliter tacitæ obiectioni, quæ
fieri potuiſſet de dicta l.quotiens, vt non procedat,
quando prius fuiſſet res uendita cum hypotheca, e-
4 tiā ſine traditione, quo caſu † primus emptor cum
hypotheca præferatur ſecūdo emptori, cui ſit vendi
ta, & tradita, ut magis receptū teſtatur Iaſo. ibidem
nu 11. & in conſi.5.col.5.uerſi.6.proſta, lib.3.&
conſi.ſeq.col.9.Ferrat.caut.48. in primo autem in-
ſtrumento adeſt Hypotheca, merito, &c.

Dicebamus eſſe animaduertendum quod hypo-
theca, in d.inſtrumento contenta eſt generalis, &
c ad hoc quod impediatur ſecunda alienatio c† requi-
5 ritur hypotheca ſpecialis, ut tradit;& uoluit Bar.&
alij communiter.in l.qui abſenti.§. ſi quis de acqui
rend.poſſeſſ.& in l.ſi quis, ita promiſerit.§.ea lege,
de verbo,obligat.& in l.filius famil.§.diui.de legat.
1.& in conſi.211.col.5. verſic.item inteſta.lib.1.vbi
communem dicit, & per Alexand.in l.ſi filio.§.fina.
colum.2.ſolut.matrimo. cum concordantib.ſigna-
tis per Tiraq. de retr.conuentio.§.3.gloſ.1. num.7.
quam communem ſententiam approbando dicit fo
re, & eſſe ſequendā Neguſan. de pigno. in 1.mēb.
ſecundæ part.num.5.& Por.lib.3.conclu.regu.1.&
Anton. Gabriel.lib.3.de pigno. & hypotheca.con-
cluſ.1.quicquid dixerit, & male Socin. Iun. conſil.
6 129. libro 2. & Grat.conſil.95.num.12.lib.1.† Di-
uerſitatem autem rationis inter ſpecialem, & gene-
ralem hypothecam no.ponit Alexan.d.§.fi.num.4.
& in d.§.ſi quis, num.6.

Et hinc inferebatur ad dictæ ſententiæ euiden-
7 tem † nullitatem propter omnimodam incertitudi
d nem d ad nota.in §.curare.inſti.de actio.& per Ca-
no.& Abb.maxime, in c.cum venerabilis, num.48.
de exceptio. Alex.conſil.53. num.18.lib.5.vbi con-
cordantes allegat, & præſertim cum ſententia ſe re-
8 ferret ad d.inſtrumentum omnino incertum, † tunc
enim quando fit d.relatio ad acta incertitudinem
continentia, dicitur ius dici ſupra eo, quod non con
ſiſtit, & conſequenter ſine cauſæ cognitione, vt per
Bart.& alios in l.prolatam.C.de ſenten.& ad no.per
Iaſ.d.§.curare, num.30.& per Alexan.d.conſi.53.&
Bal.in l.1.ſi.C.de ſent.ex breui.recit.

Nec decrat ēt pro parte d.actoris defectus, non
probatæ identitatis d.fundi poſſeſſi a venditoribus
9 † eum in ea ſe fundāti incumberet onus probandi
ſecundum Corn. conſi.144.col.3.lib.4.Alex.conſi.
20.num.5.lib.6.cap.auditis, de præſcrip.Gramma.
conſil.17.& 44.num.5.in ciuili.Crauet. conſi.198.
Dec.conſi.106.& Natt.conſi.80.

Quod vitium in toto proceſſu vagans non erat
aliquo modo reformabile.Bar.in l.ſi vt proponis, la
1.C.quomodo, & quando iud.Ale.conſ.79.num.4.
lib.2.tradit Crauet.conſi.140.nu.8.

Secundo principaliter nos mouit, quia talis con-
tractus videbatur conditionalis propter illa verba
cum pacto, & conditione, & caſu prędicto dederunt
licentiam intrandi caſu prædicto, &c.

Nam & ſi inter doctores multum controuerta-
10 tur an d.verba modum importent ſeu conditio-
nem, de qua re.Bar.in l.quibus.§.termilius de cond.
& demonſt. & per Alex.conſil.119.lib.1.col.2.nu.
5.lib.6, Ioan.dilect.de arte teſtan.in tit.de leg.cau.
33.& nouiſſime cum magiſtrali diſtinctione, tradit
Thob.Non.conſi.38. tamen quando conſtat con-
trahentes ſenſiſſe, quod priuſquam quis commo-
dum capiat, debeat ſequi implementum, tunc ver-
ba illa, quæ ad vtrumque ſe habere poſſunt ad mo-
dum, videlicet, & conditionem reſoluuntur in con-
ditionem l.Thais.§.Stichus de fidei liber.vt hic &
præſertim propter verba illa ſubſequentia omnino
conditionalia dicto veniente caſu, & cū pacto, &c.
vt conſiderat Alex.d.conſi.119.col.2.lib.1.vnde cū
in d.inſtrumento hoc ſatis clare apparebat de con-
ditionali cōuentione principali, ſequebatur conſe
quenter conſtitutum illud conditionale dici debe-
11 re, † quia ſequitur, & regulatur ſecundū naturam
actus principalis, cui adheret adeo, quod poſſeſſio
non transferatur niſi purificata conditione ſecūdū
Old.conſi.130. in 3.dubio.l. qui abſenti.§.1. de ac-
quiren.poſſeſſ.Bald.cap.2.verſic. extra propono de
feu.dato.in vim leg.commiſ.idem Bald.in l.ex te-
ſtamento.C.de fideicom. ſequuntur plures rela-
ti a Iaſ. & Alex. in l.1.§.vir de acquiren. poſſeſſ.&
quod congruentius ſcribit Bar. in conſi.74. Petrus
vendidit in fin.vbi in venditione facta ad menſu-
12 ram, † quæ eſt conditionalis conſtitutum non o-
e peratur, niſi purificata conditione e ideſt facta men
ſuratione, tradit Roman.conſi. 246. & Crauet.con-
ſil.299. & ideo conditione non adimpleta conſti-
tutum inutile reputauimus ad tranſlationem do-
minij, & poſſeſſionis iuxta not.per Dec.conſi.247.
& d.l.

& d.l.contractus.Gramma.conſi.2. Gozad.conſilio
58.Alex.conſ.152.lib.6.

Cuius conditionis implementum nō omni tem-
pore ad arbitrium implere debentis fieri poſſe credi-
dimus ad effectum retrotrahendi, vt eſt de natura
13 conditionis, † quæ retrotrahitur ad diem contra-
ctus,l.filius de verb.oblig.& l.qui ad Balneum, qui
pot.in pign.hab.

Quia hoc procedit re integra, & quando inte-
rim in iſto medio tempore alteri in eadem re ius
14 non fuerit quæſitum, † quia tunc in præiudicium
tertij conditionis implementum nō retrotrahitur.
Bart.in l.ſi vxor §.ſi vxorem de adult. & not. Iaſ. in
d.l.quoties,& Dec.in præcitatis locis, & idem in ſi-
15 mili de † ratihabitione non retrotrahenda in præ-
f iudicium f iuris tertio quæſiti,latè tradit Natta,con
ſil.253.& 261.

Nec obſtare videbatur prædictis, quod not. Ne-
guſ.de pignor.2.memb. ſecundæ par. num.4. verſ.
illud autem.

Quia vltra,quod Doctor. magis cōiter ſentiant,
clauſulam illam ex nunc,prout ex tunc, nō operari
retrotractionem conſtituti.Silua.conſ.97.pręſuppo
ſito,nu.18.lib.2. obſtabat etiam agenti exceptio nō
g impleti g†quod ante omnia agenti probaſſe incum-
16 bebat,l.Iulianus,§.offerri de actio.empt.l. cum pro-
prias,C.de pact.Iaſ.conſ.4. in princ. & conſ.41.lib.
3.& not.per Crauet.conſ.131.127.& 551.num.9.
17 ſeq. quæ exceptio † implementi non ſecuti poteſt
opponi etiam ex defectu vnius nummi, vt placuit
Bald.in l.pacta conuenta in ſecundo nota, de cōtra-
hen.empt.quam legit ſub l.iuriſgentium, §. pacta,
18 de pac.& in l.fi.C.commoda vbi dicit per ceſſationē
nummi non ſoluti poteſt tota res vendita retineri,
& vbi eſt in obligatione dare, & reciperet is, qui ſibi
adimpleri petit,debet prius adimpleuiſſe docere, di-
cit glo.in l.ędiles, §.fi. ff.de ędil. edi. & maximè hæc
procedunt in contractu venditionis, de quo agitur
propter nota. per Bart. & alios in l. iuriſgentium in
prin.de eden. in quo qui ſe fundat debet probare ſe
adimpleuiſſe.Corne.conſil.108. lib.1. & no.Iaſ.d.l.
iuriſgentium. in princ. Quicquid de adiecta ſtipu-
19 latione replicari poſſet, cui reſpondetur † ſtipula-
tionem non mutare nec alterare naturam contra-
h ctus h cui adijcitur, vt receptius eſt,& notat Iaſ.in l.
mota,C.de tranſac.& quamuis verum ſit actionē ex
ſtipulatione oriri, eſt etiam verum exceptione elidi
antequam impletum ſit,vt per Doc.in rub.de verb.
obl.& ibi.Caſtren.in fi.& Soc.nu.19.22. & 23. Ale.
d.l.iuriſgētium.in prin.Bal.in l.ex placito,C.de rer.
permut.Corn.conſ.121.col.fi.lib.1.

Neque iſta non implementi exceptio in proceſſu
pro parte rei conuēti deſiderabatur,cum fuerit ſpe-
20 cificè oppoſita prout † opponi debuit. Anch.Regi.
in quæſt.68.num.4.2.par.Fel.in c.in tantum.col.2.
de ſimo.Regulare eſt.n.quod exceptio,quę alias ſo-
let actionem excludere,& perimere,l.2.de except.l.
quæcunq; de compenſ. ſi non opponatur perdit of-
21 ficium ſuum † & reus condemnatur exactione iam
nata,vt not.glo.in l.ſi vnus, §. pactus ne peteret. ff.
de pact. quam ibi ſequitur Bart. colum. penult. &
Caſtren.colum.fi.Bart.in l.qui ita,§. qui ita de ver-
bor.oblig.

Quæ quidem exceptio non impleti ſicuti Grego
rio oppoſita noceret, ita & Laurentio obeſſe debet
22 cum † non admittatur ad id,cuius author repelle-
23 retur c. licet ex quadam de teſti. † nec ex hæredis
perſona mutatur cōditio obligationis. l.2. §. ex his,
24 de verb.oblig.Et filius† veniens contra patris iura-
i mentum non eſt audiendus. i l.filios,& ibi Bart. C.
de reuoc. his quę in fraud.Gramma. conſi.71.num.
25 20.in ciuil. & eſt commune dictum † iuramentum
quoad robur contractus ad hæredem tranſire. Butr.
poſt Felin. in c. cum ſit generale de foro comp. Ge-
mi.& Franc.in cap.fi.eo.tit.Ang.Imol.Aret.in l.ſu-
perſtitis de acq.hæred.Doct. in c.quamuis, de pact.
in 6.cum concordantibus traditis per Anton.Gabr.
lib.2.de iureiur.concluſ.6.Capici. deciſ.174.num.
12.vbi declarat.

ANNOTATIONES.

a Ratione incertitudinis. Materiam incertitudinis latè tractat Marſil.in repet.Rubr. C.de probat.nu.354.cum infinitis. ſeq.& poſt eum latè per quindecim concluſiones declarat Gomeſ. variar. reſol.tom.2.cap.11.nu.7.& ſeq.

b L.quoties.poſt Doctor.late dixi in recollect.ad d.l.

c Alienatio. Per generalem hypothecam non impeditur alienatio,ſed res hypothecaria,ſi alienetur,tranſit cum ſua cauſa,& onere,tex.eſt in l.ſi debitor. C. de diſtract.pign. Tiraq.loco hic alleg nu.5. Neguſant.de pignoribus 3. membr.5.par.nu.2.

d Incertitudinem. A quo & quo modo ſententia in certa ſit nulla, & quando ſuſtineatur, vide apud Sebaſt. Vant. de nullit. ſenten ex defec. proceſſ.nu.101.cum plurib.ſeq.

e Niſi purificata conditione. Vide Tiraq. in tract. de conſtitu. par.1.ampliat.15. Sed ſi ventum ſit ad qualemcunque traditionem,ſiue precarium,tunc effectus contractus non impeditur ratione diſpoſitionis conditionalis. Tiraq. loco prę cit par. 1.num.77.

f In præiudicium iuris tertio quæſiti. Capra comm. concluſ. regul.54 nu.79.& materiam ratihabitionis,& quando retrotrahatur.vide apud d.Capr.per totam d. reg. & reg.ſeq. 55.

g Exceptio non implet. Hæc exceptio eſt tantæ importantiæ, vt etiam poſſit opponi ſi interuenerit iuramentū, & obligatio fuerit in forma Cameræ.Corne.latè conſ.191. colum. fi.& conſ.297.per tot. vol.3. cum alijs per Galleſ.ad formul. Cameral obligat.par.4 quæſt.1.num.7.Magon.infra deciſ.25.num.77.& deciſ.61.num.1. & ſeq. num.10. 11.& deciſ.69.num.6.

h Nec alterare naturam contractus. Ad iſtum articulum an ſtipulatio alteret naturam contractus cui adijcitur,vide latiſſime diſputantem, declarantem, & limitantem poſt alios Bologner in rubr. ff.de verb. oblig. num.414. cum pluribus ſequen.

i Non eſt audiendus. Quod iuramentum quoad eius effectus tranſeat ad hæredes iurantis,etiam quoad pœnam incurrendam,ſi tamen ciuiliter agatur. Afflict. deciſ.381. Galleſ.ad form.camer.oblig.par.2.q.1.ſub nu.3.Capic.deciſ.75.nu.4.deciſ.Pedemont. deciſ.41.num 7. poſt Felin late in cap. cum ſit generale,nu.9.verſ.limit.6. extra de foro compe.

SVMMARIVM.

1 *Inquirendi via olim erat extraordinaria.*
Hodie vero per ſtatuta locorum ad ordinarium ius redacta eſt.

2 *Inquiſitionem ſemper aliquid præcedere debet, quod iudicem legitimè moueat, ad informationes capiendas.*

3 *Iudices*

1 *Iudices non debent homines viuos ſuffocare.*
4 *Iudicia præcedere debent quocunque iuri communi, vel municipali procedatur.*
5 *Iudicis aſſertioni non ſtatur.*
6 *Iudex ſine inditijs procedere ad inquirendum non debet etiam de mandato principis.*
7 *Niſi princeps ex certa ſcientia committat.*
8 *Iudex qui poteſt ex forma ſtatuti, vel iuxta commiſſionem pleno arbitrio procedere, debet nihilominus arbitrium regulare ſecundum ius.*
Inquiſitio, & inquirere proprie quid ſit.
10 *Indicium in formanda inquiſitione duplex conſideratur, aliud iuris, aliud facti.*
11 *Inimicus, & quilibet inhabilis in teſtem admittitur pro indicio ad viam facti, non autem iuris.*
12 *Statutum vbi poteſt plura operari contra ius commune debet contentari, quod in vno diſponat, vt ius commune minus lædat.*
13 *Iudex abrupte, & ſine informationibus ad inquirendum procedens dicitur partem grauare, & illi ad intereſſe tenetur.*
14 *Iudex vti priuatus procedens quomodocunque procedat ſemper grauat partem.*
15 *Defenſio nec diabolo eſt neganda.*
16 *Iudicis arbitrio pauca ſunt relinquenda.*
17 *In capitalibus ad allegandam incompetentiam, & nullitatem procedendi procurator, ac defenſor admittitur.*
Statutum Lucanum, lib. 4. cap. 41. declaratur.
18 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis nunquam cenſetur reiecta.*
Statutum Lucanum, lib. 5. cap. 5. declaratur.
19 *Negatiua probatur ex lectura proceſſus.*

ARGVMENTVM.

De modo procedendi per inquiſitionem.

Qualiter iudicis arbitrium in inquirendo ſe habere debeat, & de intellectu, cap. 1. lib. 4. ſtatutorum.

DECISIO XXII.

MAGNIFICVS D. Prætor Lucenſis ciuitatis ex officio procedebat contra Sebaſtianum Pandulfi tanquam tranſgreſſorem bandi in eum per Mag. DD. Antianos lati, & tranſmiſſis citationibus comparuit N. dicti Sebaſtiani nepos, & coniuncta perſona opponendo de inordinato, nullo, & abrupto modo procedendi, cum nihil ſubeſſet per quod legitime ad huiuſmodi inquiſitionem deueniri poſſet. Inſtando ad vlteriora procedi non debere.

Quibus non obſtantib. D. Prætor ad vlteriora fore procedendum pronunciauit, & cum ab iſta pronuncia ad nos recurſum eſſet, diximus bene recurſum, & male iudicatum.

Moti, quia indubitati iuris eſt, quod vbicunque iudex ex inquiſitione procedit (erat enim iſte mo-
1 dus † extraordinarius, & paſſim minime permiſſus, vt not. Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 1. Siluan. conſ. 103. inclita, num. 1. licet hodie per ſtatuta locorum vbique ad ius ordinarium redactus ſit. Gandi. in tit. quomodo cogno. de malefic. num 6. Iul. Clar. d. q. 3. verſ. ſed certe Bero. conſi. 174. col. 1. lib. 3. Monticel.
2 in ſua pract. crimi. nu. 1. & ſeq.) ſemper aliquid † præ
a cedere debet a quod viam inquirendi ei aperiat, & ſucceſſiue informationes capiendi teſtes examinandi, eorumque dicta, (vt moris eſt) in baſtardellis redigere, vt not. Bero. in conſil. 170. viſa, colum. 1. & num. 3. lib. 3.

Quod optimo iure conſtitutum credendum eſt, ne iudices irregulato arbitrio procedentes ad libitũ quoſcunque vellent vexare valeant, & vt dicit Boſſ.
3 in tit. de inquiſit. nu. 21. † viuos homines ſuffoca-
4 re, quod ſeruandum eſſe † tam ſi de iure communi, quam ſi ſecundum ius municipale procedatur, tradit. Iul. Clar. d. §. fi. q. 5. verſ. ſcias tamen, & q. 6.

Et ideo cum ex proceſſu conſtiterit nullis præcedentibus informationibus, nullaq; alia rationabili, cauſa D. Prætorem ad ita inquirendum proſiliiſſe, merito male pronunciatum cenſuimus.

Nec obſtat aſſertio eiuſdem D. Prætoris dicentis ſe audiuiſſe in palatio MM. DD. AA. dictum Sebaſtianum de cõtentis in inquiſitione diffamari, quia
5 eius † aſſertioni non creditur, vt not. Iul. Clar. d. §. fin. q. 31. & no. Menoch. de arbitra. lib. 1. q. 76. ſub nu. 8. verſ. declaro primo, & nu. 9. maxime in rebus non modici præiudicij.

6 Quinimo nec etiam ſi ipſi MM. DD. AA. ſeu † ip-
b ſe princeps, ita mandaſſet † adhuc ſine præcedentia legitimarum informationum, & indiciorum ad inquirendum requiſitorum, non debet iudex procede-
7 re. Niſi † princeps ex certa ſcientia committeret. Alex. in conſ. 180. num. 11. lib. 2. Dec. conſ. 175. nu. 3. Marſ. plures allegans. in pract. crimin. §. conſtante, nu. 21. Cephal. conſ. 304. nu. 86. nam tũc principis conſcientia ſupplet omnem defectum. Bal. in l. nullus, C. ad l. Iul. maieſt.

Nec obſtat, c. 1. lib. 4. ſtatutorum, vbi D. Prætori, datur plenaria facultas inquirendi etiam ſi de ali-
8 qua diffamatione non conſtet. Quia hæc ampla † auctoritas debet regulari ſecundum ius, videlicet, cum qualitate præcedentium informationum, & receptionis teſtium, vt in ſimili ſtatuto Ferrarienſi concludit Ruin. in conſ. 147. lib. 5. & tradit Plot. de in lit. iuran. §. 30. num. 6.

Et quãuis ſtatutum remittat diffamationis præce-
c dentiam, vt ſine illa inquiri poſſit, c Tamen eſt ad-
9 uertendum, quod verbum † inquirere proprie, & verè loquendo non importat tranſmiſſionem citationis libellatæ cum tenore inquiſitionis delicti, ſed informationem quãdam, & inſtructioně per indicia, & teſtium examen contra aliquem de delicto ſuſpectum ſicuti egregie declarat. Iul. Clar. d. q. 3. verſ. & aduerte, ad quẽ actũ inquirendi, & capiendi informationes

Digitized by Google

mationes non poterat motu proprio, & propria ſan
taſia deuenire, niſi aliquo præcedente, quod ſibi
viam aperiat ad capiendum particulares informa-
tiones contra aliquem, vt ſucceſſiue deueniri poſſit
ad illam citationem, quam vulgo inquiſitionem
impropriea ppellant. Et hoc eſt, quod in iſta mate-
10 ria dicunt doct.† duplex eſſe inditium. Aliud e-
nim ad inquirendum, & inſtruendum curiam, &
iudicem ad viam facti. Aliud ad inſtruendum ad
viam iuris. 1 ad condemnandum, & quo ad primum
11 tanquam modici præiudicij quilibet † admittitur
etiam inimicus ad informandum propter circum-
ſtantias delicti ab eo datas, vt not. Bald. in l. ſeruos.
C. de teſtibus. Boſſi. de inquiſitio. num. 6. Non ta-
men dirigit immediate iudicem ad viam iuris ad
procedendum ad pænæ condemnationem contra
ſuſpectum de crimine, ſed tantum ad capiendum
informationes, quibus poſtea ad vlteriora proceda-
tur ad citandum, & condemnandum, vt per Bald. &
Boſſi. vbi ſupra.

Statutum itaque præfatum illam primam neceſ-
ſitatem iuris communis remittit dando plenariam
poteſtatem in hoc Iudici, vt poſſet quocunque ca-
ſu inquirere etiam non præcedente infamia, vel a-
lia quacunque re viam facti aperiente ad aſſumen-
das informationes. Non tamen adeo relaxat ha-
benas, vt non debeat informationes recipere, &
receptas in baſtardellis redigi facere, quibus me-
diantibus, legitime ad condemnationem proce-
datur.

Alias ſequeretur abſurdum, quod dictum ſtatu-
d tum dici deberet nullum, & iniquum d ad not. per
Card. in Clem. 1. de offi. ordi. ſequitur Marſ. in prac.
crimi. §. conſtante, nu. 13. Monticel. in pra. crimi. in
prima regu. num. 35. & ſeq.

Quæ interpretatio eſt etiam facienda, vt ſtatutũ,
quod in ſua generalitate tendit contra ius commu-
ne in vtroq; videlicet, circa inditia ad viam facti, &
12 ad viam iuris, in vno † tantum caſu operari conten
e tetur, ne totaliter lædat e ius commune. Grat. conſi.
13. Goza. conſi. 19. nu. 15. Contard. in l. 1. q. 9. nu.
7. C. ſi de momenta. poſſeſſ.

Comprobantur prædicta ex verbis ipſiuſmet ſta
tuti, dum tẽperando illud plenarium arbitrium iu-
dici conceſſum præcipit tamen ne iudex audeat ali-
cui grauamen inferre.

Sed ſi ſine inditijs, & informationibus quem-
13 quam moleſtaret, vtique illum grauaret, †. & ad
intereſſe teneretur. l. ſeueriter, C. de excuſat. tutor.
Bald. in rub. C. de pe. indi. qui male iudica. Plot. de
in litem iuran, §. 3. nu. 3. Ioffre. Lanfranc. deciſ. 400.
14 Nam eo caſu tanquã de facto procedens, vt † pri-
uatus dicitur ſemper partem grauare, quia incom-
petenter facit, vt not. Rebuff. de ſent. execu. artic. 3.
gl. 2. num. 19. Et ſi aliter diceretur, quod eſſet ſubla-
ta neceſſitas inditiorũ, ſequeretur etiam ſublata eſ-
ſet facultas defenſionis. Ruyn. conſ. 147. nu. 6. lib. 5.
15 quæ nec † diabolo eſt deneganda doc. in c. paſtora-
lis extra de re iudic.

Vt igitur ceſſet abſurdum, ſic intelligi debet ſta-
tutum prædictum cum non ſit credendum ſtatuen
tes viros alioqui oculatiſſimos, & prudentiſſimos
voluiſſe tantum deferre officialibus, vt rem tanti
ponderis abſoluto iudicis arbitrio relaxare volue-
rint. Memores eas bene dici inſtitutas reſpublicas,
16 quæ iudicis † arbitrio pauca relinquãt, ſed leges ip-
ſas ſine affectu, & appetentia carentes imperare per
mittunt, vt ex mente Ariſtotelis refert Menoch. de
arbitra. iudi. lib. 1. quæſt. 1. & tradit Marzar. de fi-
deicommiſ. 2. part. quæſt. 1. verſicu. ſit igitur. egre-
giè Vaſqui. lib. 1. quæſt. illu. cap. 1. nu. 12. Aymo. de
antiq. tẽp. 1. ſectione. verſ. quid in libris officialium
eccleſiæ. in fine.

Nec obſtat, ca. 41. lib. 4. ſtatutorum prohibens in
criminalibus audiri defenſores reo non conſtituto
in carceribus.

17 Quia † non procedit in volente allegare nullita-
f tem f proceſſus, & iudicis incompetentiam, vt face-
re intendebat iſte comparens, ita expreſſe tradit
Gramma. conſi. 1. num. 39. poſt deciſiones, & con-
ſil. ciuil. 152. colum. 1. Grat. conſil. 73. num. 3. lib. 1.
Bald. in l. 1. colum. 1. C. quomodo, & quando iudex,
& in conſi. 106. lib. 1. Hyppol. conſi. 24. nume. 41.
& conſ. 39. col. fi. & in prac. crimi. §. ſequitur, nu. 30.
& firmat in terminis. Bero. in conſi. 170. nu. 17. 19.
& in fi. lib. 3.

Parum quoque refert ſtatutum, lib. 5. c. 5. prohi-
bens in criminalibus fieri recurſum ab interlocuto-
rijs, quia id nõ habet locum in nullitate prouenien-
18 te ex defectu iuriſdictionis, quæ † nunquam cenſe
tur reiecta, gl. fin. in clem. 1. de ſequen. late Sebaſt.
Vanti. de nullita. lo tit. quis poſſit dicere de nullita.
nu. 37. & 59. & in tit. de nullita. ex defect. iuriſd. or-
di. nu. 4. Ant. Gabr. de ſtatu. concluſ. 3. Thob. Noni.
conſi. 9. in fi. Maxime in cauſa a cuius diffinitiua nõ
datur appellatio, vt lib. 1. ſtatutorum, cap. 45. & ex-
preſſe habetur per capitulũ Rotæ 18. verſ. poſſit ẽt.
19 Negatiua † autem comparentis probabatur ex
lectura proceſſus l. fin. C. de reb. cred. Vanti. in d. tra.
nullit. ex defectu mand. num. 62. Natta, conſ. 45. nu
mero 3. & 373. nu. 9. Cepha. conſi. 144. nu. 1. & 250.
nu. 3. Rolan. conſi. 1. num. 72. lib. 1. Rimin. iun. con
ſil. 23. nu. 287. Dec. in conſi. 424. proponitur, nu-
mero 19. & 483. pro reſolutione, nu. 4. vbi ex inſpe
ctione actorum probatur quem nõ fuiſſe citatũ, vel
alia nõ interueniſſe, quæ in eis non ſunt deſcripta.

ANNOTATIONES.

a Procedere debet. Quinimò etiam iudex antequam informa
tiones capiat debet primo interrogare offenſũ, an velit ac-
cuſare, & dicto offenſo exiſtẽte in mora, vel recuſante tunc
Iudex acceptis informationibus format inquiſitionẽ. & ſi
talis interrogatio nõ præceſſerit, inquiſitio non valebit. Ce
phaſ. conſ. 462. in prin. lib. 4. & Hypp. Rimin. cum late ad-
duct per eum conſi. 126. nu. 20.

b Princeps, ita mãdaſſet. Quia intelligitur mãdaſſe procedi legi
timis præcedẽtibus inditijs. Bal. in c. licet, vndique per gl. ibi
de offi. deleg. Boſſ. in tit. de inquiſit. nu. 23. Quod procedit etiã
ſi iudex poſſet virtute ſtatuti libero procedere in criminali-
bus, & libere inquirere. Bal. in c. 1. de offic. ordi. Marſ. cõſi.
85. nu. 5. Grat. conſi. 74. nu. 8. lib. 1. Rolan. cõſ. 3. nu. 11. li. 3.
adeo, quod contra iudicem formãtem inquiſitionẽ nullis
præcedentibus inditijs agi poteſt. Grat. cõſi. 97. nu. 12. lib. 1.
Rol. cõſ. 94. nu. 11. & ſeq. li. 4. & Decia. cõſ. 56. nu. 59 li. 2.

c Vt ſine illa inquiri poſſit. Cum alias diffamatio neceſſario
præcedere debuiſſet ſecundum receptam Doctor. ſenten-

tiam de qua per Roland.conſil.24.num.9.& conſi.37.nu.7.vol.1.Clar.§ ſi quæſt.6.pract.criminal. in princ.& licet ibi Clar.teſtetur de practica in contrarium vt videlicet diſfamatio non requiratur procedere,nihilominus eius aſſertioni credi non debet generaliter, ſed forte quod ita fuerit obſeruatū Mediolani,vbi ipſe indicauit. Nam Cath.in conſil.99 num.1.inter conſil.crimialia diuer.lib.1.dicit quod totus mundus obſeruat diſfamationem præcedere debere,& ideo dicit Roland.conſi.57.num.26 verſ.non obſtat.lib.4. quod licet dictum Iulij Clari,ita atteſtantis ſit magnum,tamen eſt ſpernendum.cum videamus Doctores antiquos,& modernos concludere diffamationem requiri, nec ſit aliquis eorum qui atteſtatur de conſuetudine in contrarium. & dictū Clari ſaluat reſpectu ſtatu. Mediolani in quo ipſe moram traxit, vt dictum fuit. Bene verum eſt quod ſi alicui Iudici qui poteſt de delicto inquirere Princeps conceſſerit priuilegium ſuper dicto delicto inquirendi.vt aliquid addatur, poterit iudex inquirere non præcedente fama. Fely.per alios allegat.in cap.1.num.5. de reſcrip.intellige vt alia adſint inditia,vt ſupra diximus.

d Nullum & iniquum. Duen.reg.298.num.2.in 2.ampliat Cephal.conſil.462.num.5 lib.4.

e Lędat ius commune. Statutum enim debet large, vel ſtricte intelligi ſecundū quod minus ledatur ius commune,& ius tertij etiam ſi oporteret verba impropriari.cap.cū dilectus. quod ad hoc ponderat Anton.de Butr.c,& Imol.extra de conſuetud. & ideo ſtatutum contra ius commune, quod duo poteſt operari,vnū tantum operetur. Rolan conſi.72. num.38.& conſ.74.num.19.lib.3. Roman.conſi.180.Port. conſil.86.num.6.& conſ.137.nu.9.Bero.conſi.120.nu.26. vol.1.dicit ſufficere quod per ſtatutū aliquid addatur vltra ius cōmune etiam ſi illud aſſet leue,& minimum Roland. conſi.80.nu.21.lib.4.multos allegat Ceph.cōſ.536.nu.20. li.4.& eſt cōis opi.Iaſ.in l.oēs populi,nu.11.ff.de iuſt.& iu.

f Nullitatem. Sicut dicimus quoties ſtatutum prohibet exceptiones opponi contra inſtrumentum ſeu ſententiam,nam non cenſetur prohibita exceptio,quod ſnſ1 non ſit, ſeu inſtrumentum non ſit tōna alicuius nullitatis. Bart.in.diuus. ff.de teſta.milit & in l.1.§ parui.ff quod.vi aut clam.Alex. conſi.32.num.1.lib.1.Hypolit.Rimin.conſi.215. nu.163.

SVMMARIVM.

1 *Recurſus ſimilis eſt appellationi.*
2 *Et regulatur ſecundum appellationem.*
3 *Recurſus deuoluit,& ſuſpendit.*
4 *Relatio,& recuſatio appellationi comparantur.*
5 *Iuriſdictione ſuſpenſa interim actitata ſunt nulla.*
6 *Appellatione pendente ab interlocutoria preiudiciali negocio principali iudex non procedit.*
7 *Iuriſdictio eſt baſis,& lapis angularis cuiuſcunque iudicij.*
8 *Attentata pendente appellatione ab interlocutoria ſint ipſo iure nulla,ſed reuocantur beneficio attentatorum.*
9 *Attentata pendente appellatione ad diffinitiua ipſo iure nulla ſunt.*
10 *Attentata poſt inhibitionem tam pendente appellatione a diffinitiua,quam ab interlocutoria ſunt ipſo iure nulla.*

ARGVMENTVM.

De recurſu, & eius natura, & effectu.

De attentatis pendente appelletione reuocandis.

DECISIO XXIII.

FVIT alias coram nobis interpoſitus recurſus in cauſa inquiſitionis contra Sebaſtianum Pandulphi formatæ pro parte N.eius nepotis, & coniunctæ perſone, & dictum de nullitate proceſſus. In quo iudicio diximus bene recurſum, & male proceſſum.

Quo non obſtante D. Prætor ad vlteriora procedendo condemnauit eundem in pœnis banno cōminatis. Iterum ad nos per viam appellationis cauſa deuoluta,continuando in decretis ex eiſdem actis diximus bene appellatum & male iudicatum.

Huius autem animi noſtri motiua ex antedicta noſtra deciſione conijci poſſunt,& latius patebunt.
a Nam recurſus a apellationi † ſimilis eſt ſecun-
1 dum Blanc.de compromiſ.q. ſi.nu.17.Aemil.conſi.
2 48.num.26.& iuxta appellationis terminos † regulatur, vt dicit Fran.in ca. dilecto, num.168.de appel. Cor.conſi.188.lib.4.Bald.conſil.146.lib.3. Menoch.de arbitr.iud.lib.1.quæſt.70.
3 Et deuoluit, † & ſuſpendit iuriſdictionem teſte Neuiza.conſil.97.num.23. prout idem dicitur de
4 † relatione recuſatione, & ſimilibus quę quoad effectum ſuſpendendi,& deuoluendi appellationi cōparantur, vt not. Io. And.in Nouell.in cap.legitima, de appellat.in 6. cum concordan. per Sebaſt. Vant.de nullit.ex defectu iuriſd.ord.num.143. & Rota Pedemont.deciſ.84.nu.num.12.

Si igitur ſuſpenſa iuriſdictione D.Prætor ad diffi-
5 finitiuam proceſſit, vtique † tanquam non iudex proceſſiſſe videtur ex defectu enim poteſtatis quicquid agit irritum dici debet per regulam Rub.& nigri.Nil inno.appell.ped.cap.non ſolum, eod.tit. in 6.tradit Vant.num.141.vbi ſupra.

Et in terminis allegabatur deciſio Bald.in l.arbi-
6 trio nume.6.ff.qui ſat.cog.vbi pēdēte † articulo ap-
b pellationis ab interlocutoria b præiudiciali negocio principali iudex procedere non poteſt,ſequitur Felin.in cap.cum cauſam,num.6.de re iudic.

Præiudicialis autē articulus dignoſcebatur eſſe in caſu iſto,qa cōtrouertebantur an eſſet ad vlterio
c ra c procedendū in d.inquiſitione ſtāte allegata nullitate ex defectu inditiorū,quorū exiſtētia eſt cauſa exercitij iuriſdictionis,& quibus ceſſantibus ceſſat ēt iuriſdictio, vt alias in pallegata noſtra deciſione
7 diximus. Iuriſdictio † autem eſt baſis, & lapis angularis cuiuſcumq; iudicij, vt not.Bald.in rub.C.ſi a nō comp.iud. ſi itaque non potuiſſet ad vlteriora procedi,nec etiam ad ſententiā deuenire valuiſſet.

Et licet doct. reuocent in dubium an attentata pendente appellatione ab interlocutoria ſint ipſo iure nulla,vel reuocanda veniant beneficio attentatorū cognito de meritis cauſæ appellationis, prout
8 non eſſe ipſo iure † nulla,ſed reuocāda tenuit Rota deciſ.389.in nouis.& 344.& 461.& Franc.in cap. ſignificantibus, num.8.de appell. Io. And. Fran. Gemi. in cap. ſolum de appella. in 6. & Gemi.in cap. cum qui in fin. de dolo, & contu. in 6.

(Cum

(Cum quantum ad attentata pendente appella-
9 tione a diffinitiua, quia ſiut † nulla, nulla cadat du-
bitatio, vt per Abb. Dec. Franc. Card. Alex. in c. con-
ſuluit, il ſecuudo de appel. & in cap. ſæpe eod. tit.

d Attentata [d] tamen ſecuta inhibitione † ab inter-
10 locutoria quod ſint & eã ipſo iure nulla uemo eſt,
qui dubitet, vel diſſentiat, vt firmat Hercul. de at-
tenta cap. 31. nu. 94. Manfred. de attenta. lib. 1. par.
7. num. 52. & par. 2. concluſ. 11.

Nam ſecuta inhibitione, & admiſſa, vt hic, iudex
dicitur habere manus ligatas, nec poteſt amplius in
cauſa procedere. Bero. conſi. 114. nu. 6. lib. 3.

ANNOTATIONES.

a Recurſus. Ad quid fuerit inuentus recurſus. Magoni. infra deciſ. 37. num. 2.

b Ab interlocutoria. Vide quæ dixi ſupra deciſ. 17. num. 23. & ibi quid ante inhibitionem.

c Ad vlteriora procedendum. Vide quæ ſcripſi ſupra deciſ. 5 ſub num. 12.

d Attentata. In materia iſta non reliquit locum additioni vir ſummæ eruditionis, & doctrinæ Dominus Robert. Lancellot. Peruſin. in ſuo ampliſſimo, & diſtinctiſſimo tractatu de Attentatis. & ideo quando caſus occurrunt ad illum eſt recurrendum.

SVMMARIVM.

1 *Mali mores optimis legibus edendis occaſionem præſtant.*
2 *Lex neceſſaria non eſſet, ſi praua ratione viueremus.*
3 *Notabilia facinora notabili, & ſpeciali remedio indigent.*
4 *Verba cũ nõ cõueniũt nec diſpoſitio illorũ adaptatur.*
5 *Qualitas quæ habet de ſubiecto diſponere, debet, a fundante in ea probari.*
6 *Maxime quando agitur de pœna imponenda.*
7 *Militibus ſtipendia quare conſtituta ſint, & non ſit executio in eis niſi in ſubſidium.*
8 *Milites Doctoribus æquiperantur.*
9 *In Doctore, & milite propter notabile, et inſigne exercitium non cadit nomen locati, & conducti.*
10 *Militibus, & Doctoribus ſtipendia nõ tantum pro laboribus corporis quam animi qualitatibus dantur.*
11 *Creditor dicitur verè ſatisfactus quomodocunque eius deſiderium impleatur.*
12 *Dolo deſiẽs poſſidere pro poſſeſſore habetur in ſui odiũ.*
13 *Contractus omnes a conſuetudine legem accipiunt, & interpretationem.*
14 *Arra dicitur eſſe indicatiua futuri contractus.*
15 *Mutui cauſa, & occaſio nõ ipſum mutuũ inſpiciendũ.*
16 *Milites cum magna impenſa ad guerras accedunt,*
17 *Pluralitas delictorum, & cauſarum non præſumitur.*
18 *Petens ſpatiũ ad ſoluendũ appellationi renũciare dicitur.*
19 *Facta ſunt fortiora verbis.*
20 *Soluens debita hæreditaria adire dicitur.*
21 *Soluens partem debiti, cautionem agnoſcit.*
22 *Publica vtilitas aliud expoſtulat in delictis, aliud priuata.*
23 *Relatum dicitur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus.*
24 *Iudex criminalis non cognoſcit de cauſa mere ciuili, & econtra ciuilis, &c.*
25 *Profugi, et truſatores grauiter antiquitus puniebãtur.*
26 *Fides ab omnibus ſeruanda.*
27 *Maxime a militibus.*
28 *Militaris diſciplinæ ſolemnitates antiquæ hodie non ſunt in vſu.*

ARGVMENTVM.

De transfuga, & truſatore milite, & militum ſtipendijs.

DECISIO XXIIII.

1 MEMORIAE proditum eſt † malos mores optimis ferendis legibus ſæpe cauſam dediſſe, quia vbi perperam viuitur, ibi multipliciũ edendarum ſanctionum magna datur occaſio, vt inquit Rebuff. ſuper conſtit. regni. in proœmio, nu. 15.

Nam ſi omnes ratione præuia viueremus, vtique
2 † lex neceſſaria non eſſet cum per eam non benefacere, ſed a malefactis abſtinere cogamur, teſte Felin. in proœ. Gregor. Rex Pacificus.

Cum igitur prudens oculatusque. S. P. Q. Lucenſis increbeſcentes querimonias contra ſuos ſubditos audiſſet, qui pro militia acceptis pecunijs au-
3 fugiebant in graue ciuitatis dedecus, huic † frequenti morbo, ſpeciali remedio prouidere curauit arg. l. item apud §. hoc edictum. ff. de iniu.

Et ideo ſtatuit contra huiuſmodi traſfugas, & truſatores oltra reſtitutionem receptarũ pecuniarum, quòd etiam teneantur ſtare per annum in carceribus, & poſtea tantundem in exilio, vt cauetur lib. 4. ſtatutorum, cap. 225.

Martinus de Lunata querelante Capitaneo Hippolyto Granuncio fuit inquiſitus quod acceptis pecunijs cauſa militandi ſub eius ſtipendio, cœpto, & continuato itinere cum cæteris militibus, vſque ad Neapolim inde inſalurato hoſpite cum d. pecunijs retroceſſerit, & aufugerit, & propterea in pœnis prędictis a M. D. Prætore condemnatus extitit.

Qui ſic condemnatus emiſſa ad nos appellationis voce de ſuo grauamine docere conabatur ſumpto argomento a ſtatuto prædicto, quod loqui dicebat de recipientibus pagas pro militia, vt in rubr. d. ſtatuti, vnde cum per teſtes d. querelantis conſtet, *che lui non paſsò mai la banca, & non toccò la paga,*
4 merito † ceſſante verificatione verborum d. ſtatuti ceſſare debere aiebat eius quoque diſpoſitionem. l. 4. §. totiés, ff. de dam. infect. l. ita autem in princip. de admin. tut. Cravet. conſ. 10. num. 7.

Qualitas enim ſtatuti quæ habet de ſubiecto di-
5 ſponere, debet ab eo probari qui iu ea † ſe fundat ſecundum Rimin. conſ. 58. nu. 14. lib. 1. cum concordantibus per Iacob. Nouellum in reg. 164. Nicol. Moro. de fide treg. & pa. 2. par. q. 41. nu. 6. poſt Ioan.
6 And. & canon, in c. 1. de homic. in 6. Maxime † qoando agitur de aliqua pœna imponenda, vt per Iul. Clar. iu pract. crim. §. fi. q. 85. verſ. vbi agitur.

Fundabat pręterea inquiſitus intentionem ſuam ſuper quadam apocha de recepto eiuſdẽ Capitanei Hippolyti in hac ſecunda inſtantia producta, in qua d. Capitaneus fatetur ſe ſatisfactum a d. Marino de Iulijs 91. *a conto de l'impreſtanza, et delle ſpeſe fatte alla corte del Podeſtà, come ne gli atti*, hæc ſunt verba apochæ.

Quæ quidem quietatio cum cantet in mutuum, quod eſt contractus iuris gentium, & gratuitus, videbatur eum eximere a ſtatuto prædicto *de paga* loquente.

Nam paga, & militaris pecunia nihil aliud eſſe videtur, quam quædam merces retributoria ad operas, quas milites Ducibus, & Capitaneis locant, licet propter inſigne exercitium militiæ honeſtiori vocabulo *paga* ſeu ſtipendium nuncupetur, quamuis vſus loquendi promiſcue vtatur ſtipendij, & ſalarij vocabulo. Rebuff. in l. ager locus, ver. differentia car. 217. ff. de verb. ſignif.

Quod quidem ſtipendium ſumma prouidentia
7 militibus conſtitutum creditur, † ne dum ſumptus, quæritur prædo graſſetur. can. militare 23. q. 1. tradit Ioan. Franc. Pauin. in tract. de viſita. q. 9. 1. par. nu. 36. & Franc. Arias. in tract. de bello. & bellato. num. 63. quod ſtipendium, & illud ſpecialitatis habet, quod non poteſt adiudicari pro executione ſententiæ, niſi in ſubſidium. Matheſil. in l. ſtipendia. C. de execu. rei iudic.

Idq; ad ſimilitudinem aduocatorum, & iudicũ,
8 † quibus milites comparantur ſecundum Signo. de Homod. in diſput. de præcedentia Doc. & mili. nu. 9.
9 cum quib. † veteres nefas exiſtimauerũt locationis, & conductionis nomen cadere propter notabile, & inſigne exercitium, & ideo alio, quam mercis nomine, ſed honorarij ſeu ſtipendij vocabulo cohoneſtarunt, vt no. Iaſ. in §. actionum, nu. 170. inſt. de actio. & Rip. de priuil. contract. cau. peſt. num. 116. & in l. 1. col. penul. C. de eden. Militibus enim ſicuti Docto
10 ribus † non tantum pro corporis laboribus quantum ob animi probitatem, & intellectus dantur ſtipendia propter fidelitatem, perſeuerantiã, obedientiam, patientiam, conſilium & alias animi dotes, & iudicij qualitates, de quibus Caſſan. in Catalo. glor. mundi in 9. par. per totam.

Et ex his cum multum differat *paga* ſeu ſtipendium a mutuo de vno ad aliud in pęnalibus non erat inferendum, ſtante maxime ſatisfactione debiti, de qua in apocha præfata, quæ tollit omnẽ obliga-
11 tionem. Nam quomodocunque † creditoris deſiderium impleatur verè ſatisfactum dicitur, licet ſolutio verè non fiat. Nat. in conſ. 496. nu. 20. & ſeq.

Ex aduerſo pro fiſco valide replicabatur de eodẽ ſtatuto, cuius qualitates omnes in præſenti caſu verificari dicebat, ſtatutum. n. hoc afficit eos, qui acceptis pecunijs pro militia nõ ſeruatis promiſſis aufugiunt, & ſic non ſe reſtringit ad pagas, ſed generaliter loquitur de pecunijs quomodocunque occaſione militandi receptis, ita quod Martino parum prodeſſe poteſt allegare ſe pagam non attigiſſe, *& che*
12 *non paſſò mai la banca*, quia per eum ſtetit, & † in ſui odium perinde haberi debet, ac ſi vt dicitur *haueſſe paſſata la banca*. arg. l. qui dolo, ff. de rei vendi. & per Iaſ. in §. omnium. nu. 76. inſtit. de actio.

Et quantum attinet ad caſum iſtum, ſat eſt promiſiſſe militare, pecunias eius cauſa accepiſſe ad rolum, vt alij milites aſcriptum, & more militari cum commilitonibus progreſſum fuiſſe, qui ſi poſtea tãquam delicatioribus cibis nutritus laboris impatiẽs, ac catapultę, & bombardarum ſonum pertimeſcens aufugerit. vt de ſimilibus tradit Rebuff. in l. ager in fi. ff. de verb. ſignif. non mirum ſi in pœnis a ſtatuto comminatis extitit condemnatus.

Nec obſtat perpenſa mutui datio, quia illa *impreſtanza* (ſic enim vocant) quam ordinarie faciũt Capitanei, & Duces in initio legionum faciendarum
13 ex conſuetudine † (ſecundum, quam omnis actus regulatur, l. quid ſi nolit. §. qui aſſidua. ff. de ędil. edi. cum concord. per Ant. Gabr. libro 6. de conſuet. nd.
14 concluſ. 1.) habetur loco † partis pagæ ſeu arræ futuri contractus, & futuræ militiæ, glo. in c. fœminæ
15 30. quæſt. 5. Quæ *impreſtanza* fit † pro maiori militum commoditate, qui ſine magna impenſa ad guerras accedere minime valent, vt inquit Natta, in conſi. 168. nu. 4.

Vnde in hoc caſu non eſt inſpicienda ſimpliciter
16 † mutui ſignificatio, ſed cauſa, & finis, & occaſio mutuandi, c. intelligentiam, de verbo. ſignif. & not. Franc. Becci. in conſ. 94. nu. 17. contractus. n. non a
a cortice verborum, ſed ab effectu a rei conſideratur. Abb. in cap. conſtitutus, de relig. domi. addentes ad Afflict. deciſ. 32. nu. 5.

Similiter nihil referre videbatur illa procurata, & affectata apocha de recepto, quia retorquetur contra producentem.

Nam Martinus in ea fatetur ſe ſoluiſſe Capitaneo Hippolyto ſummam petitam coram D. Prætore vna cũ expenſis in eodem iudicio factis, coram quo nullam aliam cauſam præter iſtam habebat, ideo dicebatur ſolutionem factam pręſumi, & dici debere
17 ex cauſa in inquiſitione contenta, † cum pluralitas
b delictorum, & b cauſarum non præſumatur. l. ſi diuortio, ff. de verb. oblig. cum cõcordantibus per Crauet. in conſ. 73. dicendum, nu. 38. & conſil. 158. viſis, nu. 13. licet ſecus ſit in præſumenda pluralitate rerum, vt ex communi opin. tradunt addentes ad Afflict. in deciſ. 23. nu. 12.

18 Vnde ſi † petens terminum ad ſoluendum, in quo quis condemnatus fuit, dicitur ſentẽtię acquie
c ſcere, & appellationi renunciaſſe c l. ad ſolutionem. C. de execu. rei iudic. Roman. in conſi. 9. in fi. Patiſ. conſi. 149. Gozad. conſi. 98. num. 19. Alexan. conſi. 136. in cauſa, num. 2. lib. 2. quanto magis, idem dicendum in ipſa ſolutione, quæ cum ſit quid facti, fortiorem verbis inducit ratificationem, quia facta
19 † ſunt potentiora ad declarandum, quam verba. Abb. in conſ. 166. Neuiz. conſ. 66. num. 53. Iaſ. in l. non ſolum §. morte, nu. 16. ff. de oper. no. nunc. ſol-
20 uens enim † debita hæreditaria dicitur adire. l. 2. C. de iure delib. Natta, conſil. 140. colum. pen. Maranta, in l. ſi is poteſt, nu. 53. de acq. hæred. ſicuti etiam
21 † partem debiti ſoluens cautionem agnoſcere videtur Natta, in conſ. 77. num. 7.

Neque

Digitized by Google

Neque per ſatisfactionem Capitanei querelantis fuit ſublata totalis obligatio, cum remaneret intereſſe fiſci, & Reipublicæ cuius intereſt, vt id quod pro delicto haberi voluit impunitum non tranſeat,
22 aliud enim priuatorum † vtilitas aliud vero publicæ vtilitatis rigor expoſtulat l. licitatio. §. quod licite. ff. de publica.

23 Et ſic cum apoca recepti ſit † relatiua ad acta coram D. Prętore facta cum omnibus ſuis qualitatibus ad illa ſe referre debet, & conſequenter cum qualitate truſæ, ſuper qua iudiciũ fundatum fuit. Dec. conſi. 47. & 474. num. 5. Pariſ. conſi. 79. nu. 10. lib. 3. Tiraq. in legib. connubi. gloſ. 7. nu. 182. Cęph. conſi. 16. nu. 32.

Et hoc manifeſtius apparet, quia ſi in ſimplici mutuo, & ab omni delicto abſtracto verſaremur, vtique credendum eſt, quod Martinus forum D. Po
24 teſtatis decinaſſet tanquam iudicis † in competentis ſuper debito mere ciuili crimen annexum non habente. l. ſolemnis. §. latrunculator ff. de iudi. cum concord. per Sebaſtia. Vant. in trac. de nullit. in titu. de nulli. ex deſe. iuriſd. ordi. num. 47. Tiraquel. in tract. res inter alios acta ſub. 1. limit. verſicu. cui proxime accedit. Menoc. de arbit. iudi. lib. 1. quæſt. 82. num. 17.

Iuriſdictiones enim ſunt diſtinctæ, & alter alterius iuriſdictione non vtitur ſecundum Natta, in conſi. 271. nu. 2. con. 324. nu. 2.

Quidem ex dominis attenta concordia partium, & attento, quod Martinus in numero militum non fuit habitus iuxta l. ex eo tempore, ff. de milit. teſta. inclinabant contra ſententiam D. iudicis, a quo quibus ipſe aſſentire minime potui ex ſupradictis rationibus, nec enim per concordiam partis ius fiſci remanere debet in diſcuſſum. capit. 2. de colluſio. detege. & ibi Socin. & ideo inhærendo primæ ſententiæ dicebam bene iudicatum contra profugum, & tranſfatorem. Cuius generis homines quan-
25 tum etiam ab antiquis odioſi reputati fuerint, oſtendit Alex. ab Alex. lib. 2. dierum Geniali, cap. 13.

26 Fides enim & † promiſſio militandi principaliter a ſtatuto conſiderata ſeruanda eſt, quia nulla res vehementius rempub. continet, quam fides, vt dicit Lucas de penna, in l. 1. C. de pondera. & auri. illa. lib. 10.

Quæ promiſſorum obſeruantia, & ſi omnibus
27 communis ſit, illis tamen præcipuè conuenit † qui in ſtatu militari ſunt, & eorũ vocatio ad Rempub. defenſandam ſpectat, quæ quantum in milite commendetur, tradit Caſſan. in Catalogo glori. mundi, in 6. par. 41. conſideratione.

Nec obſt. l. ex eo tempore de mili. teſta. quia recipit interpretationem a l. ſequent. dictante proxime accingendum haberi pro accinto, vt poſt glo. dicit Bar. in d. l. ex eo. & vt dictum eſt Martinus fuit proximus, *al paſſar della bancha, & al riſcontro del ruolo*, & per eum ſtetit merito, &c.

28 Vltra, quod † ſolemnitates militaris antiquę diſciplinę, & antiquus recipiendi milites modus receſſit ab aula, de quo in d. l. ex eo tpe, & Alex. ab Alex. lib. 6. dierũ geniali. c. 22. Amode. de Sindica, nu. 37.

ANNOTATIONES.

a Sed ab effectu rei. vide quæ ſcripſi ſupra, dec. ſ. 14. nu. 5.

b Pluralitas delictorum, & cauſarum. Quod pluralitas cauſarum prǽſumatur ad excluſionem delicti, & pœnam vitandam. Deci. conſi. 13. ſub nu. 5.

c Appellationi renunciaſſe. Intellige procedere in petente dilationem, non autem in recipiente, quia recipiens dicitur parere iuſſui Iudicis, quem ante appellationem conſtat eſſe Iudicem, & illi tenetur parere. l. inter ſtipulantem §. 1. ff. de verbo. obligat. Ita declarat Ioan. Andr. in cap. vlt. in nouell. de appellat. & ideo poterit appellare. Fely. in cap. ſignificauerũt. nu. extra de teſtibus. quo loci poſt Hoſtien. Ioan. And. & Heneric. Boic. in cap. gratũ de offic. & poteſt. Iudic. deleg. dicit, quod ad euitanda omnia iurgia caute faciet recipiens ſi proteſtetur id facere ſaluo iure appellandi. Alias plures declarationes, ad d. l. ad ſolutionem, ergo poſui in recollect. ad tandem l. ad ſolutionem.

SVMMARIVM.

1 *Obſcure loquentibus obijci poteſt, non vis intelligi, nec intelligaris.*
2 *Iudex debet partes audire cum ſumma facilitate.*
3 *Indiſtincte ac confuſe procedens in confuſionẽ labitur.*
4 *Ex facto ius oritur.*
5 *Simulatio ex prǽcedẽtibus, ſequentibus, ſtatu cauſę & perſonarum conditione deprehenditur.*
6 *Simulatio eſt difficilis probationis.*
7 *Simulatio plurimum iudicis arbitrio verſatur.*
8 *Veriſimile, quod non eſt, nec verum eſt aut credibile.*
9 *Producens inſtrumenta cum proteſtatione in parte, & partibus, &c. in connexis, & partitis vnitis non releuat proteſtatio.*
10 *Priuata ſcriptura recognita contra ſcribentem plene probat.*
11 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*
Vnus ex pluribus obligatis ſoluens cæteros liberat.
12 *Alius pro alio ſoluere poteſt, & liberat debitorem.*
13 *Procurator regulariter de ſuo proprio non tenetur.*
14 *Bona fides non patitur, quod bis idem exigatur.*
15 *Lacerans ſcripturas alterius crimine falſi tenetur.*
16 *Fides in malis promiſſis non eſt ſeruanda.*
17 *Confeſſio facta ſub ſpe futuri implementi eo non ſecuto non obligat.*
19 *Ex tractatu præcedente infertur ad ſequentes actus.*
19 *Precium vbi interuenit emptio, & vẽditio proprie dicitur, non datio inſolutum.*
20 *Proprium eſt creditoris, & debitoris compenſare non ſoluere iterum.*
21 *Facta potentiora ad oſtendendum intentionem agentium quam verba.*
21 *Triplex eſt ſtatus voluntatis hominis, videlicet concepta prolata, & ſcripta.*
13 *Clandeſtini actos maximam fraudis ſuſpitionem arguunt.*
24 *Semel malus in eodem genere mali ſemper malus.*
25 *Nulla maior probatio, quã partis confeſſio, & nu. 26.*
26 *Confeſſio inducta à ſtatuto ob non reſponſionem ad poſitiones dicitur confeſſio priuilegiata, & ficta, & recipit probationem veritatis in contrarium, maximè illam quæ fit per aduerſarij confeſſionem.*
27 *Confeſſio non dicitur proprie probatio, ſed probationis releuamentum ex communi opin.*

28 *Probatiauum materia non anguſtanda.*
29 *Veritas omnia vincit, & ei omuiu cedunt.*
30 *Confitens ſe iuinſte ad ſui fauorem ſcientiam reportaſſe, facit quod talis ſenteutia etiam, quod in rem iudicatam tranſierit, noa ſit exequenda.*
31 *Poſitionibus contiuentibus turpitudinem reſpõdere debentis, non eſt reſpondendum.*
32 *Per interpellationem nouiter factam cenſetur prima mora remiſſa.*
Petens fieri nouam monitionem, videtur noa eſſe contentus de prima.
33 *Confeſſio propria etiam iurata reuocari poteſt, & illi contrauenïri, quando à iudice fuit reiecta.*
34 *Præſens, & tacens conſentire videtur maximè in iudicialibus.*
Patiens ſe deſcribi in actis pro fideiuſſore perinde eſt, ac ſi ſtipulatio interueniſſet præſens, & tacens alienationi rei ſibi obligatæ pignus remittere videtur
35 *Modica mora non eſt in conſideratione.*
36 *Simulationis oppoſitio a participe eiuſdem ſimulationis fieri an, & quando poſſit declaru ſi fiat per viam exceptionis, & pro damno euitando.*
37 *Pendentibus ferÿs iuriſdictio ſuſpenditur, & quicquid interim fit nullum eſt.*
38 *Interlocutoria aqua non eſt appellatum, vel recurſum tranſit ia iudicatum, & in diffinitiua de ea non eſt ampliut tractandum.*
39 *Ante fidem factam de recurſu ab interlocutoria, & ante inhibitionem Iudex à quo non debet ſuperſedere.*
40 *Iudex quandoq; poſt inhibitionem ab interlocutoria procedere poteſt ſuper articulo à negocio principali ſeparabili, & ſeorſum terminabili.*
41 *Ferÿs tacite renuuciatur.*
42 *In his, quæ ſimul, & ſemel fiunt non poteſt conſiderari prioritas, vel poſterioritas.*
43 *Citatus ad recognoſcendum literas, non poteſt opponere literas ſtatus.*
44 *Nihil petenti nihil impartitur.*
45 *Confeſſio iudicialis telam iudiciariam nõ curat, & via nullitatis non impugnatur.*
46 *Sententia nulla reformari poteſt per iudicem appellationis, quando videt alias eſſe iuſtam, & ſi de nouo eſſet ferenda iuſtitia exigente ſic pronunciaretur.*
47 *Officium ſuum cuiquam non debet eſſe damnoſum.*
48 *Fideiuſſo eſt lapidatio, ac inter maxima incommoda connumeratur.*
49 *Fatui ſunt procuratores, qui ſe extra officiũ ſuum obligant, & 54.*
50 *Pactum de non petendo, &*
Confeſſio liberatoria etiam abſente parte valet, vt exceptio doli opponi poſſit.
51 *Per ſecundam conſtitutionem procuratoris ia eadẽ perſona non cenſetur receſſum à prima.*
52 *Procurator propriam fidem conſtrigens de proprio tenetur.*
53 *Relatum in referente continetur, & deficiente relato, referens nihil diſponere dicitur.*
54 *Procurator de proprio non tenetur regulariter etiamſi exprimat nomen proprium cum nomine officÿ.*
55 *Verba enunciatiua prolata ſuper facto de præterito non inducunt nouam obligationem.*
56 *Præſuppoſitum verificari oportet, vt præſupponens locum habeat.*
57 *Bonus quilibet in dubio præſumitur.*
58 *Dolus ſine ſpe lucri committi nõ ſolet, & non niſi contra maleuolos.*
59 *Culpa, vt grauet aliquem probari debet.*
60 *Si remittatur res per eundem, qui fuerat electus ad apportandum ſi male ſuccedat non eſt imputandũ remittenti.*
61 *Remittens per eundem nuncium quo mittens vti conſueuit non imputandus eſt.*
62 *Aſſertio partis offenſæ ad exculpandum probat.*
63 *Etiam ſi enunciatiuè proferatur.*
64 *Confeſſio actoris plus actori nocet, quã cõfeſſio reï reo.*
65 *In paritate probationum, reo fauendum, & præferuntur eius probationes, licet eſſent parum debiliores probationibus actoris.*
66 *Incertitudinis ratione, quis venit excuſandus.*
67 *Procurator in dubio præſumitur feciſſe nomine procuratorio.*
68 *Volenti non fit iniuria neque dolus.*
69 *Verba generalia, & blanditoria non obligant.*
70 *Pactum de non reuocando procuratorem etiam iuratum non valet.*
Etiam ſtante conſuetudine.
71 *Nemo plus iuris in alium transfert, quã ipſe habeat.*
72 *Procurator ex cauſa ſuperueniente reuocari poteſt.*
73 *Cauſæ multæ reuocandi procuratorem.*
74 *Procurator placita, & promiſſa a ſuo principali mutare non poteſt.*
75 *Temerarium eſt, quod procurator ſui principalis placita ſubuertat.*
76 *Conſanguinei, & proximiores à ſtatuto requiſitĩ in contractu mulierũ ſi adeſſe recuſent Iudex ſupplet.*
77 *Ante factum ſeu ante implementum facti faciendi ius non competit agendi.*
78 *Executio actus conditionalis ante implementũ conditionis fieri non poteſt.*
79 *Conditio habetur pro impleta ſi per eum, qui implere debet, non ſteterit.*
80 *Ordinata naturæ Charitas dictat, vt quis ſibi melius proſpiciat, quã alteri, & plus filiÿs proprÿs quàm alienæ ſoboli.*
81 *Commune votum parẽtum eſt pro filiÿs theſaurizare.*
Lex iure ciuili. ff. de reg. iur. limitatur.
82 *Potentia propinqua actui, pro actu reputatur declara quando, quod erat faciendum, fuiſſet certum euidens, & infallibile.*
83 *Aditus ad principem, & cum eo tractatio reputatur difficilis, & quaſi impoſſibilis.*
84 *Difficile, & impoſſibile æquiparantur.*
85 *Exitus rerum dubÿ, & incerti.*
86 *Spes eſt fallaciſſima, & plerunque vana.*
87 *Spes dicitur eſſe ſomnium vigilantium.*
88 *Non dicitur damnum pati, qui lucri futuri ſpem amittit.*
89 *Intereſſe lucri ceſſantis debetur ſolito negociare.*
90 *Quod indiſtincte procedit tam in actionibus bonæ fidei quam in arbitrarÿs.*
91 *Quod iudicis arbitrio committitur, &c.*

A Bo

ARGVMENTVM.

De ſimulatione Poſitiones habita pro confeßis ex forma ſtatuti in contumaciam partis recipiunt probationem contrariam per confeßionem partis.

Procurator an, & quando de proprio teneatur.

Procurator irreuocabiliter an conſtitui poßit, & de procuratoris reuocatione, et legitimis cauſis reuocandi.

DECISIO XXV.

CAVSA iſta (quam ab actoris cognomine Guazzelliã uocant) propter eiur multiplicia capita, iuriumque productorum congeriem nodo (vt dicitur) Gordiano difficilior, ac Grambe recocta moleſtior videbatur.

Aderant enim allegationes iuris, & ſi doctiſſimę, præter tamen fori ſtylũ longiſſimæ, & in forma copioſiſſimi tractatus fabricatę, cõfuſus hinc inde proceſſus, epiſtolę ſeu miſſiuæ literæ fere ſeptingenæ, & illæ pro maiori parte ciferatę, & adeo obſcuris, ac inſolitis uocabulis ſcriptę, vt plerumq; præſtiterint
1 cauſam dicendi † ſi non vis intelligi, nec intelligaris, prout de Coluccio alias dicebat Barbat. in cap. poſt ceſſionem, colum. 12. de probat. refert Silua. nupt. lib. 5. quomodo iudicandum, ſub num. 34.

Tamen ea qua per nos decuit diligentia rem ipſam extricando, cuncta rimando cap. iudicantem
2 30. q. 5. & qua ſimiliter potuit † facilitate partes ipſas ad nos uentitantes audiendo, iuxta l. ne quicquam. §. curare, de officio procõſ. in eum de quo in ſententia modum pronunciauimus.

Moti quia quoad cauſam pecuniariam reſpectu expenſarum, ac prouiſionum, computa, & ſalda per Spectabilem Guazzellũ producta continentia ſummam ſcut. 1274. manifeſtam redolere ſimulationem, & propter aliud facta comperimus.

3 Et ne in confuſionem labamur, diſtincte † pro-
cedendo, vt docet Neuiz. in Silu. nupt. in tit. quomo
4 do iudi. ſub nu. 32. & ſeq. † in primis neceſſe eſt facti ſeries ex implicito proceſſu deducta enarretur, vt inde de ſimulatione, alijſque dependẽtibus quid iuris ſit dignoſcatur vulg. l. ſi ex plagis, §. in Cliuo capitulino ad l. Aquil.

Veneranda D. Catherina Spada vſufructuaria vniuerſalis ex teſtamento relicta bonorum, & hæreditatis quondam Stephani eius filij ſui cum multa negotia, & lites actiuè, & paſſiuè in vrbe haberet ad d. hęreditatem ſpectantia, pro illis pertractandis mediante Spec. Peniteſio proponẽte in procuratorẽ elegit d. Guazzellum cum promiſſione, & prouiſione 12. ſcu. pro quolibet menſe, necnon de reficiendo eidem omnes, & ſingulas expenſas, quas per eum circa præmiſſa negocia fieri contigerit.

Idem Spect. Guazzellus dicto nomine ſeſe immiſcuit in dictis negocijs per annor quatuor, & tã de prouiſionib. quã de alijs expenſis in dic. negocijs factis fuit integre ſatirfactus a die 30. April. 1564. vſq; ad 26. Apr. 1567. vt cõſtabat per apochã recepti manu d. Spec. Guazzelli ſcriptã, & recognitã, qua fatętur ſe bene cõtentũ, & ſatisfactũ a D. Catherina de oĩbus prouiſionib. & expenſis decurſis, & factis vſq; ad d. diẽ quas & quę prętẽdere poſſet occaſione geſtorũ in d. hæreditate. Ita, quod d. Spec. Guazzellus ad die 26. April. 1567. vſq; ad dimidium menſis Maij 1568. quo ceſſauit, & deſtitit a d. negocijs, reperiebatur creditor in ſcut. 170. per nos in ſniã annotatis, prout cõſtabat ex alio cõputo retẽto per d. Guazzellum producto, & recognito, licet ipſe in præſenti iudicio totam, & integram ſummã prouiſionum, & expenſarum pro toto d. tempore peteret a Spec. Peniteſio tanquam principali, & de proprio obligato, quæ ſumma aſcendebat ad ſcut. 1274.

Interea de an. 1567. & ante quã Guazzellus ceſſaret a cura d. negociorum, & contigit, quod D. Catherina Spada cũ de proprio ęre notabilem ſummã pecuniariã erogaſſet pro manutenſione d. hæreditatis. Satagens ſeſe de d. pecunijs reintegrare, cogitauit vendere domum hæreditariã in vrbe ſitam, vt ex retractu pretij ſibi ſatisfieri poſſit, prout in effectu vendidit d. Guazzello in id inhianti, & oĩb. alijs competitorib. præpoſito pro ſcut. 500. in promptis pecunijs d. D. Catherinæ ſoluendis, licet contractus inter d. partes initus cantet ficte ſub nomine dationis in ſolutum, ſeu ceſſionis ex cauſa infra dicenda.

Et quod verè inter d. partes de venditione actũ ſit, ficte tamen de ceſſione, ſeu datione inſolutum ex plutibus apparebat maniſeſtiſſime.

Primò ex innumeris d. Guazzelli literis Peniteſio ſcriptis, & ſignanter ſub literis datis de 20. Octob. 1567. in quib. propouit ipſe modos, & formas palliandi veram hanc venditionem, & idem latius in literis ſub die 15. Nouemb. 1567. & vtrobiq; de apertiſſima ſimulatione.

Cõſtabat, & ſcdo ex alijs ferè literir eiuſdẽ Guazzelli, in quib. paſſim affirmabat, *ch'era reſoluto pigliar, & cõprar detta caſa per 500. ſcu. offerẽdo dare a bon cõto a M. Catherina ſcu. 300. et il reſtãte a Natale & che detto negocio debba andare hor qui, & da quã.*

Apparebat tertio loco de veritate vẽditionis per ſolutionem partis pretij d. domus factam ab eodem Guazzello, vt in ſua interpellatione fatetur, & in literis die 7. Maij 1568. & alibi ſæpius.

Hæc autem uera venditio palliabatur tit. ceſſionis ad perſuaſionẽ, commodum, & petitionẽ Guazzelli procurantis has cautelas pro intereſſe infra dicendo, qui quidem Guazzellus cum tunc temporis dũ iſthæc tractati cęperunt in nullo, vel forte in paucis eſſet creditor d. hæreditatis ſtante plenaria ſatiſfactione vſq; ad 26. Aprilis 1567. procurauit hanc

fictionem fieri ſub colore quod eſſet creditor d. hæ-
reditatis pro toto tempore, quo inſeruierit perinde
ac ſi nunquam de aliquo fuiſſet ſatisfactus, & ideo
quod pro ſuo credito dicta domus daretur in ſo-
lutum.

Hoc inter eos tacite acto, & intellecto. *Che ſi do-
ueſſe tra loro poi fare noui libri, & ſaldi, in modo che il
conto batteſſi pari.*

Vt in alijs infinitis literis eiuſdem apertiſſime
profitebatur, & nominatim 26. 30. Maij. 1578. 12.
24. eiuſdem menſis, & pluſquam centies alibi idem
repetit.

Finis autem huius imaginariæ ceſſionis ſeu da-
tionis in ſolutum erat qua Guazellus per hunc mo
dum ſibi ſatius conſultum putabat ad retentionem
dictę domus tam reſpectu hæredis dict. quondam
Stephani, quam reſpectu vicinorum occaſione iuris
congrui in vrbe vigentis, vt ipſemet fatetur in li-
teris 30. Martij 24. Decembris 1567. & 30. Mar-
tij 1568.

Quos vicinos idem Guazellus, & alio ficto præ-
textu eludere intendebat, videlicet, quia ceſſionem
cantare procurauit in ſcu. 750. cum in rei veritate
non venderetur, domus pluſquam 500. & hoc vt
vicini pretij magnitudine perterriti, ſibi domũ prę-
dictam euincere, & retrahere non attentarent.

Quibus ſic ſe habentibus ſpec. Peniteſius procu-
rator D. Catherinæ, bonam fidem Guazelli ſecu-
tus eidem morem gerendo ſalda, & computa præ-
dicta in eadem forma, qua ſibi propoſita fuerunt a
Guazello ſubſcripſit, & approbauit, vt in ſua emptio
ne Guazellus emptor tutus redderetur cõtra quoſ-
cunque ſibi moleſtiam inferre volentes, licet poſtea
in caput ſubſcribentis Guazellus retorquere cona-
tus ſit, petendo ab eodem Peniteſio integram ſum-
mam in ſaldis contentam, ac ſi vere in ea creditor
extitiſſet.

His ſic ex ſatis implicito proceſſu breuiter ſele-
5 ctis, † ac conſideratis præcedentibus, ſequenti-
a bus, [a] ſtatu cauſæ, & perſonarum conditione iuxta
celebre conſil. Bald. 311. libro 5. Prouunciauimus,
6 † ſimulationem (alias probatu difficilem teſte Me-
noch. de arbitr. iudi. lib. 2. cent. 2. caſu 116. & quæ
plurimum † arbitrio iudicis verſatur, vt idem Me-
7 noch. eod. lib. 2. cent. 3. caſu 247. affirmat) in ſupra-
dictis ſaldis, & computis non deſiderari, illaque ſal-
da tanquam fictitia, & minus vera veluti flores ca-
dere & langueſcere permiſimus, vt alias de actu ſi-
mulato dicebat. Rebuff. in tract. de priuil. ſcol. 104.
priuileg. nu. 30.

Cuius quidem ſimulationis probabilia argumen
ta, & indubitata indicia ex præmiſſis reſultantia ca-
nendo receptui, illaque repetendo ſic iuribus com-
probantur.

Primo igitur de dicta ſimulatione cõſtabat, quia
ſalda prædicta laborabant vitio inueriſimilitudinis
nam cum Guazellus fuiſſet ſatisfactus vſque ad
menſem Aprilis 1567. & ſic pro tribus annis re-
tro actis non erat veriſimile a d. tempore citra vſ-
que ad menſem Maij 1568. hæreditatem tantum
æris alieni cõtraxiſſe in prouiſionib. & expenſis, vt
ad tam notabilem ſummam aſcenderet, & hoc
vix erat credibile apud eos qui notum habebant
8 huius cauſæ, & perſonarum ſtatum. † vnde ſicuti
non eſt veriſimile, ita nec verum aut credibile. l. in
eius. in princip. l. cum pater. §. pater centum, de le-
gat. ſecundo. cum concordantibus per Tiraquel. in
l. ſi vnquam in prefatio. nume. 37. C. de reuocand.
dona. & per Menoch. de arb. iudic. lib. 2. cent. prima.
caſu 85.

Quę inueriſimilitudo adiuuabatur p plures eiuſ
dem Guazelli literas, ſub die 28. Auguſti. 16. O-
ctobris 21. Maij. 7. 9. 12. 30. eiuſdem menſis 1568.
in quibus clare oſtendit ſe creditorem de dicta ſum-
ma ſcu. 170. in ſententia per nos taxata.

Quinimo Guazellus videbatur in totum ſatisfa-
ctus, nam pro ſe produxit quaſdam literas ſibi a Pe-
niteſio ſcriptas die 17. Septembris 1568. in quibus
habentur hæc verba, videlicet.

*Et coſi vengo hauerui ſatisfatto fino a mezzo
Maggio 1568. di quanto vi promiſſi a bocca di fare,
ſareſti ſatisfatto da me, ſe non da lei, de le voſtre pro-*
9 *uiſioni, e ſpeſe.* † Quæ literæ contra ſcribentem, &
producentem plene probant. l. publia. ff. depo. l. cum
antiquitas. C. de teſtam. ſiue ſit liber rationum, ſiue
10 epiſtola ſiue alia priuata. † ſcriptura. l. cum de in-
debito. §. fi. de procur. l. generaliter. C. de non. num.
pecu. cap. per tuas. de probat. Alex. conſi. 191. lib. 2.
colum. 1. licet eum proteſtatione in parte, & parti-
b bus [b] fuerint productæ iuxta not. per Bat. in l. Au-
relius. §. idem quæſiuit de lib. legat. nam ſtante con-
nexitate, & vnitate partitæ non poſſunt pro parte
produci, & pro parte non, vt not. Ruyn. conſi 76.
nume. 3. lib. 4. ſentit Grat. conſi. 105. viſis num. 5. 8.
libro 1. qui in conſi. 104. & ſi nume. 2. eod. lib. 1. di-
cit proteſtationem hanc indiſtincte non iuuare in
productione actorum, licet in productione inſtru-
mentorum aliud doctores ſentiant, accedente ma-
xime contradictione partis ad Cacheran. deciſ. 59.
nume. 7. Abba. in conſ. 59. in fin. & tradit Trigona.
in ſing. 116.

Nec obſtat quod dicebatur quietantiam canta-
re ad fauorem D. Catherinæ, quę tertio in ea non
nominato prodeſſe non debet tot. tit. res inter alias
acta.

Quia reſpond. quod hæc eadem, quę modo ipſe
Guazellus a Peniteſio petit, habuit a D. Catherina,
& ex eadem cauſa, & ſic eum idem ſit ab eodem fon
te occaſione hæreditariorum negociorum manans,
11 non refert a quo fuerit ſatisfactus † cum ſolutione
eius, quod debetur ab vno ex pluribus obligatis, cæ-
teri liberantur l. 1. & 3. de duob. reis. & nõ eſt etiam
12 nouum in iure † quod alius [c] pro alio ſoluat, & li-
c beret debitorẽ in l. ſi pro re. ff. mand. l. fi. de neg. geſt.
& not. Bar. in l. quamuis de ſolut. Satiſque ſibi vide-
ri debet ſi a D. Catherina principali fuerit ſatisfa-
13 ctum, & ſolutum, † cum regulariter procuratores
de ſuo proprio pati non debent. Parlſ. conſ. 78. lib. 1.
14 † Neque bona fides patitur, vt bis idem exigatur c.
bona fides de regul. iur. in 6.

Modicam etiam difficultatem præmiſſis affere-
bat, dum dicebat Peniteſium promiſiſſe lacerare d.
literas,

literas, & quietantias. Quia quoad quietantiam,
quæ non erat in ſuo arbitrio lacerare, ex quo ſpe-
15 ctabat ad Dom. Catherinam † hoc ſine crimine fal-
d ſi d facere non potuiſſet. Craue. conſil. 6. ſub num. 8.
16 lib. 1. † nec in malis promiſſis fides erat ſeruanda.
cap. in malis de reg. iur. in 6.

Alias ſimiliter literas nec etiam ſine prædicta fal-
ſitate occultare potuiſſet, cum ſpectarent ad hære-
reditatem, quia ſcriptæ ſibi fuerunt tanquam pro-
curatori d. hæreditatis, laccrans enim ſeu combu-
rens ſcripturas priuatas ad alium ſpectantes falſi cri
mine tenetur Bald. conſil. 323. præmittendum ſub
num. 1. lib. 4. Bart. in l. Paulus, ff. de falſ. & adminicu
la veritatis nunquam ſunt occultanda, vltra quod
promiſſio lacerandi fuit facta ſub conditione in eis
inſerta, & non impleta per Guazellum, videlicet,
quod præcedere debuiſſet cuiuſdam libri confeſſio
17 & ſubſcriptio, † & promiſſio autem facta contem-
platione futuri implementi non obligat eo non ſe-
cuto. l. qui pecuniam, ſi cert. pet. l. 2. §. proinde. de
dolo except.

Secundo principaliter detegebatur ſimulatio
ex tractatu præcedenti de emendo, & vendendo
18 † ex quo ordinarie infertur ad actum ſubſequenté
l. multum ante fi. C. ſi quis alt. Craue. conſ. 515. nu
mero 6. Soc. conſ. 128. lib. 1. Gozad. conſ. 88. Vital.
de clauſul. in ver. de fraude, car. 417. Alcia. conſil. 7.
lib. 8. Thob. 3.

Tertio ex totiens repetita oblatione pretij, vt ſu-
pra in themate deductum eſt, nam ſi erat datio in-
ſolutum, vel ceſſio pro prætenſo credito, vt Guazel
lus præſupponebat quare, & quomodo de exburſa
tione tractabat, & quaſi repugnare videntur ad in-
19 uicem emere, & inſolutum accipere † quippe cum
e vbi pretium interuenit ibi emptio propriè dicitur e
non datio inſolutum. l. ordo, C. de exe. re iud. & ita
no. Bald. per illum tex. in conſ. 300. lib. 1. colum. 5.
& pro nota. ſequitur Tiraquel. de retr. conſang. §. 1.
gl. 14. nu. 18.

20 Et † natura creditorum, & debitorum eſt com-
penſare, non iterum ſoluere, argum. l. procula, ff.
de probat.

Quod ipſo facto efficacius demonſtrauit ſoluen-
21 do actualiter partem d. pretij. † Facta autem quan-
to enixius agentium intentionem declarent, quam
verba, tradit Abb. in conſ. 116. ſecunda par. Iaſ. in l.
teſtamenta, col. fin. C. de teſta. Tiraq. de conſtit. poſſ.
30. limit. 3. par. num. 11. Burſat. conſ. 118. num. 14.
Neuiz. conſ. 66. num. 33.

Vnde alias ſubtiliter dicebat Bal. in trac. ſciſmat.
quem poſuit ſub tit. C. ſi quis ali. teſta. prohib. col.
3. verſ. amplius.

22 † Quod homo conſideratur in triplici ſtatu vo-
luntatis, videlicet conceptæ, prolatæ, & ſcriptæ, &
quando hæc tria concurrunt perfectæ, & enixæ vo-
luntatis ſtatum oſtendunt, vt hic concurrit volun-
tas, concepta, prolata, & factis declarata.

Quarto conferebat ad præſumptionem d. ſimu-
lationis, quia Guazellus iſthæc tacite fieri procura-
bat, & inconſulta Dom. Catherina, vt ex eius gemi-
23 natis literis conſtitit, † clandeſtinitas f autẽ quan-
f tum ſuſpitionis arguat, nemo eſt, qui neſciat, &
docet Plot. in tracta. de in lit. iur. §. 4. num. 8. & ſeq.
Bello, in conſi. 32. num. 10. ſcilicet in l. inciuile. in
fi. C. de furt.

Augebat præterea ſuſpitionem ſimulationis,
quia d. Guazellus non erubuit requirere Peniteſiũ
iam demiſſo procuratoris officio, vt ſibi faceret
quaſdam literas datas triduo antequam deſineret
eſſe procurator, vt patet ex eius literis ſub die 30. Iu
lij 1568. qui alibi in alijs ſuis literis *eforta il Penite-
ſe a riceuere i ſuoi proteſti, & dar la colpa a madonna
Catherina promettendo, che per alcun tempo non vuo-
le, che egli ne ſenta danno veruno.*

Quinto, & vltimo apparebat notoria ſimulatio
propter expreſſam confeſſionem d. Guazelli, qui in
ſuis literis recognitis affirmat, & profitetur in rei
veritate inter eos venditionem verè iniri ſimulate,
24 ac fictè dationem inſolutum, † & nulla maior adeſt
probatio, quam quæ per confeſſionem partis fit iu-
ribus vulgaribus.

Non obſtat, quod prædicta non debent attendi
tanquam venientia contra poſitiones Guazelli ha-
g bitas pro confeſſatis g in contumaciam Peniteſij
ſeu eius in cauſa procuratoris vigore ſtatuti, lib. 1.
cap. 69.

Quia dicebatur huiuſmodi confeſſiones a ſtatu-
to propter alterius contumaciam non reſponden-
25 tis inductas † fore, & eſſe confeſſiones h præſum-
h ptas, & priuilegiatas Moro. in tract. de fide treg. &
pace, quæſt. 54. num. 12. ſecundæ par. & no. Rolan.
conſi. 94. lib. 3. num. 4. & tanquam tales recipiunt,
& admittunt probationem veritatis in contrarium,
& illam maxime, quæ fit per aduerſarij confeſſio-
nem, quæ nunquam cenſetur a ſtatuto excluſa tan-
quam ſuperans, & confundens quaslibet alias prę-
ſumptiones, & probationes, prout inquit Ruin. in
conſ. 92. num. 18. lib. 4. Rolan. conſ. 88. nu. 9. lib. 3.
Pariſ. conſi. 12. nu. 60. lib. 1. Alcia. in tract. pręſum-
ptio. in 2. par. num. 6. vbi allegando rationem dicit,
26 quia † confeſſio non eſt propriè probatio, ſed pro-
bationis releuamentum. Ancha. conſ. 1. num. 11. qui
dicit hanc eſſe veriſſimam opinionem, quam com-
munem aſſerit Hippol. in ſingul. 101. & poteſt fieri
talis probatio per confeſſionem partis etiam poſt
lapſas omnes probationes. Bald. poſt Innoc. in c. vl-
tra tertiam. de teſtib. & Felin. ibi.

Videtur enim hæc quædam facti euidentia ex
actis notoria, quæ ſimiliter a ſtatuto exploſa non cre
ditur. Pariſ. conſil. 131. nu. 30. lib. 1. & 67. num. 15.
89. nu. 24. eod. lib. Ruin. conſ. 138. nu. 24. lib. 5. poſt
Alex. conſ. 145. nu. 10. lib. 6.

Neque etiam exinde dici poteſt inferri aliqua
violentia d. ſtatuto 69. Tum, quia ſtatutum non
prohibet contrarias probationes, ſed dicit has prę-
ſumptas confeſſiones ius parti acquirere, ita quod
poſtea poſitiones negari non poſſint, tum etiam
quia per hoc non itur contra ſtatutum prohibens
tantum negationem confeſſatorum, nam reus non
vult negare confeſſionem factam, ſed vult proba-
re contenta in ea non eſſe vera per veras probatio-
nes, quod de iure fieri poſſe non improbat. Aretin.
in

Quibus tamen non obſtantibus illum ad ſcu. 170. condemnauimus pro reſiduo expenſarum, & prouiſionum d. Guazello debitorum, quia vltra quod in pluribus eiuſdem Peniteſij literis apparebat de propria obligatione prouiſionum, & expenſarum, id etiam in plena Rota vltro Peniteſius teſtato affirmauit. Qui cum eo tempore quo Guazellus ad d. negocia deputatus fuit, non eſſet procurator D. Catherinæ, ſed paulo poſt creatus fuerit & rogaſſet Guazellum ad ſuſcipiendum hoc onus mandati actione ad prædicta teneri videbatur. l. 1. & l. ſeq. ff. mand.

Nec quicquam facit quod poſtea d. Peniteſius fuiſſet effectus procurator, & ſubſtituerit d. Gua-
50 zellum, † quia per hunc ſecundum actum ſubſtitutionis nõ videtur receſſum a prima obligatione ex rogatione orta cum in omnibus tendat ad primam adno. per Boer. deciſ. 347. num. 3.

Hæc anim ſecunda ſubſtitutio venit cumulatiue non priuatiue, & ſtante propria obligatione, nomine alieno facta, fuit in electione Guazelli dominũ, vel procuratorem conuenire, vt tradit Boer. deciſ.
51 343. colum. pen. verſic. & ideo † Et ſic cum in hoc
n propriam fidem n aſtrinxerit de proprio per nos condemnatus fuit l. procurator qui pro euictione. ff. de procura. & per ea quæ not. Socin. iun. conſilio 27. num. 6. lib. 2.

Abſoluimus præterea ſpectabilem Peniteſium a prætenſa occultatione ſcripturarum ceſſionis domus cũ inde dependentibus petitis p̃ infraſcripta.

Et primo, quia neque expreſſe, neque virtualiter ex deductis proprio nomine illum obnoxium eſſe comperimus. Nam omnis deductio, & omnis prætenſio partis fundata in poſitionibus habitis pro confeſſis eſt ſemper relatiua ad exemplum Chirographi d. ceſſionis adeo quod ſi in relato non continetur quod dicitur, vel eo modo quo dicitur non poteſt in ea ſe fundare Bald. in l. 2. nu. 4. C. de erro. aduo. quem etiam ad hoc allegat Roman. in conſil. 294. prima ſolut. circa medium. Dec. conſil. 63.
52 num. 3. † Et eſt generale in omni diſpoſitione relatiua quod deficiente relato referens diſponere nõ dicatur, vt dicit Pariſ. conſil. 35. num. 6. lib. 1. quia ſemper relatum eſt illud quod venit conſiderandũ
o non referens o idem Pariſ. conſil. 94. numero 20. eod. lib. 1.

Sed in exemplo d. Chirographi ceſſionis nullibi apparet aut colligi poteſt prætenſa obligatio in proprio d. Peniteſij, quinimo prima fronte apparet ſubſcriptionem d. Peniteſij reſonare procuratorio nomine D. Catherinę, quo caſu reus conuentus habet intentionem ſuam fundatam quod non teneatur nomine proprio, vt plene per Pariſ. conſil. 78. num. 4. lib. 1. & per Socin. iun. conſil. 154. num. 1.
53 lib. 2. † quod procedit etiam quando ſimul exprimitur nomẽ proprium, & nomen officij, & per Iaſ. in l. 1. §. nunciatio. nu. 4. ff. de ope. nou. nun.

Nec obſtat prædictis quod in ſubſcriptione ſint verba, *& nel modo, & nome che di ſopra ſi contiene affermo, & prometto*. Et in narratiua fiat mentio quod ipſe Peniteſius in proprio ſit obligatus ad prouiſiones, & expenſas hæreditarias ſupra in Themate nominatas quaſi ob id quoq; cenſeatur ſe voluiſſe obligari proprio nomine, etiam ad d. ceſſionem domus.

54 † Quia illa verba narratiue, & enunciatiue prolata factum de præterito exponunt, non autem de nouo diſponunt, vel nouã obligationem inducunt ſuper illa obligatione de præterito, vt dicit Crauet. conſil. 29. num. 7.

Et cum in diſpoſitiua Chirographi non contineatur obligatio nomen proprio, ſed per ſupradictos intellectus adaptari quæritur, merito clauſula illa finalis ſubſcriptionis ad præcedentia omnia nõ refertur, vt poſt Bald. in prima lect. antiqua, dicit Alex. in l. 1. num. 18. ff. quod quiſque iur.

Et dato quod d. ſubſcriptio generalis ſe referat ad præcedentia, id tamen erit ſemper verum quod fiet relatiue, *come di ſopra*, ſed in relata narratiua nihil eſt expreſſum de ceſſione domus, ſed tantum de obligatione prouiſionum, & expenſarum, merito vltra expreſſa in d. ſcriptura narratiue relatæ nõuam aut pleniorem diſpoſitionem ipſum referens operari non poteſt, nec debet quam in d. ſcriptura ſit expreſſum iuxta not. deciſ. Rot. 343. in antiq. quam refert, & ſequitur Alex. in conſil. 126. num. 5. lib. 3. & conſil. 17. num. 7. lib. 2.

55 † Nam vbi in aliqua diſpoſitione aliquid pręſupponitur, diſponendo ſuper eo tãquam quod ſupra illud contineatur, non dicitur de eo præſuppoſito diſponi quod præſupponitur niſi de ipſo præſuppoſito principaliter, & de per ſe conſtet, conſecutiua illa diſpoſitio præſupponens nihil operatur tradit Dec. in conſil. 591. numero 3. & 291. num. 3. & Bero. conſil. 170. num. 9. lib. 3. vnde dicebat Ceph. in conſil. 170. tranſactionem, num. 63. quod præſupponentes non diſponunt.

Secundo vltra nobiliſſimam iuris præſumptio-
56 nem, quæ illum tuebatur † quod in dubio quilibet bonus, & nõ doloſus pręſumitur, l. merito pro ſoci. & not. Crauet. conſil. 8. nulla probabilis cauſa præ-
57 ferebat quæ doli præſumptionem præberet † quia non ſine ſpe lucrandi. Caſtren. in l. fluminum, §. fin. de damn. infect. Iaſ. conſil. 32. Nich. in ſecundo dubio lib. 1. cum concord. per Foller. in pra. cenſua. in verbo Nicolaus, num. 46. car. 59. non niſi & contra maleuolum committi ſolet teſte Crauet. d. conſ. 8.
58 † Nec culpa quemquam grauat niſi probetur, vt not. Bart. in l. in illa ſtipulatione de verb. oblig. l. 3. §. ſi ad diem, de re mili.

Immo inſpecta facti ſerie, & eius qualitatibus Peniteſium nihil non laudabile feciſſe dicendũ eſt ſi eadem Chirographa, & ſcripturas D. Stephano eius filio, & D. Catherinæ procuratori à quo receperat tranſmiſit. Qui Stephanus onus ſuſceperat faciendi illas ſubſcribere, cum quo Guazellus de re ipſa principaliter tractauit tanquam procuratore D. Catherinæ eius fidem ſequebatur, & cum eo tam quam à D. Catherina approbato ſummam huius negocij explicauit, vt ex lectu d. Chirographi appareat ad Bart. in l. cum qui. §. ſed ſi ff. commod. l. ſi epiſtolam de acq. re. domi. & quod not. Iaſ. in l. 1.

in

Digitized by Google

59 in prin.ff.de eo per quem fac. † Nam quando quis
elegit aliquem ad tranſmittendum aliquid alicui,
vt per eundem remittatur, non poteſt ille, qui per
p eundem remittit imputari p etiam quod res male
ſuccedat, vt in præcitatis iuribus, & no.Bart.in l.eũ
qui.§.ſed ſi dum.ff.commod.l.ſi mea cauſa, eod.tit.
60 † quod ſimiliter procedit, quando remittitur per
eundem nuncium, quo vti conſueuit ille, qui miſit
ſi ſimus in ſpecie, & per Iaſ.d.l.1.ff. de eo, per quem
fac. eſt non erat igitur imputandum d. Peniteſio ſi
id non fecit, ad quod non tenebatur, vt per Rolan.
conſi.57.num.50.lib.1. Crauet. conſ.4.num.24. &
319.nu.16.& 63.num.9.

Reddebatur etiam Peniteſius omni culpa, & dolo exemptus per eiuſdem Guazelli geminatam confeſſionem, qui ſæpius in literis ſuis profitetur occultationem antedictam non contigiſſe facto, & culpa ipſius Peniteſij.

61 † Quæ aſſertio ad excul pandum tendens plene
probat, ſecundum Bar.in l.3.§.1.ad Sillan. Bald. in
l.2.num.32.C.commu.de leg.Alex.conſilio 24. lib.
2.Hippol.conſilio 66.& ſing.22.Gramma.voto 24.
62 † etiam ſi enunciatiue fuerit prolata. Mar. Mantu.
de delib.fauo.& not.Boſſ.de defen.reo.nu.10.

Nec obſtat, quod ſimiliter idem Peniteſius in ſuis literis aſſerat, *che il Guazello è ſtato aſſaſſinato ſotto la ſua fede, da più intimi amici ſuoi*, & ſimilia.

63 † Quia reſpon. plus nocere confeſſionem actoris
64 actori, quam rei reo. Benint. deciſ.32.num.3. † Et
q in paritate probationum q reo potius, quam actori
fauendum eſſe tradit Alex.conſ.30.colum.fi.lib.7.
Crauet.conſi.6.nu.40.Menoch.de arbit.lib.2.cent.
1.caſu 98. quod procedit etiam ſi probationes rei
eſſent parum debiliores, vt in præcitatis locis.

Præterea Guazellus nimis confusè arguebat Pe-
niteſium de huiuſmodi occultatione dum in arti-
culis ponebat d. ſcripturas perueniſſe in manus Pe-
niteſij, & litis conſortium inferendo de Dom. Ca-
65 therina. † & ſic plurium culpam accuſando ratio-
ne incertitudinis Peniteſius veniebat abſoluendus.
glo.in l.1.§.cum artes. ff. ſi quad. paup. cum ſimul
per Boſſ.de defenſ.reo. num.9.& eo magis, quia in
proceſſu idem Guazellus fatetur ſe alias egiſſe de
huiuſmodi ſcripturarum occultatione contra Do-
minum Stephanum tanquam verum authorem oc-
cultationis coram I M.& Eccell.Dom. Vincentio Pa-
renſio patritio Lucenſi Romanam curiam ſumma
cum laude ſequente.

Abſoluimus etiam eundem Peniteſium a petitis
reſpectu quartę partis creditis Reuer. Came. Apoſt.
Guazello promiſſę in caſu effectualis exactionis p
eum faciendæ, quæ vna cum intereſſe prætenſo ad
ſummam ſcutorum 12.millium aſcendebat. Quia
in hac parte res extra omnem dubitationem erat,
quod ſi quid egiſſe aut dixiſſe Peniteſium apparebat,
id omne procuratorio nomine factum dictum-
66 que fuiſſe conſtitit ex proceſſu, † & ita de iure
etiam pręſumendum foret. Pariſ. conſil. 47. & 117.
num.29.lib.1.

Neque circa huiuſmodi prætenſiones Guazellus
iuſte conquerebatur contra Peniteſium de intempeſtiua reuocatione ab adminiſtratione, & procuratione d. negociorum, ex eo, quod Peniteſius in nonnullis literis reſponſiuis videretur promiſiſſe non reuocare d. Guazellum ſub iſtis formalibus verbis, videlicet, *non dubitare, che non ſarete cambiato voi per altri, & non comporterò ſiate leuato.*

Quia vltra, quod non inuitus dici poteſt reuoca-
tus ſtante eiuſdem Guazelli literis ſub die 10.Apri-
lis 1568. in quibus procurabat propriam remotio-
67 nem, † & volenti non fit iniuria, neque dolus, Reg.
ſicuti.de reg.iur.in 6.

Prædicta verba non poſſunt dici obligatoria,
68 † ſed generalia blanditoria, & excitatoria ad not.
per Iaſ.& alios in l.ita ſtipulatus.de verbor.obligat.
69 & ex alio etiam in efficacia reputanda, † quia pa-
ctum de non reuocando procuratorem etiam iura-
tum non valet, & contraueniri poteſt, glo. in cap.fi.
de procur.in 6.Crauet.conſil.191.num.5.& de com
muni opin.teſtatur.Benint.deciſ.49.num.2. repro-
bata opinione. Rotæ 104. in antiquis, & rationem
reddit Patau.in apopht.453. immo neque conſue-
tudine aliqua firmari poteſt, vt not.Imol.in comm.
opin.lib.4.concluſio.17. verſ. ſi quis ex mente Soc.
Ruin.& aliorum per eum citatorum, & not. Ruin.
conſ.143.lib.4.num.7.viſo.

Quæ promiſſio, & pactum de non reuocando
procuratorem dato, quod valeret, quoad Peniteſiũ
non poterat dici perpetuum cum, & ipſe Peniteſius
70 eſſet reuocabilis, † & in alium plus iuris, quam ip-
ſe haberet transferre non poterat. l. nemo plus iu-
ris.de reg.iur.

Et tacitam in ſe habet conditionem, & clauſulã
71 rebus ſic ſtantibus. † Nam ex cauſa ſuperuenienti
nemo ferè eſt, qui neget reuocari poſſe, vt no. Ang.
in conſil.225. Alex.conſil.18.num.8.lib.2.Felin. in
cap.ex parte decani, num.21.de reſcript. Anchar.q.
31.in 2.par.faciunt, quæ de noua cauſa latiſſime tra
dit Marſil.in l.1.§.fin.num.21.& ſeq.de quęſt.& in
not.q.Natta, conſ.11.

Cauſæ autem, quę ſuperuenerunt, & iure proba-
bilem reuocandi occaſionem præſtantes fuerunt
72 multæ, † videlicet inimicitiæ ortæ inter eum, &
Dominum Stephanum procuratorem Dom. Cathe
rinæ, & filium Peniteſij, Minæ, querelæ, proteſtatio-
nes, præparamenta ad litem contra Dom. Catheri-
nam eius principalem, quæ omnia quaſi ipſo iure
ſunt reuocatoria procuratoris teſte Bald. in l.man-
datum, num.14.C.mand.& ad Caſtren.in l.filiusfa
mil.§.procuratorem, num.6. de procurat. addentes
ad Salic.in l. procuratoribus. C. de procurat. Dyn.
Bar.& Iaco.de Aret.in l.ſi Cornelius, per illum tex.
ff.de ſolutio.refert Henri.Boueri. in ſing.26.procu-
rator, num.36.vbicunque enim dominus iuſte titu
bat de fide procuratoris in negotio agendo, poteſt
eum reuocare. Anto.de Butr.in cap.in noſtra, num.
4.de procurat.

Pręterea non fuit reuocatus ab ipſo Peniteſio, qui iam renunciarat procuratorio, ſed ab ipſa Do. Catherina ſeu eius alio procuratore, vnde non eſt, quid Peniteſio imputandum ſit, qui etiam ſi tunc

foret

foret procurator huiuſmodi reuocationi prouidere
73 non potuiſſet, † quia prouiſa a Do. ſuo principali
mutare, aut impedire minime valuiſſet. Ruin.conſ.
106.& conſil.89.lib.4. Crauet.conſ.54.num.5. &
not. Bart.in l.ambitioſa, numero 4.ff.de decret.ab
ordi.faci.

74 † Temerarium enim reputatur, quod procurator
ſui principalis conſtituta, & placita ſubuertat,
vt inquit Caſtren.conſil.295.lib.1.colum.pen.Crauet.d.conſi.54.

Nec vitio eidem attribuendum erat prout Guazellus
dicebat, quod ipſe fuerit præſens, & conſenſerit,
quando Dom. Catherina alium procuratorem
conſtituit cum reuocatione illius.

Quia ad id præſentiam, & conſenſum præſtitit
vigore ſtatuti tanquam coniuncta perſona Do.Catherinæ
ad validandum actum conſtitutionis, qui
ex forma ſtatuti in contractibus mulierum loquentis
ſine propinquorũ præſentia, & aſſenſu celebrare
non poterat, cuius loco ſi ipſe interuenire noluiſſet
alij proximiores ſimiliter conuocari potuiſſent.
75 † Immo proximioribus vocatis, & requiſitis, & ad
eſſe nolentibus iudex ipſe ſupplere potuiſſet, vt tradit
Rebuff.in tract. de reſti. in inte.art.2.glo.4.nu.
39.& Tiraquel.in ll.connub. glo.8.nu.127.& expreſſe
cauetur, lib.2.ſtatuto.cap.39.& ſic culpa caret,
qui ſi voluiſſet prohibere minime potuiſſet.l.
culpa caret.de reg.iur.

Vltimo nihil proponebatur in facto, quod Do.
Guazello opitularetur circa conſecutionem quartæ
partis cameralis crediti.

Quandoquidem promiſſio ſic cantat, videlicet,
*che il Guazello ſi poſſi retenere per ſe, il quarto di
quello, che reſcoterà dalla reueren. camera Apoſt.
& che farà intrare in mano di M.Catherina*, ſed horum
neutrum Guazellus feciſſe dicitur, merito nihil
inde expetere debet.
76 † Ante enim implementum facti faciendi ius
cuiquam non competit.l.boue.§.ſub conditione.
de edil. edict.l.1.in fi.l.qui hæred.de condit.& demonſt.
& propterea dicebat Bald. in l. per diuerſas.
quæſt.10.C.manda.& in conſil.383.lib.4.& 242.
77 libro 5. † quod executio actus conditionalis ante
purificatam conditionem fieri non poteſt, & ſic ob-
1 ſtabat ei exceptio non impleti [1] de qua per Crauet.
conſil.151 num.10.

Neque iuuabatur Guazellus dicendo per eum
non ſteriſſe, quin pro parte ſua adimplenda impleret,
& de facili, ac de propinquo fuiſſet exacturus,
niſi impedimentum reuocationis obſtitiſſet, quod
conſulto Peniteſium procuraſſe dicebat propter
proprium intereſſe cum dicebatur Dom.Catherinam
donaſſe certam ratam, & partem d.crediti pre-
78 fato Dom. Stephano Peniteſij filio. † & ſic cum
per ipſum non ſteterit haberi debere aiebat pro impleto,
l.pen. de mil. teſt. vbi Bal. notat potentiam
propinquã actui, actum ipſum eſſe, & l.iure ciuili,
de reg.iur.l.iure ciuili.de cond.& demonſt.

Quia ſingulis ſingulariter reſpondendo dicebatur
reuocationem Peniteſio non eſſe imputãdam,
vt iam dictum eſt, nam non ipſe, ſed Dom.Catherina
ſua principalis reuocauit, immo ipſemet actor reuocationis
cauſas præbuit propter ſuſpitiones, inimicitias,
& alia iam conſiderata.

Neque allegatum intereſſe in hoc caſu eſt attendendum,
tum quia non conſtabat de aſſerta donatione,
tum quia Dom.Catherinæ licuit donare, &
de re propria ad libitum diſponere.l.in re mandata,
C.manda.

Qui Peniteſius etiam, quod data opera d. donationi
vacaſſet, non ideo peccaſſe in aliquo dicendũ
79 eſt, † cum ordinata charitas naturæ ſit, vt quis ſibi
melius proſpiciat, quam alteri, & plus filijs proprijs
80 quam alienæ ſoboli, † commune enim votum eſt
parentum pro filijs theſaurizare. l.præſes de ſer. &
aq.l.ſcripto. C.vnde lib.l.nihil.§.3.de bon.lib.l.nã
& ſi, de inoffi. teſta. & no. Bar.in l.cum filio, col.4.
de leg.1.

Nec obſtat.l.iure ciuili, ff.de reg.iur. cum ſimil.
quia regula procedit, quando directo impeditur
cuius principaliter intereſt, ſecus ſi per indirectum,
vt no.Dec.ibi.& prius hoc voluit Soc.in l.iure ciuili,
in ſecundo nota.ff.de cond.& demon.

Et ad allegatam potentiam actui propinquam,
quod pro actu habenda ſit replicabatur ita intelli-
81 gi debere procedere, † quando id, quod erat faciendum,
foret euidens infallibile, & certum, vt declarat
Feli.in cap.cum te, colum.17.de reſcrip. ex mente
Bald.in l.ſi per ea.C.mand.& not. Ang.in l.mulier.
§.fi.ad Trebell. ſed in proceſſu nihil eſt probatum,
aut deductum propter, quod de proximo certitudinarie,
& infallibiliter appareret exactioni prædictæ
locus de facili eſſe potuiſſet, ſi is reuocatus
non fuiſſet.

Quinimmo attenta natura negocij contrariũ verius,
& magis credibile ſuadebatur nam cum res
iſta contineat exactionem multorum millium ſcutorum
inueteratam cum Reueren. Came. Apoſt. de
qua cum ſummo Pontifice tractari oportebat, vt in
82 proceſſu narratur, † pro ardua, & difficili re (ne dicamus
impoſſibili) reputanda, & præſumenda eſt,
l.2.§.tractari ad ſen.conſ. Tertullia. per quem tex.
alias dixit Bart. quod legatum factum mend. cantibus
cum onere, quod debeant acquirere nouum locum,
tale onus reputatur impoſſibile, & difficile
propter licentiam, & conſenſum Apoſtolicum ad
id obtentu neceſſariam, & pro non adiecto habendum
eſſe determinat, quem refert, & ſequitur Ca-
83 ſtren. in l. idem. §. conſtat.de leg.1. num.8. † quibus
accedant, quæ de parificatione difficilis cũ impoſſibili,
tradit Coutard. in l.1.in 1.limit.nu.8. &
ſeq.C.ſi de moment. poſſeſ.vas, qui quæſt. illu.lib.
1.cap.51.nu.46.facit, quia impoſſibile reputatur,
quod ab vnius voluntate dependet. Grat.conſilio
119.num.24.lib.1.
84 † Exitus enim rerum ſunt incerti, & dubij, &
ſpes fallaciſſima, & plerunque vana eſt, vt dicebat
85 Eſiod. † & ſomnium vigilantium ſpem appellat
Ariſtoteles teſte Dioge.Laertio. Et ſtat vulgatum
86 adagium, † multa inter os, & offam eueniunt, relatum
a Cato.in oratio.de ædil.viri.crea.quod è noſtris
adnotarunt Ioan.And.in cap.commiſſa, de de-
ci.

Digitized by Google

ei.& Iaſ.in l. ſecundum, in prin.colum. pen.ff.quĩ
ſatiſ.cogan.

Vnde non immerito iuris prudẽtum legibus pro
87 ditum eſt, † damnum non dici eum pati, qui lucri
futuri ſpem amittit. l.proculus. de dam.infect.in fi.
Alex.per illum text.in l.3. §.fideiuſſore, num.3.qui
ſat.cogan.& ante eum not. Bald.in conſi.182.col.
2.lib.1.niſi ſit lucrum radicatũ, quod damno com-
paratur.l.non amplius.§.1.vbi Bal.Ang.Imo.Caſtr.
Alex. & Iaſ.ff.de leg.1. Alex.conſi.69. & 164.lib.5.
Pariſ.conſi.19.nu.244.lib.2. Soc.in c.in noſtra.nu-
me.16.de iniuri.

Cõdemnauimus præterea d. ſpect. Peniteſium
in aggijs,& intereſſe de quibus in ſentẽtia, quia pro
88 batum fuit Guazellum ſolitum negociari, † & ſo-
lito negociari, intereſſe lucri ceſſantis de iure debe-
tur ſecundum Alex.in l.diuortio, in prin. ſol.matr.
Ruin.conſi.48.lib.5. & conſi.104.nu.3.lib.4.Soc.
iun.conſ.114.nu.39.lib.3.Afflict.deciſ.20.& ibi ad-
dentes. Ancha.q.3.& Thob.Noni. conſilio 82.& de
communi. Natta, conſ.370.in fin.quod indiſtincti
procedere, & deberi tam in actionibus bonæ fidei,
89 † quam in arbitrarijs tradit.ca.deciſ.89.nu.7.& de
communi opin.teſtatur. Rimin.iun. conſi.52.pro-
ponitur, nu.40.

Limitauimus autem d. intereſſe ad diem 27.Au-
guſti.1568.quia Guazellus in literis, ſub d.die ſcri-
ptis Peniteſio proteſtatus fuit ſe nolle amplius in
futurum d.ſuas pecunias ad rationem cambiorum
retinere.

Diximus ab inde citra fore habendam rationem
de eis ad rationem 5.pro centenario, quia ſic alias in
cauſa Sufficiẽtum in hac Rota declaratum fuit, ad
90 quam nos remittimus,& quia † æquitate ſuadente
ſic nobis viſum fuit, ad notata per Ancha.quæſt.33.
in fi.& per Menoch. de arbit.iudi. lib.2. cent.2. ca-
ſu 159.

ANNOTATIONES.

a Prudentibus, & ſequentibus. Per ea, quæ ſtatim ante fiunt, vel tempore actus, deprehenditur ſimulatio Doct.in l.pacta nouiſſima.C.de pact.vbi Alex.nu.4.ponit, quid quando tractatus antea facti fuerunt etiã firmati, ad quod Bar. & Bal.in l.item quia.§ fin. ff.eod. Quid ſi ex poſt facto geretur aliquid, vel facit, vel expreſſe, quod poſſet inferre ad ſimulationem præcedentis contractus Purt. in conſi. 66. nu.9.cum alijs per Rolan.conſ.47.num.27.vol.4. Quomodo probetur ſimulatio, ego reperio probari tribus modis primo per teſtes,& iſto caſu recurrendum eſt ad doctrinam Bart.in d l.pacta nouiſſima, num.2.quam communiter ſequitur ibi doctor. & Bald.nu.6. latiſſime inſtruit aduocatum quid, & quomodo probare habeat, & articulos formare,& hoc modo ad probandum electo, debet pars concludenter ſimulationem probare. Caſtren conſ.338.nu.6. lib.1.nec ſufficerent teſtes ſingulares. Tiber. Decia.conſilio 62.nu.8 lib.3. Gram.deciſ.76.nu.24.2.modo probatur ſimulatio in ſcriptis, & iſte modus, eſt neceſſarius in probanda ſimulatione contractus emphyteotici. Afflict. deciſ. 72.nu.8.3.modo probatur ſimulatio præſumptionibus, & coniecturis, vt late cogerit Tiraq.in tract.retract.conſang. §.2.gl.14.nu.58. Quo caſu iſthæc probatio non ſit adeo concludens, vt illa, quæ fit per teſtes, & ſcripturam, neceſſario cauſa, & ſpecies ſimulationis probandæ ſunt. Bar.in conſ.65. Petrus Nicole.Rot. deciſ.481. ver.2. concluditur in nou. Bellanti.deciſ.716. Ruin.conſ.32.nu.4. vol.4. Cepol.de ſimulatio.præſump.26.ver.& aduerte in practica,& Albert.conſi.9.nu.1.& conſ.97. num.13.& in hoc nemo, quem viderim, diſcrepat ſequitur. Sim.de pręt. conſi.110. nu.63.& prius, nu.36.dixerat ſimulationem probari ea retentione pecuniæ non dimiſſæ pœnes aſſerti debitorem, ſed rehabitæ, & reputate per prætenſum creditorem. Et multas coniecturas ſimulationis ponit Cæphal. conſ.198. & conſ.325. Boſſ.de publicat.bonor.nu 48. Caſſan.conſ.25. & latiſſime, quam plures coniecturas referentem, & pro veritate examinantem, de ſtupro fœmin.in l.2. C.de pact. tur.empt.& vendit commen.1.§.1.nu.34 & pluribus ſeq. & quod ſimulatio poſſit etiam probari contra publica inſtrumenta. Decian.vbi de ratione in d.conſ.62.num.13. & ſeq.& quomodo procedat probatio per coniecturas, & pręſumptiones, idem Decian.conſ. 2.nu.1. & nu.162. lib.1.& conſ 32.nu.4.& ſeq.vol 3.dicit, quod quoties tractatur de his, quæ ſecreto ſolent fieri, ſufficiunt duæ coniecturæ etiã leues,& de probanda ſimulatione per teſtes, & per coniecturas. Franciſ.de ſin.48.

b Cum proteſtatione in parte,& partibus. An, & quando releuat proteſtatio,& quid debeat facere pars ad vera,& quid inde a ſtante hac proteſtatione ad hoc, vt pars iurium non producta proſit, vide poſt Doctor. Bolognet.latiſſime in l. fi.nu.56.vſque ad fi. C.de edend.

c Quod alius pro alio ſoluat creditori etiam inuito, & liberet debitorem etiam inuitum, vnde extraneus habet ius offerendi debitum, & liberandi debitorẽ. Bal.in l.tale pactum. §.poſt diuiſionem, & ibi Doctor. ff.de pact. Maran.in repet.l.ſi actor. nu.55. ff.de procurator. Quid ſi ſoluens debitum alienum velit illud recuperare ab hæredibus debitoris, cuius expenſis fiet exactio an ipſius ſoluentis an dictorum hæredum. Tiber. Decian. conſi.57. nu.47. vol.2. Quid ſi perſona pro qua fit ſolutio ſit perſona exempta,& priuilegiata an ſolutum a tertio pro ea repetatur,& a quo, idem Decia.conſ.9 nu.41.vol.1

d Sine crimine falſi. Textus eſt ad literam tam quoad lacerantes, quam quo ad occultantes in l.qui teſtamentum.ff. ad l.Cornel de fal.

e Emptio proprie dicitur. Quia pretium eſt ſubſtantia emptionis,& venditionis.l.2. ff de contrah. empt. §.pretium.inſtit.de empt. & vendit. & ideo ſine pretio emptio non ſubſiſteret, ſed corrueret. l.2. ff.de vſufruct. ear.rer. quæ vſu conſum.Bal.in l.etiam.C.de execut.rei iud. Dec in l.ædita, nu.30. C.de eden. Neuiz. conſi.64. nu.20. Decian.conſil.25.nu.87.vol.1.

f Clandeſtinitas autem. Et ſic facta palam excludunt omnem fraudis,& ſimulationis ſuſpitionem, quando poſſunt ſe habere ad bonum,& ad malum. Tiber. Decian.conſ.2.num. 94.vol.1.

g Habitas pro confeſſatis. Adde, quod ſi poſitio non negata habeatur per ſtatutum pro confeſſata, dicitur haberi pro confeſſata quo ad capitulum cum ſua qualitate. Bal.in l.ſi.§. quod ſi actor.in vlt.notab. C.de iuram.calumn. Aret.cõſ. 147.col.1. & intellige, quod habeatur pro confeſſata non ipſo iure, ſed per ſententiam. Et ideo quoties cauſa cõmitteretur conſulenda ſit cautus aduocatus illius, qui non reſpondit, quod committatur ſola diffinitiua non interlocutoria, quia cum non fuerit interlocutum, diffinitiua non poteſt fundari ratione contumaciæ, & aduocatus alterius partis ſit cautus, vt faciat committere, quæ ſint partes iudicis Bal.in tit.ſi de feud.fuer.cõtrouer.int domin.& agnat. Vaſal.c.vaſallus, nu.3.in vſib.feud.& ibi an,& quando poſitio habita pro confeſſata noceat hæredi.

h Confeſſiones præſumptas. Poſitio, quæ habetur pro confeſſata dicitur ficta probatio, & perempta inſtantia perit, ita quod in alia inſtantia producta nullam fidem facit. Balb. deciſ.282.

i Et captioſitatem. Quæ ſit poſitio implicita, quæ negatiua, quæ criminoſa.& quæ de iure non admittenda, vide Spec. in tit.de poſit.§.7. videndum, lib.2. late Robert. Marant. de ordin.iudic.par.2.art.4. Corrad. in ſuo Breuiar. tit.de poſit. & an implicita poſitio debeat diſtingui per iudicem abſque partis inſtantia ſtante ſtatuto prohibente implicitatem Riminal.conſi.595. nu.3.

K Præſens,& tacens, vide ſupra deciſ.3. numero 1.quæſtio.vbi ſcripſi.

l Et modiam illam modicam. Quid ſi munitiones non fuiſſent neceſſariæ, & iudex pronunciaſſet poſitiones haberi pro

confeſſatis,

coofeſſatis, an mora poſſet purgari, quod non Cephal. con. 304. num 200.

m Quando alias eam videt iuſtam. Eſt communis opin. vt teſtā- tur poſt eos, quos late allegat, & deducit, Do. Sebaſt. Van. de nullit. ſent. & quib. mod. ſent. nulla defendat, num. 129. vſque in fin. quo loci admonet aduocatos, & illis conſulit quod quantum fieri poſſit inſtruatur cauſa ſuper meritis, vt iudici nullitatis, & appellationis conſtet de bono iure partis, quia tunc poterit iudex ſententiam nullam pronun- ciare, & quo ad merita confirmare.

n Propriam fidem. Quid in promiſſione facta ſub fide ſua, an dicatur per hoc verba iurata. vt ea importent iuramentum. Cu. iun. conſ. 306. num. 38. conſ. 276. num. 37. & conſilio 286. num. 19.

o Non referens. Hoc verum niſi alio modo referatur in refe- rente, quam ſit in relato, tradunt omnes in l. aſſe toto. ff. de hæred. inſtit. Tiber. Decian. conſ. 62. num. 5. lib. 1. & conſi. 95. num. 5. eod. lib.

p Imputari. Et poteſt eſſe ratio, quia mala electio eligenti im- putari debet, ſi ex ea aliquid mali accidat, gl. in l. non ob tam ff pro ſoc. laniſſ. Menoch de arbitrat q. 65. lib 1.

q In paritate probationum. Et hoc in tantum eſt verum vt ma- gis credatur duobus laicis probantibus pro reo, quam duo bus clericis pro actore, glo. reputata ſingularis. & nota. in c. clerici 81. diſtin. late Cur. iun. conſ. 150. num. 11. et quid faciendum, et quæ requirantur, in conflictu teſtium, idem Cur. ion. conſ. 17. num. 7.

r Exceptio non implet. Vide ſupra deciſ. 21. num. 16. vbi ſcripſi et infra dec. 61. num. 10. 11. vbi etiam ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriarum actio ciuiliter, & criminaliter intentari poteſt.*
2 *Iniuriarum materia multiplici diſtinctione tractatur.*
3 *Excipiens contra actorem de aliquo crimine, an iniuria rum actione teneatur.*
4 *Proponens aduerſus aliquem de aliquo crimine exci- piendo, & ſe defendendo non tenetur ſubſcribere.*
5 *Executio iuris pęnam non meretur.*
6 *Iniquum ius exercens lege permittente non incidit in edictum.*
7 *Iniuria grauior reputatur ſi in iudicio dicatur.*
8 *Alterius fama, & pudor lædi non debet.*
9 *Dolus, & malus animus non præſumitur.*
10 *Vna præſumptio tollit aliam, & plures vnam.*
11 *Subiectum iniuriarum eſt animus iniuriandi.*
12 *Iniuria ſine dolo non fit, & lata culpa non ſufficit.*
13 *Animus eſt inuiſibilis.*
14 *Animi cognitionis duæ viæ proditæ ſunt.*
15 *Animus malus præſumitur in iniuriarum tractatu.*
16 *Declaratur id eſſe verum ſi verba, & actus ſint omni- no mala.*
17 *Verba ad vtrunque ſe habētia ad bonum, & malum; in dubio ad bonum applicanda ſunt.*
18 *Ad cognoſcendum ea, quæ dependent ab animo, quæ ſint conſideranda.*
19 *Notariatus, et clericatus nō pręſumitur, niſi probetur.*
20 *Doctorem ſe faciens cum non ſit, quomodo puniatur.*
21 *Loqui quis dicitur etiam per ſcripturam.*
22 *Pauperem aliquem appellare iniuria eſt.*
23 *Dictio niſi eſt exceptiua, & ponit oppoſitum.*
24 *Victus appellatione, quid veniat.*
Mendicus, & pauper qui ſit.
25 *Quem non eſſe diuitem ſola negatiua probatur.*
26 *Aſtrologia inter ſeptem artes liberales ponitur.*
27 *Aſtrologia duplex ſcientia, diuinatiua, & naturalis.*
28 *Aſtrologia naturalis permiſſa, non autem diuina- tiua.*
29 *Aſtrologia non eſt de pane lucrando.*
30 *Calumniæ pęna per probationem vnius teſtis euita- tur.*
31 *Proteſtatio facit deſinere animum iniuriandi.*
32 *Pertinax in iniuria nullo modo excuſatur.*
33 *Mora ſine interpellatione non committitur.*
34 *Appellatio appellantis communis efficitur cum appel lato nō appellante, etiam ſi appellatus appellaſſet, & appellationem deſereret.*
35 *In connexis non appellans beneficio appellantis poteſt ſperare reformationem ſententiæ ad ſui fauorem.*
36 *Condemnatus non appellando videtur primæ ſenten- tiæ acquieſcere.*
37 *Iudex appellationis non eſt iudex nouæ cauſæ, ſed tan tum cognoſcit, an ſit bene, vel male iudicatum ſuper iuribus productis, & diſcuſſis.*
38 *Voluntatis mutatio non præſumitur.*

ARGVMENTVM.

An reo excipiente aduerſus actorem de aliquo crimine, uel de aliquo, quod iniuriam ſapiat, teneatur actione iniuriarum, ſi illud non probet.

DECISIO XXVI.

SPECTABILIS Ioſeph Guazelſus procurator olim, ac negociorum geſtor hæreditatis, & bonorum quondam Stephani Spadæ per venerabilem Do. Catherinam vſufructuariā ſeu a ſpect. Penitesio eius procuratore conſtitutus, & inde ad annos quatuor reuocatus. Agebat aduerſus d. Peniteſium, quē in proprio, & vt principalē, & principaliter obligatū habere prętendebat ad cōplementum prouiſionū, & expēſarum in dicta adminiſtratione per eum factarum, nec non ad intereſſe, & damna exinde paſſa. Quæ damna, & intereſſe probare conabatur, ſumpto argumento ab ipſiuſmet agentis animi dotib. & ab aſſerto eleganti patrimonio ex dicta cauſa diminuto. Narrabat enim & articulabatur ſe, & legalis ſcientiæ Theoricam, & praxim nō mediocriter callere, & omni alio virtutū genere præditū, diuitijs affluentem, Romæ verò non vulgarib. amicitijs, & egregiarum perſonarum fauoribus, & dominorum iudicum gratia, hiſque ſimilia pollere.

Cui ex aduerſo reorum more Penitesius ſigillatim excipiebat ei, quod illi res anguſta domi erat, quod iuris prudentiæ operam, vel minimam dediſſet, ſed potius alijs ſcientijs veluti humanioribus literis, Aſtrologiæque totus vacaſſet, quod Romæ homo nouus, ac uix notus, ius dicentibus nedum

gratus

gratus, ſed infeſtus, & alia ſimilia de directo ad ex-
cluſionem intentionis agentis tendentia.

Hæc omnia tanquam iniurioſa ſibi idem actor
ad animum reuocauit, iniuriamque bis mille æſti-
5 mando, coram Dom. Iudice ordinario ciuiliter † a-
gendo iniuriarum actionem intentauit. l. prætor. §.
poſſe. l. conſtitutionibus. ff. de iniur. Spec. eod. tit. in.
rubr. num. 4. & in d. iudicio Peniteſius fuit ab iniu-
riarum reatu abſolutus, & condemnatus ad mutan-
dum, amouendum, ſeu corrigendum arbitrio boni
viri d. verba ad iniuriam reuocata, etiam per inſtru-
mentum, & hoc ne futuris temporibus opinio, &
exiſtimatio dicti Guazelli, quomodocunque lædi
poſſet.

Ab huiuſmodi ſententia Guazellus appellauit,
& Peniteſius adhæſit eidem in parte, & partibus
contra ſe facientibus illius reformationem pe-
tens, &c.

2 Iniuriarum materiam hanc † multiplici diſtin-
ctionis fœdere ſcribentes abſoluunt, prout recen-
ſet. Roma. in conſ. 96. ſuper eo. Bologn. in addit. ad
Anani. in conſi. 44. in quæſt. Anch. conſ. 326. ſtante
Boer. conſi. 4. ſi quis animo, nu. 18. & ſeq.

Eam tamen applicando ad propoſitam facti ſpe-
3 ciem dubitabatur, an † reus in iudicio conuentus
excipiens contra actorem de aliquo, quod crimen,
vel iniuriam ſapiat actione iniuriarum teneatur.
In quo quidem articulo aiunt. Gand. Hugo, Gui-
liel. de Cune. & Ioan. Andr. abſolute, ac indiſtincte
negatiue reſpondiſſe in locis relatis ab Aufre. in ad-
dit. ad Capel. Toloſ. q. 409. ſenſit idem Bart. in l. ſi
cui, colum... de accuſ. quem ſequitur Crauet. conſil.
4 28. aſſertum in fi. vbi dicit, quod proponens † de
aliquo crimine per viam exceptionis ad ſe tuendum
non ad puniendum, non tenetur ſe ſubſcribere, &
non punitur, eiuſdem opinionis fuerunt. Bal. Ang.
& Salic. in l. fina. ff. quod quiſque iur. vt refert Boer.
dicto conſil. 4. num. 22. ea potiſſimum innixi ratio-
5 ne, † quia iuris executio pœnam non meretur cum
nemini iniuriam inferre dicatur is, qui exceptioné
opponit, vt alium repellat, tradit etiam Roland.
conſil. 15. num. 22. omiſſo, lib. 3. Rebuff. de reprob.
teſti. art. 5. glo. 1. num. 5. Vnde dicebat Ang. in d. l.
6 ſi quod quiſque iu. † quod exercens ius iniquum
lege permittente non incidit in edictum, & ante
eum, idem voluit Ioan. Andr. in cap. fin. de iniur. &
Spec. eod. tit. §. ſi. num. 35.

In contrarium vero, quod excipiens de crimine
ſeu iniurioſo verbo, ſi illud non probet, teneatur
pena iniuriarum, allegabatur celebre conſil. Oldra.
7 53. conſueuit, † quæ iniuria tanto grauior eſſe dice-
batur, quia in iudicio fuiſſet illata, vt firmat Anch.
conſi. 325. ſuper primo, ſequitur Soc. in conſil. 118.
viſa narratione, col. 4. & in conſi. 146. viſo proceſſu,
num. 12. & ſeq. lib. 1. & hanc eſſe communem opin.
teſtantur Addent. ad Capel. Toloſ. d. q. 409. Boer. d.
conſ. 4. num. 37.

8 Et eſt ratio, † quia iſthæc afficiunt famam, &
exiſtimationem alterius, cuius pudor, & opinio læ-
di non debet, ut per Anch. d. conſil. 325. & Rebuff.
vbi ſupra, loco enim accuſationis eſſe videntur hæ
exceptiones, vt ibidem dicit Anchar. quas, qui non
probat etiam calumniari dicitur l. 1. C. de aduo. di-
uerſ. iud. c. qui non probat. 2. q. 3. cap. cum dilectus.
de calumniator.

Neque is excuſari poſſe dicebatur, quod ani-
mus, & libido iniuriandi (ſine quo non fit iniuria)
9 deſideretur iuris præſumptione, quia † in dubio a
a dolus, & malus animus non præſumitur vulgata. l.
merito pro ſoc. cum concordan. per Ant. Gabr. libro
7. de crimi. concluſ. 2.

Quia licet ab initio pro eo vigeat hæc iuris præ-
ſumptio, tamen finis, & defectus probationis con-
trarium ſuadent, & ſtante probationis defectu, &
verbis ipſis de ſui natura malis, & iniurioſis duplex
10 oriri videtur præſumptio mali animi, † quæ vnam
præſumptionem tollit, ut poſt Old. eleganter decla-
rat Natta, in conſ. 51. omnipotens, nu. 7.

Quibus non obſtantibus pro excipiente contra
11 actorem concludebam motus, quia † ſubiectum
iniuriarum eſt animus iniuriandi, & ipſe modus
dicendi, & hoc eſt commune dictum, adeoque ve-
rum, vt ſi adſit animus iniuriandi veritas ipſa con-
uicij quemquam ab iniuriarum actione nó eximit.
Ioan. And. in addit. ad Spec. de iniur. in rubr. Roma.
d. conſi 96. Socin. in rubr. extra de iniur. & ideo in-
12 quit Crauet. conſil. 119. quod † ſine dolo non fit
iniuria, ita quod lata culpa non ſufficiat. Bal. conſil.
277. in cauſa num. 2. lib. 5.

13 Animus † autem inuiſibilis eſt, cap. Deus quibus
24. q. 3. c. Archidiaconum 85. diſt. & difficilis pro-
bationis reputatur eſſe, vt not. Riminal. iun. conſil.
52. proponuntur, num. 93. & conſi. 31. dubitabant,
nu. 104. Rolan. d. conſ. 211. col. 2.

14 Ad cuius animi † perſcrutationem duæ viæ pro-
b ditæ ſunt verborum, videlicet, & actionum. b c. in
actione. de pœnit. diſt. 1. glo. & Doct. in §. ſed iſtæ, in-
ſtit. de actio. Bal. conſ. 403. Ioannes, nu. 3. lib. 3.

Et quamuis in hoc iniuriarum tractatu Docto-
15 res communiter concludant † præſumi in dubio
malum animum niſi contrarium probetur, vt per
Soc. d. conſ. 146. nu. 7. Oldr. d. conſ. 53. Pariſ. conſil.
149. nu. 19. lib. 4. in præſenti. Rimi. cóſ. 101. inita pa
ce, nu. 20. & ſeq. Iul. Clar. in §. iniuria. ver. q̃ro núc.
16 Tñ hęc locum ſibi vendicant † qñ verba, & actus
aĩum declarantes in ſe ſunt oĩno mala, & malæ na-
turæ, ita qđ non niſi ad malú neceſſario referenda
ſint. Secus ſi ſint talia, quod ad vtrumq; ſe habere
17 poſſint, † tunc. n. de ijs bona eſt facienda p̃ſumptio,
vt nó malo aĩo dicta, factaq; eſſe dicantur ad Ruin.
conſ. 81. viſa inquiſitione, lib. 4. col. 1. & 145. abſq;
multiloquio, conſ. 3. lib. 5. Rolan. d. conſ. 11. nu. 16.

Hic autem, quod animus iniuriandi defuerit, &
ipſa verba contumeliam ſeu iniuriam minime con-
tinentia demonſtrant, & occaſio ſic excipiendi fi-
dem facit. Nam ut no. dicit Luc. de Pen. in l. 3. col.
18 pen. C. de præd. curial. lib. 10. ad veram † cognitio-
nem eorum, quæ pendent ex animo alicuius, non ſo-
lum actus, & verba inſpicienda ſunt, ſed tépus, cau-
ſa, occaſio, perſonarum qualitas, & quantacunque
alia dictis verbis, & actibus acciderint attendenda
ſunt. Vnde conſiderato ſtatu huiuſmodi cauſæ ſu-

per intereſſe damni emergentis, ac lucri ceſſantis, &
perſonarum meritis, ac induſtria fundato nihil
non attinens, & proportionatum ad defenſionis
materiam nihil non probatum ſaltem ſufficiens ad
excuſandum a dolo, nihilve vndequaque, & ex om
ni parte ab iniuriæ ſuſpitione non expurgatum fo-
re cognitum fuit.

Aegre ferebat enim Guazellus, (vt aliquod ge-
nus prætenſarum iniuriarum pertractemus lõgum
enim eſſet ſingula minutatim proſequi) illa Penite-
ſij verba ſic prolata, videlicet, *che ſi fa chiamare meſ-
ſer Giuſefe Guazello*, quaſi hæc ſint dicta in vilipen
dium, & quod non ſit talis.

Hoc autem argumentum iniuriarum nimis a re-
motis trahi viſum fuit, cum nec ſonus, nec virtus
verborum eorum id præſeferant, & mala intentio
præferentis nullibi exinde colligitur cum ſi dixit,
che ſi fa chiamare, &c. non ideo dixit illum non eſ-
ſe talem in nomine, & cognomine, ſed noluit ex-
preſſe approbare qualitatem illam di meſſere, quæ
tantum competit graduatis, & in aliqua dignitate
conſtitutis, & hoc ſibi expedire cogitauit non affir-
mare, quia cum agererur de recognitione, & ſala-
rio actoris, quod pro modo perſonarum, & dignita
tum conſtitui ſolet, alia fuiſſet deputanda merces
Doctori, & graduato, alia vero, non Doctori, & in
dignitate minime conſtituto, & quidem non im-
19 probe id non approbauit † cum doctoratus cleri-
catus, & notariatus qualitas non præſumitur, niſi
c probetur. c Crauet. conſilio 72. numero 1. dubita-
batur.

Quod ſi actor eius intentionis fuit, vt ſe domi-
num quaſi Doctorem faceret ſi non eſſet ipſe inſpi-
cere poteſt, an magis alios iniutia affecerit falſo aſ-
20 ſumendo titulum † doctoratus per ea, quæ not.
Bart. in l. reddatur. C. de profeſſo. & medi. lib. 11. &
in l. eos. §. qui ſe pro milite. ff. de falſ. Ruin. conſ. 99.
ſuper his, nu. 16. lib. 1.

Vltra, quod ex proceſſus lectura apparet, quod d.
Ioſeph ſe ita vocare facit ſub dicta verborum for-
mula, licet quidam vim facerent in eo, quod d. Io-
ſeph non faciebat ſe vocare, ſed ſcribere pro tali qui
21 bus non erat aſſentiendum cum per † ſcripturam,
quis nedum loqui, ſed clamare dicatur. l. non figu-
ra. ff. de actio. & oblig. c. cum Marte, ibi Moſaica lex
clamat. de celebra. miſſa, tradit Natta, conſi. 40. ha-
bet, num. 4. ſicuti loqui id dicitur, qui præſens facta
ſua per alium dicere facit ita inquit Bald. in l. reos,
num. 21. C. de accuſat. & ſtatutum de alloquente
locum habet etiam in ſcribente, glo. not. in ca. cum
quis, de ſent. excommun. in 6. Rimin. iun. conſi. 11.
num. 25.

Rurſus iniurioſum ſibi fore putauit, quod alibi
idem Peniteſius ponebat ad compenſcendam ia-
ctantiam ampli patrimonij ipſius actoris ſub his ver
bis, videlicet, *che la prima volta, che il Guazello an-
dò a Roma per li negotij delli Spada ſi ſtaua in Lu-
ca, con aſſai debol facoltà, & non baſtante a far le
ſpeſe à più di dui poveri Cittadini*. Sumendo argu-
mentum, quod ſibi fuerit obiectum paupertatis,
& mendicitatis improperium.

Iſta iniuriarum reuocatio ſi vera fuiſſet, nõ erat
22 omnino negligenda, propterea, quòd † dicens ali-
cui, quod pauper ſit, illi iniuriam facere videtur. l. ſi
vero §. 1. ff. qui ſatiſd. cogan. l. ſi creditores, in fin. ff.
de priuil. credi. Soc. conſ. 128. col. 3. lib. 1. verſic. &
confirmatur, & in indiuiduo hanc quæſtionem po-
nit Luc. de Pen. in l. 2. col. 6. C. quan. & quib. quarta
pars, lib. 10. Sed cum nec verbis, nec mente ex verbis
colligibili appareat excipientem voluiſſe pauper-
tatis ſordes exprobare, merito non iure de iniuria
eorum verborum conqueritur, immo dicendo il-
lum non habere facultates ſufficientes, *à far le ſpe-*
23 *ſe a più di due cittadini*, † fatetur eum habere tales,
quod ſufficiant duobus ciuibus ad no. per Gherard.
24 de Petra San. in ſingu. 46. de dictione victus † au-
d tem appellatione veniunt alimõnias d veſtiaria, &
alia neceſſaria. Alcia. in l. verbo victus, de verbo. ſi-
gnific. Nec mendicus, vel pauper illæ dici poteſt cui
e ad victum neceſſaria minime deſunt, e glo. in l. ma-
ritum verbo, poſt ſolu. mat. Luc. de Pen. in rub. C.
de valid. mendi. lib. 10. Beninca. in tract. de pauper.
q. 1. nu. 42.

Quiquidem dicendi modus a Peniteſio ſeruatus
ſi quid iniurioſum contineret, adhuc illum iniuria-
rum reum non faceret, quia per teſtes id probauit,
25 † quod etiam ſola negatiua probatum dici pote-
rat ad Ruin. conſ. 81. quęritur, nume. 3. lib. 5. Guid.
Pap. q. 143.

Conquerebatur etiam, quod ei oppoſitum fuiſ-
ſet humanioribus literis, & Aſtrologiæ enixæ ope-
tam dediſſe.

Id autem vltra quod eſt per teſtes probatum non
erat ad iniuriam reuocandum cum ipſemet Guazel
lus in ſuo primo articulo de ſe ipſo præiudicauit di
cẽdo ſe liberalibus artibus operã dediſſe, inter quas
26 † connumeratur Aſtrologia, glo. in l. 1. §. 1. de vari.
& extraordina. crimi.

Nec obſt. l. item apud Labeonem. §. ſi quis Aſtro-
logos. ff. de iniuri.

27 Quia cum Aſtrologiæ duplex † ſit ſcientia, alia
diuinatiua, & dęmonum conſultiua ſeu ambitioſa,
& hęc eſt prohibita, alia vero naturalis per quam a-
ſtrorum naturalis curſus inueſtigatur, vt inde ali-
quod iudicium capiatur velut ſerenitatis, pluuię,
28 peſtis, & id genus tempeſtatis, & hęc † eſt permiſſa,
& tradit Soc. in c. Eccleſia veſtra, nu. 40. de ſortilegi.
Troyl. de Malue, in tract. de ſortileg. 1. par. nu. 20. &
31. Domi. à Soto, in tract. de iuſtit. & iu. lib. 8. q. 3.
art. 2. in fi. Caſſa. in catalo. gl. mundi par. 10. conſide
ra. 52. remiſſiue. Boſſi. in tit. de ſortileg. nu. 2. dum
reus dixit de Aſtrologia, intellexit de iſta ſecunda
permiſſa, vt expreſſe verba ipſius teſtantur, & ita no
f bilis interpretatio eſt faciẽda ad excluſionẽ delicti. f
29 Et quamuis † eam inutilem appellauit, & non de
pane lucrando, id non eſt contumeliæ aſcribẽdum,
quia de hoc vſus, & experientia teſtimonium perhi
bet, & teſtantur quoque Theologi, vt not. ſumma
ſummarum in verbo Aſtrologia, in fi.

Aderãt ẽt, & alia quam plura verba ad iniuriam
argumẽtis extorta, & reuocata, quę laborioſum ma
gis quã neceſſariũ eſſet ſingulariter recẽſere, & hęc
quidem

quidem conſulto prætermiſſa ſunt, cum ex iam di-
ctis omnibus pateat reſponſio, & probationibus
deſtituta non ſunt ſaltim ſufficientibus ad euitan-
dam calumniæ pœnam iuxta formam cap. 16. lib. 4.
30 ſtatutorum, vbi † ſufficere dicitur probaſſe ſaltem
per vnum teſtem, vel per famam. l. mulier. de adult.
no. Rebuff. d. art. 5. num. 3. Menoch. de arbit. iudic.
lib. 2. cen. 4. caſu 321. Felin. cap. 2. de calumn. Anto.
Gabriel de teſtib. concluſ. 1. num. 48. Socin. in cap.
2. de calumnia.

Accedebat præterea, ad doli ac libidinis iniurian-
31 di excuſationem proteſtatio † declaratio ipſius Pe-
niteſij, quæ in re dubia iuuat ad declarandum ani-
mum proteſtantis. Aymo. conſil. 9. accuſatur, num.
33. & ſeq. poſt Dec. conſil. 256. num. 9. Alciat. con-
ſil. 451. num. 14. Ruyn. conſil. 145. num. 28. lib. 1.
Marſil. conſil. 96. num. 8. Iul. Clar. d. §. iniuriarum
verſ. ſed pone.

Et ſi quid ambiguitatis ſeu obſcuritatis, in dictis
verbis per Reum prolatis forte ſupereſſet, placuit
eam in mitiorem partem criminis excluſiuam in-
terpretari ad fauorem excipientis, & ſe defendentis
ſecundum facultatem nobis in terminis iniuriarum
tributam a ſtatuto lib. 4. cap. 213. ſub rubr. de pena
dicentium verba iniurioſa.

Supereſt vt ad aliud de pertinacia, & iniuriæ per-
ſeuerantia deueniamus dicebat enim actor quod
ex quo reus non amouit, neque moderatus fuit illa
verba, prout in ſententia facere condemnatus fuit,
32 pertinax † quodammodo videretur in velle eum
iniuriare, & nullo modo excuſandus. Ioan. Andr. in
additio. ad Spec. in tit. de accuſatio. ad fina, verſic.
ſed pone. Anchara. d. conſil. 325. numero 4. Neque
iuuari poſſe dicebat ſua adhæſione, quia cum in pro
ceſſu conſtet eum ſimul inſtetiſſe pronunciari bene
iudicatum, videtur renunciaſſe ſuæ adhæſioni, &
ſic remanendo præcisè obligatus ad faciendum il-
lam moderationem non faciendo propter perſeue-
rantiam iniuriarum, pœnam euadere non poſſe al-
legabatur, ſed & his quoque multiplex ſeſe offere-
bat reſponſio.

Primo præſuppoſitum non ſubſiſtere, nam non
datur perſeuerantia in eo qui nunquam inchoauit,
& cum fuerit Peniteſius expreſsè abſolutus a præ-
tenſa iniuria, non poteſt dici continuare ſi dicto-
rum verborum declarationem iuxta D. Iudicis or-
dinationem non fecit.

Secundo, quia declaratio erat facienda iudicis ar-
bitrio, quo non præcedente non poteſt dici eſſe in
mora non faciendi, quia non erat liquidum quomo
do eſſet facienda d. declaratio, & ante liquidatio-
nem non committitur mora. Tiraquel. de retr. con-
ſang. §. 1. glo. 19. num. 1. Crauet. conſil. 89. nobilis,
num. 5. facit quod not. Aemil. conſil. 118. num. 24.
vltra quod non erat tempus certum præfixum, &
33 ſine interpellatione hominis, vel diei † mora non
committitur. l. magnam. C. de contrah. & committ.
ſtip. l. mora de vſu. l. ſi ex legati cauſa, de verb. oblig.
& l. quod re, ſi cert. pet. cum concordant. per Duen.
in reg. 180. & 181.

Tertio, quia non tenebatur facere d. declaratio-
nem pendente iudicio appellationis ab aduerſario
a tota cauſa interpoſitę, quæ appellatio de ſui natu-
34 ra fuit † effecta communis cum appellatio non ap-
pellante. l. ampliorem. C. de appellatio. & commu-
nis remanet etiam quod appellatus appellaſſet, &
appellationem deſeruiſſet. Bald. in addit. ad Spec.
de appellat. in primis additio. colum. pen. verſiculo
ſed pone, petij a te. 10. & in poſterioribus additio. ad
eundem titulum circa princip. verſic. egi ad centum
no. Alexan. conſilio 183. in cauſa, numero 4. lib. 6.
35 & non obſtante deſertione adhæſionis † in conne-
xis maxime poſſet diſcuti. de iuribus deſerentis, vel
appellantis, & ſequi reformatio ſententiæ ad eius
fauorem.

Cum itaque per appellationem aduerſarij extin-
ctum ſeu ſuſpenſum ſit pronunciatum, interim an-
te confirmatoriam ſententiam a iudice appellatio-
nis latam ſeu ferendam condemnatus obſeruare, &
parere non tenetur, ſed omnino expectanda eſt in
ſecunda inſtantia primæ confirmatio, etiam quod
36 condemnatus non appellando † videatur primæ
ſententiæ acquieſcere, vt ferè in terminis iſtis deci-
dit. Soc. conſi. 76. viſa facti lib. 1.

Quinimò ex alio, & quarto loco, appellans non
poteſt iuuari nec fundare ſe in prætenſa negligen-
tia non delentis nec declarantis dicta uerba poſt prę
tenſam acceptationem ſententię ex renunciatione
adhæſionis facta.

Quia cognitio, & diſcuſſio huius nouæ cauſæ, &
noui iuris ob non ſeruatam ſententiam quæſiti, &
ſuperuenientis ex tacita acceptione ſententię per de-
ſertionem ſeu renunciationē adhæſionis, nō poteſt
dici ad nos per viam appellationis deuoluta, ut in-
de ſententia prima reformari poſſit, ea ratione
quia huius noui iuris, & nouæ cauſæ diſcuſſio non
fuit deducta, nec intentata coram Iudice a quo, &
ſic nec ad Iudices ad quos qui non ſunt Iudices no-
uæ cauſæ etiam ſi ſit eiuſdem negocij, quæ non fue-
37 rit deducta coram Iudice a quo, ſed † tantum au-
ctoritatem habent cognoſcendi an fuerit bene, vel
male iudicatum ex cauſis competentibus, & dedu-
ctis in prima inſtantia, non ex nouis, licet bene ex
nouis probationibus earundem cauſarum deducta-
rum in prima inſtantia, ut arguendo errores quo-
rundam aduocatorum, tradit Caſtren. in l. ab exe-
cutore, numero 3. de appellat. & dicit Natta in con
ſilio 573. verus, numero 35. quod Iudices appel-
lat. non debent aliud cognoſcere quam quomodo
primus iudex iudicarit attento iure coram eo di-
ſcuſſo.

Vltra, quod d. Peniteſius non poteſt dici renun-
ciaſſe adhæſioni ſi ſemel inſteterit pronunciari bene
iudicatum, qui cum pluries petierit reformari ſen
tentiam ad ſui fauorem reſpectu d. declarationis,
38 non eſt credendum voluntatem † mutaſſe, & pe-
tendo pronunciari bene iudicatum intellexiſſe cre-
dendum eſt reſpectu partium ſententiæ pro ſe fa-
cientium, non autem reſpectu eorum, quæ contra
ſe ſunt l. nam ad ea de cond. & demonſtr. & ad Dec.
conſil. 118. col. pen.

In reſolutione iſtius cauſæ Domini Coaudito-

res fuerunt in contrario voto, & ſtante paritate ſententiarum fuit data ſecunda appellatio ſecundum ordinationes Lucenſes, & adhuc ſub iudice lis eſt.

ANNOTATIONES.

a Quia in dubio dolus. Bene tamen probari poteſt coniecturis. l. quoties. §. qui dolo. ff de probat. limita quatuor malis per Fely. in cap. ſi autem, in princ. extra de reſcr. vbi dolum præſumi, & plura ponit, & Doctores materiam tractantes allegat, & dolum præſumi in cuſtode animalium text. eſt in l. cum ita §. ſpecies, & ibi glo Bal & Caſtr ff. de leg. 2. Boſſ. in tit. de carcere, num. 7. alius tex. in l. ſi quis fundum. §. Imperator. ff. locat. facit optime Natta, conſi. 131. idem dic in notario dicente ſe amiſiſſe prothocollum, ſeu aliam ſcripturam ratione officij publici. Bal. in d § ſpecies. Feder. de Sen. conſi. 113. Fel. in cap accepimus. extra de fide inſtru. Et ideo ei non creditur de amiſſione. Bart. in l. ſi quis ex argentarijs, §. fina ff. de eden. Felyn. in cap. ſi. num. 1. extra de probat. Quomodo autem puniatur notarius amittens prothocollum, & ſcripturas publicas dic, quod eſt iudici arbitrarium. Fel. in cap. cum P. Tabellio, num. 2. verſ. 2. quæritur extra de fide inſtru. & quod efficiatur periurus. Roy. conſi. 11. nu. 19. lib 3. pro Notarijs Vrbis ne reis fuit prouiſum, ut amiſſio prothocolli, & quod fuerit ſine dolo, & culpa probetur iuramento ipſius notarij, vt apparet in libro 1. ſtatut. Rub. 40. vbi ſcripſi, Verũ hæc prouiſio eſt perniciosa temporibus noſtris ob varias ſcripturarũ publicarũ amiſſiones, quæ in dies fieri videntur in præiudicium partium, & boni publici, ideo indigeret aliqua reformatione.

b Verborum, videlicet; & actionum. Animus enim cum ſit quid occultum, & latens non poteſt aliter percipi niſi per extrinſeca. l. quidam in ſuo. ff. de condit. inſtit. not. gl. in l. his qui. ff. de tut. & curat. dat ab his extrinſeca vero cognoſcuntur altero de duobus modis, verbis, videlicet. & facto Specul. in tit. de ſucceſſ. ab inteſt. eſt text. & ibi Bald. & Doct in l. reprehendenda C. de inſtit. & ſubſtit. Robert. Maran. in l is poteſt, nu 42. ff de acq. hæred. Oldra. conſ. 53. col. 2. Alex. conſi. 1. ſub nu. 39. lib. 3. Roma conſi, 96 nu. 2. Craue. conſil. 150. nu. 4. D. Simon de Pret. conſi. 142. nu. 13. conſ. 142. num. 42. conſ. 149 nu. 11, & alibi.

c Niſi probetur. Iſtę enim ſunt qualitates accidentales, quæ homini naturaliter non inſunt, ſed ita competunt vni vt non alteri, & ideo dicimus neminẽ præſumi habere publicũ ſeu priuatum munus late eſt videndus Sebaſt. Vant. de nullit. ſent ex defect. iuriſd. & vnde igitur, numero 11. cum pluribus ſeq.

d Veniunt alimonia. Alimentorum appellatione, quæ veniant, & alia ad materiam, vide per Rimin. iun latiſs conſil. 132.

e Neceſſaria minime deſunt. Quis dicatus diues, & quis pauper relinquitur arbitrio iudicis, notat communiter Doctores in l. ſi cantant. ff. ſol. matr. & poſt alios doctiſſimus, & integerrimus Dominus Marcus Ant. Eugen. Peruſinus, in repet. d. l. ſi conſtante, quam ego manu ſcriptam habeo. late Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 65. nu. 7. cent. 1. Simon de Pret. conſ. 137. nu. 21. & de iniuria, quæ ſit alicui ſi vocatur pauper Curt. iun. conſ. 238. num. 1.

f Ad excluſionem delicti. Quoties enim verba ſonant in delictum, & non delictum ſemper ea eſt interpretatio facienda, vt delictum excludatur Fely. in cap. in præſentia, num. 13. de probat. latius in cap. ſignificaſti, el ſecundo, num. 1. de homicid. Thom. Gram. vot 10 num 30. deciſ. 18, num. 5. & conſ crimin. 25. num. 20. & ſeq. Sicut quoties colloquium poteſt ſe habere ad bonum, & ad malũ ſemper præſumitur bonum. Dec. in l. pactum, quod bona fide. C. de pact. & in conſi. 189. num. 12. etiam ſi quid fieret in loco ſecreto. Crauet. conſ. 6. nu, 126. in fi. & conſi, 244. num. 5. & nunquam quis exactu, quem facit, præſumitur delinquere, niſi quando delictum ſit ei fauorabile. Roma. conſi. 304. cum alijs per Cæphal. conſilio 569. num 32. & ſeq. Rimin. iun. conſ. 214. num. 47. Rolan. conſil. 1. num. 92. & conſi. 11. num. 35. & ſeq. lib. 3. Simon de Pret. conſ. 178 nu. 16. Decian. conſil. 93. nu. 129. vol. 2. & ea interpretatio, qua induceretur delictum, & vſura eſt reijcienda. Decian. conſilio 35. libro 2. Quem autem non procedunt, vbi tractaretur de fauore animæ, quia tunc, vt tutior via eligatur, eſt capienda interpretatio, quæ ſonat delictum, glo. notab. in cap. iuuenis, in verſ. dubia per illum tex. de ſponſal. cap 1 in verſ. æſtimare. de ſeruitu. vbi glo. plura ad hoc adducit Abb in cap. 2. per illum tex. de obſeruat. ieiun. in cap. vlt. notab. 2. de his. qui fil. occider. Petr. de Anchar. conſilio 17. circa finem, Dec. conſilio 634. in princip & in cap. in præſentia, numero 15. de probat. id quod verum eſt primo, vbi cauſa tractaretur tantum in foro conſcientiæ, ſecus ſi in foro iudiciali ad pœnam imponendam, ſecundo quoties ſcandalum oriri immineret. & non alio vt declarant præcitati Doctores. & poſt eos Tiber. Decian. conſ. 8. num. 30. & ibi Marc. Mant. in ſubſcript. num. 113.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quod alius pro alio plectatur omni iure exorbitans eſt.*
2 *Ex cauſa tamen factum valet.*
3 *Reſpectu tamen bonorum, vel exiſtimationis, non autem pœna corporalis.*
4 *Poſſeſſio damnum paſſi ſufficit in iudicio damni dati.*
5 *Qualitas fundatiua intentionis ab agente probanda.*
6 *Intentans remedium ſtatuti, debet illius omnes qualitates obſeruare.*
7 *Maxime ſi agatur de pęna imponenda ex illo ſtatuto.*
8 *Statutum, quod pater teneatur pro damno dato a filio odioſum.*
9 *In patre culpa non ita arguitur filio ſecum non habitante, vti inhabitante.*
10 *Qualitas requiſita in aliquo actu non ſufficit actum eſſe ſine illa, nec illam ſine illo.*
11 *De qualitate conſtare debet ſicuti de delicto.*
12 *Ex pluribus probandis non ſufficit vnum probare.*
13 *Probatio præſumptiua non ſatisfacit ſtatuto probationem requirenti.*
14 *Probatio per modum conditionis requiſita ſpecifice fieri debet.*
15 *Super probatione præſumptiua non datur iuramentum ſuppletorium.*
16 *Relatiuum Qui, conditionem importat.*
17 *Qualitas a iure præſumpta ſi requiratur a ſtatuto debet articulari, & probari.*
18 *Præſumptio allegari debet.*
19 *Præſumptio non allegata a parte, ſuppleri non poteſt per iudicem.*
20 *Præſumptio debet adiuuari ab eo, qui ea vti velit.*
21 *Exceptio opponi debet.*
22 *Alias ex actione nata condemnatio ſequitur.*
23 *Actus prohibitus fauore alicuius, eo non opponente valet.*
24 *Statutum loquens de damno dato non habet locum in furto.*
25 *Furtum fit per rei amotionem.*
26 *Comedens ficus, qui ad ſolem deſiccantur, non dicitur damnum dare.*
27 *Incertitudinis ratione quis venit abſoluendus.*
28 *Simplo ignorato, duplum quoque ignotum dicitur.*
29 *Duplatio non fit contra negantem.*
30 *Neque quando ipſo iure pęna imponitur.*
31 *Conſuetudo excuſat a pęna.*
32 *Cauſa qualibet etiam beſtialis excuſat.*

33 Index

33 *Iuris præſumptiones dicuntur liquidiſſimæ probationes.*
34 *Maxime illæ, quæ naturæ conſonant.*
35 *Statutum procedit in caſu ficto, vt in vero ſi vterque æquiparetur.*
36 *Probatio præſumptiua procedit etiam in caſu requirente veras probationes.*
37 *Bona fama, & honeſtas poſitiue requiſita a ſtatuto ſufficit allegari, ſecus ſi comparatiue, vel ſuperlatiue requiratur, quia probari oportet.*
38 *Conditio importata per relatiuum, qui dicitur tacita conditio.*
39 *Conditio tacita pro non conditione habetur.*
40 *Conditio tacita non facit actum conditionalem.*
41 *De mente hominum nõ datur directum teſtimonium.*
42 *Conditionis tacitæ implementum non ita curandum ſicuti expreſſæ.*
43 *Conditionis neceſſariæ implementum per æquipollẽs fieri poteſt.*
44 *Conditio voluntaria ſpecificè implenda eſt.*
45 *Niſi aliter de mente diſponentis appareat.*
46 *Vel niſi effectus conſideretur.*
47 *Cohabitatio filij cum patre præſumitur.*
48 *Pater tenetur alere filium ſecum habitantem.*
49 *Filius debet, & cogi poteſt habitare cum patre.*
50 *Præſens, quis eſſe præſumitur in loco vbi eſt ciuis.*
51 *Filius deſcedens a domo patris præſumitur animo redeundi deceſſiſſe.*
52 *Præſumptiones iuris quandocunque etiam poſt concluſum in cauſa, & in allegationibus iuris deduci poſſunt.*
53 *Quod principaliter fit attenditur.*
54 *Plures delinquentes, an pro rata teneantur.*
55 *Poſſeſſio probatur per teſtes, & per appoſitionem cuſtodum.*
56 *Damnorũ datorum iudicium eſt celeris expeditionis.*
57 *Nec requirit ordinarias probationes.*
58 *Damna dantur in abſcondito.*
59 *An in damno dato in arboribus detrahi debeat valor arborum ſic inciſarum.*

ARGVMENTVM.

Tacita conditio an faciat actum conditionalem, & an ſufficiat præſumptiue probari, & de præſumptione iuris alleganda, & intra quod tempus, & an probationes præſumptiua ueris æquipolleant.

DECISIO XXVII.

IN ſtatuto Lucano, libro quarto cap. 185. cauetur, quod ad emẽdationem damni, & ad pœnam fiſco applicandam pater teneatur pro filio, qui ſecum habitet.
1 Quod ſtatutũ, † & ſi omni iure exorbitans ſit, quia pœna debet ſuos tenere auctores. l. fin. C. de pen. Soc. in l. cum filiusfamilias, nu. 17. ff. de verb. oblig. & C. ne fili. pro patre. Ex cauſa
2 † tamen factum valet, & quis in ære, & in exiſtimatione pro alio puniri poterit. l. quiſquis, C. ad l. Iul. maie. Alex. in l. ſæpe, col. 10. de re iud. Felin. in addi. ad Abb. in can. ius generale, diſt. 1. cum concordan-
3 tibus per Hippol. ſing. 362 licet † de corporali pœna, an alius pro alio poſſit plecti multum dubitet. Couar. lib. 2. c. 8. var. reſol. Huius ſtatuti vigore ſpe. Thomas de Meis egit contra Dominicum, & Antognaccium de Pozzolo, ad emẽdationem damni per filios eorũdem illati in bonis dicti actoris, quo caſu
4 † ſufficit agẽti probare ſe poſſidere tempore damni illati. Spec. in tit. de proba. §. fin. verſ. ſed pone, nu. 11. Albert. in qq. ſtatu. q. 74. in 2. par. Areti. in proe. inſt. num. 7. Anto. de Bue. in cap. quoniam, §. quod ſi ſuper. vt lit. non conteſta. Brogni. de vſufr. mulire lict. num. 4. Emilia. conſil. 22. num. 2. & ſententiam pro ſe reportauit. Appellantibus dictis Dominico, & Antognaccio denunciatis plura ad eorum defenſam deducebantur. Dicebant enim ſtatutum hoc non ſimpliciter, aut indiſtincte obligare patrẽ pro filio damnum dante, ſed limitare pro filio, qui ſe-
5 cum habitet, † quæ cohabitationis qualitas vti fundatiua intentionis agentis per eum deduci, & probari debebat. l. pen. §. docere, ff. ne quis eum, qui in ius voca. l. ait prætor. §. docere. ff. de vi bon. rapt. & de commu. opin. teſtando, tradit Curt. iun. conſ. 124. num. 11. Menoch. conſ. 1. nu. 149. Alcia. conſ. 154. lib. 5. To. 2. num. 7.
6 Et eſt regulare, † quod intentans remedium alicuius ſtatuti, qualificati teneatur ad obtinendum probare omnes illius qualitates. Ioan. And. in cap. 1. de homicid. in 6. Bartol. in l. 1. de cond. ex lege. Socin. conſilio 27. viſis, numero 14. lib. 1. Dec. conſilio 322. Sena. Pedemonta. deciſ. 88. num. 6. quod
7 maximè † procedit ſi agatur de imponenda pœna à ſtatuto inducta. Iul. Clar. in pract. crimina, §. aſſaſſinium, & §. fin. q. 85. verſic. vbi agitur. Bec. conſilio 12. num. 14.

Cohabitationis qualitas non ſine miſterio a ſta-
8 tuto addita creditur, quandoquidem † huiuſmodi ſtatutum dicitur odioſum, & intelligi debet dũmodo patri aliqua culpa imputari poſſit, vt not. Aret. in conſilio 57. diligenter, colum. 3. & poſt relatos. Plot. de in lit. iuran. §. 13. num. 10. quæ culpa
9 non † ita conſiderari poteſt in patre ſi filius ſeorſum habitet ab eo, quemadmodum argui poſſit ſi ſecum commoratur. Vnde cum qualitas iſta cohabitationis non eſſet ab actore probata, nec allegata non ſatis erat docuiſſe de damno dato a filijs
10 denunciatorum, † quia vbi qualitas requiritur in aliquo actu non ſufficit actum eſſe ſine illa, nec illam ſine illo. Barto. in l. Fulcinius, §. cum hoc. ff. ex quibus cau. in poſſeſſio. ea. Bero. conſilio 29. num. 31. lib. 2. Natta, conſilio 266. num. 5. & dicit Boſſ.
11 in tit. de delicto, numero 4. quod † debet de qua-
12 litate conſtare ſicut delicto ex pluribus † enim probatu neceſſarijs nõ ſufficit probari alterum ex eis, glo. Docto. in cap. 2. de reſcrip. Bald. in l. ſi apud. C. de ædil. actio. Alex. conſ. 48. ſuper nu. 3. lib. 1. Bero.

conſil.38.ſuper capitulis,num.15.lib.1.
Neq; vis aliqua fieri poſſe dicebatur in præſumpta cohabitatione patris, & filij de qua infra. Tum
13 quia † probatio præſumptiua non ſatisfacit ſtatuto requirenti probationem, niſi verè probetur.
Ceph.conſil.327.num.9.cum magnificus, & conſ.
350.quamuis,num.34.& in terminis de huiuſmodi cohabitatione mulieris cũ patre, Plot. de in lit.
iuran.§.8.num.2.maximè, quando ſtatutum pro-
14 bationem requirit † per modum conditionis ſecundum Dec.in rub.de proba.num.13. Bero.in cõſil.90.in cauſa,nu.4.lib.3. Narra, conſ.32,viſo,nu.
17.& 202.in cauſa, num.9.& 279.fine vlla,nu.4.
15 vbi etiam dicit, quod tali caſu † nec etiam iuramentum ſuppletoriũ dari poteſt. Vt in hoc caſu ſtatutum requirere videtur, dum dicit patrem teneri
16 pro filio,qui ſecum habitet. Nam † relatiuum,qui conditionem importat & perinde eſt, ac ſi dixiſſet.Si ſecum habitet, vt no.Bar.in l.1.num.29.ff.de cond.& demon.Rip.in l.Stichum,qui meus erit,numero.15.ff.de leg.1.
Facit, quod licet quis in dubio præſumitur bo-
17 næ conditionis, & famæ, † tamen ſi hæc qualitas a ſtatuto requiratur veluti ſi dicat, quod contra abducentem mulierem bonæ conditionis, & famæ, non obſtante hac iuris præſumptione, qualitas iſta articulanda eſt, & probanda,gloſ.in l.ſi.quod met.cauſ.Ang.in l.ſciendum de verb.oblig.
Tum, quia iſta præſumptio non fuit allegata, ne-
18 dum probata prout ſaltim † allegari debuiſſet. l.ſi adulterium cum inceſtu. §. idem Pollioni. ff.de adul.Bar.Alex. Iaſ.& alij maximè Purpura.in l.cum quid,num.139.ſi cer.pet.Alcia, de præſump. 1.reg.
præſumpt.12.num.3.Ceph.conſil.345.conſultus,
num.96.& dicit Afflict.deciſ.345.num.7.quod ta-
19 lis † præſumptio non allegata a parte non poteſt a iudice ſuppleri, quia cũ præſumptio fundetur in
20 dubio † debetis ad cuius fauorem facit, illam adiuuare in quantum poteſt, & allegando oſtendere ſe ea vti velle. Quemadmodũ dicitur de exceptio-
b ne actionis excluſiua, b † quæ, vt proſit allegari, &
21 opponi debet Felin.in c.in tantum, col.2.de ſimo.
Crau.conſ.121.ſcripſi,num.4. Anchar.q.68.nu.4.
22 2. par. Aliàs † non oppoſita perdit officium ſuum, & reus condemnari poteſt ex actione iam nata,glo. in l.ſi vnus.§.pactus ne peteret.ff.de pac.& ibi Bar. col.pen. & Caſtr. col.ſi.Bar.in l.qui ita,§.qui ita de
23 verbo. oblig. Actus † enim prohibitus ad fauorem alicuius, eo non opponente valet Rebuff. in l.hæc verba illi,aut ille de verbo. ſigniſi. Secundo pro denunciatis dicebatur actorem elegiſſe viã furtiuam faciẽdo mentionem de aſportatione lignorum, quę furtum ſapit. §.furtum inſtit.de oblig.quæ ex deli-
24 na.Statutum autem † de damno dato loquens cuius remedium intentauit, non comprehendit furtum, ſecundum Alex.& Rom.in l.2.de damn. infe.
Dec.in terminis d.ſtatuti conſil.83.col.2. Bald.in l.
ſi ſeruus ſeruum,§.oliuam,ff.ad l. Aquil.Boſſ.de captu.num.43.& in tit.de damno dato,num.9.
25 Et eſt ratio,† quia furtum fit per rei amotionẽ,
26 damnum verò per rei corruptionem. Vnde † comedens ficus,qui ad ſolem deſiccantur, vel rẽ mobilem frangens, non dicitur damnum dare, vt tradit Bonaco.in quæſt.cri.in littera D.in q6.de damno dato.Iaffred.deciſ.97.cent.1.& ita ſe habet com.
opin.quicquid in cõtrarium ſenſerit Bar. in l.quod neruа,col.4.ff.depoſi.ubi voluit, quod promittens ſcholari reſarcire omne damnũ datum a famulo,tenetur etiã de furto,cui opportune reſpondet Grat.
27 conſ.154.nu.24.lib.2. Tertiò arguebatur † ab incertitudine damni, cum tempore illati damni, per filios denunciatorum a multis alijs damnũ quoque inferebatur,arg.not.in l.3.§.incertã. ff.de acq.poſſ.
Marſ. in rub. de proba.num.359.& in ſing.206. & ideo quilibet damnum dans pro virili teneretur, & nõ facta liquidatione impoſſibile dicebatur eſſe ſcire quantum & quale damnum iſti fecerint ad effectũ, vt iuſta condemnatio ſequi poſſit ad rationem dupli,vel quadrupli in ſuo caſu iuxta formã ſtatu-
28 torum. Nam † ignoto ſimplo, & duplum quoque ignotũ eſſe oportet. Rui.cõſ.35.quod lenitatia,nu.
29 5.lib.5. licet iſta † duplicatio nõ fiat de iure contra negantem, quando agitur ex ſtatuto pro dãno dato ſecun. Bal.& Alex.in l.certi conditio.in prin.ſi.cer.
30 pet.nec quãdo † ipſo iure pęna imponatur Bar. in l.id,qd ſeruo,de pec.leg.Bal.in l.ea quæ, col.2.C.de condit.indeb. Alc. in l.cũ qui.in prin.ff.de iureiur.
Tertiò dicebatur homines dicti communi indifferenter ſolitos ibidem ligna incidere, & animalia
31 paſcere, & † ratione conſuetudinis, quis excuſatur,Dec.conſil.550.in princ.Crau.conſ.4.præſupponitur,nu.4. Tiraq.de pen.tẽper.cauſa 42.& quęli-
32 ber † cauſa etiam beſtialis indulgentiam præſtat. glo.in l.plagij.de plagia Cur.iun.conſ.132.num.1.
Iul.Clar.in prac.cri.§.ſi.q.60.verſ.& generaliter. In contrarium dicebatur qualitatem cohabitationis hic non deſiderari ſaltim præſumptiue, & omnino
33 ſatisfactum d.ſtatuto. Nam † iuris præſumptiones dicuntur liquidiſſimæ probationes, & legitimis æquipollent.l.licet Imperator. de leg.1.l. ſi quis locuples.de manu.teſt.late Tiraq.in l.ſi vnquã in verbo donatione,nu.158.C.de reuo.dona.Couar. Va-
34 riar.reſol.lib.2.c.6.nu.1.præſertim † illæ,quę conſonæ ſunt naturæ, vt eſt habitatio filij cum patre.
Emilia.conſil.119.reuerendæ, nu.20.vnde dicebat Thob.Non.in conſ.7.in fi. poſt relatos, quod fundamentum intentionis alicuius ſatis dicitur probatũ per iuris præſumptiones. Qua ſtante æquiparatione de vera, & præſumpta probatione ſtatutum
c c ita † procedet in caſu ficto ſicuti in vero, vt in ter-
35 minis huius æquiparationis ex communi opi. tradit Nat.in conſ.581. petit,nu.16.& ſeq. Accedebant præmiſſis, tradita per Bero. in q.90. vbi per plura
36 adducit oſtendendo præſumptiuas † probationes admitti in caſibus veras probationes requirẽtibus, & ideo dicebat, Aret. in conſ.51.col.1.qd ſtatuto requirente certam temporis probationẽ, ſufficere illã præſumptiuè probare. Idẽ ſi ſtatutum manifeſtã probationem expoſceret Are. in §. item ſi quis. nu.4.inſt.de actio.Etiã ſi inſtrumentariam requireret.Bal.in l.1.col.8.verſ.quæro.C.de fideicom.Dec. conſil.54.nu.3.& 232.nu.8. Nec obſt.quod honeſtatis

Digitized by Google

ſtatis qualitas a iure pręſumpta, probari debeat ſta-
tuto de ea faciente mentionem.
37 Quia id locum habet ſtatuto † ſuperlatiuè, ſeu
comparatiuè loquente, ſecus ſi poſitiuè diſponat,
cum tunc ſufficiat has præſumptas qualitates alle
gare ſine alia probatione. Egregie Pariſ. conſil. 14.
duo, nu. 3. lib. 3. Imol. in l. 1. §. ſi quis neget. quem-
admo. teſta. ape. Alci. 2. præſumpt. 3. reg. num. 9. &
10. Boer. deciſio. 118. in fin. Rota Bon. deciſ. 62. nu-
mero 15.
Paruus etiam refert conditio importata per rela-
tiuum qui. Quia vltra, quod non adijcitur verbo
futuri temporis, vt loquuntur ex aduerſo citati, &
Sil. conſ. 104. quæſtio, num. 5. lib. 2. Si quam tamen
38 conditionem inferat, † eam tacitam non expreſ-
ſam appellant, quæ minoris potentiæ eſt, quam ſit
expreſſa, immo dicit Bald. in conſil. 70. præmitten-
39 dum, num. 7. lib. 3. quod † tacita conditio non ha-
40 betur pro conditione: neque † actum conditiona-
lem facere expreſſe, tradit Butr. in c. præterea, in 2.
no. de ſponſ. Nam præſumere, quod ſtatuentes vo-
luerint per illa verba. Qui ſecum habitet, dicere ſi
ſecum habitet, eſt præſumere de mente hominum
41 † cuius nullum teſtimonium directum eſt, vt dicit
Bald. in l. precibus, colum. 7. verſ. dixi ergo. C. de im
pub. & alijs ſubſt. & ſicuti tacite inferri iſthæc con-
ditio contenditur, ita etiã pręſumptiuo implemen-
42 to contentari deberet, cum de † verificatione taci-
tę conditionis non ita curandum ſit ſicuti de ex-
preſſa, Cæph. conſil. 22. proponit, num. 9. & 56. nu.
24. Rub. Alex. conſ. 8. proponitur, num. 8. Menoch.
conſ. 93. & ſi docte, num. 152.
Præterea actus cohabitandi cum patre dicitur
43 actus neceſſarius, vt mox dicetur, ſed in † neceſſa-
rijs conditionibus nõ refert, qui dex æquipollenti-
bus fiat. Pariſ. conſil. 74. vidi, num. 6. lib. 3. Cæphal.
conſ. 349. num. 8. & 312. num. 143. Rim. iun. conſ.
44 37 illuſtris. num. 3. Secus † in voluntarijs, quarum
45 implementum in ſpeciſica forma fieri debet † niſi
aliter de mente diſponentis appareat, Socin. iun.
conſilio 106. plura, num. 23. lib. 1. vel niſi conſide-
retur effectus, idem Socin. conſ. 102. viſo, num. 32.
eodem lib. 1. & 145. num. 32. lib. 3. Quod autem pa
47 tris, & filij † cohabitatio præſumatur, ideſt adeo ve
riſimile, & credibile, vt vix contrarium ſuaderi poſ-
ſit, ne inter eos dura ſeparatio inducatur. l. poſſeſ-
ſionum. C. commu. vtri. iud. & per hanc rationem,
ita decidit Bal. in conſil. 295. Petrus, col. 2. lib. 3. quẽ
ſequitur Bec. conſ. 47. in cauſa, num. 24. qui etiam
in l. cum in adoptionis, colum. 2. C. de adoptio. di-
cit inter patrem, & filium, ineſſe quendam nexum
diuinum. Ruin. conſil. 50. num. 17. 101. Quæ qui-
dem præſumpta cohabitatio clare deducitur ex re-
ciproca. & neceſſaria patris, & filij obligatione il-
lius, videlicet, alimentandi filium ſecum commo-
rantem. Pinel. in l. 2. in 1. part. num. 53. C. de bon.
48 mat. † Huius vero obligatio cum patre permanen-
49 di, ad quod etiam inuitus cogi poſſet, † vt ibi no.
Pinel. poſt Alexand. in l. ſi cum dotem, §. tranſea-
mus, num. 9. ſol. matr. Boer. deciſ. 195. num. 5. Aſca.
Clem. de pat. poteſta. in 17. effectu. numero 71. niſi
iuſta cauſa aliter ſuadeat, de qua Brogn. de vſufru.
50 muli. relicto, num. 190. Facit † quod ſicuti quis pręſ
ſens eſſe præſumitur in loco, vbi eſt ciuis. Aret. con-
ſil. 103. num. 7. Natta, conſil. 67. num. 5. Ita, & quis
præſumitur habitare in domo patris, in qua natura
51 liter ineſſe debet † de qua ſi forte diſcedat animo
tamen redeundi diſceſſiſſe creditur. Bal. in l. 1. §. il-
lud. poſt glo. ibi. C. commu. de manu Alex. conſ. 48.
ſuper eo. num. 2. lib. 1.
Non obſtat primum obiectum, quia ex iam di-
ctis ſublatum eſt. Non obſtat contrarium de omiſ-
52 ſa allegatione præſumptionis, quia † reſpondetur
poſſe quandocunque fieri etiam poſt concluſum in
d cauſa, [d] & in allegationibus iuris, Anto. de Butr.
in cap. peruenit, de empt. & venditio. cum concor-
dantibus per Alcia. 21. præſump. num. 4. 2. reg. qui
licet dicat, id egere altiori indagine, poteſt eum ta-
men firmat Thob. Noni. in conſilio 24. Dom. Gui-
do. numero 18. Minus etiam facit, quod excipieba-
tur de ſtatuto loquente in damno dato non habe-
re locum in furto. Quia ſtatutum. lib. 4. cap. 77.
circa medium diſponit, quod etiam per lignorum
aſportationem, dicatur illatum damnum, vltra
quod actor non fundauit ſe ſuper aſportatione, ni-
ſi incidenter per modum narratiuæ, ſed principa-
liter propoſuit inciſionem lignorum, & quod
53 † principaliter fit, attenditur, non autem per conſe
quentiam contingens, late Tiraquel. in tracta. res
inter alios acta, verſi. ſic, & ſemper, & largo ſal inn
quodammodo furans dicitur damnum dare. Bero.
conſilio 214. lib. 3. Neque refragabitur incertitu-
do ex aduerſo allegata, quia dato, quod alij quo-
que damnum dederint, adhuc dicẽdum eſt vnum-
quemque teneri in ſolidum. l. ita vulneratus. in fin.
54 & ibi glo ff. ad l. Aquil. Nam † quod dicitur de plu
ribus principalibus delinquentibus pro rata ob-
e noxius effici, procedit [e] in foro poli, non autem in
foro contentioſo, etiam de iure canonico, vt tra-
dit Ruin. conſilio 20. contra Paulum, numero quar
to, libro quarto. Illud autem, quod de conſueto
adducebatur, potuiſſet excuſare denunciatos a pœ-
na, non autem a refectione damni, cum & ipſe de-
55 nuncians † per teſtes, & per appoſitionem cu-
ſtodum, & alias, vt in proceſſu de ſua poſſeſſio-
ne probauit Afflict. deciſione 167. & quod alias
fuerit ſolitus quærelare de damnum dantibus in
dictis locis, & reportare ſententiam ad ſuum fa-
uorem Domini Coauditores erant in voto refor-
mandi ſententiam ad fauorem reorum, tum ra-
tione qualitatis cohabitationis paternæ non veræ
probatæ per actorem, tum etiam reſpectu damni
illati, quod ipſis videbatur non ſatis plenè dedu-
ctum, & probatum. Quibus non videbatur poſſe
aſſentiri ex iam dictis de præſumpta cohabitatio-
ne, & ſtante maximè natura iudicij damnorum da-
56 torum, † quòd eſt celeris expeditionis ſecundum
Abb. in c. 2. num. 35. de mut. pet. & ex forma a ſtatu
57 torum † non requirit ordinarias probationes pro-
58 pter difficultatem † probationum, cũ dãna fiãt in
abſcondito, vt habetur lib. 4. cap. 184. quod odio
damnum dantium factum eſt, vt tradit Rip. in l. a.

Digitized by Google

colum. 2. in fi. verſ. ſecundo, quia de damno infe. ſuper quo ſtatuto conſuluit Dec. conſil. 83. & præſertim, quia rei conuenti vim faciebant in probando bona, in quibus damnũ illatum dicitur fuiſſe communalia, quaſi videantur approbaſſe geſta per eorum filios, arg. l. ſi filius, ff. ad Maced. & notatorum per Bar. in l. quo. enim §. 1. verſ. quandoque, ff. rem rat. hab. & per Natt. conſil. 131. num. 4. Cæterum
39 dum obiter quærebatur an † in damno dato in arboribus detrahi deberet valor arborũ ſic inciſarũ, videndus erat Alberi. in quæſt. ſtatu. q. 68. 2. par. & poſt relatos Plot. de in lit. iuran. §. 54. num. 6. vbi negatiue concludit.

ANNOTATIONES.

a Qualitas. Vide ſupra deciſ. 2. num. 10. vbi ſcripſi.
b Actionis excluſiua. Secus ſi actio nullo modo competeret, vt quando quis agit ſine actione, quo caſu tenetur ita agentem repellere. Magon. ſupra deciſ. 8. num. 16. vbi ſcripſi.
c Statutum. Hanc concluſionem dicit veriſſimam. Curt. iun. conſil. 4. num. 17. facta prius differentia inter præſumptionẽ, & fictionem, ita quod ſi caſus eſſet fictus, non autem præſumptus, ita non eſſet concludendum, vt ibi per eum num. 15. 16. vide Magon. infra deciſ. 39. num. 22. & deciſ. 80 in ñ. c. vbi videtur contrarium.
d Poſt concluſum in cauſa in allegationibus iuris, Tiraquel. in tract. de præſcrip. gloſſ. 2. in verb. bona fide, intellige 1. Affl. dec. 178. nu. 15. Rob Mar. in l. is poteſt, nu. 93. ff. de acq. hæred. Balb. in repet. l. Celſus, art. 5. no. 8. ff. de vſucap.
e Procedit in foro poli. Imò in vtroque foro, & conſcientiæ, & iudiciali pluribus concurrentibus ſimul in actione damni quilibet tenetur in ſolidũ ad reſtitutionem, licet reſtituens repetat partem ab alijs quotiens ipſe non habuit totam rem ſuturam, vt late diſtinguit allegat & rationes adducit Didac. à Cou. in cap. peccatum, §. 12. nu. 3. de reg. iur. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quando iuncta verbo futuri temporis conditionem importat.*
2 *Legatum factum quando maritabitur cõditionale eſt, ſi fiat extranea perſona: filiæ vero factũ quandoque purum, & reſoluitur in alimentis.*
3 *Legatum quando maritabitur, intelligitur ſi matrimonium ſequatur.*
4 *Conditio viuente teſtatore purificata facit caducum legatum.*
5 *Conditio impoſſibilis quam poſſibilem putauit teſtator legatum vitiat.*
6 *Conditio ſi monachabitur quomodo dicatur turpis, & reijcienda tanquam ſimoniaca.*
7 *Legatum monaſterio factum ſi recipiet talem in monacham, an valeat.*
8 *Legatum pro aliqua maritanda dicitur factũ ob cauſam, quaſi eatenus debeatur, quatenus cauſa illa indigeat, & ea ceſſante ceſſet legatum.*
9 *Dictio pro iuncta verbo de futuro cauſam finalem oſtendit, & modum demonſtrat.*
10 *Teſtator ſoluendo legatum in vita ſua, dicitur exequi priorem voluntatem.*
11 *Legatum ſolutum viuente teſtatore mutat naturam legati, & vim donationis aſſumit.*
12 *Hæc autem donatio an ſit inter viuos vel cauſa mortis, & reuocabilis ſeu repetibilis.*
13 *Qualitas non duplicatur non duplicata cauſa.*
14 *Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio.*
15 *In conditionalibus totus effectus ſtat in eius euentu.*
16 *Conditionis implementum facit quod actus cenſeatur pure ab initio factus.*
17 *Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari.*
18 *Conditio per ſui euentũ dicitur impleri non extingui.*
19 *Confirmatio operatur, ne amplius de nullitate actus quæratur.*
Confirmatio facit præſumi de nouo datum.
20 *Legata in codicillis relinqui poſſunt.*
21 *Legatum cum nubet debetur etiam ſi eo tempore quo legabatur nupta eſſet reuocet.*
22 *Etiam ſi mulier ſuo ſumptu ſe maritaſſet.*
23 *Legatum ſub conditione qua viuente teſtatore impleta ſit debetur ſi non reuocetur.*
24 *Legatum factum ſub commemoratione matrimonij dicitur factum cauſa dotis.*
25 *Dos poteſt ſemper augeri, & recipit incrementum ante, & poſt matrimonium.*
26 *Legatum de mille pro maritanda filia quæ poſtea ab eodem teſtatore maritatur cum 500. an poſſit peti alia 500.*
27 *Fideiuſſor ſoluendo non dicitur gerere proprium negocium, ſed ſui princ.*
28 *Actus agentiũ non operatur vltra eorum intentionẽ.*
29 *Debitor creditur ſoluere in duriorem cauſam.*
30 *Nullitas in toto proceſſu vagabilis eſt inſanabilis.*
31 *Iudex abſoluendo ab obſeruatione iudicij debet ius parti reſeruare melius agendi.*

ARGVMENTVM.

Legatum dotis viuo teſtatore ſolutũ, an debeatur ab hæredibus.

DECISIO XXVIII.

LEGAVIT Spect. Iacobus Arnolfinus in eius vltimo Teſtamento, D. Margaritæ filiæ D. Claræ ſororis eiuſdem Teſtatoris ſcut. 300. *li quali vuole ſe li paghino dalli ſuoi heredi, quando ſi mariterà, o vero monacherà.* Hæc ſunt verba Teſtatoris. Adhuc eo viuente D. Margherita nuptui tradita fuit Spect. Ioan. Baptiſtæ Diuerſo cum dote ſcut. 2000. quã ſoluere promiſit d. D. Clara, cuius obligationi vti principalis ꝓmiſſor, idẽ Iacobus acceſſit, & ad computũ dictæ dotis de ſuis proprijs pecunijs ſoluit ſcu. 800. animo tamẽ rehabendi, & recuperãdi ab hæredibus q. Hieronymi Gilij patris d. Margaritæ. Succeſſiue idẽ Iacobus codicillãdo inter cætera confirmauit tenorem d. Teſtamenti, omniaq; in eo contenta comprobauit, ac inde ad paucos dies obijt. Quærebatur an legatum D. Margaritæ actrici deberetur; & pro parte

parte hæredum d.q.Spect. Iacobi illud ſoluere contradicentium plura deducebantur, videlicet.

Primò, quòd d.legatum negari non poteſt, quia
1 ſit conditionale propter dictionem † quando iunctá
verbo futuri temporis, quæ conditionem importat.
l.cum vir, ff.de condi.& demonſt.l. quod pupillo, ff.
quando dies leg.ced.l.ſancimus.C.de nupt.& in terminis ponit Crauet.in conſi.15.factum, ita proponitur, num.3.Dec.conſ.421.nu.5. Bero. conſ.148.
Serie facti, nu.3.lib.2.

Et hoc ſine dubio procedit in legato ſic facto ex-
2 traneæ perſonæ, licet † in filia in purum, & in cám alimentorum reſoluatur ad not.per Ro.Bon. deciſ.
22.quòd etiam peti poteſt data cautione de nubendo.l.ſancimus, & ibi Pet.de Bellapert. & Doct. C. de
3 nupt.Guid.Pap.ſing.706.Intelligitur ergo † huiuſmodi legatum ſi matrimonium ſequatur.l.itē, quia
ff.de pac.& d.l.ſancimus, C.de nupt. Quę conditio,
cum viuente teſtatore purificata fuerit facit legatú
4 caducum, † quia ſortitur effectum in tempus non
permiſſum cum legata ab hærede debeantur, & hæreditas non dicitur viuentis, vt in terminis cōſuluit
Craue.in conſ.167.Claudia.num.5. & ſeq.Borg.in
tract.de vſufr.mulie.relicto, nu.196.

5 Omnis enim † impoſſibilis conditio, quam poſſibilem teſtator exiſtimat, legatum vitiat.l.ſeruo,
vbi Bart.no.ff.de cōdi.indeb.l.impoſſibilis, vbi Doc.
ff.de verb.oblig. Modo hoc legatum factum fuit ab
initio ſub conditione poſſibili, nam de facili contingere poterat, quod legataria nuberet poſt mortem
teſtatoris, prout idem teſtator cogitauit, iſta autem
conditio fuit facta impoſſibilis de iure, quia legata
viuo teſtatore non debentur, merito, &c.

Neque aduerſabatur, ſi dicatur cōditionem hanc
6 † ſi monachabitur tanquā turpem, & ſimoniacam
reijciendam, & ſic pro puro legatum habendú per
ea, quæ in ſimili not.Bart.in l.Titio centum, §.Titio
centum il primo, ff.de condi.& demonſt. & Ioan.de
Ana.in c.non ſatis de ſimo. Quia reſpondetur aliud
eſſe, quod aliquid relinquatur alicui monaſterio
ſub conditione ſi aliquam receperit in monialem,
7 † & tunc procedunt ſupra allegata, aliud eſt, ſi aliquid relinquatur filiæ, vel alteri mulieri ſi, & quando nupſerit, vel monacabitur, quo caſu legatum valebit cum d.conditione appoſita, quæ non eſt impeditiua temporalis, vel ſpiritualis matrimonij, ſed potius incitatiua, arg.no.in §.ſed hæc pręſenti, in authen.de ſanctiſſ.Epiſc.& in c.in præſentia, de prob.
& per Bal.in l.1, C.de inſtit.& ſubſtit.

Secundò, quia huiuſmodi legatum, quando nubet idem importare videtur, quod pro ea maritanda, & ſic non ſimpliciter, ſed factum dici debet ob
certam cauſam, qua ceſſante ceſſare debeat, etiam
8 effectus legati, † quaſi eatenus debeatur legatum,
quatenus res illa, propter quam legatur indigeat. l.
Lucius.§.1.de leg.2.l.nec ſemel.§.fi.in habitatione,
ff.quan.di.leg.Aemil. conſi.10. num.8. a cauſ.enim
finali diſpoſitio regulatur teſte Decian. in conſ.46.
& ita arguit Rota Bon.in deciſ.22. num. 14. & Albenſ.in conſilio 52.legauit.vbi dicit, quod legatum
pro maritaggio dicitur modale, ſeu cauſam finalem
importans, qua ceſſante ceſſare debet effectus iuri-
9 bus vulgaribus. † Dictio enim pro, poſita ad actum
de futuro cauſam finalem, & modum demonſtrat.
Aret.in conſ.81.viſa, col.6.verſ.reſtat igitur, & in notabili quæſt.Aemil.d.conſ.10.nu.2.& ſeq.vbi in no.
caſu legati, pro aliqua veſtiēda an debeatur ea mortua. Tertiò arguebatur a ſolutione, nam teſtator eo
viuente ſoluerat hanc, & longe maiorem quantitatem d.D.Margaritæ pro eius dotibus, & dotium nomine, & locus eſſe videbatur.l.filia legatorum.C.de
leg.legatumq; amplius peti non poſſe. Non quia legatum ſit extinctum, quia teſtator non reuocauit,
vt dicit Bal.in d.l. filia legatorum, ſed petitio propter implementum ex d.ſolutione ſubſecutum.

10 Teſtator † enim tradendo in vita ſua legatum dicitur exequi priorem diſpoſitionem, vt tradit Vaſqui.de ſucceſſ.creatio.libro 2.§.17. in 28. requiſito,
11 ſub nu.112. Quæ quidem † ſolutio, & conditio legati à viuente teſtatore facta naturam legati mutat,
a & vim donationis a aſſumit l.legatum, vbi communiter Doct.ff.de leg.2.& not.addentes ad Bal. in d.l.
filia legatorum: in verbo quæro. cum concordantibus per Tiraq.de retr.conuent.§.fi. num.78. Cremenſ.ſing.16. Cuius autem donationis naturam ſa-
12 piat † an cauſa mortis, vel inter viuos, & ſic an reuocabilis, & repetibilis ſit talis traditio, tradunt
Doct.Dyn.maxime, & Bar.in d.l.legatum, & relati
per Tiraq.in præcitato loco. Caſtrenſ. in l.huius, de
leg.2.& fuſius diſtinguēdo abſoluit. Vaſqui.d.§.17.
in 28.requiſito, num.112.de ſucceſſ. creatio.

Vnde cum non ſimpliciter ſint legata 300. ſed
13 dotis cauſa, dotiſq; cauſa ſint ſoluta, † nō debet iſta
quantitas duplari, ſeu multiplicari cum cauſa non
multiplicetur. Caſtren.d.l.filia legatorum, num.2.
14 quod † ſi ſolutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio, inſtit.quib.mod. toll. oblig. in princ.
quanto magis id conſequi debet, qui ne dum ante
tempus, ſed quod nullo modo debitum erat ſoluit:
vt eſt legatum, quod eo viuente non debetur, & eſt
reuocabile.

In contrarium dicebatur legatum hoc, tanquàm
conditionale deberi propter euentum conditionis.
15 Nam † in conditionalibus totus effectus ſtat in illius euentu, & implemento, & in hoc ſolú verſatur
intentio diſponentis, ut legatum non debeatur niſi
ſecuta conditionis purificatione, vt ait Socin.in l.ſi
iam facta.ff.de condit.& demonſtr. Implementum
16 enim † conditionis efficit, quod actus perinde habendus ſit, ac ſi ab initio pure factus eſſet l.ſi pupillus.ff.de condi. inſtit. l. ſed & ſi de ſua. §.fina. ff.de
acquiren.hæred.& ibi Angel. Dec. conſil. 79. num.
2.& 187.in princip. Albenſis conſi.106.periculoſa,
num.4. Conditio igitur cauſa huius legati, ſi ſequatur matrimonium eſt impleta, & implementú cauſæ dicitur eſſe productiua legati non excluſiua, ſeu
17 reſolutiua † ne inducta ad vnum finem contraria
operentur, l.ſi iam facta.ff.de cond.& demon.l.conditiones, quæ in futurum.ff.eo.& ita per iſta iura firmat Bal.Ang.Caſt.Saly.Iaſ.Iacob.de S.Georgio, qui
de comm.opi.teſtatur in d.l.filia legatorum; refert,
& ſequitur Tiraq.de ceſſan. cau.in 18. limit. & eam

redduut

Digitized by Google

18 reddunt rationem, quia conditio † dicitur impleta,
non extincta, & per implementum ceſſat dubius
euentus, qui erat in ſuſpenſo, nō autem extinguit,
aut ceſſat effectus, Ant. de Butr. in cap. a. num. 5. de
cond. apposi. Et pro iſta opinione videbatur eſſe in
terminis, tex. in l. ſi quis hæredem. C. de inſti. & ſub-
ſtit. & in l. hæc conditio filiæ meæ. de condi. & de-
monſtrat.

Quæ quidem opin. comprobatur ex eo, quod idē
teſtator prudens ſciensque conditionis implemen-
tum, non ſolum non mutauit voluntatem, ſed de-
nuo codicillis omnimode confirmauit, & ſic quate-
nus d. legatum foret reſolutum iterum in codicil-
lis repetitum, & datum videtur: confirmatio enim
vltra, quod faciat, ne amplius de validitate actus
19 quæratur Menoch. in conſi. 80. plura, nu. 49. † ope-
ratur etiam, vt de nouo cenſeatur datum. l. adoptio.
ff. de adopt. & de commu. opi. teſtatur Pariſ. conſil.
19. ſi tenemus, nu. 15. lib. 1.

20 Neceſt dubitandum † quin in codicillis legata
fieri poſſint, quia ſic poſſe communiter cōcluditur,
vt teſtatur Vaſqu. d. §. 17. in 28. requiſito, numero
124. licet ipſe contrarium teneat. Ex quo ſequitur,
quod ſicut legatum factum cum nupſerit debetur
21 etiam † ſi eo tempore celebrati teſtamenti eſſet nu-
b pta, b vt poſt relatos, tradit Tiraquel. d. 18. limit. &
Doct. in l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. Imol. in l.
ſed hoc ita. ff. de verb. oblig. Crauet. d. conſi. 167. nu.
6. & de magis communi teſtatur Borg. de vſufruct.
mulieri relicto, nu. 196. Ita dicendum ſit valere, &
deberi in caſu iſto, vbi teſtator non ignorans condi-
tionis implementum iterum diſpoſita ante illius
euentum confirmauit, & repetijt.

Nec etiam iſta opinio eſt deſtituta præſidio au-
ctoritatis plurimorum Doctorum, propterea quod
eam tenuit in terminis Caſt. conſ. 148. proponitur,
lib. 2. & 214. ego Paulus. lib. 1. Bald. in l. fi. in fi. C. de
ſent. quæ ſine cert. quant. Tiraq. in l. ſi vnquam in
verbo ſuſceperit liberos, nu. 219. C. de reuoc. donat.
Eandem ſententiam amplecti videtur Albenſ. in d.
conſ. 52. dum facit differentiam in legato facto pro
maritanda, vel quando maritabitur, idem ſentit Ro
ta Bon. d. deciſ. 22. ſub nu. 14. & non obſcure Nat.
in conſ. 485. quamuis, nu. 1. licet in ſuo caſu cōtra-
rium firmet. Idem Caſtr. in l. Publius. ff. de condi. &
demonſtr. vbi ampliando dictum, dicit hoc proce-
22 dere † etiam ſi mulier ſuo, vel alieno ſumptu ſe ip-
ſam dotaſſet. Cui non abſimile eſt, quod tradidit
Bero. in conſi. 46. ſola. lib. 2. vbi in cauſa Archiducis
Philippi filij Maximiliani Imperatoris ſuper legato
Reginæ Mariæ ab eius patre facto, & ab Imperatore
auo ſoluto dicit dotis legatum non compenſari, cū
promiſſione ſeu ſolutione ab alio facta, licet aliter
ſenſerit Ruyn. in conſ. 138. proponitur, lib. 4.

Non obſtat primum, quia ex proxime dictis pa-
tet reſponſio, nam eo ipſo, quod conceditur legatū
eſſe conditionale, neceſſe eſt etiam fateri ſiue mor-
tuo teſtatore ſiue eo viuente, & non penitente, vel
23 non reuocante conditio impleta ſit, † legatum de-
beri. l. ſi ita ſcriptum. §. ſi pater filiam de leg. 2. & per
Caſtr. in præcitatis cōſilijs, qui loquitur in terminis.

Parui refert quoque ſecundo loco in contrarium
ſignatum, &c. quia licet legatum hoc factum ſit ad
cauſam matrimonij futuri, non tamen fuit factum
per modum modi, vel cauſæ finalis per dictionem.
Pro vel aliam ſimilem, ita quod ea ceſſante ceſſare
quoque deberet legati effectus, & eatenus debeatur
quatenus res illa, propter quā ſit legatum, indigeat.
Sed eſt factum per modum conditionis expreſſe,
per dictionem, quando, quę conditionem importat
in qua nil aliud quæritur, niſi euentus, & purifica-
tio vt dictum eſt.

Præterea ex quo legatum fuit factum ſub com-
24 memoratione matrimonij, dicitur factum, † in cau
c ſam dotis. c l. quod autem cum glo. de iu. dot. Alex.
Imol. & alij in l. 1. ſol. mat. Rol. conſ. 29. nu. 15. li. 4.
Gram. conſ. 55. nu. 2. in ciuili, ſed ſecuto matrimo-
nio, licet ceſſet cā matrimonij, non tñ ceſſat cauſa
25 dotis, † quæ poteſt ſemper, & quandocunq; augeri.
Bal. in d. l. filia legatorum, & Bar. in l. Lucius de leg.
1. Couar. in c. officij, ſub nu. 10. de teſta. in illa quę-
ſtione an ſi legentur mille pro maritanda filia, & ea
poſtmodum ab eodem teſtatore maritata ſit cum
26 quingentis aureis an † reliqua quingenta exigi
poſſint, quam quæſtionem arduam dixit, & expli-
cat. Vaſq. de ſucceſſ. progre. lib. 3. §. 27. num. 8.

Non obſtat tertium de ſolutione dotis ab eodē
teſtatore facta. Qui non ſoluit ea intentione, vt libe
ralitatem legati exerceret, ſic tanquam is qui legaſ-
ſet, ſed vti fideiuſſor principaliter obligatus, qui ac-
ceſſit obligationi D. Claræ dotē promittentis. Et ſic
vt ſe ab obligatione fideiuſſoria liberaret, fideiuſſor
enim fideiubendo, & ſoluendo nō gerit negocium
propriū, ſed principalis debitoris. l. 2. ff. mand. a quo
repetit. l. vir. §. fi. ad Velleia. Bar. in l. reos. ff. de duob.
reis. Crauet. conſi. 79. nu. 3. Cęph. conſi. 218 nu. 21.
27 † Et cum actus † agentium vltra eorum intentio-
28 nem non operentur. l. non omnis. ff. ſi cer. pet. Go-
meſ. in reg. de Anna. poſſ. q. 45. Nemoq; in neceſſi-
tatib. liberalis exiſtat. l. proxime. ff. de rit. nupt. Cra-
uet. conſi. 6. plura. nu. 80. non poteſt is dici quicquā
ſoluiſſe ex cauſa legati. Quod clare oſtendit inſtru-
mentū ipſiuſmet ſolutionis, dum in eo Iacobus pro
teſtatur, & declarat ſe ſoluere animo repetendi, & re
habendi ab hæredibus patris d. Margaritæ, & in hāc
cauſam tanquam duriorem ex neceſſitate præce
26 dentis obligationis in dubio † quoq; præſumeretur
ſolutum. l. 2. ff. de ſolut. l. quidam. ff. de rei vend. Dec.
conſ. 618. nu. 2. Craue. cōſ. 158. viſis, nu. 13. & 106.
Honoratus, nu. 10. Albenſ. conſ. 9. ex his, num. 13.
Cęph. conſ. 351. cum inſtrumento, nu. 24. &c.

Dñi dum eſſent in dubio, in quā partem inclina-
rent, viderūt ipſam legatariā, vel eius, in cā procura-
torem feciſſe iud. nullū, multiplici genere nullitatis
proceſſus, prout late oſtēdimus in noſtra deciſione
in actis relaxata, hic aūt breuitatis cā cōſulto omiſ-
ſa, & licet iudex appellationis poſſit ſniam nullam
reformare conſtito de bono iure partis. Ang. in §.
quadrupli. col. 21. inſt. de actio. Dec. conſ. 449. viſis,
col. 3. cum 30. concor. per Vant. de nullit. in fi. tra-
30 ctatus. tñ † vbi nullitas, vt hic, vagatur per totū pro-
ceſſum dr̄ inſanabilis, & debet attendi. Bart. in l. ſi
vt

vt propoſitis. C. quomodo, & quando iud. Bal. in l. 2. 14. q. C. de reſcin. vend. cum concord. per Crau. con. 140. in cauſa, num. 8. vbi exempla ponit, quando nullitas dicatur reſpicere totum proceſſum.

Et ideo concluſum fuit reos cōuentos fore abſoluendos ab obſeruatione iudicij † cum reſeruatione iurium ipſius actoris melius agendi, iuxta notat. per Abb. in cap. cum dilectis de empt. & vend. cum concordant. per Maranta in Spec. aduocat. in quinta parte princ. num. 50. 51.

ANNOTATIONES.

a Vim donationis aſſumit. Dic verum ſi fuerit facta traditio legati ſimpliciter non exprimendo cauſam legati. Secus ſi expreſſe ſolutio fiat ex cauſa præcedentis legati, nam tunc non mutat naturam, ſed remanet legatum ſicut antea in ſubſtantia, virtute, & effectu, & poterit ad libitū voluntatis reuocari, licet interim is, cui ſolutio fit, faciat fructus ſuos eſt communis opin. doctorum in allegata l. legatum. ff. de legat. 2. teſtatur Gomeſ. variar. reſolutio tom. 1. cap. 12. nu. 4. Et in legato facto filiæ ſeu nepti a patre vel auo qui poſt ea eam filiam, vel neptem dotarunt, quod intelligatur facta dotatio animo compenſandi, vide notab. conſ. Rimin. 230. per tot. pacit Pariſ. conſ. 61. lib. 2. per totum.

b Eſſet nupta. Doctores & ibi Rip. poſt alios in l. 1. nu. 55. ff ſo lut. matrimon. Pariſ. conſil. 20. num. 60. lib. 3. Marſ in Rubr. ff. de fideiuſſ. num. 85. & ibi quid in legato facto filiæ, quæ remanebit vidua, an debeatur ei, quæ erat vidua ante teſtamentum.

c Dicitur factum in cauſam dotis. Legatum dotis an ſtatim debeatur, an vero debeat expectari tempus nuptiarum pendet ex ea quæſt. an tale legatum dicatur purum, an cōditionale quæ quæſtio prædicatur a doctorib. pro multum dubitabili. & eam tractant poſt Bart. Doctores in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſt. late Bald. nouell. in tract. dot. par. 6. priuileg. 74. Franc. Marc. dec. delfin. 858. & 863. Diſtinguitur hoc concluſio quod aut legatum dotis ſit per patrem, aut per extraneum, & ad hoc poſt allegatos, vide latiſ. Conſtan. Roger. in ſimili tract. dot. quæſt. 4. per tot. & vide Magon. infra deciſ. 66. num. 4. Et quando ſit per patrem, ſubdiſtinguo aut ſit vltra legitimam, aut infra legitimam. & hoc non exiſtente in loco aliquo ſtatuto fœminarum excluſiuo. Sed exiſtente ſtatuto præfato, reſolutio pendet a duabus quæſtionib. quarum 1 eſt an Dos ſuccedat loco legitimæ, in qua dicas ſecundum nouiſſime tradita per Hierod. Gabriel. diſtinguentem ex mente Caſtrenſ. in conſil. 11. & Rimin. iunior. in conſil. 157. quibus in locis habentur communes, & magis communes opiniones ſuper hoc 2. quæſt. & an legitima poſſit a ſtatuto in totum tolli, & quod negatiua ſit magis communis. Alc. conſ. 11. ſub num. 3. lib. 7. Cagnol. in l. iura ſanguinis, num. 5. ff de reg. iur. Et quod affirmatiua ſit magis cōmunis Hierony. Gabriel d. conſ. 11, num. 3. Sed vide Dominum Cæſar. Fiumag. Peruſinum mihi ſummopere obſeruandum in reper. l. in quartam, num. 310. ff ad l. Falcid. quo loci rela tis opinionibus dupliciter diſtinguit pro concordia. Et in eo quod dicit nunquam poſſe ſibi vendicare locum opinionē negatiuam, ſi diſtinguamus affirmatiuam procedere quā ſtatutum fuerit rationabile, alias negatiua, quia hæc ſtatuta fœminarū excluſiua dicuntur fundare in ſola ratione cōſeruandæ agnationis eſt communis opin. per Brun. in trac. ſtatut. excluden. fœmin. art. 4. num. 5. & fauor, & conſeruatio agnationis dicitur cauſa rationabilis ad tollendū legitimam in totum. Abb. qui de magis communi conſ. 75. num. 9. verſ. ſed his non obſtantibus lib. 1. qua ratione attenta dictum ſtatutum an ſit ne fauorabile dicit poſt alios quos allegant, & de communi teſtantur Riminald. iun conſ. 28. num. 10 & ſeq. Cephal. conſ. 578. num. 20. vt propterea legitima in totum tolli poſſit. Riminald. iun. conſ. 187. num. 57. & de magis communi poſt Abba. loco præcit. Alex. conſil. 3. nu. 8. 9. lib. 7. a qua in iudicando, & conſulendo nullo pacto recedendū eſſe concludit. vtique cōſiderando quod poſſunt ſtatuta condi. quæ non fundentur in cōſeruatione agnationis, & negatiua quoq; ſuum poterit ſortiri effectum, & poteſt dari caſus quoties ſucceſſio limitatur ad certū gradū, vt tunc nō conſideretur fauor agnationi. Brun. d. tra. fœmina. excluſi ar. 3. prope fi. ſicut, & idē dicitur quoties vocarentur propinq ui. Aym. Crau. cōſi. 250. nu. 4. Et ideo diſtinctio præfata per D. Fiumag. relata cū ſit cōmuniter approbata, & in vtroq; caſu poſſit procedere omnino ſequēda ē.

SVMMARIVM.

1 *Qui non vult legis exercitio ſubijci legis præcepta ſeruare debet.*
2 *Nūciatus de nouo opere debet ſtatim abſtinere ab opere.*
3 *Pendente præcepto, & mandato non eſt innouandum.*
4 *Demolitionis pœna debetur etiam ſi poſtea conſtet nunciatum iuſte ædificaſſe.*
5 *Obedientia iudicibus eſt exhibenda.*
6 *Effectus legis eſt præcipiendo, & vetando homines facere meliores.*
7 *Aedificare licet vnicuique in ſuo vſque ad cœlum.*
8 *Etiam ſi luminibus officiatur vicini.*
9 *Dummodo non ad æmulationem.*
10 *Diruto ædificio, & collapſo licet iterum reparare prout prius erat, & appodiare.*
11 *Solum maxima pars domus eſt.*
12 *Statutum loquens de nouo opere, non habet locum in reficiente.*
13 *Teſtibus, qui pro ſe habent iuris præſumptionem magis creditur.*
14 *In dubio non præſumitur animus nocendi.*
15 *Lucrum eſt adimplere ſuam mentem.*
16 *Nullus dolo facere dicitur, qui ſuo iure vtitur.*
17 *Aedificans, & opus faciens in ſuo licet alteri noceat, animo nocendi tamen non facere præſumitur.*

ARGVMENTVM.

Nunciatus de nouo opere debet ſuperſedere ab opere uſque ad interdicti remiſſionem, & quomodo liceat in ſuo altius ædificare etiam ſi vicino noceat.

DECISIO XXIX.

In cauſa noui operis nunciationis mota per Spect. Iacobum Fattinellum contra Laurentium Ianuenſem, cuius modū practicandi ponit Plot. de in lit. iurian. §. 3. in ſi duximus pro Laurentio contra Fattinellum pronunciandum ex infra dicendis.

1 Is † qui non vult ſubijci legis exercitio, legis præcepta ſeruare debet, vt nō. dicit Felin. in proe. Gregor. Rex pacificus, col. 1.

Cum igitur tam ciuili iure l. 1. §. ſed, & ſi quis. ff. de ope. no. nunciat. & capitu. 2. extra eod. quam lege
2 municipali, lib. 2. ca. 136. caueatur, quod facta nun-
a ciatione, & † Iudicis præcepto executo a non licet

amplius

amplius nunciato ædificare, ſed ab incepto opere ſuperſedere debeat. Iaffred. Lanfran. deciſione 496. merito d. Fattinellum in pœnam vtroque iure comminatam, & in præcepto contentam condemnauimus. Socin. in cap. intelleximus, num. 40. de ope. no. nun. vbi ponit alios effectus nunciationis, quia & legis, & ſtatutorum, atque Iudicis confirmata præcepta contemnens non expectata remiſſione interdicti, temere in proſecutione operis murandi conti-
3 nuauit, † fines præcepti excedens, ac etiam in contemptum Rotæ innouans l. 1. nil Inno. ap. pen. Couarru. pract. quæſt. cap. 23. num. 5. Herculan. de attenta. cap. 26. num. 5.

4 Quæ † demolitionis pœna in tantum procedit, vt & ſi poſtea conſtet nunciatum iuſte ædificaſſe, nõ debet illi damnum per nunciantem reſarciri. Quia non culpa nunciantis, ſed ſua temeritate id accidit qui ſpreta Iudicis auctoritate quaſi vim faciens. l. 1. §. & ſi contra. quod vi, aut clam culpoſe ac doloſe ædificauit, prout de communi opin. teſtando tradit Socin. Iun. in l. 1. nu. 278. de op. no. nun.

Magnum enim conſtat eſſe præceptum in lege,
5 † Reuerentiam obedientiamque iudicib. exhibendam. l. veluti de iuſti. & in l. ſi quis ex aliena deiudi. auctent. vt omnes obedi. & toto tit. ſi quis ius di. non obt. tradit Iaco. de Aren. in tract. de banni, num. 36. Et ideo non mirum ſi huiuſmodi temerarios auſus tali pœna refrenare iura conentur, cap.
6 1. diſtinct. 4. † cum effectus legis ſit præcipiendo, & & vetando homines facere meliores, vt dicit Domi. a Soto, in tract. de iuſtit. & iu. lib. 1. quæſtione 2. & ex his vtraque iuris auctoritate induxi prædictæ demolitioni locum eſſe declarauimus lib. 2. ſtat. cap. 136. & cap. 19. lib. 5. l. 1. de ope. nou. nunc. cap. 2. extra eo. tit.

Pronunciauimus præterea facta prius d. demo-
7 litione licere † eidem Fattinello proprium murum ad libitum altius tollere vulga. l. altius. C. de ſeruit. & aq. & ſic permittente ſtatuto lib. 2. capit. 134. &
8 229. † etiam ſi luminibus vicini officiatur dummo-
9 do † non animo nocendi nec ad æmulationem faciat d. l. altius. & l. cum eo de ſeruit. vrb. præd. Cephal. cod. tit. cap. 39. Coraſ. lib. 3. miſcella. cap. 11. nume. 3. Crau. conſil. 94. nume. 2. Betran. conſilio 29. 67. & 224. lib. 2. not. Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 3. caſu 156. num. 1. & num. 3. Bero. conſilio 135. lib. 3. num. 1. & num. 3. quia libertas domus depreſſæ nunquam præſcribitur, niſi fuerit prohibitum ab habente domum altiorem. Siluan. conſil. 1. nu. 158.

Nec obſtabat quatenus dicebatur de iam deciſis per Rotam in alia ſimili cauſa, quod ante ſolutionem appodij non competeret vicinio actio nec ius adhærendi muro vicini.

Quia ex quo conſtabat vſque ad ſigna in ſententia noſtra deſignata alias fuiſſe aliqua ædificia d. Fattinelli, & nuper collapſa, & diruta, non oportebat aliquid ſoluere pro adhærentia vſque ad d. ſigna,
10 quia † adhuc ius ſibi remanſit appodiandi etiam diruto ædificio, tex. eſt in l. hæc autem iura §. fin. de ſeruit. vrb. prædio. quem ibi multum commendat Caſtren. & aut. Cepol. in tit. de ſeruit. vrb. prædi. verſiculo.

& idem dicendum de domo, & tecto diruto in quibus idem ius remanet reparandi, & eadem domus
11 dicetur ex quo remanſit ſolum quod eſt † maxima pars domus ar. l. 1. §. ſi quis ædificium de op. nou. nu. & quod nor. Dec. in l. domum ſuam, de regul. iur.
12 vbi reficiens non dicitur de nouo facere, & † ſtatutum prohibens, quid fieri non habet locum in reficiente.

Nec obſt. aſſerta æmulatio, & animus nocendi luminibus (officii autem tunc dicitur quando prohibetur cœlum videri.) l. lumen, & l. ſi arborem. ff. de ſeruit. vrb. prædic. tradit Alben. conſilio 20. in fin. qui videbatur probari ex depoſitionibus teſtium d. Laurentij, quia de directo contrarium probaba-
13 tur per teſtes Fattinelli, quibus † magis erat credendum cum habeant pro ſe iuris præſumptionẽ. Spec. in tit. de diſpu. & allegatur. §. nunc videndum, verſ. etſi. Ioan. de An. conſil. 8. in cauſa, num. 33.

14 In dubio enim † animus nocendi non præſumitur. l. merito pro ſoci. Cranet. conſil. 7. num. 1. & maxime hic vbi ex nocumento luminum vicini ædificanti nulla paratur vtilitas, idem Cranet. conſil. 18. num. 22. & ſtante maxima vtilitate, quam capit ædificans omnis nocendi animus ceſſat. Iaſ. conſil. 92. mihi in 2. dubio lib. 1. Ro. conſ. 12. in fin.

15 Vltra † quod ſoleat lucro imputari, vbi quis uoluntatem ſuam adimplet, etiam ſi inde res ſua in deterius uergat. l. ſi. vbi gloſſ. nou. ff. de vſu. & habit. Corn. conſil. 51. col. 3. lib. 2. de Tiraq. de retr. conſa. in præfatio, num. 25. Neuiza. conſil. 40. numero 6. & 74. num. 13.

16 Nullus enim † dolo facere videtur qui ſuo iure vtitur l. nullus de regul. iur. l. Graccus. C. de adul.

17 Et † in propoſito de ædificante quod non præſumatur animo nocendi facere quando opus in ſuo fa-
b cit, licet alteri noceat b text. in l. fluminum. §. fin. de dam. infe. tradit Alci. de præſump. 3. reg. 25. præſumptio, &c.

ANNOTATIONES.

a Iudicis præcepto executo Id procedit ante comparitionem, ſed ſi nunciatus compareret in iudicio dictum præceptũ reſoluitur in vim ſimplicis citationis quoties in eo fuerit clauſula ſalutaris, videlicet ſi quis ſenſerit ſe grauatum comparear, &c. eſt communis opi. per Alex. in l. de pupillo. § meminiſſe. ff de oper. nou. nu. ad vias ampliationes, & limitationes, vide Iaſ. in l. nequicquam, nu. 5. & plurib. ſeq. ff. de offi. procon. Et de iure ſaltim poſt ſatiſdationẽ oblatam de demoliendo in euentu ſuccumbentiæ poteſt licet ædificare niſi nuncians comparendo non acceptaret, ſed vellet probare de iurib. ſuis per modo conſtat, modo agatur, quia tunc nunciatus nõ poteſt proſequi in opere, ſed debet ceſſare per tres menſes, alias iniuſte ædificat, & interim ædificatum erit demoliendum, eſt caſus in c. ſignificantibus iuncta glo. in ver. incontinenti, & in ver. interloquendo. & in ea. ti. extra de oper. non nunciat. & hæc eſt magis recepta opin. de qua teſtatur Menoch. de retinen. poſſeſſio. rem. 3. nu. 673. Quicquid dubitent Iaſ. & Ruyn. in l. 1. ff. de oper. no. nunc. Nos vero in ciuitate Vrbeuetana habemus ſtatutum ſub Rub. 56. li. 4. quo cauetur quod nullus poſſit prohiberi ædificare, niſi ſecundum iura, & ſpecialiter ſtatuit quod ſi quis ſecũdum iura fuerit ædificare prohibitus, nõ poſſit ædificare niſi præſtita ſatiſdatione de demoliendo ſi ſuccubuerit, vnde ex argumento a contrario ſenſu, quod & valet in ſtatutis. Bar. & doctor. in l. omnes populi. ff. de iuſtit. & iur. Corſett. ſing. 1. Alex. in l. ſi cum dotem circa finẽ principi. ff.

cip.ff.ſol. Matrim. Cępha.conſ.487.nu.45.cũ adductis per eũ, præſtita ſatiſdactione de demoliendo poterit nunciatus ædificare. Sed an poterit impediri per nunciantis non acceptationem dicentis, hodie conſtat, hodie agatur, vt ſupra mox diximus, pro affirmatiua facit, quod ſtatutum vult in hac nunciatione ſeruari iura, pro negatiua facit, quod iſta ſpecialis promiſſio debet interpretari, vt aliquid addat iure communi. Ideo cogita.

b Licet alteri noceat. Roland.conſ.12.nu.2.lib.2.& nume.31. declarat. An & quando quis poſſit ædificare prope ædes vicini nullo dimiſſo ſpatio, vide Simon. de Præt. conſ.73. num.21.

SVMMARIVM.

1 *Lapis angularis cuiuſcunque iudicij eſt iuriſdictio.*
2 *Iuriſdictio naturaliter apud principem eſt, & ab illo fluit refluitque.*
3 *Iuriſdictionis fines egredi non licet, & quicquid extra fit, nullum eſt.*
4 *Iudicatum non dicitur ab eo, qui ius dicendi non habet.*
5 *Quod minimum eſt ſequi debemus.*
7 *Sententia referens ſe expreſſe ad acta ſi non probetur, & iuſtificetur ex illis, eſt nulla ipſo iure.*
8 *Secus ſi ſimpliciter feratur abſque expreſſa relatione ad acta, quia etiam quod non iuſtificetur ex actis, valet tamen ipſo iure, licet appellari poſſit.*
9 *Iudex non tenetur applicare animum ſuum ad vnum genus probationis.*
10 *Non entis nullæ ſunt qualitates.*
11 *Legi ea dicũtur proprie, quæ oculis corporis leguntur.*
12 *Expreſſum dicitur illud, quod per relationem ad aliud fit.*
13 *Expreſſio, quæ fit per relationem an dicatur propria, vel ficta.*
14 *Statutum, quod ſcriptura propria manuſcripta habeat executionẽ paratam, procedit etiam ſcriptura manu alterius ſcripta, ſubſcripta tamen manu debitoris.*
15 *Ex qualitate exceſſus precij, vel rei cognoſcitur an dicatur permutatio, vel venditio.*
16 *Iudex non facit actus fruſtratorios.*
17 *Confeſſio exuberat omnes alias probationes.*
18 *Teſtes duo de veritate plene probant.*
19 *Iudex præſumitur velle ſuos actus regulare cum iure communi, vel municipali.*
20 *Iudex debet iuri acquieſcere.*
21 *Iudicis ſecura conſcientia non proprio pectore, ſed de ſinu legis.*
22 *Affinis in cauſa iniuriarum factarum affini non eſt idoneus teſtis.*
23 *Sententia conformis libello eſſe debet.*
24 *Superfluum potius tollerandum, quam quod indebite, quis officiatur.*
25 *Teſtes inhabiles fiunt habiles in his, quæ ſunt difficilis probationis.*
26 *Omnia de nocte facta dicantur difficilia probatu.*
27 *Teſte contra producentem plene probat.*
28 *Pœna ſtatuti non incurritur ceſſantibus qualitatibus d.ſtatuti.*
29 *Prouocatis iura ſubueniunt non prouocantibus.*
30 *Rixa, & metus inſtantis periculi ſunt peſſimi conſiliarij.*
31 *Spontanea partis confeſſio delicti, de quo aliter non conſtat, pęnam minuit.*
32 *Sponte confeſſus, quis dicitur.*
32 *Appellato licet ſperare reformationem ſententię virtute appellationis aduerſarij.*
34 *Pęna vbi venit mitiganda, tam in corpore, quam in pecuniaria procedit.*
35 *Pęna debet commenſurari delicto.*

ARGVMENTVM.

De intellectu, ca.57.lib 4.ſtatutorum Lucenſium.
Et de authoritate D.Maioris Sindici in reductione pœnarum.

DECISIO XXX.

LIBRO quarto ſtatutorum Lucenſis ciuitatis, capitu.57. datur maiori Sindico ius, & facultas reducendi, & declarandi omnes ſententias criminales, an ſint minori pœna latę, quam per ſtatuta diſponatur.

Quæ auctoritas reducendi, fuit alias publico decreto de anno 1565. edito declarata his verbis videlicet. *Che il detto ſtatuto 57. habbi luogo ſolamente, & in quei caſi, che per la ſemplice lettura della ſententia, & di ſtatuti conſtaſſe che il Signor Podeſtà haueſſe condennato in più ò in meno che per ſtatuti ſi diſponeſſe. Talmente che auanti il detto Signor Sindico non ſi poſſi venire a giuſtificatione alcuna di qualità, che ſi aſſeriſſero vere ò non vere ſi pretendeſſero, ò di altre proue, & demonſtrationi. Eccetto ſe ſi voleſſe prouare la minorità, ò ciuilità.*

Alio ſtatuto eod. lib.4. capitu.145. cauetur de pœna ciuis ciuem vulnerantis, quæ pœna reperitur duplicata per ſubſequens decretum 1544. Rurſus capit.164. eiuſdem libri habetur de pœna facientis plures percuſſiones vnico ictu, quod ſi delinquens de pluribus percuſſionibus puniatur modo, & forma ibi traditis.

Extant etiam, & alia ſtatuta de duplicatione pœnarum ſi de nocte delicta committantur 1239. & de ſoluendo quarto pluri, ſi pęna infra 10. dies non ſoluatur, capit.60. eod. lib.4. repetita per decretum .1654. & de beneficio confeſſionis pro quarta parte pœnę minuenda.

Cum quibus ſtatutis, & decretis pœnarum reductio regulatur. His præmiſſis fuit coram M.D.P. inquiſitus Paulinus Antonij de Caſtillione ciuis Lucenſis de tribus vulneribus illatis in perſonam Aſcanij Ciuffarini ſimiliter ciuis Lucenſis in faciem, & noctis tempore, & facta per eum reſpõſione in forma confeſſus eſt de vnico vulnere tantum negatis cęteris contentis in d. inquiſitione, & fabricato ſubinde proceſſu, tandem D. Poteſtas admiſſis benefi-

cijs

Digitized by Google

eiꝯ confeſſionis, & computato quarto pluri eum
condemnauit in libris 843. Attenta eius confeſ-
ſione, & dictis teſtium. Hæc ſunt verba ſenten-
tiæ, &c.

Ab huiuſmodi condemnatione fuit petita redu-
ctio ad D. Maiorem Sindicum pro parte Paulini,
qui reduxit ad libras 350. Fiſcus ob id ſentiens ſe
grauatum & a ſententia appellauit tanquam conti
neret tacitam abſolutionem maioris pœnæ tam re-
ſpectu pecuniariæ multæ quam exilij. Et a dicta re-
ductione recurrit, dicens de nullitate reductionis,
ex defectu iuriſdictionis dicti D. Maioris Sindici
cui nullam aliam auctoritatem circa præmiſſa fore
conceſſam, dicebat quam calculandi, & calculi erro-
rem reuidendi ſi quis eſſet in d. ſententijs, & ſic po-
tius in facto ſupplendi, quam in iure errata D. Pote
ſtatis emendandi veluti ſi quis pro vno vulnere cu-
ius pœna eſſet centum condemnaretur in centum,
& triginta, tali caſu D. Sindicus iudex poteſt reduce
re d. pœnam ad centum, ſi ita viderit erratum factis
debitis duplicationibus, & admiſſis admittendis be
neficijs, & in hoc verſatur proprie auctoritas ſupra
dicta D. Sindico conceſſa. Cæterum ſi D. Poteſtas
condemnat aliquem pro tribus vulneribus, qui iu-
ſte de vno tñ condemnari debuit, tunc dicebatur
D. Sindico ius non competere rationem habere de
vno vlnere, & ſuper eo reductionem facere, & ſic
circa merita ſententiam D. Poteſtatis reformare.
Nam alias fruſtra eſſet erectum auditorium Rotæ
ſi vnius iudicio tantum in reformandis ſententijs
ſtandum eſſet.

Cum igitur ex lectura, & ſententiæ ob quantita-
tem pœnę pecuniariæ in ea expreſſam librarũ 843.
quæ pœna magis eſt proportionata ad plura, quam
ad vnum vulnus computatis computandis, conſtet
D. Prætorẽ de tribus vulnerib. ſenſiſſe iuxta tenorẽ
inquiſitionis, partes D. Sindici erant ſuper tribus
vulneribus reuiſionis auctoritatem exercere, nõ au
tem dictæ ſententiæ merita tangendo, illam refor-
mando ad vnum vulnus reſtringere.

Et propterea dicebatur, quod ſtante auctoritate
D. Sindici limitata debuit illa intra ſuos fines con-
tineri, & non extra vagari, quia vt dicit Sebaſt. Van-
ti. in tract. nullit. in titu. de mo. viden. pro. num. 1.
1 † baſis & angularis lapis cuiuſcunque iudicij eſt ip-
2 ſa iuriſdictio, quæ † cum naturaliter penes princi-
pem ſit, ab eoque veluti fonte per reſcripta, & con-
ceſſiones fluat, & ad eundem per appellationem,
querelam & nullitatem refluat, teſte Bald. in cap. 1.
§. adhæc colum. 2. de pace iur. fir. Alex. conſ. 23. pon-
deratis. lib. 5. prout unicuique conceſſa eſt, ſic exer-
3 ceri debet. alias † nullitatis uitio inſanabili ſubiacet
quicquid extra eius fines fit toto tit. ſi a non comp.
4 iud. &c. † Iudicatum enim dici non poteſt ab eo qui
ius dicendi non habet. l. 1. §. fin. ad Tertull. 1. §. hęc
autem uerba. ff. quod quiſque iur.

Verum contra prædicta non improbabiliter con
ſideratur neceſſe fuiſſe D. Sindicum de meritis, &
ſubſtantialibus d. ſententię deguſtare. Nam lectura
ſententiæ non exprimit vulnerum quantitatẽ, pro
quibus reum punitet, ſed de hoc ſe refert ad confeſ-
ſionem, & dicta teſtium. Vnde an petita reductio eſ
ſet facienda habito reſpectu ad vnum vel plura, id
oportebat ex teſtiũ depoſitione relata deprome-
re. Qui teſtes cum inter ſe conflictum facerent ſuper
depoſitione vulnerum, alijs. n. de trib. alijs de vno
affirmantib. iuſtam cãm præbuiſſe videntur D. Sin-
dico ſuper vnico vulnere reductionem faciendi, &
ita declarandi d. ſniam relatiuam ad teſtes conflictũ
facientes cum in obſcuris maxime in pœnalib. † qđ
5 minimum eſt ſequimur. l. ſemper in obſcuris de reg.
iur. l. ſemper in ambiguis. ff. eo. l. ſi præſes. l. interpre-
tatione. ff. de pen. tradit Natta, conſi. 346. col. fin. &
Menoch. de arbi. 1. q. 85.
7 Vbi enim † Iudex pronunciando ſe refert ad acta
probatoria, ſi de ſententia dubitetur oportet omni-
no acta introſpicere propter ipſam relationem, quia
8 relatum eſt in referente iurib. vulgarib. † Secus au-
tem ſi ſimpliciter, & abſq; aliqua relatione ad pro-
ceſſum feratur ſententia, quia tunc etiam ſi ex actis
probatorijs non ſubſiſtat talis ſententia, valet tamẽ
ipſo iure licet appellatione reſcindatur, & eſt ratio,
9 † quia Iudex qui ad vnum genus probationis ani-
mum ſuum applicare non tenetur, ſecundum Rim.
Iun. conſi. 39. num. 4. potuit ſe mouere adita iudi-
candum ex alijs cauſis extra acta deductis, & proba
tis veluti confeſſionib. & ſimilib. coram eo factis,
vt no. Dec. con. 233. nu. 6. & 275. col. pen. Affli. de-
ciſ. 28. & 47. Crauet. conſ. 198. Tiraq. ad leges con-
nubia. gl. 7. nu. 184. nouiſſime teſtando de commu-
ni opi. Burſa. conſi. 99. nu. 28.

Sed iterum in præmiſſis maior oriebatur difficul
tas, quia d. decretum declaratorium loquitur limi-
tate in caſu quo ex ſimplici ſnię, & ſtatutorũ lectu-
ra apparet de exceſſu pœnæ pecuniarię. Hoc autem
ſimplex lectura non aperit, quia iudex nõ exprimit
vulneratum quantitatem de quibus punire intende
bat. Et quod non legitur tanquam non ens reductio
10 nis qualitatem non recipit, † quia non entium nul
læ ſunt partes. l. eius, ſi cer. pet. c. ad diſſoluendum de
ſponſa. Pariſ. cõſ. 25. nu. 28. lib. 1. & conſ. 3. nu. 5. lib.
11 4. legi † autem ea tantum dicuntur, quæ oculis cor
poris legũtur. l. 1. ff. de his, quæ in teſta. delent. Bar.
ba. conſi. 28. in fi. lib. 2. tradit Boer. deciſ. 1. nu. 55. &
ex his uidebatur dicendum Dominum Sindicũ de-
buiſſe ſubſiſtere, & ſe abſtinere potius quam in du-
bia re, dubiam auctoritatem, & incertam iuriſdictio
nem exercere, quia caſus iſte non cadebat ſub iuriſ-
dictione ſibi conceſſa in caſu ſimplicis lecturæ, ſed
in caſu mixtæ.

His tñ ſic proxime perpenſis replicari poſſe vide-
batur ſatis aperte, & expreſſe cõſtare, & legi in ſnia
de qua quantitate vulnerum intellexerit Iudex dũ
ſe ad aliud expreſſum refert, videlicet, ad confeſſio-
12 nem, & dicta teſtium. Nam † expreſſum dř, id qđ
per relationem ad aliud fit, vt not. Bar. & alij maxi-
me Ripa. in l. ait prætor. §. 1. de re iudic. cum con-
cordantibus ſignatis per Tiraq; in præcitata gloſ. 7.
13 nu. 182. Quæ expreſſio relatiua † in caſu iſto pro-
pria, & vera expreſſio, & vera lectura dici debet, &
ſufficiens ad ſatisfaciendum formę requiſitæ a d. de
creto declaratorio iuxta magiſtralẽ diſtinctionem.

Ruy.

Digitized by Google

Ruy. in l.Gallus,§.&,quid ſi tantũ,de lib.& poſthu.
Vbi ſtante illa cõtrouerſia Doctorum an expreſſio,
quæ fit per relationem,dicatur proprie,vel ficte fie-
ri, ita quod per eam ſatisfiat ſtatutis, & alijs mate-
rijs ſtricte interpretandis,& formæ a lege requiſitæ,
diſtinguit triplicem eſſe expreſſionem per relatio-
nem, vna generalis, & hæc impropria, & ficta, alia
ſpecialis, alia ſingularis, & has duas veras & pro-
prias expreſſiones eſſe cõcludit aptas ad ſatisfacien
dũ ſtatutis,& materijs quantumcunq; ſtricte acci-
piendis,& interpretandis,vnde cum in caſu iſto re-
latio ſenteutiæ non ſit generalis ad proceſſum, ſed
ſpecialis ad teſtes,& ſingularis ad confeſſionem in-
quiſiti,vere & proprie ſatisfactum eſſe dicebatur d.
decreto lecturam ſimplicem requirenti, vt in ſen-
tentia dicatur expreſſum,quod ui relatis confeſſio-
ne,& teſtibus continetur.

Quod comprobatur propter notabile dictũ An-
gel. in l.pluribus. in prin.de verb. oblig. vbi,ſtante
ſtatuto, quod ſcriptura manu propria ſcripta ha-
14 beat executionem paratam,†procedit etiam in ſcri
ptura manu alterius ſcripta, ſubſcripta tamen ma-
nu debitoris propter relationem ſubſcriptionis ad
præcedẽtia, idem tradit Ang.in l.ſi ita ſtipulatus,§.
Chriſogonus,vbi Imo.Ale.& Franc. de Aret.ff.eod.

Hæ & aliæ multæ conſulto omiſſæ breuitatis cau
ſa difficultates nõ parum,nos torquebant,ita quod
& nos neceſſitate quadam coacti ad viſitationem
proceſſus impulſi fuimus,vt illius vẽtris inſpectio-
ne conijcere valeremus,quid proprius in d.ſenten-
tia contineretur.

Et eo bene viſo adhuc videbatur D. Prętorem de
tribus vulneribus ſenſiſſe,quod ex pluribus nõ ob-
ſcure colligi apparebat.

Primò ex quantitate librarum 843.quæ eſt pro-
portionabilis pœna ad plura vulnera & longe exce-
dens pœnam vnius, & ſic ſtante iſto notabiliſſimo
exceſſu reſpectu vnius vulneris, datur intelligi de
pluribus vulneribus in ſententiam actum, arg.no-
tatorum per Couar.lib.2.variar.reſol.c.4.nu.8.vbi
15 ex communi opi.dicit ad† cognoſcendum an quid
ſit venditum,vel permutatum id ex maioritate pre
a tij vel rei deprehenditur. a

Secundò ex conformitate ſententię,quam ad li-
bellum, & inquiſitionẽ habere debet iuribus vulg.
& in inquiſitione de tribus narratur,merito,&c.

Tertiò ratione ſuperfluitatis vitãdæ,quia ſenten
16 tia nihil otioſum continere debet,& † Iudex nõ fa
cit actus fruſtratorios. Iaſ.in l.1.col.1.de offic.aſſeſ-
ſo. Nam ſi de vnico vulnere iudex ſentire voluiſſet
fruſtra,ſe ad teſtes retuliſſet,quia de vnico habebat
17 confeſſionem rei, † quæ confeſſio eſt ſuperlatiua,
exuberans omnes alias probationes, & non indi-
gens adminiculo teſtium. Pariſ.conſ.72.num.12.
lib.3.Crauet.conſ.61.nu.3.

Quartò quia de tribus vulneribus aderant in
proceſſu duo teſtes de veritate,qui rixæ fuerũt prę-
ſentes, qui iuxta vulgares traditiones plene pro-
18 bant, † in ore duorum, vel trium, &c.cap.licet de
teſtib.l.vbi de teſtib.

Sed tamen his quoque oportuna ſatis ſeſe offe-
rebat reſponſio.Nam cum de coniecturanda inten-
tione D.Iudicis tractetur, præſumendũ erat,quod
D.Prætor vir conſultiſſimus,& alioquin in foro,&
19 iudicandi munere verſatus † uoluerit ſe conforma
re cum diſpoſitione iuris, & actus ſuos ſecundum
legis tramites ordinare can.iudicet 3.quęſt.7.& di-
cit not.Natta,conſil.6.num.7.& ſequen.& conſil.
354.num.7 & conſ.143.vertitur,num.9.quod iu-
20 dex † debet iuri acquieſcere, & quod †,ſecura con
21 ſcientia non de proprio ſinu ac pectore proficiſci
debet, ſed de vtero, & ſinu legis, legis autem ratio
dictat nos fauorabiliores eſſe debere reis, quã acto-
ribus,& quod in dubijs minimum ſequamur,quod
minor pœna eligatur, & quod proniores ſimus ad
abſoluendum,quam ad condemnandum. Et quod
ſtante teſtium conflictu ad quos ſe retulit D.Iudex
de vnico vulnere,dicendum foret Iudicem in mitio
rem partem inclinantem de vno tantum intellexiſ
ſe. Non obſtante quantitate illa 843.librarum ex-
preſſa ad vnum vulnus,non applicabili immo lon-
ge inconuenienti,& toto cœlo errante,quia in hoc
cadere potuit error calculandi pęnam propter mul
tiplicationes, & varietates ſtatutorum præmiſſorũ,
& ideo reductio melioris calculi fuit petita.

Neq; obſtare,videri poſſent teſtes duo de verita-
te Leonardus,& Cęſar.Quia dici poteſt horum neu
trum probare,cum iſte ſit clericus, & corã Vicario
parte non citata examinatus,neque legitime repeti
tus,& omnino ex forma ſtatuti,lib.4.cap.46.in fin.
a teſtificando in criminalib.reiectus,ille autem du-
plici morbo laboret, & quia ſocius offenſi tempore.
22 illatæ iniuriæ perſonalis,† & affinis ſecũdo gradu,
& ſic de iure nõ receptibilis neque idoneus ad Bar
in l.lex Cornelia verſic.& per hoc.ff.de iniur.Alex.
conſil.24.num.19.lib.2.Pariſ.conſ.152.lib.4.cum
concordan. ſignatis per Anto. Gabr.lib.1.de teſtib
concluſ.13.num.19. Tiraquel. de temp.pen. cauſa
51.nu.70.& propterea præſumendum eſt Iudicem
ad iſtos nõn habuiſſe reſpectum tanquam de iure
repulſabiles.

Minus etiam refragari uidebatur aſſerta confor
mitas habenda a ſententia ad libellum, & inquiſi-
tionem, quia etiã ſi de uno vulnere ſentiat,dicitur
23 correſpõdere libello, † nam proportio ſententię ad
libellum conſideratur,ne ſententia ſequatur ſuper
alia re quam fuerit petitũ,non autem, quod ſequi
debeat ſententia ſuper omnibus petitis tiã ex actis,
& probatis regulatur.

Et ad perpẽſam ſuperfluitatem dici poterat eam
24 potius † tolerandam eſſe, quam quod quis inde-
bite damnum patiatur, Craue.conſil.70.num.9.&
127.numero 8.& ex communi opin. Viui.in verbo
ſtatuta potius car.202.in paruis prout pati dici poſ
ſet inquiſitus ſi daretur, quod eſſet probatum de
tribus vulneribus cum vere,& concludenter id nõ
probetur, & iudex non præſumatur ſenſiſſe contra
iuris regulas.

Sed his non obſtantibus, pro fiſco adhuc non e-
rat diſperata victoria,quia attenta qualitate delicti
25 de nocte facti potuit † etiam dictis teſtibus proba-
bilem fidem adhibere, & credere iure ſic dictante,

quia

26 quia in † hiſquę ſunt probatu difficilia, vt eſt ma-
leficium nocturnum ad Gramma. in conſil. 1. nu. 1.
& cóſ. 17. nu. 5. Menoc. de arb. li. 2. cent. 2. caſu 116.
num. 14. teſtes alias inhabiles recipiuntur, & pro-
bant cap. veniens de teſtibus. Lap. alleg. 94. cũ con-
cordant. per Ant. Gab. lib. 1. de teſtib. conclu. 7.
Accedebat etiam quod plerique teſtes a Paulino
inducti de pluribus ſigoıs deponebant, licet vnico
ictu intelligant quos teſtes contra producentem,
27 † probare non ignoti iuris eſt. Rom. conſ. 104. in fi.
Et iſta erant quæ materiam recurſus reſpiciebant.
Cæterum quoad appellationem Fiſcus conquę
rebatur de iniuſtitia eo quod prætor omiſerit con-
demnare inquiſitum in pœnis exilij propter deli-
ctum de nocte commiſſum, & ob nó ſeruatam ob-
ſeruantiam, nec non propter non factas debitas du
plicationes pœnarum.
Replicabatur pro parte inquiſiti quod citra iniu
riam aliter prętor facere minime potuiſſet circa pę-
ná exilij. Nam decreta, & ſtatuta in materia loquen
tia requirunt dolum, appenſamentum, & genus ar
morum prohibitũ, & quod quis ſit rixæ inceptor,
Quæ omnia hic deſiderari videbantur quippe
cum delictum ſit commiſſum cum cultello ſiue cu
ſpide debitam formam non excedente a prouoca-
to potius quá prouocante, & in rixa doli, & appen-
ſamenti excluſiua merito non potuit exilij pœna
condemnari prout non fuit iuræ merito condem-
28 natus † cũ ceſſet concurſus qualitatum a ſtatuto, &
decretis requiſitarum ſecundum Ioan. And. in cap.
2. de homi. in 6. quem communiter approbari teſta
tur Clar. in pra. crim. §. in q. 85. verſic. vti agitur.
29 Prouocatus enim iura † ſubueniũt. Crauet. con-
ſil. 2. num. 23. & iudex ex officio illi pęnam mi-
nuit. Bald. in cap. 1. de iureiur. Bart. in l. 2. de ex-
cept. Gramma. deciſ. 37. Tiraquel. de pe. mitiga.
cauſa prima.
30 Et rixa †, & inſtantis periculi metus dicuntur
eſſe peſſimi conſiliarij, plenitudinem intellectus, &
deliberandi animum auferentes. Bald. cap. 1. de pa-
ce iura. firm. in fin.
Accedebat etiam quod de delicto non aliter con
ſtabat quam per confeſſionem ſpontaneam inqui-
ſiti, per quam cum Fiſcus releuetur ab onere pro-
bandi, non erat mirum ſi iudex ordinariam pœ-
nam exilij omittendo ſic arbitratus ſit, prout etiá
facere debuiſſet in alia pœna illam ad mitiorem
perducendo.
31 Vbi enim † de delicto aliter non conſtat, quam
partis ſpontanea confeſſione ab ordinaria illius de-
licti pœna receditur. Angel. conſil. 2. quidam Cra-
uet. conſil. 11. num. 20. Tiraquel. plene de pen. mi-
tiga. cauſa 30. Natta conſilio 254. inquiſitus in fin.
Boſsi. de confeſ. num. 20.
32 Sponte autem confeſſus † dicitur etiam is qui
ad iudicium tractus confitetur dummodo ſtatim
confiteatur. Bald. in l. ea quæ, q. 11. C. de cond.
indebit.
Fuit tandem per nos concluſum attenta quali-
tate armorum non prohibitorum, rixa, ſpontanea
confeſſione cæteriſque ad defenſam rei non im-
portune allegatis ac ſtante appellatione Fiſci a pœ-
na pecuniaria, quæ in ea parte quoque adeo nego-
33 cium deuoluit, vt etiam appellatio liceret † refor-
mationem ſententiæ ſeparare, iuxta tradita in l. am
pliorem, C. de appella. & c. 22. li. 5. ſtatu. quod d. in-
quiſitus debuiſſet in longe mitiori pęna etiam pe-
cuniaria condemnari, quam condemnatus fuerit,
Nam cum verſaremur in caſu quo non ordina-
ria pęna imponi potuerit ſtante defectu dict. qua-
litatum iudex prout inclinauit, & bene ad abſolu-
tionem exilij, ita etiam debebat pecuniariam pœ-
nam moderare.
34 Vtraque † enim pęna in ſimilibus, & corporalis,
& pecuniaria eſt mollienda, vt per Caſt. conſ. 192.
lib. 2. Gramma, deciſ. 42. nu. 14. cum concordantib.
per Montı. in pra. cri. q. 11. num. 21.
Et ex his diximus bene, vel male iudicatum, be-
ne, vel male reductionem factam, arbitrantes pœ-
35 nam per nos taxatam in ſententia ſatis delicto † fo
re commenſuratam, l. pædius. de incen. rui. & na. l.
reſpiciendum, de pen. Ceph. conſil. 59. in hac, num.
37. Menoch. de arb. lib. 2. q. 90. nu. 38.
Nota quod Maior Syndicus, qui reduxit, erat v-
nus ex trib. iudicib. Rotę, cuius loco ſubrogatus ex-
titit D. Iudex primarum inſtantiarum in hac appel
lationis, & recurſus cauſa iudicaturus, qui a nobis
diſſenſit, cuius animi motiua, inter alias ſuas locu-
brationes in ſuo iudicandi munere factas, quas vt
audio editurus eſt, apparebunt.

ANNOTATIONES.

1 Deprehenditur. Roland. conſil. 13. num. 14 & conſil. 50. nu-
46. lib. 3. Et alias pretij quãtitas declarat contractum. De-
cian. conſ. 44 num. 14. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 Pactum reſeruatiuum dominij in venditionibus adie
ctum, an valeat, num. 9.
2 Natura venditionis eſt ſi vendens dominus ſit, tranſ-
ferre dominium in emptorem, ſin minus vſucapien
di conditionem.
3 In dubio pro validitate actus fit interpretatio.
4 Donatio, quę liberam teſtandi facultatem auferat, non
valet.
5 In contractibus bonę fidei nõ eſt locus pęnitẽtię, nu. 12.
6 Mora ſine interpellatione non incurritur.
7 Clauſula conſtituti operatur, quod conſtituens alterĩ
vendere non poteſt.
8 Extrema neceſſaria probatu ĩ materia ſpolij, quę ſint.
9 Pactũ dominij reſeruatiuum tacite ineſt in vẽditione.
10 Reſeruatio dominij donec pretium ſoluatur, facit con-
ditionalem contractum.
11 Lapſus termini inducit tacitam renunciationem.
12 In contractu nominato, licet pęnitere non ſecuta exe-
cutione.
13 Executio contractus nominati, quando facta dicatur.
14 Actus quãdoque occultatur, vt breui manu, quid fiat.
15 Titulus ſufficit ſine noua traditione ei, qui alias ſit in
poſſeſſione.

16 Penſio

16 *Penſio dum currit non poteſt conſiderari negligentia, non petentis pretium.*
17 *Action. perſonali quanto tempore præſcribatur.*
18 *Præſcriptionis exceptio debet allegari.*
19 *Depoſitum debet eſſe liberum.*
20 *Mora intra quantum tempus purgetur, arbitrio iudicis reſidet.*
21 *Terminus conuentionalis, inceptus cum maiori currit etiam minori ſine ſpe reſtitutionis ex capite minoritatis.*
22 *Aduerſus præſcriptionem 20. vel 30. annorum ex capite ignorantiæ datur reſtitutio indifferenter.*
23 *Reſtitutio in integrum peti debet.*
24 *Reſtitutio in integrum cauſæ cognitionem requirit.*
25 *Reſtitutio in integrum non petenti, non datur nec quidem minori.*
26 *Reſtitutio quando dicatur petita tanquam præambulum neceſſarium.*
27 *Reſtitutio in integrum minoris eſt fauorabilior qualibet alia reſtitutione.*
28 *Læſio eſt cauſa immediata reſtitutionis in integrum.*
29 *Qualitas temporis eſt probanda ab eo, qui in ea ſe fundet.*
30 *Dictio, tantum, diuidit qualitatem a ſubiecto, & negat reſiduum.*
31 *Confeſſio non refertur ad qualitates facti.*
32 *Statutum Lucanum, lib. 4. c. 89. quomodo procedat.*
33 *Habita fides de pretio quando dicatur.*
34 *Conſtitutum dicitur ſequela contractus.*
35 *Conſtitutum conditionale expirat conditione non impleta.*
36 *Conductori competit remedium can. reintegranda.*
37 *Inſtrumentum publicum cui nihil ſit oppoſitũ probat.*
38 *Petitorium abſorbet poſſeſſorium.*
39 *Dominium eſt ſuffocatiuum omnium aliorum iurium minoris potentiæ, vt eſt poſſeſſio.*

ARGVMENTVM.

De pacto reſeruatiuo dominij in venditionis contractu adiecto.

DECISIO XXXI.

IOANNES Luciani de anno 1546. vendidit domum Ioanni Marci pro certo pretio intra triennium ſoluendo cum reſeruatione dominij, donec integraliter ſolutum fuerit, & quod interim loco affictus ſeu penſionis emptor ſoluere teneretur ſtaria tria grani quolibet anno.

Elapſo quinquennio, & pretio non ſoluto idem Ioannes venditor, & locator reſpectiue, eandem domum vendidit cuidam Tognino, qui ſoluto pretio corporalem poſſeſſionem adeptus eſt.

Succeſſiue D. Catherina ſoror Ioannis primi emptoris amitaque, & hæres Ioannis iunioris poſthumi de anno 1574. & ſic elapſis 23. annis facto actuali depoſito dicti pretij egit remedio recuperandæ poſſeſſionis aduerſus, ſecundum emptorem.

Quæ tandem cum ſuccubuerit, ad nos prouocauit plura deducendo ad ſui fauorem.

Reuocabat enim in primis in dubium validitatẽ
1 dicti pacti reſeruatiui, † quod pro nõ adiecto haberi debere aſſerebat. Nam vendens cum hac reſerua-
a tione a videtur quodãmodo implicare cõtradictionem volentis vendere, & non vendere, natura enim
2 huius contractus eſt, quod vendens ſi eſt dominus, transfert dñium in emptorẽ, ſin minus vſucapiendi conditionẽ. l. empto. de actio. empt. tradit Fabi. de Monte. in tract. temp. & vẽd. q. 5. nu. 33. Meno. cõſ. 37. nu. 12. Modo dicere vendo tibi, ſed nolo efficiaris dominus, nihil aliud eſſe videtur quam remouendo ſubſtantialia contractus profiteri rẽ haberi velle pro nõ vendita, l. cum manu Sata. §. fi. ff de contra-
3 hend. empt. Et faciendo † interpretationem pro validitate actus, vt in dubio ſemper fieri debet, l. quoties, ff. de rub. dub. Alcia. 34. præſump. 3. reg. videbatur dicendum tale pactum haberi pro nõ appoſito perinde, ac ſi pure res vendita eſſet, arg. notatorum per Caſtrenſ. conſ. 71. ad primum lib. 2. vbi in donatione omnium bonorum præſentium, & futurorũ vxori facta cum pacto de non reuocando, determinat hoc pactũ haberi pro non appoſito ex eo, quod
4 faciebat valere donationem inter viuos, & ſic † priuabat donantem facultate teſtandi, quod improbatur à iure. Iaſ. in l. ſtipulatio, hoc modo concepta, de verbo. oblig. Iul. Clar. in §. donatio. q. 19.

Qua ſtante venditione ſic pure intellecta ſequebatur non licuiſſe Ioanni alteri vendere, & ſi de pre-
5 tio non eſſet ſatisfactus, quia † in contractibus bonæ fidei non eſt locus pœnitentiæ, l. cum proponas, la 2. vbi Curt. iun. & ſcribent. C. de pact. ex empto enim pretium peti debuiſſet, non autem ad rem redire. l. empti fides, C. de contrah. empt. Natt. in cõſ. 171. num. 1. quod etiam videbatur de mente ſtatuti, lib. 4 cap. 89.

Et licet ex tanto temporis curſu pretium iuris præſumptione ſolutum dici potuiſſet, ex abundãti tamen depoſuit actrix, quæ de tarditate argui non debet, cum tanquam hęres iuſtam ignorantiæ cauſam haberet, l. qui in alterius de reg. iur. & vt nun-
6 quã interpellata † non videbatur eſſe in mora conſtituta. l. ſi ex legati cauſa cum ibi nota, ff. de verb. oblig. Ruy. conſ. 152. num. 16. & 232. num. 3. lib. 1.

Aderat etiam pro actrice clauſula conſtituti, quę
7 inter alia † operatur, ne conſtituens alteri vendere poſſit. l. Tiraq. de conſtit. poſſeſ. in 1. par. num. 31. & in 16. limit.

Et cum probaſſet requiſita in materia ſpolij ne-
8 ceſſaria, videlicet † ipſius antiquiorem, & rei conuenti iuniorem poſſeſſionem. Soc. in l. rem quæ nobis, q. 7. de acq. poſſeſſ. cum concord. per Menoc. de recu. poſſ. in prælu. nu. 63. & 15. remed. nu. 402. & in conſ. 104. nu. 63. ideo contendebã ad ſui fauorẽ pronunciari bene appellatum, & male iudicatum.

Ex aduerſo dicebatur pactum hoc dominij reſer-
9 uatiuum valere, naturæque contractus emptionis conuenire, † taciteq; ineſſe, vt not. Fab. de monte in d. tract. emp. & vend. q. 5. num. 37. de quo tanto

minus dubitādum eſt cum interim donec ſortiatur
effectum venditio per ſolutionem pretij, tranſijt in
alium contractū aſſumendo naturam locationis ad
no. per Affl. deciſ. 338. & per Tiraq. de retra. conſa.
§. 1. gl. 2. nu. 54. & 56. & tradit Rim. conſ. 177. lib. 1.
& conſ. 318. nu. 19. lib. 2. firmans in terminis huius
pacti citra labem vſurarum interim de mercede lo-
co penſionis paciſci poſſe, quicquid de hac mercede
contra ſenſerit. Dec. in conſil. 119. late Rim. Senior.
conſil. 318. nu. 19. & ſeq.

10 Quæ dominij reſeruatio cum † faciat venditio-
nem conditionalem, quemadmodum oſtendit di-
ctio donec in inſtrumento appoſita conditionē im
portās, vt no. Bal. in l. 1. in princ. C. de lega. & in ter-
minis, quod talis venditio ſit conditionalis, non au-
tem pura, decidit Abba. in conſ. 66. col. 1. & fi. lib. 1.
ſequitur Aemil. in conſ. 120. præſupponitur, nu. 3.
elapſo triennio ad ſoluendū pretium præfixo, & ſic
conditione non impleta, venditor penes quem ſem
per dominium ſtetit potuit rem nemini amplius ob
noxiam cuicunque libere alienare. l. in re mādata,
11 C. manda. quia † lapſus termini inducit tacitam re
nunciationē Odof. Nicol. Matare. & horum autho-
ritate Bal. in l. 2. q. 8. C. de reſciu. ven. cum plene tra
ditis per Tiraq. de retr. conuentio. §. 1. gl. 2. nu. 43.
cum multis ſeq.

Nec obſt. quod in contractibus bonæ fidei non
12 detur pœnitentia, quia † locum habet in cōtractu
perfecto, & cuius executio ſit ſubſecuta alias pœni-
tere licebit, & frangenti fidem, fides frangetur eidē
vt declarat Bal. in l. ciuile. C. de rei vend. Riminal.
iun. conſ. 9. num. 5. & egregie Franciſc. Becci. in con
ſil. 45. num. 31. qui etiam, num. 33. dicit licere pœ-
nitere, quando quod non eſt ſeruatum, ſit cauſa
finalis.

Et in terminis dicit Caſtrenſ. in l. Iulianus, §. of-
ferri, num. 5. de actio. emptio. & Fabi. de monte de
empt. & vend. q. 3. nu. 5. quod non ſoluente primo
emptore pretium debito tempore licebit impune
alteri vendere, refert, & ſequitur Plot. de in lit. iurā.
§. 4. nu. 60.

Nec obſtat, ſi replicetur huius contractus execu
tionem ſubſecutam, & ſic non pœnitendum (execu
13 tio † enim huiuſmodi contractus dicitur facta per
rei traditionem, vt no. Rim. & Becci. vbi infra.)

Quia in iſto caſu res fuit tradita ex titulo locatio
nis, quæ ſtatim vires aſſumpſit, non autē titulo ven
ditionis, cuius effectus a futura ſolutione pretij de-
pendebat, quam traditionem ante ſolutionem ven
ditor non tenebatur facere, ſicuti nec emptor ante
tempus præfixum pretium ſoluere, prout determi-
nat Abb. d. conſil. 66. nu. 2.

Minus ēt facit in contrarium dec. Affl. 280. qui
loquitur in caſu longe diuerſo, nā ibi fuerunt ven-
ditæ res mobiles, hic autem res immobilis, quæ cū
eſſet penes emptorē alio tñ titulo, videlicet, locatio
nis, non egebat alia oblatione per venditorē facien
14 da, ſed facta ſolutione ꝑtij † fingebatur breui ma-
nu reſtituta, & in titulū venditionis retro tradita ꝑ
occultationem actuum, vt per Bart. & alios, in l. ſin
gularia, ff. ſi cert. pet. l. 3. §. fi. de dona. int. vi. & vxo.

15 Etenim qui in poſſeſſione ſit † ſufficit titulus ſi-
ne noua traditione Bald. in l. quædam mulier. ff.
de rei vend. Rota. Bono deciſ. 32. num. 21. Præterea
Afflict. non negat pœnitentis contractum valere,
ſed de intereſſe affirmat.

Parui etiam refert præſumpta ſolutio pretij eſt
curſu temporis quaſi ei ſit præſcriptum, quia cōpu
tato tempore authorum ipſius actricis domus non
fuit per eos poſſeſſa vltra quinquennium, & illo in
16 terim penſio currebat † vnde non poteſt cōſidera-
ri negligentia non petentis pretium ad no. per Rog
17 geri. de præſcript. cap. 3. ſub nu. 5. & † actioni per-
ſonali non præſcribitur minori ſpatio 30. annorum
l. omnes, C. de præſcript. 30. ann. vel 10. inter præſen
tes aut 20. inter abſentes ex forma ſtatuti. Vltra
18 † quod exceptio ſtatutaria non fuit in proceſſu al-
b legata, nec deducta, vt allegari debuiſſet, b l. non vi-
detur, vbi Dec. no. de reg. iur. tradit Bal. in l. ſi obli-
gata, in fi. C. de euictio.

Neque rationabile aut æquitati conueniens no-
19 bis viſum fuit dictū depoſitū attendere, tum, † quia
non fuit liberum, ſed cauteloſum, ita quod reus cō-
uentus libere ſine cautione recipere non potuiſſet,
& ſic minus legitime. Foller. de Cenſib. in verbo In-
ſtrumento, nu. 52. Tum quia ſatis intempeſtiue il-
lud, quod intra triennium explicandum erat poſt
23. annum adimplere ſatagebat, quod eſt ſatis alie-
num a cuiuſlibet moræ purgatione ad not. per glo.
in l. Aemil. §. dicebam. ff. de minori. & aut. qui ſe-
20 mel. C. quomodo & quando iud. † quod vt pluri-
mum iudicis arbitrio relinqui tradit Menoc. de ar-
bit. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 7.

Et ad l. qui in alterius de reg. iur. de qua multum
dubitat Rota Bono. deciſ. 71. num. 8. & Curt. Seni.
conſ. 58. num. 4. an procedat in actore.

Reſpond. quod ſi actrix intelligit terminum ad
ſoluendum cum defuncto inchoatum ſibi non cu-
curriſſe vti hæredi, & certe (vt aiunt) aduerſus
21 ſolem loquitur, quia † terminus conuentionalis,
ex contractu procedens cum defuncto inchoatus,
currit hæredi etiam minori ſine ſpē reſtitutionis,
ex capite minoris ætatis. Curt. Seni. d. conſil. 58.
Iaſ. conſil. 226. lib. 2. Bero. conſil. 121. num. 3. lib. 3.
Roland. a Valle, conſil. 10. num. 14. lib. 2. & com-
munem dicit Chircoui ad communes opin. con-
cluſ. 20. & rationem aſſignat Bart. in l. etiam. ff. de
minori, quia ſicut minor non reſtituitur aduerſus
contractum initum cum maiore cui ſucceſſit, ita
nec aduerſus terminum in contractu appoſitum, &
not. Pract. Papi. de reſti. in Int. in glo. præſcriptione,
& fuſius Balb. de præſcriptio. 23. caſu, num. 30. qui
terminus currit etiam ignorāti. l. 1. §. ſi quis autem.
ff. de iti. actu priua. quem text. poſt Barto. & alios,
ibi ad id citat Afflic. in deciſ. 329. & Docto. proxi-
me citandi, ſi vero vult ſibi ignoranti non fuiſſe pa-
ratum præiudicium ex curſu temporis ex eo quod
22 † poſſit in integrum reſtitui ex clauſula generali ſi
qua mihi, &c. quod nec nos diffitemur regulari-
c ter competere maxime aduerſus lapſum 20. & 30.
annorum. Afflic. d. deciſ. 329. Bert. conſil. 15. quæſt.
6. & conſ. 19. lib. 1. Pinell. in aut. niſi, num. 58. C. de
bon.

Digitized by Google

bon.mat.Boui.de ſtatuta.vrb.præſcrip.glo.19.Rota
23 Bono.deciſ.69.& 71.& tūc dicebamus,† reſtitutio-
nem peti debuiſſe, prout non petita fuit ad tradita
24 per Pract. Pap. vbi ſupra in princ.quę cauſæ†cogni
tionem requirit.l.omnes.C.de in integr.reſt.& l. in
cauſæ §.cauſa cognita. ff. de minor. & ne quidem,
25 † minori non petenti conceditur. Roma.ſing.462.
Iudex motu proprio, ubi addentes de commun.
opin.teſtantur Iacob.Nonell.ad reg.iur. in reg.28.
numero 3.
26 Neque dicatur† reſtitutionem fuiſſe petitam ex
d eo quod petijt rem reſtitui [d] per neceſſarium præ-
ambulum videatur hanc reſtitutionem petijſſe, vt
tradit Ant. de Butr. in cap. conſtitutus, de religio.
domi. vbi dicit.ſi minor petit rem reſtitui, dicitur
petiſſe contractum reſcindi tanquam neceſſarium
præambulum ad reſtitutionem, ſequitur Alex.in l.
fi.num.6.C.de in integ.reſtit.Felin. in c.licet.Hely.
num.22.de ſimon. Rimin. iun.conſi.9. num.18.&
33.num.8.& 94.nu.19.
27 Quia id procedit in minore fauore ætatis, † cu-
ius reſtitutio dicitur fauorabilior, alijs etiam reſti-
tutione maiorum abſentium cauſa Reip.vt no.Cur.
d.conſi.58.col.2. & Rebuff.in conſtit. reg.de reſtit.
in præfatio.num.27.
28 Præterea cum læſio † ſit cauſa immediata reſtitu-
tionis,quia reſtitutio tantum tribuit, quantū læſio
abſtulit.l.fi.C.de ſent.paſſ.l.minor,§.reſtitutus,ff.de
mino. oportebat probaſſe id contigiſſe ex perſona
propria,& ex propria ignorantia, videlicet quod de
tēpore triennij defuncto auctori ad ſoluēdum aſſi-
gnato aliquid ſupereſſet,dum actrix ſucceſſit, & cū
ea finierit,alias ſi lapſum fuiſſet viuēte defuncto fru
ſtra reſtitutionis remedium poſtularet, vt dictum
eſt ſicuti nec ipſi auctori prodeſſet in facto proprio,
& de recenti. Rebuff.de reſti.art.2.glo.3. num.4.
29 Quæ quidē † qualitas temporis [e] fundatiua ſuæ
e intentionis nō fuit probata ab ea cui probandi onus
incumbebat.l.ei qui dicit, de proba. Menoch.cōſ.74.
nu.15.Sena.Pedemon.deciſ.71.nu.12.& 88.nu.6.
Nec dicatur id conſtare per reſponſionē rei ad 4.
articulum, vbi ponitur de mortis tempore ſuorum
auctorū, quia reſponſio rei non includit tēpus mor
tis,ſed tantū de morte credit,reliqua non credit, &
30 ſic negat tempus, & de † natura dictionis tantum,
eſt diuidere qualitatē a ſubiecto, & negare reſiduū.
Imol.in c.cum eccleſia de cauſa poſſ.& prop.& regu
31 lariter † confeſſio, licet ſimplex non refertur ad
qualitates facti Imo.in l.ſi dubitetur, nu.5.de fide-
iuſſo.& ex cōi opin.Franc.Becci.conſi.11.num.10.
32 Non obſtat † ſtatutum lib.4. cap.89.quia debet
intelligi in puro, & ſtricto ſignificatu venditionis,
ſed in propoſito themate nec alienatum quicquam
dici poteſt,quia non translatum dominium.l.aliena
tum, in prin.de verb.ſignif.nec aliquod venditum,
f quia non traditum [f] Alcia. d.l.alienatum, & nulla
pretij habita fides, merito non cadit huiuſmodi
venditio ſub d.ſtatuto.
Et ſi diceretur cum Alex.in conſi.92.lib.1.fidem
33 fuiſſe habitam de pretio † per dationē termini ad
ſoluendum,reſpondetur cū Abba. d.conſ.66.col.1.
non eſſe verum, quia vbi quis expreſſe ſibi reſeruat
dominium, & poſſeſſionem (vt hic vbi vti locator
detinebat) tunc clare videtur non confidere de
emptore.
Non obſtat clauſula conſtituti impeditiua alie-
nationis, quia procedit pendente tpe conditionis
implendæ, videlicet ſolutionis faciendæ,ſed eo tran
34 ſacto re integra, & ſoluto iure principali † conſti-
tutum quod eſt eius ſequela euaneſcit. Tiraquel.de
conſtit. poſſ.15.amplia.num.3. & ſtante venditione
conditionali, vt dictum eſt, conſtitutum quoque
35 conditionale dici debet † quod expirat conditione
non impleta.Roma.conſ.246.Crauet. conſ.299.
Non obſt. quod actrix videretur eſſe in probatis
per probationem extremorum in ſpolio requiſito-
36 rum† quod poſſeſſorium reſtitutorium etiam con-
ductori competit ſecundum Gozad. conſ.99.nu 4.
Quia ex quo actrix admiſit exceptionem domi-
nij ab aduerſario proponi,& paſſa eſt ſuper eo pro-
37 bationes fieri per publica inſtrumenta † quibus cū
nihil oppoſuerit, aut aliquo modo in dubium non
renocauerit,ſtandum erat Bar.in l.ſi cauſa cognita,
nu.4.vbi Alex.nu.9. C.de tranſact. Neuiz.conſi.46.
num.13.& 57. col.fi. ſibi imputet ſi ſuccumbens in
38 petitorio eius † poſſeſſorium abſorbeatur. c. cum
39 dilectus, de cau. poſ. & propr. quia † dominium
eſt ſuffocatiuum omnium aliorum iurium minoris
potentiæ,ut eſt in poſſeſ.tradit Contard.in l.1.in 2.
limit.num.32.C.ſi de moment.poſſeſ.

ANNOTATIONES.

a Reſeruatione. Quid ſi vendens, & reſeruans dominium nul-
lum dominium haberet, quod reſeruatio nulla ſit, & nul-
lius momenti. Sim.de Præt.conſ.174.num.9.ſicut dicimus
quoties quis reſeruat in re vendita ius Coloni, qui non
aderat, & hoc emens ignorabat, quia ſecus ſi ſciebat, eſt
communis opin. Alex.conſ.28.num.5.ver. & ideo dicitur,
lib.1.Et de reſeruante ſeruitutem quæ non eſt,ac etiam de
patre emancipante filium,& reſeruante viuſfructum in bo
nis per filium emancipatum quærendis dixit late Natt.
conſi.636.nu.197. & ſeq. & de iure tertij, quod non erat
reſeruato, late Crauet.conſ.15. ſub num.2. Gramm.deciſ.
103 nu 41.Cephal.conſ.547.num,6 lib.4. Et quod reſer-
uatio iuris intelligitur,ſi id competat. Curt.iun.conſ.316.
nu.23. & quod reſeruatio nihil noui tribuat, ſed id quod
habebat conſeruet in eodem ſtatu, Tiberi. Decian. conſ.7.
nu.95.conſ.10.nu.26. conſ.56. num.16.lib. 1. & conſ.13.
nu.81.lib 2. Et quod reſeruatio iuris intelligatur ſecun-
dum ius commune, & ab illo interpretationem accipiat.
Ruyn.conſ.59 nu.17.lib 4.
b Vt allegari debuiſſet. Quia præſcriptio non tollit actionem
ipſo iure,ſed ope exceptionis Bald.in tract. præſcrip.par.1.
q 8.nu.1.& ſeq. Amplia etiam ſi ſtatutum vſum eſſet ver-
bis,actio non competat, Dec conſ 174 ſub num.2. limita
primo ſi in reſponſione ad libellum,& ante litem cōteſta-
tam reus oppoſuiſſet,actori ſibi nullū ius nullamq; actio
nem competere,quia cenſetur etiam oppoſita præſcriptio,
quæ eſt actionis excluſio l. 1. & 2. ff.de exception. Et iſta
verba important præſcriptionis oppoſitionem ad proceſ-
ſum. Aufrer.ad Capell. Toloſ.deciſ 67. in prin. & ideo iu-
dex poteſt repellere agentē contra quem eſt præſcriptum
ex officio,cum ſine actione agat. vt per ſcribēt.in l.vbi pa
ctum. C.de tranſact. Tiber. Decia.conſ.2.nu.48.lib.1.ſecū
do limita ſi ſtatutum vſum eſſet verbis,non audiatur,quia
tunc abſque aliqua oppoſitione hæc verba audientiam de-
negantia ipſo iure remouent, & tollunt actionem,& impor
tant nullitatem proceſſus, vnde ſententia inde emanans
ad fauorem actoris, cui audientia denegatur per ſtatu-

tum eſt ipſo iure nulla Dec. præcit. conſi. 274. num. 2. poſt Alex. qui de communi, & magis communi teſtatur in conſi. 37. num. 1. lib. 2. Rimin. iun. conſi. 74. num. 18. Crauet. conſ. 191. num. 1. Et quod hæc verba inducant formam ſicut decretum irritans, vide Roman. conſi. 23. neſcio, in fi. vbi Mandoſ. addit. Et quando præſcriptio opponi debeat, & an ante litis conteſtationem, vel poſt, & quomodo dicatur opponi ad proceſſum in vim dilatoriæ, & quomodo ad merita cauſæ in vim peremptoriæ. & an & quando impediat litem conteſtari poſt Bar. in l. fin. num. 3 ff. pro ſuo. vide Auſter. facientem quinque regulas loco præcitato, Bal. d. tract. præſcript. par. 1. quæſt. 9. Et quid ſi requiret altiorem indaginem, & quid de ſtilo Curiæ Romanæ. Idem Auſter. vbi ſupra, in fin. Quæ conſuetudo Cu. Rom. maximè in materia probationum ab omnibus alijs Curijs imitari deberet. Clar. in pract. crimin. §. fin. q. 6. deberet etiam, dicere te med.

c Aduerſus lapſum 20. & 30. annorum Secus in præſcriptione annorum 40. Alex. conſ. 151. vbi addent. & conſ. 163. lib. 2. Dec. conſi. 29. ſed quod detur hæc reſtitutio etiam aduerſus præſcriptionem 40. annorum, tenet Magon. infra deciſ. 77 num. 13. vbi atteſtatur de magis communi opin. Et quomodo probetur ignorantia in hac reſtitutione in integrum, vide notab. Mandeſ. Alben. conſ 18 per totum. Et quod iſtud remedium ceſſet quoties illud petens tractat de lucro captando Tiraquell. de retract. conſang §. 15. glo. 4. nu. 26. & 44. Et quod vbi præſumitur ſcientia non conceditur. Dec. conſ. præcit. 29. nu. 8. Boni de ſtatut. vrb. præſcript. gl. 6. nu 6. & ſeq. vbi alios adducit. Et vide Magon. inf. d. deciſ. 77. ſub num. 14. vbi ſcripſi.

d Petijt rem reſtitui. Quod minor petens rem reſtitui dicatur etiam petijſſe reſtitutionem in integrum. Hypolit. Rimin. conſi. 94. nu. 19. cum late per eum allegatis. Et quod per dicta verba dicatur etiam petere reſciſſionem contractus, Contard. de moment. poſſeſſ. limit. 24. nu. 29.

e Qualitas temporis. An autem teſtes ſingulares ſufficiant ad probandum tempus, dic quod aut tempus eſt de ſubſtantia actus, & non ſufficiunt, aut non eſt de ſubſtantia, & ſufficiunt. Roman. conſ 30. ſub nu. 2 vbi Mandoſ addit. Roland. conſ. 11. nu. 2. lib. 4. Gabriel. comm. conclu. tit. de teſtib. concluſ. 2, nu 18.

f Quia non traditum. Venditio enim, & emptio conſtituuntur ex precio, ex re empta, & traditione Tiber. Decian. conſ. 1. nu. 61. lib. 1. Et ſine precio nulla eſt venditio §. pretium inſtitut. de emptio. & vend Decian. conſ. 25. nu. 87. eod. lib.

SVMMARIVM.

1 *Publicatio priuatæ ſcripturæ fit ne rei geſtæ veritas pereat.*
2 *Publicatio qualiter fiat.*
3 *Teſtamenta plura eodem die ab eodem confecta ſine prioritate vel poſterioritate non valent.*
4 *Numerus teſtium lege vel ſtatuto requiſitus in teſtamentis dicitur eſſe de forma ſubſtantiali ne dum probatoria.*
5 *Teſtamentum coram duobus teſtibus, & parocho valet de iure canonico in terris eccleſiæ.*
6 *Rogitus teſtium requiritur in teſtamentis propter maximum timorem fraudis.*
7 *Rogitus non cenſetur remiſſus.*
8 *Inſtitutio caput teſtamenti.*
9 *Quod potui nolui, quod volui implere nequiui.*
10 *Variatio de teſtamento ad codicillos in eadem inſtantia non datur.*
11 *Notario accerſito de mandato teſtantis, qui dum venit reperit teſtatorem mortuum, an eius teſtamentum valeat tanquam ſuſpenſum, nu. 43.*
12 *Teſtis omni exceptione maior quis dicatur.*
13 *Teſtes inducti ad probandum tenorem teſtamenti debent ore proprio deponere de toto tenore, nec ſufficit per relationem.*
14 *Teſtamentum ſeu ſcriptura extra præſentiam teſtantis ſcripta, & ei lecta, an probet, nu. 52.*
15 *Sententia lata ab obſeruatione iudicij, an ſit interlocutoria mera, & an liceat ab ea appellare, nu. 55.*
16 *Codicillari non teſtari præſumitur voluiſſe, is qui nullum hæredem inſtituit.*
17 *Verbum relinquo eſt commune.*
18 *Verbum relinquo adiectum rebus particularibus non inducit hæredis inſtitutionem, neque directam ſubſtitutionem.*
19 *Teſtamentum capitur pro codicillo, nu. 22. & 23. 39*
20 *Codicillus largo modo dicitur teſtamentum.*
21 *Codicillus dicitur vltima voluntas in formis, nullam requirens ſolemnitatem.*
22 *Qualitas rei intentionem agentis demonſtrat.*
23 *Teſtamentum eſt vocabulum generale pro vltima voluntate, & codicillo ſumptum.*
24 *Actus non iudicatur ſecũdum denominationem verbalem, ſed ſecundum formam & eſſentiam.*
25 *Publicari poſſunt codicilli, ſicut teſtamenta.*
26 *Clauſ. codicillaris facit valere actum eo modo quo valere poteſt.*
27 *L. fi. C. de codicill. quomodo procedat, nu. 28.*
28 *Electio prædicatur de pluribus ineſſe productis.*
29 *Libellorum verba latiſſime interpretanda.*
30 *Teſtator non præſumitur ſe reſtrinxiſſe ad vnum genus vltimæ voluntatis.*
31 *Secundum teſtamentum non tollit primum, quando recte factum non eſt.*
32 *Cum pluribus teſtamentis, quis mori non poteſt.*
33 *Secundum teſtamentum tollit primũ etiam ſi ſecundũ non habeat adeo plenas ſolemnitates, vt primum.*
34 *Cum pluribus codicillis quis mori poteſt.*
35 *Qualitas teſtium, quod ſint omni exceptione maiores eſt articulanda, & probanda.*
36 *Notarius, & ſcribens, quando poteſt eſſe teſtis.*
37 *In codicillis omnis ſolemnitas relaxatur.*
38 *Codicillis hæreditas directo dari, vel adimi nõ poteſt.*
39 *Teſtamentum pro codicillo capitur in libellis.*
40 *Clauſ. omni meliori modo operatur, vt cenſeatur electa melior via.*
41 *Succedentes ex codicillis an abſolute dicantur ſuccedere ab inteſtato.*
42 *Verba directa in codicillis impropriãtur nullo exiſtẽte teſtamẽto, vt valeat diſpoſitio in vim codicillorũ.*
43 *Teſtator, qui verbis aptis ad teſtandũ, vel codicillandum perfecte vſus, & perfectam promulgauit voluntatem, licet mandet vocari notarium, qui veniat eo mortuo, adhuc diſpoſitio valet, nec dicitur ſuſpẽſa.*
44 *Teſtes contra producentem plene probant.*
45 *Etiam inter diuerſas perſonas, & in alia cauſa.*
46 *Numerus teſtium ſupplet defectum perſonæ, & inhabilitatis, non tamen dicti, & ſingularitatis.*
47 *Teſtibus pluribus ab eodem productis variantibus, ſtatur pluribus conteſtibus.*
48 *Teſtes ſufficit eſſe concordes in ſubſtantia, licet quo ad corticem verborum diſcordent.*
49 *Niſi ſint inducti ad probandum formalitatem verborum.*

50 Rela-

50 *Relatum eſt in referente vere, & proprie.*
51 *Ita quod per relationem dicitur ſatisfieri ſtatuto requirenti expreſſam enunciationem.*
52 *Teſtamenti ſcriptura ſufficit legatur coram teſtatore, licet coram eo non ſit ſcripta.*
53 *Exemplis non eſt iudicandum.*
54 *Deciſiones Rotæ & ſi pro legibus non ſint habendæ, maximi tamen ponderis eſt habere deciſionem in terminis.*
55 *Abſolutoria ab obſeruatione iudicij in dubio præſumitur lata, quia non probatum.*
56 *Iudices appellationum cognoſcunt qualiter primus iudex geſſerit ſuper iuribus coram eo diſcuſſis, & deductis.*
57 *Teſtamenta ſub prætextu defectus ſolemnitatis numeri teſtium, vel alterius ſolemnitatis non debent ſubuerti.*
58 *Legata abſorbentia totam hæreditatem an debeantur ex teſtamento nullo ratione præteritionis filij, conualidato tamen ex clauſula codicillari.*

ARGVMENTVM.

De publicatione teſtamenti manu priuata perſona ſcripti.
Et de multis ad teſtamenti materiam pertinentibus.
Et an ſententia lata abſolutorie ab obſeruatione iudicij dicatur interlocutoria mera, & ab ea liceat appellare.

DECISIO XXXII.

SALVATOR q. Auguſtini Sconcij de Colle ſuam vltimam, cum qua deceſſit, condens voluntatē; eam manu cuiuſdam presbyteri Freddiani Rectoris Eccleſiæ dicti loci ſcribere & annotare fecerat. In qua ſcriptura ipſi teſtatori lecta, & coram eo publicata, nullius hęredis inſtitutione facta, omnia per verbum relinquo diſpoſuerat.

Vincentius Martinuccius, & D. Franciſca eius filia duo ex honoratis in d. vltima voluntate (huic. n. vſufructus omnium bonorum relictus, illi vero maior pars bonorum legata fuit) cōſiderato huius priuatæ ſcripturæ ac teſtium in ea adhibitorū periculo, & fragilitate ne huius rei geſtæ veritas periret,
1 eandem vltimā voluntatem † ad rei perpetuam me-
a moriam in vim teſtamenti publicari [a] petierunt iuxta no. per Iaſ. & alios in l. publicati. C. de teſta. Duran. de arte teſtan. in tit. de teſta. cautela 1. nu. 2.

Cauſa agebatur coram D. Iudice ordinario citatis ijs quorum principaliter intererat, videlicet, venientibus ab inteſtato ad ſucceſſionē d. Saluatoris,
2 † prout ſic fieri dēre monet Io. And. & Spe. de inſtru. §. oſtenſo verſ. qualiter fiat publicatio. Roland. a Valle, in conſ. 36. quoniam, nu. 9. & ſeq. lib. 1. Bellon. in conſi. 14. in caſu col. fi.

Et factis oppoſitionibus pro parte dictorum citatorum multa ad impediendum hanc publicationem proponebantur, videlicet.

Primò, quia duæ fuerant productæ ſcripturę ſeu teſtamenta eiuſdem Saluatoris, & ab eodem presbytero Freddiano eadem die ſine alicuius temporis prioritatis, vel poſterioritatis diſtinctione ſcripta,
b quo caſu neutrum valere [b] dicebatur † ex commu.
3 opi. de qua per Ber. in conſil. 223. lib. 1. Boer. deciſ. 311. Burſat. in conſ. 36. nu. 1. ergo tanquam nulla publicationis qualitatem non recipit.

Secundò, quia carebat debito numero teſtium cum quinq; requirantur ad teſtamenta ex forma ſtatuti, lib. 2. c. 1. verſ. ſi autem, de teſtamentis. Qui quidem numerus a lege, vel ſtatuto requiſitus non ſolum dicitur eſſe de forma probatoria, ſed ſubſtan-
4 tiali c cui derogari † non poteſt, vt not. Bart. in l. nemo poteſt in 1. oppoſ. de leg. 1. & eſt commun. opin. ut ibi per Rip. num. 27. Iul. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 56.

In caſu autem iſto quattuor tantum teſtes adhibiti ſunt, cum ipſe Freddianus ſcribens nō iure poſſit inter teſtes computari ſicuti annuit ſtatutū prædictum dum vult, quod ſi de teſtamento conſtet publicum inſtrumentum poſſit ſuſtineri per adhibitionem trium teſtium, in quorum numero notariū comprehendi prohibet, ergo multo minus comprehendetur priuatus ſcribens in priuatis ſcripturis.

Neque ad rem faciebat, quod eſſet confectū ma-
5 nu Parochi † & coram duobus teſtibus, quod ſatis
d eſſe de iure canonico [d] aſſeuerat Abba. in cap. cum eſſes. de teſtam. Dec. conſi. 285. Bellon. conſilio 14. num. 3. Rip. de peſte 2. q. 2. q. princip. num. 12. Dilect. de arte teſtan. lib. 2. caut. 2. quia ſumus in terris Imperij mediate, vel immediate eccleſiæ non ſubiectis, quo in loco non ſeruatur ius canonicū. Corn. conſ. 261, de duobus, lib. 4. col. fi. Duran. de arte teſt. tit. 2. caut. 2.

e Tertiò, non apparebat hos teſtes fuiſſe rogatos [e] ſicuti rogari debebant propter maximum timorem
6 fraudis. l. hæredes † palam, §. in teſtō. ff. de teſtam. Corn. conſ. 148. lib. 3. quod tam in inſcriptis, quam in nuncupatiuo teſtō, & ſine ſcriptura facto procedere ex commu. opin. tradit Iul. Clar. in §. in teſtamento, q. 58. Rogitus autem ſufficit a quocunque fiat nomine teſtatoris, gl. in auth. rogati. C. de teſti. Iaſ. in l. ſerui electione, num. 41. de leg.

Et quāuis ſtatutū remittat ſolēnitatē numeri teſtiū a iure requiſitā cum de trib. & de quinq; in ſuo caſu contentetur, non tamen relaxare credendū eſt
7 ſolemnitatē rogitus, vt iuri cōi minus, quā † poſſit derogetur. Iaſ. in l. hac conſultiſſima, §. ſi quis autem, col. 2. C. de teſta. poſt Rom. in conſ. 306. ſequitur Rim. iun. in conſil. 13. ſuperiorib. nu. 35. & ſeq.

Quartò, quia d. ſcriptura nullam in ſe cōtinebat
8 hæredis inſtitutionē ſine † qua veluti ſine capite teſtamentum corruit, §. ante hæredis inſti. de lega. & de commu. opin. Iul. Clar. in §. teſtamentum. q. 35.

Quintò ex quo dicebatur Saluatorē fieri feciſſe

d.ſcripturam nomine teſtamenti, ſi nō valebat hoc
iure,nec etiam vti codicillus ſubſtineri poterat, ob-
9 ſtante iuris regula,quod potui nolui, † quod volui
adimplere nequiui,l.1.ff.de iu.codicil.l.1.§. ſi quis,
ita, & ibi Doct.de verb.oliga. qui enim vult teſtari,
non vult codicill. l.non codicillum, & ibi Doct. C.
de codicill.

Sextò,& conſequenter dato,quod hæc diſpoſitio
ſubſtineretur in vim codicillorum, ita quod legata
debeantur a venientibus ab inteſtato, vt tradit Pa-
riſ.conſil.32. ad reſolutionem lib. 2. Non poſſunt
actores variare cum inſteterint publicari, ut teſta-
10 mentum, & modo tranſire ad cauſam † inteſtati
cum inter teſtamentum,& codicillos, repugnantia
non deſideretur.Bart.in l.1.num.4.ff.de iu. codicil.
merito non poſſunt in eadem inſtantia cumulari,&
de vno ad aliud tranſire.Roman.conſilio 125. Boer.
dicta deciſ. 35. num. 13. Anton. Gabriel. de actio.
concluſ. 3.

Septimò, colligebatur ex proceſſu de ordine te-
ſtatoris fuiſſe tranſmiſſum pro notario in loco pro-
pinquo ad effectum ſe rogandi de teſtamēto ipſius.
qui dum venit,reperit Saluatorem mortuum, pro-
pter quod apparet d.diſpoſitionem fore,& eſſe nul-
11 lam ex defectu voluntatis † ſuſpenſæ ſecundum
Io.Andr. in addit.ad Spec.in tit.de inſtru.edit.§. cō-
pendioſa ſub nu.31.verſ.ex parte,tradit Guid.Pap.
in conſ.55.omiſſa,nu.3.

Octauò ad ſubſtinendum d. voluntatem in vim
codicillorum, teſtes adhibiti non videbantur eſſe
eius qualitatis a ſtatuto requiſitæ, videlicet, omni
exceptione maiores, cum conſtet eorum plures eſſe
affines producentis, & ſic nō omnino integræ fidei.
Quilibet enim minimus defectus deſtruit hāc qua-
12 litatem † propterea quod is dicitur omni exceptio-
ne maior, qui ſuperat omnē minimam, & friuolam
exceptionem cuiq; nulla mundi exceptio, opponi
poteſt.Gramma.conſ.55.nu. 35. Natta, in conſ.53.
num.5. Ant.Gabr.de teſtib.concluſ.13. num.21.

Nonò opponebatur de ſingularitate,& cōtrarie-
tate teſtium, & quod dum deducitur teſtamentum
ex diſpoſitione teſtiū (vt hic) teſtes debent ore pro-
prio deponere de toto tenore teſtamenti. Bal.in d.l.
13 publicati,col.1,Imol.in l. qui teſtamento † in prin.
verſ.pro clariori.ff.de teſta. Non autem per relatio-
nem ad aliud teſtimonium ferre contra diſpoſitio-
nem ſtatuti,lib.1.c.77.

Decimò, dicebatur ſcripturam hanc fuiſſe ſcri-
14 ptam extra præſentiam teſtatoris,† & licet poſtea ei
lecta ſit,non probat ex not.per Marſ.in ſingul.449.

Vndecimò, arguebatur contra appellationem
tanquam nulliter ac friuole interpoſitam a ſenten-
tia ab obſeruatione iudicij lata, quæ mere interlo-
15 cutoria † dicitur,vt per Aret.conſ.19.& a qua tan-
quam mere interlocutoria ex forma ſtatutorū non
datur appellatio. Vnde cum per D. Iudicem a quo
non fuerit quicquam ſuper meritis iudicatum non
videbatur etiam aliquid de meritis deuolutum, vt
Iudices appellationis ſuper eis iudicare valerent,
alias eſſet prima ſententia eorum ſuper meritis, &
ordo appellandi ſubuerteretur.

Et ſic ſiue confirmetur ſiue infirmetur prima
ſententia,in vtroq; caſu egebit nouo iudicio. Fran.
in c.cum ceſſante,nu.60.de appell.Abb.in cap.cum
examinata de iudic.num.32.

In contrarium dicebatur non conſtare hunc vo-
luiſſe magis teſtari, quam codicillari,& cum nō ad-
16 ſit hæredis inſtitutio in dubio præſumitur † voluiſ-
f ſe facere codicillos,Bart.in l.1.nu.2.ff.de iu.codi. ſi-
cut modus procedendi,declarat Crauet. in rubr.de
leg.1.nu.47. Maximeq; vſus eſt verbo relinquo in
qualibet parte ſuæ diſpoſitionis. Alber. d.l.1.quod
17 verbum eſt † commune.Bal.in l.his verbis. in prin.
18 ff.de here.inſt.& adiectum reb. † particularibus nō
g inducit inſtitutionem hæredis g nec ſubſtitutionē
directam Doct.in d.l.his verbis, & in l. Centurio. ff.
de vulg.& pup.Corn.conſ.161. nu.2.lib.1. Ruyn.
conſ.12.nu.14.lib.3. vbi idem firmat, quando non
adſit hæredis inſtitutio etiam ſi teſtator in fine di-
xerit hoc eſſe ſuum vltimum teſtamentum, quia
tunc verbum teſtamenti capi debet pro codicillis,
qui inquantum mentis teſtatio ſint,largo modo te-
ſtamentum dicuntur, ad no. inſtit.de teſta.in prin.

Hinc dixit Bal.in l.1. C. de teſtam. quod ſi dica-
tur talis fecit teſtamentum, in quo relinquit Titio
19 10. & non appareat † de hæredis inſtitutione,teſta-
mentum capitur pro codicillis. Caſtr.in l.proxime.
ff.de his,quæ in teſtam.delen.Affli.deciſ.134. nu.4.
Iaſ.conſi.134.col.fi.lib.4.Pariſ.d.conſ.32.lib.2.

In hac autem facti ſpecie (vt & proſecuta, & te-
ſtes oſtendunt) teſtator hanc ſuam diſpoſitionē po-
tius appellauit vltimam voluntatē,quàm teſtamen
20 tum:codicillus autem largo † modo teſtamentum
dicitur,& vltima uoluntas.ff.& C.de iu. codic.Bal.
conſ.389.lib.5.Corn.conſ.202.nu.5.lib.4. Vaſqui.
de codic.tom.2.lib.3.§.30.nu.4.vbi dicit, quod talis
21 vltima uoluntas † dicitur in formis nullā ordina-
tionis ſolemnitatem deſiderans. Et in fortioribus
terminis.Corn.in d.conſ.161.li.1. dubitat an legata
relicta in diſpoſitione per verbum relinquo (vt in
caſu noſtro) ſint nulla, licet relinquens diſpoſuiſſet,
& in animo haberet velle facere teſtamentum, ut
quia in principio dixerat ſe velle facere teſtamentū,
& in fine profeſſus ſit hanc eſſe vltimam volunta-
tem,& teſtamentum,quæ in caſu noſtro deſideran
22 tur, Qualitas enim rei † intentionem agentis de-
monſtrat,vt per Doc. ad propoſitū adducentes mul
ta ſimilia.in l.non codicillum. C.de teſta.Crauet.in
rub.de leg.1.nu.46.& 47.vnde qui inſtituit,vel ex-
hæredat dicitur velle teſtari.& ideo Iaſ.in d.l.ſi non
codicillum reaſſumendo quæſtionem Pauli de Caſt.
in l.proxime.ff.de his quæ in teſta. delent quā prius
poſuerat. Bal. in l.1.ff. de teſtam. videlicet, quando
aliquis conuocatis ſeptem teſtibus,& notarius ſcri-
pſit,hoc eſt teſtamētum talis, deinde non contine-
retur in eo hæredis inſtitutio, ſed varia legata, &
fideicommiſſa,an talis diſpoſitio valeat, vt codicil-
lus, & concludit valere non obſtante dicta adhibi-
tione 7.teſtium,& quod notarius ſcripſerit teſtamē
tum,nam largo modo teſtm̄ dicitur codicillus.Cra
uet.in rub.de leg.1.num.37. vbi plures allegat,niſi
de vtroque ſeparatim facta eſſet mentio, vt ibi per
eum

eum,num. 11.& ita dicit ſaluari inſtrumentum no-
tarij dicentis, quod talis ſuum ultimum fecit teſta-
mentum,in quo legauit 10.tali,& aliter nó inſtituit
hæredem,quia tunc teſtamentum ſumitur táquam
23 vocabulum generale pro ultima uoluntate,† & co
dicillo,& Caſt.& Iaſ. ibi reſpondet obiecto de l.non
codicillum ubi tribus rationib. Iaſ. corobprat præ-
24 fatam deciſionem quibus addi poteſt † quod actus
non iudicatur ſecundum denominationem uerba-
lem,ſed ſecundum formam,& effectum, & ab eſſen
tia,ut no.Bar.in queſt.quę incipit publicanus,& in
l.cotem ferro.§.qui maximos.in 2.q.ff.de pub.& ue
cti.& in terminis egregiè tradit Crau.in rub. de leg.
1.nu.46.& ſeq.cum concordantibus per Franc.Bec-
ci.in conſi.35.Magnifici,num.3.Soci.Iun.conſi.67.
nu.19.lib.3.

Et propterea videbamur eſſe extra difficultatem
quin valeret,vt codicillus,& pro tali publicari poſ-
25 ſit cum publicatio ęque † cadat in codicillis, ac in
teſtamentis.Bal.d.l.publicati,col.1.& Iaſ.ibi in fi.&
Iaſ.conſi.134.col.fi.lib.4.

Et hanc partem pro actoribus amplexi fuimus
tanquam veriorem, & æquiorem reformantes ſen-
tentiam D.Iudicis à quo, & declarantes publicatio-
nem petitá in vim codicillorum in forma eſſe facien-
dam,accedente maximè clauſula codicilliari vigore
h ſtatuti [h] in qualibet diſpoſitione ſemper tacitè † in
26 tellecta [a] quo caſu ſubſtinetur actus in vim codicillo
rum, & eo modo quo valere poteſt.Bar.& alij in l.
1.§.ſi quis ita,de verb.oblig.Iaſ.in d.l.publicati, nu.
4.C.ſi de teſta. Quicquid ex aduerſo replicatum ſit
d.l.fi.C.de codi.ratione cótrariorum remediorum,
27 † quod per electionem vnius ad alterum non pa-
teat regreſſus, & ſic cum fuerit petitū publicari, vt
teſtamétum,non pôt amplius ad codicillos reuerti.

28 Nam reſpondendo dicitur,† quod electio prædi-
catur de plurib.in eſſe productis,l.ſecūdum de leg.
1.hic autem iſti actores non poterant petijſſe publi-
cari in vim puri teſtamenti,quia erat euidenter nul
lum ex notorio defectu numeri teſtium,& euidenti
vitio inſtitutionis deficientis,vñ non erat in eorum
poteſtate per electionem publicationis in vim teſta
menti,illud facere valere, vt tale cum non valeret,ſi-
cuti contingebat in terminis d.l.fin.vbi ex diſpoſi-
tione teſtantis actus valebaţ, & in vim teſtamenti,
& in uim codicillorum, quo caſu ſtat in electione
hæredis eligere, quo nā modo magis ualere cupiat,
i & tunc una uia electa ad aliam non redit vt decla-
rat Sali.in d.l.fi.ſub.num.6.

Vltra quod ibi ſumus in hærede petente hæredi-
tatem,hic autem in legatarijs inſtantibus pro publi
catione tantum.

29 Cóprobátur prædicta ex natura † libellorū latiſ-
ſimo interpretanda,ut per addent, ad Capel.Toloſ.
q.312.ēt per impropriationem uerborum.Affl.deciſ.
77.Pariſ.conſi.113.nu.19.lib.4.etiam per ſubaudi-
tos intellectus.Rimi.Iun.conſi.192.nu.29.lib.1.

Nec creditur teſtatorem ſe aſtrinxiſſe, ad unam
K ſpeciem [x] ultimæ uoluntatis,ſed eam uiam elegiſſe,
30 † quia non impugnetur eius diſpoſitio l.3.ff.de mi
lit.teſta.

Non obſtat primum de duobus teſtamentis ea-
dem die confectis,quia illud procederet, qñ utrun-
que teſtamétum ſeu diſpoſitio eſſet ualidum ſeu ua
lida ſecus ſi alterum ſit inualidū,ut hic ubi alia ſcri-
ptura a reis producta erat inualida ratione defectus
numeri teſtiū, & qualitatis, quia nec articulatum,
nec probatum eos eſſe omni exceptione maiores,
ut requirebatur ex forma ſtatuti,& unum teſtamē
31 tum non tollit † aliud,quando recte ſactum nó ſit.
§.poſteriore inſti.quib.mod.teſta.infir.& ibi Areti.
doc.in l.cum in ſecūdo.ff.de iniuſto.rub.& irri. fa.
teſta.& paſſim ſcribentes.

Et ſic non dici poſſunt duo teſtamenta,& duę or
dinationes, ſed unica tantum propter, quod ceſſat
ratio, quod quis non poteſt mori cum pluribus te-
32 ſtamentis.† Crauet. conſi.143. num.4.† Immo pri
33 mum tollitur per ſecundum, etiam non habēs adeo
plenas ſolemnitates, vt primum dummodo ſecun-
dum ſubſtineatur, etiam aliquo iure ſpeciali Franc.
Becci.n conſil.86.nu.2. etiam non ſacta mentione
de primo,vt ibi.

Præterea illud procedere ſi eſſet repugnantia,hic
autem in vtraque ſcriptura eam fere legata, & eiſ-
dem perſonis ſacta leguntur.Roman.conſi.235.nu-
mero 8.Soci.Iun. conſi.2. num.12.lib.2. Crauet.d.
conſi.143.nu.4.

Rurſus ſumus in codicillis non autem in teſtō,&
34 quis poteſt mori cum plurib. codicillis † dummo-
do non contrarijs doc.d.l.fi.C.de codi.Capr.conſil.
3.nu.27.Natta, in.l.hac conſultiſſima.§.ex imperfe
cto,nu.88.C.de teſta.quod ſecus eſſet in teſtamen-
tis ēt non contrarijs,nam tunc ſecundum tollit pri-
mum ipſo iure.l.cum proponatis. C.de codic.vbi in
reſconſ.reddit rationem diuerſitatis.

Et hic ſubintrāt,& quæ ſupradicta ſunt,quod co
dicilli primi sūt nulli reſpectu qualitatis teſtiū non
articulatæ nec probatæ,quod eſſent omni exceptio-
ne maiores, vt ex forma ſtatuti fieri debeat, c.a.li.
2.& de iure quoq; requirebatur, in c.cum ēſſes, de
teſta.Thob.Noni.conſi.21.nu.5.

35 Erat.n. hæc † qualitas articulanda, & probanda.
Bart.in l.1.§.ſi quis neget.ff.quemad. teſta.ap.Soci.
Iun.conſi.27.num.11.lib.1.Rolan.conſ.50. nu.17.
lib.4.Thob.Noni. vbi ſupra.

Non obſtat ſcdm, quia non q̄ritur modo an ille
presbyter Freddianus potuerit,vel nó potuerit face
re teſtm̄ ſeu ſe rogare, ſed ſolū agitur de ꝓbanda vo
36 luntate teſtatoris de qua in ſcriptura, † q̄ non pro-
ducitur,vt fidē faciat de contentis in ea, perinde ac
ſi eſſet manu notarij ſcripta, ſed vt ea contenta per
teſtes probentur quo caſu, & ipſe ſcribens & nota-
rius poteſt eſſe teſtis. Aret.§.fi.nu.4.inſti.de teſta.
Bal.in rub.de fide inſtru.nu.19.Marſ.in rub.de pro-
ba.nu.303. Couarr.in c.cum eſſes, nu.1.extra de te-
ſtam.Bero.in conſi.a nu.6.lib.2.

Ad tertium de rogitu teſtium reſpōdebatur cum
in codicillis re vera verſaremur, omnis ſolemnitas
37 † in eis relaxatur ſecundum docto.in.l.domitius.ff.
de teſtamen.Corne.conſil.202.num.5.libro 4.& de
communi opinione teſtatur. Vaſqui.de codici.Tho.
2.lib.3.§.30.nume.14.Mateſil. in no.125.Menoch.

conſil. 15. num. 15. Pariſ. conſil. 50. num. 10. lib. 3.
Boer. deciſ. 34. num. 9.

Et hoc fermè reſponſio vtimur ad quartum, quia
38 cum ſimus in codicillis † hæreditas in eis directe
nec dari, nec adimi poteſt l. 1. C. de codi. l. non codi-
cillum. C. de teſta. §. penul. inſtit. de legat.

Minus etiam obſtat quintum ex aduerſo obie-
ctum, quia non conſtat Saluatorem voluiſſe magis
teſtari quam codicilliari, immo ex late ſupta dedu-
ctis contrarium euidenter apparet.

Ad ſextum in contrarium ſignatum, reſponde-
tur actores hic nihil petere ab aliquo, ſed ſolũ quæ-
rere de publicatione huius vltimæ voluntatis Salua-
toris, & forte ad præparationem alterius iudicij, vt
dicit Bald. in d. l. publicati.

Et licet in libello fuerit inculcatum verbum te-
ſtamenti vigore tamen clauſulæ omni meliori mo-
do, &c. ſubſtinetur in vim codicilli, quia verbum te-
ſtamenti in libello capitur pro codicillo, vt dictum
39 eſt ex notatis † per Bald. l. 1. C. de teſta. Affl. d. de-
40 ciſ. 134. num. 4. & virtus d. clauſulæ operatur, † vt
præſumatur electa melior via. Grat. conſi. 23. num.
11. & 48. numero 20. lib. 1. Thob. Noni. conſil. 22.
numero 10.

Præterea non eſt abſolute verum quod oblique
ſuccedentes ex codicillis, dicantur ſuccedere ab in-
41 teſtato, † quoniam ſuccedentes directe per codicil-
los dicuntur venire ab inteſtato, ſuccedentes vero
oblique, vt in caſu iſto dicuntur venire ex teſtamen
to, capiendo teſtamentum in lata ſignificatione. Zu
cha. in l. fi. num. 210. C. de edi. di. Ad. toll. Menoch.
de adip. poſſ. 4. remed. num. 166.

Vnde nulla datur incompatibilitas in præſenti
cauſa, quia petitur publicari teſtamentum, ideſt co-
dicillus impropriando verbum teſtamenti ad ſub-
ſtentationem actus Bald. conſil. 481. lib. 5. Qui qui-
dem actus aliter à principio non valuit, nec valere
potuit, vti teſtamentum.

Codicillis igitur factis nullo exiſtente teſtamen-
42 to, vel quod pro non facto habeatur, † verba dire-
cta impropriantur, vt valeat in vim codicillorum.
Bero. in conſil. 11. num. 26. lib. 2.

Non obſtat ſeptimum de ſuſpenſa voluntate te-
ſtatoris vſque quo veniret notarius de mandato di-
ſponentis accerſitus. Quia iam voluntatem ſuam
43 indubie enunciarat, † & verbis aptis ad codicillan-
dum vſus fuerat, vnde vocatio notarij nõ ſuſpendit
voluntatem teſtantis perfectam, vt ex communi o-
pinio. alios citans, tradit Ludo. Zunta. in reſpon. pro
uxore, num. 291. & ſeq.

Octauo loco ſimiliter obiectum, facilime euita-
tur, quia vltra quod ſit per actores articulatum, &
probatum de hac teſtium qualitate, tamen ſi quid
in eis ſupereſſet quod de fide minueretur propter
affinitatem, id omnino ſuppleri uidebatur tam ex
teſtibus ſuper abundantibus actorum quã ipſorum
met reorum, qui ſuper interrogatorijs actorum de-
ponunt uniformiter de uoluntate Saluatoris una
44 cum depoſitione teſtium actorum † & contra pro-
ducentem eis plene probare notiſſimi iuris eſt Ro-
45 man. in conſil. 104. in fin. † & non ſolum inter eaſ-
dem, ſed etiam inter diuerſas etiam in alia cauſa.
Crauet. conſ. 188. num. 1.

46 Numerus enim ſupplet in teſte inhabilitatis, † &
perſonæ defectum, non autem dicti, uel ſingulari-
tatis. Nat. in conſil. 166. num. 11. 354. num. 6. 362.
num. 10. 473. num. 23. & 394. num. 18.

Nec etiam nono loco in contrarium adducta re-
frangantur, quia de teſtium conteſtualitate ex lectu
ra proceſſus apparet, & quamuis presbyter Fred-
dianus aduerſetur in tempore, tamen eius dictum,
47 cum ſit ſolus, uilipenditur, & alijs teſtibus nume-
ro pluribus, & conteſtibus creditur etiam ab eodem
productis ſecundum Nattã, in conſil. 285. nu. 1. 2. 3.

Et ſi inter eos eſſet in cortice uerborum (prout
non eſt) aliqua inconuenientia, dicebatur ſat eſſe
eos eſſe concordes in ſubſtantia, immo diuerſitas
48 in cortice uerborum † excluderet præſumptionem
præmediati ſermonis. Bar. in l. 3. §. ideoque, numero
3. ff. de teſtib. late Ludo. Zunt. in reſpon. pro uxo. nu
mero 958. & ſeq. vbi omnia contraria profuſiſſime
tolluntur.

Vltra quod nec articuli agentium, nec interro-
gatoria reorum ſeſe arctant ad probandum forma-
litatem verborum ipſius teſtantis, ita quod diuerſi-
49 tas † in cortice vitare deberet, vt placuit Rolan.
in conſil. 33. lib. 2. ſed ſunt inducti iſti teſtes ad pro-
bandum voluntatem teſtatoris eam eſſe, de qua in
d. ſcriptura ipſis teſtibus lecta, quo caſu ſufficit con
cordare in ſubſtantia rei geſtæ. Ant. de Butr. & Ab-
ba. in cap. nihil de verbo. ſignific. & not. Aemil. in
conſil. 63. num. 9.

Neque ex hac depoſitione relatiua dici poteſt
contrauentum fore ſtatuto cap. 77. lib. 1. quia ſtan-
tibus articulis relatiuis ad aliud congrua, immo ne-
ceſſaria erat depoſitio eſſet relatiua, vt teſtes ſecun-
dum articulos ordinate deponerent.

Quinimmo ſtante relato ipſis teſtibus lecto, &
audito, perinde habendum eſt, ac ſi de uerbo ad ver-
bum ore proprio contenta in d. ſcriptura relata ex-
50 plicaſſent, † quia quod ex natura relationis ſit, id
proprie ex ueritate fieri dicitur. Bald. in conſil. 212.
ea quæ ueniunt lib. 5. Socin. Iun. conſil. 128. num.
7. 129. num. 12. lib. 2.

Et tanto magis uerificatur in caſu iſto, quia re-
latio eſt ſpecialis, & ſingularis, non autem genera-
lis, ita quod per eam dici poteſt indubie ſatisfactum
51 etiam ſtatuto † requirenti expreſſam enunciatio-
nem, & ſpecificam depoſitionem. Ruyn. in l. Gallus.
§. quid ſi tãtum, de libe. & poſthu. refert, & ſequitur
Tiraquel. in legib. connub. glo. 7. nu. 194. & ſeq.

Parum etiam, uel nihil ſtringit contrarium deci-
mo loco ſignatum ex not. per Marſil. ſingul. 449.
Quia reſpondetur in contrarium eſſe ueritatem,
52 † ſufficiatque ſcipturam legi, & publicari coram te
ſtatore, quantũcunque non ſit coram eo, eo tamen
ſciente ſcripta. Dutan. de arte teſtan. tit. 4. caut. ſe-
cunda. Villalo. in ſuis cõmu. opi. in litera T. nu. 67.

Nouiſſime non obſt. ultimo loco allegata de ſen-
tentia ab obſeruatione iudicij, & quod tanquã ab
interlocutoria mera non detur appellatio. Quia
hæc difficultas alias fuit deciſa a præcedenti Rota
in cauſa

Digitized by Google

in cauſa ſpect. Ioſeph Guazelli, cum ſpect. Gherar-
do Peniteſio concludendo eſſe interlocutoriam ha-
bentem vim diffinitiuæ, & ſic appellationem reci-
pere.
53 Et licet exemplis † non ſit iudicãdum. l. nemo.
C. de ſent. & interl. timiduſque appelletur iudex ad
exempla reſpiciens. Natta, conſ. 24. col. fin. & deci-
ſiones Rotæ pro legibus non ſint habẽdę iuxta de-
54 creta huius ciuitatis, † maximiſque ponderis ſit
habere deciſionem in terminis, vt inquit Natta, in
conſilio 631. numero 17. Becci. conſi. 35. nume. 18.
nihilominus iuribus, & auctoritatibus confirman-
do ſolutionem ad obiectum, dicebamus hanc quæ-
ſtionem tractari a Bart. in l. Titia, num. 4. ff. de accu-
55 ſa. qui diſtinguendo dicit, quod ſi abſolutoria † ab
obſeruatione iudicij lata ſit propter libellum ine-
ptum, vel partis abſentiam, & hæc dicatur interlo-
cutoria: ſi vero lata ſit, quia non probatum, vel quia
ſolutum, aut occiſus poterat impune offendi, & tũc
dicitur diffinitiua, quia imponit finem cauſæ, & ho
rum neutrum accommodatur caſui noſtro, in quo
fuit lata ſimpliciter, non adiecta cauſa, & abſque re
ſeruatione iurium, & dato termino ad proban-
dum, vnde ſuccedit communis theorica, quod in
56 dubio † cenſeatur lata, quia non probatum, & con
ſequenter reus abſolutus ſit a petitis diffinitiuę,
Caſtren. conſ. 65. numero 1. & 169. nu. 2. lib. 2. & de
commu. opi. teſtatur. Couar. variar. reſol. lib. 1. ca. 1.
nu. 8. Villalob. in commu. opin. verbo ſententia ab-
ſolutoria ab obſeruatione iudicij. Anchar. conſ. 16.
nu. 4. vbi dicit ſimpliciter, quod talis ſententia ma-
gis accedit ad naturam diffinitiuæ, quam interlocu
toriæ. Franc. in c. cum ceſſante, nu. 60. de appella. &
idem not. Pariſ. conſi. 67. num. 2. lib. 1. neque, & de
hac ſententia nonnulla ponit Contard. in l. 1. 26. li
mi. C. ſi de momen. poſſ. Vltra, quod eam eſſe bo-
nam ſequelam exiſtimauimus, iudex non pronun-
ciauit ſuper meritis, ergo non eſt deuoluta ſuper eis
cognitio ad iudices appe.
Nam eorum officium principaliter verſatur in
cognoſcẽdo qualiter primus iudex coram eo ſuper
57 deductis, & diſcuſſis iuribus partium ſe geſſit. Ca-
ſtren. in l. ab executore, nume. 3. ff. de appella. Natta
in conſ. 573. Alias ſequeretur, quod in eius primi
iudicis arbitrio ſemper eſſet omnes cauſas coram eo
vertentes hac ſententiandi forma terminare, iudi-
cia bene inſtructa eludere, & partes ipſas litigãtes,
diſpendio, & nouis iudicijs onerare. Fel. c. inter mo-
naſterium, col. 12. de re iudi. quod nõ eſt ferendum.
l. properandum. C. de iud.
Et dato (non conceſſo, immo expreſſe negato,)
quod de hac vltima voluntate minus legitime con
ſtaret ex defectu aliquarum ſolemnitatum, tamen
in foro veritatis, & æquitatis ſubſtinetur, ita quod
a mortaliter peccet, 1 is qui ſub prætextu defectus
numeri teſtium, vel alterius ſolemnitatis eam im-
pugnare conetur. Abb. Barba. Ana. in cap. cum eſ-
ſes. de teſtam. Neuiza. conſ. 26. Porti. conſ. 12. num.
14. Corne. conſ. 10. nume. 1. lib. 1. vbi de communi
opi. teſtatur. Vaſque. in tract. de ſucceſſio. crea. §. 1.
num. 23. & ſeq. §. 2. num. 9. & de ſucceſſio. progre.
§. 30. numero 30. & ſequen. vbi pariter de commu-
ni opin. aſſerit reprobato. Couarru. in d. ca. cum eſ-
ſes. de teſta.

Non eſt ſilentio prætereundum, quod pro par-
te reorum ſubtiliter quidem fuit articulatum le-
gata prædicta abſorbere totam hæreditatem quaſi
non debeantur teſtamento nullo conſeruato, ta-
men per clauſulam codicillarem ſecundum Aret.
conſ. 95. viſo legato, num. 6. Ioan. Igne. in authen.
præterea, num. 210. & ſeq. & nume. 219. C. de libe.
præteri. Pariſ. conſi. 60. prima facie, nume. 17. Silu.
conſ. 81. diuino, num. 29. Iul. Clar. in §. teſtamen-
tum, q. 46. in fin. verum hoc non fuit multa ani-
maduerſione dignum, tum quia non probatũ, tum
quia non ſumus in teſtamento aliquo, & maximè
in teſtamento nullo ratione præteritionis filij, &
defectu voluntatis, nec agebatur de declarando, an
legata deberentur, ſed an illa voluntas publicari
poſſet in vim codicillorum, &c.

ANNOTATIONES.

a In vim teſtamenti publicari. Aut enim teſtamentum ſit ſcri-
ptum, aut non ſcriptum, loquendo de nuncupatiuo, nil re-
fert, quia ſcriptura non eſt neceſſaria, cum ad faciliorẽ pro
bationem adhibeatur. & non alia de cauſa. l. contrahitur.
ff. de pignor. & hypothec. Quod teſtamentum ſi a princi-
pio non fuit redactum in ſcriptura probante poteſt poſtea
redigi ad perpetuam rei memoriam teſtibus examinatis. &
publicatis iuxta terminos. d. l. publicari, & notatur in l fin.
C. de fideicom. Bar. in l. fi. nu. 17. C. de edic. diui Adria. toll.
Caſtren. in l. 2. ſub num. 3. C. de bono. poſſeſ. ſecund. tab.
Quæ publicatio debet fieri coram iudice ordinario, vel ad
hoc deſtinato. l. teſtamenta omnia, vbi Pau. Caſtren. C. de
teſtamen. & ſi teſtamentum fuerit factum a laico, debet
fieri publicatio coram iudice ſæculari etiam ſi clericus eſ-
ſet hæres in eo inſtitutus Docto. in d. l. teſtamenta omnia,
& eſt communis Didac. practi. quæſt c. 8. nu. 1. Quæ autem
ſint neceſſaria in hac publicatione, vide apud Calca. conſi.
90. col. fi. & inter cætera, qui petit publicari debet iurare
de calumnia. l. 1. & 3. C quemad. teſtamen. aperian. Cęph.
conſi 201. num 1. an autem viuo teſtatore, & inuito poſſit
fieri hæc publicatio, quod non, Roma. in l. 2. §. ſi dubite-
tur. ff quemad. teſtam. aper. Franc. Mantic. de coniectu. vlt.
volunt. lib. 1. tit. 6. num. 7. vſque in fi. & quod huiuſmodi
teſtamentum ſine publicatione nihil operetur, & hoc quo-
modo intelligatur, vide Tiber. Dec. conſ 8 nu. 8 lib. 1. & an
publicatio teſtamenti reſpiciat ſolemnitatem, ſiue volun-
tatem Rimi. iun conſi 439. num. 1. & ſeq.

b Neutrum valere. Tradunt omnes in l. vltim. C. de edic. diu.
Adr. tollen. ſed declara primo, quod ſi in vno ſunt inſtituti
venientes ab inteſtato, & in alio extranei illud de venien-
tibus ab inteſtato ſit validum. arg. l. ſi duobus. § ſi prius.
ff. de bono. poſſeſ. cõtra tab. Dominicus de Sancto Gemin.
in c pen. nume. 5. de reſcrip. lib 6. Felin. in cap. paſtoralis,
num. 14. eod. tit. de reſcript. extra Cæph conſi. 531. nu. 38.
lib. 4. Secundo declara, vt ille hæres ſit præferendus, qui
poſſidet, notant omnes ſcribentes in dicta l vltima, & alij
per Tiber. Decia. conſilio 12. numero 25. lib. 2. quod pro-
cedit etiam ſi poſſideret virtute teſtamenti ſecundi, quod
fuerat reuocatum ſe enim tueretur ope exceptionis ex Do
cto. Salic. in l. ſancimus, columna 2. verſiculo item dubita-
ri poteſt. C. de teſtamen. ſed in hoc vlt. vide Menoch. de-
clarantem, conſilio 176. numero 9. Tertio declara illud
teſtamentum ſubſtineri, in quo cauſa pia fuerit inſtituta,
pro qua in dubio eſt iudicandum, cap. fina, de re iud. l. ſunt
perſonæ, in fin. ff de religioſ. & ſumpt funer. Roman. in ſpe
cie, in authen ſimiliter, numero 62 C. ad l Falcid. Lanten.
Calca. conſilio 107. in fin. Mantic. de coniectur. vlt volun.
libro ſecundo, tit. 15. numero 17. Sed quid quando in vno
ſunt inſtituti venientes ab inteſtato, & in alio eſt inſti-

Digitized by Google

tuta pia cauſa, quale teſtamentum ſubſtineatur. Mantic. loco præcit. lib. 6. tit. 3. nu. 43. & iuxta tradita, ibi per Manto. intellig Tiraq de pia cauſ. priuileg. 35.

c Sed ſubſtantiali. Contrarium tenuit Bal. in repet. l. 1. nu. 54. C. de ſacroſanct. eccl. late diſcutit, auth in l. heredes palam, ſub nu 4 verſi, ad ſecundum dictum. ff. de teſtam. Iaſ. numero 17 in 1. lect. Rip. nume. 35. in d. l. nemo poteſt. Pro concordia dicas numerum teſtium eſſe ſubſtantialem de iure ciuili, non tamen de iure gentium, & ideo iſta forma mutari poteſt per aliud ius ciuile. Franc Mantic. de cōiect. vlt. volun. lib. 2. tit. 12. nu. 2. & ſequen. & tit. 14 nu 4. & 23. & eod lib.

d De iure canonico aſſeuerat. Et quod de æquitate canonica valeat teſtamentum etiam ſi per ſigna conſtet de voluntate. Butr. & Abb. in c. relatum. de teſtam, quos refert, & ſequitur conſtant Roger. in l. 1. ſub nu. 4. ff. de teſtamen. Alberi, in l. iubemus. in fin. C. de teſtamen quibus in locis habetur id etiam procedere ad non pias cauſas, quod bene, & notandum, vt poſt præfatos, inquit Cæph. conſi. 54. nu. 52. & ſeq. lib. 4.

e Teſtes fuiſſe rogatos. Poteſt hoc teſtibus probari ad quod probandum, an ſufficiant duo teſtes. Alcia. conſi. 111. nume. 9. lib 9. tenet affirmatiue, quod tamen id Alciat. declarat in l. 2. nu 43. C de bonor poſſ. ſecund. tabul. Mantic de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 16. numero 16. & an, & quando præſumantur rogati, vide eundem. Mantic. lib 2. titul. 11. per totum.

f Voluiſſe facere codicillos. Eſt text. in l fin. ff. de iure codicil. id, quod procedit etiam inter liberos, nam ita demum valet inter eos teſtamentum ſi appareat patrem voluiſſe teſtari, velut ſi filios hæredes ſcripſerit. Ruin. conſi. 126. nume. 3. vol. 1. Vnde ſi nemo fuerit ſcriptus hæres, dicitur voluiſſe codicillari. d. l. fin. Mantic. de coniectu. vlt. volunt. libro 2. tit 3. nu. 13.

g Inſtitutionem hæredis. Hæc eſt communis opin. Imo. in c. Raynutius, num. 30. de teſtam. immo ſi verbum relinquo adijciatur quotæ hæreditatis, & ſimus in filijs, qui formaliter ſunt inſtituendi, non importat hæredis inſtitutionem. Didac. in d. c. Raynutius. § 1. nu. 5. in fi.

h Vigore ſtatuti. Sed circumſcripto ſtatuto clauſula codicillaris non deberet ſubintelligi niſi fuiſſet expreſſa, ſcilicet, vt teſtamentum valeat iure codicillorum, eſt caſus in l. 1. ff. de iur. codicill. & in l. ſi §. illud. C. eod. notat Iaſ. in l non codicillum, nu. 4. C. de teſta. Boer. deciſ. 35. nu. 8. & ſeq late Ant Gabriel. commu conclu. tit. de teſtam. conclu. 5. nu. 1. Sed contrarium plerique tenent ex communi conſuetudine, quod clauſula hæc appoſita cenſeatur, vt eſt videre apud Mantic. de coniectu. vlt. volunt. lib. 1. tit. 9. nu. 2. & ſeq. vbi latiſſime declarat.

i Ad aliam non redit. Quod intentans viam teſtati directam non poſſit ex eodem teſtamento aſpirare ad ſucceſſionem ex clauſula codicillari Roman. conſilio 125. matet, vbi late Mandoſ. & quod quis habens duo remedia contraria intentando vnum, in quo ſuccombat, poſſit aſpirare, & intentare aliud vide late Natta, conſi 38 numero 6 & ſequen. & an duo remedia contraria poſſunt cumulari, vel copulatiue, vel alternatiue intentari. Caſtren. conſi. 65. nu 4. lib. 1. & quando procedat hæc cumulatio. vide Boer. deciſ. 33. numero 11. & ſeq. late Menoch. de adipiſcen. poſſ. remed. 4. nu. 510.

K Ad vnam ſpeciem vltimæ voluntatis. Et quia actus ſic debet intelligi, vt potius valeat, quam pereat. l. quoties. ff de reb. dub. cū vulgaribus. Et ideo ſi teſtator non eſſe reſtrinxerit ad aliquam ſpeciem teſtamenti, ſed tamen explicite voluntatem ſuam teſtibus aperuerit, eius voluntas ſubſiſtere debet, & ſi non valet tanquam teſtamentum in ſcriptis, valeat tanquam nuncupatiuum. Ruin. conſ 193 nu. 10. ad fi lib. 1. & eſt communis opin. Mantic. de coniectu. vlt. volun. lib. 1 tit 7. nu. 6.

l Mortaliter peccet. Et diceretur facere contra veritatem, & contra Chriſtum, qui eſt ipſa veritas, is. qui contra huiuſmodi voluntatem iudicaret Ancha. conſil. notab. 429. nume. 4. quem ſequitur illum de verbo, ad verbum referens. Tibet, Decia. conſi. 46. nu. 95. lib. 2. faciunt, quæ ſupra mox diximus, nu. 5.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum ex probibitione alienationis, an dicatur induci, difficilis quæſtionis eſt.*

2 *Probibitio alienationis, an ſimplex, vel conditionale fideicommiſſum inducat.*

3 *Fideicommiſſum ſic conſideratum, an ſimplex, vel conditionale ſit maxime eſt importantia.*

4 *Effectus reſultans, an ex probibitione alienationis inducatur abſolutum ſeu conditionale fideicommiſſum.*

5 *Alienatio fideicommiſſi tenet reuocabiliter eo alienante viuente.*

6 *Alienans contra probibitionem non poteſt contrauenire nec ab eo cauſam habens.*

7 *Probibitio alienationis cauſatiue facta inducit ſimplex fideicommiſſum.*

8 *Alienationis probibitio non impedit quin pro reparanda alia re maioris conſiderationis res fideicommiſſo ſuppoſita vendi poſſit.*

9 *Alienatio non dicitur, quæ tendit ad commodum hæreditatis.*

10 *Et in caſu permiſſo non dicitur alienatio.*

11 *Neceſſitas reparandi rem ruinoſam, dicitur neceſſitas naturalis, quæ iuſtam cauſam alienandi præſtat.*

12 *Neceſſitas eſt multiplex.*

13 *Reipublicæ intereſt habere pulchra ædificia domorū, num. 20.*

Demolitio domorum redundat in dedecus ciuitatis.

14 *Neceſſitas qualis eſſe debeat in propoſita materia.*

15 *Emptor ab eccleſia, & ab eo, qui alias liberam alienandi non habet facultatem debet proſpicere, quod pretium vertatur in eam cauſam propter quam ſit alienatio alias probibita.*

16 *Teſtes de fama deponentes in cauſis non leuibus non plene probant.*

17 *Tempus, vbi eſt fundamentum intentionis alicuius id ab eo debet præciſe probari.*

18 *Probibitio alienandi hominis, & legis omnimodo impedit alienationem etiam in caſu alias permiſſo.*

19 *Etiam ex cauſa famis.*

20 *Demolitio ædificiorum probibita eſt intelligendo de maxima non de parua.*

21 *Aedificans ſcienter in re aliena, an perdat melioramenta.*

22 *Scientia ædificantis in alieno neceſſaria eſt ad amiſſionem melioramentorum.*

23 *Scientia contrahentium in alienatione rerum fideicommiſſo ſubiectarum, an & quando ſit neceſſaria.*

24 *Melioramenta omnino neceſſaria recuperat etiam malæfidei faciens.*

25 *Probibitio alienationis legis, & hominis duplex fortius operatur.*

26 *Scienter ædificans in ſolo alieno, quando dicitur donandi animo facere.*

27 *Melioramentorum refectio, & expenſarum ita demum fiet, ſi dominus rei nimis non oneretur.*

28 *Non dicitur vtiliter negocium facere, qui nimis grauem ſarcinam imponit.*

29 *Contra abundantes pecunijs, qui nō curant emere ſuppoſita fideicōmiſſo intendentes ſubinde ampla ædificia facere, vt terreant dominos a refectione expenſarum.*

Digitized by Google

ſarum, & ſic gaudere poſsint rebus emptis.
30 *Facta, verbis potentiora ad declarandum animum.*
31 *Error iuris excuſat ſi non quo ad validitatem contractus, ſaltem quo ad repetitionem melioramentorū.*
32 *Error autem iuris debet eſſe iuſtus, & ius debet eſſe dubium, vt excuſet.*
33 *Error iuris induxit bonam fidem quo ad fructus acquiſitionem: fructus quādo compenſentur cum melioramentis.*
34 *Fructus rerum fideicommiſſo ſuppoſitarum pertinent ad grauatum iudicio teſtatoris.*
35 *Nec non ad eum qui ab eo cauſam habeat.*
36 *Fructus medij temporis ſemper ſpectant ad eum, cuius commodo tempus apponitur.*
37 *Fructus fideicommiſsi ad fideicommiſſarium non ſpectant, niſi a die litis conteſtatæ.*
38 *Fructus ex negligentia petentis cenſentur remiſsi,*
39 *Fructus interdum cenſentur petiti non vt fructus, ſed vt intereſſe.*
40 *In diuiſione rei non ſatis commode diuiſibilis fit adiudicatio pecuniarum.*
41 *Neceſsitatibus ſeſe ponens ſibi imputet.*
42 *Impeditus voluntarie non excuſatur.*
43 *Culpoſus ſua culpa commodum reportare non debet.*
44 *Scientia vnius, non eſt ſcientia alterius.*
45 *Coniunctus præſumitur ſcire facta coniuncti.*
46 *Scientia vnius in indiuiduis, eſt ſcientia alterius, & nocet.*
47 *Melioramentorum factorum à malæ fidei poſſeſſore non datur retentio, neque refectio per æſtimationē, ſed abraſio ſine læſione prioris ſtatus rei.*
48 *Secus eſt in bonæ fidei poſſeſſore.*
49 *Abraſio, & ſeparatio melioramentorum, ita demum conceditur, niſi dominus vellet reficere.*
50 *Denunciatio facta emptori poſt contractum ne emat, non conſtituit illum in mora.*
51 *Fideicommiſsi legibus priuatorum pactis derogari non poteſt, cum vix princeps id facere queat.*
52 *Emptum ex pretio rei ſubiectæ fideicommiſſo efficitur fideicommiſſarium.*

ARGVMENTVM.

De emente ſcienter rem ſuppoſitam fideicommiſſo, & an & quando recuperet melioramenta, & an computet fructus cum illis.

DECISIO XXXIII.

SPECTABILIS quondam Nicolaus de Nicolais condito cum quo deceſſit teſtamento, & inſtituto hærede Lactantio eius nepote, inter alia diſpoſuit quod domuncula, de qua in actis nullo modo, iure cauſa coacta, vel voluntaria vendi poſſit, ſed poſt mortem d. Lactantij deueniat ad eius filios, & ipſis non exiſtentibus, ad Hieronymum, Vicentium, Betrinum, & Bartholomeum de Nicolais deuoluatur videlicet, ad maiorem natu ex eis, & eorum filios, &c.

Mortuo teſtatore, & adita hæreditate, domum prędictam alienari prohibitam, idē Lactantius vendidit Spect. Thomaſio pro ſe & fratribus de communibus pecunijs ementi, & ſcienti ac certiorato de d. onere fideicommiſſi, ſuper qua domo poſtea per d. emptores fuit ſuper ædificatum, & facta nonnulla melioramenta.

Succeſſiue cum per mortem d. Lactanti. ſine prole defuncti eueniſſet caſus fideicommiſſi, & reſtitutionis bonorū fideicommiſſo ſuppoſitorum, ſpect. Hieronymus, Nicolai, vti maior natu egit contra dictos emptores ad reſtitutionem dictæ domus, inſtando alternatiue, vel quod domus reſtituatur cū ſuper ædificato, vel quod in priſtinam formam reducatur, & ſic redacta reſtituatur cum omnibus expenſis damnis & intereſſe, de quibus proteſtatus fuit in forma.

Damna autem, & intereſſe deducebat narrando, quod ex quo dicta domus fuit deſtructa, & poſt ea reędificata mutata forma in præiudicium alterius domus magnæ illi contiguę quæ tunc eſt effecta depreſſior cum obſcuratione luminum, & feneſtrarum clauſura. Nec nō reſpectu fructuum, id eſt penſionum quæ ex d. domo percipi potuerunt à die alienationis, quos fructus dicebat non potuiſſe ſuper lucrari per d. emptores ſtante mala fide, & ſcientia rei reſtitutioni, ac fideicommiſſo ſuppoſita.

Replicabatur ex aduerſo per d. reos conuentos ad petitam reductionem in priſtinam formam nō eſſe deueniendum, cum inde deformaretur ciuitas, & publica commoditas hoſpitiorū propter deſtructionem alterius domus illi contiguæ, quæ neceſſario eſſet facienda.

Et ad aliquam reſtitutionem forte tenerentur, ad eam faciendam non prius ſe cogi poſſe contendebant quam ſibi melioramenta reficerentur, quæ nedum vtilia, ſed neceſſaria fuiſſe aſſerebant.

Et factis hinc inde probationibus, ac iurium productionibus Mago. & Eccell. D. Octauius Purus Magonius de Viterbio vir magni ingenij, & integritate, ac doctrina inſignis Iudex primarū inſtantiarum pronunciauit reos cōuentos teneri ad reſtitutionem d. domus cum toto ſuperędificato, vel ad reducendum in priſtinam formam, & ſic redactam relaxare dicto actori cum abſolutione aliarum prętenſionum, præterquā ab expenſis in eadem inſtantia factis, in quibus eoſdem actores condemnauit. A qua ſententia pro parte dictorum reorum ad nos appellatum, & appellationi per actorem adhęſum, inſtantem reformari d. ſententiam ad ſui fauorem in partibus quibus rei conuenti fuerant abſoluti.

Ipſe autem confirmando eandem ſententiam dicebam bene iudicatum, & male appellatum, &c.

1 Præſens caſus tantę † difficultatis reputatur propter notiſſimam doctorum altercationem, vt non immerito eruditiſſimus Iaco. Mandel. in conſil. 54. dixerit in maximo iuris pelago verſari, & D. Ant. Gab. lib. 4. de fideicomm. concl. 9. qui hunc articulum

lum fuſius tractauit teſtatur in eo Doctores confu-
ſe nimis ſe habuiſſe.
2 Nam † an ex prohibitione alienationis dicatur
induci ſimplex fideicommiſſum, & abſolutũ poſt
a mortem grauati, an vero conditionale a in caſu dũ-
taxat ſecuræ alienationis iuris interpretes inter ſe
parum conuenerunt, vt eſt videre ex longa diſpu-
tatione. Soc. in l. qui Romæ, §. cohæredes, colum.
7. de verb. oblig. & in conſil. 40. inter conſilia Curt.
ſenio. ac per Iaco. Mandel. & Ant. Gab. in locis præ-
citatis, & per Bero. in conſ. 85. col. 2. lib. 2. deciſ. Pe-
demon. 50. num. 13.
3 Cuius indagationis † plures, ac non modici mo-
menti reſultabant effectus propterea, quod ſi dica-
tur per prohibitionem alienationis inductum con-
ditionale fideicommiſſum, tunc nulla ſecuta alie-
natione nullum pariter dicetur inductum fidei-
commiſſum, ſed prohibitus hæredem, & ſucceſſo-
rem habebit extraneum.
Si vero concedatur ex prohibitione alienatio-
nis ſimplex, ac abſolutum fieri fideicommiſſum, &
4 tunc † etiam non ſecuta alienatione reſtitutio fiet
ab hæredibus grauati ab inteſtato veniẽtibus, quia
tunc dicitur tãtum fideicommiſſum poſt mortem
prohibiri. Ita, quod vocati non poſſunt ad illud ad-
mitti niſi mortuo alienante, vt per Soc. in d. §. cohæ-
redes, num. 1. & conſ. 43. col. 3. lib. 3. & in l. ſi cogni-
tis, col. 10. de reb. dub. quia cum ante eius mortem
non venerit, nec ceſſerit dies, ſine actione experi-
rentur. l. cedere diem, de verbo. ſignifi. l. ſi. §. filium
delegat. 2.
Sequeretur etiam, & aliud ex ſimplici fideicom-
5 miſſo, videlicet, quod † alienatio interim a prohi-
bito facta teneret reuocabiliter eo viuẽte, ita quod
ſolum poſt mortem alienãtis veniret reuocanda,
l. ſi. §. ſin autem, ſub conditione, C. communia, de le-
gat. & ibi Bar. not. & per Cyn. in auth. res quæ, eod.
tit. tradit Bero. conſ. 85. col. 2. lib. 2.
6 Et ſic nedum ipſe † alienans in tali caſu poteſt
impediri, ne libere re fideicommiſſo ſuppoſita vta-
tur, vt poſt relatos, no. Marz. de fideicommiſſ. q. 62.
ſed ne quidem emptores, & ab eo cauſam habentes,
vt idem Bero. not. d. conſ. 85. num. 3.
In qua tamen difficultate ſequendo communes
traditiones dicebamus hic nos eſſe in caſu ſimpli-
cis fideicommiſſi, prout enixa teſtatoris voluntas
indicat, volentis d. bona tranſire poſt mortem La-
7 ctantij de primogenito in primogenitum, † & ver-
ba teſtamenti non obſcure demonſtrant apta indu-
cere ſimplex fideicõmiſſum, vt ſunt verba habeo,
permaneant, perueniãt, & pertineant, &c. ſicuti de-
clarat Iacob. Mand. d. conſil. 54. & Bero. conſ. 102.
num. 22. & conſil. 68. num. 17. & 176. num. 56. lib.
2. ſentit Rimin. iun. conſ. 47. ſub num. 25. & Pede-
mon. deciſ. 50. num. 14. & per multa exempla, quæ
no. Anton. Gabrie. d. concluſio. 9. a num. 15. vſque
23. & per Ceph. conſil. 386. num. 13. & ſeq. & num.
26. & Crauet. conſil. 130. Goza. conſ. 102. verſi. 25.
caſus. Pariſ. conſ. 26. lib. 2. in prin. Burſat. conſil. 67.
num. 5. & ſignanter. Bero. cõſ. 81. lib. 2. vbi firmat,
quod prohibitio alienationis cauſatiue facta indu-
cit ſimplex fideicommiſſum.
Et ſi quomodo huiuſmodi fideicommiſſum con-
ſiderari poſſet conditionale, vt voluit Ioan. Dile. de
arte teſt. tit. 6. can. 60. num. 1. Pariſ. conſil. 21. num.
42. lib. 1. Ruin. conſil. 54. nu. 7. lib. .. refert, & ſequi-
tur Cæphal. conſil. 393. num. 34. id non penderet
ab euentu alienationis, ſed a morte alienantis.
Stante igitur hoc fideicommiſſo ſimplici, ac pu-
ro quærebatur, an alienatio d. domus fideicommiſ-
ſo ſuppoſitæ irreuocabiliter teneret.
Et quatenus reuocanda foret, an huic emptori,
& ſucceſſoribus venirent reficienda melioramenta
itemque quid de fructibus ex dicta domo medio
tempore perceptis ſtatuendum eſſet, an reſtitui de-
berent, vel cum melioramentis venirent compen-
ſandi, &c.
Et quo ad primum affirmabant rei conuenti re-
tractationi locum nõ eſſe, quia alienatio fuit facta
8 in caſu a iure permiſſo, † vt ex eius domunculæ
pretio repararetur alia domus pariter, ſub eodem
fideicommiſſi onere ſuppoſita longe maioris con-
ſiderationis, & æſtimationis vocata, *la caſa grande*,
quæ aſſerebatur eſſe ruinoſa, & egere reparatione,
quo caſu videbatur de iure permiſſa talis aliena-
tio, argum. no. per Soc. conſil. 28. lib. 2. refert, & ſe-
9 quitur Iac. Mand. conſil. 97. num. 15. & ſeq. † Non
enim dicitur alienatio, quæ tendit ad commodum
hæreditatis. Cæphal. conſ. 311. num. 19. & dicit Be-
ro. conſ. 42. num. 45. lib. 1. quod in materia prohibi-
10 tæ alienationis, † alienatio facta in caſu a lege per-
miſſo non dicitur alienatio.
11 Neceſſitas † autẽ reparandi ruinoſam domum
dicitur naturalis neceſſitas, quæ iuſtam cauſam alie-
nandi præſtat ſicuti placuit Soc. in l. Marcellus, §.
res quæ ad Trebellia. & not. Craue. in reſponſo pro
genero, num. 94. & videtur tex. in l. non ſolum. §. 1.
ff. de alie. iud. mut. cauſa fac.
12 Et vltra naturalem iſtam neceſſitatem † (mul-
b tiplex b enim eſt neceſsitatis ſpecies, quas plene no-
tat in materia alienationis fideicommiſſi Menoch.
de arb. iud. lib. 2. cau. 2. caſu 283.) dicebant iſti rei
conuenti alienata non fore reuocanda ratione pu-
blicæ vtilitatis, cuius intereſt habere pulchra ædifi-
13 cia † quorum demolitio redundans in turpitudi-
nem ciuitatis, non eſt permittenda, l. 2. C. de ædifi.
priua. l. cætera de leg. 1.
Hæc argumenta, (& ſi in ſe vera ſint) in caſu ta-
men iſto minime procedebant propterea, quod vi-
ſum fuit non concludenter probari de aſſerta ne-
ceſſitate, & reparationis indigentia domus maio-
14 ris, † quæ neceſſitas non ſufficit, quod ſit qualis,
ſed euidens eſſe debet, & manifeſta, & talis, quod
euidenter appareat ſine illa refectione rem reddi
inutilem aut prorſus perituram, ita quod in culpa
eſſet non alienando c. 1. de reb. eccleſi. non alie. &
tradit Cepha. conſ. 311. num. 78. vbi quomodo cau-
ſa eſſe debeat neceſſaria.
Nec etiam conſtitit ex hac cauſa reparandi a-
lienationem fuiſſe factam, neque etiam pretium in
vtilitatẽ d. domus magnæ verſum, aut expoſitum,
15 † prout in hoc ſolicitus eſſe debebat emptor, vt fa-
ceret

Digitized by Google

ceret apparere pretium d. rei ceſſiſſe inutilitatem, & in eam cauſam propter quam ſit alienatio', vt ex mente Anton.refert Redoan.in tract. de reb. eccleſ. non alie.q.4.verſ.& deinde, num.7.

Et quatenus d.rei uitebantur per coniecturas, & preſumptiones, id probare, videlicet, quod Lactantius eſſet pauper, & de anno 1558. (quo tempore fuit facta d. alienatio) expenderat in d. reparatione domus magnæ pluſquam 400. aureos quaſi aliunde, quam ex d. uenditionis pretio pecunias habere non potuiſſet in promptu tamen reſpóſio eſt, quod d. paupertas Lactantij non fuit probata niſi forte per quoſdam teſtes de fama deponentes, & in cauſis non leuibus, vt erat iſta huiuſmodi probatio non
16 † eſt bona ſecundum Bart.in l. ſi conſtante.2. q. 2. q.princ.ſolut.matri.& tradit Benin.in tract.de pauper.q.6.num.9.

Similiter non conſtabat d.meliorationes, ſeu reparationes per Lactantium factas eſſe poſt d. alienationem, ponunt enim rei. Lactantium reparaſſe, de anno 1558. faciendo conſequentiam, quod id fecerit a menſe Nouembris citra d. anni de quo menſe alienatio ſecuta fuit.

Sed non eſt bona ſequela, cum potuerit eſſe, & hoc eſt magis veriſimile, quod eas fecerit Lactantius de menſe Aprilis, Maij, & de alijs menſibus aptioribus ad fabricandum, quam de menſe Nouembris, & Decembris cum tunc communiter accidé-
17 tibus ædificia non ſurgant, & † vbi tempus eſt fundamentum intentionis alicuius, id debet præciſe probari, vt firmat Natta in conſ.315.col.3, num. 5.

Præterea dito quod d. domus magna egeret allegata neceſſaria naturali refectione, & quod de iure licuiſſet pro ea reparanda vendere alia bona fideicommiſſo ſuppoſita, adhuc dici poterat neque in hoc caſu a iure conceſſo debuiſſe alienari propter concurſum duplicis prohibitionis alienandi, & le-
18 gis, & hominis, † qui concurſus abſolutum præſtat impedimentum alienandi etiam in caſibus alias cóceſſis, glo.ſing.in l.2.C.de vſucap.Ioan.de Imo.in l. filiusfa.de leg.j.Fab.de Monte, in tra.de emp.& véd.
19 q.4.verſic.11.quæro, quod † extenditur procedere etiam ex cauſa famis, ſecundum Cyn. in authent. hoc ius porrectum.C.de ſac.eccl.

Immo inſtrumentum alienationis oſtendit, qua cauſa fuerit alienatio facta, non enim cauſa reparandi alia bona labentia, quia de hoc uerbum nullum, ſed quia emptor duplum iuſti pretij perſoluit, & ſic propria tantum alienantis vtilitas ad id venditorem induxit.

Et ad conſideratam demolitionem in deformitatem ciuitatis, de qua in ſententia replicabamus in caſu iſto non fore attendendam propter eius modicitatem. demolitio enim ædificiorum eſt prohibi-
20 ta fauore publico, † quando tractetur de maxima ędificiorum demolitione, non autem de parua. vt declarat Bero.in conſ.118.num.26.lib.3.

Ad ſecundum verò (cum alienata veniant reuocanda,) an habenda ſit ratio melioramentorum ſaltem, vt per ęſtimationem refici deberent, ſine dubio negatiue reſpondendum duximus.

21 Quia † cum ſciens a ſciente rem fideicommiſſo ſuppoſitam, & alienari prohibitam ęmeret actor reorum conuentorum, & in ea poſtea ſuperædificarit, & uti malæfidei poſſeſſor, ac etiam quod animo donandi fecerit, melioramenta amittit.l.ſi.§.ſi.& ibi glo.not.C.commu.de leg.& in terminis extat deciſ. Neguſan.de pigno.in 4.membr.5.par.princip.num.19.quem ſequitur Cagno.in l.1.num.70. C.de ſent.pro eo, quod int.Rimi.iun.conſilio 90.Tiraquel.de ret.connen.§.7.gloſſ.1, numero 5.Marza. de fideicomm.q.67.in ſi.& Redo.in tract.de reb. eccl.non alie.17.q. verſic. ſi uero ſumus in malæfidei poſſeſſore.

22 Scientia autem † quæ ad amiſſionem melioramentorum neceſſaria eſt ſecundum mareriam. l. ſi. §.ſi.de leg.2.& d.§.ſi.l.ſi.C.communia, de le. de qua late Dec.conſi.236.num.7.Cęphal.conſi.593.num. 78.& ſeq.cum multis congeſtis per Alpha.in collecta.iuris, num.608. hic non deſiderabatur, quia patebat ex eodem inſtrumento alienationis, ubi emptor certioratus fuit de d.onere, & ipſe cum d. onere expreſſe emit.

Licet quo ad inualiditatem alienationis, in hoc caſu forte non eſſet attendenda ſcientia, aut igno-
23 rantia † contrahentium ſecundum opinioné Imolæ. Nam cum eſſemus in alienatione fideicommiſſi particularis, non vniuerſalis, etiam data ignorantia vtriuſque, & emptoris, & venditoris alienatio contra duplicem prohibitionem facta non tenet, ita determinat Imo. in d.l.ſi.§.ſi.de leg.1.quem ſequitur Alexan.in d.l.Marcellus, col.1.reprobato.Caſtrenſi non diſtinguente particulare ab vniuerſali fideicommiſſo. ff.ad Trebell.de cuius dicti ueritate tradunt Pedemon.deciſ 73.ſub num.4. & ſequé. & emptor habet pro pretio regreſſum contra uenditorem ſi ſit ſoluendo, alias re, & pretio carebit. Aemil.conſ.140.num.7.

24 Niſi tamen eſſent † melioramenta omnino ne-
d ceſſaria, d quæ alias dominus fuiſſet facturus & ſine quibus tam in reficiendo, quam de nouo faciendo res eſſet peritura, vel omnino inutilis efficeretur, quo caſu neq; nos inficiamur facientem recuperate debere, ne dominus rei cum aliena iactura locupletetur repugnante æquitate, ac naturali ratione, ut in terminis noſtris firmat Bello.conſil.65. num. 12. refert, & ſequitur Menoch.de recup.poſſ.15.remediorum, num. 507.514.& 537.Caſtrenſ.conſi. 247. num.7.Iaſ.l.ſi.§.ſi.C.communi.de leg. Redoa. d. q. 17.in prin.nu.5.& eſt tex.in l.domus.de leg.1.§.cæterum, inſti.de re.diui.

Quorum melioramentorum in præmiſſo themate amiſſio ſuadebatur etiam ex duplici prohibitio-
25 ne alienationis legis, & hominis, quæ ſic vnita † potentius operatur omnimodú impedimentum tranſlationis dominij ſecundum gloſ.& Doct. in l.ſi. C. de reb.alie.non alie.Ant.& Abb.in cap. Raynutius. de teſta.Grat.conſ.91.num.13.lib.1. Bero. conſilio 91.& 129.lib.2.Pedemon.deciſ.73. ſupra allegata. Redoa.d.tracta.de reb.eccl.non alien.in rub.de cauſis propter quas fiat alie. num. 82. Marza. de fidei. quæſt.45.

Vnde

Digitized by Google

Vnde eum emptor iure reſiſtente nullum ius in
re empta ſibi acquiſierit, non tantum, quod malæ
fidei poſſeſſor ſit, quantum etiam, quod in re alie-
na, & in qua nullum ius habebat ſcienter ædifica-
26 rit, † animo donandi feciſſe videatur, meliora-
menta perdere debet ſecundum Sali. in l. domos.
C. de rei vendi. colum. 3. hoc idem eſt de mente Ro-
laad. conſilio 28. lib. 1. & Rui. conſilio 165. libro 4.
pro emptore allegatorum, vbi concludunt ædifican
tem ſcienter in re fideicommiſſo ſuppoſita tempo-
re, quo in ea aliquod ius habet, cenſeri animo repe-
tendi feciſſe, cuius cõtrarium teſtantur in ædifican-
te ſine aliquo iure in d. re ſibi competente, vt hic.

Verum mirabilis ingenij, ac conſultorum diſer-
tiſſimus Dom. Ioſeph Altogradus reorum aduoca-
tus ſubtiliſſimo fundamento a prædictis eos tueri
conabatur docte, ac ſubtiliter inſinuando in pro
poſito caſu emptorem fuiſſe in bona fide, & conſe-
quenter tam neceſſaria, quam vtilia melioramenta
vendicare poſſe.

Dicebat enim. §. fi. l. §. cum glo. in verbo melio-
rationes. C. communia, de legat. dum loquitur de
acquirente cum mala fide intelligi de emente cum
mala fide abſolutè, ideſt de emente ea intentio
ne, & animo, vt ibi acquirat in diminutionem fi-
deicommiſſi, & tunc is perdat melioramenta, ſe
cus ſi animo reſtituendi vocatis a teſtatore emat,
nam is non eſt in mala fide, & non ſequitur, ſcien-
tiam habuit de fideicommiſſo, ergo eſt in mala fi-
de, vt dicit Cor. i d. §. fi. & eſt exemplum de colo-
no, qui ſcit rem eſſe locatori reſtituendam, tamen
ſi extra legem locationis melioret, repetit. l. pe. ff.
loc. & ſic faciendo diſtinctionem de mala fide acqui-
rentis abſolute in diminutionem fideicommiſſi, &
acquirentem cum onere, & pacto reſtituendi, quem
bonæ fidei eſſe conſtituebat, & ſic melioramenta
non perdere.

Et per iſta dicebat iſtæ eximius Doctor caſum
noſtrum non comprehendi ſub §. fi. l. fi. C. commu-
ni, de lega. ſed ſub. §. ſin autem eiuſdem legis, vbi a-
lienatio pendente coodi tione valet, & ea adueniente
te reſoluitur, & ſic data interim alienationis vali-
ditate, emens cum ſuerit effectus dominus reuoca-
biliter, ratione dicta dominij reuocabilis ædificans
dicitur aoimo repetendi, non donandi feciſſe, &
ab eorum melioramentorum repetitione non ex-
cluditur, iuxta deciſio. Rolan. 28. lib. 1. & Rui. con-
ſil. 165. lib. 4.

Quibus tamen non obſtantibus arbitrati ſumus
hunc emptorem fuiſſe in mala fide, & ſine aliquo
iure ædificaſſe, non obſtantibus verbis illis, quod
emeret cum onore reſtituendi.

Nam vltra, quod Doct. in hac materia ſolum con
ſiderant ſcientiam rei ſubiectę fideicommiſſo ſine
aliqua diſtinctione, iſte emptor videtur fuiſſe in
mala fide abſolute, & cum manifeſta intentione
fruſtandi vocatos ad fideicommiſſum, quod ex
pluribus apparebat.

Primo ex verbis contractus, vbi emens fatetur
ſe diu ad hanc emptiooem domus inhiaſſe, & de-
ſideraſſe,

Secundo, quia emit in duplum iuſti pretij, quæ
omnia non ſolent fieri niſi ab ijs, qui ſibi perpetuo
proſpicere, & prouidere velint, non autem cogitan-
tibus reſtituere, vt docet experientia.

Tertio, (& hoc erat magis animaduertendum,)
quia emptor deſtructa priſtina forma d. domus con-
fundendo aream cum reliqua d. emptoris domo, il-
lam in longe diuerſam formam reædificauit, & vl-
tra primæuum pretium in bonificamentis triplum
errogauit. In re enim valoris ſcut. 200. profitetur
plus 600. aut 700. ſcut. expendiſſe.

Quæ quidem immoderata, & exceſſiua impen-
ſa mali animi (ne doli dicamus) euidentiſſimum
præſtat argumentum. Non enim aliud præſert
iſta ſatis notabilis melioratio, quam quod Hiero-
nymus egenus, copijs non ſatis affluens, perti-
meſcat rem ex fideicommiſſo ſibi debitam vendi-
care propter onus graue melioramentorum, & il-
lorum refectionem, quod nequaquam ferendum
exiſtimauimus, eaque nõ ſolum non neceſſaria, ſed
ne quidem vtilia credidimus.

Nam vt dicit no. Bald. in conſil. 116. lib. 1. refe-
ctioni expenſarum, & meliorationum, tunc eſt aſ-
27 ſentiendum, qñ † nimis dominus non oneratur, &
28 reddit rationem, quia † qui inſupportabilem ſar-
cinam imponit, non dicitur vtiliter negocium ge-
ſiſſe. l. ſed an vltra. §. pen. ff. de neg. geſt. ſequitur ad
id plura allegans Menoc. de recup. poſs. 15. remed.
num. 523. & Tiraquel. de ret. conuentio. §. 7. gloſ.
1. num. 5. & in terminis ſunt quæ pulchra verba Ca
gno. in l. 1. num. 73. C. de ſen. pro eo. quod int. quę
29 exclamat † notanda eſse in actu practico contra pe-
cunijs abundantes, qui parui faciunt emere bona
ſuppoſita fideicommiſso intendentes ſubinde face-
re ampla ædificia, vt vix poſtea reperiri poſſit, qui
refectis expenſis illi repetat & ſic tute illis potiun-
tur excluſis, & perterritis veris dominis, iſtos eos
qui ſic ſcientes exceſſiuè impendunt. impenſas per-
dere teſtatur, refert, & ſequitur Marza. de fideicom.
q. 66. in fin.

Nec refert, quod emptor verbis enunciauerit ſe
emere cum onere reſtituendi, cui de iure, &c. Quia
animus, & intentio fuit aliter declarata, & facta
30 † ſunt potentiora verbis ad animi declarationem.
Neuiza. conſi. 66. nu. 53.

Allegabatur etiam pro reis celebre conſilium
Caſtrenſis 247. lib. 1. vbi in ſimilibus terminis de-
ciſiue reſpondit, & mirabiliter quidem, impenden-
tem ſcienter in re reſtitutioni ſuppoſita impenſas
repetere ſi aliquo iuris errore ductus impendit, con-
31 cludens, quod † error iuris excuſet ſi non quo ad
validitatis contractus, & rei acquiſitionem, ſaltem
quo ad repetitionem melioramentorum.

Itaque quoque dicendum videretur in iſto caſu, vbi
emens ſciẽter animo reſtituendi, quibus de iure re-
ſtituenda veniret d. domus iuſtam cauſam habuiſ-
ſe ſic emendi, vt ſaltem expenſas recuperare valeat.

Sed dicebatur caſum a caſu longe differre, cum
in caſu Caſtrenſis plures aderant cautelę, & iudicis
decretum acceſſit a præſtandum emptori proba-
bilem cauſam ita credendi ſe legitime emere, &

ibi

ibi erat implicitum ius cum facto.

Hic autem emens nullo probabili iuris errore du
ctus dici poteſt, cum factum ipſum ſit ſimplex, &
extricatum, & ius inde deſcendens non eſt dubium,
32 & ad hoc, vt error iuris excuſet, † debet eſſe iuſtus,
& ius debet eſſe dubium, & declarat Balb. in l. Cel-
ſus, in prin. num. 17. ff. de vſucap. & no. Menoch.
de arbit. iud. lib. 1. q. 53. nu. 9.

Et ut oſtenſum eſt hic ex parte ementis nihil nõ
ſuſpectum de dolo inſpicitur, & ſic eum iſto iuſto
errore iuris cum Caſtrenſe tranſeuntes non nega
33 mus † induci bonam fidem, quo ad fructuum ac-
quiſitionem ad not. per Tiraq. de retr. conſan. §. 35.
glo. 4. num. 26. Balb. in d. l. Celſus. in princ. num. 18.
Ant. Gabr. de præſcrip. concl. 14. in fi. & de commu-
ni opin. Couarru. varia. reſol. lib. 1. c. 3. nu. 8. ſed hic
erroris iuſtitia deſideratur merito, &c.

Et ex his inferendo ad id, quod tertio loco pro-
ponebatur de fructibus dicebamus illos, nec reſti-
tui, nec compenſari debere cum melioramentis in
34 caſu iſto, quia † hi pertinent ad grauatum ex iudi-
cio teſtatoris. l. in fideicommiſſariam ad Trebellia.
35 eoſque non ſolum ipſe lucratur, ſed † quilibet ab
eo cauſam habens. Bero. conſi. 44. num. 9. & 23. lib.
3. & conſ. 79. num. 63. eo. lib. Cæphal. conſ. 30. nu.
8. Redoan. d. q. 17. verſ. ſi vero melioramenta, & ex-
preſſe Caſtren. conſ. 94. lib. 2. num. 7. quicquid con-
tra ſenſerit, glo. in d. §. ſin autem. l. fin. C. communia
de leg. communiter reprobata, teſte Caſtr. d. conſi.
36 94. † fructus enim medij temporis ſemper eius cõ-
modo cedunt cuius fauore tempus apponitur, tra-
dit Thob. Non. conſi. 26. num. 18. & plures allegat
Ant. Gabr. de acq. rer. domi. concluſ. 1. nu. 4.

Qui quidem Hieronymus fideicommiſſarius ſi
quid iuris in d. fructibus prætendere poſſet ad illos
37 regreſſum non haberet † niſi a die litis motæ, &
conteſtatæ. cap. Raynutius. de teſt. late Marza. de fi-
deicomm. quæſt. 63. Bero. conſil. 14. & 171. libro 2.
38 Cæph. conſ. 85. num. 13. quia † ex negligentia nõ
petentis cenſentur remiſſi. Quamuis etiam de his
ex alio fuerit dubitatum, cum non conſtet fructus
expreſſe petitos fuiſſe in prima inſtãtia per ea, quæ
not. Conttard. in l. 1. in prima limit. num. 59. C. ſi
de moment. poſſeſſ. & per Rip. in l. 4. §. hoc autem
39 iud. num. 91. de dam. inſect. Niſi † forte diceretur
fuiſſe petitos non, vt fructus, ſed vt intereſſe quo
caſu ueniunt appellatione intereſſe, vt not. Bart. in
l. videamus. ff. de vſur.

Proponebatur etiam ad fauorem emptoris, ac
reorum conuentorum non poſſe deueniri ad reſti-
tutionem d. domus ad priſtinam formam, ratione
difficultatis, & commixtionis, areæ d. domus cum
alia area maiori dicti emptoris, quæ ſimul ſuſti-
nent vnum ædificium, & propterea dicebatur de-
40 ueniri debere ad † adiudicationem in pecunijs fa-
ciendam habenti minorem partem arbitrio iudi-
cis, iuxta not. in §. pen. inſtit. de offic. iudi. & l. ſan-
cimus §. ſin autem. C. de donat. & per Afflict. deciſ.
23. num. 7.

Sed his commoda dabatur reſponſio, quod iſta
difficultas reducendi in priſtinum, & arearũ, ac ędi-
ficiorum cõmixtio fuit mala fide facta per empto-
rem, & cauſata eius culpa ad id præordinata, qui
ſciebat quandoque reſtitui debere, vnde ſibi impu-
41 tandum † ſi ſe ipſum in neceſſitatibus poſuit. l. ſi fi
deiuſſor. §. ſi neceſſario. ff. qui ſatiſd. cog. l. 2. §. ſi quis
tamen. ff. ſi quis cautio. l. Papinia. ff. de minori. &
not. Crauet. in reſpon. pro genero, nu. 44. 87. & 88.
42 Menoch. de recup. poſſ. 6. remed. nu. 52. † & volun-
tariæ impeditus non adiuuatur. Menoch. de arbitr.
iud. cent. 2. lib. 2. caſu 182. num. 38.
43 Nec enim decet † culpoſum ſua culpa commo-
dum reportare ex facto procurato. l. quidam. ff. ex
quib. cau. maior. Bart. in l. Barb. de offic. pr̨tor. Nat-
ta, conſ. 253.

Nouiſſime dicebatur pro reis conuentis, quod
ſcientia inſtrumentalis de qua ſupra ſolum tenuit
Thomaſium emptorem, non autem ipſos reos ibi
non nominatos expreſſe, ſed virtualiter, & implici-
44 te, ac abſentes, & † ſcientia vnius non eſt ſcientia al
terius ſecundum Ber. conſ. 160. num. 5. lib. 2. Bal. in
c. 1. §. fi. de not. feud. neque vni per alterum dẽt ini-
qua conditio inferri, & ſic videbatur expeditum,
quod pro parte aliorum ignorantiam prætendentiũ
melioramenta in æſtimatione refici deberent.

Sed hoc euitabatur tum ex propoſitione genera-
45 li, quod coniunctus † præſumitur ſcire facta cõiun
cti, & maxime in fratribus, & nepotibus ſimul co-
habitantibus ad nota per Crau. conſil. 123. num. 1.
46 Tũ ẽt, quia in indiuiduis, † vt in caſu iſto ſciẽtia
vnius alijs præiudicat ad Tiraq. de retr. cõ ſan. §. 1. gl.
13. nu. 29. & in tract. res inter alios acta, in 23. limi.

Cõceſſimus aũt d. reis ſeparationẽ melioramen-
torum, quia in melioramentis utilibus factis a malę
47 fidei poſſeſſore † non datur retentio neq; refectio
per æſtimationem, ſed tm̃ abraſio, & ſeparatio ſine
tamen læſione prioris ſtatus rei iuxta. l. domos. C. de
48 rei vendi. † Secus aũt in bonę fidei poſſeſſore, vt per
Menoch. d. 15. remedio, nu. 524. 540. & ſeq. Redoa.
d. q. 17. in prin. nu. 21. & in ver. ſi vero ſimus in ma-
læ fidei, nu. 10. & tradit Rim. iun. conſ. 90. nu. 6.

Quæ ſeparatio, & abraſio ita demum permitti-
49 tur † niſi dominus vellet, & paratus eſſet dare to-
tum illud, quod habiturus eſſet ille poſseſsor illis
ablatis, iuxta l. in fundo, cum ibi not. per gl. ff. de rei
vend. & not. per Iaſ. in l. fi. num. 10. & ſeq. C. de iure
emphy. & per Boer. deciſ. 107. nu. 2.

Fuit etiam factum maximum fundamentũ pro
parte Hieronymi ad oſtendendum malam fidẽ em-
ptoris, & reorum, in quadam denunciatione per eũ
illis iudicialiter facta ne emerent. l. fundum. C. de
rei vendi. & not. Bart. in l. Celſus, nu. 18. de vſucap.
50 ſed hoc non fuit attendendum, † quia denuncia-
tio fuit facta poſt emptionem, & ſic non conſtituit
eos in mala fide, vt not. Bald. in d. l. Celſus, & per
Crauet. conſi. 6. num. 76.

Hanc autem ſententiam eo libentius amplexi
51 fuimus ne fideicõmiſſorum legibus, † & priuato-
rum teſtamentis per priuatos derogari aſsentire-
mus cum vix ipſum principem, id facere poſse ma-
gis communiter aſseratur, vt inquit Corn. in l. teſta
mentum. C. de teſta. poſt Archid. Mart. Laud. Rom.

&

& Fulgoſ. relatos a Couar. lib. 3. variar. reſol. lib. 3. cap. 6. num. 7. verſ. 6. Dec. in conſ. 357. nu. 5. & 403. num. 14. & 519. num. 5. Niſi ex cauſa publicæ vtilitatis non priuatæ, ut per Dec. in d. conſilijs. Bart. in proœ. ff. & in l. fi. col. 1. C. ſi contra ius, vel vtili. pub. Abb. & alij in cap. quæ in eccleſiarum de conſtit. & not. Rebuff. in l. lege obuenire. ff. de verb. ſignif. car. 68 2. verſ. ex his.

Quicquid alij ſenſerint propter difficultatem reducendi domum in priſtinam formam, propter qd
52 mandarunt de pretio emi alia bona † quæ loco domus præfatę fideicommiſſo ſubiacerent iuxta l. Imperator. §. fi. ff. de leg. ſecundo. Bart. in §. duo fratres. l. qui Romæ, in 1. q. de verb. oblig. Iaſ. in conſ. 331. iſti impuberes, num. 2. lib. 2.

In hac cauſa cum diuerſa vota per nos reddita fuerint ob paritatem ſententiarum ſecundo loco extitit appellatum, & tota ferè ciuitas commota fuit, quæ ægre fert euerſionem fideicommiſſorum.

ANNOTATIONES.

a An vero conditionale. Magna eſt diſceptatio, & ſumma diſſenſio inter iuris profeſſores ſuper hac nodoſiſſima quæſtione, nam vt dixit Curt. iun. conſ. 116. nu. 8 Veteres, & recentiores ſcriptores adeo torquentur, vt pleriqne eorum variauerint; Sed vt de ea optima habeatur reſolutio, vide latiſſime differentem per tres columnas eruditiſſimum inter Moderniores D. Franc. Mantic. de coniec. vlt. volunt. lib. 6 tit. 14. num. 24. vſque in fin. Quod autem non valeat prohibitio alienandi facta ſine cauſa. Decian. conſ. 26. nu. 20. lib. 2. Et quod cauſa adiecta ob conſeruationem agnationis, item & facta reſpectu deſcendentium operetur vtrunqne fideicommiſſum, & abſolutum, & conditionale, Decian. conſ 31. nu. 12. 84 cum pluribus ſeq. lib. 1. Quid ſi fiat quod bona vadant de hærede in hæredem, quod idem ſit. Decian. conſ. 50. per tot. lib. 1. & ibi id maxime procedere ſi addatur dictio perpetuo Quod idem ſit de dictione, ſemper. Decian. conſ. 2. nu. 263. lib. 1; Et quod fideicommiſſum per prohibitionem alienationis inductum regaletur ſecundum præcedens fideicōmiſſum, & quomodo procedat. Cephal. cōſ. 27. lib. 1. & conſ 544. nu. 12. & conſ. 614. nu. 1. lib. 4. Contrarium in hoc vltimo tenent quam plurimi qui numerantur per Rimin. iun. conſ. 20. ſub nu. 12. ver. nec verum eſt, quo loci in ſequentibus num. declarat quomodo id ſit intelligendum. Et quod quoties prohibitio habet cauſam annexam, vt bona conſeruentur in familia, ſeu in deſcendentibus inducat ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, tam in caſum mortis, quam alienationis. Rimin. iun. conſ. præcit. nu. 11. dicens in caſu iſto nullam eſſe inter Doctores controuerſiam, quod idem dicit Soc. conſ. 227. vol. 2. Cur. iun. conſ. 145 nu. 10. Sed vide eundē Rimin. latiſſime conſ. 147. nu. 5. & per totum vbi multa declarat. Et ad ſatietatem in materia poſt Doctores ibi vide Romule. in l filiofamil. §. diui. ff. de leg. 1. alias ex tract. de teſtar. precep bona extra famil. alien.

b Multiplex enim eſt neceſſitas. Triplicem inuenio neceſſitatem, precſam videlicet cauſatiuam, & honeſtatis, vt eleganter notat Caſtr. poſt Bart. in l. 1. C quomodo, & quando Iud. vide pro neceſſitate honeſtatis. Rolan. conſ. 10. nu. 14. libro 1. Et an valeat alienatio ex cauſa neceſſitatis ſtante prohibitione Marzar. de fideicomm. q. 40.

c In caſibus alias conceſſis. Dec. conſ. 403. nu. 12. Aret. conſ. 22. diligenter, & mature poſt Bal. in c. 1. § præterea. verſi. quæro ſi eſt appoſitum pactum de c. Corrad. in vſib feud. Decian. conſ. 9. num. 12. lib. 1. & conſ. 48. nu. 21. lib. 2. Et quod iſta prohibitio operetur etiam in alia materia. Rimin. iun. conſ. 194. nu. 17. vbi late alios allegat, & cōſ. 454. nu 24. & ſeq. Et vide Marzar. de fideicom. q. 37. Et quod non obſtante fideicommiſſo dupliciter iniuncto, valeat alienatio in cauſam dotis, idē Rimin. conſ. 147. nu. 30. & in hac quæſt. vide late Romulc. in l. filiofa. §. diui nu. 116. & ſeq. ff. de leg. 1. poſt Doct. ibi. Magno. inf. dec. 59. nu. 11.

d Omnino neceſſaria. Et quatenus melioramenta reſici debuiſſent, prout non deberi optime fuit concluſum, an eſſent reficienda habito reſpectu ad tēpus expenſarum, vel tempus reſtitutionis, vel eſſet reficiendum, id quod minus eſt iuxta terminos l. in fundo. ff de rei vēdicat. Ardua quæſtio eſt & dependet ab intellectu d. l. in fundo. & l. domos. ff de leg. 1. quæ ſunt claues in iſta materia. Communis concluſio eſt vt attendatur tempus reſtitutionis, de qua teſtatur poſt alios quos allegat Menoch de recup. poſſ. remed. 15. nu 557. quo loci, & per plures numeros tractat intellectū d. l. domos. & tandē opinionem ſuam latiſſime affert Rolan, conſ. 28 nu. 14. lib. 1. & ibi, nu. 18. declarat l in fundo procedere in eo qui tantum erat poſſeſſor, non autem dominus rei meliorate, idem Roland. conſ 30. nu. 6. eod. lib. Et ex profeſſo hanc concluſionem tractantem, vt quid ſit in emphyteota, quid in bonæ fidei poſſeſſore, quid in hærede meliorante rem ſubiectam fideicommiſſo. quid in marito reſpectu rei dotalis, & de alijs meliorantibus, vide Simon. de Prat. in tract de interpretar. vlt. uolun. lib. 3. ſol. 5. dubit. 5. per totam, Marzar. de fideicomm. q. 65. Et latiſſime etiam materiam iſtam tractans contra communem. Rimin. iun. conſ. 411. lib. 4. num. 52. & pluribus ſeq. Et quod communis opin. ſit attendit tempus reſtitutionis fuit nouiſſime deciſum per Rot Rom. in vna Bononi. bonorum de Pipinis, coram Reueren. P. D. Aldobrandino. corā quo ad præſens dubitatur, quæ nam opinio fulciatur melioribus rationibus, & adhuc expectetur ab illo ſacro Auditorio deciſio. Verum in reſtitutione fructuum quoties ob illorum conſumptionem eorum æſtimatio reſtituenda eſſet ſpectandus eſſet valor iuxta tempus perceptionis illorum, non autem reſtitutionis. Anan. conſ. 58. num. 3. vel ſaltem iuxta tempus conſumptionis, vt docuit Bal. in l. 2. in fin. verſ. ſic. quæro hæres percepit. ff. de fruct. & lit. expen. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. nu. 599.

SVMMARIVM.

1 *Adiectus ſolutioni non poteſt agere. ſed a ſponte ſoluente ſolutionem recipere valet, nu. 7.*
2 *Procurator alieno nomine contrahens, & ſi ſibi acquirat directam actionem, non poteſt tamen agere, quia non ad ſui vtilitatem contraxit, nu. 6. 7. 9.*
3 *In alternatiuis rerum, bonorum, & perſonarum debitoris ſit electio.*
4 *Procurator habens mandatum ad vendendum, an exigere poſſit, nu. 12.*
5 *Procurator agens ex ſuo contractu ad alterius vtilitatem inito debet de rato cauere.*
6 *Qui mecum contraxit, mecum agat.*
7 *Adiectus ſolutioni non dicitur qui contraxit.*
8 *Adiectus ſolutioni in rem ſuam agit.*
9 *Contrahens alieno nomine licet directam actionem acquirat, non agit, niſi in contractibus in quorum conſequentiam veniat pretij exactio.*
10 *Declaratur Caſtren. in l. ſi procurator in fi. ff. de procura.*
11 *Alternatiua poſita in ſtipulationibus, interpretatur ſecundum veriſimilem ſtipulantis voluntatem.*
12 *Procurator ad vendendū, dicitur habere mandatum etiam ad pretium recipiendum.*
13 *Adiecto ſolutioni recte ſoluitur quando cauet de rato.*

ARGVMENTVM.

Adiectus ſolutioni, an & quando agere poſſit.

De

De iſta materia adiecti hodie adeſt tractatus Benue.Strach.

DECISIO XXXIIII.

VINCENTIVS de Fiuiza-
no tranſmiſerat quaſdam mer
ces Antonio Paulini, vt eas
venderet. Qui quidem Anto-
nius ſuſcepto mādato eas Do-
minico Thurani vendidit da-
ta dilatione ſex menſium ad
ſoluendū, & facta obligatione infraſcripti tenoris.

*Io Domenico Thurani prometto pagare a Antonio
Paulini, ò à Vincēzo da Fiuizano ſcu. 60. frà ſei meſi
proſsimi, ſono per tante tele, che mi ha conſignato il
detto Antonio pertinenti al detto Vincenzo.*

Adueniente ſolutionis tempore, & Dominico re
cuſante ſoluere dicto Antonio, aſſerendo dictas pe-
cunias ad eum non ſpectare, iudicialiter egit con-
tra Dominicum, qui cum pro ſe ſententiam repor-
taſſet, in ſecunda inſtantia appellationis pro parte
Antonij interpoſitæ, pro ipſo reo conuento infra-
ſcripta proponebantur.

Primo, quod dictus Antonius actor cum non eſ-
ſet dominus, videbatur adiectus ſolutioni, qui age-
1 re non poterat, † ſed ſolutionem recipere a ſponte
ſoluente. l. quod ſtipulatus, ff. de ſolutio. glo. 10 l. ſol
uendo. de neg. geſt. Ruin. conſil. 20. num. 8. lib. 1.

Secundo ſi dicatur, quod ſit procurator prædicti
Vincentij de Fiuizano, non poteſt agere cōtra Do-
minicum, etiam quod ſibi quæſita ſit directa actio
2 quam non acquiſiuit ad ſui vtilitatem, † ſed ſolum
poteſt recipere, non autem agere executiue, vt fit
in hac ciuitate poſt recognitionem ſcripti priuati
a debitore factam. Caſtren. in l. ſi procurator. in fi.
ff. de procurato.

Tertio videbatur, quod eſſet debitoris electio
ſoluendi cum in alternatiuis rerum, locorum, per-
3 ſonarum, & ſimilium debitoris † ſit electio a Bart.
a in l. ſtipulationes non diuiduntur in 7. q. ff. de verb.
oblig. vnde cum in apocha alternatiue ſoluere pro-
miſerit vni, aut alteri, merito eius erat arbitrio eli-
gere, cui ſoluere mallet.

Quarto cum conſtaret Vincentium eſſe Domi-
num mercium, & Antonium habere tantum man-
4 datum ad vendendum † non autem ad exigēdum,
ſibi recte ſolui non poterat, l. 1. §. igitur, ff. de exer-
cit. actio. Roma. ſingu. 23. & dato, quod agere po-
5 tuiſſet ex contractu ſuo, oportebat eum cauere † de
rato. l. non ſolum, §. interdum, ff. de procu. quod di-
cit eſſe mirabile. Caſtrē. in l. quod ſeruus, ff. depoſi.
Alex. & Iaſ. in l. eum qui ita, §. qui ſibi, aut filio ff.
de verb. oblig. quando agit ſuo nomine proprio, &
ſibi eſt acquiſita actio directa, licet eam teneatur
poſtea cedere domino.

Quibus non obſtantibus contrariam ſentētiam
amplexi fuimus moti, quia Antonius principaliter
contraxit, & in obligatione eſt principaliter nomi-
6 natus, vnde locū habet illa regula, † quod qui me-
cum contraxit, mecum agat. l. eum qui. ff. de actio.
& oblig. l. ſi is. C. depoſi. l. his ſolis, ff. de cond. ind.

Præterea licet dictum creditum non ſpectaret
ad Antonium, & eſſet dicti Vincentij, licite tamen
agere potuit ad pretium mercium ex ſuo cōtractu.
Caſtr. in l. quod ſeruus, ff. depoſi. late Alex. & Iaſ. d.
§. qui ſibi addentes, ad Roma. d. ſing. 23. Franciſ.
Becci. conſ. 19.

Nec obſtat, quod Antonius nullo modo dici poſ
7 ſit adiectus ſolutioni, † quia ipſe contraxit, & præ-
b cedit in obligatione, & ſibi ſolui ſtipulatus fuit, b
vt no. Bar. in d. §. qui ſibi, aut filio, quem omnes ſe-
quuntur. Caſtren. conſ. 36. ſatis clara, lib. 1. Imò ip-
8 ſe Vincentius eſt adiectus ſolutioni † in rem ſuam
vt tradit Ruio. in conſ. 109. num. 6. 8. 9. lib. 1. Parïſ.
conſ. 107. num. 30. & ſeq. lib. 3. & ex commu. opin.
Franciſ. d. conſil. 19. num. 4.

Nec etiam refragatur authoritas. Caſtrē. in d. l. ſi
9 procuratoris. in fi. ff. de procu. † quia debet intelli-
gi in contractibus, in quorū conſequentiā non ve-
10 nit pretij exactio, † vt declarat Iaſ. in d. §. qui ſibi,
aut filio, nu. 13. faciunt no. per Rim. conſ. 12. nu. 9.
& ſeq. vbi procurator ad vnum actum poteſt etiam
connexa, & conſequentia expedire, non diuerſa.

Minus etiam facit tertio loco in contrarium al-
legatum, quia licet adſit alternatiua, tamen cum
procurator ageret ex contractu ſuo, non poterat ca
dere electio in debitore, cum duplex contractus in-
terueniſſet, videlicet reſpectu procuratoris ſibi ſol-
ui ſtipulantis, & reſpectu Vincentij, quo caſu tene-
batur procurator cauere tantū de rato, vt in 4. fun-
damento dictum eſt, & hoc tanto magis dicendum
11 eſt quoniam † alternatiua poſita in ſtipulationi-
bus interpretatur ſecundum veriſimilem volunta-
tem ſtipulantis. Cor. conſ. 162. nu. 8. lib. 2. veriſimi-
lis autem mens ſtipulantis fuit, vt eam apponeret
ad fauorem ſuum, quo caſu ceſſat electio. Affl. deciſ.
397. nu. 5. Fely. in c. inter cæter. nu. 4. de reſcrip.

12 Ad quartum reſpondetur, quod immo † habens
mandatum ad vendendum intelligitur etiam ha-
bere ad pretium recipiendum, l. qui ſeruus, de ſolu.
Bart. & Pau. de Caſtr. in l. filiæ, ff. eod. Dec. conſilio
330. & in l. filius, circa finem, C. de pact. Iaſ. d. §. qui
ſibi num. 13. vbi reſpondet obiectis.

Et dato, quod Antonius fuiſſet ſolutioni adie-
ctus, adhuc ei recte ſoluebatur, l. vero, ff. de ſolu. tan
dem ceſſabat omnis difficultas, quia Antonius ca-
13 uit † de rato iuxta, l. non ſolum, §. interdum, ff. de
procura. ex quibus reus ſe tueri non poterat, quin
ſolueret, &c.

ANNOTATIONES.

a Sic electio. Vide Magon. ſupra deciſ. 2. num. 10. vbi ſcripſi.

b Et ſibi ſolui ſtipulatus fuit. Vnde ſtat regula, quod adiectus ſolutioni niſi aliud poteſt agere, quam recipere ſolutionem a ſponte dante, glo. eſt notab. in §. plane. in verb. ſcio. in fi. inſtit. de inutil. ſtipul. & glo. in l. ſoluēdo. in verb. quod au tem, ff. de negoc geſt. l. procuratori, ff. de ſolut. Corne. cōſ. 289. nu. 5. lib. 3. Amplia. 1. vt nec etiam poſſit accepto ferre tradendo debitori chirographū, vt pulchrè declarat Caſtr. in l. ſi vnus, in princ. nu. 3. ff. de pact. 2. amplia, vt nō poſſit aliud pro alio ſine conſenſo creditoris recipere in vim ſolutionis. Alex. conſ. 95. nu. 2. lib. 3. per l. 2. in fi. ff. ſi cer. pet. idem tradit Pariſ conſ. 107. nu. 132. lib 3. 3. amplia, vt non

h poſſit

poſſit etiam fideiuſſorẽ admittere pro ſolutione, l. ſi mihi, aut Titio decem, ff. de fideiuſſ. 4. amplia, vt non poſſit ei ſuo nomine cõſtitui l. ſed & ſi filiofam. ff. de conſt. pecu. 5. Amplia. vt neque ei poſſint pignora obligari, l. is qui promiſit ff. de pigno. limita. 1. iſta omnia procedere in ſimplici adiecto, & ideo ſi ſibi adiectus in chirographo fuit ſtipulatus poteſt præfata omnia explicare, vt optime hic reſoluit Magon. 2. limita. quoties adiecto creditor chirographum tradiderit, nam hic non ſolum poterit prædicta agere cum cautione de rato, ſed etiam ſine, cum per chirographi traditionẽ ſatis dicatur docuiſſe de eius legitimo mandato prout dicitur de eo, qui venit ex longinquis partibus cũ literis, vel mandato creditoris, & chirographo, qui præſumitur is eſſe, qui in inſtrumento, vel literis nominatur. Abba. in cap. coram de offic. deleg. Felyn. io c. 2. num. 27. de teſtibus, Boer. deciſ. 154. nu. 9. Balb. deciſ. 403. & in terminis, quod exhibitor chirographi, in quo ipſe adiectus eſt, vel ſpecialiter, vel tacite per verba ſcilicet, vel mihi, vel ei, qui pro me exhibebit chirographum. poſſit prædicta agere ſine cautione de rato. Boer. deciſ. 281. nu. 6. Benuen. Stracc. in tract. de adiect. par. 3. q. 8. num. 8. & ſeq. & latiſſime Tiber. Decia. conſ. 68. lib. 3. per tot. & quod ſolutioni adiectus poſſit agere tanquã procurator eius cui adijcitur. Sim. de Præt. conſ. 147. nu. 10. Quid ſi contra creditorẽ aliquid exceptatus, vel reconuentio fiat, an talis exhibitor teneatur illum defendere, & admittatur, quod ſic, Decian. d. conſ. nu. 15. & ibi. nu. 17. dicit ſecus eſſe ſi ad inſtantiã aliarum perſonarum fierent ſequeſtra contra creditorem pro quo exhibitor agit. An facultas ſoluendi adiecto tranſeat ad adiecti heredem quod non, quia talis adiectus æquiparatur procuratori, cuius mandatum morte finitur, l. mandatum, C. mandat. Franc. Marc. deciſ. delfin. 404. ſub nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Moræ purgatio, an & quando celeri ſatisfactione fieri poſſit.*

2 *Moræ purgatio non admittitur in contractu priuati.*

3 *Item neque poſt factam declarationem.*

4 *Clauſula renuncians omni legum auxilio, &c. an inducat renunciationem moræ purgationis, num. 12.*

5 *Simplex canonis, & penſionis receptio, quando caducitatem remittat.*

6 *Facta declaratione caducitatis res non eſt amplius integra ipſo domino, num. 11.*

7 *Recipiens ſupplementum penſionis diſcurſa dicitur remittere moram.*

8 *Venditor poſt tempus lapſum ad ſoluendum recipiens pretium dicitur renunciaſſe legis commiſſoriæ.*

9 *Quid intellige reſpectu partis.*

10 *Ampliatur etiam reſpectu petitionis vſurarum.*

11 *Dominus poteſt quandocunque ante, & poſt declarationem factam moram remittere.*

12 *Clauſ. renuncians, &c. non impedit moræ purgationem domino volente.*

13 *Penſiones recipiens ſine proteſtatione caducitatem remittit.*

14 *Creditor rem debitoris vel propriam facere debet, & penere ſolutum in duriorem partem.*

15 *Particularis, & in fruſtra facta ſolutio incommodat creditorem in ſorte principali.*

ARGVMENTVM.

De purgatione moræ, & an, & quando.

Per receptionem totius, vel partis penſionis, canonis ſeu pretij, an videatur remiſſa caducitas.

DECISIO XXXV.

SPECTABILIS Ioſeph Agazanus vendiderat N. arrigo bona ſtabilia aſcendentia ad valorem 400. ſcut. ſoluendorum intra quatriennium in pluribus partitis arbitrio emptoris, dummodo minor paga non eſſet minor ſcutorum 100. & cum pacto, quod interim ſolueret nomine affictus ſtaria 50. grani, pro quolibet anno in fine anni, & quod prorata, qua ſolueretur pretium, affictus diminueretur, Nec non cum pacto, quod ſi non ſolueret emptor anno quolibet integrum affictum, amittere deberet 50. in limine contractus ſoluta, & arbitrio venditoris res eſſent inemptæ.

Accidit, quod emptor pro ſecundo anno integrum affictum non ſoluit in tempore præfixo, ſed inde ad menſem in circa illud, quod deerat ſuppleuit venditori. Qui poſtea viam reſcindendi contractum aduerſus emptorem elegit ob ſolutionẽ non integre factam intra tempus conuentum.

Et quidem pro venditore videbamur eſſe extra illam. q. an mora purgari poſſet celeri ſatisfactione
1 cuius tempus † iudicis arbitrio conſideratis conſiderandis reſidere, tradit Menoch. de arb. iud. lib. 2. cen. 1. caſu 7. num. 13. & ſeq. nam cum verſaremur
2 † in contractu priuati, moræ purgatio fieri non poteſt, vt in caſu emphyteoſis priuati, not. Afflic. deciſ. 174. Alex. conſil. 105. num. 1. lib. 3. Cabal. in milleloq. 221. Rip. in l. ſi inſulam, num. 37. in fi. de verb. obli. & eo magis, quia venditor declarauit emptorem velle eſſe priuatum commodo contractus, & a
3 iure ſuo cecidiſſe, quo caſu mora † purgari non poteſt. Cepol. caut. 136. Dec. in auth. qui rem, num. 6. C. de ſacroſ. eccle. & in conſ. 158. Rip. in d. l. ſi inſulam, num. 38. Cotta in memo. in verbo emphyteota non ſoluendo, Gabr. de tranſactio. conclu. 1. numero 20. Cor. conſ. 187. in fi. lib. 1. vbi dicit voluntatis declaratæ mutationem non præſumi ex receptione præteritæ penſionis.

4 Nec deerat pro venditore † clauſula in cõtractu appoſita renuncians omni legum auxilio, qua dicitur renunciatum purgationi moræ. Affl. d. dec. 174. nu. 4. Rolan. Vall. cõſ. 13. nu. 7. lib. 1. & de lucro do. q. 42. num. 11. Burſa. conſil. 84. num. 6.

Quæ quidem penſionis ſeu canonis ſimplex, & ſine proteſtatione receptio tunc demum caducita-
5 tem remittit, † ſi non ſit dictũ, quod commiſſa caducitate adhuc canon debeatur, cum tunc vnũ per alterum non tollitur, quia pœna iſta non venit mero iudicis officio, ſed per ſe ſtat, quæ eſt commiſſa adeo, quod iure actionis, & obligationis debeatur, Dec. in d. auth. qui rem, num. 13. C. de ſacroſ. eccl.
6 Vnde quando eſt facta declaratio † res non dicitur amplius integra ipſo dño, qui ſi interim alteri.

Digitized by Google

tertij concedat recipiendo penſionem illi tertio non præiudicat. Corn. conſ. 187. num. 1. 2. 3. lib. j. nec poteſt dominus caducitatem remittere in præiudicium tertij, late Cæphal. conſi. 135. num. 120. & ſeq.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium verius eſſe dicendum erat in propoſito caſu, nam & ſi eo inuito venditore, & domino moræ purgatio non concedatur, eo tamen volente non negatur cũ itaque ſupplementum recipit pẽſionis decurſæ abſ-
7 que proteſtatione, † videtur tacite moram remiſiſſe, & ſucceſſiue caducitatem condonaſſe. Alexan. conſi. 13. in fi. & conſi. 92. num. 39. lib. 6. Caſtrenſ. conſi. 237. in prin. ſtanciendum, lib. j. Corne. conſi. 103. num. 5. de commun. Menoch. de recup. poſſ. 9. remed. num. 152. Iul. Clar. §. emphyteoſis. q. 10. & omiſſis ſuffragijs in terminis allegabatur. l. de lege. §. poſt diem. ff. de leg. commiſſo. vbi ſi poſt ſta-
8 tutum tempus † venditor legem commiſſoriam non exerceat, ſed pretium, uel pretij non ſoluti partem recipiat, videtur receſſum ab eo a lege commiſſoria. Rui. conſi. 151. num. 6. lib. 3. quem tex. in-
9 telligit. Natta procedere † reſpectu partis in conſi. 335. tradit Rolan. in conſi. 87. num. 31.

Quod non ſolum procedit in receptione partis,
10 vel totius pretij, ſed † etiam in perceptione, & in petitione vſurarum totius, vel partis pretij non ſoluti. l. commiſſoria. ff. de pact. int. emp. & vend. conuentis, & hoc locum ſibi vendicat ſine dubio quando recipiens canonem ſciebat illum incidiſſe in caducitatem, vt hic Dyn. Bal. Imo. in l. Mæuius. §. duorum. de leg. 2. cum concordantibus per Aemil. conſil. 83. num. 19.

Non obſtat primum, & ſecundum de mora non
a purgabili poſt declaratam caducitatem, a quia vltra, quod hic receptio ſupplementi penſionis non ſolutæ fuit facta ante declarationem, etiam quod poſt facta eſſet receptio adhuc mora purgatur, nam quandocunque ſiue ante, ſiue poſt declarationem
11 velit venditor, & dominus eam remittere † poteſt id facere, & cenſetur velle quotiens ſine proteſtatione recipit cũ dicatur tunc mutaſſe voluntatem. Ruin. conſi. 110. num. 4. lib. j. & in terminis poſt declaratam caducitatem, voluit Rumin. conſ. 421. num. 38. & ſeq. lib. 3.

Et licet Cor. & Cæph. in contrarium allegati contrarium teneant præſertim Cæphal. qui impugnat. Ruminal. Hic tamen eorum dicta non procedunt, vbi venditor nedum recipit reſiduum oblatæ penſionis decurſæ, ſed etiam in manibus habebat de bonis emptoris, vt pro futura penſione ſibi ſatisfieri poſſet exegerat enim fructus Caſtanearum, & vini pendentes in venditione non reſeruatos, & ſic ad emptorem tanquam pars fundi ſpectantes ex quo ſequebatur, quod nedum dici debeat remiſſa caducitas propter receptionem reſidui, ſed ne quidem incidiſſe in commiſſum, nam ex quo emptor erat creditor dictorum fructuum per venditorem exactorum: ſeu illorum pretij ad effugiendam pœnam caducitatis compenſatio admittitur ipſo iure. l. ſi conſtat, & ibi gloſſ. & alij notant. C. de compenſatio, & ita decidit Spec. & Ioan. And. in add. in tit. de loca. §. nunc aliqua, verſic. 79. & ita determinat Imo. in cap. bona fides, extra depoſi. obſeruarique in palatijs, teſtatur Curt. ſenio. conſi. 70. ſuper controuerſia, col. pen. verſic. venio ad tertium cum concordantibus per Tiraq. de ret. con ſan. §. 3. gl. 3. nu. 4.

12 Nec obſtant dicta de clauſula † renuncians omni legum auxilio, &c. quia ex notatis per Cephal. in conſi. 25. num. 37. & ſeq. adeſt commoda reſponſio, quæ etiam quod tolleret, non intelligitur impedire moræ purgationem domino volente, vt ſupra dictum eſt.

Et ex his apparet reſponſum cæteris in contrarium conſideratis. nam & ſi ex pacto quandoque dominus poſſit vtrumque obtinere, expulſionem, videlicet, & penſiones præteritas tamen ſi ſcienter præteritas penſiones ſine proteſtatione recipiat
b caducitatem b remiſiſſe non dubiè tenendum eſt. Aemil. conſi. 83. num. 10. cum concordan. per Iuli.
13 Clar. in §. emphyteoſis. q. 10. verſic. aut vero † ſumus in dubio, vbi de communi opi. teſtatur quam equidem humaniorem appellat, quicquid Bar. ſenſerit in contrarium communiter reprobatus.

Cęterum dum Agazanus ceruicosè inſtando pro reſciſſione contractus declarabat ſe hanc ſolutionem velle ponere ad computum pretij, quia affictus ſibi debebatur in ſpecie non in pecunia, & creditor aliud pro alio inuitus recipere non cogitur, replicabatur ſtante ſolito, & conſueto d. creditoris recipiendi affictum in pecunia etiam in qualibet minima pecuniæ ſumma ſibi oblata, id æquum non eſſe cum ſi ipſe debitor credendum eſt eum ſoluiſſe in duriorẽ cauſam, & ſic rem debitoris, vt ſuam facere debet. l. 1. ff. de ſolutio. & not. Rebuff. de præ-
14 coni. articu. 1. gloſſ. 1. numero 3. † & ſoluere quis præſumitur ex cauſa vtiliori. Crauet. conſilio 106. numero 9.

Nec etiam veriſimile videtur, quod per huiuſmodi particulares ſolutiones in fruſtra factas voluerit ſortem principalem incommodare, pro qua legem ſcripſit in contractu ne in minus ſolui poſſet,
15 quam in centum pro qualibet † vice ad not. per Bar. & alios in l. quidam. ff. ſi cert. petat. & per Neguſan. de pignor. 3. memb. 5. par. nu. 12.

Et cum cauſa iſta fuiſſet mihi vti tunc maiori ſindico commiſſa ad referendum, vt ſupra retuli.

ANNOTATIONES.

a Poſt declaratam caducitatem. An moroſo mortuo poſſit per dominum directũ fieri hæc declaratio contra hęredes defuncti, quod non Caſſad. deciſ. 2. de locat. Beninten. deciſ. 37. & an iſtud ius declarandi tranſeat in ſucceſſorem ſi dominus declarare diſtulit, quod non. Caſſad. deci. 9. de locat. Benintend. deciſ. 4. in fin. & vide Ruin conſi. 128. numero 8. lib. 1. & quod dictum fuit de caducitate non opponenda contra hæredes moroſi intellige ſi hoc dominus ſciuit, ſecus ſi ignorauit. Rimi. iun. conſi. 1. num. 28.

b Caducitatem. Dummodo ante ſententiam, Rimin. iun. conſil. 165. num. 13. & ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex originis inquirere poteſt de commiſſis in alieni territorio ex magis communi.*

2 *De eodem delicto ſæpius inquiri non debet.*
3 *In criminalibus procurator non comparet.*
4 *Dominus pro ſeruo, pater pro filio, Abbas pro monacho poſſunt eſſe in iudicio criminali criminaliter intentato.*
5 *Pater poteſt eſſe in iudicio pro filio inquiſito etiam ſi eſſet iudæus.*
6 *Incompetentia iudicis a quolibet allegari poteſt.*
7 *Statutum exorbitans ſtricte intelligendum.*
8 *Statuto acquieſcere debemus.*
9 *Verbum poteſt cum præcedenti negatiua neceſſitatem importat.*
10 *Stante ſtatuto quod quis non poſſit accuſari, iſta exceptio eſt impeditiua proceſſus.*
11 *Conſtare de aliquo quomodo dicatur.*
12 *Probatio vera eſt ſententia.*
13 *Sententiam habet præſumptionem pro ſe, & rectitudinis, & rititudinis.*
14 *Stante ſtatuto quod bānitus impune occidi poſſit, quilibet de populo poteſt comparere, & bannum allegare.*
15 *Stante ſtatuto quod iudex non poſſit procedere contra plures quando non ſuat plura vulnera letalia interfecti, ſi iudex cōtra plures procedat ſuper homicidio vnico vulnere facto; quilibet poteſt opponere de dicto ſtatuto ad impediendum proceſſum.*
16. *Pater poteſt opponere pro filio ad allegandam incompetentiam iudicis, non obſtante ſtatuto probibente alium pro alio in criminalibus interuenire nō poſſe.*
17 *Innocentio a quolibet allegari poteſt.*
18 *Quæ ex improuiſo eueniunt, facto, non noxæ imputantur.*
19 *Delictum indebitè punitum a iudice loci, poteſt reuideri a iudice originis.*
20 *Iudex proſpicere debet ne quid durius, vel ſeuerius aut remiſſius ſtatuatur, quam cauſa expoſtulet.*
21 *Procurator ad vnum articulum in criminalibus an admittatur.*
22 *Pœna ſecundum loci conſuetudinem regulatur.*
23 *Adraſti Gordij filij hiſtoria.*
24 *Delictum imprudentia commiſſum excuſat ur.*
25 *Exilij pœna grauir eſt, & habet multa mala conſequentia.*
26 *Exilij pœna apud Romanos maximi ſupplicij pena reputata fuit.*
27 *Exilij pena, quam Athenienſes Oſtraciſmum vocabant, grauis reputabatur.*
28 *Territorij ambitus comprehendit etiam eccleſiaſtica loca.*
29 *Locus exemptus dicitur eſſe extra territorium.*
30 *Nullitas ex defectu iuriſdictionis nunquam cenſetur excluſa.*

ARGVMENTVM.

De culpoſo homicidio, & an pater poſſit comparere in iudicio criminali contra filium intentato ad allegandum in competentiam iudicis.

DECISIO XXXVI.

STATVTO Lucenſis ciuitatis cauetur lib. 4. ca. 21. quod quilibet Iudex prout ad ſuam iuriſdictionem pertinebit teneatur inquirere de maleficio per Lucenſem contra Lucenſem extra territorium commiſſo, regulando illud ſecundum pœnas a ſtatuto Lucenſe impoſitas, niſi conſtiterit delinquētem fuiſſe debite punitum in loco patrati delicti, quo caſu vlterius procedi non poſſit, ne bis de eodem delicto cognoſcatur.

Quod ſtatutum in vtroq; capite iuri communi conſentaneum eſt eum ſecundum veriorem, & com
a probatam ſententiam a iudex † domicilij ſeu origi-
1 nis inquirere poſſit de commiſſis in alieno territorio, vt teſtatur Cagnol. in l. fi. num. 175. ff. de iuriſd. omn. iud. Boſſ. Michael Craſſus, Euerar. & alij quos refert, & ſequitur Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 39. & nouiſſime Franc. Becc. in conſi. 93. Bero. cōſ. 162. num. 1. lib. 3. quicquid dixerit Bologni. in conſil. & ſibi contrarius conſil. 57.

2 Et de eodem delicto † ſæpius inquiri eodem ſimiliter iure prohibetur. l. licet, §. fi. ff. naut. caup. & ſtabul. l. Senatus, vbi Bar. no. ff. de accuſat. cap. de his extra eo. tit. ubi Felin. & in c. cum ſit de foro compe. Couarru. varia. reſol. lib. 2. cap. 10. Iul. Clar. d. §. fin. q. 57. Thoh. Non. conſ. 98. in propoſita quæſtione, num. 4. Burſat. conſ. 34. num. 1.

His ſic ſtantibus, Quidam Marcus de Bozzano, occidit Auguſtinum de eodem, in iuriſdictione temporali Reueren. DD. Canonicorum, & capituli Cathedralis eccleſiæ Lucenſis, & dicto homicidio fuit cōdemnatus per Iudicem, & commiſſarium d. loci, tanquam de culpoſo, & non doloſo in pœnam exilij ad quatriennium in perpetuum commutandam caſu, quo illud inuiolabiliter non ſeruarit.

Succeſſiue cum de eodem delicto per M. D. Poteſtatem vti domicilij ac originis Iudicem contra eundem procederetur, cōparuit Bartholomeus pater d. inquiſiti qui pro omni ſuo iure, & intereſſe, & tanquam vnus de populo producendo d. ſententiam condemnatoriam in forma probanti petiit, & inſtetit d. inquiſitionem circundari ac de vlteriora in cauſa non procedi, iuxta formam præcitati ſtatuti cum delinquens per Iudicem loci delicti attenta facti qualitate ſatis ſuperque punitus ſit.

Excipiebat procurator fiſcalis cōparentē non fore audiendū reo in carceribus nō conſtituto cum in capitalibus quilibet prohibeatur cōparere pro reo cōtumaci, vt habetur li. 4. ſtat. c. 41. & per capitulū Rotæ 16. vbi nominatum etiam pater excluditur.

Quod ſtatutū ſimiliter neq; ab ipſo iure cōi ab-
3 horrebat prohibente † quoſcunq; defenſores in criminalibus cōparere pro reo cōtumaci. l. pe. §. ob carmen. de pub. iudi. l. ſi ſeruū. §. publici de procur. late Soc in reg. 322. Ant. Gabr. lib. 7. de crim. concluſ. 9. Menoc. de arbit. lib. 2. q. 79. & 80. Iul. Clar. in pract. cri. §. fi. q. 32. nouiſſime Mōticellus in prac. cri. q. 13.

Dom. Poteſtas interloquendo pronunciauit ſeparatum

paratum ius, & iuſtitiam adminiſtrare d. Bartho-
lomæo legitime comparenti, alias ad vlteriora pro-
cedi mandauit.

A qua pronuncia tanquam grauatus propter
tacitam reiectionem ſuæ perſonæ, Bartholomæus
ad nos recurrens petijt illius reformationem, prout
reformauimus dicendo bene recurſum, & male pro-
nunciatum.

Nam capitulum Rotę 16. in ea parte, quę partem
excludit eſt exorbitans, & correctorium iuris com-
munis, quo iure pater propter identitatem perſo-
næ, quam habere dicitur cum filio, & propter pro-
prium intereſſe pro filio, & in cauſa filij crimina-
4 liter intentata, non repellitur † ſicuti nec dominus
pro ſeruo, Abbas pro monacho, maritus pro vxore,
Epiſcopus pro Prælato. glo. in c. veniens, & ibi So-
ci. conſi. 46. de accuſatio. Fely. in cap. meminimus,
eod. tit. Bar. d. §. ad crimen. Anani. d. c. veniens. Bal.
& Ang. in d. §. publice. Gand. in tit. vtrum procurat.
Ruin. conſi. 9. Titius vulnerauit, lib. 5.

Et quod hoc ſit patri ſpeciale, tradit Cæpol. conſ.
45. num. 4. & conſi. 40. licet inuitus num. 15. etiam
5 ſi † eſſet iudæus Cępo. conſi. 74. pater.
6 Vnde tanquam exorbitans ſtricte † eſt intelli-
gendum. l. ſi vero. §. de viro ſol. mat. Affli. deciſ. 2.
Ita quod ſi per d. cap. Rotę pater priuatur d. priui-
legio ſpeciali, non tamen dicatur ei ſublatum ius
commune, quin poſſit eo modo, quo cæteri extra-
nei in iudicio criminali pro filio comparere.

Quandoquidem ad allegandam iudicis incom-
petentiam, & inquiſitionis nullitatem ſtatim pro-
7 bandam quilibet, † & in quolibet criminali iudi-
cio admittitur. Bar. in l. 1. §. ſi quis vltimo. de quæſt.
Caſtr. in d. §. publice. Rub. d. §. ad crimen, nu. 102.
Clarus alios citans in d. §. fi. q. 35. & q. 32. & 33. &
ita ſimilia ſtatuta interpretari, tradit Menoch. de
arb. q. 80. num. 58.

Et de hac allegatione incõpetentiæ, & nullitatis
actorũ per quemlibet proponenda, & opponenda,
tradit Gram. conſ. 1. nu. 39. poſt deciſio. & conſi. ci-
uili. 52. firmat Gra. conſ. 73. nu. 3. lib. 1. no. Bal. in l.
per hanc. C. quõ, & qñ iudex, & in conſ. 106. lib. 1,
Hipp. conſ. 24. nu. 41. & conſ. 39. col. fi. & in pra. cri
mi. §. ſequitur, nu. 30. Bero. in conſi. 170. in fi. lib. 3.

Cum itaque præfatus comparens nihil propone-
ret, quod ad delictum ipſum ſeu eius excuſationem
pincipaliter attineret, ſed tantum iudici iterum
de eo inquirenti condemnationẽ alias inde latam
inſinuaret, ac eius notitiæ deduceret, ad effectum
ne (quod tam diuino, quam humano iuri odioſum
eſt) ſæpius de eodem delicto iudicetur, debebat D.
Iudex habita notitia d. ſententiæ condemnatoriæ
ab inceptis deſiſtere, iuri municipali ſic ei præci-
8 pienti † acquieſcere ad Natta, conſ. 6. viſo proceſſu,
nu. 7. & 354. dicendum videtur, num. 7. conſtito. n.
de hac prouiſione ille de iudice non iudex fit, & vti
piuatus ſine aliqua iuriſdictione relinquitur neceſ-
9 ſitaſq; deſiſtendi inducitur virtute verbi † poteſt cũ
adiunctione negatiuæ, gl. in c. 1. in verbo nõ poteſt,
de reg. iu. in 6. Bar. in l. fi. col. 2. de feri. cum ſimilib.
10 per Tiraq. ad leges connub. gl. 4. nu. 1. facit, † quod
ſtante ſtatuto, qđ quis non poſſit accuſari iſta exce-
ptio impedit proceſſũ. Bal. in l. abſente. C. de accuſ.
11 Conſtare autem dicitur de aliqua re, † quotiens
per vera probationes demonſtratur, dicit Boſſ. in tit.
de delic. num. 11.
12 Et vera probatio eſt ipſa † ſententia, & res iudi-
cata, quæ pro veritate habetur. l. res iudicata de re-
13 gu. iu. no. Crauet. conſi. 79. nu. 1. pro qua † tam re-
ſpectu rectitudinis, quam rititudinis ſemper præſu-
mitur, cap. bonæ, il 1. & ibi no. Abb. de elect. Spec.
de inſtr. ædi. §. reſtat. verſ. in ſumma. Butr. & Imo.
in cap. in pręſentia de renunc. Ang. Imo. & Alexan.
in l. de vnoquoque. de re iud. merito non debuit
D. Prætor iſtum vti minus legitime comparentem
ſic repellere, cum per exhibitionem d. ſentẽtiæ con-
demnatoriæ omnis eius iuriſdictio, quo ad illud de
lictum ſit a ſtatuto ſuſpenſa, & ſublata ad proceden
dum eo modo, quo procedebat, & omnis perſona
ad procedendum bannum eſt habilitata, vt in c. 22.
14 lib. 4. ſtatutorum. Pro quo facit † ſtãte ſtatuto quod
bannitus occidi poſſit impune ſi contra occidentem
bannitum procedatur poteſt quilibet de populo
comparere, & bannum allegare, vt iudex conquie-
ſcat. Bar. in l. vbi pactum. C. de tranſac. quem ſecuti
ſunt plures relati a Menoch. de arb. iud. q. 80. nu.
136. & cauetur, lib. 4. ſtatutorum. cap. 12.
15 Item ſtante ſtatuto, quod † iudex non poſſit pro-
cedere contra plures, qñ non ſunt plura vulnera lę-
talia interfecti, ſi iudex contra plures ſuper homici-
dio vnico vulnere, commiſſo procedat, poteſt plures
& quilibet de populo pro inquiſitis comparere, &
allegare competentiam. Marſi. conſ. 24. num. 48. &
39. nu. 43. & in rub. de proba. num. 214. Ricar. Ma-
lumb. in l. filius. §. veterani. de procu. & in l. quos
prohibet. de poſtul. Ange. in l. reos. C. de accuſa. &
in d. §. veterani. Bonifa. de procu. num. 25.
16 Et in terminis, quod pater † poſſit comparere
ad opponendum incompetentiam iudicis, ac fori
declinatoriam conſuluit Bal. inter conſ. diuerſo. cri-
mi. cõſ. 24. factum eſt in ciuitate, nu. 5. & ſeq. & Mo-
de. pol. in conſ. 49. num. 42. lib. 2. & ſicuti explora-
17 ti iuris eſt † quemlibet admitti ad probandam in-
nocentiam inquiſiti Cor. conſil. 17. col. 4. lib. 3. ita,
& iſte non veniebat repellendus, cum in effectu nil
aliud ageret, quàm innocentiã inquiſiti edocere re-
ſpectu doli, de quo iudex originis inquirebat, de
18 qua per ſolam productionem ſententiæ condem-
natoriæ oſtendebat ea enim, quæ † improuiſo con-
tingunt fato nõ noxæ imputantur. l. 1. C. de Sicar.
& quæ hominum culpa imprudentia ve delicta con
tingunt, ea omnia inuita eſſe iudicantur apud Xe-
nophon. lib. Ped. cap. 3.

Cęterum ſi D. Prætor voluiſſet in hoc delicto iu-
riſdictionem ſuam exercere in caſu ſibi permiſſo à
19 ſtatuto, videlicet ex eo, quod delictum † non fuiſ-
ſet debite punitum, vel ob leuem pœnam, vel pro-
pter iudicis collu ſionem, vt not. Iul. Clar. in pract.
crimi. d. q. 57. verſi. dictum eſt, & d. ſtatuto 221.
20 (Iudicanti. n. † reſpiciendum eſt ne quid durius
aut remiſſius cõſtituatur, quam cã expoſtulet, neq;
ſeueritatis, aut clemẽtiæ gloria affectanda eſt. l. re-

ſpiciendum.de pœn. & not. Rebuff. de mater.poſ-
ſeſs.art. 6.glo.1.) id aliter, ac apertius intentare de
21 beat, quo caſu inſpiciendum foret, † an ad hunc
vnicum articulum de pœna debite, vel indebite in
flicta pater vel alius defenſor admitteretur, de quo
Cæph.conſ.45.Titius vulnerauit,& conſ.48.iſta q.
quod eſt.Laur.de Pal.Boni.Vita,de procu.col.5.

Interim, quid eſt, quod pro d.ſententia condem
natoria a iudice loci delicti, vti melius informato
lata non præſumatur, aut debitam pœnam non ſit
arbitratus ſi ſecundum conſuetudinem Lucenſis ci
22 uitatis † ſecundum, quam de iure pœnæ regulan-
tur, vt voluit Nata conſil.240.reddidi alias, num.
16.& 254.inquiſitus Ioannes Georgius, nu.9.in
hunc delinquenté pro modo culpæ animaduerterit.

Aiunt enim nuper contigiſſe, quod quidam Al-
brandus, dum in auem archibugium exoneraſſet,
b puerum latentem occidiſſe b fuit a Do.Pretore tan
quam de culpoſo homicidio exilij pœna, & quidem
longe minori affectus,

Quæ ſpecies facti aliquando contingit in Adra-
23 ſto Phrige Gordi filio, † qui vibrato in aprum ia-
culo non illum, ſed Athyin fruſtrato ictu Cræſi re-
gis filiũ interfecit, cui Rex Cræſus pepercit, quod
imprudens feciſſet, at nihilominus Adraſtus ſe ſe
ſuper buſtum Athydis confodit auctore Herodo-
to, lib.1.refert Tiraq.de mitig.pœna cauſa.6.num.
1. vbi plurima congerit ad excuſationem delicti
24 † imprudenter commiſſi, poſt Roma. in repe. l. ſi
vero.§.de viro.ff.ſolu.mat.in 51.Fallent.& in conſ.
473.circa præpoſitam, ac per Hypolit. in l.qui fal-
ſum,col.10.ff. de falſis,

Neque enim cuiquam exilij pœna leuis videri
probabiliter debet pro admiſſis ex imprudentia, ac
ſine dolo, tum quia ab ipſa conſuetudine non im-
probatur, tum quia,& corporis afflictiua quodam-
25 modo dici poteſt propter ſequelas, ipſius nam † exi
lij conſequentia hæc ſunt peregrinatio, ex ea pau-
pertas,ex paupertate diſcrutiatio,& ex excruciatio
ne mors, vt teſtatur Bar.in l.ſi conſtante, in prin.
col.4.ſol.mat.refert Boſſ.de carcera.fideiuſ.relaxan.
num.7. & hæc incommoda recenſet Luc. de Pen.in
l.4.col.3. C.de ſpectacu. lib. 9. Bonacoſſa. q. crimi.
26 verbo ſecuritas, in fi. Quæ † exilij pœna larium pa-
triæque carẽtia, & ipſis Romanis pro maleficij ſup-
27 plicio pœna fuit, & apud Athenienſes, † (qui o-
ſtraciſmum vocarunt) pro non leui condemnatio-
na reputabatur teſta, Alex. ab Alex. dierum Genia.
lib.3.cap.20.

Sed iterum pro parte fiſci inſtabatur, quod ex
quo d.ſtatutum 221.loquitur de delictis extra ter-
ritorium, non adaptatur caſui noſtro, vbi delictum
fuit commiſſum in loco eccleſiæ ſuppoſito, & ſu-
biecto, qui non dicitur eſſe extra territorium, licet
exemptus a iuriſdictione laicorum, territorij enim
28 ambitus † comprehendit etiam eccleſias, & mo-
naſteria, & eorum loca, ut poſt Caſtrenſ. Iaſ.Dec.
Cur.tradit Cagn.in l.fi.nu.6.& num.13.de iuriſdi.
omn.iud. & Hierony.de Monte, in tracta.de finib.
reg.c.6.num.5.

Verum dicebamus territorium per actus iuriſdi-
ctionarios deſignari,& licet ſtatutum dicat de deli-
cto extra territorium commiſſo: tamẽ idem erit in
delicto commiſſo in loco exempto,cum paria ſint,
29 † quid extra territorium, vel locum exemptum,
vt no.Dec.d.l.fi.nu.1.& ibi Cagno. num.6.& 13.&
ante eos Ang.ibi in fi.cum concordantib. per Rol.
in conſ.33.nu.30.lib.3.ſtatutum enim habuit con-
ſiderationem ad iuriſdictionem alterius iudicis lo-
ci delicti,non autem ad continentia territorij.

Nec obſtare viſum fuit aliud ex lib. 5. ſtatu cap.
5.quod ab interlocutoria in criminalibus lata non
detur appellatio neque recurſus, quia d. ſtatutum
non ſibi locum vendicat reſpectu nullitatis ex de-
fectu iuriſdictionis, vt extat particularis prouiſio
capituli Rotę 18.verſic.poſſit etiam, quæ exceptio
30 etiam de iure † nunquam cenſetur excluſa, gl.fi.in
clem.1.de ſequ. Vant.de nullit.ex defe.iuriſd.ord.
num.4.Thob.Noni.conſ.9.in cauſa illorum,in fin.
& poſt relatos.Ant.Gabr.de ſtatutis,conclu.3.

ANNOTATIONES.

a Comprobatam ſententiam. Vltra dicta per Clar. pro partẽ negatiua teſtatur de frequentiori ſententia Iacob. Nouell. conſilio.169.inter conſi. crimin. lib.2.idem teſtatur Menoc.conſi.2.num.130.Ego autem inclino in affirmatiuam ne delicta remaneant impunita, iuxta tradita per Clar. & latiſſ.per Magon.infra deciſ.70.

b Puerum latentem occidiſſe. In ſimili facti ſpecie conſuluit Alexan.pro eo,qui offendiculũ poſuerat ad eius feneſtram cauſa capiendi fures, & contingit quod volens per feneſtram ingredi offenſus,& mortuus remanſit ex d.offendiculo. vt qui offendiculum poſuit non teneatur pęna homicidij. In conſilio 140.lib.2.eſt tex.intimus præcordij in ſingendis in l.qui foueas.cum.l.ſeq.ff ad l. Aquil. alios ſimiles caſus,& quod pęna ſit arbitraria citra mortem latiſſime videas apud Menoch.de arbit.lib.2.caſ.324.& Natta,ad Alexan.præcit.conſi.

SVMMARIVM.

1 *Recurſus ſpecies eſt appellationis.*
2 *Immo expeditius remedium finiendarum litium ipſa appellatione.*
3 *Caſus omiſſus a ſtatuto remanet in diſpoſitione iuris communis.*
4 *A ſententia lata a iudice reductionis laudi datur appellatio.*
5 *Exceptio, an ſit deferendum appellationi, ſuper omnia cognoſcenda eſt.*
6 *Articulus præiudicialis in primis eſt expediendus, alias nullum eſt quicquid fit.*
7 *Etiam ſi appellatio ſit admiſſa cum clauſula ſi, & inquantum.*
8 *Appellatio, an detur a ſententia lata ſuper reductione laudi, ardua eſt quæſtio.*
9 *Statuti prouiſio ſpecialiis facit ceſſare ius commune.*
10 *Agens actum ad quem agendum cogi poterat, non dicitur voluntarie agere.*
11 *Compromiſſum voluntarium a neceſſario multum differt.*
12 *Qualitas gradus a ſtatuto requiſita, debet in ſpecie probari.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

A ſententia lata ſuper reductione laudi, an detur appellatio.

Et de natura recurſus, & ad quid inuentus.

DECISIO XXXVII.

LIBRO primo ſtatutorum cap. 146. cauetur de cauſis inter coniunctos in tertium gradum cõpromittendis.

Et per capitulũ Rotæ 52. diſponitur, quod petita reductione a ſententia arbitrali in caſu; quo peti poteſt, ſi laudum infirmari contingat per bonum virum, tunc permittitur recurſus ſicut a cæteris interlocutorijs.

Orta controuerſia inter Paulinum, & Martinũ de Anchiano, & lite pendente, de communi concordia omnes eorum differentias in arbitros compromiſerunt, qui laudum tulerũt, a quo Paulinus ſentiens ſe grauatum, reductionem petijt arbitrio boni viri, qui tandem ſententiam infirmatoriam primi laudi protulit abſoluendo Paulinum a petitis.

Cuius ſententiam infirmatoriam ægre ferens Martinus ad nos vocem appellationis emiſit. Excipiebatur ex aduerſo non eſſe deferendum, quia ſtãte capitulo Rotæ debebat recurrere, non appellare.

1 Eſt enim † recurſus appellationis ſpecies, a Blan-
a ch. de compro. q. fi. num. 17. Aemil. conſ. 48. iuſtiſſi-
2 me, num. 26. expeditius ac breuius † remedium finiendarum litium ipſa appellatione ſecũdum conſuetudines Lucenſes, & ſumma prouidentia introductum, nedum breuitati litium conſulitur cui quã per huiuſmodi lauda grauamen inferatur ſine defenſione, & releuamento, breuiori tamen inſtantia terminando, vt in ſimilibus terminis egregie tradit Are. conſil. 106. in præſenti, nu. 10. & ſeq. &
b huiuſmodi ſtatuta fauorabilia b dicit eſſe Rube. Alex. in conſil. 51. ſtatuto, num. 6.

Replicatur pro parte appellantis capitulum Rotæ ſupracitatum procedere in ſententijs arbitralibus latis inter alias perſonas præter coniunctas in tertio gradu, vt colligitur ibi, nunc vero conſequen-
3 ter, &c. qui caſus cũ ſit a ſtatuto omiſſus † remanet in diſpoſitione iuris communis vulgata, l. commodiſſime, ff. de lib. & poſthum. quoquidem iure a ſen-
4 tentia lata per iudicem reductionis datur † appellatio, maxime quando lata eſt ad fauorem petentis, vt poſt relatos tradit Vital. in tract. clauſula. cap. poſtremo ad finem, nu. 5. Couar. varia. reſol. lib. 2. cap. 12. num. 5. vbi de magis communi atteſtatur.

5 Super qua † exceptione in primis, & ante omnia per nos cognoſcendum fuit priuſquam ad merita cauſæ deueniretur, & de iniuſtitia, vel iuſtitia
6 tangeretur, c. vt debitus de appe. Erat enim iſte † articulus præiudicialis ad ſequentia, nam vbi conſtiſſet appellationi locum nõ eſſe, vana prorſus reddebatur meritorum iuſtitiæ, & iniuſtitiæ indaga-
7 tio, immo † ſententia ſubinde lata omiſſa diſcuſſione huius articuli, an eſſet deferendum, eſſet nulla, quemadmodum tradit Caſtren. conſ. 281. in cauſa iſta, nu. 5. lib. 1. Doct. in cap. Roma, §. fin autem, vbi Franch. num. 2. de appell. in 6. Crauet. conſilio 103. viſis, num. 3. 5. quod procedit etiam ſi appellatio admiſſa fuiſſet cum clauſula ſi, & inquãtum, &c. Natta, cõſ. 566. tulit, nu. 6. quinimo nec etiam ex prorogatione partium poteſt de principali cauſa cognoſci, vt poſt relatos, tradit Miſiugher. cent. 3. obſerua. 79.

Et ideo dicebamus appellationi non eſſe deferen-
8 dum. Moti, quia & ſi de iure communi † ardua ſit quæſtio, an a ſententia ſuper reductione laudi lata
c detur appellatio, c & Doctores multiplici diſtinſtionis fœdere aduerſantes opiniones ſcribentium conciliare conentur, nihilominus res adhuc ita confuſa remanet, vt abſque labe peccati ſpiritus ſancti vtraque opinio amplecti poſſit ſecundum Lanfran. de Oria. de arb. 3. par. q. 22. de quo poſt Bart. & alios in l. 1. in fin. de ſeg. 2. & Ioan. And. in Addi. ad Specula in tit. de appel. §. in quibus, verſic. quid ſi conueniat. tradit Blanch. de compromiſ. q. 9. nu. 19. Vital. ubi ſupra Couar. d. c. 12. num. 3. cum multis ſequen. Rota Bono. deciſ. 15. tamen pro nunc nõ fuit neceſſe aliquid firmare in ſpecto iure commu-
9 ni, quia habemus ſpecialem prouiſionem † capitulorum Rotæ, quæ inanem reddit omnem aliam iuris communis diſpoſitionem vulga. l. Ancillæ, C. de fur. cauetur enim per d. capitula, quod vbicunque ab arbitrali ſententia datur reductio, & ibi quoque detur recurſus, non autem appellatio.

Nec obſt. quòd dicebatur id non procedere in laudis latis inter coniunctos, vt inter iſtos præſupponebatur eſſe, qui & ſi voluntariè extra iudicium compromiſerint, adhuc tamen in vim ſtatuti coarctantis coniunctorum cauſas compromittendas fa-
10 ctum dici debet. Agens enim † actum ad quem is de iure cogi poterat, non dicitur voluntariè agere, ſed neceſſariè ſub prætextu imminentis neceſſitatis, l. nouiſſimæ, in princ. ff. quod cum fal. tut. l. 3. §. pen. de neg. geſt. Dec. in auth. præterea, nu. 12. C. vnde vir. & vxo. & in terminis cõpromiſſi idem Dec. in conſ. 178. col. fi. Anch. conſ. 159. col. pen. refert, & ſequitur Moro. in tract. de fide. tregua. & pace. q.
11 27. 1. par. num. 8. Rimi. iun. conſ. 99. nu. 18. & mul-
c tum intereſſe, an quis voluntariè, vel coacte compromittat, oſtendit Rota Bono. deciſ. 21. num. 13. Cagn. in l. ſi quis maior, num. 67. C. de tranſact.

12 Quia reſpondetur, quod qualitas † gradus a ſtatuto requiſita non fuit probata, vt in ſpecie probari debebat ſecundum Alexan. conſi. 82. in cauſa, col. 1. lib. 1. & per Dec. conſil. 13. num. 5. ſibi igitur imputet Martinus, ſi neglecto a recurſu ſententia arbitrali introducto ad appellationem prohibitam conuolauit, &c.

ANNOTATIONES.

a Recurſus appellationis ſpecies. Magon. ſupra deciſ. 25. nu. 1. Cephal. conſ. 480. nu. 1. lib. 4. & multas differentias inter

receurſum,& appellationem videas apud Menoch.de arbit. q.70.num.21.& ſeq lib.1.

b Huiuſmodi ſtatuta fauorabilia. Idem late firmat Rolan.cum adductis per eum conſil.17.num.12.& ſeq.lib.2, Cui opinioni maxime confert.quod idem videatur condecens de iure communi,vt habetur per tex.notab.in l.conquentius. C.de pa.po.

c Detur appellatio. Quod non detur app.tenuit And.de Alſer. de Corton conſ 56.nu.32. Sed magis communis eſt opi. quod detur appellatio bene verum eſt, quod quoties in reductione fuit modica læſio,poſſet laudum mitti executioni non obſtante appellatione prꝰ ſtita, tamen ſatiſdatione in caſu retractationis, & in cauſa appellationis procedi, prout fuit determinatum in ſacro Regio conſilio Neapolitano per Doctores excellentiſſimos, ſicut teſtatur Affl. qui dicit etiam hanc frequentiori Doctorum calculo receptam ſuper conſtitut.reg.in tit.de appellat.Rub.45.lib.2. ſub num.42 & ſeq. vbi late, quæ autem dicatur modica læſio, eſt iudici arbitrarium. Afflict. dec 73.num.2.Rui. conſ 55.num.4.vol.1.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus rei ad eos ſpectant, quibus res ipſa ratione dominij, vel quaſi poſſeſſionis pertinet.*

2 *Dominium facilius,quam poſſeſſio transfertur.*

3 *Inueſtitura ſola,an transferatur dominium.*

4 *Emphyteoſis pluribus conceſſa hoc pacto, quod pars præmorientis ad viuentem perueniat,ſuperuiuens habet actionem in rem vtilem ad reuocandam partem ab hærede præmortui.*

5 *Natiua actio,quæ ſit.*

6 *L.quotiens, C.de donatio, quæ ſub modo,an habeat locum in actione reali,nu.29.*

7 *Locationis inſtrumentum, an probet dominium, & poſſeſſionem,num.15.*

8 *Emphyteoſis conceſſa alicui, & eius filijs, & hæredibus, reſpectu filiorum requirit concurſum vtriuſque, & quod hæres, & filius ſit.*

9 *Dominium ſine traditione in gratijs, & priuilegijs transfertur,num.32.*

10 *Donatio præſenti, & acceptanti ſine alia traditione rei valet.*

11 *Donatio abſenti facta, & notario pro eo recipienti valet, & acquirit ei ſine ceſſione actionem vtilem.*

12 *Dominiũ ſine traditione regulariter non transfertur.*

13 *Inueſtitura ſola non transfert dominiũ,ſed licentiam dat propria auctoritate accipiendi.*

14 *Niſi aliter conſuetudo dictaret, vel eſſet eccleſia acquirens.*

15 *Locationis inſtrumentũ,quando probet poſſeſſionem.*

16 *Hæres dicitur poſſidere animo ſuo, & corpore alieno, videlicet coloni etiam ſi actualem poſſeſſionem non ſit adeptus.*

17 *Colonus per actum non denotantem alienationem domino non præiudicat.*

18 *Colonus recognoſcens alium de poſſeſſione actualiter ſoluendo nocet domino.*

19 *Colonus vere tradendo alteri rem conductam nocet domino in poſſeſſione.*

20 *Colonus in re domini proditoriè, ſeu doloſe agendo non nocet domino.*

21 *Colonus declarans ſe conduxiſſe ab alio retro actis temporibus non nocet primo locatori.*

22 *Productio iurium, & inſtrumentorum verbalis non ſufficit.*

23 *Donatio pluribus facta eiuſdẽ rei pro virili portione intelligitur facta.*

24 *Donatio abſenti facta, & non ratificata non valet.*

25 *Filius. ergo hæres,quomodo hoc intelligatur.*

26 *Agens ad totum, qui partem tantum petere poterat, nec in parte obtinet.*

27 *Inſinuationi donationis & iuratæ renunciari non põt.*

28 *In qua re duæ communes opiniones Doctorum reperiuntur.*

29 *L.quotiens. de dona. quæ ſub modo non habet locum in actione reali, ſed perſonali.*

30 *Inueſtitura feudi,uel emphyteoſis dicitur contractus.*

31 *Actus non iudicatur ſecundum denominationem,ſed ſecundum formam, & eſſentiam.*

32 *Dominium ipſo iure nõ transfertur in priuilegijs ſeu gratijs,niſi ſint a principe abſoluto emanatæ.*

33 *Dominium in contractu principis ſine traditione non transfertur.*

34 *Princeps in contractibus dicitur vti iure communi.*

35 *Iniuſte poſſidens eſt abſoluendus actore non probãte.*

A R G V M E N T V M.

Fructus rei ad quos ſpectent. Dominium ex ſola inueſtitura, an tranſeat ſine traditione in inueſtitum. Colonus an, & quando poſſeſſionem domino interuertere poſſit. Donatio abſenti facta ante ratificationem, an valeat.

D E C I S I O XXXVIII.

QVAEDAM mulier nomine Lucia q. Peregrini de Pedona ex gratia iuxta preces porrectas fuit inueſtita de bonis,de quibus agebatur a conſilio generali communis Camaiori, cum onere, quod durante eius vita teneretur ſoluere dicto communi anno quolibet affictus, ſeu cẽſus nomine libras octo denariorum, & quod ſtatim ea mortua eadem bona peruenire deberẽt cum eodem onere in filios,& hæredes olim Franciſci Guidelli.

Hæc eadem D.Lucia cum debitis conſenſibus donauit quędam alia bona reſeruato ſibi vſufructu a [a] Franciſco Guidello,& D.Luciæ eius vxori.

Succeſſiue deceſſit Dom.Lucia donatrix relicto hærede teſtamentario Dominico Gregorij, & in hoc iudicio actore aduerſus Benedictum Iacobi, contra quem ſequeſtrari fecit omnes fructus in, & ſuper dictis bonis exiſtentes occaſſione affictuum pro præteritis,& præſenti anno retentorum,& non ſolutorum.

Interim comparentibus filijs d.q. Franciſci ſeu eorum in cauſa procuratore, qui vti tertius contradictor, dixit dicto nomine ſe ſuper dictis bonis, & fructibus habere potiora, & meliora iura ſtante inueſtitura prædicta poſt mortem d.D.Luciæ ex decreto

ctero Communis Camaioris ſuis principalibus reſeruata,& ſtante donatione memorata.

Et facta declaratione per D. Iudicem a quo ad fauorem tertij contradictoris uti potiora ac meliora iure habentis, cauſaque coram nobis ab appellante Dominico introducta, plura pro appellato deducebantur.

Primò cum egerit ad fructus, qui non debentur
1 niſi † ijs, quibus res ipſa ſpectat ratione dominij, vel quaſi poſseſsionis, vel quaſi prout his de cauſis ad ſe ſpectare narrauit.l.3.§.ex contrario. ff. de acq. poſſeſ.Capra in conſ.60.num.33. Alexan. conſilio 121.viſo Themate,lib.4.Pariſ.conſ.55.num. 15.50. 59.libro 5.

Hos ſibi dicto nomine vtroque iure & dominij, poſſeſſionis, vel quaſi deberi affirmabat, infraſcriptis rationibus, videlicet.

Nam quo ad dominium, vel quaſi (quod ipſa
2 † poſſeſſione facilius transfertur,arg.not.in Lager. ff.de rei vend.cos.Bero.in conſil.79. in cauſa, nu.5. lib.3.) dicebat id ſuu principalibus fore translatum
3 per ſolam † inueſtituram poſt mortem D. Luciæ eis conceſsam ad nota.per Spec. in tit.locat.§.nunc aliqua,quæſt.169.num.194.ubi ſi accipiatur emphyteoſis pro ſe & quibuſdam alijs veluti fratribus, vel vxore,licet iſti non fuerint inueſtiti ſeu immiſſi in poſſeſſionem a Domino, habent tamen vtilem rei vendicationem vtileque dominium. Item ſi conceditur emphyteoſis hoc pacto, quod pars alterius præmorientis ad ſuperuiuentem veniat, ſuperſtes
4 poterit actione in † rem vtili reuocare partem ab hærede præmorientis,vt idem Spec. inquit, in dicto §.nunc aliqua,verſic.70. quæro, ſequitur. Corne. conſi.37.nu.17.lib.3.ubi hanc actionem nuncupat
5 † natiuam a legit diſpoſitione inductam ſine aliqua traditione,firmat Dec.in conſil.238.primo non videtur,num.8.& ſequen.vel ſecundum alias impreſſiones 239.num.8. & in l. traditionibus, num. 15. C.de pact.quæ nam autem dicatur actio natiua, vel datiua,tradit romiſſime Cardin.Alban.in lucubr.ad Bar.in l.1.num.1. ff. de actio. & obligat.& declarat Reb.in l.ſæpe car.382. ff. de verbor.ſignif. ubi dicit idem eſſe & eorum eſſe promiſcuum vſum. Et pro iſta opinione videtur text.expreſſus.in l.quoties.C. de donat.quæ ſub modo,quem † actione reali quo-
6 que expendunt Spec.& Dec.in præcitatis locis, vnde iſte hæres D.Luciæ,qui factum defuncti approbare tenetur,non debet ęgreferre, ſi iſti tertij contradictores hoc iure vtantur,cum D.Lucia in receptione d. bonorum conſenſerit poſt eius obitum deueniri in d. contradictores agentes, & cum hac lege inueſtita fuerit,ad Tiraq.de conſtitut.poſſeſſ. a.par. 30.ampl.ſub num. 1. Quo ad poſſeſſionem vero,& eam pariter adeptam per d. ſuos principales aſſerebat virtute inſtrumenti locationis initi cum d. Benedicto conducente ab aſſerto eorum procuratore per
7 † quod & dominium, & poſſeſſionem probari allegabatur ex notatis per Doct. in l. qui vniuerſas. §. quod per colonum,& in l.quamuis. ff. de acq. poſſ. Bal.in conſ.130.videtur lib.3.Boer.deciſ.229. Rim. iun.conſ.12.num. 19. Vrſil.in addit.ad Afflic.deciſ. 167.num.4.Alb.conſil.9.Silua. conſil.57. in cauſa num.44.lib.1.

Et cũ huiuſmodi conceſſio inueſtituræ poſt mortem D. Luciæ facta ſit illis de Guidellit vti filijs, & hæredib. Franciſci, ſatis oportune per eos actum viſum fuit in probando de ipſorum filiatione,& hęreditatis paternæ aditione,cum conceſſiones emphy-
8 teoticæ ſub hac forma cõceptę vtrumq; † cõcurſum requirunt ſecundum Bart.in l.& iuſiurandum. §.ſi liberi,nu.4.ff.de iureiur.Alex.in l.quod dicitur,nu. 21.C.de verb.obli. & de magis communi opi. teſtatur Couar.varia.reſol.lib.2.c.58.verſ.6. concluſio.

Secunda inueſtitura iſta fuit precibus implorata,
9 & ex gratia per publicum decretum conceſſa, † ſed in gratijs, & priuilegijs dominium ſine traditione ipſo iure tranſit,ut notat Bal. in c. 1. §. inueſtitura de not.for.ſi.& in cap. 1.in princ. quæ ſit inueſtitu. Dec.in d.l.in traditionibus, num.4.& Bero. conſil. 176.in cauſa,num.38.lib.1.Ruyn.conſilio 32.viſo Themate,num.4.& ſeq.lib.1.

Tertiò reſpectu bonorum donatorum Franciſco & eius uxori,nihil eſſe videbatur,quod nos morari
10 deberet,quia quoad Franciſcum donatio † eo præſente,& acceptante facta fuit.l.abſenti. ff. de donat. cum concordantibus per Iul. Clar. in §. donatio. q.12.& quo ad Luciam eius vxorem, acceptata fuit ab ipſo marito,& a notario pro ea ſtipulante, & re-
11 cipiente,quo caſu valet, & abſenti † actio quæritur ſine ceſſione,vt ex communi opin.tradit Socin.iun. conſi.67.num.4.lib.3. Iul.Clar. d.§.donatio, q.13. verſ.2.ergo caſu,& q.14.

In contrarium pro appellante,cuius partes optime tuebatur doctiſſimus, & nunquam ſatis laudandus aduocatus Lucẽſis D. Fabius Maſſaroſa dicebatur neutro præmiſſorum capite;videlicet, nec dominij, neq; poſſeſſionis cauſa ſeſe contradictores iſtos iuuari poſſe,cum quo ad dominium illud ex ſola in-
b ueſtitura b ſeu cõceſſione nullo modo aſſecuti ſint
12 obſtante illa iuris generalis regula † quod ſine traditione dominia rerũ non acquirãtur. l. traditionibus.C.de pact.per quem tex.dicit ibi Bal. ſub nu.3. ex mente Innoc.in c.ex literis,de conſuet.quod per
13 inueſtituram † non quæritur dominium, ſed própria auctoritate inuadendi licentia datur, tradit etiam Corn.in d.conſ.37.num.17.& not. Rim.iun. conſi.1.nu.37.tradit Aemil.in conſ.81.num.4.qui nu.8.10.declarat quando inueſtitura poſſeſſionem transferat,& latius,in conſil.555.nu.36.& 37. niſi
14 aliter † conſuetudo dictet,vel niſi acquirens ſit eccleſia,cuius fauore ſine traditione dominia in eam tranſeunt.l.ſi.C.de ſacroſ.eccl.Alex. conſ.87.col.ſi. lib.2.Bal.conſ.377.Otto.nu.1.lib.1.

Et hãc opinionem quod regulariter inueſtitura ſecum non trahat dominij translationem ſine traditione firmat & tuetur a contrarijs. Cor.parum ſibi conſtans in conſ.173.col.4.num.24.lib.2. dicens hanc ſemper ſibi placuiſſe tam legendo, quam conſulendo,& ab ea non eſſe recedendum,quam ſequitur Cęph.in conſ.373.nu.34.& in conſi.147.num. 57.vbi reprobato ſpeculatore hanc eſſe communem opinionem teſtatur.

Poſſeſ-

Poſſeſſionem vero nec eam ſimiliter vnquam
per eos adeptam fore docuerunt, Nam teſtes ſu-
per actuali poſſeſſionis apprehenſione examinati
non concludenter probant, & inſtrumentum loca-
tionis, in quo ſe fundant contradictores iſti, tunc de-
15 mum dominium, & poſſeſſionem argueret † quan-
do alius non ſit in poſſeſſione. l. quamuis. §. condu-
ctor, & ibi Alex. ff. de acquir. poſſ. Roma. conſi. 127.
& ibi addentes, Afflict. deciſ. 325. Boer. deciſ. 105.
colum. fi. Curt. ſen. conſil. 72. num. 6. Rota Bonon.
deciſ. 42. nu. 12. vel forte probat inter eaſdem per-
ſonas conductorem videlicet, & locatorem. Rota
deciſ. 1. de fide inſtrum. in antiq. vel ſecundum no-
uam impreſſionem deciſ. 48. §. antiquam. Silua. con
ſi. 57. in cauſa, nu. 44. lib. 1.

Nec enim ab homine eſt introducendus nouus
modus a lege non expreſſus transferendi dominij &
& poſſeſſionis, vt poſt Innoc. in cap. in literis de re-
ſtit. ſpol. dicit Silua. conſ. 55. diuino, nu. 9. lib. 1.

At hic tempore celebrati inſtrumenti locationis
poſſidebat idem Dominicus hæres D. Luciæ tam
vigore ſtatuti lib. 2. cap. 12. de continuanda poſſeſ-
ſione defuncti in hæredem, quam mediante eodem
16 Benedicto conductore a q. D. Lucia. † Hæres enim
animo ſuo, & corpore alieno, ideſt coloni poſſidere
dicitur etiam ſi actualem poſſeſſionem non ſit ade-
ptus. Affl. d. deciſ. 325. Benin. deciſ. 12. num. 7. 8. vbi
declarat in hærede ſciente, & conſentiente, & not.
Silua. in conſ. 78. ex parte, num. 3. lib. 2. Bero. conſil.
75. in præſenti, lib. 3. quod ampliatur procedere etiã
ex perſona hæredis coloni, vt tradit Vrſil. in additio.
ad Afflic. deciſ. 167. merito iſta locatio non tuetur
contradictores in dominio nec in poſſeſſione, & vl-
tra Doct. in l. prædia. ff. de acq. poſſeſſ. tradit Socin.
conſil. 11. in cauſa, num. 4. lib. 3. & conſil. 54. viſa,
num. 11. lib. 4. Caſſan. conſil. 10. viſo, num. 1. Grat.
reſpon. 10. num. 7. lib. 1.

Nec enim colonus iſte reconducendo ab alio du-
rante tempore primæ locationis priorẽ locatorem
ſua poſſeſſione priuauit, neque ſecundum poſſeſſo-
17 rem fecit. Nam † cum non alienauerit (actus enim
conductionis non eſt alienatiuus) poſſeſſionem do-
mino, & primo locatori non interuertit. Bart. &
Alex. in l. qui uniuerſas, in fi. ff. de acq. poſſ. Bero. in
conſ. 75. num. 22. lib. 3.

18 Neque † actualiter de penſione nouum locato-
rem recognouerit ſciente, & patiente primo, vt not.
Affli. d. deciſ. 325. num. 4. quæ ſcientia non præſu-
mitur. Bal. in l. non ignorat. C. ad exhib.

19 Neque † vere rem tradiderit, quo caſu domino
fortaſſe præiudicaſſet, ut voluit Alex. in l. peregre.
§. quibus, ſub num. 3. de acquir. poſſ. ubi de commu-
ni opin. teſtatur Bellame. deciſ. 104. Grat. conſi. 69.
lib. 1. & conſil. 75. & 112. lib. 2. Ber. quæſt. 47. licet
20 doloſe, vel proditorie in reconducta agendo, † ali-
ter ſtatuendum eſſet iuxta terminos. l. fi. C. de ac-
quir. poſſ. Rot. Bonon. deciſ. 42. plene Tiraq. de con-
ſtit. poſſ. 14 limit. 3. par. Crauet. conſi. 235. non po-
teſt dici priori locatori præiudicaſſe, nec eius poſſeſ-
ſionem interuertiſſe. Accedente maxime prouiſio-
ne ſtatuti libro 4. cap. 90. de pœna conducentis ean-
dem rem, quam ab alio conduxiſſet, vbi ſtricte inhi-
betur huiuſmodi ſecunda reconductio, per quam
nullum præiudicium fieri primo locatori, vel eius
hæredi nullumque effectum produci mandatur.

c Nec obſtat, ſi dicatur ius D. Lucię expiraſſe cum
eius vita, vt ex inueſtituræ tenore apparet eius vita
tm̃ durante conceſſę, & ſic non potuit vlterius loca
re, prout fecit, quia eodem ſtatuto cauetur colono
nõ licere de hoc cognoſcere, neq; allegare poſſe pri-
mum locatorem ius non habere in re, & nõ obſtan-
te ſecunda reconductione teneri ad ſolutionẽ pen-
ſionis primo locatori faciendam.

Non obſtat, quod idem colonus in inſtrumento
reconductionis poſt biennium a morte D. Luciæ ce-
lebrato, fateatur ſe eadem bona reconduxiſſe ab
iſtis de Guidellis ſtatim ſecuta morte D. Luciæ, quia
21 † declaratio iſta eſt admodum ſuſpecta, & procura-
ta a Guidellis poſt motam litem, ideo nullius eius at-
tendenda & poſſeſſori hæredi non præiudicat, vt in
terminis decidit Silua. in cõſ. 78. ex parte lib. 2. & vt
dictum eſt, non potuit præiudicare primo locatori
obſtante d. ſtatuto, cap. 9. lib. 4. facit, quia teſtis de
auditu poſt litem motã nihil probat c. licet ex qua-
dam de teſtib. Corn. conſ. 146. col. 2. lib. 4. cum con-
cordant. per Ceph. conſi. 441. cauſa iſta, nu. 38. Rim.
iun. conſi. 52. proponuntur, nu. 154.

Vltra quod aſſerta locatio reperitur facta ab aſ-
ſerto procuratore illorũ de Guidellis, de cuius man-
22 dato realiter non fuit doctũ in iudicio & ſola † ver-
balis productio non ſufficit iuxta cap. Rotæ, & no.
Corn. conſi. 218. nu. 4. lib. 1. Rom conſ. 156. Soc. iun.
conſ. 134. lib. 2. Contar. in l. 1. in 9. limit. nu. 28. C. ſi
de momen. poſs. Nat. conſ. 140.

Secundò pro parte d. hæredis D. Luciæ diceba-
tur reſpectu bonorum donatorũ, quod ex quo iſti
de Guidellis agunt ad bona donata vti hæredes D.
Luciæ eorum matris, & donatariæ, non debent ob-
tinere reſpectu portionis illius. Nam donatio iſta
23 ſic facta virtute copulæ intelligitur pro rata † dimi
diæ. l. reos. § cum in tabulis cũ ibi not. per Roncag.
de duob. reis. l. 1. C. ſi plu. vna ſenten. & cum abſen-
24 te donataria facta fuerit, & non † ratificata, non
d ualet Bal. conſ. 220. lib. 2. Natta, conſi. 315. cum con
cord. per Franc. Viui. ad commu. opin. uerbo dona-
tionem. Tiraq. de conſtit. poſſ. 3. par. 40. limit. & de
magis commun. opin. Alben. ſ. in conſ. 96. articulus,
nu. 1. A cuius portionis petitione excludebantur ex
alio, videlicet, quia non probarunt ſe eſſe, vel eſſe
velle hæredes eorum matris, & licet forte illis ſatiſ-
fuiſſet ſe filios illius eſſe probare abſq; eo, quod de
aditione maternæ hæreditatis docerent, quia in fa-
25 uorabilibus † locum habet illud Apoſtoli, filius, er-
e go hæres: quod in filio in poteſtate patris conſtitu-
to ſine dubio procedit, ut per Alex. conſil. 34. viſo
proceſſu, col. 2. nu. 5. lib. 3. tamen neque hoc de filia-
tione allegarunt, neque probarunt merito, &c.

Imò ſtante inepto modo agendi, nec in portio-
ne patris obtinere poſſunt quantumcunque, & fi-
26 liationem & aditionem probarint. Nam † ex quo
ſimpliciter ad totum agebant, cum debuiſſent par-
tem petere, non ſunt audiendi. Calcan. conſil. 9. in
col. 3.

colum.3. & no. Gratter. conſil.144. in fin. & idem Calca.conſil.77.verſic.5.oppono num.13.

27 Tertio obſtabat in bonis donatis † inſinuationis defectus[f] ex forma decretorum requiſitæ cui renunciari non poteſt. Rebuff.de dona. inſinua. art.1. gloſſ.1. numero 41. etiam ſi iuramento firmetur donatio ſecundum vnam communem opin.
28 quā allegat, & ſequitur † Due.in reg.iur.224.ſub num.5.& de duabus communibus opinionibus teſtando hanc amplectitur nouiſſime Vaſq.de ſucceſſio.creatio.§.5.num.4.

Non obſt. primo loco adducta in contrarium, quia tendunt contra communem opin. ideo non attendenda. Et ad auctoritatem Dec. conſil.238.ſeu 239. reſpondent ibi addentes illam reprehendendo, & reprobat eum quoque Couar.in cap.14.nu.3.verſic. hanc vero vari. reſol. vbi etiam declarat, l. quoties, C.de don. quæ ſub modo ex don. allegata
29 † procedere tantum in actione perſonali. Nō obſt. ſecundum, quod in gratijs, & priuilegijs ipſo iure dominium transferatur. Quia hic non ſumus in
30 priuilegijs, ſed in contractibus cum † inueſtitura feudi, & emphyteoſis contractus dicatur cap.1. de nat. feud. c.1.§. donare quali.olim po.feu.alien. doc. in l.1. C.de iu.emp. & hoc manifeſte oſtendit inſtrumētum inde ſecutum, in quo vltro citroq; obligatio cadit, vt tradit Aemil. in conſil.111. num. 40. Et licet ex gratia fuerit inueſtitura petita, non tamen conceſſio dicitur gratioſa, & priuilegiata. a-
31 ctus † enim non iudicantur ſecundum nominationem verbalem, ſed ſecundum formam, effectum, & eſſentiam, vt not. Bar. 12. queſt. quæ incipit publicanus, & in l. contem. §. qui maximos in 2. quæſt. ff. de publica.

Præterea, quòd dicitur de priuilegijs, & gratijs ipſo iure dominium transferri ſine traditione procedit in gratijs, & priuilegijs conceſſis a principe non recognoſcente ſuperiorem propter abſolutam
32 poteſtatem, quam habet in ſuo regno. † non autem in vniuerſitate alteri ſuppoſita, ita in terminis declarat Ruyn. in conſil.32. col.3. lib.1. Secus autem
33 eſt in contractibus principis, † quibus non transfertur dominium ſine traditione ſicuti in priuatorum contractibus, vt not. Dec. in d.l. traditionibus.
34 C. de pact. num.3. & eſt ratio quia † princeps in
g contractu vtitur iure communi[g] ſecundum Bald. in l. ex imperfecto in fin. C. de teſtam. cum concord. per Rebuff. in concordatis in præfatio ad rub. de collatio. verſic. item de Spiritus ſancti. Nam actus celebratus per principem ſuę legis diſpoſitioni ſubiacet Roland.conſil.86.num.56.lib.1. Vaſq.q.Illuſtri.lib.1.cap.45.num.16.

Non obſtat tertium, quia ex his quæ de defectu inſinuationis ratificationis, & petitionis in parte dicta ſunt, patet reſponſum.

Ex his rationibus motus concludebam contra iſtos tertios contradictores inepte agentes cum reſeruatione iurium, quibus domini Coauditores vix acquieſcendo dicebant Dominicum ſuccumbere debere ſaltem ex eo, quia nullum ius habet in re, de qua fuit inueſtita D.Lucia eius autrix durante ſua vita tantum, ſed replicabam, quod licet ex ſuccumbentia iſtorum de Guidellis non iuſtificetur iniu-
35 ſta poſſeſſio Dominici, tamen † actore nō probante iniuſte poſſidens adhuc abſoluendus eſt, vt tradit Roma.in conſil.156.honorandę, num.1. etiam ſi reus nihil præſtiterit. Roland.conſil.60.numero 13. lib.1. ſola enim poſſeſſio reum tuetur alio in contrarium non docto per actorem plene notauit. Ant. de But. in cap. olim ex literis, num.13. de reſcript. quod ad victoriam obtinendam agenti, non ſufficit repellere ius rei, niſi actor fundet intentionem ſuam, quia non ſequitur reus ius non habet, ergo actor ius habet.

ANNOTATIONES.

a Reſeruato ſibi vſufructu. Aduerte quod iſta reſeruatio vſufructus operatur rei donatæ traditionem in donatarios, & habet vim traditionis. Alex.conſil.157.ſub num.18.lib.1. Capt comm concl. reg.111.num.74. vbi infert quod ſi factum fuit legatum cum reſeruatione vſusfructus in vita legantis, erit donatio non legatum, ratione dictæ reſeruationis quæ trāsfert poſſeſſionem in legatarium, & habet vim traditionis. Et ideo miror quod aduocatus Franciſci Guidelli non fecerit fundamentum ſuper hac reſeruatione, reſpecto bonorum donatorum, ſuper quibus hoc ſtante ac alijs de quibus infra pro dicto Franc. concludendum fuiſſe crediderim.

b Ex ſola inueſtitura. Nec dominium nec poſſeſſio transfertur ſine traditione, qua ceſſante inueſtitura dicitur abuſiua nō realis, inueſtitura enim proprie dicitur poſſeſſio, vnde is qui poſſeſſionem non recipit, non dicitur inueſtitus. Cephal. cum adduct. per eum conſ.468 num.72 lib.4. Quod verum dicas niſi in inueſtitura fuiſſet expreſſe cautū quod haberet vim realis, & corporalis traditionis, ex qua cautella transfertur poſſeſſio etiam ad effectum iudicis recuperatiui. Pontan. de ſpol. lib.2. ſub num.178.

c Ius D. Luciæ expiraſſe cum eius vita. Propterea, enim nō poteſt dici poſſeſſionē rei de qua agebatur ſtatim fuiſſe translatum in inueſtitum ſucceſſionem ſine apprehenſione, ſicut dicimus quoties emphyteoſis eſt reuerſa ad eccleſiam, nam poſſeſſio dictę rei ſemper remanet apud hæredes emphyteotę prædefuncti, donec eccleſia illam adipiſcatur, & apprehendat, nec interim ab alio poteſt occupari. Ruyn. conſil.160. ſub num.5. lib.5.

d Non ratificata non valet. Immo valet notario pro donataria ſtipulante, ſed non dicitur completa ante ſecutam ratificationem, latiſs. Ceph.conſil 440. num 30.& ſeq. lib.3. quod declara primo, vt ratificatio non requiratur ſi cū notario interuenit alia perſona, quę ſtipulata fuerit pro donataria Albenſ alleg. hic conſ 36. num.2. Secundo declarat, vt non procedat donataria ſciente, ſola enim ſcientia inducit ratificationem. Cephal.conſil.53. num.19 lib.1. Sed quæ ſcientia requiratur, vide apud Natt conſil.676.num. 190. licet Cephal. aliter loqui videatur, contra cuius opin. ego alios cōſului pro Illuſtriſs. D. Antonio Simōcello cōtra fiſcū coram D.Io. Baptiſta Baiardo Gubernatore Vrbeueт. Tertio declara non procedere interueniſſe iuramēto, quod operatur acquiſitionem etiam homine pro abſente donatario ſtipulante. Decian conſil 31.nu.7.lib.3.

e Filius ergo hæres. Intelligi verum in filio agente, non autem in filio conuento vti hærede, tunc enim agens contra filiū vti hæredem patris debet probare aſſumptum tanquā fundamentum ſuæ intentionis, eſt communis opin. de qua teſtatur Imol. relatus à Roland.conſil.20.nu.17.lib. primo, vbi etiam dicit hanc eſſe magis communem ſecundum Soc.conſil 60. col.3.lib primo limitat Mago. infra deciſ. 62.num.11. & ſeq. vbi ſcripſi.

f Inſinuationis defectus. Iſta eſt quæſtio nō leuis inter ſcribentes. An iuramento ſuppleatur defectus inſinuationis & magis communis eſt opin. quod ſiue iuramentum fuerit ſimpliciter præſtitum, ſiue ſpecialiter fuerit iuramento renunciatum legibus, ſiue ſtatuto inſinuationem requirentibus, inſinuationis defectus ſuppletur iure ligatur latiſſime, &

ad

Digitized by Google

ad ſaturitatem eſt videns D. Horat. Mandoſ. in addit. ad Rom, conſ. 16. ſub litera E, quo loci opiniones examinat, & hanc dicit crebriorem, quam etiã latiſſime ſequitur Roland. conſ. 70. num. 36. lib. 2. Cep̃h. conſ. 467. nu. 94 lib. 4. Decian. conſ. 31. nu. 29. & 159. lib. 1. Simon. de Præt. conſ. 1. num. 25. & ita fuit deciſum per Rot. Rom vt teſtatur extra. dec. 286. par. 1, Quicquid dixerit Clar. in §. Donatio, q. 18. verſ. Retenta igitur. Et in eo, quod Clar dicit id nõ procedere quoties lex. vel ſtatutum requireret donationẽ inſinuari infra certum tempus, prout eſt in ſtat noſtro Vrbevet. ſub Rub. 13. lib. 1. per rationem, quia iuramentũ regulatur ſecundum tempus contractus, nec ſupplet defectum requiſitæ ſolemnitatis poſt donationem, nec porrigit ſuas vires aduerſus nullitatem poſtea contingentem, niſi d. ſtatuto fuerit expreſſe, & ſpecialiter cum iuramento renunciatum idem tenet, & eadem ratione Ruyn. in l. nemo poteſt, col. 15 verſ & prędicta procedunt, vbi alios allegat ff. de leg. 1. idem Ruy. conſ 51. nu. 18. & ſeq lib. 1. Cæphal. conſ. 118. nu. 31. lib. 1. & conſ. 208. nu. 16. vol 2. D. Thob. Noni conſ. 108. nu. 8 Natt. ad Alex. conſ. 4 ſub num. 11. lib. 1. Late Rimin. ſun conſ 72. nu. 151. & ſeq. Sed in concluſione ſupra per Mandoſ. iuxta magis recep. opin. firmata. & a qua in iudicando. & conſulendo non eſt recedendũ, quoties iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, vide latiſſime contrarium defendentem per multas bonas rationes D. Fannuci. Lucenſ virum equidem ſummi ingenij in tract. de inucnt. here par. 7. nu. 181. cum pluribus ſeq. ſed pro communi, Gomeſ. variar. reſol to. 2. c. 4. nu. 8.

8 Vnitus iure communi. Gram. dec. 65. nu. 26. & ideo concluſio hic per D. meum firmata ſubſiſtit, niſi aliter conſtet de voluntate Principis volentis omnino dominium transferri ſine traditione. Dec conſ. 191. nu. 3. 4. late Cephal. conſil. 468. nu. 21. & 109 cum ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Actor originarius non iuſtificans per productionem actorum ſententiam pro ſe latam, dicitur probaſſe de iniquitate per ſolam productionem ſententiæ in libello appellatorio.*

2 *Appellans tria probare debet appellaſſe, intra legitimum tempus, & legitima cauſa.*

3 *Terminus a ſtatuto præfixus dicitur peremptorius.*

4 *Productio, quæ fit ante litem conteſtatam, non ſufficit tanquam non facta ad probandum, ſed ad fundandam intentionem ſuam.*

5 *Ideo in termino præfixo a ſtatuto rẽ producitur.*

6 *Iudicis præſentia, an ſuppleat defectum productionis.*

7 *In iudice præſumitur ignorantia geſtorum coram eo.*

8 *Probationes debẽt eſſe in criminalibus luce clariores.*

9 *Inditia, & præſumptiones dicuntur iuris liquidiſſimæ probationes.*

10 *Præſumptiones ſufficiunt ad condemnationem pecuniariam.*

11 *Duobus rixantibus ſi alter in fine rixæ reperitur vulneratus, præſumitur vulneratus a corrixante.*

12 *Viſus exire cum enſe euaginato ex aliqua domo, vbi fuit repertus, quis mortuus, præſumitur illum interfeciſſe.*

13 *Iudex debet ſe abſtinere a condemnationibus etiam pecuniarijs, ob ſolas præſumptiones, & inditia, & tunc debet temperare eius ſententiam.*

14 *Inimicitia adminiculata facit inditium ad torturam.*

15 *Teſtis de viſu ſemiplene probat.*

17 *Quis præſumitur præſens eſſe in ciuitate vbi tenetur commorari ex neceſſitate officij.*

17 *Teſtes recepti contra prohibitionem legis non probant nec inditium faciunt.*

18 *Secura conſcientia iudicis non de proprio pectore, ſed de ſinu legis proficiſci debet.*

19 *Paria ſunt condemnare innocentem, & punire nocentem quem condemnare non poteſt.*

20 *Iudex non debet determinare contra caſum legis etiã ſi ille caſus rigorem contineret, & procederetur ſola facti veritate inſpecta.*

21 *Statuta terrarum non debent reddi eluſoria propter arbitrium iudicantium.*

22 *Probatio a ſtatuto requiſita per modum conditionis non ſufficit præſumpta, ſed vera eſſe debet.*

23 *Teſtis an poſſit deponere per ſcripturam.*

ARGVMENTVM.

Sententia lata ex probationibus a lege reprobatis non valet.

Teſtes lege non admiſſi non probant, nec inditium faciunt.

Secura iudicis conſcientia non de proprio ſinu, ſed de utero legis proficiſci debet.

DECISIO XXXIX.

IN cauſa vertente inter Stephanum Bellabarba inquiſitum appellantem ex vna & fiſcum appellatum ex altera.

Quærebatur, an ex eo, quod fiſcus, qui actor originarius in prima inſtantia non iuſtificauit primam ſententiã pro ſe latam per productionem veterum, vel nouorum actorum, veniret appellans abſoluendus.

Et videbatur affirmatiue reſpondendum per ea, quæ tradit Guido Papa in q. 20. & addentes ad Capel. Toloſ. q. 341. Ant. Gab. lib. 2. de appell. concluſ.
1 5. nu. 20. vbi † eo ipſo, quod actor non iuſtificat primam ſententiam pro ſe latam, reus dicitur probaſſe de illius iniuſtitia, & iniquitate ex ſola appellatione, & productione ſententiæ condemnatoriæ.

In contrarium replicabat fiſcus, nam data eius negligentia in non iuſtificando primam ſentẽtiam adhuc appellantem ſuccumbere debere, cum nec ipſe ſatisfecerit incumbentibus pro parte ſua.

2 Tria † enim appellans probare tenebatur, videlicet, & appellaſſe, & iuſta atque legitima cauſa, & intra legitima tempora doc. in l. hi, qui ad ciuilia, C. de appella. Franc. in c. cum eccleſia, nu. 3. extra eo. ti. Mynſinge. cent. 3. obſerua. 15.

Et licet appellans intra legitima tẽpora ac iuſta cauſa appellarit, tamen ſi non producit ſuam appellationem intra terminũ a ſtatuto præfixum (quod
3 † eſt peremptorium ſecundum Innocen. in capit. cum in tua. extra. qui matrimo. accuſa, Lanfran. in cap. quoniam contra. in tit. de inſtru. proba. num. 36. de probat. Felin. in capit. licet cauſam, num. 17. eod.

Digitized by Google

eod.tit.de proba.Soc.iun.conſil.134.in cauſa,lib.2.
etiam ſi a Iudice aſſignetur Bald.in l. ſi arrogator,in
ſecunda lectura.ff.de adopt.Bart. in l.4.§.condem-
natum.ff.de re iudi.Ripa in l.3.nu.44. ff. de leg.1.)
non poteſt obtinere.

4 Neque ſufficere videbatur illa prima† productio
in prima compatitione ante litem conteſtatam fa-
cta,quia illa non fit ad probandum, ſed ad fundan-
dam intentionem appellantis, nam ante litis conte-
ſtationem probationes non fiunt toto titulo, vt lit.
non conteſt.

5 Ideo † in termino a ſtatuto præfixo debent re-
produci omnia acta,vt tradit Hyppol. Marſ. in ſing.
170. incipit animaduertant rogo procuratores, &
Miſinger.obſerua.53.cent.2.

Prout nec etiam prodeſſe videbatur, quod hæc
6 fuerint acta coram Iudice quaſi ſic† suppleri poſſit
defectus productionis,vt voluit Bal. in l.quoties.§.
fi.ff.de probat.Natta,in conſ.276.vidi,nu.2.

Quia id procedere dicebatur in ſententia,in cuius
7 præfatione dicitur viſis actis, &c. in † iudice enim
præſumitur ignorantia geſtorum coram eo, eorum
maxime, quæ in tribunali magna negocia habenti
fiunt propter memoriam hominum,quæ labilis eſt.
Dec.in l.is apud quem,nu.38.C.de eden.

Stante huiuſmodi controuerſia, ad tollendas dif-
ficultates vtraque pars appellans, & appellata, pro-
ceſſum quem hactenus mutilatum exhibuerat, in-
tegrum & abſolutũ produxerunt,quo viſo & aggre
diendo merita cauſæ comperimus delictum, de quo
agebatur probari per vnum teſtem de viſu foreta-
neum, adminiculatum ab alio teſte, qui in ſcriptis
fidem faciebat Nicolaum alium teſtem foretaneum,
tamen & ægrotantem de viſu pariter atteſtari. Ade-
rat etiam probatio altercationis immediate præce-
dentis probata per vnum ex Mag.DD.Iudicibus Ro
tæ,& per famulum alterius D. Iudicis forenſem.

8 Quæ probationes † & ſic luce clariores non eſ-
ſent,vt in criminalibus requiritur, vulgata.l.fi.C.de
probatio.Soc.conſil.8.viſis,num.4.lib.1.Anan.con-
ſilio 59.num.2. Boer. deciſ.164.num.1.2. Tamen
conniuentibus oculis pertranſiri non poſſe videba-
tur,quin ſaltem indubitata inditia ac violentæ præ-
9 ſumptiones dici deberent † quæ liquidiſſimæ iuris
probationes appellantur.l.Imperator.ff.de legat.1.
Bal.& Sali.in l.ſiue poſſideatis. C.de probat. Natta,
conſi.578.quædam,nu.10.& conſequẽter ſufficien
10 tes ad condemnandum,ſi non corporaliter† ſaltem
pecuniaria pœna,& quidem extraordinaria. Imo.in
l.fi.de hæred.inſti.Bal. in d.l.fin.C.de proba.& poſt
relatos Iul.Clar.in prac.crim.q.20.verſ.ſcias. Gram
ma.deciſ.42.

11 Nam Doctores conueniunt, quod † de duob. ri-
xantibus altero reperto vulnerato in fine rixę præ-
ſumatur ab altero conrixante vulneratus,& inde cõ
demnatio ſequi poſſit. Marſil. in rubr. de probatio.
num.234.poſt Salic.in l.fi.C.de probat.

12 Et quod † viſus exire ex aliqua domo vnicum
tantum exitum habente cum gladio euaginato in
qua reperiatur,quis mortuus ſeu vulneratus,poſſit
ex tali præſumptione condemnari, ut tradit Socin.
conſi.8.viſis,colum.2.ſub nu.4.lib.1. poſt Docto-
res,in c.afferte gladium de præſumpt.

13 Licet † ab huiuſmodi condemnationibus ex præ-
a ſumptionibus violentis abſtinendum eſſe a moneat
Tiraquel.de pęn.temp.cauſa 27.Ancha.Regi.quæſt.
71.num.18. vbi etiam dicit, quod ſi quando ex in-
dubitatis inditijs conſcientia motus iudex ad con-
demnationem proſiliat, (quod fieri poſſe permitti-
tur ſolum in caſibus ubi lex, vel ſtatutum mandat
præſumptiones haberi per plenis probationibus,nõ
autem quod ex contingentia facti eliciantur, vt in
filiatione,adulterio,& iuris,& de iure pręſumptio-
ne,prout tradit Dec.in rub.de prob.nu.5. Menoch.
de arb.iud.lib.2.cent.2.caſu 115.ſub num.7.)Tunc
eius ſententia temperanda eſt, vt ſiue corporalis,
ſiue pecuniaria pęna ſit ea, de qua agatur ſemper
longe minor ac in mitiorem producenda, arbitran-
daque ſit.Grammat.d.deciſ.42.& in voto 21.num.
14.& poſt relatos Monti. in pract.crimin.quæſt.11.
num.21.& nu.26.

Prout in præſenti caſu omnino faciendum eſſe
ſuadebatur ex adeo vrgentiſſimis coniecturis, ut a-
nimus noſter ad credendum contrarium vix impel-
li poſſet ad Bal.in conſi.249. ſuper libris, in fi.lib.1.
Marſil.in rub.de probat.num.221.Monti.vbi ſupra,
num.22.

14 Aderat enim recens, & immediata alteratio † &
inimicitia, quæ maximum dicitur eſſe inditium ad
b torquendum ſi ſit adminiculata, b vt per Dec. con-
ſi.89.quem refert,& ſequitur Baſſ.de indi.& conſi-
dẽ.ante tortu.nu.47.& ſeq.Anto.Gab.lib.7.de cri-
mi.concluſ.18.

15 Concurrebat teſtis † de viſu,qui ſemiplene pro-
bat, vt poſt Ioan.Andr.Anto.de Butr.& alios, in ca-
pit.fina.de iureiur.& per Doct. in l. admonendi. ff.
eodem.tradit Viui.in ſuis commun. opin.in verbo
teſtis vnus.

Et per iſta domini inclinabant contra appellan-
tem; quicquid ex aduerſo diceretur,de inhabilitate
teſtium,quia foretanei,& forenſes eſſent,iuxta cap.
46.li.4. ſtatutorum,quæ non procedere videbantur
ſaltem reſpectu d. D. Iudicis Rotæ, qui cum eſſet in
d.officio dicitur habitare continuo ciuitatem,& do
micilium in ea habere durante officio in qua ita cõ-
tinuo commorari tenetur, vt ſine licentia inde di-
16 ſcedere non poſſit,& ideò ſemper in ea † præſens eſ-
ſe præſumitur.Angel. in l. emptor. C. de præſcript.
long.temp.Alex.conſ.88.eximie lib.2.col. fi.Natta,
conſi.67.circa,num.5.& de communi opin.teſtatur
Ronchag.in l.3.§.vbi duo, nu.287.ff.de duob. reis,
Tiraq.ad leges connub.glo.8.num.29.

Quorum ſententiam non duxi ſubſcribendam
obſtante ſtatuto prædicto,c.46.lib.4. quo prohibe-
tur de delictis commiſſis in ciuitate non poſſe in te-
ſtem recipi foretaneos, neq; forenſes, niſi probetur
illos die commiſſi maleficij fuiſſe in ciuitate, hos au
tem tempore atteſtationis, & delicti patrati eſſe ha-
bitatores ciuitatis eiuſdem, vel diſtrictus, alias ipſo
iure eorum teſtimonium non valeat.

Quæ lex prohibitiua in hoc eſt ſequenda, vt in ſi-
mili lege municipali Montis Peſſulani tradit Olde
in

Digitized by Google

in conſi. 192. viſo in fi. ſequitur Boer. in deciſ. 164. ſub nu. 2. vbi etiam dicit huiuſmodi leges ſtatutarias eſſe cõſonas iuri cõmuni ſecundum, quod ignori, & extranei c non admittuntur in teſtes, † quòd ſi
c
17 contra huiuſmodi prohibitionem recipiantur, nedum non probant, ſed nec inditium quidē faciunt, nec in aliquo iudicantis religionem inſtruunt, vt dicit Old. in d. conſ. 192. & tradit Salic. poſt Bal. in l. ſeruos. C. de teſtibus, firmat Natta, in conſilio 394. caput inquiſitionis, num. 4.

Vnde hoc ſtante ſtatuto, & ſtante defectu præſentiæ, & habitationis reſpectiue ipſorum teſtium non probatæ, debebamus omnino diſpoſitioni municipali acquieſcere; & teſtes ſic receptos non attende-
18 re, † quia vt dicebat Matheſil. in l. ſi cum inter. C. quando prouo. non eſt neceſſe, ſententia lata ex probationibus a iure reprobatis eſt ipſo iure nulla, & ante eum annotauit Ioan. Andr. in c. quoniam contra de probat. in nouel.

Quia ſecura iudicis conſcientia non de proprio ipſius ſinu, vel pectore, ſed de vtero, & cõſcientia legis regulata ſecundū tramites iuris proficiſci debet, vt inquit Bal. in l. 1. col. 5. C. ſi plu. vna ſenten. Natta, conſ. 6. viſo in fi. & conſ. 354. dicendum, nu. 7. vbi etiam dicit, quod iudex non debet ex ſuo capite dānare aliquem, qui iuris ciuilis, vel municipalis de-
19 fenſionem habeat cum paria † ſint condemnare innocentem, & punire nocentem quem condemnare non poteſt. Eſt autem conſcientia legis ſecundum
d acta, & probata iudicare, d Paris de Put. de ſindica. in ver. iudicare, c. 3. nu. 19.

Et quamuis ex forma ſtatutorum procedatur hic
20 ſola facti veritate inſpecta † nō tamen ob id poteſt iudex contra caſum ſtatuti decidere, etiam ſi caſus ille rigorem contineret, vt dicit Natta, in conſ. 143. vertitur, nu. 9. & ſic fidem adhibere, teſtibus in caſu a ſtatuto prohibito, & inhabiles habilitare contra expreſſam legis prohibitionem; nam vt inquit Bal. in l. vt vim col. 2. ff. de iuſti. & iu. ex iudicis conſcien-
21 tia, & arbitrio † non debent ſtatuta ciuitatum reddi eluſoria.

Non obſtat, quod dicebatur de præſumpta præſentia, & habitatione D. Auditoris Rotæ: Tum quia eſt vnicus, & ſingularis, & ſuper delicto de directo, non deponens, ſed ſuper altercatione verbali, tum etiam, quia eius præſentia, & habitatio eſt præſum-
22 ptiue probata, & cū ſtatutum per modum † conditionis requirat huiuſmodi probationem non ſufficit æquipollens ſeu præſumpta, ſed vera, & ſpecifica requiri-
e tur probatio e ſecundum Dec. in rub. de probat. nu. 13. Bero. in conſ. 90. in cauſa, nu. 4. lib. 3. & cõſ. 215. adhoc, nu. 7. eo. lib. 3. Natta, conſ. 32. viſo, nu. 17. & conſ. 202. in cauſa, nu. 9. licet hoc forte tanquàm notorium ſola allegatione euitare poſſet.

Minus & facit depoſitio eius, qui mediante propria ſcriptura atteſtabatur ſe audiuiſſe ab alio dicēte ſe vidiſſe Stephanū percuſſiſſe Antoniū, tū quia dicit de auditu ab eo, qui erat foretaneus, nō probaret niſi cõcurrentib. ſupradictis qualitatib. ſtatuto requiſitis, & pluſquā ille nō probat. Crau. conſ. 312.
23 in cauſa, nu. 13. tum etiam, quia depoſuit † per ſcripturam, quod fieri poteſt cum iudex videre debeat, & audire quo vultu, qua voce, quo pallore deponat Bal. in l. ſeruos, nu. 3. C. de teſtib. Gem. in conſ. 142. in cauſa, nu. 4. Millis in verbo teſtis. Fel. poſt alios, in c. de teſtibus extra de teſti. vbi ponit regulam cum 3. fallen. eum concord. per Soc. iun. in conſ. 12. in occurrenti, nu. 21. lib. 2. licet ipſe de hoc non faciat multum capitale propter contradictionē multorū.

ANNOTATIONES.

a Abſtinendum eſſe Sed quoties eſſemus in perſona, quę ratione qualitatis alicuius nō poſſet torqueri, vel eſſemus in loco, in quo vigeret ſtatutum, ſeu conſuetudo, quod nō procederetur ad torturā in criminalibus, vtique in diſtinctè ex præſumptionibus poſſet deueniri ad condemnationem, ita concludit expreſſe. Bal. in l. fi. col. fi. C. de probat. Brun. in tract. de indi. & tort. par. 1. quæſt. 4. verſ. notandum tamen. Et in quæſtione principali, an & quando quis poſſit ex præſumptionibus damnari, vide Gomeſ. variar. reſolu. to. 3. c. 12. nu. 2. vſque in fi. Grat. conſ. 136. num. 12. lib. 1.

b Si ſit adminiculata. Vide late Gomeſ. varia. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 1. [illegible]

c Ignot. & extranei non admittuntur in teſtes. Intellige in cauſa criminali, niſi primum fuerint a parte approbati, gl. in c. canonica, vbi Archid. 3. q. 5. Secus eſt in ciuilibus. Innoc. in c. inquiſitionis de ſecul. tangit Bal. in l. 3. §. Ex ideo. ff. de teſtib. Et an & quando teſtes debeant cognoſcere delinquentem, & quomodo ſit facienda delinquentis exhibitio in præſentia teſtis, in cauſa criminali, & an in cauſa ciuili debeant cognoſcere litigantes, & contrahentes, vide late Lanfr. Conrad in ſuo Breuia. lib. 1. c. 9. §. 6. in in. Dicta teſtium aſſom. nu. 40. Et de hac exhibitione, vide Bar. in l. 2. §. ab autem, nu. 2. ff. de public. & vectig.

d Secundum acta, & probata iudicare. An & quando iudex poſſit ſequi propriam conſcientiam, vel teneatur ſecundū probata & allegata iudicare eſt materia l. illicitas, §. veritas. ff. de offic. præſid. Bar. in l. 1. in fi. C. vſque ieſ adduce. per Guid. Pap. quæſt 30. Et vide Fely. facientem regulam, & eam octo fallentijs limitantem, in cap. paſtoralis. §. quia vero, num. 25 extra de offic. deleg. & latius Capr. commu. concluſ. reg. 32. per totam. vbi quidnam hoc facere debeat iudex ne peccet.

e Sed vera, & ſpecifica requiritur probatio, vide Megon. ſupra deciſ. 27. num. 35. vbi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 Inuentarij conficiendi beneficia.
2 Inuentarij non confecti incommoditates.
3 Inuentarium quando, & quanto tempore incipi, & finiri debeat.
4 Simplicitas excuſa legibus.
5 Simplicibus perſonis in præiudicialibus ſubuenitur.
6 Simplicitas, & paupertas reſtitutionis in integrum cauſam præſtant aduerſus aditionem hæreditatis non confecto inuentario ad illud faciendum.
7 Paupertas excuſat a proteſtatione.
8 Paupertas excuſat non appellando.
9 Ruſtici mulieres, & ſimiles debent probare ſe non potuiſſe conſulere peritiores.
10 Statuto Lucano de datia ſoluendo lib. 1. c. 23. renunciari per partes minime poteſt.
11 Reſtitutio in integrū principaliter petita libellum requirit, litis conteſtationem, & alia in alijs actionibus neceſſaria.
12 Reſtitutio in integrum ſi citatis aliquibus petatur cū plena cauſæ cognitione fieri debet.

13 Cauſa

13 Cauſæ ordinariæ, & in contradictorio debent expediri ad ſolitum maiorum tribunal, non in camera.
14 Inuentarium tenentur omnes facere etiam Sanctitatis miræ vir.
15 Iuris ignorantia neminem excuſat.
16 Inuentarium non conficere eſt in iure errare.
17 Simplicitas non excuſat, vbi eſt copia peritorum.
18 Actus geſtus à ſimplici perſona ex ſuo capite nõ conſultis peritis non excuſat.
19 Reſtitutio non conceditur non facta prius reſtitutione bonorum penes eum peruentorum.
20 Reſtitutio in integrum non conceditur poſt ius quæſitum.
21 Inuentarij confectio impune omitti poteſt, quãdo eius impenſa maior eſſet quam tota hæreditas valeret.
22 Paupertas reſpectu actus particularis debet ſpecifice, & particulariter probari.
23 Reſtitutio non conceditur etiam minori effectu maiori ſtante ſcientia de late hæreditatis, lapſu termini ad deliberandum, nullaque probata læſione, vel damnoſa hæreditate.
24 Nemo repente fit ſumus.
Ditari nemo præſumitur.
25 Aduocati pauperibus gratis patrocinari debent.
26 Paupertatis prætextu vnius, alijs iniuria non eſt inferenda.

ARGVMENTVM.

De reſtitutione in integrum petita ex cauſa paupertatis ab omiſſa confectione inuentarij.

DECISIO XL.

SPECTABILIS quondam Lactantius Nicolai condito cũ quo deceſſit teſtamento, & relicta vſufructuaria vxore, hæredes ſibi vniuerſales inſtituit ſpect. Hieronymum, & Bartholomæum eius fratres germanos.

Horum alter videlicet Hieronymus hæreditatem repudiauit, & alter vero Bartholomæus omiſſo inuentarij beneficio eam inconſulto adijt, & vbi
1 † conficiendo inuentarium vltra vires hæreditarias
non fuiſſet obnoxius, neque de alijs bonis quam
defuncti teneretur, & quaſi non hæres in odioſis
carcerari nõ potuiſſet, aliaque multa beneficia con
ſequi valuiſſet, vt poſt relatos no. Brogni. in trac.
de tutore, & curatore, num. 327. Montic. in tract.
de inuenta. cap. 10. num. 1. & cap. 12. num. 34. Re-
buff. de ſenten. prouiſio. art. 3. glo. 4. numero 2. & in
2 rit. de inuenta. illud facere omittendo † ſeſe ſuſpe-
ctum de dolo reddidit, §. ſancimus, in authen. de hæ
red. & Falc. Cor. conſil. 168. lib. 3. Bert. conſil. 77.
num. 14. lib. 1. Rolan. de inuenta. quæſt. 38. Iacob.
Nouel. in reg. 10. & de proprio creditoribus ſe ob-
ligatum fecit, qui cum tractu temporis periculum
huius ſuæ inconſultæ aditionis agnoſceret, tran-
3 facto ſpatio inuentarij conficiendi (quod † ſecundũ
magis communem opinionem currit a die aditæ hę
reditatis, & poſt aditam hæreditatem inchoari, &
intra 60. dies finiri debet. Roman. conſ. 84. Duran.
de arte teſtan. tit. 11. cau. 8. Bello. conſ. 68. Brogni.
alios citans in tract. de tutore, nu. 80. car. 40. Rolan.
de inuenta. in 3. par. verſ. inuentarium quando pe-
tijt aduerſus hanc non confecti inuentarij omiſſio-
nem in integrum reſtitui.

Cauſa agebatur extra ſolitum iuris banchum & horis non iuridicis in Camera D. Iudicis ordinarij, citatis Perino & D. Catherina vſufructuaria, & Spec. Cæſare Bartholomæi, cõtinue proteſtantib. de nullitate proceſſus ſic priuatim fabricati extra ſolitũ tribunal maiorum. D. Iudex tãdem in hæc verba pronunciauit, videlicet, reſtitutionẽ petitã conceſſit, dummodo non fiat præiudicium creditoribus.

Cumq; pro parte Perini, & litis conſortiũ ad nos appellatum extitiſſet. Duo principaliter ad fauorẽ appellati proponebantur. Simplicitas, videlicet, & paupertas quas in cauſa nõ confecti inuentarij fuiſſe aiebat, & vtramque probabilem reſtitutionis, & excuſationis reſpectiue cauſam afferre affirmabat.
4 Quandoquidẽ † ſimplicitas, & imperitia admo-
dum legibus amica circũfertur eſſe, clem. 2. de pen.
& remiſſio. Luc. de pen. l. 1. C. de imp. Luc. deſcri.
li. 10. plene Menoc. de arb. iud. li. 2. cent. 2. caſu 193.
Vnde dicebat Bero. in conſil. 110. ex puncto, nu.
5 11 lib. 3. quod † ſimplicibus, & imperitis in præiu-
dicialibus ſubueniendum eſt.

Paupertas ſimiliter & ipſa quantumcunque ſit odibile bonum, multis tamen eſt repleta prorogatiuis quorum 44. enumerat Luc. de pen. in l. eos, C. de his, qui in num. lib. 10. & late Benunc. in ſuo tracta. de paupert.
6 Et in terminis, quod † ambo excuſent ab omiſſa
confectione inuẽtarij reſtitutionemque in integrũ
præſtent allegabatur deciſio parla. Delphi per Frãc.
Matt. in deciſ. 291. vbi dicit, quod ex cauſa ſimplici
tatis, & paupertatis huiuſmodi in integrum reſtitu
a tio non ſit deneganda. a comprobatur, quia † pau-
7 pertas excuſat etiam a proteſtatione ſecũdum Bal.
8 in c. 3. de reſcrip. † & non valent appellare ob pau-
pertatem non imputatur, l. ſi procuratorẽ, §. ſi igno
rantes, & ibi Bar. ff. manda. Inno. & alij, in c. ex ra-
tione de appell. Gigas. de penſio. q. 80. nu. 5. Silua.
conſ. 69. in cauſa, nu. 18. cum ſequentibus, quod de
clara in appellatione in ſcriptis facienda, ſecus in vi
ua voce facienda. Miſinge. obſerua. 58. cent. 2. Ad-
dentes ad ſing. Matt. 188. Lancillot. de attentat. 2.
par. c. 12. nu. 50.
Vnde cum actor de ſua paupertate, & ſimpliciter
9 docuiſſe per teſtes videretur † (ruſtici enim mulie-
res, & ſimiles dicentes ſe non potuiſſe conſulere pe-
ritiores probare tenentur. Alex. conſ. 14. in fi. li. 1.)
ſatis æquum, & rationabile videbatur per reſtitu-
tionem in integrum ab huiuſmodi aſſerta inconſi-
derata aditione eum releuare.

In contrarium opponebatur de nullitate, & iniuſtitia ſententię, & nullitas deducebatur ex eo, quod cum fuerit principaliter petita reſtit. in integrum

ac

Digitized by Google

ac in id officium iudicis loco deficientis actionis
imploratum, agens debebat æſtimare intereſſe, &
factum & ſoluere datiam iuxta cap.23. lib. 1.ſtatu-
10 torum cum clauſula irritanti, † cui per partes re-
nunciari minime poteſt tanquam reſpicienti com-
modum publicum ſecundum gloſſ. in cap. diſpen-
dia de reſcript. in 6.in verbo poceſſus cum concor-
dantibus per Anto.Gabr.lib.6.de clauſul. concluſ.
3.& Imo.lib.3.conclu.31.

Præterea, hoc ſtante quod petita fuerit reſti. in
11 integrum, principaliter† requirebatur libellus, litis
conteſtatio, & alia in alijs actionibus ordinaria ſe-
cundum Pract.Papi. in forma lib.teſti.in integ.in
prin. Miſinge. cent.4, obſerua. 18. & eo maxime,
12 † quia fuerunt citatæ certæ perſonæ in hac iudicis
officij imploratione, & ſic plena cauſæ cognitio fie-
ri debebat, vt tradit Abb. in cap.ſi.de offi.iud. Bur-
ſa.conſil.61.dicitur, num. 1.& conſequenter in ca-
13 mera † extra locum maiorum, & ordinarium Tri-
bunal expediri non poterat.l.a procedente.C.de di-
latio. Marant*a* 8. diſtin. iuditio. Craue. conſi. 140.
in cauſa, num 8. plene Rebuff.de ſent. excuto.art.
1.gloſſ.11.per totam cum concordantibus per Se-
baſt. Van.de nullitate ex defect. proceſſu. num.80.
& ſeq. ſola enim iudicis præſentia non facit quod
actus coram eo geſtus ſit iudiciarius, niſi iudicia-
liter interueniat, vt not.doc. poſt Abb.in cap. at ſi
clerici, num.28.de iudici.

Iniuſtitia vero arguebatur quia cum actus con-
14 ficiendi inuentarij ſit generalis, † omneſq; id face-
re teneantur, ita quod vix miræ ſanctitatis homo
eximatur, vt cõtra Fanutium firmat Mont.in tract.
15 de inuentar.in antiphan. num.58.† illud non con-
16 ficere eſt in iure errare, & † iuris ignorantia nemi-
nem excuſat.l.1.C.de iur.& fac.ignoran.Montic.in
17 antiphan. num.63. etiam † ſub prætextu ſimplici-
tatis, quæ non prodeſt in loco, vbi adeſt copia peri-
torum, quos conſulere quiſque poſſet Bar.in conſi.
154.maritus.Silua.nup.lib.1.nu.52.verſi.4.limita.
5. cum concord. per Borgni.de tutore, num.132.
18 Alex.conſi. 66.lib.4. Pło.de in lit.iur. num.440. †
nam tunc agendo quis ſeu adeundo ex ſuo capite
non excuſatur Menoch. de arb. iud.lib.2. cent.2.
caſu 194.num.22.

Et ſtante iuris præſumptione de occultatione
bonorum contra ſic inconſulto adeuntem ſpreto
19 beneficio inuentarij non videbatur † quo nam pa-
cto reſtitutio concedi poſſet non collatis, & non re-
ſtitutis prius bonis iuris præſumptione occultatis,
ad Rolan.in conſil. 59.reiectis, num.7.lib.1.

Et cum ex hac ſimplici aditione hæreditatis ius
eſſet quæſitum creditoribus hæreditarijs habendi
obligatum hæredem etiam vltra vires hæreditarias,
20 † talis reſtitutio in integrum poſt ius quæſitum de
iure non conceditur. Cepha.in conſi.356.q.nu.34.

Nec obſt. allegata paupertas, quæ forte prodeſ-
ſet ſi ageretur de hæreditate exigui patrimonij, ita
21 quod † maior impenſa eſſet in faciendo inuentariũ
quam tota hereditas valeret, quo caſu inuentarium
omitti poteſt ad Bar.in l.mediterraneæ.C.de anno.
& tribulat.lib. 10. Rolan.de inuent.49.q.Mont.in
antiph.num.61.non enim eſt faciendum id in quo
plus expenditur, quã ſit quod percipitur, vt inquit
Corſa. in ſing.96.Aemi.conſi.37.nu.10.quia cum ſi
mus in aſſerta paupertate hæredis non valentis ſub
ſtinere impenſam actus conficiendi inuentarij mo-
dico ſumptu expedibilis, vt notiſſimum eſt, oporte-
bat eam in indiuiduo ſpecifice probari, & nõ gene-
raliter, ita quod talis eſſet paupertas, vt iſte non po-
tuerit illud conficere paupertate impeditus.

Neque ſufficit probaſſe eum eſſe numeroſa fami
lia, denſa ſobole grauatum, & quod etiam ſtante
exercitio proxenetæ, & poſſeſſione nonnullorum
bonorum immobilium domo, videlicet, & podere
licet exiguo, vix poſſit familiæ neceſſarijs ſubueni-
re. Quia hic non agitur de probanda actoris pau-
pertate in genere, ideſt reſpectu vniuerſalis ſtatus
conditionis, & familiæ ipſius, quo caſu fortaſſe ſatis
ſufficiẽter probaſſet, ſed ſum in probanda paupertа-
te reſpectu particularis actus conficiendi inuenta-
rij, & ſtant iſta ſimul quod quis reſpectu ſuæ nobi-
litatis ſit pauper etiã ſi millia poſſideat, & quod re-
ſpectu actus particularis non ſit talis, ideo ad prõ-
bandam hanc paupertatem reſpectu huius particu-
22 laris actus inuentarij non confecti, † & neceſſe erat
probare hunc eſſe talẽ, vt quaſi alter Codrus ac nu-
dior Leberide (vt aiunt) non potuerit propter ino-
piam hanc inuentarij ſolemnitatem implere, vt in
not.q.tradit Affl. deciſ.179. & in terminis egregie
firmat Ruy. in conſil.81.queritur lib.5.

23 Et quod † attenta huius maiori ætate, ſcientia
delatę hæreditatis, lapſu termini ad deliberandum,
& nulla probata læſione, aut de damnoſa hæredi-
tate, non detur reſtitutio in integrum aduerſus adi
tionem ſine inuentario in fortioribus terminis de
minore, effecto maiore poſt relatos determinat Bur-
ſat.in conſil.2.viſis, num.47.

Quod ſi nuper iſte paupertate, vel potius ege-
ſtate aut inopia laborabat, vt dicitur, ita quod mo-
dicam impenſam inuentarij ſubſtinere non valeret,
quomodo hodie ſic magis aptus reperitur ad feren-
dum, & ſubſtinendum grauiores impenſas vtriuſq;
24 iudicij, cum nemo † repente fiat ſummus, & ditari
[b] quis non præſumatur.[b] Ange. in l.inſulam .§. 1.ff.
ſol.mat.& conſil.160.D.Margarita in fin.& ex com
muni opin.Curt.Iun.conſil.28.in fi.cum concord.
per Roncag.in l.3.§.vbi duo, num.152.de duob.re-
is, & per Imol.lib.3.concluſio.12.

Rurſus ſi iſte impar erat huius oneris ferẽdi, qua
re ad iuris remedium in ſubſidium pauperum in-
troductum nõ conuolauit gratis conſilia petendo
ab aduocatis, & ſcripturas à notarijs, quorum hic
numerus celebris, & inſignis pietate, & ſcientia vi-
25 get, † qui & gratis facere tenebantur, cogiq; pote-
rant ſub priuationis pęna.l. prouidendum .§.5.C.
de poſtula. Couar. pra. 9.cap.6.num.4.& varia.reſo-
lu.lib.3.cap.14.num.1. Miſinger.cent.4. obſerua.
32. Beninca. de paupe.q.7.ſpeci.2.num.9. Menoc.
de arbi. iud. lib.2.cent. 4.caſu 369. Domin. à Soto
de iuſt. & iu.lib.5.q.8.artic. 1. & tradit Miſinger.
cent.4.obſeru.32.

Et ex his concluſum fuit male iudicatum, & be-
ne appel-

29 ne appellatum nefas eſse exiſtimantes † intuitu aſſertę paupertatis vnius perſonæ alijs iniuſtitiam facere c.ex tenore de foro compet.c.nuper.§.quod autem,de donat.inter vir.& vxor.& no.Bero.in conſil.76.in fi.lib.3.

ANNOTATIONES.

a Non ſit deneganda Et de ratione. vide Fanuc.in tract.in de inuent.hæred.par.2.num.22.

b Ditari, quis non præſumitur. Paupertas eſt qualitas quaſi naturalis in homine,& qui pauper fuit,& hodie pauper præſumitur niſi probetur contrarium. Tiber. Decian.conſil.45. num.2.& ſeq lib.2. Verum,qui allegat paupertatem illam probare tenetur vti fundamentum ſuæ intentionis eſt communis opin. teſtatur Rimin. iun. conſi.171. num. 120.& ſeq.& conſi.188.num.12.

Fab. Tim.

SVMMARIVM.

1 *Statim quod de banno offenſi cõſtet, quieſcit inquiſitio.*
2 *Fruſtra expectatur, cuius euentus nihil operatur.*
3 *Qualitas productiua alicuius iuris probari debet ab eo, qui ſe fundat in ea.*
4 *Præſuppoſitum debet verificari.*
5 *Certus certificari non debet.*
6 *Nomen rei, quando dicatur receptum inter reos.*
7 *Obſeruatio legis facit nos ſimiles Deo.*
8 *Reipublicæ intereſt de delinquentibus inquirere.*
9 *Offendens bannitum iuris interpretatione, non dicitur delinquere, vere tamen delinquit.*
10 *Quod in ſuo genere malum eſt, nulla cauſa bene fieri poteſt.*
11 *Quod pęnam non meretur, pęna tamen eſt.*
13 *Non eſt ſine vitio, quod ignoſcitur, ſed nõ præcipitur.*
14 *Delinquens lege permittẽte, an a peccato immunis ſit.*
15 *Bannitum proditorie offendere non licet.*
16 *Delicta in alieno territorio commiſſa, aggrauant commiſſa in territorio.*
17 *Offendens bannitum, & delinquens auctoritate ſtatuti maleficium committit, licet non punibile, & dicitur delinquere.*
18 *Niſi ſtatuto dicatur bannitum licite offendi poſſe.*

ARGVMENTVM.

Delinquens auctoritate legis an, & quando dicatur maleficium committere quantumcunque impunibile.

DECISIO XII.

STATVTO Lucenſi, lib.4.cap.22.cauetur, quod bãnitus a 50. libris ſupra poſſit impune offendi in perſonam,& in bonis,quæ ſecum offenſionis tempore haberet.

Itemque quod ſi procedatur contra offendẽtem huiuſmodi bannitum, ſtatim quod de banno conſtiterit proceſſus quieſcat offendenſque vlterius non moleſtetur decernendo irritum, & inane quicquid
1 ſecus fiat, † quod eſt conforme iuri communi ſecundum ea, quæ not. Iul.Clar.in pra.crim.§.homicidiũ, verſi. Item ſcias, & Angel.de Caſt.inter conſi.crim. lib.2.conſi.61.& 62.

Alio quoq; ſtatuto, eod.lib.4.cap.39.diſponitur, quo inquiſitus comparens ſe defenſurus, ad factum de quo quæritur, teneatur reſpondere affirmatiue, vel negatiue. Et quod ante huiuſmodi reſponſionẽ nulla dilatoria, declinatoria, anomala, aut peremptoria exceptio opponi poſſit.

Ant.& D.Lucia inquiſiti de offenſionibus factis in perſonam cuiuſdam Rochi, & citati ad reſpondendum inquiſitioni contra eos formatę comparentes allegabant dictum Rochum eſſe bannitum, & impune offendibilem, & producendo bannum in forma probanti, inſtabant pro caſſatione proceſſus iuxta formam dicti ſtatuti 22. & vlterius non grauari ad reſpondendum inquiſitioni, cum affirmatiue reſponderent adhuc petita ceſſatio, & abſolu-
2 tio ſequi deberet, & ideo dicebant † fruſtra ab eis deſiderari id, cuius euentus nihil operaretur.l. hæc ſtipulatio.§.diuus.ff.vt lega.not.ca.Lauren.Silua.in trac.de recogni.feu.q.85. num.3. Neuiza.conſi.51. circa primum, nu.18.Iul.Clar.in pra.crim.§.homicidium, verſi.item ſcias.

1 Replicabatur pro parte fiſci, iſtos in propoſita bãni exceptione non eſſe audiendos, niſi prius affirmatiue, vel negatiue inquiſitioni reſpõderint ſecundũ diſpoſitionem alterius præcitati ſtatuti 39.

D.Prætor pronũciauit inquiſitos teneri in primis reſpondere, quia reſponſione facta ſi fiſcus contra bãnum nihil releuans produxerit, mandauit proceſſum caſſari, & inquiſitos vlterius non moleſtari.

Ab huiuſmodi ordinatione cum ad nos pro parte inquiſitorum reclamatum extitiſſet, dicebamus bene iudicatum,& male recurſum.

Moti, quia dictum ſtatum 22. impunitatis permiſſiuum ſemper loquitur cum præſuppoſito qua-
3 litatis perſonæ offendẽtis, quæ qualitatis † cũ ſit productiua d.beneficij dẽt in primis verificari, vt dignoſcatur in quo ſubiecto impunitatis gratia exerceatur, ad Soc.in conſ.27.viſis inſtrumentis, nu.14. & 104.viſis compromiſſo, nu.25.lib.4. Rimin. conſil.427.lib.3.Menoch.conſi.74.dubitari, num.15.

4 Oportet.n. † præſuppoſitum ſemper in quacunq; diſpoſitione verificari.Deci.conſi.291.nu.3.Alex. conſ.224.viſo proceſſu, col.2.li.2.Natta, conſ.343. quidam.nu.3.& conſi.407.num.2.Bero.conſi.170. viſa, nu.9.lib.3.

Alias ignorata perſona offendente bannitum, ſtatutum non procedet non verificatis verbis illius, Deci.conſi.491.nu.4.644.& 233.num.7.

Cum igitur ſtatutum mandet ſtatim docto de banno offendentem bannitum, non amplius moleſtari, neceſſe eſt ante omnia conſtare, quis offenderit bannitum, & ideo dicti inquiſiti reſpondere debent, an ipſi eſſent tales, vt curia certificetur de offendente.

Nec obſtat, quod dicebatur apud curiam iſtos
haberi pro offendentibus, & tanquam tales citari
ad reſpondendum inquiſitioni, & ſic abſq; alia re-
5 ſponſione † vti certa amplius certificari non debet.
l. 1. in fi. ff. de dote prelega. tradit Aff. de iu. proto. §.
ut infra 30. num. 12.

Quia curia inquirendo contra aliquem non dici-
tur eſſe certa de eo, ſed propter præcedentes infor-
mationes ſuſcipiatur contra illum, & ideo, vt certifi
cetur, eum citat ad reſpondendum inquiſitioni, an-
te igitur inquiſiti reſponſionem, vel contumaciam
in reſpondendo, quæ pro confeſſione habetur, non
6 poteſt curia dici certificata, † nec nomen rei inter
eos recipiendum eſt. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q.
14. verſi. ſed hic,

Et ad inanem expectationem euentus, qui nihil
operaretur, reſpondetur in hoc caſu non eſſe fruſtra
torium, quod inquiſiti reſpondeant ad effectū ſcien
di an ipſi bannitum offenderint, quia non fruſtra
7 torium, quod ſit pro complemento legis, cuius † ob-
ſeruatio eſt conſumatio incorruptionis, quę nos
deo ſimiles facit, vt no. Rebuf. ſuper conſtit. regni.
in tit. de conſuetud. in præfatio. num. 68.

Lex autem municipalis pro forma ſtatuti in pri-
mis affirmatiue, vel negatiue inquiſitioni eſſe re-
ſpondendum, alias eſſet ludibrioſa, & redderetur
eluſoria, & ideo debet ſeruari d. forma ſtatuti, Bald.
in auth. matres. C. quando mu. affic. tu Aemil. conſ.
30. num. 26. & 29.

Præterea erit vtile imò neceſſarium hoc ſcire,
8 §. quia Reipublicę intereſt de delictis, & delinquen-
tibus inquirere. Iul. Clar. in pra. crim. §. fi. q. 4. & 5.

Nam, & ſi offendent bannitum iuris interpreta-
tione nō dicatur delinquere propter impunitatem
9 permiſſam, negari tamen non poteſt † quin vere
delinquens ſit, vt inquit Bald. in l. 1. & 2. ff. ne quis
eum, qui in ius vocat.

10 Id enim † quod ſuo genere malum eſt, non po-
teſt vlla de cauſa bene fieri, ut ex ſecundo Ethico,
Ariſt. refert Domi. à Soto. de iuſt. & iu. lib. 5. quęſt.
1. artic. 2.

Et ideo dicebat Bar. in l. 1. de his quibus, vt in-
11 di. id quod † pœnam non meretur, offenſa tamen
eſt, & non abſtergit nomen delicti, licet pœnam tol-
12 lat: nam † non omne, quod licet, honeſtum eſt, &
quamuis ſine pęna multa faciamus, non tamen ca-
rent vitio aut dedecore, vnde dicit tex. in can. nerui,
13 13. diſtinct. Non eſt † ſine vitio, quod ignoſcitur, &
non præcipitur.

Oritur. n. contra tales ſpe gratiæ delinquentes, &
impunitate confiſi non leuis eorum exiſtimationis
læſio apud probos viros, quemadmodum dicitur de
muliere intra annum luctus nubente, quæ licet ex-
pers ſit pęnę iuris poſitiui, perdit tamen gloriā ma-
trimonialis pudoris tanquam faciens actū non lau-
dabilem, nec ſine rubore faciei cordis maculam de-
tegens ſicuti filia, quę inconſulto patre nubit, nam
& ſi licite id faciat canon. ſufficiat. 22. q. 2. id tamen
neque honeſte, neque decenter facit. Abb. in c. Ma-
gnæ, in 3. not. de voto.

14 Facit † quia tales ſic lege permittente delinquen-
tes non ſunt ſaltem immunes a peccato, gloſſ. in
can. inter hæc 32. quæſt. 2. Fort. Garzia. de vlti. fin.
in 11. illatio. vt de occidente bannitum ſtatuto per-
mittente, not. Iaſ. in l. ſi plagij poſt Alexand. ibi. ff. de
verbo. oblig. & plene per Domi. a Soto. d. q. 1. lib. 5.
artic. 2. & 3.

Poſſunt etiam, & aliæ plures cauſæ probabiliter
conſiderari, propter quas vtile ſit curiæ, & fiſco ſci-
re perſonam offendentis bannitum, veluti ſi forte
pretenderetur proditoriè offenſus, quod fieri de iu-
15 re † non permittitur ſecundum communem opin.
de qua teſtatur Menoc. de arbi. iud. lib. 1. q. 50. nu.
49. licet non nulli contra ſenſerint, vt per Deci. in
c. quæ in Eccleſiarum, nu. 14. in fin. de conſtit. Boſſ.
in tit. banniti. quid admittant, nu. 1. de quo fiſcus
experiri non poteſt, niſi certus ſit cōtra quem actio
nem dirigat, vel ſi haberet gratiā, aut ſecuritatem,
vt per Boſſ. de carcera. fideiuſſ. relaxan. nu. 18.

Nec enim quis debet ſpe gratiæ, contra gratiam
alterius venire Aemil. conſi. 2. num. 40. & 44. & ſic
offendere, eo modo quo quis iuris priuilegijs offen-
di non poterat.

Eſt etiam & propter aliud vtile ſcire, quia, & ſi
impunibiles ſint, ſumi poteſt tamen ab eis argu-
mentum a ſolitis, ſi alias de maleficio imputari con-
tingat, & aggrauet illorum commiſſa, quemadmo-
dum dr̄ de delinquente extra territorium, qui licet
a ſecundum vnam opinionem (quam nos alias impro
16 banimus[a]) non poſſit inquiri per Iudicē loci origi-
nis, † tamen aggrauat delicta commiſſa in territo-
rio eiuſdē Bar. in l. ſi cui. §. fi. num. 5. ff. de accuſatio.
Bal. in auth. ſed nouo iure, col. 2. C. de ſeruis fugiti.

Et in terminis offendentis bannitum auctoritate
17 ſtatuti, † quod dicatur maleficiū, & delictum, licet
b non punibile, [b] ita decidit Bald. in l. decuriones. C.
ex quibus cau. in fam. irrogat. & cum eo ibidem tran
ſit Caſtrenſ. numero 4. & propterea ibi dicit Bald.
non eſſe bonam ſequelam, poteſt impune offendi,
ergo nō eſt delictum, quia delictum vere eſt ſaltem
de iure gentium, & pęnæ eſt aſtrictus, ſed non fit
executio.

18 Niſi † ſtatuto dicatur licite bannitū offendi poſ-
ſe, quia tunc deſinit eſſe abſolute delictum, & excep
tio banni, tunc poteſt opponi ad impediendum pro-
ceſſum, & inquiſitio non tenet, vt ibi per Bal. & Sa-
li. & hoc propter illud aduerbium licite, quia licita
non ſunt delicta.

Vnde cum in d. ſtatuto non adſit verbum licite,
ſed verbum impune, intereſt Reipub. ſcire nomen
offendentis bannitum, quia abſolute delinquens
eſt, licet impunibilis, & confert hoc ſcire reſpectu
aliorum ſtatutorum de maleficio, & delinquente lo
quentium. vt ibi Bald.

ANNOTATIONES.

a Quam nos alias improbauimus. Vt eſt videre ſupra decif. 36.
num. 1. vbi ſcripſi.

b Licet non punibile. Vide Cur. Iun. conſ. 238. nu. 45. Et quod
delinquens. l. vel ſtatuto permittente non teneatur in foro
conſcientiæ. Fel. in cap. in Eccleſiarum, nu. 13. de conſtit.

Fab. Tim.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Falſi crimen eſt odioſiſſimum.*
2 *Falſi crimiue accuſati in carceribus ius dicere debent, nec fideiuſſoribus relaxandi.*
3 *Statuto ſtante, quod non ſolueus pœnam pecuniariam intra certum tempus puniatur corporaliter, tali caſu, an fideiuſſoribus ſit relaxandus.*
Diſtingue, vt ibi.
4 *Pœna non debet eſſe ludibrioſa, & inutilis.*
5 *Nemo eſt dominus ſuorum membrorum.*
6 *Quod euenire poteſt, attenditur.*
7 *De dubio iudicatur ſicuti de certo ad impediendum actum.*
8 *Falſum diceus coram diuerſis iudicibus extraordinariẹ punitur.*
9 *Ruſticus falſum deponens a dolo excuſatur.*
10 *Falſum deponens excuſatur ex curſu temporis, & ratione obliuionis præſumptæ.*
11 *Ruſtici plerique verſuti, & ſagaces, & ideo non excuſantur.*
12 *Non eſt malitia ſuper malitiam ruſticorum.*
13 *Iudici, vbi incipit conſtare de bono iure inquiſiti, poteſt ante ſententiam, ſub fideiuſſore excarcerare, num. 22.*
14 *Ante concluſum in cauſa non dicitur conſtare, nu. 22.*
15 *Teſtis præſumitur falſum dicere in ſecundo examine nõ in primo, quia in ſecũdo præſumitur ſubornatus.*
16 *Teſtis de falſo puniri poteſt ab eodem iudice, cuius aures offendit, & id ex officio ſi facit, dicitur potius multa, quam pœna.*
17 *Secus ſi ad inſtantiam partis.*
18 *Iudex non niſi ex cauſa poteſt ab ordinaria iuris pœna recedere.*
19 *Cauſa autem debet exprimi.*
20 *Exceptio incompetẽtiæ dicitur præiudicialis ad alias exceptiones, & ſiue ſola ſiue cum alijs deponatur ſuper ea debet prius diſſiniri, & cognoſci.*
21 *Ab arbitrarijs Iudicis non datur appellatio.*
Declara, vt ibi.
23 *Notarius non eſt vilis perſona, & per artem notariatus non perditur nobilitas, ſed conſeruatur.*
24 *Conſuetudo eſt attendenda in relaxatione carcerat ſub fideiuſſore relaxandi.*

ARGVMENTVM.

An accuſatus de falſo poſſit ſub fideiuſſore relaxari.

DECISIO XLII.

STATVTO Lucenſi, lib. 4. cap. 83. cauetur, quod teſtis perhibens falſum teſtimonium puniatur in libris mille, & abinde ſupra vſque in bis mille arbitrio iudicantis ſoluendis infra decem dies, alias in dicto tempore ipſis non ſolutis eidem manus dextera amputetur.

Inſtante fiſco, & N... querelante coram M. Dom. Prætore fuerunt accuſati quidam de Pozzolo de crimine falſi eo, quod alias de anno 1566. examinati ſuper poſſeſſione terrarum ad fauorẽ ſpectabilium de Meis contra homines de Pozzolo corã D. Commiſſario ſex milliorum, vnum depoſuerint, & de anno 1575. uerum examinati contrarium teſtati ſint, & ideo cum comparuiſſent coram D. Prætore ſe defenſuri, in carceribus emancipati facta reſponſione negatiua ad inquiſitionem contradicentibus fiſco, & accuſatore ſub fideiuſſoribus de repręſentando relaxati fuere.

A qua ordinatione accuſator, & fiſcus tanquàm grauati recurſum ad nos habuerunt, allegantes ad huiuſmodi pręproperam excarcerationem deueniri
1 de iure minime potuiſſe, quia agebatur de † odio-
a ſiſſimo falſi crimine 2 de quo accuſati in carceribus
2 ius dicere debent † etiam ſi pecuniaria pœna venirent puniendi, vt tradit Gram. conſ. 109. ciuili, col. 2. Hippol. in ſua pra. §. attingam, num. 8 & Foller. in ſua pract. crim. 2. par. ſecundæ par. verſ. examinati, &c. num. 19. & ſeq.

Et videbatur expreſsè prouiſum per aliud ſtatutum, lib. 4. c. 41. vbi diſponitur, quod reus, qui principaliter pœna corporali ſiue in defectum pœnæ pecuniarię corporaliter venit plectendus, in carcerib. retineri debet.

Et in conformitatem ac comprobationem prędictorum allegabant in terminis deciſionem. Bar. in l. 1. ff. de cuſto. & exhib. reo. nu. 3. cum ſua magiſtrali diſtinctione ad propoſitũ data, in l. item, §. 1. ff. qbus mod. pign. vel hypoth. ſol. in quibus locis concludit
3 † quod ſtãte ſtatuto prędicto de pęna corporali ſoluenda in defectum pecuniariæ, reum ſub fideiuſſorib. non eſſe relaxandum, maxime qñ verba ſtatuti ſic concepta ſint, prout in ſupradicto ſtatuto, videlicet, quam ſi nõ ſoluerit intra decẽ dies, amputetur manus, ſecus ſi dicat, quam ſi intra decẽ dies ſoluere non poſſit, quia tũc dando idoneos fideiuſſores venit relaxandus, cum qui idoneos inuenit fideiuſſorès, non pôt dies ſoluere nõ poſſe, & cum Bar. tranſit Suarez in trac. de fideiuſ. in cauſ. crim. nu. 23. Petrã ſancta ſing. 63. Dec. conſ. 143. nu. 1. Cagn. in proœ. digeſtorum, nu. 59. Iaſ. cõſ. 9. nu. 9. li. 1. quos citat, & ſequitur Menoc. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſu 303. nu. 31. & 36. & in propóſito dicit Moron. in trac. de fide treg. & pa. q. 15. nu. 3. 1. par. quod pęna corporalis in defectũ pecuniariæ dicitur corporalis, & non admittit fideiuſſorem. Pedemont. in deciſ. 18.

Et ratio eſt, quia dimiſſo reo, & non ſecuta ſolutione in tempore, circa pœnam corporalem ſubintrantem loco pecuniariæ eſſet inanis, & ludibrioſa,
4 † cum non poſſit exigi a fideiuſſorę, qui ad illam ſe
5 obligare non potuit, ex quo non eſt † dominus membrorum ſuorum. l. liber homo, la prima ad l. Aquil. glo. in cap. cum homo 23. quæſt. 5. Prout not. Bald. in l. 2. in fine, C. de exhib. reis, & in l. eos. §. ſuper his. C. de appellat. Aret. de malefic. in uerbo fama publi. Couarru. variar. reſolut. libro 2. capit. 8. numero 8. Boſ. de carcera. fideiuſ. relax. num. 1. Iul. Clar. in pract. Crim. §. fi. quæſt. 46. Rol. conſ. 38. nu. 2. lib. 1.

Nam Doctores in hac materia communiter, & paſ-
6 ſim in d.l.1. de cuſto. reor. conſiderant † quod eue-
nire poteſt, vnde ſtante hoc poſſibili quod reus in
defectum pœnæ pecuniariæ non ſolutæ, nolit ſe
ſubijcere ad corporalem, quæ a fideiuſſore exigi nō
pōt; merito ne ludibrioſè ſub cautione relaxetur,
proditum eſt, ut ratione iſtius dubij euentus ad im-
7 pediendum actum fragilis fideiuſſionis † de dubio
iudicetur ſicuti de certo. l. ſufficit ſi cert. pet. l. 1. §. ſi
pendeat ad Macedon. & quod not. Zuccar. in l. fina.
nu. 249. C. de edict. diui Adr. roll. Crau. conſil. 152.
ſub nu. 5. Natta conſ. 548. nu. 37. & ideò dicebatur
quod pœna corporalis ſubintrans, & ſuppletiua il-
lius pecuniariæ, naturam pecuniariæ pœnæ alterá-
bat, de quo Iodoch. in pract. crim. c. 20. nu. 9. & ſeq.

Pro ex-carceratis replicabatur iuſte ſub cautione
dimiſſus eſſe, quia in terminis prætenſæ falſitatis ve-
niebat imponenda pęna arbitraria, quæ ad corpora-
lem ſe extendere non poterat, & ſic non erat ludi-
brio cautio recepta. Et plurimum innitebantur cir
ca hoc auctoritate Bal. in conſ. 101. in ſi. lib. 1. quem
ſimpliciter ſequitur Ant. Gabr. lib. 7. de Crim. con-
8 cluſio. 29. ſub num. 3. vbi † falſum deponens coram
diuerſis iudicibus (vt hic) extraordinariam pęnam
non euadere dicit.

Allegabant etiam teſtium cōditionem, qui cum
9 ſint ruſtici a præſumpto dolo † excuſantur, vt in ter
minis de teſte ruſtico varie deponente, tradit Gra.
conſil. 23. nu. 5. & iudicis arbitrio reſidere no. Me-
noch. de arb. lib. 2. cent. 2. caſu 194. nu. 38. & 44.

Itemq; adducebatur curſus decem annorum ab
10 vno teſtificatu ad aliud propter quod † oritur pro
b babilis obliuio b quæ vitium contrarietatis in teſte
excuſat, vt voluit Gram. in conſ. 47. num. 13. & ſeq.

Opponebatur etiam ſtatutaria præſcriptio ſeptē
c annorum, c nam eo. lib. 4. cap. 54. cauetur, quod de
de falſi crimine non quæratur vltra ſeptennium.

Quibus accedebat Caſtrenſis conſilium 328. lib.
2. vbi in caſu illius notarij de falſo inquiſiti, qui pę-
na corporali veniebat puniendus firmat quod pen-
dente accuſatione iure potuerit per Iudicem ſub fi-
deiuſſione relaxari.

His tamen non obſtantibus ex iam primo loco
dictis, & infra dicendis concluſum, & uotatum fuit
contra excarceratos ordinationem prędictam D.
Prætoris, uti intempeſtiuam, & minus iuridicam
cenſuimus.

Nec obſtare viſum fuit, quod de ruſticitate, &
obliuione dicebatur, quia illud forte procederet in
dubio, & præſumptiue, ubi aliter in contrarium de
ruſticorum dolo, & malitia conſtare non poſſit in
qua præſumptione D. Prætor non potuit ſe ſunda-
re in hoc iudicio, quia ante relaxationem præripien
do viam probandi non permiſit fiſco, & querelanti
contrarium probaturos ſe offerentibus id aſſequi,
& de querelatis docere.

Neque refragatur, dum dicebatur, quod falſitas
prætenſa conſiſtebat in iam depoſitis in dictis duo-
bus examinibus, & quod extrinſecus aliam proba-
tionem non expectabat. Quia ſi terminus ad pro-
bandum datus fuiſſet antę d. relaxationem, vtique
potuiſſent probari multæ coniecturę, quæ doloſam
manifeſte reddidiſſent ſecundam depoſitionem ve-
luti, quod pretio ſubornati, corrupti, & alia ſimilia,
per quæ D. Prætor fortaſſe nedum ad relaxandum,
ſed ad arctius retinendum inductus fuiſſet, cedunt
enim probationibus præſumptiones.

Neque enim lex habet ruſticos pro Sancto Ioan-
11 ne Baptiſta, cum plerique † ex his ſint verſuti, &
adeo ſagaces, & callidi, vt non agros coluiſſe, ſed ſtu
dijs operam dediſſe videantur, & excuſatione digni
non ſint. l. Athlete § de ruſticis, ff. de excuſ. tut. not.
Dec. in l. ſi id quod, num. 13. de iuriſdi. omn. iudic.
Rip. de remed. contra peſtem, num. 249. cum con-
cord. per Tiraq. de Mitiga. pen. cauſa. 11. num. 17.
12 & vulgo dicitur non eſt † malitia ſuper malitiam
ruſticorum.

Et quamuis Iudex quandoq; poſſit ſub tali cau-
tione inquiſitos de crimine capitali relaxare, quādo
ſibi conſtat de eorum innocentia, & eos videt eſſe
13 in caſu abſolutionis, † quia pro abſolutis habentur
l. ſecunda, C. de exhib reis. & ibi Bal. Alex. conſ. 179.
lib. 2 Roman. conſ. 504. & de communi opin. Bona-
coſſ. ad communes opiniones verbo carceratos, vbi-
cunque, cap. 20. Id tamen verum eſt ſi formato, &
publicato proceſſu, ac datis terminis fiat, & non an-
te cum ante non dicatur conſtare iudici de innocen
tia. l. nullus, in fi. C. de exhib. reis Roma. ſing. 490.
d Barth. de Capua d in cap. regni. in tit. de inquiſit. nu.
31. & ſeq. & ſentit Iul. Clar. in pract. Crim. q. 46. in
primis verbis. His ſic per actis, &c. & dicit Innocen.
14 in cap. ſignificauerunt de teſtibus, quod † concluſu-
ſum in cauſa dicitur liquere & conſtare. Natta con-
ſil. 51. num. 18. lib. 1.

Nec obſt. preſcriptio ſeptennij, quia falſitas inci-
pit eſſe in ſecunda atteſtatione de anno 1575. quia
15 in ſecunda præſumitur † ſubornatus, vt dicit Bal. d.
cōſ. 101. in fi. lib. 1. & 477. lib. 5. quidam teſtes in fi.

Et ad conſilium Bal. 101. reſpondebatur loqui in
diuerſis terminis videlicet, quando iudex ex officio
vellet punire teſtem coram ſe falſum deponentem,
16 † nam tunc propter iniuriam, & offenſionē quam
ſibi facit in reuerberatione ſuarum aurium poteſt
extraordinariè, & ſine proceſſu punire, quo caſu ma-
gis dicitur mulcta, quam pœna, vt dicit Saly. in loco
mox citando, † ſecus autem vbi procederet ad que-
17 relam, & inſtantiam partis, vt hic cum ſpug ordina-
ria pœna punire debet, vt idem Bal. clarius locutus
eſt in conſi. 477. lib. 5. allegando. l. nullum. C. de te-
ſtibus, vbi Sali. multum opportune loquitur pro de-
claratione Bal. in præcitatis conſilijs, cuius Bal. ver-
ba conſulto prætermittimus, cum eius commenta-
ria ſint in omnium manibus. A qua ordinaria pęna
non temere a recognoſcentibus ſuperiorem eſt re-
cedendum, quia his non cenſetur data poteſtas le-
18 dendi fiſcum ſuum, vel Rempub. † vel ſi quandoq;
ab ea recedi contingat, id non niſi ex cauſa eſt ſa-
19 ciendum † exprimendo cauſam diminutionis, vel
commutationis d. pœnæ, vt ex communi opinio. tra
dit Viui. in ſuis commu. opinio. in verbo iudex, vbi-
cunque, & per Menoch. de arbit. lib. 1. q. 96.

Cauſa autem in propoſito ordinatione nulla
redditur

Digitized by Google

redditur prout verà nulla eſſe poteſt, cum non expectato fiſco, & accuſatore offerentibus ſubminiſtrare probationes, & defenſiones ſine vlla cauſę cognitione ad d. relaxationem proceſſum ſit.

Cuius quidem ordinationis de relaxando immaturitas, & iniuſtitia ex alio deprehédi videtur, propter inculcationem, & commixtionem plurium quæſtionum in eadem prouuncia inuolutarum, & de quibus diſtincte videndum erat.

Nam per dictos inquiſitos fuerat oppoſitum in-
20 ter cætera de incompetentia, & † ſuper iſto articulo erat prius cognoſcendum tanquam præiudiciali, et ad alia non autem ſimul, & ſemel de vtroque diffinire inordinate cumulando plures actus incompatibiles, vt not. Abb. in cap. paſtoralis, num. 13. de except. & de articulo præiudiciali pleně Anchar. conſil. 62. Crauet. conſil. 280. & ideo iuſtam de grauamine conquerendi cauſam dediſſe videtur, huiuſmodi actuum confuſa complicatio ad Feder. de Sen. conſilio 717.

Nec obſtat, quod dicebatur non potuiſſe a d. ordinatione appellari, vel recurri, quia cum vt præſupponunt ex carcerari, hoc eſſet iudici arbitrarium, ab
21 † arbitrio non datur appellatio, nec recurſus, Bar. in l. 1. in fi. de leg. 2. Bal. in l. 2. C. quomodo, & quando iud. Salt. in l. ſocietatem, §. arbitrorum, num. 26. pro ſocio Crauet. conſ. 78. cum concordantibus ſignatis per Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 70.

Quia quod non detur recurſus, vel appellatio ab arbitrio id procedit in iudice, & arbitro abſolutum, & liberum arbitrium habente, & in iudice formato cum illis qualitatibus quem in contextu totius illius tractatus format Menoch. Nos autem ſumus in Prætore, & iudice ordinario cauſarum criminalium legem præſcriptam, & pœnam inciſum habente, qui iurat ſeruare ſtatuta cuius non omnia arbitraria ſunt, & a eius decretis paſſim ad Rotam appellatur, qui ſpecialiter in crimine falſi limitatum habet arbitrium, per d. cap. 83. vbi datur illi facultas arbitrandi a mille libris, vſque ad bis mille penſata facti, & perſonæ delinquentis qualitate, & ſic de cætero in eo caſu arbitrium videtur ſublatum, & Menoch. pro inquiſitis citatos, in d. quæſt. 70. recte intuendo pro fiſco, & accuſatore facit, & quando prætor arbitrariè poſſit punire diſponitur, cap. 57. li. 4. ſtatut. vbi clarè de facultate arbitrandi. Vltra, quod quãdo quid committitur iudicis arbitrio, intelligitur commiſſum, vt bono viro, & datur appellatio ſecundum Couarru. varia. reſolut. ca. 12. ſub num. 4. lib. 2. & maxime ſi tractetur de magno præiudicio, vt per Anch. q. 52. par.

Minus etiam nos mouit Caſtrenſis conſultatio d. conſ. 328. lib. 2. quia Caſtrenſis in ſuis rationibus
22 eſt pro iſta noſtra opinio. Laudat enim † & approbat excarcerationem illius notarij pendente accuſatione, quia iudici conſtitit de fomite odij, & inimicitia accuſatorum, & ſic cauſa cognita eum ſub fideiuſſione commiſit: prætereà ponderat conditionem notarij longe differentem a ruſtico, qui vilis,
23 eſt perſona & nobilitatis expers, † notarius vero nec vilis eſt, nec per notariatus exercitium nobilitatem perdit, ut multum fauens notarijs tradit Couar. pract. q. c. 19. nu. 7.

Accedebat (licet hoc non pro cauſa finali huius noſtræ ſententiæ allegemus) quod nobis a pleriſque ex cauſidicis fuit in camera facta fides de inueterato
24 huius curiæ ſtilo, † quod pro crimine falſi poſtulati, vſque ad ſententiam in carceribus ius dixeront exploſis cautionibus oblatis, & alias ex locorum quoque conſuetudine huiuſmodi quæſtionem decidi ex communi opinione ſequenda, refert Menoc. d. caſu 303. num. 35.

ANNOTATIONES.

a Odioſiſſimo falſi crimine. Falſitas appellatur crimen longe deteſtabilius homicidio, & veneficio ſecundum Ang. per illũ tex. in §. mitiores, auth. de nupt. late per Marſil. in Rub. ff. ad l. Cornel. de falſ. nu. 2. cum plurib. ſeq. & in l. 1. qui cum telo. C. ad l. Cornel. de ſicar. nu. 76. Cæphal. conſ. 558. nu. 58. lib. 4 & dicitur atrox Marſil. ſing. 163 adeo quod ob illud licet leges tranſgredi. Innoc. in c. 1. de conſtit. Et Ioan. de Anan. in rub. de crim. falſ. dixit. Illud eſſe crimen tam abominabile, quam aliud nullum. Et Cyn. in l. tranſigere col 3. C. de tranſact ſcribit propter falſum hominem, ad nihilum redaci, quia dicitur homo ſine fide, & confidentia, idque lucratur, ut nunquam ſibi poſtea credatur. Et ſi nobilis eſt amittit nobilitatem. Luc. de Pen. in l. mulieres, col. 5. C. de dignit. lib. 12. Neuz. conſ. 9. nu. 36. Gramma. conſ. 119. num. 11. Fuller. in pract. crimin. 2. par. tit. item, quod commiſit falſitatem, num. 56. Rimin. iun. conſ. 361. num. 45. & ſeq. & Tiraq. de pœn. conſ. 31. nu. 14. dicit quod adeo crimen falſi leges 12. tabularum exhorruerit, ut qui illud commiſiſſent e ſaxo Tarpeio deici iuberent, vt videre licet apud Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 10. cap. 1. Et nullum delictum inuenitur, quod ita vituperet famam hominis ſicut iſtud, in tantum quod aſſimilatur morti Alexan. ſtat. conſ. 117. nu. 9. lib. 1. criminal. Rimin. iun. cõſ. 114. nu. 4. Et adeo eſt grauiſſimum, vt in eo puniatur etiam attentatum ſecundũ Bal. in c. ea literis. nu. 10. de fide inſt. Quinimò etiam ſi cauſa falſi ciuiliter moueretur, nihilominus in ea, ſi præcedant indicia, poteſt procedi etiam per torturam, licet non ita acriter ſicut in criminali Bald. in l. ſicut, nu. 1, C. ad l. Cornel. de fal. & vide Magon infra deciſ. proxima nu. 1. Et ad materiam vide Pract. Corrad. tit. de falſ.

b Probabilis obliuio. Nam ad euitandam falſitatẽ debemus præſumere dictum aliquid fuiſſe ea obliuione potius, quam dolo. Fely. in c. fraternitatis fall. 4. de hæret. Marſil. cõſ. 34. & conſ. 60. nu. 9. Et in hac materia longum tempus reputatur biennium Marſ. conſ. 77. nu. 15. & Gramm. conſ. 47. nu. 13. Quod dic verum quoties vere res geſta eſt, vt in ea poſſit cadere obliuio reſpectu temporis, nam tempus non poteſt operari reminiſcentiam rei, quæ geſta non eſt. Et ideo in re non geſta, quæ diceretur eſſe geſta incongrua eſſet obliuionis conſideratio. Rimin. iun. dicens, ita loqui Doctores omnes conſ. 113. nu. 1. & 61.

c Præſcriptio ſeptem annorum. De iure autem communi crimen falſi tollitur ſpatio viginti annorum ſicut alia criminal. querela. C. ad l. Cornel. de falſ. l. 1. ff de ſeq. reis. Et hoc verum dicas agendo, ſecus autem excipiendo. Cephal. conſ 338. nu. 65 lib. 3 & conſ. 558. nu. 57 lib 4. poſt Abb. in cap. licet cauſam, vbi Dec. notab. 5. extra de probat.

d Baribol. de Capua. Iſte eximius Doctor in quadam apoſtilla, quam facit ad quoddam Cap. Regis Caroli ſecundi, quod incipit, ab illo inchoandum ſecundum Affl. loco non allegando dixit, quod quantum ad actum, vt quis poſſit poni in carceribus, etiam ſi offeret fideiuſſores dicitur iudici liquere, & conſtare ante publicationem proceſſus quo ventu ad pronunciandum, & ſententiandum requiritur, quod in cauſa ſit conclusum, per quam concluſionem iudici cõſtare, & liquere dicitur. Quod dictum Affl. in conſtitut. Regni. quæ incipit humanitate ſub tit. de his, qui fideiuſſ. da. poſſ. ne carcerent. Rubr. tu. lib. 2. nu. 20 examinat late, & tandem reſidet in hoc, quod etiam ad effectum incarcerandi non dicitur conſtare iudici ante publicationẽ, & ideo

Iudex non poſſet reum, qui eſt ſub fideiuſſoribus, carcerare non publicato proceſſu, quod procedit in illo Regno virtute dictæ conſtitutionis, Humanitate, & alibi ubi tali a decreta ſtatuta, ſeu conſuetudines exiſtunt. Et quod hic dicitur liquere Iudici poſt concluſum in cauſa, dic uerum vbi concluſio in cauſa requiritur, at ubi in cauſa non concluditur, ut eſt in criminalibus iſtud non procedit, ſed ſtatim publicato proceſſu dicitur Iudici conſtare. Afflict. ibi, num. 32. in fi, cum omn. ſeq.

Fab. Tim.

SVMMARIVM.

1 *Falſi crimen odioſiſſimum.*
2 *Falſitas antiquitus quomodo puniebatur.*
3 *Falſitatis materia exquiſitiorem probationem cæteris delictis requirit.*
4 *Subiectum falſitatis eſt dolus.*
5 *Dolus ſicut inditijs probatur.*
6 *Sic etiam contrarijs coniecturis excluditur.*
7 *Ruſtici præſumptionem ſimplicitatis habent pro ſe, non doli.*
8 *Statutum loquens de falſo, nõ habet locum in ruſtico.*
9 *Obliuio ex decennio cauſata excuſat a contrarietate.*
10 *Vbi dolus eſt de ſubſtantia, qualibet cauſa excuſat.*
11 *Falſitas nemini nocens non punitur.*
12 *Clauſula ſuper quibus, &c. cuius virtutis remiſſiue.*
13 *Qualitas alterans condemnationem, ſi non probetur nulla alia condemnatio inde ſequi debet, nu. 21.*
14 *Ruſticitati iura plurimum fauent.*
15 *Ruſticitas non facit ruſticos delinquentes omnino impunibiles licet mitius plectantur.*
16 *Contrarietas vbi eſt, ibi abeſt ſimplicitas.*
17 *Teſtis varius ſuper actu de præterito cui fuit præſens, non excuſatur aſſerta obliuione.*
18 *Falſitas incipit in ſecunda depoſitione.*
19 *Falſitas quomodo dicatur nemini nocere.*
20 *Falſitas nemini nocens, punibilis tamen eſt, & quomodo.*
21 *Qualitate delicti non probata adhuc ex cõi conſuetudine condemnatio ſequitur de delicto principali.*
22 *Clauſula omni meliori modo refertur etiam ad nõ ſpecificata.*
23 *Dolus vbi requiritur in delicto de iure gentium nõ delicto, eo ceſſante omnis pœna ceſſat, ſecus in delicto de iure naturali, vel gentium delicto.*
24 *Falſitas non cadens in principali, ſed in accidẽtalibus quomodo puniatur.*
25 *Teſtis falſus ſuper accidentalibus dicitur temerarius.*
26 *Affinitas qualiter probetur.*
27 *Affinitas præſumitur negata per ignorantiam.*
28 *Qui facit dicitque quod alij faciunt, & dicunt non eſt in dolo.*
29 *Conſuetudo excuſat a pœna.*
30 *Iudex in arbitrarijs, quando argui poſſit.*
31 *Iudex in arbitrarijs reprehenditur, ſi lædit vltra dimidiam.*

ARGVMENTVM.

Teſtis ruſticus varians coram diuerſis iudicibus, an pœna falſi teneatur, & an & quando Iudex in arbitrarijs argui poſſit.

DECISIO XLIII.

AGEBATVR ad querelam N. contra Bertinum, Nicolaũ, & Auguſtinum de Pozzolo de crimine falſi eo quod in diuerſis iudicijs ſuper eadem re contraria deponendo falſum dixerint.

Itemq; quod interrogati an eſſent affines cuiuſdam N. inquiſiti negauerunt, & contrarium verius probatum extitit, ideoq; condemnati fuerunt pecuniaria pœna extraordinariẽ, & cauſa ad nos per appellationem damnatorum deuoluta fuit.

a Odioſiſſimum a † falſi teſtis crimen noſtrates ap-
1 pellãt, ob quod antiquitus † apud Piſidas, eum qui
2 falſum teſtimonium dixiſſe conuinceretur de ſaxo
deijci lex iubebat, quod ab Aegyptijs ductum exiſtimatur, quibus omne periurium, & veri ludificatio, dijs abiuratis morte luebatur, quod deos vna atque homines offendiſſet, auctore Alex. ab Alex. dierum Genia. lib. 6. cap. 10. & de alijs pœnis apud alias nationes, late tradit Foller. in praxi cenſuali in verbo Nicolaus Epiſcopus, num. 123. fol. 92.

In quo crimine propter ſui grauitatem cautius
3 proceditur, & ideo ſtrictiorem, † & magis exquiſi-
b tam probationem requirit, quam alia delicta b expoſtulent. Gramm. in conſil. 69. in cauſa Vincentij, num. 3. & conſil. 30. in cauſa Ioannis, num. 1. Dec. conſ. 175. col. 4. verſ. quibus tamen, & conſ. 602. viſo, num. 9. & 615. viſa col. 1.

4 Cuius quidem criminis † ſubiectiua materia do-
c lus eſt ſine quo falſum committi minime dici poteſt. l. nec exemplum, & ibi not. C. de falſ. tradit Bal. conſ. 35. licet ille, num. 2. lib. 3. & de commu. opin. teſtatur Soc. iun. conſ. 39. perſpectis, nu. 83. libro 2. Iul. Clar. in prac. crim. §. fi. q. 60. verſ. & generaliter,
5 Dolus † autem ſicuti coniecturis d & inditijs
d. probatur. l. dolus. C. de dolo, & 223. modos præſumendi dolum cumulat Luc. de Pen. in l. quemadmo-
6 dum. C. de agri. & cenſi. lib. 10. Ita † etiam contrarijs inditijs, & præſumptionib. excluditur, ut tradit Aret. de malefic. in verbo falſario in princip. Et ad defenſam querelatorum dolum abeſſe multipliciter deducebatur.

In primis attenta conditione perſonæ ipſorum
e teſtium, qui cum ſint ruſtici e † ſimplicitatis potius
7 quam doli præſumptionem pro ſe habent, & adhoc allegabatur deciſ. Arno. folio 5. quem refert Bonacoſſ. in pract. crim. verb. de falſitate, vbi dicit ſtatu-
8 tum loquens de falſo † non comprehendere ruſticum, & in terminis ſe ſe offerebat dictum Gram. in conſilio 23. num. 5. qui de teſte ruſtico varie deponente loquitur, cui dolum non eſſe imputandum affirmat.

Concurrebat ad excluſionem doli lapſus temporis

poris 10.annorum de vno teſtificatur ad aliud,pro-
9 pter,quod cadit probabilis † oblıuio, quæ teſtem à
contrarietatis nota defendit,vt idem Gramma.tra-
dit, in conſ.47. num.13. vnde ſubintrabat recepta
illa Theorica, de qua per Iul.Cla.d.quæſt.60.verſi.
10 & generaliter, videlicet, quod in his † In quibus do
lus eſt de ſubſtantia,vt,eſt falſum,& periurium, &
ſimilia tunc quælibet cauſa iuſta ſiue iniuſta excu-
ſat,quia videtur ceſſare animus delinquendi, ſi ve-
ro dolum non requirit,tunc iniuſta cauſa excuſat a
dolo,non tamen à culpa,ſi vero ſit iuſta ab vtroque
excuſabit.

Allegabatur etiam præſcriptio ſtatutaria, lib.4.
capit.54.vbi vltra ſeptennium de falſi crimine non
inquiritur.

11 Accedebat, quoque quod prætenſa falſitas † ne-
mini nocuit,cum non conſtet in iudieijs, vbi depo-
ſuerunt fuiſſe inde aliquid deciſum, l.diuus,cū ibi
not.per gloſſ. Bart. Bald. & Salic. C.de falſ. late Iul.
Clar.in pra.crim.§.falſum,& Viu.in commun. opi.
verbo falſitas.

Et ex his dicebatur inquiſitos ab omnimoda pę-
na ordinaria ſiue extraordinaria abſoluendos eſſe.
Quia cum eſſent accuſati de falſo dolo commiſſo,&
cum qualitate doli, & petitum eos condemnari ſe-
cundum formam ſtatuti,non poſſunt aliter cōdem
nari, quam doloſi, vel non doloſi abſolui, maxime,
12 quia in querela non aderat † clauſula ſuper qui-
bus omnibus,&c. vel ſimilis,de qua Iul.Cla.in prac.
crimi.§.fi.q.31.Blan.in pra.crim.§.viſis,nu.7.Bal.in
l.2.C.de probat.Aret.& Adden.de malefic. in verbo
13 ſuper quibus,&c.Qualitas enim † doli,quæ cōdem
nationem alterat, non probata,efficit,vt inde nulla
alia condemnatio ſequi debeat.

His non obſtantibus dicebam inquiſitos extra
ordinem puniri potuiſſe,quia eorum dicta manife
ſta contrarietate laborabant, quæ in teſte punibilis
eſt l.eos,vbi Bar.ff.de falſ.Iul.Cla.d.pra.crim.§.fi.q.
53.verſ.3.caſus. Nec magni facienda erat allegata,
14 ruſticitas,cui † plurimum iura fauēt, vt late tradit
Rip.de priuil.contra,& cau.peſt.num.249. & Me-
noch.de arbi.iud.lib.2.cent.2.caſu 194.

15 Quia † ruſticitas non facit ruſticos delinquentes
totaliter a pœna exemptos, ſed illos mitius plecti
operatur.Tiraq.de pen.temp.cauſa 11.nu.1.qui tā-
to minus hic erant excuſandi,cum contrarij eſſent
16 ſibi ipſis,nam vbi † contrarietas,ibi non adeſt ſim-
plicitas,vt in terminis de teſte contrario ſibi ipſi,&
ruſtico, tradit Bal.in l.ſcripturæ, in fi.C.de fid.inſt.
ſequitur Dec.in c.ex parte,il 2,in quæſt. Fallen.ex-
tra de offic.delegat.

f Parui quoque referre viſa fuit allegata obliuio f
ex curſu decennij cauſata,quia cum teſtes depone-
17 rent ſuper † actu ſucceſſiuo,& continuo ac in eo-
rum oculis iugiter præſiſtenti, non erat allegatæ
obliuioni deferendum,arg.not.per Menoch.de arb.
iu.lib.2.cent.1.num.26. immo deponendo de actu
præterito,cui ſe fuiſſe præſentes aſſerunt non poſ-
ſunt dici ſcire, & neſcire, vt poſt Bald. in capit.1.
de controuer.inue.tradit. Aretin.conſ.71. diligen-
ter, col.1.

Statutaria ſimiliter præſcriptio nihil faciebat
18 quia falſitas † incipit, in 2. depoſitione de ann.
1575.in qua præſumitur ſubornatio,vt inquit.Bal.
in conſil.101.quidam, num.6.lib.1.& ſic tempora
ſtatutaria non effluxerunt.

Et quamuis horum contradictio,& variatio ne-
19 mini nocuerit,vel nocere potuerit,† vt quia nulli-
ter examinati,vel non iurati,vel parte nō citata,vel
quia nec 1. nec 2.dictio ſtandum ſit,vt ex mente ali
quorum recenſet Ant. Gabr.lib.7.de crimi.conclu.
20 29 nu.1. Nihilominus † quoquomodo g punibilis
g eſt.Boſs.de fal.nu.83.Marſil.in l.1.§.præterea,num.
23.ff.de falſ.& ex cōmu.opin.Bolog.in conſ.30.col.
pen.Minus ēt obſtabat defectus clauſulę ſuper qui-
bus oīb.quę operatur attēdi debere,qđ eſt probatū
21 alijs omiſſis.Quia quicquid ſit de iure † cōi conſue
tudo ſtat,quod quis condemnetur de principali de-
licto etiam nō probata qualitate, vt inquit Iu.Cla.
pra.cri.§.fi.q.66.verſ.ſed quid.Gui.Papa q.553.

22 Vltra, quod hic aderat † clauſula omni meliori
modo,quæ etiam ad nō ſpecificata refertur, vt poſt
relatos, tradit Crauet.conſ.vlt.lib.2.nu.15. Thob.
Noni.conſil.5.cum domus,num.6.

23 Quibus accedebat, quod † vbi dolus requiritur
in delicto de ſui natura ſeu de iure gentium nō de-
licto tunc ceſſante dolo ceſſat omnis pœna, ſi vero
de ſui natura,& de iure naturali,vel gentium deli-
ctū ſit,vt eſt mentiri, & falſum deponere,tunc ceſ-
ſante dolo non ceſſat omnis pœna, ſed pro modo
culpæ arbitrariè punitur, vt nota.tradit Boſs.in tit.
quomodo proceda. per actio.num.38. & ſeq.& pro
iſta opinione videbatur in terminis eſſe conſilium
Bald. 101. pręcitatum, quod ſimpliciter ſequitur
Ant.Gab.d.conclu.29.nu.3.

Cæterum, quod denegata affinitate dicebatur,
hoc apud nos in iſto caſu nō fuiſſet habitum pro va
lida cauſa ad eos puniendum vltra, quam fuerint
puniti ex longa ac diuturna carceratione, & expen
ſarum diſpendio non modico quia huiuſmodi fal-
24 ſitas † non cadens in negocio principali,ſed in acci-
dentalib.propriam falſi pęnam nō meretur, & hoc
eſt commune dictum teſte Soc.iun.in conſ.102.nu.
6.lib.3.Menoch.de arbit.lib.2.cent.4.caſu 303. ſed
arbitrariè de ſtellionatu puniri poterit ſecundum
Iaco.Butr.in l.Lucius de infami.

Et ideo dicebat Crauet.in conſ.46.de ſtilo,num.
25 10.quod † teſtis ſic falsè in accidentalib.deponens,
non eſt falſarius,ſed temerarius, & tanquam teme-
rarius mitiori pœna affici debet, & eius dictum nō
ideo reijcitur, vt no. Bal.in l.ſi ex falſis, num.15.C.
de tranſac.& poſt relatos Gramm. conſ.19. in cau-
ſa Vincentij,nu.5.& ſeq.

26 Vltra,quod † affinitas iſta non videtur legitimè
probata per gradus diſtinctos, & ſpecificatos cum
redditione cauſæ ſufficientis,ex quo affinitas non
cadit in aliquem ſenſum corporis. Ancha.conſ.52.
& tradit Abb.in c.tua nos, de conſangui. & affini.
vbi ponit modum probandi. Natta,conſ.388.ſtatu-
tum num.3.Aemil.conſ.57.num.3.vbi dicit etiam
h per inſtrumenta probari.h

27 Alias præſumitur † negata ex ignorantia iurium

i ſanguinis, & ſic non animo aliquem fallendi i vt in terminis reſpondit Ang. in conſ. 194. Maxime, quia hæc negata affinitas dicitur eſſe ex parte vxoris, & de conſuetudine loci probata huiuſmodi affines reputantur affines, & loco extraneorum reputan-
28 tur, qui enim id facit, † dicitq; quod ab alijs dici ſic rive ſoleat, non ſolum nõ eſt in dolo, ſed nec in culpa. l. ſi pignore, §. fi. & ibi Bart. no. ff. de pigno. actio. l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem, ff. de ędi. &
29 quod † conſuetudo excuſet a pœna falſi, tradit Tiraq. de pen. tempe. cau. 42. num. 10. & 11. & per totum, & facit, quod conſuetudo ſcribendi aliter quã ſit veritas excuſat a dolo. Bald. in ca. Obertus, col. 1, in fi. de feud. dato inui. leg. commi. Aret. de malefid. verbo falſarius. verſic. quę quot modis Alex. cõſ. 70. lib. 1. DD. conueniebant in hoc quod iſti, excepto Bertino extraordinarię venirent puniendi, ſed ſtante adhæſione inquiſitorum, qui ſententiam reformari petebãt ad ſui fauorem, dubitabatur an pęna pecuniaria per D. Iudicem à quo arbitrata poſſet moderari, & ad carceres per aliquot dies ſeruandos commutari.

Ego dicebam me valde dubitare de hac reductio-
30 ne, quia † iudex in arbitrarijs argui non ſolet, vt poſt Caſtren. in conſ. 299. viſa inquiſitione, col. fin. lib. 2. dicit Crau. in conſ. 78. de anno, nu. 8. Cou. varia. reſol. lib. 2. cap. 12. num. 3. Bar. l. 1. in fin. de leg. 2. vbi dicit ab arbitrio iudicis non datur appellatio nec recurſus. Bal. in l. 2. C. quomodo, & quãdo iud. Salic. in l. ſocietatem. §. arbitrorum, num. 28. ff. pro ſocio.

Et licet iſte paſſus ſit multũ controuerſus, & dubius, vt colligitur ex traditis per Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 60. vbi etiam, nu. 26. fœdere diſtinctio-
31 nis agit, tamen in diſcurſu tenet, quod maxima † læſio (inter alia) in arbitrio dicitur ſi dimidia parte tantum grauet iudex, & datur appellatio, & reductio, in magnis enim ab arbitrio datur appellatio, vt ex multis concludit Anchar. Regien. quęſt. 52. par.

At hic attenta pęna ſtatuti, quæ eſt librarum bis mille iudicantis arbitrio, & exilij perpetui, nõ videbantur iſti grauati in dimidia originariæ pęnę cum dempto exilio alter condemnatus fuerit, in libris 500. alter vero in libris 250. merito dicebam bene iudicatum, & male appellatum, & ita obtentum fuit.

ANNOTATIONES.

a Odioſiſſimum. Vide Magon. ſupra deciſ. proxi. num. 1. vbi ſcripſi.

b Quam alia delicta. Ita vt nec inditia indubitata ſufficiant ad condemnationem, communis eſt ſecundum Dec. cõſ. 174. Sed quod ex pluribus præſumptionibus præſumitur reatus in crimine falſi, etiam ad condemnandum, quando tamen non tractatur de imponenda pęna capitali, dixit late, & in ſpecie Crau. conſil. 134. num. 39. Et an, & quando in hoc crimine procedat condemnatio ex præſumptionibus, vide Hierony Gabriel. conſ. 180 nu. 10. Et plures præſumptiones in iſto crimine ponit Menoch. de arbitrar. caſ. 184. nu. 34. & ſeq. lib. 2. Et alias recenſet Cæphal. conſ. 338. nu. 26. & ſeq. li. 3. Et quomodo intelligatur, illud dictum Arch. & Gemin. quod ſuſpitio falſi habeatur pro falſo, vide Cla. in §. falſum verſic. itra eſt regula, ſed melius declarando, & notabiliter, vide Mand. Albeuſ. conſ. 99. per totum, vbi plura ad materiam. Quibus addere libet, quod licet ſit verum ſecundum communem ſuſpitionem falſi, & coniecturas non ſufficere ad condemnationem, tamen quod ſuſpitio ſufficiat ad capturam, & coniecturę ad torturam eſt videndus Afſl c. ſuper conſtitut. Regn lib. 3. tit. de falſar. numero 4. & quæ infra ſtatim dicemus.

c Materia dolus eſt. Vt quis de falſo pęna ordinaria puniri poſſit tria copulatiue requiruntur mutatio, videlicet, veritatis, quod dolo veritas mutata fuerit, & quod mutatio nocuerit, vel nocere potuerit, l. quid ſit falſum, l. nec exemplum, l. damnũ. cum ibi not. C. de falſ. Caſtrenſ. conſ. 157. lib. 1. Afſl deciſ. 424 no. 8. Hierony. Gab. conſil. 169. num. 14. & conſil. 180. num. 6 Cæphal conſ. 315. num. 44. lib 3.

d Sicut coniecturis, & indicijs probatur. Verum in materia falſi non ſufficit dolus præſumptus, ſed requiritur dolus verus, l. nec exemplum, C. de falſ. l. Diuus Claudius, vbi Barto. ff. eod. Din. in cap. ignorantia de reg. iur. in 6. Rimin. iun. conſ. 145. nu. 2. & latius, ac melius, quam alter. Hierony. Gab celebratiſſimus aduocatus in vrbe. Roma. conſ. 169. num 16. & ſeq. Sed quomodo dolus verus, & quomodo præſumptus probabitur. Dicas, quod vterque probatur inditijs, & coniecturis, differunt tamen in modo probandi. Dolus enim verus probatur coniecturis, & indicijs manifeſtis, & cõcludentibus. præſumptus vero, quando indicia, & coniecturæ non ſunt, ita manifeſte, vt omnino dolum concludant, & ita poſt alios, quos allegat, tradit ponens exempla vtriuſque doli. Hyppol. Rimin. conſil. 48. nu. 45. & ſeq & latius. conſ. 184. num. 1. & ſeq Et ad propoſitum dixit Alex. conſ. 109. nu. 13. lib. 1. quod quoties quis explicat actum de ſe illicitum conſiſtentem in faciendo, dicitur eſſe in dolo vero, & manifeſto. de quo loquitur, text. in l. dolum, C. de dol. ſequitur Crauet. conſil. 193. num. 2. Et multa de dolo vero, & præſumpto, vide apud Menoch. de recup. poſſeſſ. remed 15. num 135. Et multos modos probandi, & præſumendi dolũ, vide penes Tiber. Decian. conſ. 19. num. 17. lib. 1. conſil. 65. num 5. 11 & 12 lib. 2. & latiſs. plurimas coniecturas, & præſumptiones ponentem eundem Decian. conſ. 32. num. 5. cum infinit. ſeq. lib. 3. & de falſitate probanda per coniecturas maxime, quando agitur ciuiliter. Verall. deciſ. 4. par. 2.

e Cum ſint ruſtici. Multos caſus in quib. ruſtici excuſantur ob iuris ignorantiam, vide per Rip in tract. de peſt. tit. de rem. præſeruat con peſt. nu. 226. cũ pluribus ſeq. & latiſſime Menoch de recup. poſſeſſ. remed 9 num 17. & infra. Et ego vltra alios allego tibi gloſſ magiſtram in hac materia, quæ memorem tuam nonquam exeat, in capit. turbatur nauicula Petri 1. quæſt. 4. verb. ignorantia, & ſunt videnda, quæ tradit Tiraquel. late in tract. de retract. conuent. §. 4 gloſſ. 7. nu. 13. vſque in fin. cum his, quæ recollegi ad l. neſpaſſim. C. de iur. & fac ignor. & de ruſtico ſagaci vltra dicta per allegatos, vide Cæphal. conſ. 108. num. 11. lib. primo.

f Allegata obliuio. Vide Magon. ſupra, deciſ. proxima, nu. 10. vbi ſcripſi.

g Quoquomodo punibilis eſt. Ita communiter tenent Doctores, vt teſtatur Cla. in §. falſum, verſ. item excuſatur, in fin. & de magis communi Menoch. de arbit. conſ. 305. nu. 14. & ſeq. lib. 2. Cæph. conſ. 113. nu. 18 lib. 1. Quibus in locis concluditur communiter ſecundum qualitatem perſonarum extra ordinem puniri.

h Etiam per inſtrumenta probari. Videlicet antiqua. Et quod tempus dicatur antiquum in propoſito Alb. conſil. 83. Imò. & Iuniora Rimin. iun. conſ. 6 num. 82.

i Non animo aliquem fallendi. Vide Mago. infra deciſ. 50. num. 11. vbi ſcripſi.

Fab. Tim.

SVMMARIVM.

1 *Mors probanda eſt ab eo, qui de bonis alicuius agit.*
2 *Mors probanda eſt ab eo, qui ſe in ea fundat.*
3 *Quilibet præſumitur viuere vſque ad centum annos.*

4 Bellum

4 *Bellum intrans ſi de eo non habeatur notitia aliqua per plures annos mortuus præſumitur.*
Mortuus præſumitur accedens ad bellum ſi per lõgum tempus de eo non habeatur notitia.
5 *Super iſtis, qui ad bellum accedunt de eorum morte po teſt examinari ad perpetuam rei memoriam.*
6 *Ratio quare de morte peregrinantium, & militum ma gis credatur.*
7 *Fama in quibus caſibus probet.*
8 *Fama ſufficit ad aperturam tabularum.*
9 *Mors præſumitur ex diligentia facta de reperiendo illum.*
10 *Mors præſumitur ex luctu, & veſtitu propinquorum in veſte lugubri.*
11 *Argumentum a communiter accidentibus valet etiã in materia probatoria.*
12 *L. fi. C. de ſacroſan. eccleſ. declaratur.*
13 *Alimenta ceßant facta dotis reſtitutione.*
14 *Mulier quomodo dicatur certificata de morte viri, vt poſsit tranſire ad ſecunda vota.*
15 *Arbitrio iudicis eccleſiaſtici ſtatur, an ſit probata mors viri, & an ſit danda licentia mulieri tranſeun di ad ſecunda vota.*
16 *Cauſa parua, parua allegatione contentatur.*

SVMMARIVM.

Quomodo probetur mors illius, qui bellum ingreſſus ſit, & de tempore expectando per uxorem antequam ad ſecunda uota accedat, ut de morte uiri dicatur certificata.

DECISIO XLIIII.

AGEBAT Martinus Lucenſis aduerſus D. Luciam vxorem Piſeatiæ ad hæreditatem d. ſui viri, & fratris reſpectiue d. agentis, ſine prole præmortui, & cum ad obtinendum ſibi neceſſarium eſſe proſpi-
1 ceret probare † de morte eius
de cuius bonis agebatur ſecundũ Alex. in conſ. 27.
col. fi. lib. 7. ſuumq; eſſe putaret tanquam ſuæ inten
2 tionis † fundamentum de fratris morte docere, vulg.
l. 2. de proba. l. actor. C. eo. tit. l. ſi quidem. C. ſol. mat.
& l. 2. §. ſi dubitetur cum vtrobiq; not. per gl. quem
admo. teſta. aperi. Alex. conſ. 25. nu. 4. & 116. nu. 3.
lib. 2. Bero. conſ. 129. nu. 10. lib. 2. Zuccar. in l. fi. nu.
248. C. de ædi. diui Adr. tollen. cum concordantibus
ſignatis per Hercu. in tract. de probat. negati. com
b contra ſe haberet iuris præſumptionem, a quod
3 † quilibet viuere præſumitur vſque ad centum annos vulg. l. fi. C. de ſacroſ. eccl. gl. in l. ſed & ſi de ſua,
de acq. hæred. & in d. §. ſi dubitetur.

Ideo cum ad id probandum teſtes de viſu non haberet ad argumenta, coniecturas, & præſumptiones
conuolauit, proponendo d. ſuum fratrem bellum
ingreſſum contra Turcas, & in inſulam Cipri profectum, vbi maxima hominum multitudo deceſſit,
& abinde citra per octo annos, & vltra nunquam
4 de eo fuit habita notitia, vnde † iuris oritur præ-
b ſumptio, quod is ſit mortuus. b l. fi. §. ſi quis in Bello.
ff. de infami. ub. Bar. & Bal. dicunt præſumi mortuũ
qui fuit in bello, & non comparet poſtea, illiuſque
hæreditatem a proximioribus adiri poſſe, ibidem
Aug. affirmat, & de homine bellicoſo videtur in terminis deciſio Nattæ in conſ. 241. ſentio, quod Baldaſſar poſt Ang. in d. §. ſi dubitetur, & Dec. in conſi.
575. Rimio. iun. conſ. 64. in cauſa, nu. 7.

Quæ mortis præſumptio non caret ratione naturali, propterea, quod locus belli eſt periculoſus in
quo vulgo dicitur, quod homines non naſcuntur,
ſed moriuntur, & longa ſiue pedeſtris, ſiue per mare peregrinatio mortis periculum, ita ſuadent, ut
5 † ſtatutum ſit de iſtis poſſe examinari ad perpetuã
rei memoriam propter periculum, & mortis timorem, Cano. in cap. quoniam frequenter, vt lit. non
conteſta. plene Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 61. vbirationem reddit, non quia mors inſtet pe-
6 regrinantibus, & nauigantibus, † ſed quia ob locorum diſtantiam, temporis diuturnitatem, & incommoda multa, veriſimile eſt iſtos domum non
reuerſuros.

Et vltra iuris præſumptionem agẽs formiter pro-
c bare curauit de morte fratris per famam, c quod ge-
7 nus probationis, vbi agitur de † commodo, vel incommodo pecuniario modici præiudicij, & reparabilis pro ſufficienti probatione reputatur ſecundũ
Theoricam. Bart. in d. §. ſi dubitetur, & in l. quoties.
C. de naufrag. lib. 11. & in tract. qualiter mors probetur, ſequitur Abb. & Felyn. in d. c. quoniam frequenter. §. porro. Addentes ad Capel. Toloſ. quæſt.
312. Ioan. Brun. in tract. de ſponſ. quæſt. 30. nu. 15.
Bal. in cap. 1. §. ſi vero, vt tit. non conteſta. Alexan.
conſilio 27. lib. 7. & 72. lib. 6. Dec. conſil. 37. & 652.
& ſequen. Hercul. de proba. nega. num. 290. Crauet.
conſi. 217. & Soc. iun. conſil. 26. lib. 2. Riminal. iun.
conſi. 64. num. 5. in quibus locis concludunt Doc.
qood ad obtinendum aperturam tabularum, & immiſſionem in poſſeſſionem hæreditatis alicuius
8 † ſufficiat probare per famam de morte illius cum
poſſeſſoria iudicia parui præiudicij, & reparabilia
communiter eſſe dicuntur Rip. in cap. ſæpe, col. 2.
de reſtit. ſpol. & expreſſe reperitur cautum, libro 1.
ſtatutorum, cap. 102.

Adiuuabatur præterea d. mortis præſumptio per
9 † exactiſſimam diligentiam, & explorationem factam, quæ non leuem mortis coniecturam inducit
teſte. Gozad. in conſil. 68. num. 9. & no. Bar. in l. & ſi
vnius. §. ſi vnus ad Sillan.

10 Quibus accedebat † propinqoorum exiſtimatio,
ac opinio habentium eum pro mortuo, & ſigna lugubria gerẽtium ad Boer. deciſ. 288. ſed hic videtur
dubium, nu. 2. & per Alex. conſi. 172. col. 3. lib. 6.

Vnde arguendo a communiter accidentibus,
11 † quod etiam in materia probationum fieri licet,
ſecundum Bald. poſt glo. in l. neque natales. C. de
pro-

probatio. & per Boer. d. deciſ.288. col. 1. neceſſario concludendum erat d. Piſcaliam fuiſſe, & eſſe mortuum, quia raro vel nunquam accidit quod quis viuat, & per multorum annorum ſpatium ignoretur, in qua mundi parte ſit, quin de eo noritia aliqua habeatur, vt in caſu propoſito in quo longa abſentia remota tacita, & nunquam literis, ambaſciatis aut aliquo quouis minimo vitæ rumore interpellata morti comparanda eſt ad Philip. Franc. & Gemi. in cap. religioſus. §. ſane. 2. not. de teſta. in 6. Bal. conſil. 90. maritus, lib. 2. Crauet. conſil. 127. in fi.

12 Neque † ad propoſitum noſtrum videtur bene expendi, text. in d. l. fi. C. de ſacroſan. eccl. quod quis vſque ad centum annos viuere præſumatur, quia hoc non colligitur ex d. tex. ſed tanquam quod vita hominis longiſſima ſit, vſque ad centum annos, & quod quis vlterius viuere non præſumatur, non autem quod vſque ad illud tempus cētenarium viuere dicatur, & ideo rectius locutus fuit. Bart. in l. ſi quidem ſolu. matr. vbi dicit quod fundans ſe in vita debet illā probare, ſicut is qui in morte ſe fundat, quicquid Doctores cateruatim dixerint per d. l. fin. verior eſt opinio Bart. quam ſequitur Alexan. Cor. Gozad. Grat. Pariſ. Socin. iun. Dec. Iaſ. Aret. & alij quos refert, & ſequitur Iac. Phil. Porr. lib. 1. concluſ. reg. 11. & Ant. Gabr. lib. 1. de præſumpt. concluſ. 16. Hercul. de prob. nega. nu. 290.

Vltra quod ſtante longa abſentia alicuius præſumitur mortuus, vt declarando d. l. fin. dicit Thob. Non. conſil. 5. cum domus, num. 15. per authoritatem Bal & Crauet. proxime citatorum.

Neque refragatur obiectum de alimentis uxori debitis, quorum denegatio ſit necare, quæ dilationem non patiuntur. l. necare de lib. agno.

13 Quia ſtante † reſtitutione dotis eidem faciendæ ceſſabit alimentorum præiudicium, cum alimenta debeantur propter dotem non ſolutam. cap. per veſtras. de donat. int. vir. & vxo. & ibi not. prępoſi. in 7. not. Capel. Toloſ. q. 87. Bal. Nouel. de priuil. do 39. priuil. 6. par. & ſic facta reſtitutione dotis de ſuo viuet, & ſibi ipſi operabitur, & lucrabitur.

Parum etiam faciebat conſideratū præiudicium reſpectu acceſſus ad ſecundas nuptias ſecundum terminos, cap. in pręſentia de ſponſ. & auth. hodie. C. de Rep. cum l. præcedenti, vbi hodie mulier non poteſt

14 niſi † certificata de morte viri [d] etiam elapſo quin-

d quennio ad ſecunda vota conuolare, & hoc ſecundum iura canonica, quæ legem. C. correxerunt permittentem elapſo quinquennio ſecundo viro nubere, propter graue præiudicium pudoris, cum non poſſit in eodem ſtatu reponi, & reſtitui, vt not. d. conſil. 241.

Quia vltra quod nihil habet commune cum reſtitutione bonorum, quæ in eodem ſtatu viro redeunte reponi poſſunt non eſt dubitandum ſtantibus prædictis, longa abſentia acceſſu ad bellum, & vehementi fama ac rumore de morte illius quin D.

15 Iudex eccleſiaſticus † cuius arbitrio hoc reſidere teſtatur Abb. d. cap. in præſentia, & Capel. Toloſ. q. 316. in addi. & Hoſt. de ſponſ. duo. §. an liceat ſit aliter arbitraturus, quam quod ei liceat iterum nubere propter prædictas verisimiles coniecturas de morte viri ad no. per Dec. conſ. 652. num. 4.

16 Et hæc ſufficiant in parua cauſa, † quæ paruis allegationibus contentari debet. Neuiza. conſilio 94. in fine.

ANNOTATIONES.

a Iuris præſumptionem. glo. eſt communiter approbata in al. leg. §. ſi dubitetur. Intelligi hoc procedere quando quis ſe fundat in morte. Ruyn. conſi. 136. nu. 12. lib. 4. ſecus quando quis ſe fundaret in vita, quia licet probauerit quod quis vixerit, non propterea præſumitur hodie viuere. Soc. in l. ſi inter virum num. 9. ff de reb. dub. ubi infert quod ſi teſtis dixerit in cauſa ſcientiæ aliquem viuere, quia iam ſunt plures menſes quod vidit eum viuum, non probat, Bart. ubi etiam Alex. in l. 2. ff iudic ſol. Contrarium. dicit Rimin. iun. conſ. 182. nu. 13. & ſeq. ſed vide Franc. Aret. in l. ſed & ſi de ſua, poſt nu. 4. verſ. non obſtant iura, per quæ ſe fundat. ff de acqui. hæred. qui dixit quod non ſequitur quem poſſe viuere vſque ad centum annos, ergo præſumitur, maxime quia hoc eſt de raro contingentibus, & frequentius contingit contrarium, & a communiter accidentibus licet arguere, quem Aret. omnino videas, quia ad iſtum articulum multa bona dicit more ſuo, & quod hoc opinio hodie crebrius a Doctoribus recipiatur videlicet quempiā non præſumi viuere uſque ad centum annos. Didac. a Conar. lib. 2, variar. reſol. cap. 7. ſub nu. 7. verſ. unde licet poſſibile ſit. Ant. Gabriel commu. concl. lib. 1. tit. de præſumpt. concl. 16. Hieron. Gabriel conſi. 21. in princ. cum his quæ dixi in recollectis ad l. ſi. C. de ſacroſan. eccle. & Magon hic num. 12.

b Quod ſit mortuus Mors quomodo probetur poſt relatos. vide Doct. & Bart. in l. ſi quidem C. ſol. matr. & quod probetur per dictionem, olim, & quondam appoſitam in inſtrumentis. Rim. iun. conſil. 167. num. 11. conſi. 171. num. 11. & conſ. 179. nu. 30. Dec. conſ. 81. nu. 5. & conſ. 652. nu. 1.

c Per famam. De hac ſpecie probationis latiſſime, vide Dec. in cap. 1. de appell. & quod valeat ſtatutum inducens poſſe fieri probationem per famam, & multa de fama probanda. Cæphal. conſ. 61. num. 46. & ſeq. lib. 1.

d Niſi certificata de morte viri. Quod mors mariti probetur ex abſentia decennali late tradit poſt alios quos allegat. Rol. conſ. 93. nu. 1. lib. 3. quo loci num. 12. verſ. non obſtat modo. declarat id non procedere reſpectu matrimonij; in cuius materia, ut probatio hoc relinquatur arbitrio iudicis. & ex quibus iudex arbitrari habeat, vide Didac. a Couarr. Epit. de ſponſal par. 2. cap. 7. §. 3. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Agenti remedio reintegrandæ quid probare incumbat.*

2 *Statutum Lucanum lib. 2. cap. 12. de continuanda poſſeſſione defuncti in heredem an pariat remedium reintegrandæ, & num. 5.*

3 *Statutum de continuanda poſſeſſione an habeat locum in bonis emphyteoticis, & feudalibus, nu. 5. 6.*

4 *Argumentum a feudo ad emphyteoſim valet.*

5 *Statutum Lucanum 12. lib. 2. quando pariat remediū reintegrandæ.*

6 *Item an in rebus emphyteoticis.*

7 *Hæres non poteſt contrauenire facto defuncti.*

7 *Teſtes inducti, & iurati extra terminum probatorium non probant.*

9 *Licet iurati in termino, & examinati poſt probent.*

10 *Iuramentum teſtis eſt neceſſarium nec a Papa remitti poteſt.*

11 *Abla-*

Digitized by Google

11 *Ablatiuum abſolutum formam inducit.*
12 *Lex antiqua poteſt allegari ad intelligentiam nouę legis.*
13 *Teſtes inducti, & iurati ſuper capitulis in prima inſtantia productis, an & quando ſine nouo iuramento poſſint deponere ſuper capitulis in ſecunda inſtantia productis.*
14 *Terminus datus ad ponendum, non includit ad articulandum.*
15 *Admiſsio capitulorum eſt interlocutoria, ad quam pars citari debet.*
16 *Alias parte non citata remiſsio eſt nulla.*
17 *Capitula admitti in vim articulorum, vel in vim poſitionum valde intereſt.*
18 *Poſitio, quæ ſit.*
19 *Articuli fiunt pro examinandis teſtibus ſuper eis, poſitiones vero pro habenda reſponſione a reo.*
20 *Poſsidens rem ſeparatim a cohærede, præſumitur proprio non communi nomine poſsidere.*

ARGVMENTVM.

Statutum Lucanum, cap. 12. lib. 2. de continuanda poßeßione defuncti in hæredem, an pariat remedium recuperandæ, & de differentia, quod capitula admittantur in uim articulorum, uel in uim poſitionum.

DECISIO XLV.

IN cauſa illorum de Puccinellis agentium remedio integrandæ ad bona emphyteotica aduerſus Morettum de Menabbio dubitabatur, an poſſeſſio antiquior agentium probata diceretur, cum de moderna rei conuenti non eſſet ambigendũ ſtante eius confeſſione ſuper interrogatorio facta eius notiſſimi enim iuris eſt, agenti hoc remo-
1 dio hęc duo † neceſſario probanda eſſe, vt poſt relatos tradit Menoch. de recup. poſſ. in 15. remed. nu. 383. & quidem videbantur actores ſatisfeciſſe incumbentibus, ex pluribus, videlicet.

Primo, quod probaſſent bona, de quibus agebatur, fuiſſe poſſeſſa ab eorũ autoribus, vſque ad eorum mortem, & conſequenter virtute ſtatuti, libro 2. cap. 12. continuantis poſſeſſionem defuncti in
2 heredes † remedium reſtitutorum illis competiſſe tanquam interim ſpoliatis, donec realem, & corporalem poſſeſſionem adipiſcerentur. Bal. in l. 1. in fi. C. de appel. & in rub. de cau. poſſ. & propri. col. fi. ibi Rip. col. 6. verſi. ciuiliſſima poſſeſſio cum concord. citatis per Tiraquel. in tracta. le mort ſayſit, le viſ. in 4. declara. 6. par. & plane Ach. perſo. in tract. interdicti, quo bono, ſub num. 501. & ſeq.
3 Quod ſtatutum procedere † etiam in bonis em-
a phyteoticis a in terminis conſuluit Corne. conſilio
166. col. fi. verſi. ſed deſcendo, lib. 1. Tiraquel. vbi ſupra in 6. declara. 4. par. num. 1. & quod idem no. de
4 feudo in d. 4. par. in 5. declara. numero 17. † arguendo a feudo ad emphyteoſim ad Euerard. in locis leg. ad feud. ad emphyt.

Secundo alter agentium, videlicet Bartholomęus innitebatur in propria poſſeſſione reali ante aſſertum ſpolium habita, & hoc teſtibus nõ obſcure probaſſe contendebat.

Quibus non obſtantibus in contrariam ſententiam per nos itum fuit, quia comperimus actores neutro prædictorum fundamentorum capite iuuari poſſe, & ideo remanebunt ſub vulgari iuris regula. l. qui accuſare. C. de eden. vt ex reſolutione obiectorum liquide apparebit.

Non obſt. igitur primum de ſtatuto, lib. 2. c. 12.
5 quia † ſtatutum prædictũ non patit hoc remedium
b recuperandæ b ex quo ſimpliciter loquitur non exprimendo etiam quo ad effectũ recuperandæ, vt ex com. opi. tradit Plot. de in lit. iuran. nu. 830. Contar. in l. 1. §. 2. ſecundæ limit. nu. 17. C. ſi de mom. poſſ. quicquid dixerit Menoch. de recup. poſſ. 2. remed. num. 593. & not. Aemil. conſi. 5. col. 3.

Præterea ſtatutum in rubro loquitur de rẽ hæreditaria, & in nigro pariter loquitur cum qualitate hæredes vnde cum res de qua agitur non ſit hæreditaria, nec in portionem hæreditariam tranſeat tale
6 † ſtatutum non ſibi locum vendicat, prout firmat Cott. in verſ. decreto Medio. & tradit eum ſequendo Tiraq. in d. tract. le mort ſayſit. in 4. declarat. 4. par. & idem ſentit in ſecunda decla. d. 4. par. 4.

Vltra, quod reſpectu hucce aſſerti autoris non poſſunt agentes eius poſſeſſione iuuari quia facto pro-
7 prio cecidit ab ea ipſiſque eius facto † vti hæredes
c contrauenire non poſſunt l. cum a matre. c C. de rei uen. cum ſua materia. Non ob. ſecundum de probatione facta per teſtes, quia circa hoc nihil non in tempeſtiuum, nihil non illegitimè factum ab ipſis actoribus apparebat.
8 Fuerunt enim teſtes inducti, & iurati † extra ter-
d minum probatorium, d & ſic nulliter, qui ſi in d. termino iuraſſent, & poſtea extra terminum depoſuiſ-
9 ſent † depoſitio valeret: e quia retrotrahitur ad
e diem præſtiti iuramenti, vt habetur lib. 1. ſtatu. capitu. 76. & cap. 48. capitulorum Rotæ. Bar. & alij in l. damni. §. Sabini. ff. de dam. infect. Bald. & alij in l. ſi quãdo. C. de teſtibus. Cano. in cap. licet cauſam. d. probatio. & cap. pia. de excep. in 6. Spec. in titu. de teſte. §. qualiter, ver. is quoque, & in titu. de dilatio. §. rurſus verſi. ad quid ſi infra. Marſi. ſing. 113. dictum teſtis, vbi alios citat, quod dictum diſtinguendo declarat Benint. deciſio 10. immo vno excepto, alij ne quidem iurati dici poterant, & ideo
10 eorum dicta minime valebant: † iuramentũ enim in teſte eſt adeo neceſſarium, & ſubſtantiale, quod nec etiam per Papam diſpenſari queat, vt teſtis in ferendo teſtimonio non iuret. Marſi. ſingu. 214. ad validitatem circa fin. late Tiraquel. de mitiga. pœna in cauſa, 51. num. 136. & ſic cum tam a ſtatuto, quam a cap. Rotæ ſit præfixum tempus quo recipi, & iurare teſtes debeant, idque pro forma inductum

ctum appareat dum dicunt durante termino pro-
11 batorio, † quę verba formam inducunt, vt not.
Fely. & alij in cap. dilecta, in primo ſigno de reſcri-
pt. qua non ſeruata actus corruit iuribus vulga. me-
rito, &c.

Fuit enim agentibus per nos conceſſa ſecunda
dilatio die 7. Nouembris 1576. ſex dierum vtilium,
& teſtes reperiuntur inducti, & iurati, & examina-
ti die 29. Decemb. 1576. quo tempore erant ela-
pſi duodecim dies vtiles, & ſic extra terminum da-
tum ad opponendum capitulis, & iudicandum ſu-
per eis, ac etiam ſex dierum aſſignatorum pro ſe-
cunda dilatione.

Nec iuri conſonum nobis viſum fuit, quod de
trahentur alij ſex dies ad apponendum extra alia
capitula ſecundo loco producta, quia detractio de
inſtantia fieri debet vna vice tantum, quando op-
ponitur capitulis, ita diſponente cap. Rotæ 25. in
12 nouis, & cap. 23. in antiquis, † quæ licet allegare
ad intelligentiam nouorum, argum. l. ſed & poſte-
riores, & ibi no. Doct. ff. de legib.

Prout nec etiam militare nobis viſum fuit, quid
dicebatur de teſtibus iuratis, & productis in prima
inſtantia ſuper articulis in eadem inſtantia datis,
qui ſi ſuper alijs articulis in ſecunda inſtantia pro-
ducantur, iurare de nouo non teneantur, quia iſtud
13 non procedit, † quando teſtes in prima inſtantia
inducti iurarunt ſuper illis articulis, non autem ſu
per totæ cauſa, vt per Abb. in cap. fraternitatis in
ſecundo not. & ibi Felynus, de teſtibus, & in. cap.
præterea, num. 10. vbi Addent. de teſtibus cogen.
& tradit Mſinge. in obſeruat. 3. cent. 2. Lucas de
Pen. in l. ſi quæ, colum. fine. C. de vend. reb. ciui. co-
lum. fina. lib. 11.

Accedebat, quod d. teſtes reperiebantur exami-
nati ſuper articulis non admiſſis contra diſpoſitio-
nem, cap. Rotæ 23.

Fuerunt enim capitula producta, & petitum ad
mitti in vim poſitionum, prout per nos in vim po-
ſitionum admiſſa fuere, & monita pars ad reſpon-
dendum, quo fit, vt teſtes ſubinde examinati non
probent, quia nõ fuerunt producta admiſſa in vim
articulorum, ſed poſitionum ſuper quibus reſpon-
detur, non autem examinatur, & cum actus agen-
tium vltra eorum intentionem non operetur, & in
petitione in ſtatũ fuerit admitti in vim poſitio-
num, ſequitur quod non intenderit producere in
uim articulorum, & animo examinandi ſuper eis
& ſic incluſio unius excluſio eſt alterius, quia ter-
minus datus ad ponendum non includit ad arti-
landum, & probandum. Aemil. in conſilio 122. ad
14 demonſtrandum, num. 6. † Alias ſi in vim articu-
lorum producta, & admiſſa fuiſſent, tunc alter ſu-
per eis pronunciatum foret, nempe aſſignatus fuiſ-
ſet terminus parti ad dandum interrogatoria, &
ſic vnicuique ſua defenſio præſeruata fuiſſet, quia
15 † admiſſio capitulorũ in vim articulorum eſt quæ
dam interlocutoria ad quam pars eſt vocanda, ca-
pitu. ad petititionem, vbi Innocen. de accuſa. & cap.
cum contingat. & cap. ſi a iudice. de appel. libro. 6.
16 ideo ſi admitterentur † ſine citatione, & ſcientia
partis, non valeret admiſſio. Iaſon, in terminis in l.
ſi opus nouum, num. 8. de nou. ope. nunc. Felynus
in cap. cum in nomine domini, colum. 10. verſic. 5.
quæritur, de teſtib.

17 Maxima enim † eſt differentia, quod capitu-
la admittantur in vim impoſitionum, vel in vim ar-
ticulorum, vel vtroque modo, vt habetur, libro
1. capit. 68. ſtatuto, & tradit Specul. de teſte. §. nam
videamus, in princip. & per Doctores, in cap. cau-
ſa, quæ vertitur, & in capitu. per tuas, & in capitu.
fraternitatis. de teſtibus Pract. Pap. in forma ca-
pitu. actor. in vebo coram. Corrad. in ſuo breuiaa
in tit. de apit. Marau. in Spec. aduo. in 4. actu. 6. par.
& Docto. in cap. cum. contingat. & in cap. ſi a iudi-
ce. de appell. in 6.

Et hoc diſcrimen euidentiſſime docet praxis
quotidiana, & ipſa deſcriptio ſeu diffinitio poſitio
nis, de qua Papien. in ſua prae. in §. poſtquam reue.
18 num. 3. ſuper verbis libelli, vbi dicit † poſitio eſt
quædam formula iudicialis concepta, & reper-
ta ad eruẽdam veritatem per aduerſarij reſpon-
ſionem, & hæ non poſſunt fieri in qualibet par-
te iudicij, & elapſo termino probatorio aſſigna-
to. Miſinghe. obſer. 34. cent. 1. alias pars non te-
netur reſpondere, quod declara, vt ibi latè Senatu
Pedemonta. deciſio. 10. Colligitur, quod poſi-
19 tiones non fiunt pro examinandis teſtibus, † ſed
articuli.

Et ideo ſolent practici cauſidici eaſdem poſitio
nes reproducere loco articulorum, quando volunt
ſuper eis examinari facere, vt docet Papien. ibi,
& datur parti terminus ad dandum interrogato-
ria, & expectatur, an pars neget, vel fateatur. ſpe
de teſti. §. nunc tractandum, verſicu. in examine.
Cardin. in clementia prima, §. ſecundo, de ſtat.
monacho.

Neque potuiſſe iuuari actores credidimus ex
poſſeſſione Auguſtini vnius ex cohæredibus qua-
ſi rem communem aliorum quoque nomine poſ-
ſederit l. ſeruus communis, & ibi Barto. de acqui-
ren. poſſeſſ. quia cum appareret Auguſtinum poſ-
ſediſſe ſeparatim a Luca cohærede aliã dimidiam
20 dict. terræ, † nomine proprio non communi poſſe-
diſſe credendum eſt. l. Titia. ff. ſol. matr. Innoc. in
cap. cum olim. de priuileg.

ANNOTATIONES.

a In bonis emphyteoticis. Plot. cum alijs per eum allegatis
de in litem iuran. §. 3. numero 7. Sed in feudalibus licet ex
aliquo decreto caſtrum continuaretur in hæredem, non
tamen continuaretur merum, & mixtum Imperium, ſed be
ne ſimplex iuriſdictio. Pute. dec. 319. lib. 2. Contar. de ſpol.
lib. num. 120. & 178.

b Etiam quo ad effectum recuperandæ. Et de magis commu-
ni teſtatur. Cootard. loco hic allegato, vbi dicit ita fuiſſe
diſcuſſum, & deciſum in Rot Roman. coram Fab. Acco-
ramb. deciſ. 29. circa med. de ordi cognit. poſt alios quos
allegat. Quam concluſionem declara primo non procede-
re quoties ſtatutum diceret poſſeſſionem continuari in hæ
redem quo ad omnem iuris effectum, ratione enim dictio-
rum verborum tranſiret poſſeſſio ſine apprehenſione, &
competeret hæredi remedium ſpolij. Plot. vbi de ratione in
tract. de in lit. iuran. §. 1. ſub num. 13. circa fin. & ita fuit de

cisum

ciſum per Rot. Rom. in vna Parmenſi. 27. Feb. 1543. vt teſtatur Pontan de ſpol. lib. 1. ou. 35. Secundo declara procedere d. concluſionem, niſi per colonum continuaretur poſſeſſio pro hæredibus defuncti, quo caſu etiam non requireretur aliqua poſſeſſionis apprehenſio. Alex. in l. qui vniuerſas. § quod per colonum ff. de acq. poſſ. Guid. Papa deciſ. 355. Pontan. d tract. lib. 2. ſub num. 118. & late, num. 127 tertio declara nõ procedere ſi ad fauorẽ defuncti alter feciſſet cõſtitutem pro eo, & hæredibus ſuis, de hæredibus facta expreſſa mentione, isto etiam caſu non egerent hæredes noua apprehenſione poſſeſſionis. Ale. & Soc. in d. §. quod per colonum. Alex. conſ. 153. num. 1. & ibi Natta, lib. 6. Paris conſ vlt, num. 3. lib. 4. & Pontan loco proxime citato, num 118 & hoc, quæ de colono continuante pro hæredibus, & conſtituto, ac præcario ſimiliter pro hæredibus dicta ſunt, declara, vt intelligantur ſi hæredes eſſent præſentes, & ſcientes. alias ipſis abſentibus, vel ignorantibus non procederent. Beniuteo. deciſ. 12. nu. 4. & ſeq. ſed ſi dicti hæredes ratificaſſent conſtitutum, & præcarium, res eſſet expedita. vt non indigerent aliqua alia apprehenſione, notant. Addent. ad Alex. d conſil. 153. num. 1.

c L. cum a matre. Magon. ſupra deciſ. 14. num. 34. vbi ſcripſi.

d Extra terminum probatorium. Natta, conſil 309. nu. 10.

e Depoſitio valeret. An teſtes iurati in termino valeant poſt terminum examinari, arduam quæſtionem dicunt eſſe Doctores in c. licet cauſam extra de probat quo loci, Fely. num. 10. & pluribus ſequentibus. dicit iuxta communem opinionem poſſe examinari, & declarat quinque modos, vt ibi per eum. Et hunc articulum per multa fundamenta hinc inde diſputat Rot. deciſ. 465. in noui.

S V M M A R I V M.

1 *Concluſio indicat ſpeciem actionis intentatæ.*
2 *Dominium difficilis eſt probationis.*
3 *Dominium probatur ex poſſeſſione 40. annorum.*
4 *Dominium a poſſeſſione originem traxit.*
5 *Poſſeſſio teſtibus probari poteſt.*
6 *Requiſita ad ſpolium intentatum.*
7 *Voluntarie cadens a poſſeſſione non poteſt dici ſpoliatus.*
8 *Teſtis vnus de veritate ſemiplene probat.*
9 *Confeſſio geminata abſente parte facta plene probat.*
10 *Confeſſio abſente parte extraiudicialis ſimplex plene probata de æquitate canonica plene probat.*
11 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte ſemiplene probat.*
12 *Confeſſio extraiudicialis coniungitur cum teſte de veritate ad plene probandum.*
13 *Teſtes ſingulares ſingularitate non obſtatiua, ſed adminiculatiua ad eundem finem tendentes probant.*
14 *Fama ſemiplene probat.*
15 *Fama iungitur cum teſte de veritate ad plene probandum.*
16 *Niſi idem ſit teſtis de veritate, & fama deponens.*
17 *Tractatus præcedens facit præſumere ad actum ſubſecutum.*
18 *Teſtis de auditu contra producentem plene probat.*
19 *Confeſſio extraiudicialis abſente parte valet fauore dotis.*
20 *Quilibet minimus defectus teſtis impedit ſemiplenam probationem.*
21 *Teſtis omni exceptione maior, qui dicatur eſſe.*
22 *Teſtis in vno falſus, an in omnibus reprobetur.*
23 *Confeſſio extraiudicialis, vt ſemiplene probet, plene probanda eſt.*
24 *Subornatio teſtium ſapit falſitatem.*
25 *Subornatio probatur etiam per attentator ſubornari.*
26 *Niſi dicat ſubornati ſe falſum depoſuiſſe ad inſtantiã alicuius, tunc tanquam ſocij criminis non probant contra ſubornantem.*
27 *Omnis ſemiplena, & imperfecta probatio plene probanda eſt, vt coniungantur ad faciendum plenam probationem.*
28 *Fama, quomodo probetur remiſſiue.*
29 *Fama duplici concurrente veriſimilior attenditur.*
30 *Facilius præſumitur continuatio dominij, & poſſeſſionis, quam noua translatio ſeu conſtitutio, & ſic potius qualitas, quam ſubſtantia.*
31 *Dos mortua muliere non dicitur amplius dos.*
32 *Producens teſtium dicta a ſe inductorum cum proteſtatione non dicitur approbare dicta quemadmodũ approbauit perſonas, & de ratione.*
33 *Teſtis iuratus, & examinatus extra tempus non probat.*
34 *Verbum conſigno extra præſentiam rei non transfert poſſeſſionem, ſeu auctoritatem dat propria authoritate capiendi.*
35 *Licentia propria auctoritate capiendi data, non exercetur cõtra tertiũ poſſeſſorẽ non facta liquidatione.*
36 *Adminiſtratores minorum debent abſtinere ne ſibi ipſis ſatisfaciant de proprio credito, propter timorem ſubornationis.*
37 *Maxime ſi ſint creditores in ſpecie non in pecunia, quia tunc requiruntur ſolemnitates in alienatione rerum minorum requiſitæ.*

A R G V M E N T V M.

De confeſſione extraiudiciali abſente parte facta an probet, & quando coniungantur cum alia ſemiplena probatione ad plene probãdum, & qualiter qualibet ſemiplena probatio probanda ſit.

D E C I S I O XLVI.

AGEBANT illi de Mezettis contra Pieruccium de Valle octaua cumulatis remedijs petitorio, & poſſeſſorio ad recuperationem quarundã terrarum, prout † medium cõcludendi præſeferebat. Bar. in l. certi conditio. in prin. ſi cert. pet. But. in cap. literæ de dilatio. Dec. conſ. 57. & in terminis ſimilis libelli. Contard. in l. 1. q. 35. nu. 1. C. ſi de moment. poſſeſſ. 1

2 Dominium (alias † difficile probatur, vt dicunt Doct. in l. cum res, C. de probatio. Boer. deciſ. 42.)
a deducebant actores ex poſſeſſione a † 40. anno-
3 rum computato tempore auctoris, l. ſi quis emptionis, C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. Specu. in tit. locati. §. nunc aliqua, nu. 56. Thob. Noni. conſ. 73. num.
4 6. & id ne quidem abſurde, cum † a poſſeſſione dominium

minium originem traxiſſe dicatur. Micha. de regi. mun. col. pen. num. 3.

5 Poſſeſſionem vero, & antiquiorem † teſtibus edocebant, ſicuti per teſtes quoque probari poſſe, firmat Dec. in conſil. 215. num. 5. ex quo quantum ad poſſeſſorium reintegrandæ videbatur ſatisfa-
6 ctum incumbentibus ad ipſos cum probata † cum antiquiori poſſeſſione ſequebatur probata iunior vitioſa, vt clandeſtina poſſeſſio rei conuenti. Socin. in conſil. 187. in controuerſia, num. 25. lib. 2. Bal. in in l. ſi duo. ff. vti poſſide. Inno. in c. poſt electionem. in fi. de conceſſio præben.

Quæ quidem omnia, & ab ipſo reo non diffitebantur, ſed dicebat ſibi fuiſſe datas in ſolutum pro
7 dote ab auctore patre actorum, † qui cum voluntarie ab illarum poſſeſſione ceciderit fruſtra eius perſonam repræſentantes ad reſtitutorium remedium conuolare allegabat ſecundum Alex. conſ. 91. lib. 1. Socin. in l. rem quæ nobis, q. 2. de acquir. poſſeſ. Soc. iun. conſil. 48. viſis, lib. 2. Menoch. de recup. poſſeſſ. 15. remed. num. 95. Contard. in d. l. 1. in ampliatio. num. 41.

Quam dationem in ſolutum probabat median-
8 te depoſitione vnius teſtis de veritate actus, † qui ſemiplene probat, vt communiter dicunt Doct. in l. admonendi, de iureiu. Viua. ad commu. opi. in verbo teſtis de viſu. & iunctis geminatis confeſſionibus abſente tamen parte extraiudicialiter ab altero agentium factis, & ad complementum perfectæ probationis faciendæ cumulatis. Aemil. conſil. 20. Quæ confeſſiones, & ſi non eſſent per duos teſtes
9 probatæ (tunc enim virtute geminationis † plene probarent, ac ſi in iudicio emanaſſent, vt tradit Iaſ. in l. admonendi, num. 149. & ibi Bar. num. 142. & Pet. de Ptol. nu. 110. Affl. decis. 337. num. 1. Soc. iun. conſ. 168. nu. 8. Dec. conſ. 163. num. 2. vel ſi non ge-
10 minata ſimplex tamen plene probata, plene probaret ſaltem de æquitate canonica, Soc. iun. conſ. 5. num. 10. lib. 3. Dec. conſ. 163. Natta, conſil. 101. nu. 14. quicquid dixerit. Vaſq. de ſucceſſio. crea. §. 13.
11 num. 26.) Tamen † quin ſaltem ſemiplene probent videbatur non eſſe dubitandum. Cur. iun. conſilio
12 168. nu. 22. & ſeq. & ſucceſſiue † fore coniungendas cum teſte de veritate ad faciendum vnam perfectam probationem ad no. per Bart. in d. l. admonendi, col. 9. Iaſ. conſ. 98. Sal. col. 6. in fi. Affl. deciſ. 12. Caſtr. cõſ. 380. col. 1. iudex, lib. 1. Aemil. conſ. 20. Quinimo non obſtante eorum ſingularitate nõ
13 obſtantiua, ſed † adminiculatiua tendente ad eundem finem, dicendum erat plene probare ex notatis per Alex. conſi. 53. num. 5. lib. 1. Dec. conſil. 620. num. 10. Cephal. conſil. 41. num. 12. Crauet. conſ. 267. num. 3. Aemilia. conſil. 20. nu. 10.

Accedebat publica fama de antedicta conſigna-
14 tione, quæ ſemiplene † probat. Viui. ex communi
15 opin. vbi ſuprà in verbo fama, & cum † teſte de veritate comprobatur ad plenariam probationem. Dec. conſil. 57. Duen. in reg. 500. in prima ampla.
16 † Niſi teſtis de veritate, & de fama eſſet idem teſtis cum tunc non coniungatur, vt poſt Alex. in l. Gallus, §. ille caſus, ſi de lib. & poſthu. contra Bald. ibi, num. 3. tradit Anto. Trigo. in ſing. 66.

17 Concurrebat tractatus † præcedens de conſignando per aliũ teſtem probatus, qui de facili facit præſumere de actu ſubſecuto. Crauet. conſil. 115. nu. 6.

Nec mediocriter quoque pro reo faciebat depoſitio Paulini ab actoribus inducti, qui de publica
18 fama dictæ conſignationis deponebat, † & contra
b producentem plene probat [b] Rom. conſ. 104. in fi. Soc. iun. conſil. 69. nu. 11. lib. 1. Rui. conſ. 141. num. 5. lib. 3. Thob. Non. conſ. 99. num. 10. 18.

Vltimo pro reo faciebat ſubiecta materia dotis
19 cuius † fauore extraiudicialis confeſſio abſente parte probat, vt refert placuiſſe. Bartol. Natta, in conſil. 29. num. 9.

In contrarium ſeriatim replicabant actores conſignationem non probari, aſſertumque teſtem de veritate non eſſe talem, quod coniungi poſſit cum alio teſte, vel adminiculo ad faciendam plenã pro-
20 bationem, quia † quilibet minimus defectus in teſte omni exceptione maiori ſemiplenam probationem impedit. Rota Bononien. deciſio. 61. numero 3. & 67. num. 5. & 62. numero 14. Natta, conſil. 53. colum. fina.

21 Omni autem † exceptione maior dicitur, cui nulla de mundo exceptio opponi poſſit. Gramma. conſil. 35. num. 35. Natta, conſil. 53. & 95.

Hic autem teſtis defectiuus apparebat, quia reperitur falſum dixiſſe ſuper articulata morte Perini, dum dixit vno tempore mortuum, & contrarium verius fuit, & quamuis hæc falſitas non caderet in ſubſtantialibus ad articulum conſigna-
22 tionis, & ſatis dubia ſit quæſtio † an teſtis in vno mendax in totum repellatur, vt not. per Menoch. de arb. lib. 2. centu. 4. caſu 307. Anton. Gab & crimi. concluſ. 4. lib. 7. Anch. Regien. quæſt. 14. ſecundæ par. Achil. perſona, de acqui. poſſ. nu. 130. tamen ſatis eſt ad rem noſtram, quod propter mendacium non dicatur omni exceptione maior, vt per ſupra citatos, & per Burſat. in conſil. 69. num. 33. vbi dicit mendaci de fide detrahi, etiam ſi ſuper generalibus falſum dicat.

Nec obſtare dicebatur geminata confeſſio, quia
23 ad hoc vt ſemiplene probaſſet, † oportebat eam plene probare per duos teſtes conteſtes, quod factum non eſt, vt firmat Crauet. conſil. 73. columna penul. Blanch. de quæſtio. l. fina. numero 206. ſequitur Burſat. conſil. 96. num. 29. & 33. num. 18. Vaſqui. de ſucceſſio. crea. §. 4. num. 44. lib. 1. de commu. opinio. teſtatur. Alciat. conſ. 2. nu. 5. quicquid (& male) ſenſerit in contrarium. Gozad. conſilio 79. num. 28.

Et ultra deſideratam conteſtualitatem, teſtes, qui confeſſionem hanc probare ſatagebant, veniebant ex alio repellendi, quia ore proprio fatebantur, *ſe deponere per diſpetto dell'attore*, & quod peius erat, tentarunt ad fauorem rei teſtes pretio redimere, qui contra actores deponerent.

24 Quæ ſubornatio † ſapit crimen falſi. Bero. quæſt.
25 58. nu. 1. & † probabatur per eoſdem teſtes attentatos ſubornari, qui contra attentantẽ fidẽ faciunt

ſecun-

ſecundum Grammat.conſil.1.num.12.& conſil.3.
num.2.Imol. commun. opinio. lib.1. concluſio 5.
26 verſicu. probatur. Licet † aliud iuris eſſet ſi ſe fal-
ſum dixiſſe ad ſuggeſtionem alterius atteſtarentur,
quia tunc contra ſubornatum eis non creditur tan-
quam criminis ſocijs, vt de communi opinio. teſta-
tur Dec.conſil.198.ſub num.8.Rolan.à Valle,con-
ſil.16.numero 7.lib.1.Ruyn.conſil.146.147.lib.5.
Boſſi.de ind.& conſidera.ante tortu.num.42.Nat-
ta conſilio 298.

Et ex his ſucceſſiue inferebatur coniunctionem
ſemiplenarum probationum ad plenariam proba-
tionem faciendam fieri non poſſe, cum quælibet,
27 † imperfecta probatio nõ fuerit in ſuo genere per-
fecte probata.Bald.in l.ſi quis ex argentarijs.§.1.de
æden.Paris conſ.27.colum.fin.lib.2.cum concord.
per Ant.Gab.lib.1.de proba.concluſ.1.numero 31.
Franc.Becci.conſil.47.num.4.

Nec obſtabat fama, vt ſupra conſiderata, tum
28 quia non fuit † in ſua ſpecie plene probata ſecun-
dum tradita per Dec. in conſil.57.num.4. & Vil-
lalob ad communes opinio. in litera F. num.7.tum
quia non reperiebat alteram ſemiplenam probatio-
nem, cum qua cõiungi potuiſſet, immo ſicut famę
ſtandum foret, cum actores quoque de fama probaſ
ſent, ſtante concurſu magis eorum famæ quam rei
29 adhærendum eſſet tanquã † veriſimiliori, arg.not.
30 per Nattam conſil.473. num.20. Nam † facilius
eſt præſumenda qualitas dominij, & poſſeſſionis
rei paternæ in filios, quam in extraneũ noua tranſ-
latio ſeu conſtitutio.Natta conſil.459.num.9.

Parũ quoque referebat allegatus tractatus quia
non eſt probatus, & probatus non probaret, quia
multa tractantur quę poſtea non perficiuntur.Bal.
in l.multum intereſt,colum.2.C.ſi quis alt.vel ſibi
Dec.conſil.463.col.1.Natta conſil.29.nu.6.

Prout nihil quoque faciebat fauor dotis ex ad-
uerſo perpenſus, quia ad id reſpondet idem Natta
in eodem conſil.29.& in conſil.316.numero 6.di-
cens id procedere, vbi per inſtrumentum conſtaret
de dote, vel quando ipſa mulier agit ad dotem, cui
iura fauent ad reconciliationem matrimonij, ſecus
31 ſi ea mortua alter agat † quia non dicitur am-
plius dos.

Et ad atteſtationem Paulini approbati à produ-
cente reſpon.quod licet producens cenſeatur appro
bare perſonam teſtis à ſe producti, tamen non di-
citur approbare eius dicta ex quo non ſimpliciter
32 producit, ſed † cum proteſtatione in parte, & par-
tibus, &c.iuxta doctrinam Inno. in cap.cum olim
de cenſib. & per Albe. in l.1.§.editiones de eden-
do. Alex. conſil.136. num.23.lib.1. Non enim po-
terat inducens diuinare quid teſtis eſſet dicturus,
vt dicit Natta conſ.31.num.3.& 285.num.3.cap.
deciſio.62.& vſus non examen, cauſat teſtificato-
rum approbationem.Burſa.conſil.58.nu.14.

Conſtabat etiam in proceſſu horum aliquos
33 † extra tempus iuratos, & examinatos fuiſſe, &
ſic tanquam parte non monita, nec citata, non
probare.Gramma. deciſ.11.numero 7.Marſil. ſin-
gul.24.& 30.Rimin.conſil.164.numero 14.lib.1.
Rebuff.de inquiſiti.art.11.& 12.gloſſ.1.

Communi tandẽ voto concluſum fuit pro acto
ribus contra reum cõuentum, qui in ſalutari pro-
bationis aſſertæ conſignationis defecerat, quæ etiã
ſi probata eſſet, poſſeſſionem illius terræ adeptam
non argueret, quia conſignatio dicebatur facta in
34 apotheca conſignantis, & ſic extra † præſentiam
rei, quæ non operatur tranſlationem poſſeſſionis,
ſed facultatem eam apprehendendi propria autho-
ritate.Bart.in l.prædia.ff.de acquirend.poſſeſſ.cum
concordan. ibi per Alexan. Bero.conſil.42.numero
26.lib.3.Natta cõnſil.360.col.2.

Qua licentia cum Pieruccius non ſit vſus in vi-
35 ta cõſignantis, qui vſque ad mortem poſſedit, † nõ
potuit contra tertios poſſeſſores non liquidato aut
diſcuſſo iure poſſeſſorum filiorum, & hæredũ exer-
cere.Paris conſilio 109.nu.29.lib.2. Roland.a Val-
le conſil.20.num.12.lib.1. Natta conſil.189.nu.4.
& conſil.ſequenti.

Qua licentia tanto minus vti debuiſſet Pieruc-
cius quia cum eſſet adminiſtrator d.actorum in mi
36 nori ætate conſtitutorum, abſtinere debebat, † pro-
pter timorem præſumptę ſpoliationis, vt nota. Al-
beri.in l.1.ff.de tutel.l.ſi in emptione, §.fi.ff.de con
tra.empt.gloſſ.in l.cum ipſe.C.eod.

Et cum creditum ſuum non conſiſteret amplius
in pecunia propter d.dationem in ſolutũ, ſed in re
immobili, iuxta l.quoties, §. ſicut de admini. tut.
37 † non potuit ſibi ſoluere non ſeruatis ſeruandis in
l.magis puto.ff.de reb.eorum, & in l.ſi prædium, C.
de prædi.mino. Rebuff. ſuper conſtit. regn. tit. de
donat.& ali.gloſſ.1.num.5.

ANNOTATIONES.

1 Ex poſſeſſione 40.annorum. Quia forte Dominium inciden
ter deducebatur, ſecus fuiſſet quando principaliter actum
fuiſſet de Dominio.Bart. in l.quidam in ſuo num.4.ff. de
cond.& demonſtratio.cũ alijs relatis per Menoc.de recup.
poſſeſſ remed.12.num.32. Nam quando agitur principa-
liter de Dominio, Communis eſt Doctorũ opin.quod do-
miniũ debeat formiter probari, & ſemper requiritur quod
probetur de cauſa, & titulo habili ad acquiſitionem domi
nij, nec ſatis eſſet capitulare, & probare quod tenuit, & poſ
ſedit pro ſua, & tanquam ſuam quemadmodum veri domi
ni tenẽt, & poſſident res ſuas, quia talis capitulatio, & pro
batio non arguit dominiũ, ſed ſolum quod quis poſſideat
nomine ſuo proprio non alieno. Alex. conſ.24. num.13.
vol.7.& de communi teſtatur Pariſ. conſil.27. nu 118 lib.
1.quem refert, & ſequitur late tractans de hoc Rolan.conſ.
46.nu.18.cum plurib ſeq.lib.3. Si vero agitur de dominio
incidenter ſtat concluſio hic per Dominum meum dedu-
cta, quam ſequitur.Rimin. conſ.168.nu.9. conſil.360.nu.
2.conſil 397.nu.17.conſil.474.num.10. conſil.600.num.
23.Cephal conſil.328.nu.5.& conſil.397.nu.74.lib.3. Et
eam primo declara dũmodo poſſeſſio fuerit probata con-
tinuata per xl.annos cum bona fide. Caſtrenſ.conſil.361.
lib.2.ſecundo declara, vt quando agitur de dominio præſu
mendo ex poſſeſſione, debeat dominium allegari, & de poſ
ſeſſione, niſi dominium poneretur, & allegaretur, dominij
probatio non reſultaret. Alex. conſ.92.num.3.lib.5.& ad-
uocatus debet hoc deducere. Alex.cõſ 35.nu.7.eod.lib.5.
& quando ex poſſeſſione dominium præſumatur, idem
Alex.conſ.137.nu.5.lib.2. Quando vero dicatur Dominiũ
deduci principaliter, & quando incidenter Pariſ.late conſ.
57.num.44.lib.4 Contar. de moment. poſſ limit.2.num.
20.& ſeq.pluribus, & in eod.tract.q.15.verb. Caducitas,
num.16 & 23. Et quomodo probetur Dominium, multos

modos

modos ponit idem Contar. d. tract. oppoſ. 1. num. 4. vſque in finem poſt Doctores, in locis proprijs vulgaribus. Et quod in antiquis regulariter probetur per ea, quæ inducunt ſemiplenariam probationem, item, & leuioribus probationibus Cæph conſ. 443. nu. 19. & 21. Decian. conſil. 87. nu 5. lib. 3. itẽ per inſtrumenta antiqua. Rim. conſil. 410. nu. 11. Hip. Rim conſ 23. nu. 280. Cæph d. conſ. 443. nu. 23. Item & per ſolam famam, & etiam indicijs Rimin. cõſilio 165. nu 4 127 num, 1. & d. conſil. 410. nu. 12. Decian. conſil. 77. num. 5. lib 3. quod verum intellige excipiendo, nam agendo requiritur plena probatio. Verall. deciſ. 280. num. 4 par. 1. Item, & iuramento. Rimin conſil. 262. num, 29. Item, & per librum æſtimi. Rimin. dicto conſil. 410. num. 11. Decian conſil. 17. num. 29. lib. 2. Item & per deputationem Gubernatoris Verall. dec. 285. num. 5 par. 3. & an, vt dominium dicatur probatũ, debeat probari identitas fundi, & an ſufficiat recognitio nouorum confinium. Decian. d. conſil. 87. nu. 8. lib. 3. Vide etiam moder. a Caſtropleb ad cõtrariet. Bar. conciliat. 19. verbo dominium, & Mag. in deciſio 59. num. 51. Quid ſi deducto dominiõ in libello fuerit probatum de vtili dominio ſub alternato, puta de dominio emphyteotico. Dic, quod ſi in libello fuerit deductum dominium ſimpliciter, & tunc bona eſt probatio, & obtinere debet libellans, an fuerit deductum verum dominium, & tunc forte ſuccumbet, quia dominiũ vtile ſubalternatum non eſt verum dominium. Fran. Aret. in l. 1. num. 21. ff de acq. poſſeſſ.

b Plene probat ita, & teſtes de credulitate, & de auditu, Iaſon in rub. ff. de iureiurand. num. 9 Paris conſ. 50. num. 60. lib. 1. Crau. conſ 201. num. 7. Cæphal. conſil. 141. num. 16. lib. 1.

c Non dicitur amplius dos. Immo ſoluto matrimonio antequam tamen reſtituatur dicitur dos, immo plus ſi fuerit reſtituta, & adhuc debeat alij reſtitui retinet nomen dotis eſt cõmunis opi. vt teſtatur Eman. Soarez in Theſaur. recep. ſentent. litera D. num. 303. Campeg. in tract. de dot. par. 1. quæſtione 3. vbi Addent late Cæphal. conſilio 489. nu. 75. lib. 4. poſt Doct. præſertim. Aret. num. 1. & Iaſ. lautiſſime, num. 19. & ſeq. ff ſol. matr. in Rob.

SVMMARIVM.

1 *Conductor ceſſans ſoluere penſionem debito tempore expelli poteſt.*

2 *Statutum inducens tacitam relocationem, pro vna vice tantum inducta intelligitur.*

3 *Inſtrumentum primæuum locationis non habet executionem paratam in tacita relocatione ſicuti in expreſſa.*

Tacita relocatio, quomodo differat ab expreſſa.

4 *Ex perſona actoris ius metimur.*

5 *Exceptiones rei conuenti non mutant naturam iudicij.*

6 *Principiũ ex parte actoris principalius eſt iure quod ſe habet ex parte rei.*

7 *Finis a principio regulatur.*

8 *Præſumptio iuris, & de iure admittit in contrarium probationem per notorium facti.*

9 *Tacita relocatio de iure communi operatur in prædio vrbano pro eo tantum tempore quantum habitatum eſt.*

10 *Lapſus modici temporis non inducit tacitam relocationem.*

11 *Patientia conductoris ab allegante probanda.*

12 *Ignorantia in facto proprio de recenti non eſt probabilis.*

13 *Taciturnitas in actu quem agens alias approbauit inducit tacitum conſenſum.*

ARGVMENTVM.

De tacita relocatione a ſtatuto inducta, & an inſtrumentum primæuũ locationis expreſſe habeat executionem paratã in tacita relocatione.

DECISIO XLVII.

IN cauſa ſpectabilium de Carellis expulſionis domus conductæ fuerat petitum præceptum de dimittendo conductorem, & poſthabita cauſa penſionis
1 † non ſolutæ ſuis loco, & tempore, quæ ſine dubio præceptũ iuſtificaſſet, l. quæro. §. inter locatorem, & ibi Bar. & Cardin. Alban. in locubra. ad Bar. ff. loca. Bal. in cap. quærelam, nu. 5. de iureiu. & ſæpius conſuluit Alex. vt eſt videre, in conſil. 130. cum ſeq. & 134. lib. 4. & conſil. 126. col. 2. lib. 1. & 36. lib. 2. Caput tantum finitæ locationis per lapſum temporis conuenti actor proſequebatur, contra quem conductor dupliciter excipiebat, videlicet,

Primo, quia prætendendo eſſe in caſu tacitæ re-
2 locationis a ſtatuto inductæ & in prima vice († nam in vlteriori ſtatutũ non procederet. Alex. conſ. 16. breuiter, lib. 4. Ruin. conſ. 79. ſuper nu. 4. lib. 1. Tiraq. in l. boues. §. hoc ſermone in regula, num. 121. de verb. ſignifi. Soz. iun. conſ. 35. viſo, num. 9. lib. 2. quia pro vna vice tantum relocationem fingere dicitur, Bero. in conſil. 53. an locatio, nu. 43. lib. 1.) dicebat vigore permiſiui inſtrumẽti nõ potuiſſe agi via executiua, vt actum fuit, nam & ſi tacita relocatio, quoad ſubſtantialia non differat ab expreſſa,
3 † tamen non habet eandem vim executiuam virtute primi inſtrumenti ſicut expreſſa ſecundum Bal. in l. legem. C. loca. & eſt ratio, quia ad hoc non ſufficit intellectus ſeparatus a carta, & ideo dicebat Ant. de Butr. & Imol. in cap. tranſlato. de conſtitutio. quod de eo, quod non legitur in inſtrumento guarentigiato non poteſt virtute inſtrumenti dari executio, ſed in d. inſtrumento nihil legitur de relocatione merito, &c. & ita in terminis de communi opinio, teſtatur Iaſ. in l. certi conditio, in princip. nu. 21. ff. ſi cer. pet. licet Roma. ibi validiſſime contrarium teneat propter quod Iaſ. non obſtante communi opin. reliquit cogitandum tradit Paris in additio. ad Barto. in l. item quæritur, §. qui impleto, ſub num. 3. ff. loca. Columb. in ſing. 1. num. 9. in vota obſtantiarum differt etiam in pœnis, quæ non cenſentur repetitæ in tacita relocatione. Bero. q. 10. num. 7. & num. 12.

Huic obiectioni facilis dabatur reſponſio propterea, quod actor non agebat ex tacita relocatione, ſed ex prima in inſtrumento expreſſa, & hoc eſt quod intendebat agere, ne inuitus in tacitam relocationem incideret, neque exceptio conductoris de tacita relocatione dicentis obſtabat, quia

† ex

Digitized by Google

4 † ex perſona actoris ius metimur, & in facultate
5 † rei conuenti non eſt per ſuas exceptiones natu-
ram iudicij mutare. l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæred. pet.
Bald. in l. cap. ſuper literis, num. 24. de reſcript. Soc.
6 iun. l. 2. num. 7. ff. de except. rei iudi. † Principium
enim ex parte actoris principalius eſt iure, quod ſe
habet ex parte rei. Cyn. in l. 2. quæſt. fi. C. de ſerui.
& aqua.
Secundo, dum agebatur ex cauſa locationis fini-
tæ per tempus finitum, dicebatur de falſa cauſa, pro-
pterea, quod actor non probando tempus inchoa-
7 tæ locutionis non poteſt conſtare de fine, † quia
cuiuſcunque rei determinatæ finis in principio re-
gulatur. Bald. in conſ. 327. ad euidentiam. in fi. lib.
3. Dec. conſi. 125. in fi.
Hoc fundamentum conductoris non ſubſiſte-
bat, quia ex facie inſtrumenti iuncta præſumptione
ſtatuti, lib. 2. cap. 117. vbi diſponitur conductorem
præſumi poſſediſſe a die conceſſionis ita, quod non
poteſt opponere de re non tradita, vt forte de iu-
re communi potuiſſet. Natta, in conſi. 360. appare-
bat principium oſtendere finem ſuum tam tempo-
ralem, quam formalem, cum tempora continuen-
tur ex virtute naturali, vt inquit Bal. d. conſil. 327.
8 num. 3. aduerſus † quam ſtatutariam præſumptio
nem reus potuiſſet per notorium facti contrarium
probare, vt in ſimili ſtatuto bene tradit Cra. con-
ſi. 83. punctus, num. 4. lib. 1.
Quibus præſidijs deſtitutus conductor ad aliud
conuolauit allegando non eſſe locum præcepto di-
miſſiuo, quia locator poſt finitum primæuum tem-
pus locationis, nulla præmiſſa proteſtatione, paſſus
eſt per tres menſes conductorem continuare in re
locata, ex qua tolerantia oritur tacita relocatio ad
9 annum ex forma ſtatuti, licet † de iure communi
pro eo tantum tempore, quo habitauit. d. §. qui im-
pleto. Salic. & Fal. in l. legem. C. loca. & ſic durante
a tempore reconductionis [a] tacitæ non poſſe expel-
li excipiebat.
Iſta exceptio plurimum vigebat, & ideo actor
10 repelicabat de modicitate temporis lapſi † tanquam
non ſufficientis ad inducendum tacitum relocatio-
nis conſenſum ſecundum Odoff. & Bal. in d. §. qui
impleto, & Afflict. deciſ. 365. vbi ex modicitate tem-
poris decurſi poſt primum terminum finitum non
inducitur tacitus relocationis conſenſus, qua tamẽ
reſponſione non obſtante, concluſum fuit pro con-
ductore non eſſe locum præcepto, ſtante relocatio-
ne, quam tacite inductam exiſtimauimus ex patiẽ-
tia locatoris per tres menſes continuata, ad quam
inducendam ſtatutum ſimpliciter conſiderat perſe-
ueranriam, & patientiam locatoris abſq; vlla tem-
poris præfinitione. Nec obſtat modicitas temporis
non inductiua taciti conſenſus, quia cũ non ſit cer-
tum tempus ſtatutum quanta eſſe debeat, iudicis
arbitrio diffinitur. l. 1. ff. de iur. delibe. plene Me-
noch. de arbit. lib. 2. cent. 1. caſu 25. nobis autem vi-
ſum fuit, lapſum trium menſium non modicam an-
ni partem quotatiuam eſſe, quicquid dixerint O-
doff. Bal. & Affli. ſupra citati, qui loquuntur de lap-
ſu quatuor, aut quinque dierum.

11 Non obſtat, quod patientia a ſtatuto requiſita
deberet ab allegante probari. Rota Bononien. de-
ciſ. 62. num. 15. Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2. caſu
191. num. 4.
Quia iſto caſu eſt probata eo ipſo, quod non
probatur contradictio. nam cum idem ſit locator,
12 & actor, qui de contentis in inſtrumento loca-
tionis de recenti a ſe facto non poteſt habere pro-
babilem ignorantiam. Cur. in tracta. poſitio, num.
20. Crauet. in conſi. 26. vſque quo non contradixit
13 dicitur tacite conſenſiſſe † taciturnitas [b] enim in
b actu quem agens alias approbauit pro fauorabili,
& deſiderauit tacitum conſenſum inducit gloſſ. in
c. ſicut, verſi. per num. de electionib. in 6. Cur. ſen.
in conſi. 77. num. 3.

ANNOTATIONES.

a Tempore reconductionis tacitæ. Aduerte, quod de iure com-
muni ſi locatio fuerit facta in ſcriptis certo præfinito tem
pore, eo lapſo non cenſetur facta tacita reconductio, quia
ob locationem in ſcriptura celebratam taciæ intelligitur
etiam actum, vt in recoductione ſcriptura requiratur, tex.
eſt apertus in §. qui impleto. in fin. l. item quæritur. ff. loca.
vbi hoc notant omnes, & ſequitur Decian. conſ. 8. num. 11.
lib. 3. & quod reconductio in prędio vrbano ſit demum pro
tẽpore, quo inquilinus inhabitauit d. §. qui impleto, & Si-
mon. de Prat. conſi. 156. nu. 7.
b Taciturnitas. Magon. ſupra deciſ. 3. nu. 10. vbi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Sententia a qua non appellatur tranſit in iudicatum, & executioni demandatur.*
2 *Fruſtra obtineretur ſententia, ſi non daretur executio illarum.*
3 *Obuiandum eſt cauillationibus ad impediendum executionem oppoſitis.*
4 *Si a prima ſententia appellari non poteſt, nec a ſecunda continente, idem cauſa prima.*
5 *A decreto de exequendo non licet appellare.*
6 *Grauamen dicitur eſſe immediata cauſa appellandi.*
7 *Appellatur ab exceſſu.*
8 *Exceſſus quomodo cognoſcatur.*
9 *Interlocutoria iuſtificari debet ex eiſdem actis.*
10 *Lectura, & euidentia proceſſus rem facit notoriam.*
11 *Nulla maior probatio, quam quæ per euidentiam rei ſit.*
12 *Libellus ſuſtinetur per ſubauditos intellectus.*
13 *Libellis verba ſunt benigna interpretanda.*
24 *Ineptitudo libelli tacite reſultans non vitiat.*
15 *Verbum orationis perfectiuum tacite ſubintelligitur.*
16 *Libellus ſufficit præſumptiue concludat.*
17 *Sententia lata propter temporis breuitatem, quam iudex adhibuit in cauſę cognitione, eſt nulla, declara vt ibi.*
18 *Pro æqualitate ſeruanda inter ſorores, & fratres plurimum laborandum eſt.*
19 *Arbitri, & iudices poſſunt in eorum laudis, & ſententij apponere modos, & conditiones futurum tempus reſpicientes.*

ARGVMENTVM.

De reductione laudi, &
De libello ſubſtituendo per impropria
tionem uerborum.

DECISIO XLVIII.

VERTENTE lite, & contro-
uerſia inter D. Lucretiã, & D.
Pãtaſileam ſorores de Burlama
chis, de & ſuper diuiſione bo-
norum communiũ facto com-
promiſſo, iuxta formam ſtatu-
ti, ſuit tandem per DD. arbi-
tros latum laudum cum reſeruatione authoritatis
emendandi, & corrigendi.

Pro parte D. Pantaſileæ coram eiſdem arbitris
petita fuit reductio, & correctio d. laudi tanquam
illam enormiter grauantis: Qui DD. arbitri refor-
mantes, & emendantes illud inter cætera declara-
runt, & mandarunt deueniendum eſſe per d. par-
tes ad electionem peritorum, & æſtimatorum pro
adæquatione facienda certorum bonorum, de qui-
bus in laudo, & in quibus D. Pantaſilea ſe læſam
prætendebat.

Succeſſiue inſtante D. Pantaſilea coram D. Iudi-
ce ordinario contra D. Lucretiam ad dicendum cau
ſam quare laudum exequi non debeat, & ad dan-
dum cedulam ſuſpectorum, & confidentium pro fa-
cienda æſtimatione, & adequatione præfata D. Iu-
dex (primarum inſtantiarum, ſic enim hodie Lucæ
nuncupatur iudex ordinarius) pronũciauit in exe-
cutionem d. laudi deueniendum fore ad dandum
dictam cedulam.

Ab huiuſmodi ſententia ad nos recurſum ha-
buit D. Lucretia, quam ex proxime dicendis male
recurſiſſe, & bene iudicatum declarauimus.

Moti, quia decretum D. iudicis a quo ueniebat
ad executionem laudi reductiui, quod iam vires iu-
dicati aſſumpſerat per cap. Rotæ 52. & a quo non
fuit reclamatum, neque petita reductio per d. Do.
Lucretiam, & ſic executionem merebatur cũ quæ-
1 libet † ſententia, a qua non appellatur, quæve in
rem iudicatam tranſit, executioni demandanda ſit,
l. 4. §. ſi ex conuentione, ibi manebit ordo executio-
nis de re iud. tradit Pariſ. conſ. 16. lib. 4. num. 4. Re-
buff. de ſent. execu. art. 7. glo. 9. numero 1. de laudo
Grat. conſ. 34. lib. 1. & ad Contar. in l. 1. in notab
num. 9. & 18. C. de moment. poſſ.

Alias fruſtra laboraretur pro obtinenda ſenten-
2 tia † ſi eius executio redderetur eluſoria, quod fie-
ri non debet. Pariſ. conſ. 105. lib. 1.

3 Et paſſim maiorum inſtitutis monemur † ob-
uiãdum eſſe, quod per cauillationes oppoſitas exe-
cutio non impedietur neque retardetur, ne dũ lis
creditur finita, eius praua inſtantia duret. l. termina
to. C. de fruct. & lit. expen. l. fratris. C. de tranſact.

Cum igitur ſupradicta ſententia ſe habeat exe-
cutiuo ad laudum, & in omnibus cum eo conformis
ſit, non videtur ab ea recurri potuiſſe, prout nec ab
ipſo laudo recurri poterat, & per conſequens ſicu-
ti laudo parendum erat: ita huic ſentẽtiæ ſtandum,
quæ nullum nouum affert præiudicium, nec ab ea
grauamen incipit (ſi quid extet,) ſed a laudo ad no.
per Caſtrenſ. in l. ab executore in princ. ff. de appe.
& ibi ſcribentes.

Vnde dicebat Bal. in l. ſi cum exceptione. §. hæc
autem actio. ff. quod met. cau. quod vbi ſecunda ſen
tentia eſt executiua primæ, tunc ſi a prima non po-
teſt appellari, nec etiam a ſecunda, & ibi Ang. ratio-
4 nem reddit dicens, † quia hæc ſecunda non plus
grauat, quam principalis per gl. not. d. §. hæc autem
quam ſequitur Fely. in c. quod ad conſultationem,
num. 14. de re iud. & not. Contard. in l. 1. in 19. li-
mita. nu. 16. C. ſi de momen. poſſ.

Et quamuis ſit multum controuerſum, an a de-
a creto de exequendo detur appellatio, communis
5 tamen opinio eſt, quam & nos ſequimur, † quod
appellare non liceat, vt teſtatur Alexan. in conſi. 65.
lib. 2. Dec. in c. nouit. de appel. & Anton. Gab. lib. 2.
de appellat. concl. 4. quod maxime procedit, quan-
do ex eo nihil noui grauaminis inducitur, Ruin.
conſi. 78. lib. 5.

Immediata enim cauſa appellandi ſeu recurren-
6 di eſt † ipſum grauamen, quo ceſſante ceſſat etiam
appellatio ſeu recurſus vt tradit Fran. in c. cum ceſ-
ſante, col. 1. & in c. cum ſpeciali, nu. 6, de appell. Bal.
conſi. 339. lib. 4. Bert. conſi. 32. lib. 3.

7 Concedendum † tamen eſſet, ſi aliquis exceſſus
in tali pronuncia foret, qui in prima non contine-
retur, tunc ratione exceſſus liceret recurrere (recur-
ſus enim in tali caſu magis, quã appellatio dicitur,
vt docet Rebuf. de ſenten. execut. art. 7. glo. 12. nu-
mero 10.) tradit Fely in d. cap. quod ad conſultatio-
nem num. 16.

8 Quod † quando dicatur exceſſum late no. idem,
Rebuff. d. artic. 7. gloſ. 14. & plenius per Contard,
d. l. 1. in 10. limita.

Nec obſt. allegata nullitas in genere propoſita,
9 quia huiuſmodi † interlocutoria decreta debent
impugnari, & iuſtificari ex cauſis expreſſis, & non
generalibus, clem. appellanti. de appel. no. Fran. in c.
in eccleſia. de appellat.

Nec obſtat, quod dicebatur de defectu mandati,
& quod non ſit pronunciatum ſuper toto l. in hoc
iudicio, famil. eriſcun.

Quia de vtroque contrarium patet ex actis,
quia de mandato fit fides a notario actuario, &
de conformitate ſententiæ cum petitis ſimiliter ex
10 eiſdem actis dignoſcitur, † quæ actorum euiden-
tia, & lectura inducit notoriũ. Socin. in conſilio 78.
colum. 8. libro 1. Socin. iun. conſilio 16. num. 18.
libro 1. Pariſ. conſilio 111. libro. 4. numero 7. Ne-
uiza. conſilio 81. num. 32. Aret conſilio 42. num.
11 15. & ea nulla maior probatio † datur, b. Plot. de in
b lit. iur. §. 49. num. 23.

Minus etiam refert, quod dicitur in requiſitio-
ne ſeu citatione libellata (libellata autem dicitur ci
tatio, quando continet id, ad quod actor agere in
tendit. Rebuf. de oblig. art. 6. gl. 4.) deeſſe illa ver-
ba, Ad dicendum cauſam quare laudum exequi nõ
debeat.

debeat. Quia, & ſi deſint errore forſan ſcribentis, vel in curia procuratoris dictantis omiſſa ſunt, tamen adſunt virtualiter, vt ex diſcurſu d. requiſitionis, & in eiuſdē concluſione colligitur, nec eſt no-
12 uum in iure † libellos ſuſtineri per ſubauditos intellectus, vt not. tradit Rimin. conſil. 492. num. 20. lib. 1. qui alias dicebat in conſil. 98. nu. 29. eo. lib. 1. quod interpretatio fieri debet, vt videatur deductum ius actori competens, & illud ius, quod appa-
13 ret probatum, † quia verba libelli ſunt benigne interpretanda, & non ad ſubuerſionem accipienda. Rolan. conſil. 75. nu. 12. lib. 2.

Latiſſimi enim iuris eſt materia libellorum, & late interpretantur, vt dicit add. ad Capel. Toloſa. q. 32. cuius fauore verba impropriantur. Afflict. deciſ. 77. num. 8. Rim. conſil. 98. nu. 58. lib. 1. & Paris, conſ. 113. num. 9. lib. 4.

14 Et † ineptitudo libelli tacite reſultans illum nō uitiat, teſte Iaſ. inſt. de actio. §. omniū, nu. 168. & ineptitudine tacita non obſtante pro actore indicandum fore, dixit Boer. in deciſ. 42. nu. 19.

Licet igitur deſiderentur illa verba quare laudum exequi non debeat, quæ regimen toti orationi dare videbantur, intellectuali tamen ſenſu perficitur, & ſupletur oratio tanquam plus dictum, quam ſcriptum. l. verbum volo, vbi Bald. not. C. de fidei. l. error. vbi tex. notab. C. de teſtam. per quem
15 tex. ibi Bald. dicit, † quod verbum orationis perfectiuum tacite ſubauditur pro ſubſtentatione actus ſubdens quadruplicem eſſe ſubauditionem, quam ibi more ſuo ſubtiliter declarat, & facit ad hanc intellectualem ſuppletionem, quod not. Roncagal. in rub. de duob. reis, num. 57. & 58. vbi orationem ſuppleri intellectu, qui etiam alibi in l. 2.
16 num. 59. eod. tit. dicit ſufficere libellum præſumptiue concludere.

Nec obſtat, quod alter ex DD. arbitris ſubrogatus vna die acceptauit, & alia die ſequenti, vna cū
17 alio laudum protulit, † quaſi ex temporis breuitate cauſa non cognita pronunciarit, arbitrium enim nunquam cenſetur conceſſum ſine cauſæ cognitione. Amode. de ſindi. num. 145. & ſic nulliter ad no. per Iaſ. in l. iudices, C. de iudi. & Paris, conſilio 89. num. 47. lib. 1. Octaui. Simonce. in tractat. de decret. lib. 4. tit. 7. num. 47. Iaffred. deciſ. 357. vbi limitat ſi feratur partibus præſentibus, & cōſentientibus, tunc præſumatur cauſa cognita latum. Quia attenta natura, & qualitate cauſę, quam præ manibus habebant DD. arbitri potuerunt ſatis ſuperque de vertentibus ante eos ſeſe plenarie informare eum, nec magnitudo proceſſuum, nec iuriū allegatio eos moraretur, ſed in facto magis, quam in iure principalis cognitio verſabatur. Vnde non eſt credendum DD. arbitros viros alioquin peruigiles, & oculatos, & Doctores non vulgares dum veritatem examinarent, in culpam deuenire voluiſſe, authen. vt de fu. feu. fun. in princip. & argu. l. certi, C. de iudi. & ſic cauſa cognita ad laudandum credendum eſt proſiliſſe, cap. Abbate ſane, de verborum ſignifica. Crauet. conſil. 179. num. 1. Decia. conſilio 296. in fin. late. Menoch. de arbit. iud. lib. primo, quæſtione 42. numero 9.

Et ad ita pronunciandum eo libentius acceſſimus, quia agebatur de æqualitate ſeruanda inter
18 ſorores, pro qua † lex ſemper multum laborat teſte. Soc. iun. conſil. 147. num. 38. lib. 2. late Socin. in l. ſi ita legatum. de cond. & demon. & Paris conſil. 92. lib. 1. num. 23. & 106. nu. 12. eod. lib. Rebuff. in conſtit. regni. in tit. de inquiſitio. art. 1. gl. 1.

Non obſt. quod dicebatur laudum eſſe latum ad probationes faciēdas, quia vere fuit latum ex probationibus factis, & per eos cognitum de errore, & in æqualitate d. primi laudi declarando, & corrigendo illud eſſe reducendum ad æqualitatem mediantibus æſtimatoribus, & peritis, qui ad rationē fructuum, & reddituum d. partes adæquent.

Neque ſimiliter refragabatur prædictis, quod æſtimatio, & electio peritorum pro adæquatione facienda veniebat poſt tempus laudi reductiui, & ſic poſt expiratam iuriſdictionem arbitrorum, argum. not. per Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 7. num. 43.
19 quia arbitri poſſunt in eorum laudo apponere conditiones, & modos reſpicientes futurum tempus. c. Quintaualle. de iureiur. & ibi Bald. notat, & Natta, conſil. 248. num. 5.

ANNOTATIONES.

a Detur appellatio. Vide Magon. ſupra deciſ. 18. num. 1. vbi ſcripſi.

b Ea nulla maior probatio datur. Sicut & per euidentiam loci. l. ſi irruptione. ff fin. reg. Afſl. deciſ. 23. num. 6. Quia oculorum inſpectio eſt probatio, quæ derogat omni generi, vel ſpeciei probationum. Calcan conſil. 8. nu. 7. Curt. iun. conſil 70 num. 18. Hieron. de Mont. in tract. de finib. cap. 30. num. 4. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ dicitur exceptio litis finita, & facultatem appellandi tollit.*
2 *Ratificatio appellationis debet fieri intra decem dies datos ad appellandum.*
3 *Confeſſus, & conuictus non appellat.*
4 *Forma non ſeruata actus corruit.*
5 *Iudicatum dici non poteſt ab eo, qui ius dicendi non habet.*
6 *Nullitas procedens ex defectu iuriſdictionis non cenſetur excluſa a ſtatuto excludente exceptiones nullitatis.*
7 *Ignorantia in delictis excuſat in his maxime, quę de iure gentium, vel communi non ſunt delictum.*
8 *Qualitas qualificās dictum ab eo, qui ſe fundat in ea, probanda eſt.*
6 *Statuta pœnalia dicuntur tacitam habere cōditionem videlicet ſi delicta dolo committantur.*
10 *Statuta pœnalia in his, quæ non ſunt delictum, de iure communi non ligant ignorantes.*
11 *Ignorantia in dubio præſumitur, vbi ſcientia non probatur.*
12 *Dolo ceſſante ceſſat pęna.*
13 *Dolus allegari debet, & deduci.*
14 *Vbi quis accuſatur de crimine, quod ignorantia excuſare poſſet, debet accuſans allegare, & probare ſcientiam, alias præſumitur ignorantia ad excluſionem doli.*

15 *Delictum commiſſum per ignorantiam nunquam punitur, vbi ſcientia eſt de forma.*
16 *Credulitas excuſat.*
17 *Cauſa quantumcunque beſtialis excuſat a dolo.*
18 *Dolus plerumque ſine lucro non committitur.*
19 *Defenſio omni iure debetur.*
20 *Iudex etiam irrequiſitus debet ſtatuere terminum reo ad faciendas ſuas defenſiones.*
21 *Impedito non currit tempus ad appellandum.*
22 *Impedimentum eſt duplex iuris, & facti.*
23 *Impedimentum per teſtes poteſt probari.*
24 *Impeditus, an debeat mittere procuratorem, vel proteſtari, ardua quæſtio.*
25 *Pœna non eſt, vbi negligentia abeſt.*
26 *Impeditis, & carentibus negligentia leges ſuccurrunt.*
27 *Appellatio præſumitur facta intra decem dies datos ad appellandum.*
28 *Idem de ratificatione præſumitur.*
29 *Appellatio a coniuncta perſona interpoſita poteſt ratificari poſt decem dies.*
30 *Ignorantia craſſa ſcientiæ comparatur, nu. 32.*
31 *Præſumitur quis eſſe de eo loco in quo reperitur.*
32 *Scientia ex craſſa ignorantia reſultans, non eſt proprie ſcientia ex proprietate ſermonis, ſed per extenſionem.*
33 *Culpa lata dolo non comparatur in pœnalibus dolum expreſſè requirentibus.*
34 *Lex, qui cum alio contrahit de reg. iur. non habet locum in criminalibus.*
35 *Ignorantia facti alieni excuſat eum, qui ſcire non tenetur.*
36 *Confeſſo non eſt deneganda defenſio, quia contra confeſſionem plura probari poſſunt.*
37 *Notario credendum eſt in concernentibus officium.*
38 *Lex, ſtatutum, decretum, ſeu ordinamentum per non vſum, & contrario vſu tollitur, & non ligat.*

ARGVMENTVM.

De ignorantia in delictis præſumenda, in his maxime, quæ non ſunt delictum de iure gentium, vel communi, & de defenſione reis danda etiam confeſſis, & non requirentib.

DECISIO XLIX.

PVBLICO Lucenſis ciuitatis decreto cauetur nemini licere ſub certa pœna forenſi oleū vendere, & quod forenſis nō dicatur is, qui familiariter habitet cum ciuitate, vel territorio.

Cuius vigore commiſſarius villæ Collodi ſub prætextu ſecreti accuſatoris proceſſit contra quoſdam de dicta villa, vti transgreſſores decreti præfixi eo, quod oleum vendidiſſent cuidam Andreæ forenſi. Qui inquiſiti ad oportunas D. Cōmiſſarij interrogationes reſpondendas faſſi fuerunt ei oleum vendidiſſe, *ilqual Andrea, diceua di ſtare a Controne contado di Luca, ma al parlare pareua Lombardo,* ſubdentes in eorum conſtitutis, *che ſe haueſſero ſaputo, che foſſe ſtato foraſtiero, non gli l'harebbero venduto.*

Qua confeſſione ſic habita D. Cōmiſſarius nullo præſcripto termino ad ſe defendēdum eos condemnauit in pœnam ſcut. 72. licet in copia tradita non appareret niſi de ſcut. 64. & facta notificatione huius ſententiæ illis in carceribus emancipatis ſtatim notarius dictæ villæ ſe abſentauit per dies 12. ita, quod non valuerunt appellare intra legitima tempora, & ſententia in iudicatum tranſijt.

Interim viſa abſentia notarij, & impedimento carceratorum durante decendio ad appellandum conceſſo, coniunctę perſonæ eorundē ad noſ d. noīe prouocarunt inſtantes præceptū fieri d. D. Commiſſario de excarcerando illos recepta fideiuſſione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, vt factum fuit.

Qui ſic excarcerati, quam primum in noſtro Rotæ Auditorio comparuerunt ratificantes geſta quæcunque, quæ ipſorum coniunctorio nomine acta fuerunt, & proſequentes appellationem, vt ſupra interpoſitam, plura contra illos excitabantur a procuratore fiſcali.

1 Primo opponebatur † exceptio rei iudicatæ, quæ dicitur exceptio litis finitæ. Crauet. conſi. 79. nu. 2. & victo appellandi facultatem tollit Philip. Franc. in c. non ſolum, in princ. num. 9. de appell. in 6. Boer. conſ. 44. nu. 4.

2 Itē, quod † ratificatio, a quæ ad id neceſſaria erat,
a non eſt facta intra legitima tempora decem dierum, vt in terminis firmat Guid. Pap. deciſ. 13. & 346. & in conſ. 124. num. 8.

3 Tertio, quod vti † confeſſi, & conuicti appella-
b tionis præſidio priuantur, b vt no. in can. in quemquam 2. q. 1. & in l. 2. C. quo. appell. non recipi. Roma. in ſing. 625. & not. Franch. in cap. cum ſpeciali. de appell.

Quarto, quia non ſoluerunt integre datium pro tota ſumma condemnationis, vt ex forma decreti ſoluere debebant; ſoluerant enim ad rationem ſcut.
4 64. non autem 72. & ſic nulliter non ſeruata † forma decreti, cap. cum dilecta, vbi Felyn. de reſcript. cum concordant per Tiraq. de retr. conſang. §. 8. gl. 3. & glo. 7. nu. 1.

Vltimo dicebat de incompetentia iuriſdictionis vigore alterius decreti diſponentis, quod a ſententijs officialium villarum non ad Rotā, ſed ad MM. DD. Antianos appellandum ſit; iuriſdictionis autē
5 defectus nullitatem actorum parit, † quia iudicari dici non poteſt ab eo, qui ius dicendi non habet. l. 1. §. fi. ad Tertull. l. 1. §. hæc verba ff. quod quiſque iuris, quæ nullitatis exceptio ex defectu iuriſdictionis
6 manans eſt adeo potens, vt † ſub ſtatuto, vel alia diſpoſitione nullitatem reijciente non includatur, glo. in clem. 1. de ſeq. poſſ. Alex. conſ. 79. in fi. lib. 7. late Vant. de nullit. ex defect. iuris ordin.

In

Digitized by Google

In contrarium pro inquiſitis appellantibus dice-
batur nos verſari in actu, qui de ſui natura non ſit
de genere prohibitorum, nec damnatus a iure com-
7 muni, in quo † ignorans non ligatur, vt ex commu-
ni opin. tradit Socin. in cap. a nobis, numero 48. de
ſent. excom. videlicet in venditionis contractu. l. ex
hoc iure. ff. de iuſt. & iu. & in venditione rerum ſua-
rum, quarum de iure vnuſquiſque eſt moderator &
arbiter l. in re mandata. ff. manda.

Quam olei venditionem ſtatuentes noluerunt
funditus prohibere, ſed moderare pro bono publi-
co, ne ſi extractioni non reſiſtant, mendicare cogan-
tur ab alijs, quod ipſi affluenter abundant. Ita quod
non ipſe actus vendendi delictum ſit, ſed qualitas
emptoris forenſis delictum informet.

8 Et ideo † iſta qualitas qualificans actum ab illo,
qui in ea ſe fundat, probãda eſt, alias qualificata di-
ſpoſitio locum non habet. Io. And. in c. 1. de homi.
in 6. Rimin. conſi. 427. numero 41. Bart. in l. 1. ff. ne
quid in flu. pub. Boſſ. in tit. de delicto, numero 4. Se-
nat. Pedemont, deciſ. 88. num. 6. & poſt alios rela-
tos Rimin. iun. conſil. 10. num. 44.

Oportebat igitur pro parte fiſci deduxiſſe, &
probaſſe iſtos non ſolum forenſibus vendidiſſe, ſed
9 † ſcienter illis vendidiſſe, quia ſcientia, & contrauen
tio contemptũ parit, & dolum inducit ſine quo de-
licta non dicuntur cõmitti cum omnia ſtatuta pœ-
nalia eam tacite ſemper habere dicantur conditio-
nem, ſi dolo cõmittãtur. Bart. in l. quod Nerua, col.
6. ff. depoſi. & in l. 1. §. non autem ff. ſi quis teſta. lib.
eſſe. Cephal. conſ. 76. nu. 70. & 140. nu. 32. Tiraq. de
10 mitig. pen. cauſa 13. nu. 10. ſtatuta † pœnalia in his
maxime, quæ de iure cõmuni non ſunt prohibita,
non ligant ignorantes. Caſtr. in l. 1. ff. de legib. Ruy.
11 conſ. 185. nu. 9. lib. 2. & † in dubio ignorantia præ-
ſumi debet, vbi ſcientia non probatur, l. verius de
probatio. cap. præſumitur de reiu. in 6. Henr. Bou.
ſing. 44. in verb. præſumptio, num. 40. Rimi. iu. con-
ſil. 1. num. 1.

12. Ceſſante † autem dolo conſecutiua quoque pœna
euaneſcit l. reſcriptum de his quibus, vt indi. Bar. in
tract. q ſint Rebell. in verbo temerario. Crauet. conſ.
319. nu. 15. & hoc eſſe regulare, dicit Clau. Bar. in reg.
82. & 83. crim. cũ concord. per Aemil. cõſ. 2. nu. 64.

Scientiam vero dolus hic deſiderari, & præalle-
gata iuris præſumptio indicat, & ipſiuſmet fiſci in
curia ſeu negligentia demonſtrat, propterea quod
dolus non ſolum non fuit probatus, ſed ne quidem
13 deductus † & allegatus prout allegari debuit ex do-
ctrina Bart. in l. omnes. C. de agri. & cenſi. lib. 11.
Ang. in l. 1. C. de nili. aggeri. Dec. in conſil. 62. Barba.
conſil. 51. & 62. lib. 4.

14 Vbi enim quis, † de crimine accuſatur, quod
ignorantia poſſit excuſare, debet accuſans exprime
re, & articulare quod ſcienter commiſerit, alias ad
excluſionem delicti præſumitur ignorantia, vt in
locis præcitatis, & per Dec. conſil. 189. Alexan.
conſil. 28. lib. 4. Alcia. de præſump. 1. 3. reg. & dicit
Angel. in d. l. 1. fuiſſe quendam liberatum eo quod
non fuit articulatum ſcienter bannito opem dediſ-
15 ſe. Et ideo † ſingulariter dicit Bald. in cap. ſi Ca-
pitanei qui. mo. feu. ami. quod delictum cõmiſſum
per ignorãtiã nunquam punitur, vbi ſcientia eſt de
forma, ſequitur Socin. in cap. licet, num. 23. de pen.
Immo curia habet pro conſtanti hos vendidiſſe o-
leum aſſerenti ſe habitatorem Controni, & aſſocia-
to ab alio, d. loci incola, quo fit, vt non improbabi-
16 lis † credulitas inducta ſit ad eos excuſandum, arg.
not. per Ang. in l. 1. in princ. ff. de eo per quem fac.
eſt, vbi quælibet credulitas quantumcunque fatua
excuſat a pęna doli, idem in l. plagij. C. de plagia.
& no. Imol. in l. inſula; de verb. oblig. cui proximum
17 eſt illud de † cauſa etiam beſtiali doli excluſiua, c
c ſecundum gloſſ. & ſcribentes in cap. venerabilis
de cõſuetud. Alex. conſ. 80. nu. 7. lib. 6. & 240. nu. 8.
eod. lib. 6. Rom. conſil. 466. late Iul. Clar. in pract.
crim. quæſt. 60. & dicit Grat. conſil. 50. Reuerendiſ-
ſimi, nu. 77. lib. 1. quod quælibet leuis cauſa excu-
ſat a dolo.

Accedebat pro appellantibus quod plerumque
18 † dolus ſine lucro committi non ſolet. Corn. con-
d ſil. 217. colum. fin. lib. 4. Crauet. conſil. 8. numero 9.
ſed iſtis venditoribus nulla inde ſpes lucri refulſit,
cum tanti vendiderint hanc emptori, quanti alijs
incolis, & cohabitatoribus vẽdidiſſent merito doli
præſumptio ceſſat. Aemil. conſil. 32. ſub num. 51. &
eleganter. §. fin. cum l. ſeq. ff. ibi Bar. ff. de dolo. Præ-
terea deducebatur pro inquiſitis nullitas proceſſus
e ex capite non datæ defenſionis procedens, qui ma-
19 ximus eſt, vt omnes faciunt, cum defenſio † non
ſolum iure naturali nobis ſit præordinata, ſed etiã
ab ipſo iure municipali præſeruata lib. 4. cap. 39. &
lib. 5. cap. 5. ſtatutorũ, & eſt adeo fauorabilis, quod
20 † leges religionem iudicantis aſtringant ad illam
decernendam etiam non petentibus, & ita per to-
tum mundum ſeruari dicit Boſſi. in tit. de ſentent.
num. 1. & in tit. de confeſ. numero 10. Iul. Clar. in
pract. crim. §. fin. quæſt. 49. verſic. eſt igitur, & ita
alias ex iſto capite defenſionis non datæ, Rota Lu-
cenſis de anno 1569. annullauit proceſſum in cau-
ſa quorundam Aromatariorum, & iterum de anno
1571. in alia cauſa communitatis Vitrianæ.

Et per iſta concluſum fuit tum ex capite nullita-
tis quam iuſtitiæ fuiſſe bene appellatum, & male
iudicatum.

Non obſt. primum obiectũ de re iudicata, quia
21 ſtante legitimo † impedimento, & carcerationis,
& abſentiæ notarij, tempus ad appellandum non
currit eo durante l. 1. in fin. C. de anna. exce. §. ſi
quis epiſcopus, in auth. de ſanct. epi. cap. 1. de præ-
ſcrip. Dec. conſil. 677. col. 1. Beninca. de pauper.
q. 7. de iudi. 3. ſpecia. num. 3. & ſeq.

22 Impedimentum autem ſicuti duplex † eſt & iu-
ris, & facti, vt inquit. Rebuff. ſuper conſt. regni.
de reſciſſio contra gloſ. 23. ita vtrunque in appel-
lantibus concurrebat.

Facti enim quia vinculis detinebantur, iuris au-
tem quia ſtante abſentia notarij cuius copia habe-
ri non poterat, l. 1. §. dies ff. quan. appel. ſit. Bart. de
repreſal. 2. quæſt. princ. num. 12. Franc. in cap. fin.
de appellat. non poterat alius notarius de aliquo
actu rogari obſtante alio decreto.

Google

23 Quæ impedimenta † per teſtes concludenter pro-
babantur prout legitime ſic probari poſſe teſta-
tur. Soci.iun.conſi.79.nu.14.lib.1.Paris conſi.5.lib.
4.& 34.lib.Menoc. de arbit. iud.lib.2. caſu 118.Re
buff. de excuſat.num. 61.

Nec facit prout nonnulli exiſtimabant debuiſ-
ſe ſaltem per iſtos proteſtari, vel procuratores tranſ-
mittere ad ſe defendendum, & excuſandum.

24 Quia, & ſi illa quæſtio † de proteſtatione ab im-
pedito facienda ſit ſatis dubia, vt per Rebuff. in
præcitato loco, num.51. & de procuratore pariter
mittendo ſit multum difficilis, & intricata teſte eo-
dem Rebuff. ibi. num. 68. & de vtraque late. Afri.
Pioell. in auth. Niſi.C.de bon. mat. & negatiue re-
ſponderit Berb. in conſil. 18. lib.2. & de communi
opi. Mſinge. obſeru.58.cen. 14. ac eſſe de conſilio;
quod mittatur excuſator ad nunciandum iudici im
pedimentum, tradit Iaffr.deciſ.16.

Tamen dato, quod alterum, vel vtrunque face-
re debuiſſent, neutrum aſſequi potuerint ſtãte præ-
dicta notarij abſentia, & decreto antedicto.

Proteſtatio enim, & procuratorium ſine rogitu
notarij fieri non poterant, iuxta ritum Lucenſem:
vnde non eſt, quod illis foret imputandum, nam
25 † non eſt pęna, vbi non eſt negligentia. Bald.in d.
26 authen. niſi Iaſ. conſi. 118.col.fi. lib. 4. † carenti-
bus negligentia, ac impeditis iura ſubueniunt.l.nõ
enim.ff.ex quib. cau.ma. Rimi.iun.conſi.74.num.
22.& conſi.45.nu.65.

Non obſtat ſecundum de ratificatione, quia iſti
ratificarunt, quam primum potuerunt, & fuerunt
ſoluti a carceribus; & ſicuti tempus appellandi in-
cipit currere a die ſcientiæ non a die late ſententię,
27 & in dubio † appellatio pręſumitur interpoſita
28 intra decem dies a die ſcientiæ, ita, & † ratificatio
a die ſcientię interpoſitę appellationis fieri debet,
& intra decem dies a die ſcientiæ facta præſumitur
ad Franc.in c.bone, num.20.de appella. & ita decla-
rat Speculat. titu.de appell.§.1.num.7. & egregie.
Oldra.conſi.130.num.12.

Immo plus dicit ad propoſitum. Bald. in Mar-
29 garita verbo coniuncta perſona, † quod appella-
tio per coniunctum interpoſita poteſt ratificari, e-
tiam poſt decem dies, ſecus ſi interponatur ab alio
negociorum geſtore.

Non obſtat tertium de confeſſo, quia confeſ-
ſio potius eos iuſtificat, quàm condemnet dum, di-
cunt vendidiſſe oleum aſſerentes ſe habitatorem
Controni.

Et quamuis loquela Longobarda videatur eos
30 conſtituiſſe in quadam † craſſa ignorantia, quæ
ſcientiæ comparatur, ca.eos de tempo.ord.c. cum
inhibitio.§.1.de cland.de ſpon.cap.fi.§. vbi autem,
& ibi glo. de offi.deleg.cum inde potuerint coijce-
re emptorem eſſe forenſem, quia loquela ſua ma-
nifeſtum faciebat.

Tamen ex ſimplici loquela, non ideo iſti crede-
re debuerunt illum eſſe Forenſem, cum ſe incolam
profiteretur, & ab incolis aſſociatus: & a communi
ter accidentibus, vt experientia docet, innumeros
alienigenas relicto patrio ſolo in hoc dominio cum
laribus, & familia ad hab tandum ſe conferre, &
31 maxime, ex quo † emptor erat in territorio Lu-
cenſi, præſumebatur incola, & habitator, arg. not.
per Ang. in l.ſi cum exceptione.§.in hac, ſub nu.3.
ff.quod met.cau. Alciat.15.præſump.primæ reg.

Et dato, quod ex loquela emptoris poſſent ali-
quo gradu ſciẽtiæ conſtitui, adhuc in dolo nõ ſunt,
32 nec pęnam merentur, quia huiuſmodi † ſcientia
ex craſſa ignorantia reſultans non eſt propria, ſed
præſumpte ſcientia, non ex proprietate ſermonis,
ſed extenſiuè, & in pœnalibus non fit extenſio de
caſu ad caſum de vero ad fictũ, vt in terminis ſupi-
næ ignorantiæ tradit Io. Crot. in c.in animarum,
col.3.de conſtitutio.in ſexto.

33 Et in ſtatutis † pœnalibus tacite, vel expreſſe do
lum requirentibus culpa & ſi lata, dolo non æqui-
f paratur f Deci. conſ. 37.nu.8. Iaſ. in l.ſi quando C.
vnde vi. Cooarru.de ſponſa.2. par.c.6. Burſa.conſi.
67.nu.8.Tiraq.de pen.temp.cauſa 14.nu.7.

Neque eis imputandum eſt, quod non ſatage-
rint certificari de conditione illius, cum quo con-
trahebant.l.qui cum alio.ff.de regu.iur.gloſ. in l.ſi
locus.ff.de acq.poſſ.& l.ſi duo. vbi Caſtr.eod.titu.
34 quia † d.l.qui cum alio, & ſimiles non procedit in
criminalibus, vt ibi not. Deci. nu.4. maxime in fa-
ctis a iure non damnatis. Felin.in cap.ſi vero.& in
c.a nobis, il primo.de ſent. excom. Adden. ad Deci.
d.l.qui cum alio. Neque aliqua officij neceſſitate
exigente huiuſmodi diligentiam facere cogebatur
merito, &c. arg.not.per Rip.lib.2.reſpon.c.12.nu.
2.Grat.in conſi.12.col.fina in conſi.25.col.1.& in
35 conſi.42.col.3.lib.1. vbi ignorantia † facti alieni
non excuſat eum, qui illud ſcire tenetur, ſecus au-
tem in eo, qui non eſt obligatus inquirere, quoniam
tunc ignorantia excuſat, nec requiritur nimia cu-
rioſitas. Soci.in c.ad falſariorum, nu.52.de cri. falſ.&
in c.apoſtolicæ, de cleri.excommu.

Præterea etiam confeſſo, & conuicto defenſio
36 non eſt deneganda, † quia poſſunt multa cõtra con
feſſionem probari. Paris de Put.de ſind. in verſ.con-
demnatio.c.4.nu.14.Poſſt.de conf.nu.10.Iul.Clar.
pract.crim.§.fi.q.65.55.& 149.& ſpecialiter, ideſt
prouiſum, lib.4.ſtatutorum.c.39.cum an renunciari
poſſit per reum, tradit remiſſiue Hipp.in pract.cri.
§.quoniam, num.51.

Non obſt.quartum de datia integre non ſoluta,
quia ſolutio fuit facta ſecũdum exẽplum ſentẽtiæ
37 a notario traditum, † cui credendum erat in concer
nentibus ſuum officium, qui ſi errauit, parti non eſt
imputandum. Bald.in l.errores. C.de erro. aduo.&
propterea iuxta formam decreti de materia loquen-
tis appellatio procedebat pro ea parte, que datia
ſoluta erat, & fuit reſeruatum ius fiſco integrans
exigendi cum quarto pluri.

Minus ẽt faciebat in contrarium exceptio incom-
38 petentiæ, quia † decretum illud non fuit vſu rece-
g ptũ, g & non ligat. Alex.conſ.132.viſa, nu.1.lib.1.
Dec.conſ.262.ad fi. Paris conſ.104.in præſenti, nu.
69.lib.1.Couar.varia reſolu.lib.2.c.16.nu.6.verſic.
quinto, quia dicitur habere in ſe tacitam conditio-
nem, ſi vſu recipiatur. Rimi.iun.conſ.52.nu.58.im-

mo

imo contrarius vſus extitit, ex quo Rota erat in quaſi poſſeſſione procedendi in ſimilibus cauſis, ideo non attendendum, gloſ. in §. igitur. in proce. inſtit. in verbo diſuetudine. Abb. in cap. cum Ioannes de cler. coniug. num. 10. Iaſ. in l. de quibus, ff. de legib. Alex. d. conſilio 131. Ruin. conſil. 143. lib. 3. Cagno. in proce. ff. Natta, conſil. 254. num. 6. Neuiza conſil. 58. num. 9. Cepha. conſil. 442. numero 108. Alberi. conſil. 27. num. 1.

ANNOTATIONES.

a Quod ratificatio. Vide late ſupra Magon. deciſ. 6. num. 21.

b Appellationis præſidio priuantur. Quia ſi appellarent cenſerentur id facere animo differendi executionem, cum tales in cauſa appellationis, nec contrarium probare, nec de aliquo errore docere poſſent, conuictus enim per claras probationes confitendo non dicitur errare, ſed veritatem cum confeſſione conſonare. Bald. in l. addictos, C. de epiſcop. aud. & hac ratione hoc appellatio dicitur friuola, & ideo de iure communi tolli poteſt. Ang. Aret. in tract. maleſic. in verb. præſente. Gaio num. 16. vbi dicit, quod iudex peccaret ſi executionem differet propter huiuſmodi appellationem, & hæc eſt communis opinio, de qua teſtatur. Roland. conſilio 73. num. 26. lib. 3. poſt Angel. & Imol. in l. creditor. §. iuſſus. ff. de appell. Clar. §. fin. prac. crim. q. 94. in princip. amplia, vt nec audiatur appellans is, qui habitus fuit pro confeſſo. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure Aret. in c. inquiſitionis de accuſa. Auguſt. Arimin. in add. ad Ang. loco præcitato, ſed contrarium eſt verius, quod tenuit Bald. ſibi contrarius in d. l. ita demum, in fi. C. de procur. vbi contumax, qui habetur pro cōfeſſo, & condicto poteſt appellare, ſequitur Corn. conſ. 194. col. fin. vol. 1. Aret. ſibi contrarius. conſ. 146. col. 3. cum alijs per Roland conſ. 46. num. 30. lib. 9. Nos autem in ſtatu eccleſiaſtico contra confeſſos, vt appellare non poſſit, nec admittantur ad beneficium actualis depoſiti, quinimo, quod iudex a quo poſſit procedere ad executionem, non obſtante appellatione, ac inhibitione inde a quocunque iudice ſecuta, abſq; incurſu alicuius pœnæ, habemus motum proprium fel. rec. Pij V. reformat. alterius motus proprij Pij IIII. de appel. ſub anno 1566. Quem motum proprium, vt ex eius lectura apparet maxime ubi fiſcum noſtrum, quomodolibet concernentibus, &c. declara demum procedere, quoad cauſas criminales fiſcum, & cam. apoſt. concernentes, & reſpectu eius intereſſe, non autem, quoad cauſas alias criminales, quarum pœnæ applicarentur, vel communitatibus, vel alijs temporalem iuriſdictionem habentibus in aliquibus oppidis ſeu caſtris, abſque eo, quod fiſcus, & cam. apoſt. aliquid in illis intereſſe habeant, prout in ſimili motu proprio declarat Thob. Non. præcep. ment. conſil. 110. num. 9. & ita proximis diebus vidi obſeruatum coram illuſtriſſ. Dom. Magiſtratu, ciuit. Vrbiſuet. in cauſa cuiuſdam Philip. de Caſt. S. Venantij iuriſd. d. magiſtratus pro beneficio confeſſo contra eccleſiam, non tamen conuicto.

c Doli excluſiua, ſed quando quis cognouerit cauſam eſſe iniuſtam, & beſtialem, & in illa perſeuerat dicitur in dolo. l. 3. § is qui neſcit. ff. de liber. hom. ex lib. Iaſ. conſil. 179. lib. 1. Nat. ad Alex. conſil. 92. num. 6. lib. 4.

d Dolus ſine lucro. Et hoc maxime procederet, ſi damnum emergeret. Tiber. Decian. conſil. 59. nu. 36. lib. 2.

e Non dare defenſionis. Plene, ac omnium latiſſime, vide Rolan. conſ. 12 num. 42. vſque ad num. 69. lib. 3. & ibi per eum dicta declarat, vt iudex poſſit etiam in criminalibus defenſiones denegare, quando videt illas peti cauillandi cauſa. Tiber. Decian. conſ. 99. nu. 22. lib. 4.

f Dolo non æquiparatur. Quid ſit lata culpa, quomodo a dolo diſtinguatur, & quando dolo comparetur, & alia, vide notabiliter per Alciat. in l. magna negligentia. ff. de verbo ſignific. num. 4. & ſeq. Rimin. iun. conſ. 92. nu. 24. conſil. 210. nu. 76. Cephal. conſil. 577. num. 24. lib. 4. Decian. conſil. 85. num. 28 lib. 1.

g Non fuit vſu receptum. Et ideo recte non debuit fieri fundamentum ſuper dicto decreto, tap. in iſtis §. leges 4. diſt. &c.

traditur per gloſſ. Abb. & alios, vbi etiam Felyn. in cap. 1. de treg. & pac. Quod procedit etiam ſi fuiſſet iuratum ſeruare ſtatuta tam edita, quam edenda, quia tale iuramentum non extenditur ad ſtatuta moribus vtentium non recepta, vel per contrarium vſum, & conſuetudinem abrogata, quæ propterea non dicuntur amplius ſtatuta, l. derogatur, ff. de verborum ſignif. & notatur in § penul. prohem. inſtitution. immo iurans ſeruare ſtatuta, non tenetur ſeruare ea, quæ tempore iuramenti erant in viridi obſeruantia, ſi poſtea contingat ea tolli ſtatuto, vel conſuetudine contrarijs, etiam ſi per ſuperiorem fuiſſent confirmata, vt habetur late per Rip. reſpon. 2. num. 3. cum pluribus ſequen. quod non procedit ſi in confirmatione eſſet clauſula decreti. Rip. ibi d. num. 6. ſuper quo vltimo poſt Barto. & Decio. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure, vide plene diſcurrentem, & per plures columnas declarantem notabiliter profecto more ſuo Bolognett. numero 112. cum plurib. ſequen. multa etiam dicit Franc. Sarmien. lib. 3. Selectar. interpretat. cap. 14. ſed non diſcedas a Bolognett. qui ſemper loquitur iuxta communes Doctorum traditiones, & ego antecollectis ad l. humanam, C. de legibus aliqua adnotaui.

SVMMARIVM.

1 *Ex interuallo repetitus ſuper facto de præterito, cui præſens fuit, ſi variet a primo examine, an dicatur falſarius.*
2 *Repetitio teſtis, an de iure fiat.*
3 *Teſtis varius, & contrarius de falſo, an puniatur.*
4 *Teſtis de falſo conuincitur per alios teſtes.*
5 *Teſtis deponens de facto ipſo præſente, cum non ſit verum, de falſo punitur.*
6 *Falſum dicitur mutatio veritatis.*
7 *Teſtis dicens verum, tamen ex falſa cauſa ſcientiæ, falciſo magis, quam falſum dixiſſe dicitur.*
8 *Veritas negotij, an excuſet falſum deponentem.*
9 *Teſtium probatio non eſt de neceſſitate proceſſus.*
10 *Iudex non tenetur animum ſuum ad vnum genus probationis applicare.*
11 *Affinitas negata præſumitur negata ignoranter.*
12 *Sine dolo falſitas non committitur.*
13 *Affinitas qualiter probanda.*
14 *Affinitas negata, vt teſtem de falſo arguat oportet, ſit talis, quod eum a teſtimonio repellat.*
15 *Falſitas non cadens in ſubſtantialibus, an ſit punibilis.*
16 *Teſtis falſo deponens verum, qua pœna puniatur.*
17 *Temeritatis pœna leuis eſt.*
18 *Carceratio longa, & expenſarum grauitas interdum loco pœnæ habetur.*
19 *Calumnioſus dicitur quis eo ipſo, quod non probat accuſationem.*
20 *A præſumpta calumnia quomodo quis excuſetur remiſſiue.*
21 *Mutua victoria parit mutuam expenſarum remiſſionem.*

ARGVMENTVM.

De teſte verum falſo tamen deponente, & qualiter puniatur.

De hoc late Ant. Gabr. de crimin. Concluſio 33.

DECISIO L.

GEMINIANVS de Cardoſio de pace rupta inquiſitus, a MM. DD. Antianis condemnatus fuit in pœnam 50. ſcut. contra quem fuerant inter alios examinati Baptiſta Bononiẽſis, & Antonius Gregorij. Quos cum falſum depoſuiſſe prætenderet, de falſo accuſauit coram Mag. D. Prætore, a quo abſoluti fuerunt, & ipſe querelans in pœnam non probantis accuſationem condemnatus. Et ad nos ab huiuſmodi ſententia prouocando ſic de falſitate accuſatorum oſtendebat: dicebat enim hos in primo eorum examine dixiſſe; *hauer viſto Geminiano alzar il braccio con vn martello, ma non ſapere ſe menaſſe botta alcuna*, repetiti uero coram MM. DD. AA. dixerunt, *che lo videro percuotere, ma non ſapere in che parte del corpo coglieſſe*. qua pro-
1 pter tanquam teſtes † ex interuallo repetiti ſuper
facto de præterito, cui præſentes fuerunt, qui dixerint
ſcire, quod in primo examine neſcire profeſſi
fuerant, contrarij, & varij deprehenduntur, nec ex-
a cuſari poſſunt prætextu obliuionis, a ſicuti fieret ſi
depoſuiſſent in facto de præterito, cui non fuerunt
præſentes, ita quod dici poſſet, quod potuerint poſtea
ab alijs melius informari. Bald. in cap. 1. de controuer. inueſti. Aret. in conſ. 71.

2 Nec erat vis facienda † in repetitione, quia & ſi
b dubitetur apud Doctores, an fieri poſſit b: ad inſtantiam
tamen iudicis fieri poſſe firmauit Ant. Gabr. in
concluſ. crimin. 28. num. 24. vnde videbatur dicen-
3 dum iſtos † vt varios, & contrarios de falſo fore pu-
niendos. l. eos. de falſ. Alex. in conſil. 280. num. 11.
lib. 2. Iul. Clar. in pract. crimin. §. falſum. verſ. teſtis.
qui, & in q. 53. verſ. 3. caſus.

4 Et vltra variationem de falſo arguebantur † per
teſtes numero plures Ant. Columbi in ſingul. 7. Iul.
Clar. in dicto §. falſum, verſic. conuincitur, qui deponebant
Geminianum non percuſſiſſe, nec percutere
potuiſſe, & quod accuſati non interfuerant
5 rixæ, vnde deponendo † de facto ipſis præſentibus
cum præſentes non fuerunt, falſum dicunt, & de
falſo tenentur. Curt. ſen. in conſ. 55. num. 21. Vltra
quod dicebantur conuicti de falſo eo, quia interrogati,
an eſſent affines vulnerati, id negarunt, cuius
contrarium ex proceſſu conſtabat. l. qui falſa, vel
varia. ff. de teſtib.

In contrarium allegabatur veritas facti aliunde
probata, qua ſtante non poſſunt dici falſum depo-
6 ſuiſſe cum † falſum ſit mutatio veritatis. Auth. de
inſtrum. caut. & fide in princip. & licet ex eorum
depoſitione eliciantur duæ propoſitiones, quarum
vna ſit vera, quod Geminianus percuſſerit, alia falſa,
quod ipſi percutere viderint, non tamen falſum
depoſuiſſe dicendum eſt; licet falſam ſcientiæ cauſam
reddiderint, quæ facit vt eorum dictum non
valeat, non autem quod pœna falſi teneantur, quia
hæc eorum falſa depoſitio nihil noui producit, ſed
productum comprobat, vnde in iſtis terminis con-
7 cludunt Doctores, teſtes magis † falſo, quam falſum
deponere, & pœnam falſi non incurrere. Anchar.
in conſilio 24. numero 5. Felyn. in conſil. 48.
Boſſ. de falſ. num. 122. Natta, in conſil. 132. num. 5.
quicquid contra ſentire videatur. Soc. in cap. 1. nu.
8 63. de crim. falſi, dum dicit † veritatem negotij non
excuſare ab eo, quod quis falſum dicit, qui intelligi
debet de pœna extraordinaria temeritatis, ut infra
dicetur. Accedebat pro inquiſitis, quod Geminianus
pœnam, in qua condemnatus fuit, ſoluerat,
& ſic confiteri videbatur vera eſſe, quæ contra eum
intentabantur. l. ad ſolutionem. C. de execut. rei
iudicat.

Nec obſtare dicebatur, quod ſententia contra Geminianum lata fundaretur ſuper falſa atteſtatione dictorum querelatorum, & ideo eos teneri ad damna, & intereſſe per Geminianum inde paſſa. Quia veritas huius negotij contra Geminianum aliunde conſtabat, quam ex depoſitione dictorum teſtium.

Neque apparebat, quod ſententia ſe expreſſe re-
9 ferret ad acta, & ideo † cum teſtium probatio non
ſit de neceſſitate proceſſus, vt inquit Bart. in l. pro-
10 latam. C. de ſent. potuit † iudex, qui non tenetur
ad vnum genus probationis animum ſuum applicare,
moueri ad iudicandum alijs de cauſis etiam in
proceſſu non expreſſis, ut not. Dec. conſilio 234. &
275. col. pen. Afflict. deciſ. 28. & 47. Tiraq. in leg. 1.
connub. glo. 7. nu. 184. Rimin. iun. conſ. 39. in præſenti,
num. 4.

Parum quoque vrgebat affinitas negata, quia multipliciter reſpondetur.

11 Primo † præſumi ignoranter negatam quia ſine
c ſcierit iura ſanguinis, & non animo decipiendi, c ut
12 in terminis tradit Ang. conſ. 94. & ſine dolo † falſum
non committitur. Bart. in l. quid ſit. ff. de falſis,
& de commu. opin. Burſat. conſ. 111. nu. 14.

13 Secundo † affinitas, (quæ negata dicebatur) non
fuit per querelantem probata, nam in quo principaliter
agitur ex iſto capite de falſo non ſufficiebat,
quælibet ſimplex informatio, ſed articulari probari
oportebat per gradus diſtinctos, & ſpecificate per
teſtes, ſufficientem cauſæ rationem reddentes, cum
affinitas non cadat in aliquem ſenſum corporis, vt
not. Anchar. conſ. 52. pro clariori. Tiraq. de retract.
conſang. §. 1. glo. 16. num. 1. & debent teſtes incipere
a communi ſtipite; ut docet Abb. in cap. tua nos.
de conſang. ſequitur Natta, in conſ. 588. ſtatutum,
num. 3. vel aliter per inſtrumenta, ut tradit Aemil.
conſ. 57. diuino, num. 3. etiam ſi verbis enunciatiue
eſſent probata Barbat. conſil. 14. lib. 3. & maxime,
quando inſtrumenta eſſent plura. Felyn. in ca. cum
cauſam. de probat.

Vltra, quod non omnis affinitas, quæ negata eſ-
14 ſet hos falſi ſuſpectos redderet, † ſed talis eſſe debet,
quæ teſtes repelleret a teſtificando, alias eorum dicta
nõ reijciuntur, nec de falſo puniri poſſunt. Bal.
in

in l.ſi ex falſis, numero 15. C.de tranſact. Monti. in Repert.de teſtib.car.33.in verbo falſarius,ubi alios citat.

Tertio prætenſa falſitas ex negata affinitate non
15 cadebat in † ſubſtantialibus negotij principalis, & ſic de falſo non puniebilis, vt eſt commune dictum noſtrorum ſecundum Soc.iun. conſil.102. num. 6. lib. 3. Menoch. de arb. iud. libro 2. cent. 4. caſu 303. quod in æternum dicit eſſe notabile. Iaſ. in l.ſi ex falſis, ſub num. 10. C. de tranſact. licet extraordinariè puniatur, vt dicit Aretin. ſing. 78.

Et ita concluſum fuit pro querelatis tanquam falſo magis quam falſum deponentibus reformando ſententiam ad fauorem querelantis, quem a pœna non probantis accuſationem abſoluimus.

Dubium tamen faciebat, quia ſecundum Ancha. Felin. Boſſ. & alios prætitatos iſti ſic falſo deponen-
16 tes, licet falſi pœnam euadant, † pœnam tamen temeritatis, & ſic extraordinariam non effugiunt, & tradit Ang. in l.plagij, C. ad l.Flaui. de plagia.
17 Temeritatis † pœna, & ſi grauis non ſit. l. eum quem temere. ff. de iudic. Crauet. conſ. 46. de ſtylo, num. 10. impunis tamen eſſe non deberet.

Sed attenta ruſticitate, bona fama eorum. Gram. conſ. 90. num. 8. & attenta concordia inter eos ſe-
18 cuta, ac diuturna † carceratione, & expenſarum grauitate arbitrati ſumus illam temerarij pœnam fore, & eſſe purgatam, & compenſatam, argum. eorum quæ not. Tiraq. de pœn. temp. cauſa 41.

Potuerunt etiam moueri iſti teſtes ad ita deponendum ex vehementi credulitate, & ex auditu, ita quod plene excuſandi eſſent. Ang. d. l. plagij, & no. Becci. in conſ. 78. num. 30.

Abſoluimus Geminianum a pœna non probantis inſtitutam accuſationem, quia & ſi videretur eſ-
d ſe in præſumpta calumnia d † eo ipſo quod non pro-
19 bauit, glo. in c. 2. de calumnia, & ibi Abbat. & Felin. Bart. in l. 1. ad Turpil. Salyc. in l. 2. C. de calumnia. Rota Bono. deciſ. 46. ſub num. 2. Menoch. de arbitr. lib. 2. cent. 4. caſu 321. num. 18.

Tamen ſtante varietate, & contrarietate dictorum teſtium, & ſtantibus teſtibus per querelantem productis, eum ſatis excuſabilẽ eſſe exiſtimauimus ex authoritate nobis tributa a ſtatuto lib. 4. cap. 16.
20 † de qua excuſatione a præſumpta calumnia, late Soc. d. cap. 2. de calumnia ubi ponit e limitat.
e Abſoluimus vtramque partem ab expenſis † ob
21 mutuam victoriam ſecundum glo. & Doct. in l. generaliter, §. primo, C. de reb. credit. Archidia. in cap. cordi, de appellatio. in ſexto, Alexand. conſilio 212. numero 7. libro 7. Iaffre. deciſ. 8. Natta conſil. 489. dum agitaretur. Bero. conſilio 135. præſuppoſito, num. 7. lib. 2.

ANNOTATIONES.

a Prætextu obliuionis. Vide ſupra Magon. deciſ. 42. num. 10. vbi ſcripſi, & deciſ. 43. nu. 9. 17.

b An fieri poſſit. Vide Clar. §. fi. pract. crimin. quæſt. 45. verſic. ceterum ſi reus, ſed hodie maluit practica quod facto proceſſu informatiuo per curiam non datur copia iudiciorum reo petenti, niſi prius habeat teſtes ad informationem Curiæ examinatos pro rite, & recte examinatis, & ratio habetur pro Foller. in pract. crimin. in verb. detur copia, ſub num. 5. vltra Clar. de quo ſupra. Reus vero ſiue eius procurator pro celeriori expeditione comparet, & habendo teſtes pro rite, & recte examinatis proteſtatur ſibi ſaluum fore ius repetendi eum ſuis Interrogatorijs, ac ſaluis exceptionibus, quo caſu an ſint repetendi cum interrogatorijs ad inſtantiam partis, quicquid ſit de iure communi, de conſuetudine non ſit repetitio. & ideo pro inquiſito non datur interrogatoria, teſtatur Clar. d. § fina. quæſtio. 43. verſic. item quæro, quia teſtes habiti pro ritè, & rectè examinati habentur pro repetitis. Capic. deciſ. 74 & quia procuratores proteſtantur ſibi ſaluum fore iura repetendi, vt ſupra, quæ proteſtatio reſeruat iura proteſtantis. Rimin. conſil 391. num. 14 & vbiqua paſſim Doct. idea in Ciuitate noſtra Vrbis ſuet. toto tempore meæ aduocationis ſemper vidi ſeruari, quod ſcilicet, teſtes pro Curiæ informatione examinati, & habiti a parte pro ritè, & rectè examinatis, cum dicta proteſtatione, ſi pars voluerit, & inſtiterit repeti, ac dederit interrogatoria, repetantur abſque contradictione, & practica hęc magnam ſapit æquitatem, tum quia per eam ſit reditus ad ius commune. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ff. de adult. iunct. glo. in l. ſi fina verb. ab aduerſario. ff. de interroga. actio. Spec. in tit. de teſtib. §. iam de interrogator. viden. numero 8. vbi dicit, quod in omnibus cauſis ſiunt interrogatoria. Foller. in pract. crimin. verb. recipiantur defenſiones, numero 32. vbi licet primo dicat de ſtylo omnium curiarum ſeruari contrarium, tamen dicit ſe in aliquibus locis vidiſſe ſeruari ius commune. Corrad. in ſua pract. titu. de interrogatio. num. 3. tum etiam, quia ſic fauetur defenſioni, eorum quę maxime debet iphæterenſibus iudicare debemus, qui nemine etiam petanti reorum defenſiones quærere debet. Marſil. in prac. crimin §. nunc videndum. num 8. § ſequitur, numero 83. & in §. occurrunt circa ſin. Iacob. Nouell. in tract. ad defenſ. titu. an inditia pro reo danda ſint. num. 17. car. mihi ſecundum paruam impreſs. 51. quid ſi ritè ac rectè fuerint teſtes examinati, vtique repetitio fugienda eſt, prout tradit Clar. loco præcit. quæſtio. 53. verſic. 4. eſt caſus in fide. Quid ſi in copia indiciorum decreta teſtes fuerint habiti pro ritè, & rectè examinatis, & copiæ in longum protrahantur, & pars denuo inſtatur. vide Hierony. Gabr. conſil. 178. nu. 16. lib. 1.

a Et non animo decipiendi. Immo negans ſe conſanguineum probata parentela ſtatim dicitur de falſo conuictus, quia non eſt hic probabilis error. Natta. conſilio 59. ſub nu. quarto, allegat Bart. conſilio 88. incip. in quæſtio, inter Franciſcum.

d In præſumpta calumnia. Et quando calumniator debeat condemnari, & an poſſit condemnari in eodem proceſſu, quę ſit præſumpta calumnia, quæ vera, & quando calumniator in expenſis condemnatur latiſs. Clar. §. fin. pract. crimin. quæſt. 62. verſ. ſed nunquid vſque in finem quæſt. Calumniari autem eſt falſam cauſam ſcienter intendere ſeu dicere 2. quæſt. 3. §. notandum. tot. tit. de calum. l. athletas. §. calumniator. ff. de infam. Card. Zabarel. in cle. et calumnię, de re iudic.

e Ab expenſis. Quod etiam in criminalibus fiat de victo condemnatio expenſarum. Marſil. ſing. 107. & in l. patre. num. 38. ff. de quæſt. & eſt communis opinio. Aret. & Felin. in capit. accedens extra de accuſatio. Didac. pract. quæſt. cap. 26. numero 2. vbi dicit hoc eſſe paſſim receptum, quicquid contrarium tenuerit Lanfranc. in capit. quoniam contra in verb. expenſę, numero 3. de probat. & Anan. in d. cap. accedens, ſed ſunt videnda, quæ ſcripſi in recollectis ad l. properandum. §. ſine autem, verſic. 4. intelligas. C. de iudic. ubi hunc articulum late explicaui conſiderando quatuor caſus. licet hodie huiuſmodi condemnatio expenſarum male a iudicibus obſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quantumcunque generalis ſine indiuiduo mandato non poteſt facere actum, per quem dominus*

nus conſtituens incidere poſſit in pœnam.

2 *Speciale mandatum requiritur, vbi dominus pœnæ periculum ſubire poteſt.*

3 *Ratio quare in prædictis requiratur ſpeciale mandatum.*

4 *Quale eſſe debeat d. mandatum ſpecificum, & an in eo ſit dicendum quod poſſit procurator facere incidere dominum in pœnam.*

5 *Conuentionalis pœna in compromiſſis adiecta eſt de iure exigibilis.*

6 *Reductio laudi ſine ſpeciali mandato a procuratore nõ petitur.*

7 *Mandatum generale cum libera ſpeciali comparatur, num. 18.*

8 *Ampliatur etiam in habente generale mandatum ad vnum negocium.*

9 *Amplia tam in contractibus quam in iudicijs.*

10 *Reductio laudi loco appellationis eſt, & numero 19.*

11 *Aequalitas ſeruanda.*

12 *Ratificatio expreſſa, vel tacita an ſufficiat in mandato generale, vt in pœnam dominum obligari poſſit.*

13 *Patientia loco mandati habetur.*

14 *Tacitus conſenſus ratificationem inducit.*

15 *Dubij euentus ratione permittitur quod alias non concederetur, num. 24.*

16 *Procurator agens actum vigore vnius mandati inſufficientis non poteſt actum conualidare vigore alterius mandati ſufficientis.*

17 *Quod potui, nolui quod volui, adimplere nequiui.*

19 *Reductio laudi in pluribus diſconuenit ab appellatione.*

20 *Mandatum ſimplex quodlibet ſufficit ad appellandum, ſecus ad petendam reductionem laudi.*

21 *Conſueta, & ſolita pro appoſitis habenda, & quæ veniunt ex natura contractus cenſentur ſemper appoſita, licet ſint omiſſa.*

22 *Speculatoris authoritas maxima.*

23 *Doctoris authoritas probabilis non neceſſaria.*

24 *De actu dubio, & dubio euentu ad impediendum actum iudicatur ſicuti de certo.*

25 *Ratificatio extra tempus appellandi, & recurrendi non tenet.*

26 *Ratificatio iuri interim quæſito non nocet.*

27 *Ratificatio in iudiciarijs poſt ſententiam non tenet niſi in præiudicium ratificantis.*

28 *Appellatio perperam interpoſita ad incommodum appellantis tenet.*

9 *Inducta in fauorem alicuius, in odium eius retorqueri non debent.*

ARGVMENTVM.

Ad faciendum incurrere dominum conſtituentem in pœna, cuius natura mandatum requiratur.

DECISIO LI.

EX mandato Illuſt. Collegij Dominorum Antianorum Lucenſis ciuitatis fuit factum compromiſſum inter Commune, & homines villæ Montis Fegateſij ex vna, & commune homines villę Cõtroni ex altera de & ſuper declaratione, & dilucidatione terminorũ ac laudi ſub inde antiquitus lati, & ad hæc facienda fuit electus arbitrũ ſpect. Ioannes Maſſeus agrimenſor, qui ſuã inde interdictas partes protulit arbitralẽ ſententiã.

A qua ſentientes ſe grauatos Sindici, & procuratores M. Fegateſij coram Iudice ordinario tamquam coram bono viro reductionem a d. laudo interpoſuerunt, qui non obſtante exceptione ab illis de Controno allegata (videlicet aduerſarios non debere audiri, cum non haberent ſpeciale, & indiuiduum mandatum ad petendum d. reductionem propter quam conſtituentes potuiſſent incidere in pœnam compromiſſo conuentam) pronunciauit ad vlteriora procedi debere.

Et reclamantibus illis de Controno emiſſa voce recurſus ad nos confugerunt allegaotes ad oſtenſionem grauaminis illam ſatis notam iuris Theoricã:
1 Quod procurator quantumcunque generalis† non
poteſt ſine ſpeciali indiuiduo mandaro ad ea appo-
nere manus, per quæ Dominus conſtituens in pœ-
nam cadere poſſet, quia non cenſetur talia habuiſ-
ſe in mandatis l. ſi procurator. de condi. indebi. & ibi
Iaſ. nor. & tradunt doct. in l. 3. §. ſi procurator. ff.
quod quiſque iu. & ibi Curt. iun. de communi opi.
teſtatur, refert, & ſequitur Anch. q. 44. num. 2. idem
Curt. conſ. 29. nu. 15. 1. par. & conſi. 149. num. 9. 2.
par. Rimin. conſ. 33. nu. 38. lib. 1. Alexan. conſi. 18.
nu. 3. lib. 6. idem Rimin. conſ. 21. lib. 1. & 373. lib. 2.
Rol. conſ. 43. nu. 11. lib. 1. & conſ. 71. nu. 12. eod. lib.
Turna. in commu. opin. c. 66. & Suarez. ad commu.
opin. in verbo procurator, nu. 309. Rebuff. de ſenten.
execut. art. 7. gl. 13.

Quod vero vbi vertitur tale periculum pœnæ re-
2 quiratur † ſpeciale mandatum, & indiuiduum not.
Iaſ. in l. iuſiurandum quod ex conuentione ſub nu.
4. de iureiur. ſequitur Rebuff. in concord. in tit. de
elect. derога. in fi. vbi plus dicit ex mente Calcane.
conſ. 77. non poſſe ratificari illud idem comprobat
Natta conſ. 445. in fin. Iaſ. in l. præſes, nu. 14. C. de
tranſact. Aret. in §. præterea. nu. 26. inſti. de excep.
& poſt Albert. Curt. iun. in l. 3. §. ſi procurator, nu.
13. quod quiſque iur. vbi de communi teſtatur.
3 Et ea deprehenditur ratio † quia non ad com-
a modum conſtituentis[a] in hac ſpecialitate, & indi-
uidua forma deſideratur, ſed ad vtilitatem, & com-
modum aduerſarij, ne ſub generalitate verborum
deceptus excludatur a petitione pœnæ dicente do-
mino ſe non intellexiſſe ei dare tantam, & talem
authoritatem, ut tradit Bart. in l. filiusfam. col. 2.
num. 11. ff. de donat. cuius doctrinam multum com-
mendari ab Anch. Caſtr. & Rom. dicit Iaſ. in d. l. iuſ-
iurandum ſub num. 4. de iureiur.

Nec

Nec ita exacte ac ſpecifice id id intelligi debet, vt
verba præciſe ſonent, quod dominus incidere poſ-
4 ſit in pœnam, ſed † ſufficit in mandato fieri mentio
nem de particulari actu, per quem poſſit poſtea dñs
hoc pœnę periculum ſubire, vt firmat Benin. deciſ.
94. & no. Aemi. conſ. 117. nu. 10. vbi declarat, quo-
modo intelligi debet ſpeciale mandatum.

Et quod talis pęna compromiſſo conuēta poſſet
in caput domini redundare, ſi procurator exceptio-
nes contra laudum, & compromiſſum a domino fa
ctum proponat, affirmat ſe pluries practicaſſe. Bart.
in l. ſi procurator de cond. indeb. refert ibi Iaſ. nu. 4.
de quo articulo late bened. Capra. in tract. regu-
larum, concluſio 70.

5 Quæ pęna † conuentionalis, quod ſit de iure exi
gibilis circa materiam compromiſſi, tradit Rebuff.
in conſt. regu. de arbi. artic. 1. gloſſ. 5. num. 22. & in
tit. de ſenten. execu. artic. 1. gloſſ. 18. num. 1. pul-
chre Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 260. nu.
21. & 22. Alex. conſ. 51. col. 1. lib. 2. & ſtatutorum.
L. C. cap. 70. lib. 2.

Et in terminis ad petendam reductionem, quod
6 ſine † ſpeciali mandato per procuratorem peti non
poſſit, allegabatur deciſio. Lanfran. de arb. in 7. par.
nu. 42. & latius nouiſſime conſulendo in terminis
firmat Bero. conſil. 25. col. 1. & 2. lib. 3.

In contrariū pro illis de Monteſegateſio ad con-
firmationem d. pronunciç, adducebatur alia ſimilis
iuris concluſio, quod mandatum generale cum libe
7 ra, † mandato ſpeciali æquiparetur, b l. mandato,
b vbi Bart. de procu. & ſufficere in his etiam, quæ ſpe
ciale mandatum requirunt, firmat Bald. in l. illud.
§. 1. de mino. & Alex. in l. præſes, C. de tranſact. Dec.
conſil. 404. & 692. Sebaſt. Vant. de nulli. ex defect.
mand. num. 87. Soc. iun. conſ. 148. lib. 2. Aret. in §.
præterea, colum. 24. de except. Alexand. conſil. 22.
col. pen. lib. 4. & conſil. 133. lib. 6. Ruyn. conſil. 95.
col. 2. lib. 5.

Quod non tantum procedit in habente manda-
8 tum generaliter cum libera, † ſed etiam ſi habeat in
vno negocio tantum, vt firmat Ruyn. d. conſil. 93.
num. 6.

9 Et non tantum in contractibus † quantū in iudi
cijs, vt poſt relatos no. Iacob. Nouel. ad reg. vtri. iur.
in reg. 91. Tiraq. de ret. conſan. §. 1. gl. 13. nu. 32.

Pro quibus vltra generale mandatum cum libe-
ra faciebat etiam quod interponentes reductionem
expreſſe habebant in mandato facultatem appellā-
di, & propter conformitatem reductionis, quam ha
bet cum appellatione videbatur idem ius ſtatuen-
10 dum. reductio enim † loco appellationis ſubrogata
eſt ſimilis appellationis habetur, & illius ſpecies re-
putatur. Afflict. deciſ. 51. Marant. in ſuo Spec. in 2.
actu, num. 10. l. non diſtinguemus, §. cum quidam
de arb. Soc. conſ. 220. lib. 2. nu. 4. Roma. conſ. 265.
Lanfran. de arb. in prin. num. 32.

Accedebat, quod d. pęna qua dominus illaquea-
ri poſſet, potuit etiam exigi ab ipſis comparentib.
cum ſit pecuniaria, merito non repellendi ad not.
per Iaſ. in d. l. ſi procurator in prima fallentia, num.
17. de cond. indeb.

Nec deerat pro iſtis de Monte Fegateſio illa re-
11 rum viciſſitudo, & rationabilis † æqualitas, quod
ſicut ſine ſpeciali mandato ijdem comparentes obli
garunt commune prædictum in d. compromiſſo ad
pęnam, ita etiam eiſdem licere deberet ſine ſpecia-
li mandato de incerto dict. pęnæ incurſu experiri
toto tit. quod quiſque iuris, &c.

Vlterius ad corroborationem eorum, quæ pro
hac parte dicuntur, allegabatur ratificatio ſubſecu
ta per d. commune M. Fegateſij, de qua in manda-
12 to procuratorio in perſonam procuratoris, quæ † ra
tificatio facit ceſſare metum aduerſarij a Bartolo
conſideratum, in d. l. filiusfamil. de donat. & tu-
tum illum reddit de exactione pœnæ in caſu vi-
ctoriæ.

Quinimo plua dicunt doct. in iſto articulo, quod
nedum expreſſa ratificatio habilitat procuratorem
ad hunc actum faciendi dominum in pœnam eade
13 re, ſed ſufficit etiam tacita, quia † patientia loco
mandati habetur tex. eſt in d. l. ſi procurator de con
di. indeb. & ibi firmat. Iaſ. alios allegans, in 2. & 3.
col. dicens id expreſſe tenere Gemi. in c. cum qui de
præbend. in 6. idem tradit Rebuff. in concord. de pa
14 cifi. poſſeſſ. num. 136. vbi per † tacitum cōſenſum
dicit conſtituentem procuratoris facto obligari ad
ea etiam illicita, quæ alias ſub mandato non com-
prehendebantur.

Et ſic cū tacitus conſenſus, & domini conniuen
tia ſufficiat abſque illa formali, & ſolemni ratifica-
tione ſequi videbatur, poſſe ſemper, & quandocun
que d. conſenſum, & tacitam ratificationem prçſta
ri. l. ſi. C. ad macedo. cum concord. per Tiraq. in legi
bus connub. gl. 6. num. 1.

Vtebantur præterea huius ſententiæ defenſores
eodem, quo vſus eſt Alexand. argumentandi modo
dicētes iſte non eſt de caſibus enumeratis per Spe-
cula. de procu. §. 1. num. 4. verſic. item quod licet
habeat, vbi recenſet caſus, quibus ſpeciale manda-
tum requiratur, ergo ſumus in regula, quod gene-
rale cum libera ſufficiat, ita arguit in terminis Ale
xand. in conſil. 133. lib. 6. num. 2. Accedebat, quod
erat incertum, an pœna committeretur cum finis
15 litis non ſit certus, & propterea † ratione dubij e-
uentus deberet admitti, quod alias non eſſet ad-
mittendum. Caſtrenſ. in l. de fideicommiſſo, C. de
tranſact.

Viſum tandem fuit inclinare pro recurrentibus
de Controno mandatumque generale, cum libera
illorum de M. Fegata ſio minus ſufficiens ad prędi-
cta reputabam ex primo loco adductis, ac etiam,
quia fuit animaduerſum tempore interpoſitæ redu
ctionis interponentes habere in eorum perſona plu
ra mandata ſub diuerſis diebus, ac ad diuerſos ef-
fectus ab eodem notario confecta. Qui cum com-
paruerint vigore mandati ſub die 27. Iulij, eoque
vſi fuerint in petitione reductionis, idque ſolum
cantet ad accipiendum mutuo pecunias propter li-
tes, quas habent conſtituentes cum illis de Contro-
no, non potuerunt poſtea alijs mandatis ſeſe tueri,
16 quia † agens actum limitatè virtute vnius manda-
ti inſufficiētis, non poteſt ex alio ſufficienti man-
dato

ARGVMENTVM.

De reductione laudi, &
De libello ſubſtituendo per impropria
tionem uerborum.

DECISIO XLVIII.

VERTENTE lite, & contro-
uerſia inter D. Lucretiã, & D.
Pãtaſileam ſorores de Burlama
chis, de & ſuper diuiſione bo-
norum communiũ facto com-
promiſſo, iuxta formam ſtatu-
ti, fuit tandem per DD. arbi-
tros latum laudum cum reſeruatione authoritatis
emendandi, & corrigendi.

Pro parte D. Pantaſileæ coram eiſdem arbitris
petita fuit reductio, & correctio d. laudi tanquam
illam enormiter grauantis: Qui DD. arbitri refor-
mantes, & emendantes illud inter cætera declara-
runt, & mandarunt deueniendum eſſe per d. par-
tes ad electionem peritorum, & æſtimatorum pro
adæquatione facienda certorum bonorum, de qui-
bus in laudo, & in quibus D. Pantaſilea ſe læſam
prætendebat.

Succeſſiue inſtante D. Pantaſilea coram D. Iudi-
ce ordinario contra D. Lucretiam ad dicendum cau
ſam quare laudum exequi non debeat, & ad dan-
dum cedulam ſuſpectorum, & confidentium pro fa-
cienda æſtimatione, & adæquatione præfata D. Iu-
dex (primarum inſtantiarum, ſic enim hodie Lucæ
nuncupatur iudex ordinarius) pronũciauit in exe-
cutionem d. laudi deueniendum fore ad dandum
dictam cedulam.

Ab huiuſmodi ſententia ad nos recurſum ha-
buit D. Lucretia, quam ex proxime dicendis male
recurriſſe, & bene iudicatum declarauimus.

Moti, quia decretum D. iudicis a quo ueniebat
ad executionem laudi reducti, quod iam vires iu-
dicati aſſumpſerat per cap. Rotæ. 52. & a quo non
fuit reclamatum, neque petita reductio per d. Do.
Lucretiam, & ſic executionem merebatur cũ quæ-
1 libet † ſententia, a qua non appellatur, quæve in
rem iudicatam tranſit, executioni demandanda ſit.
l. 4. §. ſi ex conuentione, ibi manebit ordo executio-
nis de re iud. tradit Pariſ. conſ. 16. lib. 4. num. 4. Re-
buff. de ſent. execu art. 7. glo. 9. numero 1. de laudo
Grat. conſ. 34. lib. 1. & ad Contar. in l. 1. in notab
num. 9. & 18. C. de moment. poſſ.

Alias fruſtra laboraretur pro obtinenda ſenten-
2 tia † ſi eius executio redderetur eluſoria, quod fie-
ri non debet. Pariſ. conſ. 105. lib. 1.

3 Et paſſim maiorum inſtitutis monemur † ob-
uiãdum eſſe, quod per cauillationes oppoſitas exe-
cutio non impedietur neque retardetur, ne dũ lis
creditur finita, eius praua inſtantia duret. l. termina
to. C. de fruct. & lit. expen. l. fratris. C. de tranſact.

Cum igitur ſupradicta ſententia ſe habeat exe-
cutiuo ad laudum, & in omnibus cum eo conformis
ſit, non videtur ab ea recurri potuiſſe, prout nec ab
ipſo laudo recurri poterat, & per conſequens ſicu-
ti laudo parendum erat: ita huic ſentẽtiæ ſtandum,
quæ nullum nouum affert præiudicium, nec ab ea
grauamen incipit (ſi quid extet,) ſed a laudo ad no.
per Caſtrenſ. in l. ab executore in princ. ff. de appe.
& ibi ſcribentes.

Vnde dicebat Bal. in l. ſi cum exceptione. §. hæc
autem actio. ff. quod met. cau. quod vbi ſecunda ſen
tentia eſt executiua primæ, tunc ſi a prima non po-
teſt appellari, nec etiam a ſecunda, & ibi Ang. ratio-
4 nem reddit dicens, † quia hæc ſecunda non plus
grauat, quam principalis per gl. not. d. §. hæc autem
quam ſequitur Fely. in c. quod ad conſultationem,
num. 14. de re iud. & not. Contard. in l. 1. in 19. li-
mita. nu. 16. C. ſi de momen. poſſ.

Et quamuis ſit multum controuerſum, an a de-
a creto de exequendo detur appellatio, communis
5 tamen opinio eſt, quam & nos ſequimur, † quod
appellare non liceat, vt teſtatur Alexan. in conſi. 65.
lib. 2. Dec. in c. nouit. de appel. & Anton. Gab. lib. 2.
de appellat. concl. 4. quod maxime procedit, quan-
do ex eo nihil noui grauaminis inducitur, Ruin.
conſi. 78. lib. 5.

Immediata enim cauſa appellandi ſeu recurren-
6 di eſt † ipſum grauamen, quo ceſſante ceſſat etiam
appellatio ſeu recurſus vt tradit Fran. in c. cum ceſ-
ſante, col. 1. & in c. cum ſpeciali, nu. 6. de appell. Bal.
conſi. 339. lib. 4. Bert conſi. 32. lib. 3.

7 Concedendum † tamen eſſet, ſi aliquis exceſſus
in tali pronuncia foret, qui in prima non contine-
retur, tunc ratione exceſſus liceret recurrere (recur-
ſus enim in tali caſu magis, quã appellatio dicitur,
vt docet Rebuf. de ſenten. execut. art. 7. glo. 12. nu-
mero 10.) tradit Fely in d. cap. quod ad conſultatio-
nem num. 16.

8 Quod † quando dicatur exceſſum late no. idem,
Rebuff. d. artic. 7. gloſſ. 14. & plenius per Contard.
d. l. 1. in 10. limita.

Nec obſt. allegata nullitas in genere propoſita,
9 quia huiuſmodi † interlocutoria decreta debent
impugnari, & iuſtificari ex cauſis expreſſis, & non
generalibus, clem. appellanti. de appel. no. Fran. in c.
in eccleſia. de appellat.

Nec obſtat, quod dicebatur de defectu mandati
& quod non ſit pronunciatum ſuper toto l. in hoc
iudicio, famil. erciſcun.

Quia de vtroque contrarium patet ex actis,
quia de mandato fit fides a notario actuario, &
de conformitate ſententiæ cum petitis ſimiliter ex
10 eiſdem actis dignoſcitur, † quæ actorum euiden-
tia, & lectura inducit notoriũ. Socin. in conſilio 78.
colum. 8. libro 1. Socin. iun. conſilio 16. num. 18.
libro 1. Pariſ. conſilio 111. libro. 4. numero 7. Ne-
uiza. conſilio 81. num. 32. Aret conſilio 42. num.
11 15. & ea nulla maior probatio † datur, b, Plot. de in
b lit. iur. §. 40. num. 23.

Minus etiam refert, quod dicitur in requiſitio-
ne ſeu citatione libellata (libellata autem dicitur ci
tatio, quando continet id, ad quod actor agere in
tendit. Rebuf. de oblig. art. 6. gl. 4.) deeſſe illa ver-
ba, Ad dicendum cauſam quare laudum exequi nõ
debeat.

debeat. Quia, & ſi deſint errore forſan ſcribentis,
vel in curia procuratoris dictantis omiſſa ſunt, ta-
men adſunt virtualiter, vt ex diſcurſu d. requiſitio-
nis, & in eiuſdē concluſione colligitur, nec eſt no-
12 uum in iure † libellos ſuſtineri per ſubauditos in-
tellectus, vt not. tradit Rimin. conſil. 492. num. 20.
lib. 1. qui alias dicebat in conſil. 98. nu. 29. eo. lib. 1.
quod interpretatio fieri debet, vt videatur dedu-
ctum ius actori competens, & illud ius, quod appa-
13 ret probatum, † quia verba libelli ſunt benigne
interpretanda, & non ad ſubuerſionem accipienda.
Rolan. conſil. 75. nu. 12. lib. 2.

Latiſſimi enim iuris eſt materia libellorum, &
late interpretantur, vt dicit add. ad Capel. Toloſa.
q. 32. cuius fauore verba impropriantur. Afflict. de-
ciſ. 77. num. 8. Rim. conſil. 98. nu. 58. lib. 1. & Paris,
conſ. 113. num. 9. lib. 4.

14 Et † ineptitudo libelli tacite reſultans illum nō
uitiat, teſte Iaſ. inſt. de actio. §. omniū, nu. 168. &
ineptitudine tacita non obſtante pro actore iudi-
candum fore, dixit Boer. in deciſ. 42. nu. 19.

Licet igitur deſiderentur illa verba quare lau-
dum exequi non debeat, quæ regimen toti oratio
ni dare videbantur, intellectuali tamen ſenſu perfi
citur, & ſupletur oratio tanquam plus dictum,
quam ſcriptum. l. verbum volo, vbi Bald. not. C. de
fidei. l. error. vbi tex. notab. C. de teſtam. per quem
15 tex. ibi Bald. dicit, † quod verbum orationis per-
fectiuum tacite ſubauditur pro ſubſtentatione a-
ctus ſubdens quadruplicem eſſe ſubauditionem,
quam ibi more ſuo ſubtiliter declarat, & facit ad
hanc intellectualem ſuppletionem, quod not. Ron
cagal. in rub. de duob. reis, num. 57. & 58. vbi ora-
tionem ſuppleri intellectu, qui etiam alibi in l. 2.
16 num. 59. eod. tit. dicit ſufficere libellum præſum-
ptiue concludere.

Nec obſtat, quod alter ex DD. arbitris ſubroga-
tus vna die acceptauit, & alia die ſequenti, vna cū
17 alio laudum protulit, † quaſi ex temporis breuita-
te cauſa non cognita pronunciarit, arbitrium enim
nunquam cenſetur conceſſum ſine cauſæ cognitio
ne. Amode. de ſindi. num. 145. & ſic nulliter ad no.
per Iaſ. in l. iudices, C. de iudi. & Paris, conſilio 89.
num. 47. lib. 1. Octaui. Simonce. in tractat. de de-
cret. lib. 4. tit. 7. num. 47. Iaffred. deciſ. 357. vbi li-
mitat ſi feratur partibus præſentibus, & cōſentien-
tibus, tunc præſumatur cauſa cognita latum. Quia
attenta natura, & qualitate cauſę, quam præ mani-
bus habebant DD. arbitri potuerunt ſatis ſuper-
que de vertentibus ante eos ſeſe plenarie infor-
mare eum, nec magnitudo proceſſuum, nec iuriū
allegatio eos moraretur, ſed in facto magis, quam
in iure principalis cognitio verſabatur. Vnde non
eſt credendum DD. arbitros viros alioquin perui-
giles, & oculatos, & Doctores non vulgares dum
veritatem examinarent, in culpam deuenire vo-
luiſſe, authen. vt de fu. feu. fun. in princip. & argu. l.
certi, C. de iudi. & ſic cauſa cognita ad laudandum
credendum eſt proſilijſſe, cap. Abbate ſane, de ver-
borum ſignifica. Crauet. conſil. 179. num. 1. Decia.
conſilio 296. in fin. late. Menoch. de arbit. iud. lib.
primo, quæſtione 42. numero 9.

Et ad ita pronunciandum eo libentius acceſ-
ſimus, quia agebatur de æqualitate ſeruanda inter
18 ſorores, pro qua † lex ſemper multum laborāt te-
ſte. Soc. iun. conſil. 147. num. 38. lib. 2. late Socin.
in l. ſi ita legatum. de cond. & demon. & Paris con-
ſil. 92. lib. 1. num. 23. & 106. nu. 12. eod. lib. Rebuff.
in conſtit. regni. in tit. de inquiſitio. art. 1. gl. 1.

Non obſt. quod dicebatur laudum eſſe latum ad
probationes faciēdas, quia vere fuit latum ex pro-
bationibus factis, & per eos cognitum de errore,
& in æqualitate d. primi laudi declarando, & corri-
gendo illud eſſe reducendum ad æqualitatem me-
diantibus æſtimatoribus, & peritis, qui ad rationē
fructuum, & redditu um d. partes adæquent.

Neque ſimiliter refragabatur prædictis, quod
æſtimatio, & electio peritorum pro adæquatione
facienda veniebat poſt tempus laudi reductiui, &
ſic poſt expiratam iuriſdictionem arbitrorum, ar-
gum. not. per Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 7. num. 43.
19 quia arbitri poſſunt in eorum laudo apponere con
ditiones, & modos reſpicientes futurum tempus.
c. Quintauallis. de iureiur. & ibi Bald. notat, & Nat
ta, conſil. 248. num. 5.

ANNOTATIONES.

a Detur appellatio. Vide Magon. ſupra deciſ. 18. num. 1. vbi ſcripſi.

b Ex nulla maior probatio datur. Sicut & per euidentiam loci. l. ſi irruptione. ff. fin. reg. Affl. deciſ. 23. num. 6. Quia oculorum inſpectio eſt probatio, quæ derogat omni generi, vel ſpeciei probationum. Calcan conſil. 8. nu. 7. Curt. iun. conſil 70. num. 18. Hieron. de Mont. in tract. de finib. cap. 30. num. 4. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio rei iudicatæ dicitur exceptio litis finita, & facultatem appellandi tollit.*
2 *Ratificatio appellationis debet fieri intra decem dies datos ad appellandum.*
3 *Confeſſus, & conuictus non appellat.*
4 *Forma non ſeruata actus corruit.*
5 *Iudicatum dici non poteſt ab eo, qui ius dicendi non habet.*
6 *Nullitas procedens ex defectu iuriſdictionis non cenſetur excluſa a ſtatuto excludente exceptiones nullitatis.*
7 *Ignorantia in delictis excuſat in his maxime, quę de iure gentium, vel communi non ſunt delictum.*
8 *Qualitas qualificās dictum ab eo, qui ſe fundat in ea, probanda eſt.*
6 *Statuta pœnalia dicuntur tacitam habere cōditionem videlicet ſi delicta dolo committantur.*
10 *Statuta pœnalia in his, quæ non ſunt delictum, de iure communi non ligant ignorantes.*
11 *Ignorantia in dubio præſumitur, vbi ſcientia non probatur.*
12 *Dolo ceſſante ceſſat pęna.*
13 *Dolus allegari debet, & deduci.*
14 *Vbi quis accuſatur de crimine, quod ignorantia excuſare poſſet, debet accuſans allegare, & probare ſcientiam, alias præſumitur ignorantia ad excluſionem doli.*

15 *Delictum commiſſum per ignorantiam nunquam punitur, vbi ſcientia eſt de forma.*
16 *Credulitas excuſat.*
17 *Cauſa quantumcunque beſtialis excuſat a dolo.*
18 *Dolus plerumque ſine lucro non committitur.*
19 *Defenſio omni iure debetur.*
20 *Iudex etiam irrequiſitus debet ſtatuere terminum reo ad faciendas ſuas defenſiones.*
21 *Impedito non currit tempus ad appellandum.*
22 *Impedimentum eſt duplex iuris, & facti.*
23 *Impedimentum per teſtes poteſt probari.*
24 *Impeditus, an debeat mittere procuratorem, vel proteſtari, ardua quæſtio.*
25 *Pœna non eſt, vbi negligentia abeſt.*
26 *Impeditis, & carentibus negligentia leges ſuccurrunt.*
27 *Appellatio præſumitur facta intra decem dies datos ad appellandum.*
28 *Idem de ratificatione præſumitur.*
29 *Appellatio a coniuncta perſona interpoſita poteſt ratificari poſt decem dies.*
30 *Ignorantia craſſa ſcientiæ comparatur, nu. 32.*
31 *Præſumitur quis eſſe de eo loco in quo reperitur.*
32 *Scientia ex craſſa ignorantia reſultans, non eſt proprie ſcientia ex proprietate ſermonis, ſed per extenſionem.*
33 *Culpa lata dolo non comparatur in pœnalibus dolum expreſſe requirentibus.*
34 *Lex, qui cum alio contrahit de reg. iur. non habet locum in criminalibus.*
35 *Ignorantia facti alieni excuſat eum, qui ſcire non tenetur.*
36 *Confeſſo non eſt deneganda defenſio, quia contra confeſſionem plura probari poſſunt.*
37 *Notario credendum eſt in concernentibus officium.*
38 *Lex, ſtatutum, decretum, ſeu ordinamentum per non vſum, & contrario vſu tollitur, & non ligat.*

ARGVMENTVM.

De ignorantia in delictis præſumenda, in his maxime, quæ non ſunt delictum de iure gentium, vel communi, & de defenſione reis danda etiam confeſſis, & non requirentib.

DECISIO XLIX.

PVBLICO Lucenſis ciuitatis decreto cauetur nemini licere ſub certa pœna forenſi oleũ vendere, & quod forenſis nõ dicatur is, qui familiariter habitet cum ciuitate, vel territorio.

Cuius vigore commiſſarius villæ Collodi ſub prætextu ſecreti accuſatoris proceſſit contra quoſdam de dicta villa, vti tranſgreſſores decreti præfati eo, quod oleum vendidiſſent cuidam Andreæ forenſi. Qui inquiſiti ad opportunas D. Cõmiſſarij interrogationes reſpondendas faſſi fuerunt ei oleum vendidiſſe, *il qual Andrea, diceua di ſtare a Controne contado di Luca, ma al parlare pareua Lombardo,* ſubdentes in eorum conſtitutis, *che ſe haueſſero ſaputo, che foſſe ſtato foraſtiero, non gli l'harebbero venduto.*

Qua confeſſione ſic habita D. Cõmiſſarius nullo præſcripto termino ad ſe defendẽdum eos condemnauit in pœnam ſcut. 72. licet in copia tradita non appareret niſi de ſcut. 64. & facta notificatione huius ſententiæ illis in carceribus emancipatis ſtatim notarius dictæ villæ ſe abſentauit per dies 12. ita, quod non valuerunt appellare intra legitima tempora, & ſententia in iudicatum tranſijt.

Interim viſa abſentia notarij, & impedimento carceratorum durante decendio ad appellandum conceſſo, coniunctę perſonæ eorundẽ ad noſt. noĩe prouocarunt inſtantes præceptũ fieri d. D. Commiſſario de excarcerando illos recepta fideiuſſione de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, vt factum fuit.

Qui ſic excarcerati, quam primum in noſtro Rotæ Auditorio comparuerunt ratificantes geſta quæcumque, quæ ipſorum coniunctorio nomine acta fuerunt, & proſequentes appellationem, vt ſupra interpoſitam, plura contra illos excitabantur a procuratore fiſcali.

1 Primo opponebatur † exceptio rei iudicatæ, quæ
dicitur exceptio litis finitæ. Crauet. conſ. 79. nu. 1.
& victo appellandi facultatem tollit Philip. Franc.
in c. non ſolum, in princ. num. 9. de appell. in 6. Boer.
conſ. 24. nu. 4.

2 Itẽ, quod † ratificatio, a quæ ad id neceſſaria erat,
a non eſt facta intra legitima tempora decem dierum,
vt in terminis firmat Guid. Pap. deciſ. 13. & 346. &
in conſ. 124. num. 8.

3 Tertio, quod vti † confeſſi, & conuicti appella-
b tionis præſidio priuantur, b vt no. in can. in quem
quam 2. q. 1. & in l. 2. C. quo. appell. non recipi. Roma. in ſing. 625. & not. Franch. in cap. cum ſpeciali de appell.

Quarto, quia non ſoluerunt integre datium pro
tota ſumma condemnationis, vt ex forma decreti
ſoluere debebant; ſoluerant enim ad rationem ſcut.
4 64. non autem 72. & ſic nulliter non ſeruata † forma decreti, cap. cum dilecta, vbi Felyn. de reſcript. cum concordant per Tiraq. de retr. conſang. §. 8. gl. 3. & glo. 7. nu. 1.

Vltimo dicebat de incompetentia iuriſdictionis
vigore alterius decreti diſponentis, quod a ſenten-
tijs officialium villarum non ad Rotã, ſed ad MM.
DD. Antianos appellandum ſit; iuriſdictionis autẽ
5 defectus nullitatem actorum parit, † quia iudicari,
dici non poteſt ab eo, qui ius dicendi non habet. l.
1. §. ſi ad Tertull. l. 1. §. hæc verba ff. quod quiſque iu-
ris, quæ nullitatis exceptio ex defectu iuriſdictionis
6 manans eſt adeo potens, vt † ſub ſtatuto, vel alia di-
ſpoſitione nullitatem reijciente non includatur,
glo. in clem. 1. de ſeq. poſs. Alex. conſ. 79. in ſi. lib. 7.
late Vant. de nullit. ex defect. iuris ordin.

In

In contrarium pro inquiſitis appellantibus dice-
batur nos verſari in actu,qui de ſui natura non ſit
de genere prohibitorum,nec damnatus a iure com-
7 muni,in quo † ignorans non ligatur,vt ex commu-
ni opin.tradit Socin.in cap.a nobis, numero 48.de
ſent.excom. videlicet in venditionis contractu.l.ex
hoc iure.ff.de iuſt.& iu.& in venditione rerum ſua-
rum,quarum de iure vnuſquiſque eſt moderator &
arbiter l.in re mandata.ff.manda.

Quam olei venditionem ſtatuentes noluerunt
funditus prohibere, ſed moderare pro bono publi-
co,ne ſi extractioni non reſiſtant,mendicare cogan-
tur ab alijs,quod ipſi affluenter abundant.Ita quod
non ipſe actus vendendi delictum ſit, ſed qualitas
emptoris forenſis delictum informet.

8 Et ideo † iſta qualitas qualificans actum ab illo,
qui in ea ſe fundat,probãda eſt, alias qualificata di-
ſpoſitio locum non habet. Io. And.in c.1.de homi.
in 6. Rimin.conſi.427.numero 41.Bart.in l.1.ff.ne
quid in flu.pub.Boſſ.in tit.de delicto,numero 4.Se-
nat. Pedemont, deciſ.88. num.6. & poſt alios rela-
tos Rimin.iun.conſil.10.num.44.

Oportebat igitur pro parte fiſci deduxiſſe, &
probaſſe iſtos non ſolum forenſibus vendidiſſe, ſed
9 † ſcienter illis vendidiſſe,quia ſcientia,& contrauen
tio contemptũ parit, & dolum inducit ſine quo de-
licta non dicuntur cõmitti cum omnia ſtatuta pœ-
nalia eam tacite ſemper habere dicantur conditio-
nem, ſi dolo cõmittãtur. Bart.in l.quod Nerua,col.
6.ff.depoſi.& in l.1.§.non autem ff.ſi quis teſta.lib.
eſſe.Cephal. conſ.76.nu.70.& 140.nu.32.Tiraq.de
10 mitig.pen.cauſa 13.nu.10.ſtatuta † pœnalia in his
maxime, quæ de iure cõmuni non ſunt prohibita,
non ligant ignorantes. Caſtr.in l.1.ff.de legib.Ruy.
11 conſ.185.nu.9.lib.2.& † in dubio ignorantia præ-
ſumi debet, vbi ſcientia non probatur,l.verius de
probatio.cap. præſumitur de re iu. in 6. Henr.Bou.
ſing.44.in verb.præſumptio,num.40.Rimi.iu.con-
ſil.1.num.1.

12. Ceſſante † autem dolo conſecutiua quoque pœna
euaneſcit l.reſcriptum de his quibus, vt indi.Bar.in
tract.q ſint Rebell.in verbo temerario. Crauet.conſ.
319.nu.15.& hoc eſſe regulare,dicit Clau.Bar.in reg.
82.& 83.crim. cũ concord. per Aemil.cõſ.2.nu.64.

Scientiam vero dolus hic deſiderari, & prealle-
gata iuris præſumptio indicat, & ipſiuſmet fiſci in
curia ſeu negligentia demonſtrat, propterea quod
dolus non ſolum non fuit probatus, ſed ne quidem
13 deductus † & allegatus prout allegari debuit ex do-
ctrina Bart.in l.omnes.C. de agri.& cenſi. lib. 11.
Ang.in l.1.C.de nili.aggeri.Dec.in conſil.62.Barba.
conſil.51.& 62.lib.4.

14 Vbi enim quis, † de crimine accuſatur, quod
ignorantia poſſit excuſare, debet accuſans exprime
re,& articulare quod ſcienter commiſerit, alias ad
excluſionem delicti præſumitur ignorantia, vt in
locis præcitatis, & per Dec. conſil. 189. Alexan.
conſil.28.lib. 4. Alcia.de præſump. 1.3.reg.& dicit
Angel.in d.l.1. fuiſſe quendam liberatum eo quod
non fuit articulatum ſcienter bannito opem dediſ-
15 ſe. Et ideo † ſingulariter dicit Bald. in cap. ſi Ca-
pitanei qui.mo.feu. ami.quod delictum cõmiſſum
per ignorãtiã nunquam punitur, vbi ſcientia eſt de
forma, ſequitur Socin.in cap.licet, num.23.de pen.
Immo curia habet pro conſtanti hos vendidiſſe o-
leum aſſerenti ſe habitatorem Controni, & aſſocia-
to ab alio,d. loci incola,quo fit, vt non improbabi-
16 lis † credulitas inducta ſit ad eos excuſandum, arg.
not.per Ang.in l.1.in princ.ff.de eo per quem fac.
eſt,vbi quælibet credulitas quantumcunque fatua
excuſat a pęna doli, idem in l.plagij. C. de plagia.
& no.Imol.in l.inſula;de verb.oblig.cui proximum
17 eſt illud de † cauſa etiam beſtiali doli excluſiua,
c ſecundum gloſſ. & ſcribentes in cap. venerabilis
de cõſuetud.Alex.conſ.80.nu.7.lib.6.& 240.nu.8.
eod.lib.6.Rom. conſil.466. late Iul. Clar. in pract.
crim.quæſt.60.& dicit Grat.conſil.50.Reuerendiſ-
ſimi,nu.77.lib.1.quod quælibet leuis cauſa excu-
ſat a dolo.

Accedebat pro appellantibus quod plerumque
18 † dolus ſine lucro committi non ſolet.Corn. con-
d ſil.217.colum.fin.lib.4.Crauet.conſil.8.numero 9.
ſed iſtis venditoribus nulla inde ſpes lucri refulſit,
cum tanti vendiderint hanc emptori, quanti alijs
incolis,& cohabitatoribus vẽdidiſſent merito doli
præſumptio ceſſat.Aemil.conſil.32. ſub num.51.&
eleganter.§.fin.cum l.ſeq.ff.ibi Bar.ff.de dolo.Præ-
terea deducebatur pro inquiſitis nullitas proceſſus
e ex capite non datæ defenſionis procedens,qui ma-
19 ximus eſt, vt omnes faciunt, cum defenſio † non
ſolum iure naturali nobis ſit præordinata, ſed etiã
ab ipſo iure municipali præſeruata lib.4.cap.39.&
lib.5.cap.5.ſtatutorũ, & eſt adeo fauorabilis, quod
20 † leges religionem iudicantis aſtringant ad illam
decernendam etiam non petentibus, & ita per to-
tum mundum ſeruari dicit Boſſi.in tit.de ſentent.
num.1.& in tit. de confeſ.numero 10.Iul.Clar.in
pract.crim.§.fin.quæſt.49. verſic. eſt igitur, & ita
alias ex iſto capite defenſionis non datæ, Rota Lu-
cenſis de anno 1569.annullauit proceſſum in cau-
ſa quorundam Aromatariorum, & iterum de anno
1571.in alia cauſa communitatis Vitrianæ.

Et per iſta concluſum fuit tum ex capite nullitã-
tis quam iuſtitiæ fuiſſe bene appellatum, & male
iudicatum.

Non obſt. primum obiectũ de re iudicata, quia
21 ſtante legitimo † impedimento, & carcerationis,
& abſentiæ notarij, tempus ad appellandum non
currit eo durante l.1. in fin. C. de anna. exce. §.ſi
quis epiſcopus, in auth. de ſanct.epi.cap.1.de præ-
ſcrip. Dec. conſil.677. col. 1. Beninca. de pauper.
q.7.de iudi.3.ſpecia.num.3.& ſeq.

22 Impedimentum autem ſicuti duplex † eſt & iu-
ris, & facti, vt inquit. Rebuff. ſuper conſt. regni.
de reſciſſio contra gloſ.23. ita vtrunque in appel-
lantibus concurrebat.

Facti enim quia vinculis detinebantur, iuris au-
tem quia ſtante abſentia notarij cuius copia habe-
ri non poterat, l.1.§. dies ff.quan.appel. fit. Bart.de
repreſal.2. quæſt.princ. num.12. Franc.in cap.fin.
de appellat. non poterat alius notarius de aliquo
actu rogari obſtante alio decreto.

k 3 Quæ

23 Quæ impodimenta † per teſtes concludenter pro
babantur prout legitime ſic probari poſſe teſta-
tur. Soci.iun.conſi.79.nu.14.lib.1.Paris conſi.5.lib.
4.& 34.lib.Menoc. de arbit. iud.lib.2. caſu 118.Re
buff. de excuſat.num.61.

Nec facit prout nonnulli exiſtimabant debuiſ-
ſe ſaltem per iſtos proteſtari, vel procuratores tranſ-
mittere ad ſe defendendum, & excuſandum.

24 Quia, & ſi illa quæſtio † de proteſtatione ab im-
pedito facienda ſit ſatis dubia, vt per Rebuff. in
præcitato loco, num.51. & de procuratore pariter
mittendo ſit multum difficilis, & intricata teſte eo-
dem Rebuff. ibi. num.68. & de vtraque late. Atri.
Pinell. in auth. Niſi.C.de bon. mat.& negatiue re-
ſponderit Bero.in conſil.18. lib.2. & de communi
opi.Miſinge. obſeru.58.cen.14. ae eſſe de conſilio;
quod mittatur excuſator ad nunciandum iudici im
pedimentum, tradit Iaffr.deciſ.16.

Tamen dato, quod alterum, vel vtrunque face-
re debuiſſent, neutrum aſſequi potuerunt ſtāte præ-
dicta notarij abſentia, & decreto antedicto.

Proteſtatio enim, & procuratorium ſine rogitu
notarij fieri non poterant, iuxta ritum Lucenſem;
vnde non eſt, quod illis foret imputandum, nam
25 † non eſt pena, vbi non eſt negligentia. Bald.in d.
26 authen. niſi Iaſ. conſi.118.col.fi. lib.4. † carentia
bus negligentia, ac impeditis iura ſubueniunt.l.nō
enim.ff.ex quib. cau.ma. Rimi.iun.conſi.74.num.
22.& conſi.45.nu.65.

Non obſtat ſecundum de ratificatione, quia iſti
ratificarunt, quam primum potuerunt, & fuerunt
ſoluti a carceribus; & ſicuti tempus appellandi in-
cipit currere a die ſcientiæ non a die late ſententię,
27 & in dubio † appellatio preſimitur interpoſita
28 intra decem dies a die ſcientiæ, Ita, & † ratificatio
a die ſcientię interpoſitę appellationis fieri debet,
& intra decem dies a die ſcientiæ facta præſumitur
ad Franc.in c.bone, num.20.de appella. & ita decla-
rat Specu.in titu.de appell.§.1.num.7. & egregie.
Oldra.conſi.130.num.12.

Immo plus dicit ad propoſitum. Bald. in Mar-
29 gari.in verbo coniuncta perſona, † quod appella-
tio per coniunctum interpoſita poteſt ratificari, e-
tiam poſt decem dies, ſecus ſi interponatur ab alio
negociorum geſtore.

Non obſtat tertium de confeſſo, quia confeſ-
ſio potius eos iuſtificat, quàm condemnet dum, di-
cunt vendidiſſe oleum aſſerenti ſe habitatorem
Coutroni.

Et quamuis loquela Longobarda videatur eos
30 conſtituiſſe in quadam † craſſa ignorantia, quæ
ſcientiæ comparatur, ca.eos de tempo.ord.c. cum
inhibitio.§.1.de cland.de ſpon.cap.fi.§. vbi autem,
& ibi glo. de offi.deleg. cum inde potuerint coijce-
re emptorem eſſe forenſem, quia loquela ſua ma-
nifeſtum faciebat.

Tamen ex ſimplici loquela, non ideo iſti crede-
re debuerunt illum eſſe Forenſem, cum ſe incolam
profiteretur, & ab incolis aſſociatus: & a communi
ter accidentibus, vt experientia docet, innumeros
alienigenas relicto patrio ſolo in hoc dominio cum
laribus, & familia ad habitandum ſe conferre, &
31 maxime, ex quo † emptor erat in territorio Lu-
cenſi, præſumebatur incola, & habitator, arg. not.
per Ang.in l.ſi cum exceptione.§.in hac, ſub nu.3.
ff.quod met.cau. Alciat.15.præſump.primæ reg.

Et dato, quod ex loquela emptoris poſſent ali-
quo gradu ſcīētiæ conſtitui, adhuc in dolo nō ſunt,
32 nec penam merentur, quia huiuſmodi † ſcientia
ex craſſa ignorantia reſultans non eſt propria, ſed
præſumpte ſcientia, non ex proprietate ſermonis,
ſed extenſiuè, & in pœnalibus non fit extenſio de
caſu ad caſum de vero ad fictū, vt in terminis ſupi-
næ ignorantiæ tradit Io. Crot. in c.in animarum,
col.3.de conſtitutio.in ſexto.

33 Et in ſtatutis † pœnalibus tacite, vel expreſſe do
lum requirentibus culpa & ſi lata, dolo non æqui-
f paratur f Deci. conſ.37.nu.8. Iaſ. in l.ſi quando C.
vnde vi. Couarru.de ſponſa.2.par.c.6. Burſa.conſi.
67.nu.8. Tiraq.de pen.temp.cauſa 24.nu.7.

Neque eis imputandum eſt, quod non ſatage-
b rint certificari de conditione illius, cum quo con-
trahebant.l.qui cum alio.ff.de regu.iur.gloſ. in l.ſi
locus.ff.de acq.poſſ.& l.ſi duo. vbi Caſtr.eod.titu.
34 quia † d.l.qui cum alio, & ſimiles non procedit in
criminalibus, vt ibi not. Deci. nu.4. maxime in fa-
ctis a iure non damnatis. Felin.in cap.ſi.vero.& in
c.a nobis, il primo.de ſent. excom. Adden. ad Deci.
d.l.qui cum alio. Neque aliqua officij neceſſitate
exigente huiuſmodi diligentiam facere cogebatur
merito, &c. arg.not.per Rip.lib.2.reſpon.c.12.nu.
2. Grat.in conſi.12.col.fina in conſi.25.col.1.& in
35 conſi.42.col.3.lib.2. vbi ignorantia † facti alieni
non excuſat eum, qui illud ſcire tenetur, ſecus au-
tem in eo, qui non eſt obligatus inquirere, quoniam
tunc ignorantia excuſat, nec requiritur nimia cu-
rioſitas. Soci.in c.ad falſariorum, nu.52.de cri.falſ.&
in c.apoſtolicæ, de cleri.excommu.

Præterea etiam confeſſo, & conuicto defenſio
36 non eſt deneganda, † quia poſſunt multa cōtra con
feſſionem probari. Paris de Put.de ſind. in verſ.con-
demnatio.c.4.nu.14. Poſſi.de conf.nu.16. Iul.Clar.
pract.crim.§.fi.q.65.55.& 149. & ſpecialiter, ideſt
prouiſum, lib.4.ſtatutorum.c.39.cui an renunciari
poſſit per reum, tradit remiſſiue Hipp.in pract.cri.
§.quoniam, num.51.

Non obſt.quartum de datia integre non ſoluta,
quia ſolutio fuit facta ſecūdum exēplum ſententiæ
37 a notario traditum, † cui credendum erat in concer
nentibus ſuum officium, qui ſi errauit, parti non eſt
imputandum. Bald.in l.errores.C.de erro.aduo.&
propterea iuxta formam decreti de materia loquen-
tis appellatio procedebat pro ea parte, qua datia
ſoluta erat, & fuit reſeruatum ius fiſco integram
exigendi cum quarto pluri.

Minus et faciebat in contrarium exceptio incom-
38 petentiæ, quia † decretum illud non fuit vſu rece-
g ptū, g & non ligat. Alex.conſ.132.viſa, nu.1.lib.1.
Dec.conſ.262.ad fi. Paris conſ.104.in præſenti, nu.
69.lib.1.Couar.varia reſolu.lib.2.c.16.nu.6.verſic.
quinto, quia dicitur habere in ſe tacitam conditio-
nem, ſi vſu recipiatur. Rimi.iun.conſ.52.nu.58.im-
mo

Digitized by Google

contrarius vſus extitit, ex quo Rota erat in quaſi poſſeſſione procedendi in ſimilibus cauſis, ideo non attendendum, gloſ. in §. igitur. in proce. inſt. in verbo diſſuetudine. Abb. in cap. cum Ioan. nes de clerico coniug. num. 10. Iaſ. in l. de quibus, ff. de legib. Alex. d. conſilio 131. Ruin. conſil. 143. lib. 3. Cagno. in proce. ff. Natta, conſil. 354. num. 6. Neuiz. conſil. 58. num. 9. Cephal. conſil. 441. numero 108. Alben. conſil. 27. num. 11.

ANNOTATIONES.

a Quod ratificatio. Vide late ſupra Magon. decil. 6. num. 1.

b Appellationis præſidio priuantur. Quia ſi appellarent cenſeretur id facere animo differendi executionem, cum ſuper in cauſa appellationis, nec contrarium probare, nec de aliquo errore docere poſſent, conuictus enim per claras probationes confitendo non dicitur errare, ſed veritatem cum confeſſione conſonare. Bald. in l. addictos. C. de epiſcop. aud. & narratione hora appellatio dicitur friuola, & ideo de iure communi tolli poteſt. Ang. Aret. in tract. maleſic. in verb. preſente. Gam. num. 56. vbi dicit, quod iudex procedet ſi executionem differet propter huiuſmodi appellationem, & hæc eſt communis opinio, de qua teſtatur. Roland. conſilio 73. num. 26. lib. 3. poſt Angel. & Imol. in l. ei edictor. §. iuſſus. ff. de appell. Clar. §. fin. pract. crim. q. 94. in princip. amplia, vt nec audiatur appellans is, qui habetur pro confeſſo. Bald. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iure Aret. in c. inquiſitionis de accuſa. Auguſt. Arimin. in add. ad Ang. loco præcitato, ſed contrarium eſt verius, quod tenuit Bald. ſibi contrarius in ſ. l. ita demum, in ſi. C. de procur. vbi contumax, qui habetur pro cōfeſſo, & condictus poteſt appellare, ſequitur Corn. conſ. 194. col. fin. vol. 1. Aret. ſibi contrarius. conſ. 146. col. 3. cum alijs per Roland. conſ. 46. num. 9. & lib. 4. Nos autem in ſtatu eccleſiaſtico contra confeſſos, vt appellare non poſſit, nec admittantur ad beneficium actualiter depoſiti, quinimo, quod iudex, a quo poſſit procedere ad executionem, non obſtante appellatione, ac inhibitione inde a quocunque iudice ſecuta, abſq; incurſu alicuius pœnæ, habemus motum proprium fel. rec. Pij V. reformat. alterum motus propr. Pij IIII. de appel. ſub anno 1566. Quem motum proprium, vt ex eius lectura apparet maxime ibi fiſcum noſtrum, quomodolibet concernentibus, &c. declara demum procedere, quoad cauſas criminales fiſcum, & cam. apoſt. concernentes, & reſpectu eius intereſſe non autem, quoad cauſas alias criminales, quæ pœnæ applicarentur, vel communitatibus, vel alijs temporalem iuriſdictionem habentibus in aliquibus oppidis ſeu caſtris, abſque eo, quod fiſcus, & cam. apoſt. aliquid in illis intereſſe habeant, prout in ſimili motu proprio declarat Thob. Non. præcep. ... conſil. ... num. ... & in praxi ... dicitur vidi obſeruatum coram illuſtriſſ. Dom. Magiſtratu, ciuit. Vrbiſuet. in cauſa cuiuſdam Philip. de Caſt. S. Venantij iuriſd. d. magiſtratus pro beneficio confeſſo concesso ... non tamen condicto.

c Dolo excluſus, ſed quando quis cognouerit cauſam eſſe iniquam, & beſtialem, & in illa perſeuerat dicitur in dolo. l. 3. § ſi qui neſcit. ff. de liber. hom. ex lib. Iaſ. conſil. 172. lib. 1. Nat. ad Alex. conſil. 92. num. 6. lib. 4.

d Dolus fine facto. Et hoc maxime procederet, ſi damnificaretur. Tiber. Decian. conſil. 59. nu. 36. lib. 2.

e Non datæ defenſionis. Plene, ac omnium lariſſime, vide Rola. conſ. 1 a num. 42. vſque ad num. 69. lib. 3. & ibi per eum dicta declarat, vt iudex poſſit etiam in criminalibus defenſiones denegare, quando videt illas peti cauillandi cauſa. Tiber. Decian. conſ. 99. nu. 22. lib. 3.

f Dolo non æquiparatur. Quid ſit lata culpa, quomodo a dolo diſtinguatur, & quando dolo comparetur, & alia, vide notabiliter per Alciat. in l. magna negligentia. ff. de verbo ſignific. num. 4. & ſeq. Rimin. iun. conſ. 92. num. 24. conſil. 230. nu. 76. Cephal. conſil. 177. num. 24. lib. 4. Decian. conſil. 85. num. 28 lib. 2.

g Non fuit vſu receptum. Et ideo recte non debuit fieri fundamentum ſuper dicto decreto, cap. in iſtis. §. leges 4. diſt. tradunt 13. gloſ. ibi. & alibi vbi etiam Felyn in cap. 1. de treg. & pac. Quod procedit etiam ſi fuiſſet iuratum ſeruare ſtatuta tam edita, quam edenda, quia tale iuramentum non extenditur ad ſtatuta moribus vtentium non recepta, vel per contrarium vſum, & conſuetudinem abrogata, quæ propterea non dicuntur amplius ſtatuta. l. derogatur, ff. de verborum ſignif. & notatur in § penol. prohem. inſtitution. imo iurans ſeruare ſtatuta, non tenetur ſeruare ea, quæ tempore iuramenti erant in viridi obſeruantia, ſi poſtea contingat ea tolli ſtatuto, vel conſuetudine contrarijs, etiam ſi per ſuper ... fuiſſent confirmata, vt habetur late per Rip. reſpon. 2. num. 9. cum pluribus ſequen. quod non procedit ſi in confirmatione eſſet clauſola decreti. Rip. ibi d. num. 6. ſuper quo vltimo poſt Barto. & Decio. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure, vide plene diſcutientem, & per plures columnas declarantem notabiliter profecto more ſuo Bolognet. numero 112. cum plurib. ſequen. multa etiam dicit Franc. Sarmien. lib. 3. Selectar. interpretat. cap. 14. ſed non diſcedas a Bolognett qui ſemper loquitur iuxta communes Doctorum traditiones, & ego in tractatu ... ad l. humanum, C. de legibus aliqua adnotaui.

SVMMARIVM.

1 *Ex interuallo repetitus ſuper facto de præterito, cui præſens fuit, ſi variet a primo examine, an dicatur falſarius.*
2 *Repetitio teſtis an de iure fiat.*
3 *Teſtis varius, & contrarius de falſo, an puniatur.*
4 *Teſtis de falſo conuincitur per alios teſtes.*
5 *Teſtis deponens de facto ipſo præſente, cum non ſit verum, de falſo punitur.*
6 *Falſum dicitur mutatio veritatis.*
7 *Teſtis dicens verum, tamen ex falſa cauſæ ſcientia, falſiſo magis, quam falſum dixiſſe dicitur.*
8 *Veritas negata, an excuſet falſum deponentem.*
9 *Teſtium probatio non eſt de neceſſitate proceſſus.*
10 *Iudex non tenetur animum ſuum ad vnum genus probationis applicare.*
11 *Affinitas negata præſumitur negata ignoranter.*
12 *Sine dolo falſitas non committitur.*
13 *Affinitas qualiter probanda.*
14 *Affinitas negata, vt teſtem de falſo arguat oportet, vt ſit talis, quod eum a teſtimonio repellat.*
15 *Falſitas non cadens in ſubſtantialibus, an ſit punibilis.*
16 *Teſtis falſo deponens verum, qua pœna puniatur.*
17 *Temeritatis pœna leuis eſt.*
18 *Carceratio longa, & expenſarum grauitas interdum loco pœnæ habetur.*
19 *Calumnioſus dicitur quis eo ipſo, quod non probat accuſationem.*
20 *A præſumpta calumnia quomodo quis excuſetur remiſſiue.*
21 *Mutua victoria parit mutuam expenſarum remiſſionem.*

ARGVMENTVM.

De teſte verum falſo tamen deponente, & qualiter puniatur.

De hoc late Ant. Gabr. de crimin. Concluſio 33.

DECISIO L.

GEMINIANVS de Cardoſio de pace rupta inquiſitus, a MM. DD. Antianis condemnatus fuit in penam 50. ſcut. contra quem fuerant inter alios examinati Baptiſta Bononiẽſis, & Antonius Gregorij. Quos cum falſum depoſuiſſe prætenderet, de falſo accuſauit coram Mag. D. Prætore, a quo abſoluti fuerunt, & ipſe querelans in penam non probantis accuſationem condemnatus. Et ad nos ab huiuſmodi ſententia prouocando ſic de falſitate accuſatorum oſtendebat: dicebat enim hos in primo eorum examine dixiſſe, *hauer viſto Geminiano alzar il braccio con vn martello, ma non ſapere ſe menaſſe botta alcuna*, repetiti uero coram MM. DD. AA. dixerunt, *che lo videro percuotare, ma non ſapere in che parte del corpo cogliеſſe*. qua pro-
1 pter tanquam teſtes † ex interuallo repetiti ſuper
facto de præterito, cui præſentes fuerunt, qui dixerint
ſcire, quod in primo examine neſcire profeſſi
fuerant, contrarij, & varij deprehenduntur, nec ex-
a cuſari poſſunt prætextu obliuionis, a ſicuti fieret, ſi
depoſuiſſent in facto de præterito, cui non fuerunt
præſentes, ita quod dici poſſet, quod potuerint poſtea
ab alijs melius informari. Bald. in cap. 1. de controuer.
inueſti. Aret. in conſ. 71.
2 Nec erat vis facienda † in repetitione, quia & ſi
b dubitetur apud Doctores, an fieri poſſit b: ad inſtantiam
tamen iudicis fieri poſſe firmauit Ant. Gabr. in
concluſ. crimin. 28. num. 24. vnde videbatur dicen-
3 dum iſtos † vti varios, & contrarios de falſo fore pu
niendos. l. eos. de falſ. Alex. in conſil. 280. num. 12.
lib. 2. Iul. Clar. in pract. crimin. §. falſum. verſ. teſtis.
qui, & in q. 93. verſ. 3. caſus.
4 Et vltra variationem de falſo arguebantur † per
teſtes numero plures Ant. Columbum ſingul. 7. Iul.
Clar. in dicto §. falſum, verſic. conuincitur, qui deponebant
Geminianum non percuſſiſſe, nec percutere
potuiſſe, & quod accuſati non interfuerant
5 rixæ, vnde deponendo † de facto ipſis præſentibus
cum præſentes non fuerunt, falſum dicunt, & de
falſo tenentur. Curt. ſen. in conſ. 95. num. 21. Vltra
quod dicebantur conuicti de falſo eo, quia interrogati,
an eſſent affines vulnerati, id negarunt, cuius
contrarium ex proceſſu conſtabat. l. qui falſa, vel
varia. ff. de teſtib.
In contrarium allegabatur veritas facti aliunde
probata, qua ſtante non poſſunt dici falſum depo-
6 ſuiſſe cum † falſum ſit mutatio veritatis. Auth. de
inſtrum. caut. & fide in princip. & licet ex eorum
depoſitione eliciantur duæ propoſitiones, quarum
vna ſit vera, quod Geminianus percuſſerit, alia falſa,
quod ipſi percutere viderint, non tamen falſum
depoſuiſſe dicendum eſt; licet falſam ſcientiæ cauſam
reddiderint, quæ facit vt eorum dictum non
valeat, non autem quod pena falſi teneantur, quia
hæc eorum falſa depoſitio nihil noui producit, ſed
productum comprobat, vnde in iſtis terminis con-
7 cludunt Doctores, teſtes magis † falſo, quam falſum
deponere, & penam falſi non incurrere. Anchar.
in conſilio 24. numero 5. Felyn. in conſil. 48.
Boſſ. de falſ. num. 122. Natta, in conſil. 132. num. 4.
quicquid contra ſentire videntur. Soc. in cap. 1. nu.
8 63. de crim. falſi, dum dicit † veritatem negotij non
excuſare ab eo, quod quis falſum dicit, qui intelligi
debet de pena extraordinaria temeritatis, ut infra
dicetur. Accedebat pro inquiſitis, quod Geminianus
penam, in qua condemnatus fuit, ſoluerat,
& ſic confiteri videbatur vera eſſe, quæ contra eum
intentabantur. l. ad ſolutionem. C. de execut. rei
iudica.
Nec obſtare dicebatur, quod ſententia contra Geminianum lata fundaretur ſuper falſa atteſtatione dictorum querelatorum, & ideo eos teneri ad damna, & intereſſe per Geminianum inde paſſa. Quia veritas huius negotij contra Geminianum aliunde conſtabat, quam ex depoſitione dictorum teſtium.
Neque apparebat, quod ſententia ſe expreſſe re-
9 ferret ad acta, & ideo † cum teſtium probatio non
ſit de neceſſitate proceſſus, vt inquit Bart. in l. pro-
10 latam. C. de ſent. potuit † iudex, qui non tenetur
ad vnum genus probationis animum ſuum applicare,
moueri ad iudicandum alijs de cauſis etiam in
proceſſu non expreſſit, ut not. Dec. conſilio 234. &
275. col. pen. Afflict. deciſ. 28. & 47. Tiraq. in leg. 1.
connub. glo. 7. nu. 184. Rimin. iun. conſ. 39. in præſenti,
num. 4.
Parum quoque vrgebat affinitas negata, quia multipliciter reſpondetur.
11 Primo † præſumi ignoranter negatam quaſi ne-
c ſcierit iura ſanguinis, & non animo decipiendi, c ut
12 in terminis tradit Ang. conſ. 94. & ſine dolo † falſum
non committitur. Bart. in l. quid ſit. ff. de falſis,
& de commu. opin. Burſat. conſ. 111. nu. 14.
13 Secundo † affinitas, (quæ negata dicebatur) non
fuit per querelantem probata, nam ex quo principaliter
agitur ex iſto capite de falſo non ſufficiebat,
quælibet ſimplex informatio, ſed articulari probari
oportebat per gradus diſtinctos, & ſpecificatos per
teſtes, ſufficientem cauſæ rationem reddentes, cum
affinitas non cadat in aliquem ſenſum corporis, vt
not. Anchar. conſ. 52. pro clariori. Tiraq. de retract.
conſang. §. 1. glo. 16. num. 1. & debent teſtes incipere
a communi ſtipite; ut docet Abb. in cap. tua nos.
de conſang. ſequitur Natta, in conſ. 388. ſtatutum,
num. 3. vel aliter per inſtrumenta, ut tradit Aemil.
conſ. 57. diuino, num. 3. etiam ſi verb. enunciatiue
eſſent probata Barbat. conſil. 14. lib. 3. & maxime,
quando inſtrumenta eſſent plura. Felyn. in ca. cum
cauſam. de probat.
Vltra, quod non omnis affinitas, quę negata eſ-
14 ſet hos falſi ſuſpectos redderet, † ſed talis eſſe debet,
quæ teſtes repelleret a teſtificando, alias eorum dicta
nõ reijciuntur, nec de falſo puniri poſſunt. Bal.
in

in l.ſi ex falſis, numero 15. C.de tranſact. Monti. in Repert.de teſtib.car.35.in verbo falſarius, ubi alios citat.

Tertio prætenſa falſitas ex negata affinitate non 15 cadebat in † ſubſtantialibus negotij principalis, & ſic de falſo non puniebilis, vt eſt commune dictum noſtrorum ſecundum Soc.iun. conſil.102. num. 6. lib.3. Menoch.de arb.iud.libro 2. cent. 4. caſu 303. quod in æternum dicit eſſe notabile. Iaſ.in l.ſi ex falſis, ſub num.10. C.de tranſact. licet extraordinariè puniatur, vt dicit Arno.ſing.78.

Et ita concluſum fuit pro querelatis tanquam falſo magis quam falſum deponentibus reformando ſententiam ad fauorem querelantis, quem a pęna non probantis accuſationem abſoluimus.

Dubium tamen fatiebat, quia ſecundum Ancha. Felin. Boſs. & alios præcitatos iſti ſic falſo deponen-16 tes, licet falſi pęnam euadant, † pœnam tamen temeritatis, & ſic extraordinariam non effugiunt, & tradit Ang.in l.plagij. C.ad l.Flaui.de plagia.

17 Temeritatis † pœna, & ſi grauis non ſit. l.eum quem temere.ff.de iudic.Crauet. conſi.56. de ſtylo, num.10. impunis tamen eſſe non deberet.

Sed attenta ruſticitate, bona fama eorum. Gram. conſ. 30. num. 8. & attenta concordia inter eos ſe-18 cuta ac diuturna † carceratione, & expenſarum grauitate arbitrati ſumus illam temerarij pœnam fore, & eſſe purgatam, & compenſatam, argum. eorum quæ not. Tiraq.de pęn.temp.cauſa 41.

Potuerunt etiam moueri iſti teſtes ad ita deponendum ex vehementi credulitate, & ex auditu, ita quod plene excuſandi eſſent. Ang.d.l.plagij, & no. Becci.in conſ.78.num.30.

Abſoluimus Geminianum a pęna non probantis inſtitutam accuſationem, quia & ſi videretur eſ-d ſe in præſumpta calumnia d † eo ipſo quod non pro-19 bauit, glo.in c.2.de calumnia, & ibi Abbat. & Felin. Bart.in l.1. ad Turpill. Salyc.in l.1. C.de calumnia. Rota Bono.deciſ.46.ſub num.2. Menoch.de arbitr. lib.2.cent.4.caſu 32.num.18.

Tamen ſtante varietate, & contrarietate dictorum teſtium, & ſtantibus teſtibus per querelantem productis, eum ſatis excuſabilē eſſe exiſtimauimus ex authoritate nobis tributa a ſtatuto lib.4.cap.16. 20 † de qua excuſatione a præſumpta calumnia, late Soc.d.cap.2.de calumnia ubi ponit 15.limit.

e Abſoluimus vtramque partem ab expenſis † ob 21 mutuam victoriam ſecundum glo.& Doct. in l.generaliter, §.primo, C.de reb.cred. Archidia. in cap. cordi, de appellatio.in ſexto, Alexand.conſilio 212. numero 7.libro 7. Iaffre.deciſ.8. Natta conſil.489. dum agitaretur. Bero. conſilio 135. præſuppoſito, num.7.lib.2.

ANNOTATIONES.

a Prætextu obliuionis. Vide ſupra Magon.deciſ.42. num.10. vbi ſcripſi, & deciſ.43.nu.9.17.

b An fieri poſſit. Vide Clar.§.fi.pract.crimin.quæſt.45.verſic. cæterum ſi reus, ſed hodie inoleuit practica quod facto proceſſu informatiuo per curiam non datur copia iudiciorum reo petenti, niſi prius habeat teſtes ad informationem Curiæ examinatos pro rite, & recte examinatis, & ratio habetur pro Foller.in pract.crimin.in verb.detur copia, ſub num.5. vltra Clar. de quo ſupra. Reus vero ſiue eius procurator pro celeriori expeditione comparet, & habendo teſtes pro rite, & recte examinatis proteſtatur ſibi ſaluum fore ius repetendi cum ſuis Interrogatorijs, ac ſaluis exceptionibus, quo caſu an ſint repetendi cum interrogatorijs ad inſtantiam partis, quicquid ſit de iure communi, de conſuetudine non ſit repetitio. & ideo pro inquiſito non datur interrogatoria, teſtatur Clar. d.§ fina. quæſtio. 45. verſic. item quæro, quis teſtes habiti pro ritè, & rectè examinatis habentur pro repetitis. Capic.deciſ.74 & quia procuratores proteſtantur ſibi ſaluum fore ius repetendi, vt ſupra, quæ proteſtatio ſeruat ius proteſtantis. Rimin.conſil 392.num.14 & vbique paſſim Doct. ideo in Ciuitate noſtra Vabiſuet. toto tempore meæ aduocationis ſemper vidi ſeruari, quod ſcilicet, teſtes pro Curiæ informatione examinati, & habiti a parte pro ritè, & rectè examinati, cum dicta proteſtatione, ſi pars voluerit, & inſteterit repeti, ac dederit interrogatoria, repetantur abſque contradictione, & practica hęc magnam ſapit æquitatem, tum quia per eam ſit reditus ad ius commune. l.ſi poſtulauerit. §.quæſtioni. ff.de adult.iunct glo. in l.ſi ſine verb.ab aduerſario.ff.de interroga actio. Spec. in tit.de teſtib. §.iam de interrogator. viden. numero 8. vbi dicit, quod in omnibus cauſis fiunt interrogatoria. Foller. in pract.crimin. verb. recipiantur defenſiones, numero 32. vbi licet primo dicat de ſtylo omnium curiarum ſeruari contrarium, tamen dicit ſe in aliquibus locis vidiſſe ſeruari ius commune. Corrad. in ſua pract.tit.de interrogatio. num.3. tum etiam, quia ſic fauetur defenſioni reorum quę maxime debet inhærere oſſibus iudicare debemus, qui ex officio etiam petenti reorum defenſiones quærere debet. Marſil in prac. crimin §.nunc videndum. num 8.§ ſequitur numero 83. & in §. occurrunt circa fin. Iacob. Nouell. in tract.ad defenſ.tit. an indicia pro reo danda ſint.num.17. car. mihi ſecundum paruam impreſs. 51. quid ſi ritè ac rectè fuerint teſtes examinati, utique repetitio fugienda eſt, prout tradit Clar. loco præcit. quæſtio.53. verſic. 4. eſt caſus in fide. Quid ſi in copia indiciorum decreta teſtes fuerint habiti pro ritè, & rectè examinati, & copiæ in longum protrahantur, & pars denuo ſiſtatur. vide Hieronym. Gabr. conſil.178.nu.16.lib.1.

e Et non animo decipiendi. Immo negans ſe conſanguineum probata parentela ſtatim dicitur de falſo conuictus, quia non eſt hic probabilis error. Natta, conſilio 59. ſub nu. quarto, allegat Bart. conſilio 88. incip. in quæſtio. inter Franciſcum.

d In præſumpta calumnia. Et quando calumniator debeat condemnari, & an poſſit condemnari in eodem proceſſu, quę ſit præſumpta calumnia, quæ vera, & quando calumniator in expenſis condemnatur latiſs. Clar. §. fin.pract.crimin. quæſt.62. verſ.ſed nunquid vſque in finem, quæſt. Calumniari autem eſt falſam cauſam ſcienter intendere ſeu dicere 2.quæſt.3.§.notandum. tot.tit. de calum. l.athletas.§. calumniator.ff.de infam. Card. Zabarel. in cle.ut calumniæ de re iudic.

e Ab expenſis. Quod etiam in criminalibus ſiat de victo condemnatio expenſarum. Marſil.ſing. 107. & in l.patre.num. 38.ff de quæſt. & eſt communis opinio. Aret. & Felin. in capit. accedens extra de accuſatio. Didac.pract. quæſt.cap. 46.numero 2. vbi dicit hoc eſſe paſſim receptum, quicquid contrarium tenuerit Lanfranc. in capit.quoniam contra in verb. expenſę, numero 3. de probat. & Anan. in d cap. accedens, ſed ſunt videnda, quæ ſcripſi in recollectis ad l. properandum. §. ſine autem, verſic.4. intelligas. C.de iudic. ubi hunc articulum late explicaui conſiderando quatuor caſus. licet hodie huiuſmodi condemnatio expenſarum male a iudicibus obſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator quantumcunque generalis ſine indiuiduo mandato non poteſt facere actum, per quem domi-nus*

Nec ita exacte ac ſpecifice id id intelligi debet, vt
verba præciſe ſonent, quod dominus incidere poſ-
4 ſit in pœnam, ſed † ſufficit in mandato fieri mentio
nem de particulari actu, per quem poſſit poſtea dñs
hoc pœnę periculum ſubire, vt firmat Benin. deciſ.
94. & no. Aemi. conſ. 117. nu. 10. vbi declarat, quo-
modo intelligi debet ſpeciale mandatum.

Et quod talis pęna compromiſſo conuēta poſſet
in caput domini redundare, ſi procurator exceptio-
nes contra laudum, & compromiſſum a domino fa
ctum proponat, affirmat ſe pluries practicaſſe. Bart.
in l. ſi procurator de cond. indeb. refert ibi Iaſ. nu. 4.
de quo articulo late bened. Capra. in tract. regu-
larum, concluſio 70.

5 Quæ pęna † conuentionalis, quod ſit de iure exi
gibilis circa materiam compromiſſi, tradit Rebuff.
in conſt. regu. de arbi. artic. 1. gloſſ. 5. num. 22. & in
tit. de ſenten. execu. artic. 1. gloſſ. 18. num. 1. pul-
chre Menoch. de arb. iud. lib. 2. cent. 3. caſu 260. nu.
21. & 22. Alex. conſ. 31. col. 1. lib. 2. & ſtatutorum.
L. C. cap. 70. lib. 2.

Et in terminis ad petendam reductionem, quod
6 ſine † ſpeciali mandato per procuratorem peti non
poſſit, allegabatur deciſio. Lanfran. de arb. in 7. par.
nu. 42. & latius nouiſſime conſulendo in terminis
firmat Bero. conſil. 25. col. 1. & 2. lib. 3.

In contrariũ pro illis de Montefegateſio ad con-
firmationem d. pronuncię, adducebatur alia ſimilis
iuris concluſio, quod mandatum generale cum libe
7 ra, † mandato ſpeciali æquiparetur, b l. mandato,
b vbi Bart. de procu. & ſufficere in his etiam, quæ ſpe
ciale mandatum requirunt, firmat Bald. in l. illud.
§. 1. de mino. & Alex. in l. præſes, C. de tranſact. Dec.
conſil. 404. & 692. Sebaſt. Vant. de nulli. ex defect.
mand. num. 87. Soc. iun. conſ. 148. lib. 2. Aret. in §.
præterea, colum. 24. de except. Alexand. conſil. 22.
col. pen. lib. 4. & conſil. 133. lib. 6. Ruyn. conſil. 95.
col. 2. lib. 5.

Quod non tantum procedit in habente manda-
8 tum generaliter cum libera, † ſed etiam ſi habeat in
vno negocio tantum, vt firmat Ruyn. d. conſil. 93.
num. 6.

9 Et non tantum in contractibus † quantũ in iudi
cijs, vt poſt relatos no. Iacob. Nouel. ad reg. vtri. iur.
in reg. 91. Tiraq. de ret. conſan. §. 1. gl. 13. nu. 32.

Pro quibus vltra generale mandatum cum libe-
ra faciebat etiam quod interponentes reductionem
expreſſe habebant in mandato facultatem appellã-
di, & propter conformitatem reductionis, quam ha
bet cum appellatione videbatur idem ius ſtatuen-
10 dum. reductio enim † loco appellationis ſubrogata
eſt ſimilis appellationis habetur, & illius ſpecies re-
putatur. Afflict. deciſ. 51. Marant. in ſuo Spec. in 2.
actu, num. 10. l. non diſtinguemus, §. cum quidam
de arb. Soc. conſ. 220. lib. 2. nu. 4. Roma. conſ. 265.
Lanfran. de arb. in prin. num. 32.

Accedebat, quod d. pęna qua dominus illaquea-
ri poſſet, potuit etiam exigi ab ipſis comparentib.
cum ſit pecuniaria, merito non repellendi ad not.
per Iaſ. in d. l. ſi procurator in prima fallentia, num.
17. de cond. indeb.

Nec deerat pro iſtis de Monte Fegateſio illa re-
11 rum viciſſitudo, & rationabilis † æqualitas, quod
ſicut ſine ſpeciali mandato ijdem comparentes obli
garunt commune prædictum in d. compromiſſo ad
pęnam, ita etiam eiſdem licere deberet ſine ſpecia-
li mandato de incerto dict. pęnæ incurſu experiri
toto tit. quod quiſque iuris, &c.

Vlterius ad corroborationem eorum, quæ pro
hac parte dicuntur, allegabatur ratificatio ſubſecu
ta per d. commune M. Fegateſij, de qua in manda-
12 to procuratorio in perſonam procuratoris, quæ † ra
tificatio facit ceſſare metum aduerſarij a Bartolo
conſideratum, in d. l. filiusfamil. de donat. & tu-
tum illum reddit de exactione pœnæ in caſu vi-
ctoriæ.

Quinimo plus dicunt doct. in iſto articulo, quod
nedum expreſſa ratificatio habilitat procuratorem
ad hunc actum faciendi dominum in pœnam cade
13 re, ſed ſufficit etiam tacita, quia † patientia loco
mandati habetur tex. eſt in d. l. ſi procurator de con
di. indeb. & ibi firmat. Iaſ. alios allegans, in 2. & 3.
col. dicens id expreſſe tenere Gemi. in c. eum qui de
præbend. in 6. idem tradit Rebuff. in concord. de pa
14 cifi. poſſeſſ. num. 136. vbi per † tacitum cõſenſum
dicit conſtituentem procuratoris facto obligari ad
ea etiam illicita, quæ alias ſub mandato non com-
prehendebantur.

Et ſic cũ tacitus conſenſus, & domini conniuen
tia ſufficiat abſque illa formali, & ſolemni ratifica-
tione ſequi videbatur, poſſe ſemper, & quandocun
que d. conſenſum, & tacitam ratificationem pręſta
ri. l. fi. C. ad macedo. cum concord. per Tiraq. in legi
bus connub. gl. 6. num. 1,

Vtebantur præterea huius ſententiæ defenſores
eodem, quo vſus eſt Alexand. argumentandi modo
dicẽtes iſte non eſt de caſibus enumeratis per Spe-
cula. de procu. §. 1. num. 4. verſic. item quod licet
habeat, vbi recenſet caſus, quibus ſpeciale manda-
tum requiratur, ergo ſumus in regula, quod gene-
rale cum libera ſufficiat, ita arguit in terminis Ale
xand. in conſil. 133. lib. 6. num. 2. Accedebat, quod
erat incertum, an pœna committeretur cum finis
15 litis non ſit certus, & propterea † ratione dubij e-
uentus deberet admitti, quod alias non eſſet ad-
mittendum. Caſtrenſ. in l. de fideicommiſſo, C. de
tranſact.

Viſum tandem fuit inclinare pro recurrentibus
de Controno mandatumque generale, cum libera
illorum de M. Fegataſio minus ſufficiens ad prędi-
cta reputabam ex primo loco adductis, ac etiam,
quia fuit animaduerſum tempore interpoſitæ redu
ctionis interponentes habere in eorum perſona plu
ra mandata ſub diuerſis diebus, ac ad diuerſos ef-
fectus ab eodem notario confecta. Qui cum com-
paruerint vigore mandati ſub die 27. Iulij, eoque
vſi fuerint in petitione reductionis, idque ſolum
cantet ad accipiendum mutuo pecunias propter li-
tes, quas habent conſtituentes cum illis de Contro-
no, non potuerunt poſtea alijs mandatis ſeſe tueri,
16 quia † agens actum limitatè virtute vnius manda-
ci inſufficiẽtis, non poteſt ex alio ſufficienti man-
dato

dato illum actum conualidare, vt conſuluit Rom.
in conſil.446.& conſ.496.& nota. Bald. in l.falſus,
num.25.C.de fruct. & ſic ob repugnantiam volun
17 tatis & poteſtatis ſubintrat vulgatũ dictũ † quod
potui nolui, quod volui adimplere nequiui.l.mul-
tum intereſt. C.ſi quis alt, vel ſibi, & not.Crauet.
conſ.171.num.17.lib.1.& actus factus,& falſa can-
ſa,ex vera ſuſtineri nequit. Caſtr.conſil.74.col.fin.
lib.1.& conſil.231.eo.lib.refert Moro.de ſi.treg. &
pac.q.72.nu.8.1.par.

Non obſt. primum de mandato cum libera æqui
pollere ſpeciali mandato, quia ad hoc patet reſpon-
18 ſio † ex adductis primo loco ex mente Alber. Re-
buff.& Curt.iun.non procedere, vbi requiritur in-
diuiduum mandatum,& vbi dominus pęnę perieu
lo ſupponeretur. Cur.iun. d.l.3.§.ſi procurator,
quod quiſque iu.vbi dicitur hanc limitationem ad
d.regulam eſſe communiter approbatam, ſequitur
Iaſ.ibi.num.13.

Nec obſt. quod reductio ſimilis ſit appellationi,
19 quia † in pluribus diſconuenit, quam conueniat cũ
appellatione, & ideo diſſimilis potius dicitur, quã
ſimilis, ita ſingulariter dicit Bald.in cap.cum ſpecia
li de appell.& firmat Lanfranc. de Oria. in tract. de
arbit. in 7. part. num.57. & doct. communiter te-
nent quodlibet ſimplex mandatum ſufficere ad ap
pellandum, vt tradit Bened. Capr.in regu.iur.65.
20 num.5.† quod non conceduut in petenda reductio
ne laudi pœnæ ſtipulatione vallati, vt ſupra oſten-
ſum eſt, merito diuerſo iure cenſeri debet.

Minus etiam refragabatur, quod d.pęna cum ſit
pecuniaria æque poſſet cadere in procuratorem ſi-
cuti in cõſtituentem, tum quia illud forte procede
ret circa expenſarum condemnationem, vt Iaſ.ſen-
tit in d.l.ſi procurator in prima fallentia, in qua nõ
ſe firmat, tum etiam, quia id verum eſſet, ſi aduer-
ſarius velit, vt colligitur ex ſtatuto, lib.1.capit.30,
circa fin.

Nec facit ſimiliter viciſſitudo perpenſa, quia qđ
procurator ad compromittendum poſſit obligare
dominum ad pœnam ſine ſpeciali mandato id acci-
21 dit † ex ſolita frequentia c conſueta qualitate com
promiſſi, quod ſolet ſtipulari cum adiectione pę-
nę,& ideo tanquã ſolitum,& quaſi ex natura actus
venit ſub mandato generali, vt per multa not.tra-
dit Iaſ.in l.certi conditio. §.ſi nummos, ſi cert.pet.
Dec.conſil.341.& 449.& not.Bart.in l.procurator,
de iu.fiſci.Feli.in cap.1.vt lite non conteſt.& Abba.
cap.5.de præcari.plene Alex. in addit. ad Bart. in l.
ſolutũ, in fi.de pigno. ſecus eſt in petenda reductio-
ne, quæ non cadit ſub generalitate aliqua, ſed ſpe-
cialis, & indiuidua requiritur expreſſio per ſupra-
dicta, nam contrauenitur pacto, & actui ſtabilito,
& promiſſo de ſtando laudo. Parum etiam facit ar-
gumentatio Alex.d.conſil.139.ex Specul.de pact.§.
1.num.7.quia ibi Specul, non loquitur taxatiue in
caſibus per eum enumeratis ſolum requiri ſpeciale
mandatum, ſed exemplificatiue dicit de multis, &
ipſe Spec.hoc verbo multis vtitur, & non ſequitur,
non dixit neque collegit hũc caſum Speculator, er
go non eſt extra regulam, quia exempla regulam
non arctant, & non eſt bona ſequela non congeſſit
Specul.ergo non eſt, quia contrarium verius ſupra
22 oſtenſum eſt.† Authoritas enim Speculatoris, & ſit
nõ aſpernanda ſit per ea, quæ de illo no. Silua.nup.
23 quomodo iudi.lib.5.num.15.non tamen eſt neceſ-
ſaria,& tollitur rationibus, & alijs authoritatibus
ſupradictis Euerard. in cent.argum. in loco ab au-
thoritate,col.3.

Neque obſtare videbatur conſideratus dubius
euentus, quia in iſta materia, & quo ad repellendũ
24 perſonam de † dubio euentu eſt iudicandum ſicu-
ti de certo, & ſic perinde ſi dominus certitudinali-
ter pœnam ſubiturus ferет, ita in terminis firmat
Zucha.in l.fin.num.249.C.de edi.di. Ad.toll. Cra-
uet.conſil.155.numero 5.lib.1.Natta, conſil.548.
num.37. & intrepide Socin. in conſil.120.num.6.
lib.1.vbi etiam dicit, quod aliter dicere eſſet ſom-
niare.

Et ad ratificationẽ ſubſecutam reſpondebatur,
quod ſtante notificatione laudi pręcedente ratifica
tione per tres menſes, & vltra & ſic ſtante ſcientia
25 grauaminis † ratificatio extra tempora recurrendi
ſeu petendę reductionis a die ſcientiæ laudi nõ ope
ratur effectum retrotractionis, l.bonorum .ff.rem
ratam habe. Guid.Papa q.13.& 436.& conſil.1 a.
num.8.Oldr.conſil.130.num.12.Ratificatio enim
26 † iuri quæſito ex ſententia non nocet, vt not.Bal.in
authen.ei qui, col.1.C.de temp.ap.

27 Et in iudiciarijs poſt ſententiam non tenet, niſi
in præiudicium ratificantis, nõ autem partis aduer
c ſæ Rota deciſ.13. in antiq. c Fehn. in cap. ex parte
decani, num.25.de reſcr. ſicuti de appellatione per
28 peram interpoſita dicitur, † quę ad incommodum,
& damnum appellantis tenet ſecundum Crauet.
conſil.181.num.4.lib.1. & ſic ſtante lapſu tempo-
ris ad petendum reductionem, qui erat decem die-
rũ ex forma ſtatuti, ratificatio nihil operatur, quia
nihil reperit ratificabile ad not. per Bald. in l.fin.
C.ad macedo.

Neque tacitus cõſenſus, vt ſupra ponderatus ali
quid operari poteſt inuito aduerſario poſt lapſum
decem dierum a die ſcientiæ granaminis, quia talis
conſenſus, qui vt ex aduerſo dicebatur ex doctrina
Bart. in l. filiusfamilias de donat. tendere debebat,
29 ad commodum aduerſarij † in eius odium tunc ce
deret, & ad derogationem iuris quæſiti ex ſenten-
tia arbitrali, quod fieri non debet, capit. quod ob
gratiam de reg. iur. in 6. & in terminis. Alexand.
conſil.101.num.3.lib.2.& not.Felin.de lit.non cõ-
teſta.c.1.nu.52.verſi.quod autem dictum eſt, vbi lo
quendo in terminis ratificationis expreſſę,& tacitæ
dicit id fieri debere intra tempus quo ratificans a-
ctum expedire potuiſſet.

ANNOTATIONES.

a Non ad cõmodum cõſtituentis. Procurator cum libera, quid poſſit facere tam pro quam contra Dominum,& quando agitur pro concernentib. commodum aduerſarij, an requiratur ſpeciale mãdatum in indiuiduo, vide late Bero.q.33. per tot. Rimin.iun.conſil.21.ſub nu.27 verſ.quibus addo,

b Mandato ſpeciali æquiparetur. Immo aliud eſt cõſtituere procuratorem generalem cum libera,& aliud ſpecialem cũ libera,

bera, quia ſpecialis, hic nil poteſt ultra ſpecificata, & ultra illos actus, in quibus ſpecialiter eſt conſtitutus. Bart. Alex. & alij, in l. qui Romæ §. Callimachus. ff de verbor. oblig. Bal in cap ex parte decani. colum. fi. de reſcript. & alij de quibus per Decian. conſilio 91. num. 31. lib. 5. & quando generalis cum libera æquiparetur ſpeciali. Bero. quæſt. 83. numero 9.

e Rot. deciſ. 13. in antiq. ibi loquuntur Domini de geſtis per falſum procuratorem. Idem dic, quod ratificatio geſtorum per falſum procuratorem non poſſit fieri in concluſione in cauſa Rot. deciſ. 148 in antiq. ſed regula communiter recepta eſt in contrarium, tex. eſt in l. licet ff de iudic. quam communem limitat quindecim modis. Iaſ. in l. licet. C. de procurat num. 10. & ibi eſt materia hæc tractata per omnes, qui dicunt, quis ſit falſus procurator. & vide latiſs. diſputantem, & limitantem. Felin. in c. cauſam, quæ el 1. nu. 6. uſque in fi de iudic. poſt Aretin. ibi. & hoc intelligas de maiore. In minore autem omnes tenent, quod ſententia lata ad ſui fauorem cum falſo ipſius procuratore poteſt ratificari, glo. in l. ſi tutor. C. in quib. cau. in integ. reſtit. non eſt neceſſ ubi Bart. Bald. & Caſtrenſ. late Bald. in cap. 1. ſub num. 8. de ordi. cognit. & Felin. qui dicunt, ita omnes teneve d. c. cauſam. num. 7. & ibi dicit idem de Eccleſia, & vide declarantem Cephal. conſ. 745. in fi. lib. 5. & quod talis ſententia iam per maiorem, quam per minorem indiſtinctè poſſit ratificari, eſt communis opinio Doct. in l. ſi mater. §. hoc iure. ff. de except rei iudi. & de communi teſtatur Celſ. in addit. ad Bal. in d. l ſi tutor. Et vide omnino Guid. Pap. deciſ. 320 ubi late. Et quod actus procuratoris etiam pœnalis poſſit in præiudicium ratificantis ratificari, Samon de Pret. conſ. 116. nu. 25. Rimin. iun. conſ. 450. nu. 25. & conſ. 454. num. 10. & ſeq.

SUMMARIUM.

1 *Reſcriptum ante præſentationem, & citationem non efficitur commune inter partes.*
2 *Impetranti reſcriptum ante eius uſum, & citationem licet pœnitere.*
3 *Reſcripto ab impetrante renunciari poteſt.*
4 *Inuitus uti reſcripto nemo cogi poteſt.*
5 *Proceſſus factus coram ordinario tanquam delegato eſt nullus.*
6 *Ordinarie procedi in cauſis iuris eſt publici, & partes renunciare non poſſunt.*
7 *Uniformis eſſe debet finis cum principio.*
8 *Reſcriptum dicitur eſſe ſtricti iuris, & extra res, & perſonas in eo nominatas non trahitur, & numero 23.*
9 *Mixtum non cadit ſub ſimplici.*
10 *Reſcripta ius facere inter partes dicuntur.*
11 *Non dicitur contra legem facere, qui tramites legis ſequitur.*
12 *In iudicijs acceptio perſonarum eſſe non debet.*
13 *Actori non licet, quod reo permiſſum non eſt.*
14 *Reſcriptum ab actore obtentum, quod procedatur appellatione remota, ſi conueniatur actor, debet ſub eadem forma reſcripti conueniri.*
15 *Reſcriptum denegans appellationem ligat etiam impetrantem.*
16 *L. quod fauore de legib. non procedit in priuilegijs tendentibus ad ordinatoria iudicij, quia in eis æqualitas, eſt ſeruanda.*
17 *Ubi eadem ratio militat ibi idem ius ſeruandum.*
18 *Reſcriptum impetratum continens ius nouum, vel iniquum poteſt aduerſarius eo uti impetrante inuito per viam retorctionis.*
19 *Omittens opponere declinatorias exceptionis, & recuſationis per tacitum conſenſum dicitur prorogare iuriſdictionem.*
20 *Actus iudiciarius inualidus parte nõ opponente ſubſiſtentatur.*
21 *Per non oppoſitionem multa omittuntur, quæ alias omitterentur.*
22 *Unus, & idem proceſſus via ordinaria inchoatus poteſt via ſummaria proſequi.*
23 *Reſcriptum trahitur etiam ad conſequentia, et ad appenditia.*

ARGUMENTUM.

Reſcriptum quando dicatur effectum commune inter ipſas partes.

Et quando inuito impetrante uti liceat.

Et an Iudex procedens uia ſummaria, poſſit illa dimiſſa ad ordinariam conuolare.

DECISIO LII.

HOSPITALE incurabilium Magiſt. & Illuſt. Generali Conſilio, quod loco principis eſt, reſcriptum obtinuit, quod omnes eius cauſæ ab omnibus, & quibuſcunque iudicibus tam agẽdo, quam ſeſe defendendo ſummarie ſola facti veritate inſpecta, & nullo iuris aut ſtatutorũ ordine ſeruato terminentur, & hoc ex cauſa, vt citius, & ſine diſpendio talia iudicia expediantur.

Quo ſtante reſcripto, quidam illius vigore conuenerat ſummariè d. hoſpitale petitione hæreditatis, & citatis rectore, & procuratore eiuſdem, in cauſa fuit proceſſum vſque ad litis conteſtationem incluſiue, & poſt modum fuit oppoſitum de nullitate proceſſus, cum debuiſſet hoſpitale conueniri, & citari via ordinaria, non ſummaria, ut factum fuit, & propterea petitum declarari nullum & irritum quicquid hactenus in dicto iudicio factum fuerat. D. Iudex a quo interloquendo dixit hucuſque valide proceſſum, & in futurum ordinarie in cauſa procedi mandauit.

Et interpoſito recurſu ad noſtrum auditorium, pro parte hoſpitalis dicebatur actorem, non potuiſſe fundare ſe in dicto reſcripto, & illo vti inuito im-
1 petrante, huiuſmodi enim reſcripta † ante præſentationem iudici ab impetrante factam non efficiuntur communia inter partes, teſtes But. in ca. ex parte decani, colum. 12. de reſcript. vel vltra præſentationem ante citationem partis, ut magis placuit Abb. in cap. ex conquæſtione, num. 10. de reſtitut. ſpoliat. & per Iaſ. in l. 3. in princip. num. 12. ff. quod

quiſque

quiſque iur. & per Adden. ad Bar. in l. more, num. 3.
de iuriſd. omn. iud. & tradit Bero. conſilio 3. libro 3.
2 nam ante † citationem licet pœnitere, auth. qui ſe-
mel. C. quo. & quando iud. & ante præſentationem
iuriſdictionis exercitium non confertur. Aret. conſ.
33. tradit Felin. in rub. de reſcript. nu. 3.

Poteſt enim impetrator tali reſcripto ſua indu-
3 ſtria, & laboribus acquiſito † renunciare ſecundum
magis communem opin. de qua Fel. d. rub. de reſcri.
colum. 2. & Abb. & alij in d. cap. ex conquæſtione,
de reſtit. ſpol.

4 Nec illo † inuitus, vti impetrans cogi poteſt fir-
mat Rebuff. ſuper conſtit. reg. in tit. de reſcript. in
præfatio. num. 98. & 160.

Præterea allegabatur deciſio Bal. in l. 1. C. qui pro
ſua iuris, & in l. falſus, circa princ. C. de furt. quem
refert, & ſequitur Felin. in cap. P. & G. ſub num. 7.
5 de offic. deleg. vbi dicit † quod ſi partes litigant co-
ram ordinario tanquam coram delegato (prout erat
caſu iſto) & nulla adeſſet delegatio, talis proceſſus
ab eo incompetenti factus eſt nullus, & non ſuſti-
netur ex vi prorogationis.

Nam quod ordinarie procedatur eſt iuris publi-
6 ci, & partes tali † iuri renunciare non poſſunt, vt
notanter deducit Matant. in ſuo Spec. in 9. diſtinct.
princ. num. 98.

His accedebat glo. in clem. ſæpe in verbo partibus.
7 de verb. ſign. † quæ dicit vniformem eſſe debere finē
iudicij cum principio, & ſic diuerſo ſummarij, &
ordinarij iure idem iudicium cenſeri non poſſe.

Ex alio etiam deducebatur nullitas: quia reſcri-
8 ptum, quod alias † ſtricti iuris eſſe dicitur, & non
trahitur extra res, & perſonas nominatas. cap. 1. de
off. deleg. in 6. ca. cum olim ab. & cap. pen. extra eo.
tit. & cap. fin. de reſcr. loquitur ſimpliciter in cauſis,
quibus agit hoſpitale, vel ſe defendit, ſed in præſen-
ti iudicio vna cum hoſpitali conueniuntur aliæ par-
ticulares perſonæ, & aliud hoſpitale merito ratio-
9 ne mixturæ reſcriptum in caſu † ſimplici loquens,
non operatur in mixto l. certi, §. quoniam. vbi Bart.
& ali. ff. ſi cert. pet. & not. Ruin. in conſilio 137. nu-
mero 12. lib. 1.

Ex aduerſo pro parte actoris replicabatur nihil
rectius aut melius pronunciari potuiſſe, quādo qui-
10 dem cum reſcripta inter partes † ius facere dican-
tur, & lex inter eaſdem ſit, vt poſt Ioan. Andr. tradit
Fely. in rubr. de reſcr. colum. 1. cum concor. per Re-
buff. ſuper conſtit. reg. in tit. de reſcript. in præfatio.
11 nu. 153. non poteſt dici † contra legem aliquid cō-
miſiſſe actor, ſi legis, & reſcripti tramites præſcri-
ptos ſecutus ſit agēdo cōtra d. hoſpitale. l. Grachus
cum ſimil. C. de adult. Et licet in reſcripto expreſſe
mentio non fiat de actore, fit tamen in genere men-
tio, & ſufficit, arg. not. per Tiraq. in ll. connub. glo.
7. nu. 87. nam dum reſcriptum dicit ſiue agendo, ſi-
ue ſe defendendo, in defenſione præſupponit præam-
bulum neceſſarium actoris, quia defenſio eſt relati-
ua ad offendentem, & moleſtantem actorem.

Vnde ſicuti hoſpitale valuiſſet vigore d. reſcri-
pti alios conuenire, ita etiam retorcutionem egre-
a fere non debet a toto tit. quod quiſque iuris: in iu-
12 dicijs † enim acceptio perſonarum eſſe non debet,
13 & actori † non licet, quod reo minime permittitur,
& per iſtas rationes dicebat Alex. Rub. in l. natura-
liter. §. nihil commune, num. 234. de acquir. poſſeſſ.
14 poſt Abb. in cap. 2. de mutu. petit. quod † reſcriptū
ab actore impetratum, vt in cauſa procedatur ap-
pellatione remota, ſi conueniatur actor ſub eadem
reſcripti forma pro eodem reo procedi debet, tradit.
Franc. in c. paſtor. nu. 6. de appell. & Corn. in l. cum
Papin. C. de ſent.

15 Reſcriptum enim denegans † appellationem li-
gat etiam impetrantem ſecundum Felyn. in proœ.
Gregor. nu. 8. & propterea notanter tradidit Bella-
16 me. in c. ex eo q. 8. de reſtit. ſpol. quod † l. quod fauo-
b re. C. de legib. b non habet locum in priuilegijs ten-
dentibus ad ordinatoria iudiciorum, cum in eis æ-
qualitas ſit ſeruanda.

Militabat etiam in hoc caſu fauor litium finien-
17 darū, quo reſcriptum fundatur, † merito idē ius ſer
uandū. Alcia. in l. quamuis, col. 2. in ſi. C. de tranſac.

Vltimo allegabatur ad fauorem actoris ſingula-
ris deciſio. Iaſ. in l. 3. in prin. nu. 12. ff. quod quiſque
18 iur. vbi dicit † reſcriptum a parte impetratum con-
tinens ius nouum, vel iniquum (cuius naturæ erat
præſens reſcriptum) tunc aduerſarius illo vti poteſt
iure retorcutionis, inuito etiam impetrante, quod di-
ctum pro notabili, & practicabili referunt Addētes
ad Abb. d. c. ex conquæſtione. de reſtit. ſpol. & dicit
Iafred. in deciſ. 76. cent. 1. quod impetrans iudicem
ſi nolit poſtea coram eo litigare, tamen ille contra
quem impetratus fuit, poteſt uti literis delegationis
ſecundum Ioan. And. in clemen. conſtitutionem de
elect. & in c. conquæſtione. de reſtit. ſpol.

Nec obſtare dicebatur, quod reſcriptum ante im-
petrantis præſentationē, & partis citationem exer-
citium iuriſdictionis non conferat, & quod inuito
impetrante aduerſarius vti non poſſit.

Quia ſtantibus citationibus ac comparitionibus
pluribus factis in hoc iudicio per procuratorē cum
libera, nec non per rectorem d. hoſpitalis, & aliorum
litis conſortium, vſque ad litis conteſtationem in-
cluſiue, abſque vlla ſpeciali exceptione propoſita, vi-
detur ſine dubio cōſenſus præſtitus d. modo proce-
dendi vigore d. reſcripti, & ſic volente & patiente
impetratore dicti reſcripti delegatorij de eo ſe præ-
19 ualet aduerſarius: † nam per tacitum conſenſum
ac per omiſſionem recuſationis iudicis, & exceptio-
nis declinatoriam oritur iuriſdictionis prorogatio,
l. ſed & ſi, & ibi Bart. de iudic. cum late tradit ſuper
Anto. de Matthæis in tract. prorogationis, ſub nu-
mero 12. verſ. veniamus ad tacitum conſenſum quo
ſtante conſenſu non eſt, quid imputandum ſit ad-
uerſario ſi reſcripto communi effecto de voluntate
impetrātis vtitur, quod fieri poſſe non prohibetur,
vt communiter Doct. teſtantur in locis ex aduerſo
citatis. in cap. ex conquæſtione, & in rub. de reſcrip.
& per Rebuf. d. præfat. nu. 98. & 160. Pro quo facit,
20 † quod in iudicialibus actus inualidus ſubſtenta-
tur parte non opponente, vt de communi opin. te-
21 ſtatur Rebuff. in prçcitato loco, nu. 97. Nam † per
non oppoſitionem multa amittuntur, quæ alias
non

non amitterentur ad Crau. conſil. 5. in fin. & 12. num. 4. tradit Franc. Hercula. de proba. nega. num. 21. Alexan. in l. Iudex. poſteaquam, num. 8. de re iudi. & in conſil. 43. colum. pen. lib. 4. & conſil. 77. lib. 2.

Non ob. deciſio Bal. & Felin. in d. cap. P. & G. de off. dele. num. 7. quia hic in ordinario concurrebat vtrunque, & delegata, & ordinaria iuriſdictio, cuius delegatæ iuriſdictionis exercitium fuit collatū per præſentationem reſcripti parte non opponente, & non contradicente, allegata vero in contrarium procedunt, vbi nulla adeſt delegatio.

Non ob. gloſſ. cle. ſæpe: quia non eſt inconueniēs quod in concurſu ordinariæ, & delegatę iuriſdictio-
22 nis vnus † proceſſus, vno modo veluti ordinaria via inchoatus poſſet proſequi alia via ſummaria, & econtra, vt voluit Bald. in l. ſimiles, ff. de mili. teſta. & per Maran. d. quæſt. diſtin. prin. num. 90. & ſeq. & idem ſentit gloſſ. d. clemen. in verbo partibus.

Non ob. conſiderata mixtura: quia ſtante vni-
23 tate iudicij ac litis conſortio, † reſcriptum vni conceſſum trahitur etiam ad litis conſortes, vt firmat Crau. in conſil. 45. colum. 2. num. 2. facit quod reſcripta trahuntur ad appenditia, & conſequentia petitis. Natt. conſil. 3. col. 2. num. 4. lib. 11.

Et ita pro actore votatum fuit declarando bene iudicatum, & male recurſum per ea, quæ no. tradit Rom. in conſil. 133. num. 1. verſ. breuiter dicendum per quæ videtur decidi præſens quæſtio, & faciunt no. per Card. in d. cle. ſæpe, num. 3. & per Imo. ibi num. 56. & Anto. Gab. ad contra. in forma cameræ in 2. quæſt. 3. partic. num. 4. 5. vbi recenſet Roman. conſil. 135. antedictum, quibus accedunt. no. per Gui. Papa conſil. 117. num. 4. vbi intentata via ordinaria poteſt rediri ad extraordinariam.

ANNOTATIONES.

a Retorcitionem ægre ferre non debet. Aduerte, quod edictum illius tituli, quod quiſque iur. ita demum habet locum, vt retorqueatur, quando conueniunt duo caſus ſimiles, ſed ſeparati, & diuerſo tempore, vt puta ſi Titius vſus fuit ali quo iure in caſu contingenti contra Sempronium, Sempronius poſſit eodem iure, vti contra Titium, ſi Sempronio caſus ſimilis contigerit. In eodem autem caſu, & eodem tempore non poteſt tractari de hoc edicto, ſed de natura correlatiuorum, & contrariorum, vt optime declarat Bologne. d. tit. quod quiſque. iur. in Rub. num. 6. & in l. 1. §. ſi quis apud, ſub num. 4. verſic. ſed ego puto. ff. eod. Et propterea cum Hoſpitale in aliquo caſu, adhuc nō præſentaſſet illud reſcriptum, non videbatur poſſe adaptari retorcitio. Verum quia reſcriptum illud non alia de cauſa fuerat per hoſpitale impetratum, quam ad effectum vtendi, nec illi renunciauerat, ſed animum vtendi retinebat, ideo ſatis fuit impetraſſe, & obtinuiſſe. d. §. ſi quis apud, & ſatis fuit quod potuerit vti. l. 3. in prin. ff. eo. & ita eleganter ad propoſitum declarat Bolognet. loco præcit. num. 7. & ſeq. alias reſcriptum obtentum alicui ius non acquirit, niſi impetrans illo vtatur, eſt communis opi. ſcribentium in cap. ex conqueſtione de reſti. ſpol. cū alijs per Decian. conſil. 83. num. 9. lib. 2.

b L. quod fauore C. de legib. Dic etiam l. iſtam non procedere in illicitis, & iniquis, iſta enim retorquentur. Bolognet. in l. 1. §. ſi quis apud ſub num. 1. verſic. non obſtant. contraria, & num. 28. ff. quod quiſque iur.

SVMMARIVM.

1 *Ceſſio actionis loco alienationis habetur.*
2 *Excuſſio in bonis debitoris fieri debet priuſquam hypothecaria agatur contra tertios poſſeſſores.*
3 *Priuilegium tacitæ hypothecæ an trāſeat in ceſſionarium.*
Hypotheca tacitæ priuilegium an tranſeat in ceſſionarium, & ex communi opi. dicitur tranſire ad quecunque ad quem tranſit dotis actio.
4 *Priuilegium prælationis non tranſit in ceſſionarium, niſi ceſſio fiat ad commodum mulieris.*
5 *Ceſſio actionis an valeat, ſi pretium non correſpondet, & an ſatis ſit, ſi ſolutio per confeſſionem tantum, num. 11.*
6 *Non probatū probabo, non deductū deducam, nu. 13.*
7 *Clauſula facti veritate inſpecta, operatur, vt ferri poſſit ſententia, ex cauſa probata, licet non deducta, nu. 15. & ſeq. vbi declaratur.*
8 *Hypothecaria agens, an habeat probare de dominio.*
9 *In obligatione generali omniū bonorū ſufficit probare debitorem, ſemel poſſediſſe poſt d. obligationem.*
10 *Ratione iuris, quod quis habet ad redimendum bona, creditores ſunt præferendi, quia dicitur retrotrahi, quaſi ab initio fuiſſent obligata.*
11 *Pretium ceſſionis actionis nō ſufficit probari ſolutum per ſolam confeſſionem cedentis, vt poſſit agi aduerſus bona cedentis.*
12 *Ceſſio actionum eſt multum ſuſpecta, & redolet dolum, & fraudem.*
13 *Vigore iuris regula nō probatum probabo, &c. poteſt de nouo deduci aliquid, quod reſpiciat cauſam principalem, non autem vt de nouo aliquid petatur.*
14 *Appellatio reducit rem ad eum ſtatum, quo erat in prima inſtantia poſt litem conteſtatam.*
15 *Appellationis iudex non cognoſcit, niſi de eo, quod cognouit iudex cauſæ principalis.*
17 *Sententia debet eſſe conformis libello.*
18 *Cauſa vbi eſt omnino noua, tunc non cadit ſub regula non probatum probabo.*
19 *Decretum iudicis eſt ſtricti iuris, & non extenditur ad ſimilia vel maiora.*
20 *Contractus ſunt ſtricti iuri, nec admittunt extenſionem, niſi quando alias non haberent effectum.*
21 *Contractus non extenditur ad aliam cauſam in eo nō expreſſam.*
22 *Conductor dicitur magis eſſe in poſſeſſione, quam poſſidere.*
23 *Et magis detinere, quam poſſidere.*
24 *Et magis alieno, quam proprio.*
25 *Conductoribus, & detentatoribus olim nullum remedium poſſeſſorium dabatur.*
26 *Statutum Lucenſe. 98. lib. 1. declaratur.*
Poſſeſſoris appellatione de vero poſſeſſore intelligitur ciuiliter poſſidente in materia ſtatutaria.
27 *Momentanea acquiſitio non eſt habenda in conſideratione.*
28 *Momentanea acquiſitio filij non prodeſt patri ad acquiſitionem vſusfructus.*
29 *Momentaneum dominium non infringit regulam mendicantium.*

30 *Excuſsio*

30 *Excuſsio legitima requirit iudicis pronunciam, & quod iudex ſuper ea pronunciet, alias non tenet.*

ARGVMENTVM.

De ceſsione iurium, & actionum, & an, & quando ex noua cauſa probata, & non deducta ſententia ſequi poſsit.

DECISIO LIII.

CAESAR quondam Ioannis Baptiſtæ de Leuis ſub prætextu aſſerti crediti ſcutorũ 200. ſibi debitorum a Luca quondam Ioannis occaſione bonorum receptorum, & apothecæ Cæſaris, ab eodem Luca inſolutum accepit iura, & actiones, quæ & quas ipſe Lucas habebat ſuper bonis quondam Saluini Lapi ex cauſa dotium ſibi promiſſarũ per Catherinam d. Saluini filiam, & vxorem reſpectiue d. Lucæ, vt publico inſtrumento conſtabat, quam iurium ceſſionem fecerat idem Lucas pro d. debito cum conſenſu D. Catherinæ, & iudicis decreto adhibito, & proximioris coniuncti interuen-
1 tu iuxta formam ſtatuti † loco enim alienationis,
ceſſio habetur Socin. conſil. 37. num. 22. lib. 4. & habetur, in tract. de ceſſio. iuri auctoris incerti, numero 12.

Cuius ceſſionis vigore egit Cæſar contra Ludouicum Saluatoris poſſeſſorem nonnullorum bonorum per eum a d. Saluino emptorum poſt d. dotem conſtitutã proponendo actionem hypothecariam
2 concurrentibus requiſitis, & facta prius † legiti-
ma excuſſione in bonis, & hæreditate d. Saluini iux. auth. Hoc ſi debitor, & ibi not. per doct. C. de pign. & in §. ſed neque, in auth. de fideiuſſ. prout etiam requiritur in ceſſionario. Iacob. de Aret. in tracta. de ceſſio. iur. in rubri. de his, quæ fiunt circa iudic. agen. ex iu. ceſſ. in fin. ac etiam ex diſpoſitione iuris municipalis, & quia aderat in contractu dotis expreſſa hypotheca, fuimus extra illã dif-
3 ficultatẽ, † an priuilegium tacitę hypothecę, & pre-
lationis transeat in ceſſionarium, in quo quidem articulo communiter cõcluditur tale priuilegium tacitę hypothecæ tranſire in quemcunque, cui tranſit actio dotis. l. 1. §. & vt plenius, & ibi doct. C. de rei vxor. actio. Bart. in l. 1. circa princip. ff. ſolut. matrimo. & in l. poſt dotem. ff. eod. Neguſ. de pigno. & hypo. in 4. memb. 2. part. num. 25. Bal. Nouell. in tracta. de dote. in 12. part. princip. num. 6. & ſeq. Iaſ. in §. fuerat, num. 36. inſtitut. de actio. & de communi opin. teſtatur Rip. d. l. 1. num. 22. ſolut. matri-
4 mo. † Priuilegium autem prælationis non tranſit
in ceſſionarium, niſi ceſſio ſit facta in vtilitatem, & commodum mulieris iuxta diſtinctionem traditã per Bal. Nouel. d. 12. par. prin. num. 18. & ſeq.

Et cum actor in prima inſtãtia ſuccubuiſſet, ſed ad remedium appellationis conuolauit, mutando coram nobis cauſam ſui crediti, & nouiter deducendo ſe eſſe creditorem d. Lucæ occaſione affictus bonorum immobilium d. Lucæ locatorum, idque publico inſtrumẽto docebat celebrato de anno 1567. aſſerendo etiam d. ceſſionem ſibi eſſe factam non ſolum ex cauſa prædicta bonorum apothecæ, ſed etiam ex iſta affictus, & ad corroborãdum ſuam intentionem plura adducebat, & inter cætera duo videlicet.

5 † Primò, cum pretium reſpondeat rei ceſſæ, non
erat dubitandum ceſſionem eſſe validam doct. in l. per diuerſas, C. mand. quod locum habet etiam ſi ſolutio probetur per confeſſionem tantum d. Ant. Gab. de act. concluſ. 5. nu. 24.

Secundò, in appellatione datur generalis regula.
6 † nõ probatum probabo, non deductum deducam.
l. per hanc. C. de appella. & habetur, lib. 1. ſtatu. capit. 14. vbi diſponitur in cauſis procedi debere ſo-
7 la facti veritate inſpecta, † cuius clauſulæ vigore po
teſt ferri ſententia ex cauſa probata, licet non deducta. Alexand. in l. ſi ita ſtipulatus, §. Chriſogo. numero 8. de verbo. obligat. Dec. in cap. dilecti, num. 3. de iudic. Ruyn. conſil. 21. lib. 1. num. 11. Crauet. conſil. 198. num. 7. & in conſil. 210. num. 8. Gramma. deciſ. 15. num. 3. Menoch. de arb. lib. 1. q. 31. Benin. deciſ. 44.

Vnde cum d. actor publico inſtrumento probarit ſe eſſe creditorem ex cauſa affictus, tale creditum probatum attendi debet, licet non eſſet deductum.

Tertiò cum controuerteretur, an in hac actione
8 hypothecaria, † agens deberet probare de dominio
principalis debitoris, & probari debere conſtabat ex magis communi opinio. de qua Neguſ. de pig. 3. memb. 8. part. num. 8. & hoc deficere videbatur, quia non probabatur, quod tempore dotis promiſſæ iſta bona eſſent poſſeſſa a Saluino vti domino, immo contrarium apparebat, quod iam vendiderat, & reconduxerat ab emptore, dictus actor dicebat hanc dominij probationem ſibi fore remiſſam a ſtatur. l. 1. capit. 98. vbi diſponitur agenti hypothecaria ſufficere probare de poſſeſſione debitoris.

Quartò, & ſubtiliter dicebatur nos verſari in obligatione generali omnium bonorum per Saluinum
9 facta, † quo caſu ſufficit probare debitorem poſt d.
obligationem ſemel poſſediſſe. l. & quę nondum, ff. de pign. Neguſ. d. 3. memb. num. 6. vnde cum Saluinus reaffrancauerit hæc bona a patre vendita intra legitima tempora vigore pacti de retrouendendo, & ſic ſemel poſſederit antequam Ludouico ea venderet, priores creditores ſunt præferendi, maxime
10 in caſu iſto † ratione illius iuris ad rem, quod ha-
bebat Saluinus ad redimẽdum, arg. no. per Neguſ. d. 3. memb. nu. 13. vbi ratione illius iuris ad rem redimendam, dicit retrotrahi, vt quaſi ab initio fuiſſet obligata.

Quibus tamen non obſt. comperimus d. actorẽ adhuc eſſe in recenti caſu ſuccumbentię, & propte-

rea

rea ſententiam D. Iudicis a quo confirmandam
cenſuimus.
Moti quoniam precium ceſſionis non fuit actua
liter numeratum, vti fieri debuit ſecundum Bald.
in d.l.per diuerſas.colum.fin. nec minus fuit oſten-
ſus liber apotechę, aut probatum creditum d. acto-
ris alio modo, quam per confeſſionem partis,
11 † quæ non ſufficit ad agendum contra bona ce-
dentis, Gabr.de actio. concluſ.5. numero 21.Thob.
Noni.in conſil.84. colum 1. & de communi opin.
atteſtatur Vrſi.in addi.ad Affl.deciſ.74. num.8.
Et hanc partem eo libentius, & nos ſicuti ſu-
mus: quia illa variatio cauſæ in appellatione, &
primæ deſertio eo nos impulit, vt coniectura qua-
dam aſſequeremur ceſſionem hanc eſſe ſimulatam
a argumen. not. per Bart. conſil. 65. & Bella. in
deciſ.715. numero 6. & conſequenter admodum
ſuſpectum, quod animaduerti debet in his maxi-
me mercatoribus, ruralibus nobis ex pluribus cau-
12 ſis cognitis, † cum lex ipſa generaliter de huiuſ-
modi ceſſionarijs, non multum confidit, & de illis
non bene præſumat, tanquam quod litium redem-
ptores eſſe videantur, & alias quadruplatores, &
alienæ litis interceptores appellantur. Rebuff. in l.
ſæpe ita compertum verbo redimere.ff. de verb.ſi-
gnifi. cart. 385.& mala fide ad vexandum reos in
aliorum locum ſubintrare ſatagant. vt dicit Bald.
d.l per diuerſas.numero 1.& quod iſta ceſſionis iu-
rium materia ſit ſuſpecta, & fraudem dolumque
redoleat teſtatur Rimin.conſil. 155.lib.1. nume.5.
Ideoque regulariter a iure fieri prohibetur, niſi in
caſibus, in quibus in l. per diuerſas cum ſequ.C.
manda.
Non ob.in contrarium adducta.nam ad primum
iam patet modo reſponſum, & ad ſecundum tri-
pliciter reſpondetur.
Primo quod regula illa non deductum dedu-
13 cam, & non probatum probabo † intelligitur,
quod poſſit de nouo aliquid deduci, quod reſpiciat
cauſam principalem, non autem, vt aliquod de
nouo petatur. Roman.in conſil.381. Franc. in ca.
eccle. numero 7. 8.& 9.de appella. Marſ. ſing. 240.
14 Due.in reg. 48. num. 2. † nam propter appellatio-
nem reducitur ad eum ſtatum, in quo erat in 1.in-
ſtantia poſt lit conte. Roma. vbi ſupra. Deci.in l.
15 edita numero 54.C.de eden. & † Iudex appellatio-
nis non cognoſcit niſi de eo, quod cognouit iudex
cauſæ principalis. Bart.in l.1.C.ſi aduer, liber.Ro-
ma.d. conſil.381.Duen. d.reg.48. numero 2.Natt,
conſil.573.num.35.
Secundo ad ſtatutum reſpondetur, quod quan-
do cauſæ debent tractari ſummarie, & de plano ſi
poſtea proſequatur ſtatutum, vt producatur peti-
tio, & detur copia parti, vt poſſit cedere, uel con-
tendere deliberare, & quod non poſſit mutari li-
bellus, niſi vſque ad tale tempus, vt procedit ſta-
16 tutum noſtrum, † tunc non habet locum, quod
ſupra dictum eſt, vt per talem clauſulam ſententia
ferri poſſit ex cauſa probata, licet non deducta, ita
in terminis ſtatuti Bonon. conſuluit Pariſ. conſil.
131. num. 14. & ſeq. lib. 1. quem ſequuntur alios
citantes Pedemon.deciſ. 1.nu.21.& quod not. Nat-
ta, in conſi. 171.nu.12.
Et hoc tanto magis dicendum eſt, quia lib.1.ſta-
17 tu.cap.107. dicituur quod † quælibet ſententia dif
finitiua debeat eſſe conformis libello, ita quod vbi-
cunque de iure admittitur generalis petitio, poſſit
etiam ſententia eſſe conformis libello.l.vt fundus.
ff.communi diui Socin.conſi.54. num. 1. & ſecun-
do.libro 4.& hoc caſu poterit iudicari ſolum ſuper
his, quę licet non ſint petita, veniunt tamen ab eo-
dem fonte, & acceſſorie aut virtualiter ex natura a-
ctionis Capic. deciſ. 10. num.14. Pedemon.d. deciſ.
18 1.num.24.ita † quod ſi noua cauſa probata ſit om-
nino noua, non cadit ſuper ea ſententiæ reformatio
nec appellationis proſecutio.Rebuff.de reſcrip.arti.
3.gl.4.nu.1.& habetur, lib.5.ſtatu.c.18.Rimin.iun
conſi.61.nu.2.
Tertio, quia cauſa affictuum non fuit probata.
nam ex tali ceſſio non fuerit facta, & ſed ex debito a
potechæ, quæ ceſſio ſimulata etiam ſi eſſet vera, non
poteſt extendi ad aliam cauſam ceſſionis tum quia
19 † decretum a Iudice interpoſitum eſt ſtricti iuris, &
non extenditur ad ſimilia, vel maiora Simonc. de
decreto. lib.1.tit.1.nu.93.& ſeq.
20 Tum quia † etiam contractus ſunt ſtricti iuris l.
quicquid aſtringendæ de verbo. obligat.& non ad-
mittunt extenſionem, niſi quando alias non habe-
rent effectum Iaſ.in l.ſi ſtipulatus fuero per te in pri
21 mo notab.ff.de verb.oblig. vnde † non debet exten-
di huiuſmodi contractus ceſſionis ad aliam cauſam
in eo nō expreſſam, Dec.in conſ.455.nu. 1.quia vna
ſpecies conuentionis per ſe ipſam in aliam tranſire
nō poteſt: vt no tradit Soc.iun.conſ.44.nu.50.li.2.
Non obſt.tertium, nam ſtante, quod pater Salui-
ni ante d. bona vendiderat cum pacto trahendi, &
interim ab emptore reconduxerat, Saluinus eius
hæres re adhuc non redempta dicebatur conducto-
rio nomine illa retinere, & ſic in aſſerta poſſeſſione
22 ſe tueri non poterat, † cum conductores non poſ-
c ſidere, ſed magis eſſe in poſſeſſione c dicantur l. 3.
in fin.ff.de acquiren. poſſeſſ. Neguſan. de pigno.2.
memb.3.part.num.16.& 4.part.num.10.Contar.in
23 l.1.21.limit.num.25. C.ſi de momen.poſſ. † & deti
nere magis, quem poſſidere ibi dicuntur Rimin.
iun.conſ.17.num.25. Menoch. de recupe.poſſ.1.re-
med.num.62.& num.65. Rimin. Sen.conſil.94.nu.
24 8.libro 2. & † magis alieno quam proprio nomine
poſſident, cum per illos nos poſſidere dicamur Cra-
25 uet.conſ. 5.num. 11.& † ideo olim non dabatur hu-
iuſmodi detentatoribus aliquod remedium poſſeſ-
ſorium, quia non poſſidebant ſecundum gloſ.in l.ſi
de fundo.C.locati.
26 Statutum † igitur ex aduerſo allegatum cap.68.
lib.2.de poſſeſſore, & poſſeſſione loquens locum ha
bet in vero poſſeſſore ciuiliter poſſidente, non in
detentore, qui vere, & proprie non poſſidet. Aret.
in rub.ff.de acqui.poſſeſſ.Rebuf.in concord.de col-
latio.§.volumus. Curt. iun.conſi. 108.num.27.late
Contard.in d.21.limita.
Neque etiam obſtat quartum, quia ex quo Salui-
nus d.bona redemit, & illi eadem die, & momento

quo reaffrancauit eadem bona alienauit illa mo-
27 mentanea † acquiſitio non eſt habenda in conſide-
ratione, & minime attendenda l.fi.§.fin.C.de bon.
28 quæ lib.† vbi acquiſitio momentanea dominij fa-
cta per filium nõ prodeſt patri ad acquiſitionẽ vſuſ-
fructus,& not.Bart.in l.fi.C.de condi. inſtitu.& in
l.ſi quis ita.C.de condit.& demonſt.& dicit Bal.in c.
29 cum cauſam in fi.de re iudic.† quod momentaneũ
dominium non infringit regulam mendicantium,
faciunt not. per Contard.in l.vlt. ratione deciden-
di,nu.7.C.ſi de moment.poſſ.

Aderat etiam defectus non legitimæ excuſſionis
30 ſuper † qua non fuit pronunciatum per Iudicem,
et pronunciari de iure debuit, vt ex cõmuni opin.
tradit Neguian.de pignor.part.8.1.membro,num.
31.&c.

ANNOTATIONES.

a Hanc eſſe ſimulatam poſt Doctor. in allega.l.per diuerſas D. Tiber. Decian ponit ſex modos præſumendi ceſſionem ſimulatam, quos apud ipſum videas, conſil.109. numero 15.lib.3.

b Poſt litem conteſtatam. Bart. in l.ita demum.C. de procur. ex hoc infert,quod ea quæ debebant opponi ante litẽ conteſtatam non poſſint opponi in iudicio appellationis, & propterea exceptio præpoſterationis in cauſa appellationis non poterit opponi, Alex.conſil. 33.conſultus, alias lib 4. Item nec reconuentio poterit fieri Bald.in capit.veniſſent, penul.colum.de iudic.Specul.in titu de reconuent. §.nunc videamus, verſic. ſed nunquid coram Iudice. Guid.,Pap. quæſtio.436. num.102. Et quod dictum eſt de reconuentione limitat pluribus modis. Maran.de ordin iudic.par 4. diſt.6.num.13. Compenſatio vero bene admittitur in iudicio appellationis Specul.in titu.de appellat.§ de offic.eius ad quem appell.verſic. ſed nunquid in cauſa appellationis Guid.Pap.præcita.quæſt & num 103.

c Sed magis eſſe in poſſeſſione. Optimus eſt text in l.ſi quis an te.ff de acq.poſſeſ. qui ponit ad literam differentiam inter illum, qui poſſidet, & eum qui in poſſeſſione eſt, ad quod etiã vide Didac.a Couar. pract quæſt.c.17.ſub nu 4 verſic. ſeptimo eſt Cephal.conſi. 301.nu.4.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *Turbandi poſſeſſionem alterius plures modi ſunt.*
2 *Actionis qualitas ex medio concludendi cognoſcitur.*
3 *Agens interdicto vti poſſidetis, quid probare debeat.*
4 *Dolus in turbante, quando requiratur.*
5 *In turbatiuo iudicio, & vti poſſidetis præfertur de antiquiori poſſeſſione probans.*
6 *Teſtes plures, & grauiores præferuntur.*
7 *Malafide poſſidens ſuccumbit in iudicio vti poſſidetis.*
8 *Dolus indiciis, & præſumptionibus probatur.*
9 *In dolo dicitur eſſe, q ſpreto Iudicis prohibitione facit.*
10 *Iniuſta cauſa in materia vti poſſidetis non excuſat.*
11 *Turbato in ſua poſſeſſione competunt remedia.*
12 *22. modi turbandi aliquem in poſſeſſionem remiſſiue.*
13 *Plura ſunt rerum negocia, quam vocabula.*
14 *Præſentia præſumitur.*
15 *Verba notarij ſunt verba partis quando reſpiciunt factum de quo agitur.*
16 *Locus delicti commiſſi de neceſſitate verificari debet.*
17 *Loci diuerſitas reddit teſtes ſingulares, & ibi de ratione.*

ARGVMENTVM.

De turbata poſſeſſione.

DECISIO LIIII.

LGERANT Olinus & Mattheus de Cappanore coram Magiſt.D. Prætore Lucenſi aduerſus Andream, & Marcum de dicto loco iudicio turbatæ poſſeſſionis pro ponendo, & exprimendo modũ ſimplicis turbationis per violentiam inquietatiuã per arborum inciſionem in quibuſdam bonis a ſe
1 poſſeſſis † plures enim ſunt modi violentiarum, &
turbandi, vt refert Prac.Pap.in for.libe.turb.poſſeſ. in prin.vt Pet. de Bellapertica.q.537.contra quos procedi inſtabant iuxta formam iuris,& ſtatutorũ & tandem condemnati fuere ad deſiſtendum a d. perturbatione & inquietatione, necnon in penam librarum 62.pro quolibet.

Cumque ad nos reclamatum eſſet per dictos condemnatos,viſo proceſſu inficiari non poſſe credidimus fuiſſe intentatam conditionem ſtatuti, lib.4. cap.170.prout & ipſe ad D. Prætorem & Iudicem criminalem acceſſus præfert, & medium conclu-
2 dendi in querela demonſtrant;qualitas† enim actio
nis intentatæ concluſionis medio colligitur, vt in terminis interdicti vti poſſidetis, & turbatæ poſſeſſionis firmat poſt Soc.in iuni.in conſil.146.lib. 1.Roland.a Valle, in conſi.9. colum.1. lib.3. Bero. conſil.155.num.11.165.num.1.lib.2.& conſil.73. nu.1.lib.3.

3 In quo quidem iudicio† duo principaliter ne-
ceſſaria probatu,dum ciuiliter agitur ex parte actoris communiter traditur; alterum, videlicet, quod actor tempore turbationis poſſederit; alterum vero ipſa turbatio quemadmodum de primo docuit Barto.in l.1.§.fin.num,18.ff.vti poſſi. & in l.vnica. C.eod. de ſecundo vero glo. in l.ſi duo.§.2.ff.vti poſſi.& in capitu.licet cauſam de probatio.& vtrobique per ſcribentes, cum concordan, traditis per Menoch.de retinen. poſſeſſ, quæſt. 71. & 72.num. 557.558.559.& per.Roland.d.conſi.9.lib.3.& per addentes modernos ad Pract.Pap.in d.libello turba. poſſeſſ. in gloſſ.hodie, &c. ſecus vero quando criminaliter agitur,cũ tunc tertium requiratur,vi-
4 delicet, dolus† turbantis expreſſe d.ſtatuto caue-
tur,de quo late Menoch.vbi ſupra, num.603.cum multis ſeq.& prout de iure communi contra turbatem dabatur etiam iudicium criminale per actionem,vt not.Iacob.de Areo.in l.1.C.vti poſſi.& Angel.in l.cum filius.§.primo.de verbo oblig.& requirebatur probatio doli ita,& in caſu ſtatuti,quod loco iuris communis penas indictas ſubrogauit probandas ſic teſte Menoch.in præcitato loco, numer.608.

Quæ quidem omnia requiſita cum tam per teſtes, quam per inſtrumenta actor ſatis ſuperque probaſſet,videbatur omnino eſſe in caſu victoriæ.

Sed

Sed dubium faciebat, quia inquiſiti, qui ſe pari-
5 ter poſſidere contendebant, probaruut eorum † an-
tiquiorem poſſeſſionem, & per teſtes numero plu-
res, & minus vulnerabiles quam ſint teſtes actorum,
& nedum antiquiorem, ſed etiam de præſenti poſ
ſidere propter quod dicendum erat actorum poſſeſ-
ſionem iuniorem cenſeri clandeſtinam, & vitioſam,
& quantumcunque titulata ſit nõ prodeſſe, vt poſt
tradita per Alexan.conſi.23. ad fi.lib.6. firmat Soc.
iun.dicto conſil.146.colum.penult. & antepen.lib.
1. & de probantibus efficacius per teſtes grauiores,
6 & numero † ſuperiores late Menoch. vbi ſupra q.
89.numeso 718. cum multis ſeq. & per iſta domi-
ni vim faciebant contra actores ſubijcientes etiam
quoad dolum actores ſuccumbere debere, quia cum
antiquitus rei conuenti poſſederint iugiterque, &
ad præſens poſſideant videntur ſine dolo eſſe cum
quælibet cauſa etiam iniuſta, & beſtialis excuſet
a dolo.

Ergo dicebam his non obſtantibus pro actori-
bus iudicandum. Quia bona, de quorum turbati-
ua agitur ſpectant iure directi dominij monialibus
ſancti Ioannis Baptiſtæ olim locata authoribus d.
reorum & modo data in liuellum d.actoribus, quo-
rum bonorum occaſione moniales antequam ea lo-
carent d.actoribus obtinuerant pręceptum contra
reos conuentos de dimittendo, & de non àmplius
in eis ingrediendo, quod præceptum fuit confirma-
tum, & propter non interpoſitam appellationem
in iudicatum tranſijt ſucceſſiue cum ſupradicta bo
na darentur in emphyteoſim ſeu liuellum d. actori-
bus ſupradictus Andreas eadem bona ſe relaxare, &
dimittere, & relaxaſſe ſatebatur, vt patet in inſtru-
mento liuelli.

Quibus ſtantibus dicebam indubie conſtare iſtos
reos eſſe in mala fide eorum præſentis poſſeſſionis,
& ideo non poſſe obtinere, quia in hoc iudicio re-
7 tinendæ poſſeſſionis † iniuſtè, & non bona fide poſ-
ſidens ſuccumbit cum iuſtè, & bona fide poſſiden-
te ſecundum Caſtren.in l.1.§.hoc interdicto de itin.
actuq. priu.& firmat Rolàn.conſilio 9. ſupracitato,
num.37.& hoc ſine controuerſia eſſe teſtatur. Me-
noch.vbi ſupra, num.715. & ex illa relaxatione aſ-
8 ſerebam nos eſſe in caſu doli manifeſti, qui † dolus
a verus inditijs a & præſumptionibus deduci, & pro-
bari poteſt, vt tradit Socin.iun.conſil.129.numero
68.lib.1.Pariſ.conſ.67.num.15.lib.3.Crauet.conſi.
142.nu.12.& in terminis turbatæ poſſeſſionis.Me-
noch.vbi ſupra, num.618.& not. Rimin.iun. conſ.
43.num.31.

Nam ſtante præcepto de dimittendo ſupra alle-
gato, cui acquieuit ſtante relaxatione, de qua in in-
ſtrumento ſupra citato clare apparet doloſe ſe con-
tendere velle poſſidere, id quod prętore iubente, &
ſponte renunciando dimiſit.

9 Qui enim ſpreta † prohibitione, quid facit, in do-
lo eſſe dicitur Crauet.conſi.172.& ex quo relaxauit
ſcire debet ad ſe amplius non pertinere. l. fi.C. vnde
vi.& no.Alex.conſi.23.lib.6. cum malitia idem ſit,
qđ dolus Bal.in l.quę fortuitis.col.1.C.de pig.actio.
& ſic cum nullam probabilis cauſa pro reis deducta
ſit, concludendum erat dolum in eis non deſidera-
10 ri, quia † cauſa iniuſta in hac materia ſecundum ma
gis communẽ opin.non excuſat, vt teſtatur Menoc.
in ſæpe ſæpius allegato trac. de retinen. poſſ. num.
622.videbatur etiam dominis in propoſita inciſio-
ne ramorum arboris potius agendum fuiſſe per viã
damnorum datorum, & actionem legis Aquilię, ſed
replicabam in contrarium eſſe in terminis deciſio-
nem Pract.Pap.in d.libello turb.poſſ. in glo.ac prę-
ſentialiter turba, vbi firmat ſiue quis contendat ſe
poſſidere, vt iſti contendunt, ſiue non, ſufficere
11 quemlibet actum turbatiuum adhoc, vt † pluribus
remedijs, quæ turbato competunt, eligat turbatus,
quo vti velit.

Et in ſpecie, quod per inciſionem arborum dica-
tur, quis turbari, in ſua poſſeſſione allegabam deciſ.
Rebuf.ſuper conſtit.regn.de mater.poſſ. art. 1.gl.2.
12 nu.24.& Pap.vbi ſupra proxime, ſub nu.3. Bal.cõſ.
b 445.li.3.In quo loco Rebuf.recenſet 21.modos † b
turbandi aliquem ſua poſſeſſione, ſubdens, nu. 38.
alios plures reperiri, qui vix comprehendi poſſunt,
13 cum plura † ſint negotia, quam rerum vocabula.l.
natura.ff.de pręſcrip.verb.l.ſi quis in fundi vocabu-
lo, de lega.1.dubium faciebant etiam verba inſtru-
menti, ibi Andreas relaxare dixit, & relaxat, nam
ex quo non dicitur quod d.Andreas fuerit præſens,
non probant præſentiam, & ſunt magis verba enun
ciatiua, quam diſpoſitiua, ſed his reſpondebam vera
eſſe præſumi, quæ notarius de perſonis in inſtrumen
to contentis nominat, quãdo partes ſunt pręſentes,
vt dicit Innoc.in c.cum in iure peritus, nu.5.de of-
fic.delegat.ſequitur pro notabili Aemil. conſil. 94.
14 nu.29. præſentiamque † pręſumi cum vtatur ver-
bis præſentis temporis, & cum d.Andreas potuit eſ-
ſe præſens tempore celebrati inſtrumenti, pro nota-
rio pręſumendum eſt fidem faciente de actu præſen
tiam inferente ad no.per Natta, conſ.162.nu.14.&
ſeq.& 370.per Rimin.iun. conſ.52. proponuntur,
15 nu.104.Aemil.conſ.130.nu.12. & †.verba notarij
dicuntur verba partium, quando reſpiciunt factum
de quo agitur, vt no.Natta, conſ.483.nu.7. & ſunt
concepta in perſona partium ſecundum Bald. in l.
mater.col.2.C.de rei venditio.

Tamen quia querelantes defecerunt in probatio
ne loci delicti merito contra eos fuit concluſum ma
16 le iudicatum, & bene appellatum, quę † loci delicti
uerificatio quantum ſit neceſſaria, mouet nos Da-
niel de Suſanna, & paſſim criminaliſtæ atteſtatur,
vt not.Boſſ.de inquiſit.num.90.Iul.Clar.§.fi.quęſt.
12. alium enim locum deſignabant in querela, &
17 alium in articulis, prout vtrobique confinium † va-
rietas deſcripta præſeferebat, loci autem diuerſitas
reddit teſtes ſingulares.Bald.conſil.39.proponitur,
quod celebratus, lib.3.col.2.& in conſi.459.viſa di-
cta petitione, col.3.poſt medium lib.4.Anchar. con
ſil.64.col.2.& 147.col.1. & eſt ratio, quia quando
teſtes deponunt de rebus geſtis in diuerſis locis vi-
dentur deponere de factis nouis, quod maxime pro-
cedit in ſingularitate obſtatiua, quando de unico
actu tantum probando agitur inter teſtes deciſ. Pe-
ruſ.num.11.

ANNOTATIONES.

a Dolus verus inditijs. Vide ſupra Magon. deciſ. 43, num. 5, vbi ſcripſi.

b 25. modus turbandi. Vide 28. modos turbandi apud Menoch. de retinen. poſſeſſ. remed. 3. num. 467. vſque ad numerum 505. & ibi num. 494. ponit de turbatiua per inciſionem arborum.

SVMMARIVM.

1 *Aſsignatio bonorum viri ob eius vergentiam ad inopiam mulieri facta, non liberat quin d. bona remaneant obnoxia pro oneribus matrimonij.*

2 *Aſſecuratio prædicta non transfert dominium, & nihilominus remanet vir, & ſua bona obligata, & hypothecata.*

3 *Aſsignatio prædicta non eſt vera dotis reſtitutio.*

4 *Aſsignatio præfata requirit inopiæ euidentem probationem,*

5 *Maxime vbi agitur de præiudicio tertij.*

6 *Alius pro alio ſtipulari poteſt fauore dotis.*

7 *Notarius pro alio ſtipulatur.*

8 *Stipulatio priuati differt a ſtipulatione notarij pro alio facta.*

9 *Ratificatio ſequi debet ſtipulationem notarij, vel alterius, vt valideтur ſtipulatio.*

10 *Alias ſine ratificatione euaneſcit ſtipulatio.*

11 *Confeſsio mariti de dote recepta confitenti, & eius hæredibus tantum nocet.*

12 *Non autem præteritis præſentibus, & futuris creditoribus.*

13 *Aſsignatio prædicta dicitur fraudoloſa ſi vir ſtatim poſtea alteri vendat bona aſsignata.*

14 *Filius conſentiens alienationi rerum paternarum, dicitur renunciare iuri hypothecæ, quod in illis haberet occaſione dotium maternarum.*

15 *Excuſsio requiritur in bonis principalis debitoris priuſquam contra tertios poſſeſſores agatur.*

ARGVMENTVM.

Aſsignatio ſeu aſſecuratio mulieri facta viro uergente ad inopiam non eſt uera dotis reſtitutio.

DECISIO LV.

IOANNES quondam Bernardini aſſerens medio iuramento ſe ad inopiam vergere, vt Poliſenæ dotibus, quas recepiſſe fatebatur, conſuleret, conſignauit eidem licet abſenti notario, tamen pro ea ſtipulanti ac recipienti, quędam ſtabilia bona quæ poſt modum vendidit Ioanni Mariæ de Decimo, & ab eodem emptore ad nouennium reconduxit.

Hæc eadem bona idem venditor, & conductor iterum vendidit, & tradidit cuidam Bernardino, quam vltimam venditionem mortuo Ioanne venditore, & Puliſena matre Libertas Organiſta eius filius repudiata patris hæreditate ratificauit, & de euictione emptori promiſit.

Mota lite a primo emptore, contra ſecundum ſuper dictis bonis, & illius facta intimatione in forma comparuit Libertas, qui in ſe ſuſcepto iudicio meliora ac potiora iura in dictis bonis habere proponebat occaſione dotium maternarum, & ſuccumbendo ad nos appellauit, & de pluribus quærebatur.

Primo an dicta aſſignatio bonorum ex cauſa vergentiæ ad inopiam ſit proprie dotis reſtitutio, & in priſtinum ſtatum repoſitio, ita quod pleno iure dicatur ad mulierem reuerſa.

Articulus iſte parua impreſſione egebat propterea, quod tam ciuili iure, vt per Doctor. in l. ſi conſtante, ff. ſol. matrim. quam municipali diſpoſitione cauetur. lib. 1. cap. 37. & lib. 2. cap. 17. quod non ob-
1 ſtante huiuſmodi aſſignatione, bona viri † remanent obnoxia pro oneribus matrimonij, neque per eam ex cauſæ inopiæ conſignationem factam dicuntur iura pignoris, & hypothecæ, quæ pœnes mulierem reſident alterata, vt dicit Gramma. in deciſ. 92. colum. 1. & 2.

Et ideo dicebat capi. deciſ. 46. colum. 1. quid ta-
2 lis † aſſecuratio non transfert dominium, nec per eam vir, & eius bona ab hypothecis liberantur. Et
3 quod non ſit vera † reſtitutio, a firmat Crot. in d. l. ſi
a conſtante, in 2. lect. numero 112. vbi reſpondet motiuis. Roman. contrarium tenentis. in conſi. 392. circa primum. colum. 1. ſequuntur Addentes ad Afflic. in deciſ. 9. & not. Bald. in conſ. 496. tenor. num. 3. libro 1. facit quia conſtante matrimonio creditores
b mariti non poſſunt offerre mulieri, b ſic poſſidenti, quod ſecus eſſet ſolu. matrim. Socin. conſi. 151. lib. 3. vbi de communi Cæphal. 298. num. 6. cum concordant. per Rimin. iun. conſi. 3. nu. 4. licet ipſe contraria ſentiat.

Secundò quærebatur de validitate d. aſſignationis, quæ ex pluribus dubia reddebatur, videlicet.

Primò, quia videbatur ex falſa inopiæ cauſa, vel ſaltem nõ probata euidentiſſimam enim ac plenam
4 inopiæ † probationem hæc dotis aſſecuratio requirit, vt dicit text. in d. l. ſi conſtante. in princip. & eſt communis opin. de qua teſtatur Couar. varia. reſol. cap. 6. num. 7. lib. 2.

Et quamuis dicto cap. 37. diſponatur de huiuſmodi vergentia ad inopiam, ſtandum eſſe aſſertioni ipſius mariti, id tamen eſt intelligendum reſpectu ipſius viri, & vxoris, non autem in præiudicium creditorum, ut præcitato, capit. 17. expreſſe habetur, & ipſo quoque iure communi, ita declaratur, ut ita demum de inopia ſtetur dicto viri ſi de modico præiudicio agatur, veluti ſi inter virum, & vxorem de tali vrgentia ad inopiam controuertatur, tunc enim ſufficit viri confeſſio, quia fructus remanent obnoxij pro ſubſtentatio-
5 ne matrimonij, ſecus uero ſi de † magno præiudicio alterius, vel tertij poſſeſſoris ageretur, cum tunc alia, & quidem maior probatio expoſcatur

ſecundum

ſecundũ Bar.in d.l.ſi conſtante.Bal. Nouel.in tract.
de dote. in 9. part. 12. ſpecia. Benint. deciſ. 69. &
poſt relatos.Couarru.d.cap.6.num.7. verſicu. cęte-
rum paupertas.

Secundò,quia non ipſi vxori præſenti,ſed abſen-
ti,& notario ſtipulanti facta fuit,& licet fauore do-
6 tis† admittatur alium pro alio ſtipulari poſſe con-
tra iuris regulas. l.ſtipulatio iſta.§.alteri.ff.de ver-
bo.obligat.& abſenti.l. abſenti.ff. de dona. & l.Ca-
ius,ſolut.matri.Bald. Nouel. de dote.6.par.priuile.
22.& 23. cum concordan. per Anto.Gabr.lib.3.de
verb.oblig.concluſ.10.nu.73.accedente maxime in
7 teruentu notarij,†qui ordinarie pro omnibus ſtipu
latur.doct.in l.quoties.C.de dona. quæ ſub mo.late
Iul.Clar.in §.emphyteoſis.quæſt.13.& generaliter
quamlibet perſonam pro alio ſtipulari poſſe permit
titur vigore ſtatuti.lib.2.cap.76.(licet ſtipulatio pri
8 uati † differat ab illa notarij, cum ſine ceſſione hic
alteri quærat,ille autem non.Couarru.varia.reſolu.
lib.1.cap.14. num.11.& 13.) tamen notarij vel al-
9 terius priuati interuentus non ſupplet†ratihabitio
nem,qua nō ſecuta ſtipulatio redditur inualida, vt
per Couarru.& alios proxime citatos,& plene Tira-
quel.de conſtitu.poſſeſ.30.limita.nu.9.& 49.& 52.
3.par. & per iſta reſpondebatur quoque ad conſti-
tutum in d.conſignatione appoſitum,quod non ſe-
10 cuta† ratificatione illius abſentis euaneſcit.Tiraq.
in dict.30.limit.num.64.& ſeq.

Tertiò hæc conſignatio ſuſpectiſſima reddeba-
tur,quia fundata ſuper promiſſione,& numeratio-
ne dotis,de qua non conſtabat, niſi per confeſſionē
c ipſius c viri,quæ confeſſio ex communi opinio.†con
11 fitenti tantum,& eius hæredibus nocet,non autem
creditoribus,niſi de vera ſolutione conſtet. Bart.in
d.l.ſi conſtante.cum quo tranſit Bald.Ang.vterque
Raphael.& Bello.in conſ.97.in cauſa,num.4.teſtan
tur addentes ad Cappel.Tholoſa. quæſt.339. Bello.
conſil.47.& 48.& non ſolum non nocet præteritis,
12 & præſentibus creditoribus, ſed nec etiam † futu-
ris,quando ſubeſt fraudis ſuſpitio,quæ præſumptio
nibus probatur,vt dicit Bello.ibi.num.3.& adden.
ad d.q.339.

Hic autem non obſcure fraus arguebatur, quia
13 ſtatim facta conſignatione vir † alteri vendidit;cui
nũc hæres vxoris anteponi quærit, prout pro frau
de manifeſta id reputant. Cin.Ang.& Sal.in auth.
ſed iam neceſſe.C.de dona.aut.nupt.immo plus di-
cit Bal.in rub.de reuo. his quæ in frau.cre.col.2.qđ
hæc nedum dicuntur facta in fraudem, ſed ſimula-
ta, quæ ſimulatio nullis creditoribus nocet.Aret.in
§.fuerat,col.18.inſti.de actio. Camp. de dote.q.35.
1.par.Bello.d.conſi. 47.num.5. & addentes ad d.de-
ciſ.339.

Fuimus tandem in voto pronunciandi pro acto-
re contra Organiſtam, qui ſtante ratificatione rei
venditæ per partem ſibi præiudicaſſe in iuribus ma-
ternis ſine dubio videbatur ex notatis per Caſtren.
in conſi.70.breuiter,lib.2.col.1.vbi decidit,quod ſi
14 filius † conſentiat alienationi rerum paternarum,
dicitur renunciaſſe iuri hypotecæ, quod in illis ha-
bebat pro dote materna. Rimin. conſi.12. num.3.
quod declara in illis bonis tantum,quorum aliena-
d tioni expreſſe conſenſit d vt omnes tenent per illum
tex.in l.iubemus.C.ad velleia. quod limitatur re-
ſpectu mulieris renunciantis, & conſentientis hu-
iuſmodi alienationi non habere locum in bonis ſpe-
cialiter obligatis pro ſuis dotibus, ſed generaliter
tantum,cum tunc ſi non adſint alia bona viri,qui-
bus ſuis dotibus ſit conſultum, talis renunciatio
non teneat.gloſſ.& Caſtr.in l.etiam.C.ad Velleia.
refert Aemyl.conſi.101.num.10.Vltra quod prius,
quam iſtis tertijs actoribus, & poſſeſſoribus eſſet
15 impedimento debebat † excuſſionem facere bono-
rum hæreditatis patris a ſe repudiatæ. Neguſan.
de pign.octa. part.1. memb. num.23. Bello.conſil.
34.viſis, numero 3.Benint. deciſio.68.in fin.Natta
conſil.81. Guilielm. & conſil. 521. dubitatum.
colum.1.

ANNOTATIONES.

a Et quod non ſit vera reſtitutio. Vt reiecta opinione Roma-
ni conſuluit Natt.conſil.81.num.5.& eſt communis opin.
doctorum in alleg.l.ſi conſtante, de qua teſtatur Bal.No-
uell.de dot.par.7.priuileg.47.circa med.

b Non poſſunt offerre mulieri. Hæc eſt magis communis opi.
a qua in iudicando eſſet temerariũ recedere,prout dicit Ro
lan.conſil.9.num.39. lib 1.& idem teſtatur Alb.conſi.80.
per totũ Bald.Nouel.de dot.priuil.47.par.7.vbi declarat,
quid faciendum,quando mulier vellet ſibi retinere pro ſua
hypoteca bona,quorũ fructus excederent valde expenſas
onerum matrimonij,in qua ratione potiſſime fundatur de
ciſio Rimin.Iunior.in conſil.3.hic alleg.num.17.& ſeq.
Verum contraria opinio fulcitur melioribus rationibus,ma
xime quando dos integra mulieri offerretur, & ea poſſet
poni ad honeſtum lucrũ in tuto apud idoneos mercatores,
& bancherios, penes quos ſecure permanere poſſet abſque
periculo fallimenti,ita enim ſatius, mulieri, &, vt decet,
creditoribus offerentibus optime conſultum eſſet, & hanc
opinionem late comprobat, & ſequitur Rimin.Iun.loco
precit.num.26.poſt alios, quos allegat, vltra quos eſt vi-
dendus. Bald. in auth.quod locum, num.8.C. de collat.
& Didac a Couar.pract.quæſt.cap.28.ſub num.8.verſ.illud
vero non eſt prætereundum.

c Niſi per confeſſionem ipſius viri. An & quando confeſ-
ſio mariti de dote recepta noceat creditoribus anteriori-
bus, quando poſterioribus non noceat, quid ſi preceſſit
inſtrumentum dotale promiſſionis dotis, quid de credi-
toribus inter promiſſionem, & confeſſionem de recepto,
& alia vide latiſſime per concluſiones examinantem So-
cin.in l.1.num.69. vſque in fin.ff.ſolu. mat.latiſſime etiã
Didac.qui ponit quatuor caſus, quibus confeſſione do-
tis receptæ ſaltem præſumptiue vera numeratio proba-
tur.lib.1.varia.reſolu.cap 7.num.5.verſi. Primum confeſ-
ſione dotis vſq; ſe in fin.quibus adde Ruyni.conſil.163.nu-
me.4.vſque in fin.lib.1.late Rolan.conſil.74.lib.4.per tot.
Et quando confeſſio iuuatur aliquibus adminiculis,& quę
ſint iſta adminicula vltra Didac.loco precit.verſ.ſic ex con
feſſione.vide Tiraq. in l.ſi vnquam verbo donatione lar-
giens C.de reuoc.donat.num.101.& ſupra,& infra,cumu-
late per eum more ſuo congeſtis. An talis confeſſio præ-
iudicet fiſco, & quando poſt Didac.loco precit,verſ.quod
præterea circa med.vide late Rimin.Iun conſil.180.per to
tum, vbi dicit comm. eſſe opinionem, quod quoties ſunt
tranſacta tempora opponendi exceptionem non nume-
ratę dotis, talis confeſſio, & fiſco ac alijs creditoribus
præiudicat, quod, quando præceſſit inſtrumentum pro-
miſſionis dotis, remanet ſine aliqua difficultate, ita vt
nec etiam infra biennium poſſit opponi iſthæc exceptio,
eſt cõmunis opini.de qua teſtatur Io.de Amic.conſil.136.
quem refert, & ſequitur D. Fannuc.in tract. de lucr. dot.
gloſſ.10.num.3 & dato, quod confeſſio de dote recepta
ſimpliciter non probet, tamen ſi pro parte probatur vera,
tota vera intelligetur. Decian.conſil.76.num.18.lib 3. Et

quod ſaltem probet contra confitentem, & hæredes eius. Decia.conſil.15.nu.41.lib.1. Simo.de Pret.conſ.99. nu.66. Quod ſi confitens renunciauit exceptioni, non numeratæ dotis, vide Cæpha.conſil.474 num.4 & ſeq.lib.4.

d Expreſſe conſenſit, Conſenſus enim habet eandem vim, ac actus ipſe quantum ad effectum euiſdem actus. Tiraq.de conſtit.par.3. limit.13.num.15.

S V M M A R I V M.

1 *Defenſio proprij corporis omnibus animantibus iure naturæ permiſſa eſt.*
2 *Ad vim violentiam propulſandum ab ipſa natura imbuti, non ante quilibet docti vel inſtituti ſumus.*
3 *Rixa, & metus inſtantis periculi ſunt peſſimi conſultores neceſſaria defenſio iudicis arbitrio relinquitur.*
4 *Non debet quis expectare ſi percuti.*
5 *Prouocatus quicquid facit præſumitur ad defenſionem facere.*
6 *Moderamen inculpatæ tutelæ in tria verſari.*
7 *Teſtibus pluribus ab vno productis, ſi aliqui ex eis varient ſtandum eſt pluribus concordantibus.*
8 *Prouocanti dolus, & culpa imputari debet.*
9 *Teſtes contra producentem plene probant.*

A R G V M E N T V M.

De defenſione proprij corporis omni iure permiſſa. Et de moderamine inculpatæ tutelæ.

D E C I S I O L V I.

IN cauſa Iacobi Magiſtri Salini inquiſiti de vulneribus illatis in perſonam Michaelis, & Nannis viſo proceſſu ad condemnationem, nihil conducibile, aut pertinens eſſe proſpeximus, & propterea reformãdo ſententiam D. Prætoris diximus bene appellatum, & male iudicatum.

Quando quidem reus iſte propria innocentia cõfiſus nullas defenſiones fecit, ſed ex domo fiſci probationes ſumens illarum clipeo ſeſe tutum reddidit ab imperitis. Fuerunt enim pro parte fiſci ad eius intentionem probandam inducti, & examinati ſex teſtes, quorum quatuor deponebant de inſultu, & aggreſſura facta contra dictum Iacobum per dictos vulnerator.

Qua ſtante prouocatione, & neceſſaria defenſione inquiſitus veniebat omnimode excuſandus.

1 Nam omnium † gentium more, & conſuetudine receptum eſt, & ratio doctis, neceſſitas Barbaris, mons gentibus, feris natura præſcripſit, vt ſemper omnem vim quacunque ope poſſit a corpore pro-
2 pulſemus † ad quam legis defenſionem non docti, ſed facti, non inſtituti, ſed imbuti a natura ſumus, ita quod ſi vita noſtra in aliquas inſidias, vim, aut inimicorum tela incidat, omnis honeſta ratio ſit pro expedienda ſalute, & hoc eſt commune dictum vt not.doct.per illum text. in l.vt vim.ff.de iuſti.& iu.& egregie Cicero pro Milone. Menoch.de arb. iud.lib.2.cent.3.caſu 277.late Iul.Cla.in pract.crimin.§.homicidium.verſi.excuſantur.

Et ideo non ab ſe dicebat Bald. in cap. 1. §. ſi
3 quis vero de pace iuramen. firman. † quod rixa, & metus inſtantis periculi ſunt peſſimi conſultores, refert, & ſequitur Tiraq.de pœn.temp.cauſa 1.nu.7.

Nec enim erat dubitandum in hac facti ſpecie quin neceſſaria huius defenſio dici deberet, quia & teſtes ſic expreſſe ad neceſſariam defenſam factum ſe credere deponunt, teſtis enim de credulitate ad fauorem reorum in criminalibus fidem facit, vt in terminis ex communi opin. tradit Clau. Bart.in pract.crim.quæſt.75.(licet hoc iudicis arbitrio relinquatur. Menoch. de arbi.iudic.lib.2.cent. 3.caſu 287. num.5.) & qualitas rixæ non obſcure demonſtrat.

Probatur enim quod d.Iacob. fuit aggreſſus, & tribus vulneribus, vulneratus ab ipſis vulneratis querelantibus, priuſquam ipſe ſe defendendo ag-
4 greſſores vulneraret, vnde † ſi ſecundum communem opin. quis non debet expectare ſe percuti, & ſolæ minæ, & impetus aduerſarij armati ſufficiunt ad ſeſe defendendum ſecundum Bald. in l.1.num. 18.C.vnde vi.Iul. Clar.d.§.homicidium. verſic.ſed quomodo, & egregie Aemil. in conſil. 2. num.63. quanto magis licere dicendum eſt impune ſe tueri ei, qui iugiter in rixa vulneratur, qui quicquid
5 † facit, prouocatus facit, & cauſa propriæ defenſionis. Gram.deciſ.37. num.4. Bero.in conſil. 173.tota, num. 25. lib.3. Iaſ. conſil. 52. inter conſilia criminalia, lib.2.& Campeg.conſil.53.lib.2.

Maxime vbi aggreſſor ſtat nec ſe retrahit, ita quod malum animum continuandi habere præſumatur. Mazzol. in conſil.11. num.64. late Iodoch. in pract.crim.cap.76.& 78.

Nec etiam argui poterat idem inquiſitus de ex-
6 ceſſu moderaminis inculpatæ tutelæ, † quæ circa tria verſatur locum, videlicet tempus, & cauſam, vt
a not.in d.l. vt vim: & plene per Franc. de Albergo de Aretio inter conſilia criminalia lib.5. conſi.12. Nicolaus Moro.in tract.de fide, treg.& pa.q.36.nu. 4.2.par.quę omnia hic concurrebant, nam non ante rixam, ſed in ipſa rixa Iacobus prouocatus, & vulneratus cum eodem genere armorum, ter ceſus ter quoque vulnerauit.

Nec obſtat quod alij duo teſtes ex ſex pro fiſco inductis contrarium probare conentur, videlicet dictum Iacobum fuiſſe aggreſſorem, & inceptorem rixæ.

7 Quia † ex pluribus teſtibus ab eodem productis, ſi qui ſint qui varient, & cæteris contra dicant, ſtatur maiori numero concordanti, vt poſt gloſſ. tradit Bald. in cap.noſtra de teſtib. & ibi Anton. de But. & Natt. alios citans in conſil.285. circa concluſionem.num.2.Aemil.conſil.76.num.5. & conſil.22.num.24.

Quinimo ſtantibus prædictis dolus, & culpa erat
8 potius imputanda ipſis querelantibus † prouocan-
b tibus [b] non ſolum ad iram, ſed etiam prioribus ad

ad factum, vt in terminis de prouocantibus, & iaculantibus lapides tradit Crauet. in conſ. 2. Andreas num. 12.

Et ex his contra fiſcum, qui ſibi ipſi malum parauit, & in foueam (vt aiunt) quam ipſe fecit, † in-
9 cidit pronunciatum fuit: quia certi iuris eſt teſtes contra producentem plene probare. Roman. conſil. 104. pater in fin. vbi etiam Addentes cum concordantibus per Rimin. iun. conſil. 8. dubitabant, num. 1.

ANNOTATIONES.

a Notaut omnes, in d. l. vt vim. Vbi vide Bolognet. num. 87. & ſeq. qui melius ac plenius, quam alij, dat practicam in tota hac materia per exempla multum ad propoſitũ pro omnibus conſiderata. Et quod ad effectum moderaminis inculpatæ tutelæ non ſit neceſſe, quod quis ſe defendens ſit conſtitutus in diſcrimine vitæ, vt aliqui velle viſi ſunt, ſed ſufficiat, quod ei ſolum immineat aliqua perſonalis offenſa, eſt communis opinio. per Alexand. conſ. 76 num. 2. volu. 1. latiſſi. Clar. in §. homicidium, verſ. ſed quomodo probatur, vt dicit in practica ab hac opinione nõ eſſe recedendum, quicquid Menoch. controuerſ. illuſtr. cap. 18. nu. 6. contrarium tenuerit, & male.

b Prouocantibus. Quod omnis inſultatus dicatur facere ad ſui defenſionem. Dec. conſ. 676. & 678. & quod puniatur ſi deſiquit, minus tamen Clar. pract. crimin. §. fin. q. 80. verſ. nũc quæro, & dicit eſſe communem, ponens exemplum in iniuriam, qui dixerit, tu mentiris, vt propter illam mentitã puniatur, & idem dicit in §. iniuria. verſ. quæro etiam, vbi dicit id ſe inuenire deciſum in contingentia facti apud Capic. deciſ. 58. Verum ſi allegata per Clar. videantur, non ita indiſtincte eius dictum recipietur, & apparebit non verum in exemplo mentitę per eum dato. Capic. enim d. dec. 58. diſtinguit, quod aut, quis reimprouerauerit alicui iniuriam animo ſe defendendi, puta ſi dixerit tu mentiris, & dicit Capic. hunc ita reimproperantẽ nõ puniri, ſi vero dixerit animo ſe vendicandi, puta redicendo iniurianti eadẽ, vel ſimilia verba iniurioſa, & ſic puniri, quod idem dicit Boer. ab eodem Clar. allegatus, conſil. 4 nu. 25. & optime, ac late Fely. a Boer. allegatus, qui hoc pluribus modis declarat. in c. dilecti, num. 10. & ſeq. de exception. vnde Clar. in hoc non bene loqui viſus eſt, cum ita indiſtincte fecerit ſuam cõcluſionem, ſed illum intelligendo iuxta Doctores per eum citatos, prout intelligi oportet, dictum eius ſubſiſtebit. Et multa de verbo tu mẽtiris, quod poſſit per alia verba dici abſque eo, quod veniatur ad factum, & in quibus caſibus deueniendo ad factum non dicatur excedi, vt quis de exceſſu, non ueniat puniendus, videatur, quæſo, Bolognet. d. l. vt vim num. 95. qui ſatisfacit cuilibet honoris cupido, tam per viam honoris, quam per viam iudicij, & Rimin. iun. conſil. 118 quod vulgari ſermone compilauit.

SVMMARIVM.

1 *Vnius teſtimonio non eſt credendum.*
2 *In criminalibus cautius eſt eundum.*
3 *Probationum plures ſunt gradus, Minor probatio quæ ſit.*
4 *Teſtis de viſu facit inditium ad torturam*
5 *Non autem condemnandi plenam cauſam prębet.*
6 *Quinti Scæuolæ reſponſum quanta fides vni ſit adhibenda.*
7 *Vni nec Catoni eſt credendum.*
8 *Denunciatores ex officij neceſſitate denunciantes, nec iudicium, nec adminiculum faciunt.*
9 *Non eſt in reum habendus, quem iudex iniuſte condemnat.*

ARGVMENTVM.

Quod vni ſoli non ſit credendum.

DECISIO LVII.

AD denunciam Sindicorum, officialium Capannoris Lucenſis diſtrictus fuit inquiſitus, & condemnatus Franciſcus Franciſconus, ſuper eo, quod vulneraſſet Paulum Matthæi.

Et cum ad nos pro parte cõdemnati appellatum eſſet viſo proceſſu diximus bene appellatum, & male iudicatum.

Quandoquidem cum tam euangelica, & diui-
1 na, quam humana lege deteſtetur, quod † vnius teſtimonio plenarie credatur can. admonere 33. quæſtio. 2. & paſſim in iure legatur dictum vnius dictum nullius, ac in ore duorum, vel trium ſtare omne verbum, l. iuſiurandi. C. de teſti. capitu. relatum, & capit. cum eſſes extra de teſta. merito appellantem a dicta condemnatione rationabiliter conqueſtum exiſtimauimus, qui vnico teſte fuit
2 condemnatus in criminali cauſa, in qua † cautius
a itur ac probationes clariores a exiguntur. l. fina. C. de probatio. Bero. conſil. 193. num. 3. lib. 3.

Status enim huius cauſæ proculdubio verſaba-
3 tur in ea ſpecie probationis, † quam Bald. in d. l. fi. minorem appellat ex eo, quod rem ipſam perfecte nõ demonſtrat, ſed ſuppletione eget, veluti torturę ſupplemento in ſuo caſu, vel iuramenti ſuppleto-
b rij, b & ſimili alio additamento, vt magiſtraliter diſtinguendo gradus probationis, tradit Bald. in d. l. fin. colum. 1.

4 Teſtis igitur iſte † de viſu in hoc crimine criminaliter ad publicam vindictam intentato potuiſſet parere indicium ad torturam ſecundum gloſſ. in l. quiſquis, C. ad l. Iul. Maie. & communiter docto. in l. admonendi, de iureiuran. Iacob. Nouell. Carrer. & alios quos refert, & ſequitur Viuius in commun. opinio. verbo teſtis vnicus, non tamen
5 † plenam, aut perfectã condemnationis cauſam præbere cum vnius teſtimonium, nec iuſtificat, neque condemnat d. cap. admonere, & Numeri, cap. 35. ad teſtimonium vnius nullus condemnatur, & Deutero. cap. 17. duorum vel trium teſtimonio peribit, qui interfecit.

6 Vnde Quintus † Scæuola vir eccellentiſſimus, cũ fuiſſet in reum teſtis productus, & teſtimoniũ reddidiſſet, diſcedens dixit id ſibi credi, ſicuti ſi alius quiſpiã depoſuiſſet, peſſimi enim exẽpli eſſe ratus, ſi vnius teſtimonio credendum foret, vt habetur apud Vale. Maxi. lib. 4. c. 1. & Diuus Hieron. ſcribens

7 contra Ruffinum exclamat † vbi neque Catoni cre
c dendum. c

Quibus iuribus, & auctoritatibus freti, vni ad diſcrimen alterius in propoſita facti ſpecie plenarie credi debere, credere minime potuimus. c. iudicas. 3. quæſt. 9.

Nec referre videbatur, quod dici poterat de relatione denunciatorum quaſi adminiculetur teſti de
8 viſu: quia † cum dicti officiales delictum ſimpliciter retulerint ex neceſſitate officij, & nullam reddant cauſam ſuæ ſcientiæ de relato nullum faciunt inditium iuris ad delictum puniendum: ſed tãtum iudici ad inquirendum viam facti aperiunt, quam facti viã nedum iſti, ſed quilibet etiam ſi ſit inimicus, aperit, quia hoc eſt parui præiudicij, & ideo etiã inhabiles ad id admittantur, non autem quod adminiculum, aut inditium faciãt ad viam iuris, ideſt ad condemnandum, quia ſolum certificat iudicem, & ad hunc finem fit. Grat. conſi. 1. nu. 5. lib. 1. Bal. in l. ſeruos. C. de teſtib. Boſſ. in tit. de inquiſit. nu. 6. Iodoch. in pract. crimin. cap. 6. de denunciatio. Boſſ. de denuncia. Iul. Clar. in pract. crim. §. fin. q. 6. & ex his
9 diximus male iudicatum † nolentes in reũ habere eũ, quẽ iniuſte, Iudex condemnat. c. 1. de re iud. in 6.

ANNOTATIONES.

a Probationes clariores. Intellige de probationibus fiſci, vel accuſatoris, non autem Rei. Graua. conſ. 2. nu. 16. Imò ſufficit, quod probatio fiſci, & accuſatoris ſit dubia, vt reus poſſit, & debeat abſolui. Fel. in cap. ſignificaſti, el 2. num. 13. de probat.

b Iuramenti ſuppletorij. Cui non erat locus in caſu, quia in criminalibus non defertur, gl. communiter approbata in l. 3. in verb. agatur, vbi Doct. præſertim. Alex. ff. de iureiuran. Doct. in l. bonæ fidei. C. eo. Doct. communiter in l. admonendi, vt teſtatur Iaſ. in repet. num. 274 ff. eo. & ibi Iaſ. limitat duobus modis. Alex. conſil. 43. viſo themate, col. 1. vol. 2. Dec. conſi. 458. num. 4. Tiber. Decian. conſi. 119. nu. 7. lib. 3. Et inquantum Iaſ. loco prællegato dicebat hanc concluſionem limitari in cauſa pecuniaria, vt in ea poſſit deferri tale iuramentum, & allegabat Alex. conſ. 66 lib. 1 qui teſtatur de magis communi. Aduertatus, quia Alexan. conſuluit pro Reo, vt optime eſt videre, ibi num. 1. verſi. & dicit ibi Ang & verſiculo, nec ad hoc obſtat ſi dicatur quo caſu bene conſuluit Alex. quia l fi. C. de probat, ſuper qua fundantur Doctores, vt in criminalibus non deferatur hoc iuramentum, non habet locum in Reo ſe defendente, & ideo ipſi deferendum erit, in terminis Grauat. ſupracit. conſil. 2. num. 16. vnde ſecus eſſet pro fiſco, & actore in cauſa criminali per d. l. fina. Quod tamen intellige verum eſſe quoties pœna veniret fiſco applicanda, quia ſi parti applicaretur etiam actori poſſet deferri, tunc enim cauſa non diceretur criminalis, ſed ciuilis iux. communes Doctorum traditiones in rubr. de iudic. vbi Dec. num 9. & ita diſtinguendo tenuit. Imol. in c fi. num. 12. ad fi. extra de iureiur. ſequitur Ceph. late comprobans. conſ. 141. num. 21. lib. 1. Item & prædicta intellige, vt non deferatur iuramentum, etiam in cauſa criminali pecuniaria in fauorẽ actoris, quoties principaliter de cauſa criminali ageretur, ſed ſi principaliter de cauſa ciuili tractaretur, & incidenter de cauſa criminali, tunc poſſet etiam actori deferri iuramentum in ſupplementum, quia cauſa incidens ſequitur naturam cauſæ principalis, ut late in propoſito, ac etiam in cauſa matrimonij, & in alijs cauſis arduis optime declarat Cæphal. d. conſ. 141. nu. 5. & plurib. ſeq.

c Vbi neque Catoni credendum. Quando & quomodo teſtimonio vnius credi debeat, vide latiſ. per Ant. Gabr. commu. concluſ. lib. 1. tit. de teſtib. concl. 1.

SUMMARIUM.

1 *Stante ſtatuto quod a ſententijs corporalibus non detur appellatio, an ab abſolutoria in cauſis corporalibus lata appelletur.*
2 *Fiſcus vtitur iure communi, niſi in aliquo expreſſe priuilegiatus reperiatur.*
3 *Aequalitas ſeruanda eſt in iudicijs. nu. 8.*
4 *Reus fauorabilior actore, vel ſaltem non deterioris conditionis.*
5 *Maxime in deciſorijs.*
6 *Statutum, quod ſententia lata contra debitorem ſuper inſtrumentis publico guarentigiato non detur appellatio extenditur etiam ſi ad fauorem debitoris pronuncietur, quia tunc nec actori appellare licebit.*
7 *Argumentum a correlatiuis procedit etiam in criminalibus.*
8 *Aequalitas ſeruanda eſt in iudicijs inter fiſcum, & priuatum.*
9 *Excuſatio unius non eſt incluſio alterius.*
10 *Incluſio vnius excluſio alterius non procedit in correctorijs.*
11 *Criminalis cauſa a ciuili regulatur.*
12 *Argumentũ a criminali ad ciuilem cauſam procedit.*

ARGUMENTUM.

Appellatione remota a ſententijs in corporalibus latis ex forma ſtatuti Lucenſis. cap. 250. lib. 4 an ſi in dictis cauſis feratur abſolutoria, cenſeatur pariter appellatio ſublata, & de fiſco, qui regulariter iure priuatorum uti debet.

DECISIO LVIII.

IN cauſa Vincentij Petrucij inquiſiti de homicidio, † ſtante ſtatuto
1 Lucenſi. lib. 4. cap. 250. & libro 5. quod a ſententijs corporalibus in cauſis capitalibus, latis non detur appellatio fuit dubitatum, an ab abſolutoria lata ad fauorem d. Vincentij fiſco licuiſſet appellare.

Et cum nullo iure ciuili, uel municipali fiſcus
2 † reperiretur in hoc priuilegiatus a non debuit niſi
a ordinario priuatorum iure vti. l. fiſcus. ff. de iure fiſci. l. 1. vbi glo. not. C. de pet. hæred. Boſſ. in tit. de fiſco, & eius priuileg. num. 76. Natta, conſil. 500. vtrum, num. 6. Contard. in l. 1. q. 21. nu. 3. 4. 5. C. ſi de moment. poſſeſſ.

Et ideo appellationi ab hac abſolutoria interpoſitæ per fiſcum non duximus deferendum, prout, nec per nos delatum fuiſſet, ſi a condemnatoria pro parte inquiſiti appellari contigiſſet, ne æqualitas,
3 † quæ in iudicijs ſeruanda eſt. l. fi. C. de fruct. & lit. expenſ.

4 expenſ.ſubuerteretur neve reus qui† alias ipſo acto-
re fauorabilior reputatur l.fauorabiliores. ff. de reg.
iur. vel ſaltem non deterioris conditionis habetur.l.
non debet.ff.eodem cum fiſco actore ad imparia iu-
5 dicaretur † maxime in deciſorijs, vt eſt hoc quod a
capitalibus non datur appellatio ſecundum Franc.
in cap.ſi duob.§.1.num.4.extra de appell. & in cap.
vt debitus.nu.18.eod.tit. Rip. cap.1. num.21. de re-
ſcript. Dec.conſ.97.in princ.Rimin.conſ.364.num.
13. vbi appellatio a diffinitiua dicitur reſpicere de-
ciſoria licet contrarium ſenſerit Rota in vna Vrbe-
uetana, & Peruſina caſtrorum corā Rauellen. 1546.
refert Contard.in l.1.in 4.limit.num.9.C.ſi de mo-
men.vbi dicit Rot. tenuiſſe appellationem reſpicere
ordinatoria iudicij.

Eſt enim abſurdum nimis, quod vnus appellare
poſſit alter non, vt dicit Franc.d.§.1.num.3. & tra-
dit ferè in terminis contradi.in d. l.1. in 17.limita.
num.13.qui etiam nu.15.dicit inæqualitatem in-
ter reum, & actorem non tolerari, niſi pro actore
adſit iuris præſumptio, vel culpa in eo contra quem
inæqualitas inſurgit.

Pro quo videbatur in terminis deciſio Hippol. in
ſing.389.tu ſcis vbi ex mente Ant.de Butr. dicit qđ
6 ſtante † ſtatuto a ſententia lata contra debitorem
ſuper inſtrumento guarentigiato non detur appel-
latio, ſi feratur ſentētia pro debitore appellari pari-
ter per creditorem minime poterit, & hac ratione
æqualitatis ſeruādæ, & virtute correlatiuorū, quod
b argumentum[b] † procedit etiam in criminalibus, vt
7 ex commu.opin.tradit Plot.inter conſ.crimin. 108.
lib.1.num.5.refert Bonacoſſ. ad communes opin.in
verbo argumentum car. 10. & in verbo ſtatutum
loquens. car.154. & nedum in criminalibus, ſed
etiam in correctorijs, vt ex multis deducit Silua.
conſi.31.noua.num.5.lib.1.

Quibus opportune accedebant nota. per Ruyn.
in conſ.85.nu.8.lib.5.vbi in caſu de quo ibi, pro in
conuenienti abſurdo habet, quod vni parti appella
re liceret, alteri non concordat etiam Ritus Magnæ
Curiæ Vicariç, vt per Gramma. deciſ.14.in fi.& Ca-
reri.in pract. crimin. caſu 21. in princip. & faciunt
8 notata per Benin. deciſ.76. num.13.† vbi inter fi-
ſcum, & priuatum dicit æqualitatem in iudicijs ſer
uandam eſſe.

Nec obſtat ſi ponderentur verba ſtatuti in eo,
quod prohibent appellationem a condemnatorijs in
capitalibus: quaſi permittere videantur in abſolu-
torijs, argum.l.ait prætor.ff.de iudic.
c Quia ſtatutum[c] loquitur prohibitiue ac exclu-
9 ſiue, & † eſt abſurdum quod per excluſionem fiat
incluſio.l.fuit quæſtionis.ff.de acq. hære. tradit Ri-
min.iun.conſi.31.dubitatur num.6.7. Præterquam
quod d.ſtatutum dici debet exorbitans, & correcto-
rium iuris communis inducendo inæqualitatem, &
10 prohibendo appellationem, & † regula illa, quod
incluſio vnius ſit excluſio alterius non procedit in
correctorijs, & quod corrigit in vna perſona in alia
non permittit. Bero.in conſ. 147. inſpectis. nu. 24
& num. 26.lib.2.

Et ita alias in facti contingentia comperimus in
hac Rota fuiſſe iudicatum in quandam cauſa. Bec-
ci.& in alia ſimili ciuili inter locatorem, & condu-
ctorem, ſecundum terminos ſtatuti. cap.167. lib.1.
ubi a præceptis contra conductores non datur ap-
pellatio, tamen id in iuris ſtatuendum cenſuerunt
prçceſſores noſtri ſi cōtra locatorem pro conducto-
re pronuncietur, quicquid aliqui dicerent vim fa-
cientes, quod aliud ſit in ciuili, aliud in criminali
11 cauſa, nam regulariter criminalis † cauſa a ciuili
regulatur. Soc.in conſ.45. viſa ſub num.4. lib.1. &
quod not. Iaſ.conſi.31.in quæſt.num.4.lib.1. Con-
tar.in l.diffamari.14.limit.nu.93. C.de inge.& ma.
Celſ.Vgo.conſ.85.nu.4. & de vno ad alterum, licet
arguere Soc. d.conſ.45. nu.4. & de communi opin.
Bonacoſ.ad commū. opin. verbo argumentum.car.
10.& in verbo criminales cauſæ car.44.

ANNOTATIONES.

a Fiſcus reperitur in hoc priuilegiatus. Immo fiſcus in cauſa criminali habet ſpeciale priuilegium irritandi ſententias contra ſe latas, eſt tex.in l.1. C.de ſenten.cont.fiſc.lat.retract.& in hac materia vide Anto.Gabr. commu.conclus. lib.7.tit.de malefic concl.14.

b Quod argumentum. Illud argumentum, & concluſio, quod diſpoſitio in vno ex correlatiuis facta, & emanans habeat locum, etiam in alio valet, & tenet.l.fina.ff. de acceptila. Quod procedit etiam ſi diſpoſitio fuerit inductiua, ſiue deſtructiua, ſiue cognitiua, vt ſingulariter declarat, & exemplificat. Bolognet in rubr. ff. ſi cert. pet.num.44. vide multa per Rimin.iun conſi.353.num.2. Ceſſat tamen vbi adeſt diuerſa ratio. Rimin.ibi num.74.& ſeq. Cæphal.conſ.456. num. 9.lib.4.

c Quia ſtatutum loquitur prohibitiue. Et ita limitatur, l.ait prętor.ff de iudic.ut ibi declarat Albe.poſt Guil.de Cun. Rimin.iun.conſ.355.nu 78.ſecundo limitatur, vt non procedat.reg.d.l quoties alia via, quid nō incluſum comprehenditur, ut uoluit Salic, in l.quod de crimine. oppoſ.11. C.qui accuſ. Dec conſ.35.num.18.Rimin.conſ.529.num.26.Bero.conſ.29.col.fin.lib.1. Rimin.iun.conſ.384. num 69 & conſ 469 num.17.tertio limita.vt d.reg.procedat in diſpoſitione legis; ſecus in diſpoſitione hominis. Bart. in l.paterfam.& ibi Imol.col.pen. verſ. nec obſtat, quod habetur. ff.de pet. hæred.declarat Decia conſ 44 nu.44.lib.3. quarto limita.in correctorijs.quinto quando mens repugnat, vt his modis limitat infra Magon.deciſ.81. num 20 & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Penſionum perceptio arguit dominium percipientis.*
2 *Libris publicis plene creditur.*
3 *Libri publici fonr veritatis dicuntur, & veri præſumuntur.*
4 *Excluſo vno, omnes ab eo deſcendentes excluſi ſunt.*
5 *Etiam in hæreditate deſcendentium.*
6 *Per fideicommiſſum ſucceditur teſtanti non grauato.*
7 *Etiam ſi fideicommiſſarius inſtituatur hæres aggrauato.*
8 *Poſiti in conditione an dicantur vocati.*
9 *Priuatio præſupponit habitum.*
10 *Coniecturæ ad præſumendum, quod quis ſit vocatus, vel in conditione poſitus.*
11 *Prohibitio legis, & hominis concurrens fortius operatur.*
12 *Quod non eſt alienabile, neque compromittibile. numero 22.*

13 *Ante*

13 *Ante reſtitutionem hæreditatis actiones in hæredem non tranſeunt.*
14 *Iuri de futuro renunciari non poteſt.*
15 *Fideicommiſſo, an per diuiſionem renunciatum dicatur.*
16 *Libri publici non fiunt ſine maxima ponderatione.*
17 *Ad imparia nemo iudicandus.*
18 *Partitæ librorum pro, & contra acceptandæ ſunt.*
19 *Error arbitrorum a partibus approbatus amplius corrigi non poteſt.*
20 *Emologatio repetita excludit errorem laudi.*
21 *Compromittere poteſt hæres grauatus reſtituere.*
22 *Compromittere poteſt, qui non poteſt alienare vigore ſtatuti cogentis ad compromiſſum.*
23 *Alienatio fieri poteſt conſentiente fideicommiſſario.*
24 *Iuri de futuro fundato in ſpe de præſenti renunciari poteſt.*
25 *Fideicommiſſum non perpetuum, ſed ad fauorem certæ perſonæ vltra illam non egreditur.*
26 *Excluſio non operatur in ſeparatis ſucceſſionibus.*
27 *Fauori ſuo quis renunciare poteſt.*
28 *Prohibitus alienare, alienando ſibi præiudicat ſaltem quo ad illam commoditatem, quàm eo viuente percipere poterat.*
29 *Alienans contra prohibitionem, an reuocet alienata.*
30 *Pecunia obuenta ad manus ſocij, pro rata conſocio reſtituenda.*
31 *A condemnatione expenſarum minus excuſatur ſuccumbens in ſecunda inſtantia, quam in prima.*

ARGVMENTVM.

De pecunijs communibus ad manus unius conſocij peruentis, conſocio reſtituendis, & quanta fides libris publicis adhibenda ſit.

DECISIO LIX.

DOMINVS Hieronymus Pierus dum vixit, exegit a M. Communi Lucenſi annuũ creditum florenorum 24. occaſione cuiuſdam ſuæ domus ad publicam vtilitatem demolitæ.

Hic condito, cum quo deceſſit teſtamento inſtituit nepotes, & Dom. Catherinam ſororem d. teſtatoris, & vxorem q. Spect. Alberti Ruſtici ſenioris, quæ ſuſcepit ex eodẽ Alberto Michaelem, & Pierum: dictiſque inſtitutis hæredibus fideicommiſſum iniunxit ſi ſine liberis deceſſerint: prohibuitque, quod de portione tangente d. D. Catherinæ nihil prorſus ad Michaelem deuenire poſſit expreſſa cauſa: quia is contra, & pręter voluntatem teſtatoris, & matris reſpectiue vxorem duxit, & ſub eadem priuationis pœna Pierũ quoque ſuppoſuit quatenus matri non pareat, iubendo in caſu contrauentionis d. portionẽ ad hæredes deueniri debere.

Mortuo Michaele, & relicto Alberto iuniore: tandem cum ad diuiſionem paternę, & auitę hæreditatis reſpectiue deuentum eſſet, inter Pierum, & Albertum ex fratre nepotem fuit inter alia mediantibus arbitris declaratum, *che doueſſe reſtare commune il credito, che detti heredi di Alberto hanno commune con il mag. Commune di Luca.*

In libris autem publicis mag. Communis huiuſmodi partita legitur ad fauorem dictorum hæredum, videlicet.

I heredi di Alberto Ruſtici deuono hauere ogni anno dal Commune di Luca, in due partite per due cauſe ſcudi 12.49.4. cioè ſcudi 11. per vna caſa disfatta, che era di M. Girolamo Pieri ſtimata ſcudi 241. & eſſendo venuto a morte detto M. Girolamo, & hauendo litigato detti heredi, con il Reuerendo M. Anſatio ſono ſtati fatti creditori della ſudetta partita conſcienza dello Spect. officio delle intrate, & per molti anni hanno già conſegnita la pigione.

Item in vn'altra mano per il prezzo di vna meza coltra di terra, occupatagli iu far foſſe per la città, ſtimata ſcudi 30. & bolognini 70 che in tutto ſono ſcudi 254.43. detto fitto in tutto ſcudi 12.54.4. l'anno.

Succeſſiue per eoſdem arbitros alio ſimili laudo facta tranſactione inter Pierum, Albertum, & dominam Catherinam matrem, & auiam reſpectiue inde, & ſuper nonnullis inter d. partes vertentibus, inter cætera fuit declaratum dictum creditum cum mag. Communi Lucenſi ſcutorum 24. viuente D. Catherina ſpectare ad eã, & ea mortua ad Pierum, & Albertum.

Mortua Dom. Catherina Pierus exegit d. creditum per annos quatuor contra quem agebat Albertus ad ratam ſibi tangentem, ad quam Pierus condemnatus extitit.

Et appellatione interpoſita duo principaliter ad oſtendendam ſententiæ iniquitatem Pierus proponebat.

Primo, quod d. creditum penſionum fuiſſe Dom.
Hierony. & ad eius hæreditatem ſpectare, & per annos viginti, & vltra fuiſſe ſolutum eidem Dom
1 Hierony. viuenti, vt ex alia partita docebatur, † quę
a penſionum perceptio dominum recipientis a arguit. Bart. in l. non ab re. C. vnde vi. Dec. conſilio 146. Soc. conſil. 89. lib. 1. & 187. lib. 2. Cæphal. conſil. 63. num. 3.

De qua partita ex libris publicis extracta non
2 erat dubitandum, cum huiuſmodi † publicis libris plene credi affirmet. Bart. in l. quędam. §. nummularios, & ibi Iaſ. col. 2. ff. de eden. Alex. conſ. 179. lib. 2. Soc. conſi. 159. lib. 2. & 205. eod. lib. tradit Bal. conſi.
3 400. lib. 5. vbi dicit de talibus libris, † quod pręſumi debent veri, & adeos recurri tanquam ad fontem veritatis, & conſi. 353. lib. 4. feſtas. de æſti. & colle. 3. par. c. 1. num. 31.

Secundo conſequenter, quod ſtante teſtamento D. Hierony. cum priuatione præfata ſequebatur, quod dictum creditum nullo modo applicari poſſet ad vtilitatem Alberti, propter excluſionem Mi-
4 chaelis eius patris, nam † excluſo ab oĩs ab eo deſcen-

ſcindentes dicitur excluſi. l. ſi viua matre. C. de bo.
ma. Craui. conſ. 127. nu. 4. & 138. nu. 8. vbi ampliat
5 procedere † etiam in hæreditate deſcendentium ab
excludente idem tradit Soc. conſil. 179. lib. 3. Dec.
conſ. 85. 471. 484. Pariſ. cõſ. 94. nu. 34. lib. 3. Alben.
conſil. 57. col. fi. Fran. Becci. conſ. 107. & ſi cum non
tractetur de ſucceſſione D. Catherinæ matris, &
auiæ reſpectiue nõ cadebat aliqua repreſentationis
conſideratio, quod filius ſuccedat in locum patris.
de quo Dec. conſil. 1. ſed tantum agebatur de bonis
auunculi fideicomm. ſuppoſitis, ad quæ Albertus
aſpirare non poterat ſtante excluſione iam dicta:
6 quia per fideicom. † ſuccedit ur teſtatori, non graua
b to b † etiam ſi fideicommiſſarius inſtituatur hæres
7 grauato adhuc dicitur capere ex primo teſtamen-
to. Craue. conſil. 144. col. 1. & ex commu. opi. Caſtr.
conſil. 64. lib. 2. Ruin. conſil. 142. nu. 15. lib. 1.

Et quamuis dubitari potuerit in hac ſubſtitu-
8 tione, an d. Pierus diceretur vocatus, † vel in con-
c ditione poſitus c cum apud Doct. articulus repute-
tur adeo dubius, vt eius veritas probabiliter igno-
retur teſte Menoch. de arb. cent. 2. caſu 148. in tu-
to ambulare volentes in hoc paſſu difficili ſoleant
ad coniecturas conuolare, vt ibi dicit Menoc. & ex
communi. Burſa. in conſil. 86. num. 2.

In iſto tamen caſu Pierus ſatis dici poterat vo-
catus, quia teſtator illum nominauit honorãdo nõ
excludendo, & illum grauauit ſub pœna priuatio-
nis, ex qua priuatione euidens teſtatoris apparet
vocatio, quia alias fuiſſet fruſtratoria priuationis
9 comminatio, † niſi daretur præambulus habitus vo
cationis. l. decem. de ver. obli. & per iſtam coniectu-
10 ram priuationis conſuluit. Cæph. conſ. 93. † de qui
bus coniecturis remiſſiue. Menoc. d. caſu 148. Mar-
za. de fideic. q. 20. Cæph. d. conſ. 93. Thob. Non. con
ſil. 32. & ſeq. Anto. Gab. lib. 4. de fideic. conclu. 4.

Nec referre videbatur quatenus inter eos in præ
citatis laudis diuiſorijs conſenſum ſit d. creditum
fore commune, quia ſtante prohibitione legali ex
fideicom. reſultante auth. res quæ. C. commu. de le-
ga. ac etiam prohibitione teſtatoris D. Catherina
non potuit in præiudicium vocatorum tacite, vel
expreſſe alienare. Immo ſtante duplici prohibitio-
11 ne hominis, & legis, † quæ fortius operatur, d poſ-
d ſunt ſic alienata non expectata morte alienantis
reuocari per hæredem ſecũdum Caſtren. in l. filiuſ-
fa. §. diui. col. 2. de leg. 1. & ibi Seiſel. num. 12. Crot.
nu. 36. Rip. num. 47. idem Crot. conſil. 48. num. 22.
& 544. num. 25. Rolan. conſil. 98. num. 20. lib. 2. &
ſic dictũ creditum tanquam non alienabile in com
12 promiſſo comprehendi non poterat, † quia quod
nõ eſt alienabile, nec id eſt compromittibile. l. cum
eo. ff. de arbi. tradit Pinel. in l. 1. in 3. par. num. 44.
C. de bon. mat.

Neque obſtabat conſenſus eiuſdem Pieri, quia
vltra, quod dicebatur ignarus fideicom. & ſciens il-
13 li renunciaſſe nõ poteſt, † cum ante reſtitutionem
e hæreditatis e actiones non tranſeant in hæredẽ. Ber
tran. conſ. 364. nu. 7. lib. 1. Soc. conſ. 92. nu. 7. lib. 1.
14 & ſic ſtante eius ignorantia, & iure † de futuro cõ-
petendo renũciatio nõ operatur. Vita. de Gamb. in
tra. cla. de renun. iur. futu. car. 5 21. Bal. cõſ. 192. nu.
5. lib. Alex. conſ. 8. nu. 24. lib. 3. Rom. conſ. 22. nu. 2.

Et per iſta dicebat lauda fuiſſe erronea in hac
15 parte loquentia, neque † per diuiſionem renuncia
f tum f fideicommiſſo Docto. in l. qui Romæ, §. duo
fratris. de verb. oblig. Marza. de fideicom. q. 59. An-
to Gab. eo. tit. conclu. 4. lib. 4.

Quibus tamen non obſtantibus contrarium tan
quam verius ſecuti ſumus.

Moti ex eo, quod non minus conſtet hodie d.
creditum eſſe hæreditarium d. Alberti, quam con-
ſtet olim fuiſſe d. q. Hieronymi, quando quidem ex
eodem fonte, quo prodit partita d. q. Hieronymi,
manat etiam ſimilis pro hæredibus. Alber. quæ par-
tita loquitur diſtincte cum cauſa tranſportationis
de D. Hieronymo ad Albertum, & quod cauſa co-
gnita, & de conſenſu dominorũ officialium introi-
16 tus fuerit tranſportata, † qui libri publici, g & par
g titæ non ſine maxima, & ponderata ſolemnitate fie
ri ſolent, vt dicit Bal. in conſ. 265. in fi. lib. 1.

Cum igitur eadem forma, & ſolemnitate repe-
riantur in d. libris creati creditores hæredes Alber-
17 ti, qua fuerat creatus d. q. Hieronymus, † ad pa-
ria cenſeri debent in eodem genere probandi per
eoſdem libros, vt liceat illis inhærere ad fauorem
hæredum quemadmodum, & Pieri, prout in termi-
nis argumentatur. Alex. conſil. 179. num. 6. lib. 6. &
18 dicit Mattheſil. in ſing. 79. † in partitis debet quis
approbare librum contra ſe ſicuti pro ſe. Cuman.
conſil. 137. num. 2.

Accedebant etiam ad fauorem Alberti duo lau-
da diuiſoria inter Pierum, & Albertum tantum la-
ta, in quibus ſemper fuit conſideratum d. creditum
tanquam quid hæreditarium Alberti ſenioris, &
ſeparatum ab hæreditate Hieronymi, & ita ſem-
per per omnes arbitros conſentientibus D. Cathe-
rina, & Piero fuit diſpoſitum, & applicatum hæredi
tati d. q. Alberti, & eius hæredum, & propterea nõ
19 poteſt amplius Pierus reclamare, † quia error arbi-
trorum poſtquam partibus placuit corrigi non po
teſt etiam ſi de errore conſtaret. Bal. conſil. 122. nu.
4. lib. 4. & maxime, quia poſt hæc duo lauda diuiſo-
ria idem Pierus, & Albertus ad tollendas omnes
difficultates, quæ quomodo inter eos oriri poſſent,
tertio loco compromiſerunt in arbitros, qui facta
reformatione in caſibus reformatione dignis, nihil
de dicto credito immutarunt, & ſic tertio loca ſta-
20 re permiſerunt. l. fi. C. de appella. in fi. quæ † repeti-
ta emologatio omnem præſumptiuum errorem ex-
cludit. Dec. in conſil. 185. num. 3.

Reddebatur etiam indubitabilis hæc ſententia
ad fauorẽ Alberti ex facto eiuſdem Pieri, qui poſt
mortem D. Catherinæ adita illius hæreditate poſt
diuiſionem poſt tria lauda emologata, exegit di-
ctum creditum tanquam hæreditarium d. Alberti,
vt per ſuas quietationes apparebat, & ex his, &
præambula ſcientia fideicommiſſi, quæ ex pluribus
in proceſſu colligebatur, tollebatur etiam obiectũ,
quod per diuiſionem non dicatur renunciatum fi-
deicommiſſo cum ſtantibus prægnantibus clauſu-
lis renunciatum dici exiſtimandum fuerit, vt vltra
con-

congeſta per Marza.& Anto. Gab.in locis præcita-
tis,tradit Bero.in conſil.132.lib.2.

Et replicando ad reſponſiones tacitis obiectio-
nibus ſupra datas poſito, quod dubium foret an
d.creditum eſſet hæreditarium d.q. Hieronymi,
21 † adhuc dicendum erat per D.Catherinam potuiſ-
ſe compromitti, per arbitros diffiniri, & per hære-
dem ratificari.l.cum hæreditas, la prima,ff.ad Tre-
bel.quem tex. dicit ibi Ang. eſſe meliorem de iure,
& reſpondet dubitationibus. Bartoli dando etiam
conſimilem tex.l.ante.ff.de ſolutio.

Nec obſtat illud, quod dicitur non eſſe compro-
22 mittibile, quod non ſit alienabile, † quia non ha-
bet locum in compromiſſo neceſſario vigore ſtatu-
ti,vt hic Roſa Bo.deciſ.21.num.10.

Quæ concluſio reddebatur minus dubia pro-
pter conſenſum Pieri hæredis vocati cum tunc alie-
23 nari poſſint bona hæreditaria † conſentire fidei-
commiſſario. Gual.de arte teſtan.in tit.de his, qui
non hab.facul.teſtan.caute.13.num.12. Alex.con-
ſil.8.col.fin.lib.5. idem Gual.de vari.teſta. præcep.
caut.6.num.5. Vita. de renun.iur.futu.Bero. conſ.
96.num.5.lib.2.

24 Iuri enim † de futuro in ſpect. de præſenti fun-
dato renunciari poſſe non eſt dubium, l.fina. C.de
pact. cum concordant. per Tiraq. ad ll. connubia.
glo.2.num.36.

Nam in hoc caſu erat animaduertendum fidei-
commiſſum non fuiſſe perpetuo pro conſeruatio-
ne familiæ iniuſtum, ſed tantum ſub verbis ſi ſi-
ne liberis,&c.

25 In quo vltra grauatum non extenditur prohi-
bitio adeo, quod liberi ſic vocati vere, liberi ſunt
onere prohibitionis cum prouidentia teſtatoris vl-
terius non egrediatur,& cum alteri hæreditas non
ſit reſtituenda poteſt vltimus fideicommiſſarius li-
bere bona hæreditaria alienare. Bero. in conſil.95.
in fi.lib.2. Natta, conſil.191.num.4. & 551.num.
18.& num.33.Rolan.a Valle,conſil.25.nu.19. lib.
2.& ei quoque fiſcus ſuccedere poterit. Alba. conſ.
7.num.18.Aemil. conſ.60.nu.1.2.3. Ex quo enim
fit vnum patrimonium vocati, & ſubſtituti in eo
ceſſat prohibitio, & fideicom. §. nos igitur in au-
then. de reſtit.fideic.tradit Couar. varia. reſolutio.
lib.3.c.5.num.4.& poteſt illi ſuccedi etiam per ex-
26 cluſum, quia † excluſio non operatur in ſeparatis
ſucceſſionibus.Pariſ.conſil.22.nu.51.lib.2.Burſat.
conſil.80.num.6.vbi dicit excluſum ab hæreditate
patris, non excludi ab hæreditate fratris etiam in
bonis, quæ olim fuerunt patris.

Vnde ſtante præcepto alienationis prohibitæ
veſtito ex cauſa odij erga Michaelem, & in fauorē
vocati,& ſtante conſenſu verbis,& facto per ipſum
Pierum declarato non poteſt negari, qui ſibi in
re ſua præiudicare potuerit, & per præceptum de
27 non alienando non poteſt fieri,† quin quis fauo-
ri ſuo renunciare poſſit.Ripa d.§.diui, num.20.

Quod ſi Pierus aliquo præcepto de non alienan-
28 do teneretur, prout non tenetur † adhuc aliena-
tio per ſe facta valeret reſpectu ſaltem commodi-
tatis per eum percipiendæ ex d. bonis, arg.l.neceſ-
ſario.§.ff.de peri.& commo. rei ven. & no.Gual.de
29 vari.teſta.præcep.caut.6.nu.6.vltra, † quod ius re-
uocandi a ſe alienata ei non competeret. Corn.cōſ.
104.nu.7.lib.3.Bertr.conſil.115.lib.2.in antiq.re-
fert Marza.de fideicom.q.37.2.par.

Concluſum fuit igitur hoc penſionis creditum
pro dimidia ſpectare d.Alberto iureque merito
Pierum ad petita fore condemnandum cum ſocie-
tatis ratio expoſtulet pecuniam communem ad al-
30 terius ſocij manus peruentam pro rata con ſocio
fore reſtituendam, l.actione, §.ſi communis, ff.pro
ſocio.Socin.conſilio 24.ſub nu.42.lib.1.Roncagal.
in l.eandem,in princip.nu.204.ff.de duobus reis.

Condemnauimus etiam eundē in expenſis præ-
ſentis iudicij,quia ſine vlla iuſta cauſa litigādi con-
31 tinuauit in ſecundo iudicio,† in quo non ita excu-
ſatur, quis quemadmodum in primo ad no. in l.
properandum, §.ſin autem, C.de iudi. & per Dec.
in cap.vt debitus, num.21.de appel. Bald.in l.om-
nem,num.9.C.quando pro non eſt neceſſe.Couar.
pract.q.c.27.ſub num.2.

ANNOTATIONES.

a Dominium recipientis arguit. De probando dominio. vide ſu-
pra Magon.deciſ.46.num.3. vbi ſcripti.

b Teſtatori non grauato. ardua eſt hæc inueſtigatio, an in fi-
deicommiſſis ſuccedatur grauanti an grauati, & ideo vi-
de Doctores vtriuſque opinionis allegantem, latiſſime,
Franc. Mantic.de coniectur. vltim. volun. lib 8.tit.12. nu.
30. & ſeq.& vltra eum ac per ipſum copioſiſſime hinc inde
allegata. videſ Tiber. Decian qui hunc articulum per quin-
que caſus diſtinguit, & mirum in modum enucleat more
ſuo.in conſilio 26.num.75. lib.2.& quod attenditur proxi-
mitas grauati firmauit Magon infra deciſ.83.nu.16.& re-
ferentē Doctores, pro vtraque opi. Mantic.de coniect. vlt.
volun.lib.8.tit.12.nu.3.& ſeq.ſed non eſt prætereundum,
quod in hoc articulo multū conferunt coniecturę, ex qui-
bus quis moueri poteſt, vt inhæreat potius vni,quam alte-
ri opinioni, quod eſt videndum apud Decia.loco mox cita-
to Hieron. Gabi.conſil.86 num.11.14.17.& conſil.121.
nu.10.lib.1.vbi aſſerit communem opinionem eſſe, vt te-
ſtatoris proximitas attendatur, & tamen ab hac concluſio-
ne ipſe diſcedit ex coniecturata mente teſtatoris.Quo ve-
ro ad materiam emphyteoſis. Ille dicitur,proximior,qui
eſt magis propinquus ei, in cuius perſona eſt finita gene-
ratio, non autem dicitur proximior reſpectu primi inueſti-
ti,vt notabiliter declarat Ruyn.conſilio 47.nu.6.volum.
3.& Ant.Gabr. commu. concluſ.lib.3.tit.de iure emphy.
concl.1.num.17.

c Vel in conditione poſitus. Gloſſ.in l.Lucius, la 2.in verb.li-
beros.ff.de hæred.inſtit.facit concluſionem,quod filij po-
ſiti in conditioni non cenſeantur vocati ex teſtamento. ſed
ſuccedat prout ab inteſtato. At qui, quod ab iſta,l.con-
traria eliciatur concluſio,eſt vidēdus pro intellectu ipſius.
Thom.Non.conſ.31. nu.4. vbi late, & in conſilio 52.nu.
2.Hæc concluſio eſt valde diſputabilis inter Doctores, &
nemo,quem viderim,ex antiquioribus,& ex recētioribus
melius ac latius illam diſputat, quam Ant. Corſe.omnino
vidēdus in additionibus,quas facit ad repertorium. Abba.
in verb.ſubſtitutio,idē & copioſe facit Mantic.de coniect.
vlt. volunt.lib.11.tit.2. vbi poſt relatas authoritates vtriuſ-
que opinionis per quatuor columnas, tandē venit ad iura,
& rationes,quæ hinc inde adduci poſſunt, & reſidet in opi-
nione quod cēſeantur vocati,quam vltra per ipſum allega-
ta tenet, & late defendit Noui. locis præcitatis. Sed hodie
opinio negatiua cū gloſſ.in d.l. Lucius,eſt frequentiori do-
ctorum calculo recepta,tam in ſcholis,quam in conſulen-
do, & ideo ab ea in iudicando non eſſet recedendum. Et
quoniā authoritates Doctorum hinc atque hinc ſunt tot,
& tantæ,quod ſi illas cōpilare vellem,tranſirem in tracta-

tum

eum contra votum animi mei, ideo ſufficiat vltra præcitatos. Corſet. & Mantic. notare locus copioſiores prout eſt paſſes. Clar. in §. teſtamentum q. 77. Rolan conſ. 51. nu. 5. lib. 3. Cæph. conſ. 517. lib 4. Tiber. Decian. conſil 59. nu. 1. col. 2. vbi dicit, quod tenentes contra glo. ſunt longe inferioris authoritate, numero, & ratione, & conſ. 79. nu. 5. vol. eod. dicit cum gl. eſſe communem, & per ſęcula approbatam in ſcholis, & canonizatam in palatijs, ita vt nephas ſit ab illa recedere. Pro opinione cõtra gl. & de magis communi, & receptioni teſtantes, vide eundem Cæphal. conſ. 251. num 72. lib 2. eundem Decian. conſil. 3. nu. 48. conſil. 41. nu. 23. vol. 1 conſ. 103. num. 37 & ſeq. volum. 2. vbi concludit hanc eſſe frequẽtiorem, veriorem, & æquiorem, & ſecũdum voluntatem teſtatoris, & quod ſecundum eam ſæpe conſuluit, iudicauit, & ab alijs iudicatum vidit Clar. diſtinguit vt per eum, adeo quod vere, vt multi dicũt ex relatis hic articulus indigeret cenſere. dec. Verum communiter diffinitur, quod concurrentibus coniecturis poſiti in conditione cenſeantur vocati, quod in deſcendentibus apud neminem ambigitur, intelligendo de deſcendentibus ipſius teſtatoris. In collateralibus vero videtur magis communis; quod ſimpliciter vocati non cenſeantur. Socin. ſen. conſil. 73. num. 30. vol. 4. Soc. iun. conſil. 119. num. 28. volum. 1. & conſil. 110. num. 28. vol. 3. & apud omnes ſupra relatos videndum eſt. Coniecturas autem plures ponunt Doctores præcitati, & plures ex profeſſo recollegit. Mant. dicto lib. 11. tit. 3. & quod vnica non ſufficiat, ſed plores requirantur, vide Cæph. conſ. 749. lib. 5. & alias coniecturas ponit Hyppol. Rimin. conſ. 123. col. pen. & conſ. 476. numero 13. & ſeq. & in his coniecturis maxime verſabitur ſelgio iudicare debemus, vt tradunt Clar. & Mantic. locis prællegatis, vltra quos aliam cõiecturam ponit Cur. iun. coo. 87. num. 2. quod videlicet, gl. d. l. Lucius non procedat, quoties teſtator inſtitutis, & ſubſtitutis filijs maſculis mãdit filias fęminas dotari, de cuius veritate, vide Simon. de Pret. conſil. 167. num. 28. & ſeq.

d Queſtorius operatur. Vide, quæ ſcripſi ſupra deciſio. 33. num. 18.

e Ante reſtitutionem hęreditatis. Niſi grauatus reſtituere alienaſſet rem fideicommiſſo ſubiectam, quia, cum alienando priuauerit ſe facultate reſtituendi, videtur quodammodo reſtituiſſe, propter quod a lege ſtatuitur dari fideicõmiſſario rei vendicationem contra emptorem, vel alios poſſeſſores alio titulo. Soc. iun. conſil. 90. num. 3 lib 3.

f Per diuiſionem renunciatum fideicommiſſo. Vide ſupra Magon. deciſ. 7. num. 42, vbi ſcripſi.

g Qui libri publici. De iſtis libris publicis, & confectis a publico officiali, an probent pro tertio, & contra tertium, an pro ſcribente, & an contra ſcribẽtem. Vide ad ſatietatem D. Aym. Crau. in tract. de antiq. temp. par. 1. lectio. quarto limitatur, num. 62. cum pluribus ſeq.

S V M M A R I V M.

1 *Pecunia ſi peruenit ad manus vnius ex recipientibus cum illo experiendum eſt.*

2 *Præſcriptio an dicatur odioſa, & iniqua, vel fauorabilis.*

3 *Statutum excludens creditorem tacentem per decennium, an valeat.*

4 *Statutum prædictum, an operetur contra debitum iuratum.*

5 *Item tam reſpectu iuramenti deciſorij, quam aſſertorij.*

6 *Diſputare de poteſtate ſtatuentium non recognoſcentium ſuperiorem vanum eſt.*

7 *Statutum Lucanum, lib. 1. cap. 61. non inducere præſcriptionem, ſed nouam ſpeciem probandi ſolutionem, num. 13.*

8 *Iuramentum ſpecies probationis, quandoque reputatur.*

9 *Iuramentum iunctis alijs pro plena probatione habendum ex forma ſtatuti.*

10 *Noua ſpecies probationis ex curſu temporis quandoque inducitur.*

11 *Solutione eius, quod debetur tollitur omnis obligatio.*

12 *Excipiens de præſcriptione, & de ſolutione non videtur fateri debitum.*

13 *Noua ſpecies probationis ſolutionis debiti ex antedicto ſtatuto Lucano concluditur.*

14 *Iuramentum de quo in d. ſtatuto 61. recipit probationem contrariam.*

15 *In iuramento prædicto iudex caute procedere debet.*

16 *Qualitas ſtatuti ſeruanda eſt ab eo, qui illud implorat.*

17 *Iuramentum, de quo ſupra non præſtatur ab alijs, quã in d. ſtatuto nominatis.*

18 *Iuramenta quæcunque ante ſententiam a iudice præſtari poſſunt.*

19 *Dummodo ante concluſum in cauſa debito tempore petitum ſit.*

20 *Præſentia in præſcriptione d. ſtatuti eſt probanda.*

21 *Actus non indicatur ſecundum denominationem, ſed ſecundum formam, & eſſentiam.*

A R G V M E N T V M.

De ualiditate ſtatuti excludentis creditorem a petitione ſui crediti ſi elapſo decennio non petierit a debitore.

Statutum Lucanum, lib. 1. cap. 61. non inducit præſcriptionem, ſed nouum modum probandi ſolutionem debiti.

Iuramentum, quando peti debeat deferri, & uſque quo deferri poſsit.

D E C I S I O LX.

AGEBAT Aſcanius quondam Bernardini Calzoni via executiua contra Iuſtum, & Duccinum ad ſcutos 25. eidem Iuſto, & Duccino eius fratri per dictum Bernardinum mutuatos, vt conſtabat publico inſtrumento iurato, & in ampliori forma cameræ de anno 1549. celebrato.

Iuſtus iuſte credens ſe ab huiuſmodi moleſtia liberari poſſe, allegabat pecunias omnes ad ſolius
1 Duccini manus perueniſſe, † ob idque contra Duccinum experiundum fore aiebat, argum. l. actione, §. ſi communis, ff. pro ſoc. & quod not. Roncagal. in l. eandem, num. 204. ff. de duob. reis.

Quod

Digitized by Google

Quod eum nec in iure (ſtante obligatione inſo-
lidum) neque in facto (quia non probatum) ſub-
ſtitere proſpiceret ad aliud refugium conuolando
ſtatutarię pręſcriptionis exceptionem proponebat,
cauetur enim lib. 1. ſtatutorum, cap. 61. quod ſtan-
te curſu temporis annorum 10. inter præſentes, &
20. inter abſentes, quo creditor debitum non pe-
tierit, admittatur debitor poſtea conuentus ad iu-
randum debitum ſolutum, & vlterius non mo-
leſtetur.

1 Hæc autem præſcriptionis exceptio, † quam mul
ti iniquum, & odioſum præſiduum appellarunt, vt
poſt Ang. in l. 1. in fin. ff. de neg. ge. & Andr. de Iſer-
ni. in cap. ſancimus quo tempo. mi. tradit alios ci-
tans Fran. Becci. in conſil. 12. nu. 60. contra quos
æquiſſimum, & fauorabile eſſe poſt Ioan. Andr. in
reg. iur. poſſeſſor. in mercurialibus firmat, & defen
dit Natta, in conſil. 315. num. 17. duplicem nobis
difficultatem afferebat.

2 Prima nanque erat de validitate d. ſtatuti, a † qd
3 multi tanquam peccati nutritiuũ non valere affir-
marunt, vt poſt Io. Andr. in cap. 2. de except. in vi.
voluit Imo. in conſil. 123. num. 6. Anch. in conſil.
258. in prin. & eſt commu. opi. de qua teſtatur Cac
cialu. in l. omnes populi. num. 30. ff. de iuſti. & iur.
Ferra. cante. 30. late Tiraq. de rett. conſan. §. 4. gloſſ.
1. num. 1. 2. 3. licet in hoc non deſint contradicto-
res, quos recenſet Anto. Gabr. lib. 5. de præſcr. con-
clu. 4. verſic. contrarium, &c. & plene licet remiſſi-
ue Duen. in reg. 6.

Altera vero erat, quod data validitate ſtatuti, nõ
tamen operatur aduerſus debitum iuratum cuius
4 natura eſt actionem perpetuare, & † non operari,
magis communiter tenent doct. in l. nam & poſtea,
§. ſi is qui temporali, ff. de iureiur. teſtatur. Gra.
conſil. 41. lib. 1. late Boui. de ſtatut. vrb. præſcr. nu.
5 121. fol. 64. quod tam in † iuramento deciſorio,
quam aſſertorio ſeu obligatorio procedere ex mul-
torum auctoritatibus dicit Anto. Gabr. lib. 6. de
ſtatu. concluſ. 11.

Nos autem ne de horum ſtatuentium abſoluta
6 poteſtate, † quaſi ſacrilegi contenderemus, neve
ſedem noſtram ab Aquilone ponentes ſuperiori-
bus ſimiles, vel pares eſſe velle videremur, vt dice-
bat Bald. in conſil. 359. proponitur. colum. 1. circa
medium. lib. 1. inhærentes diſpoſitioni huius ſtatu
ti, quod de iure non autem de facto validum, tene-
mus, vt dicebat Caſtr. in l. fin. §. 1. in fin. ff. rem rat.
hab. dicebamus illud valere, & ad iurata debita ex-
tendi, peccati ue minime nutritiuum eſſe, & periu-
rijs viam non aperire. Moti quia hoc ſtatutum non
intendit ſimplicem præſcriptionem inducere, ita
quod ſolo curſu temporis actio tollatur, & obliga-
tio ſaltem quoad effectum extinguatur, prout vi-
dentur loqui Doctores, qui de validitate huius ſta-
tuti dubitant in l. omnes populi, de iuſti. & iu. & in
l. ſequitur, §. ſi viam, ff. de vſuca. & in cap. fin. de præ
7 ſcrip. † ſed introducere vult nouum modum, b no-
b uamque ſpeciem probandi ſolutionem mediante
curſu temporis ac iuramento facit quod no. Thob.
Noni. conſil. 78. in præſenti, num. 28. vbi ſtatu-
tum inducens præſumptionem, ſolutionis elapſo
decennio valere dicit.

8 Quod † iuramentum alias de iure ſpecies pro-
bationis reputatur, vt tradunt doct. maxime Dec.
& Bero. in rub. ext. de prob. Bald. & alij in rub. C.
9 eod. titu. Et † per iuramentum iunctis aliquibus
qualitatibus probationem induci poſſe per ſtatuta
non improbatur, vt eſt videre ex not. per Bart. &
alios maxime per Plot. in l. ſi quando. C. vnde vi.
ſicuti nouum genus probandi induci quoque vide
10 tur, † ex curſu temporis cum aliquibus qualitati-
bus, & circunſtantijs inter aliquas perſonas ad no.
per Bart. in l. procula. ff. de proba. & in l. libertas, §.
manumiſſis. ff. de alimen. & cib. lega. Vnde ſeque-
batur huiuſmodi ſtatutum ſolutionis ſpeciem no-
uam introducens extendi etiam ad debita iurata,
quia de ſolutione non ſolum poteſt probari contra
ſimplex debitum, ſed etiam contra iuratum cum
11 † ſolutione eius, quod debetur, tollatur omnis ob-
ligatio inſti. quib. mod. tolli. ob. in prin. & toto tit.
ff. C. & extra de ſolut.

Quod autem hoc ſtatutum ſit non ſimplicis ac
veræ præſcriptionis, ſed noui modi probandi ſolu-
tionem inductiuum, & a præſcriptione quid diuer-
ſum diſponat; id equidem patet ex diuerſitate effe-
ctus, & naturę vtriuſque, videlicet pręſcriptionis, &
iuratæ ſolutionis; nam licet pari paſſu ambulent ad
excluſionem debiti; cum opponens exceptionem
12 præſcriptionis, & ſolutionis † nõ dicatur fateri de-
bitum, gloſſ. in cap. exceptionem. de reg. iur. in 6.
gloſſ. Inno. Butr. & Abb. in cap. venerabilis de exce-
ptio. Iaffre. deciſ. 243. Natt. conſil. 134. num. 1.

Tamen differunt in terminis d. ſtatuti reſpectu
ſolutionis præſupponendæ, cum præſcriptio non
præſupponat ſolutionem, alias non eſſet neceſſaria
pręſcrip. cap. veniens de præſcr. hic autem ſtatutum
præſupponit contrarium, videlicet ſolutionem fa-
ctam cum ſuper ea iurari diſponat.

Item ius ex præſcriptione quæritur antequam
Iudex adeatur, non autem ſic accidit in hac ſpecie
probationis, vbi ante petitionem & delationem iu-
ramenti nil acquiritur. Rurſus præſcriptio ad ſui
perfectionem ſolo temporis curſu contentatur, vt
toto tit. ff. de vſucap. & de diuerſ. & temp. pręſcript.
Hic autem, & temporis lapſus, & iuramenti concur
ſus requiritur.

Et per iſtas conſiderationes in terminis huius
ſtatuti Lucani, ita decidit Caſtr. in conſil. 162. ſuper
lib. 1. & in ſimili ſtatuto Bono. firmat Bero. in con-
13 ſil. 82. contra hæredes. lib. 3. vbi intrepide † conclu-
dunt per huiuſmodi ſtatuta ſpeciem probationis,
non autem præſcriptionem induci.

Quod ſine controuerſia recipiendum eſt in ca-
ſu, in quo dubium ſit an ſolutio debiti facta fue-
rit, tunc enim tali iuramento, & curſu temporis
14 ad liberationem debitoris transfigitur, licet † ad-
uerſus huius iuramenti præſtationem poſſit con-
trarium probari, & reprobari, vt ibi not. Caſtr.
Imol. d. conſil. 123. num. 7. Roma. conſil. 103. num.
3. 4. & de commun. opin. teſtatur Tiraq. de ret. con-
ſan. §. 4. gloſſ. 1. num. 3.

Cæterum

Cæterum vbi certum ſit debitum non eſſe ſolutum, ueluti per confeſſionem debitoris poſt decennium emanatam, tunc ſi talis debitor uelit iurare debitum ſolutum, non auditur contra propriam confeſſionem, & tali caſu ſtatutum non extenditur, ſed reſtringitur, & limitatur in caſu tantum dubiæ ſolutionis debiti procedere, non autem in caſu debiti certitudinarie non ſoluti, cum tunc ſtatutum, & peccatum nutriret, & viam periurijs aperiret, ut no. Caſtr. dicto conſi. 162. plene Imol. dicto conſ. 123. num. 7. & plenius Roma. d. conſil. 102. & in terminis huius ſtatuti Lucani Grat. conſilio 101. num. 57. lib. 2.

Et propterea Caſtr. d. conſilio 162. mirifice locu-
15 tus fuit † iudicantis religioni, & regulato arbitrio hanc iuramenti delationem remittendam eſſe, qui non indifferenter hoc iuramentum debitoribus deferat, ſed diſcrete præcedentibus congruis, & opportunis interrogationibus ad eruendam veritatem.

Cuius Caſtren. auctoritate innixi DD. auditores huius Rotæ alias de anno 1570. in quadam cauſa Dom. Barbaræ Prouenzalis actricis cum D. Catherina de Vannis rea conuenta ſtantibus coniecturis, & præſumptionibus debiti non ſoluti eam ad iuramentum admittere noluerunt, ſed actrici, contra quam inſurgebat quædam præſumptio ob lapſum longi temporis: iuramentum purgatorium detulerunt ex ſententia Butrij, Abb. & aliorum relatorũ per Iaſ. in l. admonendi, nu. 225. ff. de iureiu. Aemil. conſ. 61. diuino, nu. 8.

Ex quibus inclinabamus amplectentes ualiditatem d. ſtatuti in caſu tantum dubiæ ſolutionis non factę iuramentum petitum fore, & eſſe debitori reo conuento deferendum, ſi ipſe eiuſdem ſtatuti qua-
16 litates † ſeruaſſet, ut facere debebat ſecundum Socin. conſ. 27. nu. 14. & conſ. 65. num. 4. libro 4. Dec. conſ. 454. & ſeq.

Iudicium enim agebatur mediante procuratore debitoris, qui ad hoc iuramentum ſolutionis præſtandum ſpeciale mandatum non habebat, ut ex forma ſtatuti requiritur, quod tantum admittit ad iurandum debitorem, vel eius hæredem, vel procuratorem aut ſindicum ſpeciale mandatum haben-
17 tem, extra igitur certas perſonas nominatas † alius non admittitur, ut tradit Alex. conſilio 73. ſub numero 4. lib. 6.

Qui dato, quod ſufficiens mandatum haberet, adhuc ad iurandum non erat admittendus, quia poſt tempus probatorium, & poſt cõcluſum in cauſa illud petijt, & ſic intempeſtiue, nam ſi quæcun-
18 que † iuramenta quandocunque ante ſententiam a iudice præſtari poſſunt. l. ſi. in princ. C. de reb. cred. & not. Iaſ. in l. admonendi, num. 318. de iureiuran.
19 † id tamen procedit ſi debito tempore ante concluſum in cauſa petitum ſit, vt tradit Fulgoſ. in conſ. 145. cum concord. per Plo. de in lit. iur. §. 51. num. 1. vbi de com. opin. teſtatur nec deerat defectus præſen-
20 tiæ minus plene probatæ, vt probari debebat, iuxta no. Cæphal. conſ. 29. nu. 14. Rol. conſ. 79. num. 31. lib. 1. Balb. de præſcript. q. 3. 4. par. princ.

Obſtabat etiam debitori minor ætas creditoris, qui cum fuerit minor, aduerſus illum præſcriptio durante minori ætate, nec inchoari, nec cum ma-
d iori inchoata [d] currere poteſt, ut cauetur, libro primo, ſtatutorum. c. 62.

Non leue nobis præterea debiti non ſoluti inditium, & præſumptionem faciebat diuerſitas, & uariatio exceptionum rei conuenti cum quandoque pecunias ad eius manus non peruenitas, ſed fratris allegarit interdum nouationem, & nouiſſime præſcriptionem ſtatutariam deduxit.

Nec obſtant ſuperius cõſiderata, quod ſtatutum tam in rubro, quam in nigro utatur uerbo præſcriptionis, quaſi præſcriptionem non probationis no-
21 uam ſpeciem inducat, quia † actus non iudicatur ſecundum denominationem uerbalem, ſed ſecundum formam, & effectum, & eius eſſentiam, ut no. Bart. in queſt. quę incipit publicanus, & in l. cotem. §. qui maximos. 2. q. ff. de publica. Craue. in rubr. de leg. 1. num. 46. & ſeq. cum ſimilibus congeſtis. poſt Roma. in conſilio 509. circa propoſitum. colum. 1. per Franc. Becci. in conſi. 35. magnifici, colum. 1. nu. 3. & dum obiter quæreretur, an huic præſcriptioni pacto renunciari poſſit dubitantes reiecimus ad no. per Bart. in l. nemo poteſt, col. pen. de leg. 1. & per Aemil. conſ. 9.

ANNOTATIONES.

a De validitate dicti ſtatuti. Vide lattiſſime Bom. de ſtatu. vrb. præſcr. glo. 1. num. 6. cum infinit. ſeq. qui locus tanquam ex profeſſo tractatus eſt pinguior omnibus alijs in hac materia. Et licet ipſe teneat pro ualiditate nihilominus teſtatur de magis communi in contrarium allegans Pitr. Ang. in conſtit. Aurel. in tit. de præſcri. c. 5. & Dum. reg. 6. ſimiliter de magis cõi pro negatiua concludentem, cum non poſſit, (vt dicit ipſe) euitari, quin habeat locum denunciatio. vide Bolognet. in l. omnes populi, num. 95. ff. de iuſt. & iu. Sed quoties ſtatuti verba ſunt in creditorem negligentem directa, non autem in gratiam debitoris ſtatutum valere, maxime ſi fuerit a Papa in terris eccleſiæ confirmatum, concludit Anto. Galle. dicens ſe vidiſſe obſeruari in auditorio Rotæ eorum obligationem, etiam in forma cameræ, in tractat. d. formæ, par. 4. q. 13. num. 82. & tenendo hanc partem declarat hic Dom. Magon. num. 14. non procedere ſi debitum in rei veritate non eſſet ſolutum, & hoc clarum eſſet, ſed ſolum ſi dubitaretur, an eſſet, vel ne ſolutum cui ultra per ipſum allegata, adde Cæphal. conſ. 240. num. 23. lib. 2. & Hippol. Rimi. conſ. 198. num. 21. & eſt communis opin. teſtatur Mandoſ. ad Rom. conſ. 102. nu. 1. litera C. vbi alios citat. & hoc maxime procedit de validitate ſtatuti, quando ſtatutum conſiderauit hominum malitijs, & fraudibus occurrere, qui quandoque repetunt iam recepta, prout bene prouidetur in ſtatu noſtro Vrbeue. ſub rubr. 80. de except. præter. perſonal. actio. lib. 2. Corn. conſi. 277. colum. 2. verſ. & forte, lib. 4. Cæphal. loco mox citato. Declara & demum procedere contra petentem rem ſibi debitam, non autem rem ſuam, ut in actione reali. Roma. conſil. 201. vbi Mandoſ. teſtatur de communi Rim. iun. conſ. 37. nu. 67. & conſil. 198. num. 18. & ſequen. Idem dic non habere locum in debito iurato. Magon. hic, num. 4. cui adde Rimin. d. conſi. 37. nu. 69. Vlterius declara, quod requiratur bona fides, & ita demum ſtatutum præfatum procedat ſi bona fides interuenerit. late infinitos allegans. Tiraq. de præſcriptione, gl. 2. in verb. bona fide, & vltra eum Rimi. d. conſ. 37. nu. 68. Quod adeo eſt uerum, ut mala fides defuncti noceat eius hæredi etiam uolenti uti præſcriptione principiata ex perſona ſua, non autem ſui authoris, quicquid dixerit Dyn. in cap. poſſeſſori. de regul. iur. in 6. conſ. quem & magis com-

munis

munis opinio, ut teſtatur Felyn. in cap. ſi diligenti, num 6. de præſcript. Sed pro opinione Dyni ualida ratione inſurgit Bolog. d. l. omnes populi, num. 95. verſ. quæ concluſio, in fi. quē vide. & in quibus caſibus procedat opinio Dini, vide apud Boui. de ſtat. vrb. præſcript. gl. 19. ſub num. 244. & ſeq. & vide latiſſime ultra prædictos tale ſtatutum diſcutientem, & declarantem, tam ſuper eius ualiditate, quam de bona, uel mala fide debitoris, ſiue eius hæredis, & alia notab. Rimin. iun. conſ. 408. nu. 5. vſque in finem, & quod in præſcriptione perſonalium actionum requiratur bona fides, ita ut nequeat ſtatutum expreſſe approbare præſcriptionem cum mala fide, & quod opi. Dyni de qua ſupra reſpectu hæredū debitoris ſit communiter reprobata. & quid in cenſibus, ſeu annuis redditibus, vide late allegātem iux. communem opi. Tiber. Decian conſ. 2. num 190. vſque ad num. 199. lib. 1. & de bona fide requiſita in præſcribendis actionibus perſonalibus dicit magis communem eſſe opi. D. Ludoui. Alferi. Dominus meus cunctis viribus a me colendus. & obſeruandus multas authoritates allegans, in conſi. 2. nu 20. verſ. & quod d. cap. cuius conſilia ſunt impreſſa poſt vol. conſi. Domini Andreæ Alferij ſui Attaui. & ibi. nu. 25. vſque in fi. tractat. de opin. Dyni. de qua ſupra, & dicit eam communiter eſſe reprobatam.

b Nouum modum. Vide plene per Riminal. iunior, conſi. 408. per totum.

c Ante concluſionem in cauſa petitum ſit. Flor. hic allegatus dicit eſſe petendum ante concluſum in cauſa in termino probatorio. Verum Iaſ. per eum allegatus in l. admonendi, in 2. lect. nu. 318. & ſeq. ff. de iureiur. non ſe reſtringit, ut peti debeat in termino probatorio, ſed reprobata opinione. Salyc reſoluit poſſeſſori poſt publicatas atteſtationes, dūmodo ante concluſum in cauſa, & ſic etiam extra terminum probatorium, prout in indiuiduo atteſtans de communi dicit etiam Albienſ. conſi. 35. nu. 8.

d Nec cum maiori inchoata. Secus eſt de iure communi, quia præſcriptio inchoata cum defuncto maiori currit contra minorem etiam pupillum ſine ſpe alicuius reſtitutionis, maxime ſi fuerit conuentionalis ex contractu defuncti. Caſus eſt in l. Aemilius. ff. de minor. & in l. quæ a patre. C. de reſtit. mino. Bart. in l. etiam. ff. de minor. Balb. de præſcr. par. 6. & caſu 25. verſ. 1. concluſio, licet cum pupillo inchoari contra eum non currat. Balb. præcit. loco, num. 29. nec etiam ſtatutaria. Guid. Papa, deciſ. 31 num. 2. Rimin. iun. conſ. 408. num. 20. poſt Boui. de ſtatuta. vrb. præſcripi. glo. 19. nu. 283. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Agens ex contractu ultro citroque obligatorio debet prius probare ſe impleuiſſe pro parte ſua.*

2 *Exceptio implementi non ſecuti poteſt etiam ſuppleri a iudice.*

3 *Concluſio attendi debet.*

4 *Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*

5 *A ſententia de cōſenſu partium lata datur appellatio.*

6 *Iudex dicitur electus ad diminuendas lites, & laborare debet pro reducenda partes ad concordiam in ciuilibus cauſis.*

7 *In criminalibus vero non niſi poſtquam puniuit.*

8 *Iudex ratum habere debet, quod partes a lite diſcedant.*

9 *Si concurrant regula probibitiua, & permiſſiua, probibitiua attenditur.*

10 *Exceptione non impleti oppoſita, non poteſt amplius inuito excipiente impleri.*

11 *Exceptio non impleti poteſt opponi ad ſuſpendēdum, & ad irritandum.*

12 *Contractus innominati pœnitentiam admittunt.*

13 *In claris quæſtio uoluntatis non datur.*

14 *Declaratio poſt ius quæſitum partis, non admittitur.*

15 *Iudicij ſubſtantialibus priuatorum pactis non derogatur.*

16 *Iudex iuſte, & iuridice iudicare, dicitur qui ſecūdum vota partium iudicat.*

ARGVMENTVM.

De ſententia ex conſenſu partium lata, & De exceptione implementi non ſecuti.

DECISIO LXI.

AGEBAT Cęſar de Lenis proprio, & fratrum tutorio nomine ad executionem cuiuſdam ſententię arbitralis inter eum, & Capitaneſi Ioannem reum conuentum late.

Excipiebatur ex aduerſo non fore exequendam, quia non fuerunt pro parte agentis impleta implenda, & propterea reus inſtabat ſententiam, & compromiſſum pronunciari nullum.

Cuius exceptioni, & petitioni reſpectiue actor inhęrens vtrumque inualidum una cum ipſo reo declarari ſimiliter aſſentiebat.

D. Iudex uiſo mutuo partium conſenſu compromiſſum, & laudum inde ſecutum nullum, & inualidum pronunciauit.

Huiuſmodi ſententię reus nō acquieſcens ad nos recurſum habuit allegando ſe, non eius intentionis fuiſſe, vt abſolute omnia declararentur nulla, ſed quod exequi non deberet d. ſententia actore prius non implente adimplenda ſecundum naturam exceptionis nō impleti, quā dicebat eſſe ſuſpenſiuam:
1 † quia in contractibus vltro citroque obligatorijs, is qui prius agit, prius oſtendere debet ſe impleuiſ-
a ſe. a l. Iulianus. §. offerri de actio. empt. Natta, conſil.
2 226. nu. 2. quę † ex officio parte non opponente ſuppleri poteſt. Crauet. conſ. 251. neminem, nu. 10. et a ſi in minimo articulo non eſſet ſeruatum, vt poſt relatos tradit. Rolan. a Valle, conſ. 53. num. 29. lib. 1.

Replicabatur ab actore ſimpliciter, & abſolute fuiſſe petitum pronunciari ſuper nullitate vtriuſ-
3 que prout † concluſio b oſtendebat, quę attendi de-
b bet. Bart. in l. certi conditio in princ. ff. cer. pet. Bero. conſil. 60. num. 1. libro 3. allegatamque ſuſpenſionem non poſſe ſtare ratione perplexitatis, cum non ſtent ſimul, quod quid ſit nullum, & quod ſuſpendatur, quia non ens non recipit qualitatem ſuſpenſionis, vnde ſibi imputandum erat, ſi profuſo ſermone vnum fieri petijt, cuius contrarium in mente ge-
4 rebat, cum † propoſitum in mente retentum tanquam abortiua, & quędam cogitatio nihil operetur. Rip. in l. ſi vnquam, num. 1. 2. 3. & ibi Tiraq. nu. 20. C. de reuoc. donat.

Com-

Communi voto cõcluſum fuit bene iudicatum,
& male recurſum, non quia non daretur recurſus
c ab huiuſmodi ſententia de conſenſu partium lata, a
5 † nam datur etiam appellatio de iure. vt no. Barto.
in l. ſi conuenerit. de re iudic. quem communiter ſe
quuntur Doct. vt ibi teſtatur Alex. nu. 13. ſed quia
ſic iuri conſonum fuit pronunciare, nam non po-
teſt negari, quin concluſiua verba dicti excipien-
tis, quę intentioni deſeruiunt, fuerint directa ad an-
nullandum vtrunque, cuius rei volũtatem ſi actor
quoque ſit ſecutus, & per concurſum in idem ſit ef-
fectus vnus ſpiritus cum eo, quid eſt, quod iudici
ſit imputandum, ſi placita partiũ amplexus ſecun-
dum hinc inde petita ius dixit?

6 Iudex † enim qui ad dirimendas lites eligitur,
conuentionalia partium in dubium reuocare non
debet, immo laborare pro viribus, quod partes ad
concordiam reducantur in ciuilibus, maxime Soc.
7 in c. querelam, nu. 5. de ſimo. licet † in criminalibus
id facere nequeat, niſi poſtquam puniuit, idem So-
cin. in c. ſcripta, nu. 76. de colluſio. dete. & ſi inter li
tigantes conuenerit, quid pronuncietur non ab re
erit huiuſmodi ſententiam proferre. d. l. ſi conue-
8 nerit. † vnde partibus ſponte deſcendentibus a lite
id omnino iudex ratum habere debet. l. 1. §. inde
quæritur. ff. de oper. non. nunc. Rebuff. de recuſatio
art. 2. glo. 1. in fi.

Imò ſtante conſenſu partium iudex poteſt mul-
ta facere, quæ alias minime poſſet. Fran. in c. cũ ceſ-
ſante, nu. 14. de appell. Natta, in conſ. 337. num. 2.

Nec obſtat, dum opponebatur de nullitate ſen-
tentię errore iuris expreſſo latę, quaſi iuris error ſit
tenere, quod exceptio non impleti excluſiue, & irri
tatiue ad actum opponi non poſſit, ſed ſuſpenſiue
donec impleatur, & ſic concurrente regula hac pro
hibitiua, & regula permiſſiua, quod ſententia de
9 conſenſu partium fieri poſſit, † attendenda ſit pro-
hibitiua, vt placuit Alex. in d. l. ſi conuenerit, in 2.
limita. & Iaſ. ibi, num. 4.

Quia preſuppoſitũ eſt falſum, videlicet exceptio.
nẽ non impleti, non poſſe importare reſolutionem
10 actus, † imò eſt eius naturæ, vt facta oppoſitione in
vito eo impleri, amplius non poſſit prout expreſſe
adhũc effectũ oppoſita fuit, Caſtr. conſ. 70. quia fru
ſtra. col. 5. in fi. lib. 1. Bologni. in addi. ad Ana. conſ.
50. verſ. 2. principaliter. Crau. cõſ. 192. caſus, nu. 16.
11 & 248. nu. 9. & ſic † opponi poteſt ad finẽ non per-
ſiſtẽdi, amplius in promiſſis, & penitendi iuxta no.
in l. cũ proponas, la 2. C. de pact. Hippol. ſing. 42. &
12 145. maxime in contractibus innominatis, † qui
pœnitentiam amittunt ex capite implementi non
ſecuti. Natta, conſ. 171. pręſens, nu. 2. Ruin. conſilio
131. nu. 7. viſis, lib. 1. Rolan. conſ. 8. nu. 29. lib. 1.

Nec obſtat declaratio excipientis ſe illam pro-
poſuiſſe ad finem ſuſpendendi, donec aduerſarius
impleuerit, quia vltra, quod eius petitio ſeu exce-
13 ptio fuit clara, tendens ad annullandũ, & ideo † quę
ſtio voluntatis non erat. Bal. in l. non volũtatis, col.
3. C. de fideicom. cum concordantibus per Anto.
Gabr. lib. 6. de reg. iur. in concluſio. 3. nu. 25. & nu.
14 63. † eſt etiã ſatis intempeſtiua poſt acceptationẽ,
d & ius tertio quæſitum d Aegid. conſil. 19. colum.
2. Sarnen. in reg. de non tollen. iu. quæſi. Are. in l.
ſi quis intentione ambigua. in fin. ff. de pact. Pur-
pura. in l. ędita. num. 98. C. de æden. Et hoc eſt quod
dicitur in cauſa appellationis non poſſe fieri decla-
rationem eius, quod pars obſcure dixerat in prima
inſtantia. Spec. de act. & peti. §. ſequitur. veri. ſed
quando. & ibi Bald. Ang. in l. idem Pomponius, §.
fin. ff. de rei vend.

Et per iſta ſtante mutuo litigantium conſenſu
ſuper re non tangente ordinem, nec ſubſtantialia
15 iudicij † quibus priuatorum pactis derogari non
poteſt. l. ius publicum. ff. de pact. Bald. conſil. 427. in
cauſa. lib. 1. Guid. Papa quęſt. 216. ſed modum deci
dendi concernente, iuxta egregie. no. per Caſtr. in
conſil. 70. quia fruſtra. nu. 8. & conſil. 91. in cauſa,
num. 2. lib. 1. diximus iudicem, qui modificatam
habet poteſtatem iudicandi, vt ſententiam iuri
16 conſonam ferat, l. iudices, C. de iud. † iuſtam &
iuriconſonam ſententiam protuliſſe, quia iuſtum,
& conſonum iure eſſe dicitur, quicquid partibus
concordibus placuerit, vt expreſſe no. Ang. & Imo.
in d. l. ſi conuenerit.

ANNOTATIONES.

a Se impleuiſſe. Vide ſupra Magon. deciſ. 27. num. 16. vbi ſcri-
pſi. Quibus adde quod nullus contractus, ſiue nominatus,
ſiue innominatus, reſcinditur ex capite implementi, non ſe
quuti, niſi accedente vera mora. l. pecuniam. vbi Bart. Bal.
& cęteri. C. de condi. ob cauſ. l. ſi pecuniam. vbi Doct. ff. eo.
Corn. conſil. 85. lib. 1. & conſil. 102. lib. 3. Tiber. Decian.
conſil. 132. num. 1. inter conſil. Menoch. Quod non proce-
dit in contractibus correſpectiuis, quorũ vnius ſine altero
nõ fuiſſet celebratus, nam ſi in eis vnus contrahentiũ non
ſatiſfacit, nec implet ex parte ſua totus ipſe contractus vo
lente alio contrahente reſcinditur. l. cum te. C. de pact. int.
empt. & vend. l. 1. C. de donat. quę ſub mod. Signor. conſil.
185. num. 2. verſi. ſi vero in hoc facto. Menoch. cum alijs,
et per eum. conſil. 156 num. 16.

b Concluſio. Et ideo licet principio, & narratione libelli
aliquid ſit narratum, quod ſit diuerſum a concluſione, at-
tenditur tamen concluſio tradunt omnes in l. edita. C. de
eden. Canon. in cap. ex parte B. de for compe. & in cap. fin.
de iudic. Vnde dixit Innoc. in cap. ſuper literis extra de re-
ſcri. quod quando verũ narratur in libello vel plura, & fal
ſum, vel vnum tantum concluditur. vel diuerſum, atten-
ditur concluſio, non narratio, idem dixit Ang. conſil. 25. &
tradit. Iaſ. Inſti. de actio § omnium. nu 129 & ſeq. Quod
maxime procedit in poſſeſſorijs, in quibus illud intenta-
tum videtur, de quo concluditur, licet de alio puta de pe-
titorio, vel de interdicto. vide vi, & ſimilibus in narratio-
ne dictum fuerit. Canon. in d. cap. ex parte. B. & in d. c. fin.
& hoc declara non habere locum, quoties fuerit in libello
appoſita clauſula. Petens ſuper præmiſſis non quæ opera-
tur, vt vtrumque dicatur intentatum. Bolognett. Ianſſ. in
l naturaliter, §. nihil commune. nu. 439. ff. de acq. poſſeſſ.
Magon. ſupra deciſ 4. num. 8. vbi ſcripſi. Quod de clauſula
petens, &c. ſubdeclara non procedere, vt extendatur ad
cauſam contrariam, & repugnantem cauſæ narratæ, puta
ſi fuiſſe narrata cauſa teſtati, & concluſum de cauſa inte-
ſtati, tum quia non eſt putandum libellantem voluiſſe ſe
corrigere, & contraria deducere, tum quia hæc clauſula
non operatur niſi in narratis, vt ſi aliquod ex narratis non
competat, ſuſtineatur libellus in eo, quod competit Ri-
min. iun. conſil. 407. num. 4. 6. 7 cum adductis per eum. Et
quod dictum fuit de concluſione, procedit etiam in con-
tractibus, licet aliud antea fuerit dictum l. ſi voluntate, vbi
Bald. & alij. C. de reſcin. vend. Innoc. in d. cap. ſuper lite-
ris, Decian. conſil. 64. nu. 18. lib. 3. quod non habet locũ ſi

m agere-

agerctur de probanda ſimulatione contractus, quæ probatur per ea, quæ ſtatim ante contractum dicta, & facta fuerint, vt dixi ſupra deciſ. 25. num. 5.

c De conſenſu partium lata. An ſententia lata de conſenſu partium poſſit eſſe difformis libello. vide Bolognet. in l. viuū. num. 75. ff. ſi cert. pet.

d Et ius tertio quæſitum. Si autem declaratio eſſet ſuper aliqua re, ſeu ſuper aliquo dubio, verbo præiudicaret etiam tertio. Hyppol. Rimin. conſ. 399. nu. 26.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum contra non nominatum in eo non exequitur.*
2 *Sententia non mandatur executioni contra non nominatum.*
3 *Sententia, a qua non appellatur, tranſit in iudicatum.*
4 *Pronuncia audiendum non eſſe dicitur interlocutoria uim diffinitiuæ habens.*
5 *Audientia negata trahit ſecum appellationis prohibitionem.*
6 *Iudex poteſt habere conſilium ſapientis etiam inuitis partibus.*
7 *A ſententia de exequendo non datur appellatio.*
8 *Idem ſi pronuncietur non eſſe exequendum.*
9 *Præceptum de ſoluendo dicitur interlocutoria uim habens diffinitiuæ.*
10 *Sententia lata de conſilio ſapientis non tranſit in iudicatum.*
11 *Filius, ergo hæres.*
12 *Declara ſi agat, ſecus conueniatur cum tunc debet probari aditio, etiam ſi non opponatur.*
13 *Etiam ſi aliquas res hæreditarias poſſideret.*
14 *Filius, ergo hæres non procedit in matris hæreditate.*
15 *Aditio per habitationem domus, & retentionem aliorum bonorum hæreditariorum probatur.*
16 *Sententia lata contra expreſſum caſum legis dicitur nulla.*
17 *Textus clarus legis præfertur communi opinioni.*
18 *Sententia lata contra communem opinionem non valet.*
19 *Liquidatio inſtrumenti præcedere debet.*
20 *Liquidatio fieri debet ab actore, etiam ſi non opponatur.*
21 *Per nouam citationem receditur a ſua lege.*
22 *Noua interpellatio moroſi moram remittere dicitur.*
23 *Nouam procurans fieri monitionem, de prima non uidetur conſentus.*
24 *Præſcriptio dotis durante matrimonio mulieri non currit.*
25 *Præſcriptio allegari debet.*
26 *Præſentia articulanda, & probanda eſt a fundante ſe in præſcriptione.*
27 *In præſcriptione ſtatutaria requiritur iuramentum.*
28 *Sententia nulla ſtante bono iure agentis poteſt confirmari.*
29 *Citationis defectus cadens in actu minoris præiudicij, quam ſi ad ſententiæ probationem fuiſſet omiſſus non eſt attendendus.*

ARGVMENTVM.

Filius, ergo hæres, quomodo intelligatur procedere.
Liquidatio præcedere debet inſtrumenti, & ſententiæ executionem, & ſententia lata contra caſum legis, & cōmunem opinionem non ualet.

DECISIO LXII.

STAT ſtatutum, lib. 1. cap. 121. quod obligatus ex publico inſtrumento, vel eius hæres non audiatur, niſi prius ad actoris petitionem fideiuſſorem dederit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo, alias contra eum procedatur tanquam contra contumacem perinde, ac ſi nunquam comparuiſſet.

Contra contumacē vero proceditur, vel ad pronunciationem de immitendo in poſſeſſionem ex primo decreto, vel ad captionem pignorum, aut ad multam indicendam, prout actor elegerit, & iudici videbitur, eod. lib. 1. ſtatutorum, cap. 54.

Petrus q. Euſtachij de Camaiore cum prætenderet habere obligatam Dom. Catherinam vti filiam, & hæredem Vincentij hæredis, q. Petri de Corſinellis principaliter obligati ex publico inſtrumento
1 ad dotes maternas ſciens contra † non nominatum
in inſtrumento exequi non poſſe. Imo, in cle. 1. col. 3. de re iudi. & concordantes allegat Rebuff. de lite oblig. art. 2. glo. 1. nu. 63. & 64. latiſſime Aemil.
2 conſ. 51. ſicuti nec † ſententia contra non nominatum in ea executioni demandatur. Franc. in c. ex ratione, nu. 92. extra de appel. Pet. Duc. in reg. 275. in 6. limita fecit eam citare ad dicendum cauſam, quare inſtrumentum contra ipſam exequi non deberet, quæ comparens in iudicio negauit ſe eſſe hæredem præfatorum Vincentij, & Petri, & replicante Petro actore eam non fore audiēdam, niſi prius præſtita cautione de ſtando iuri, & iudi. ſolu. iuxta formam d. ſtatuti 121.

Dom. Iudex pronunciauit ſecundum replicata ordinando ob non præſtitam cautionem illam auditi non debere, & ab iſta pronuncia non fuit
3 appellatum, neque recurſum, ita quod † in iudicatum tranſiiſſe videretur ſecundum Franc. in c. directe, num. 6. & in cap. cum ceſſante, num. 26. extra de appellatio.
4 Habebat enim hæc interlocutoria vim † diffinitiuæ inappellabilis cum perpetuo clauda tos excipienti c. in præſentia, vbi Barb. nu. 36. extra de proqatio Boer. deciſio. 255. numero 12. & excipiendi a
a gendique viam præcludit a in quocunque iudicio
5 † quantuncunque fauorabili. Ruy. conſ. 49. ſi probatum, nu. 7. lib. 4. & appellationis remediū aufert

Fran.

Digitized by Google

Franc.in rub.de appell.nu.25.Contar.in l.1.in not.
nu.20.& c.vbi alios allegat ſi de momen.poſſ.
Succeſſiue idem actor coram eodem D. Iudice
inſtetit præceptum fieri d. D. Catherinę,quatenus
in termino 15.dierum deberet ſoluiſſe, vel de ſolu-
tione docere,aut cauſam allegare,qua re ſoluere nõ
teneatur iuxta formam ſtatuti.c.126.libro 1.quæ
in termino citationis allegauit, & iterum excepit
ſe non eſſe nec eſſe velle hæredem præfatorum Vin-
centij,& Petri, addendo exceptionem quadrigen-
nariæ præſcriptionis,quæ pleniſſimam ſecuritatem
parit.Arri.Pinel.in auth.niſi,nu.58.C.de bon.mat.
& omnem actionem tollit Afflict.deciſ.13.nu.3.&
de nullitate dicens citationis de ſe factæ ad hunc
actum contra formam ſtatuti.lib.1.c.16.vbi in ci-
tationibus, & citationum relationibus debet ſem-
per adhiberi vnius teſtis nomen, & cognomen, in
cuius præſentia citatio exequatur.
His, & alijs pro parte D. Catherinæ exceptis a-
ctor vnica tantum replicatione contentus dicebat
obſtare rem iudicatam, de non audiendo eam: ſu-
per quibus Dom. Iudex anceps declarauit ſe velle
habere conſilium ſapientis ſic permittente,ſtatuto,
6 ac communi quoque † iure non prohibente Franc.
in cap.intimaſti.num.1.extra de appell.qui tandem
habito conſilio pronunciauit præceptum petitum
non fore exequendum. Ab huiuſmodi ſententia
actor appellauit, & cum de eius appellatione ambi-
geretur, quia ſi fuiſſet lata contra ream conuentam
non fuiſſet permiſſa appellatio, ſecundum magis
7 communem opinio.a ſententia† de exequendo non
b datur appellatio. b Anton.Gabr.libro 2. de appella.
concluſio.4.verſic. contrarium, ita nec conceſſa di-
8 ci debet, quando † pronunciatur ad fauorem rei,
vt æqualitas ſeruetur in iudicijs, ut in terminis ex
mente Ant.de Butr.tradit Marſil.in ſingul.389. tu
ſcis, vbi ſtante ſtatuto, quod a ſententia lata con-
tra debitorem ſuper inſtrumento guarentigiato nõ
detur appellatio, ſi feratur pro debitore pariter a
creditore appellare non licebit, & not. Ruyn. con-
ſilio 85. pœna, numero 8. lib.5. Tamen appellatio
fuit recepta, quia ſic expreſſe cauetur à ſtatuto di-
cto cap.132.
Accedebat, quia hæc ſententia in cauſa præcepti
9 de ſoluendo dicitur interlocutoria † vim habens
diffinitiuæ.Rotæ deciſ.10.in antiq. Guid.Pap.q.12.
c & lata de conſilio ſapientis, c quæ † nunquam tran
10 ſit in iudicatum.But.in c.propoſuiſti.in fi. de pro-
ba.Fran.in d.c.intimaſti. in fi.Aemil.conſ.48.iuſtiſ-
ſime, nu.56. plene per Cataldi in tract. ſindi. num.
165. vbi, an & quando ab huiuſmodi ſententia de
conſilio ſapientis lata detur appellatio.
Qua ſtante appellatione, & negotij deuolutio-
ne actor in proceſſu cauſæ nouiter deduxit, & pro-
bauit aditionem D. Catherinæ hæreditatis, & bo-
norum Vincentij ſui patris, & hæredis Petri Corſi-
nelli, quod in conſulto, ac ſupine in prima inſtantia
fuerat omiſſum, nam & ſi non dubitaretur eam eſ-
ſe filiam, non tamen ob id ſequebatur eſſe patris hę
11 redem, Nam illud Apoſtoli † filius,ergo hæres d
d procedit in filio agente, ſecus in odioſis, & in con-
uento,cum tunc oportet probari illius aditionẽ ſeu
immixtionem,l.vt neceſſarijs,& ibi Bar. & ſcriben-
tes.ff.de acq.hæred.& de commu.opin. Rolan. conſ.
20.in præſenti,num.16.lib.1.Bald. in l.per diuerſas.
12 in 10.q.C.man. quod † procedit etiam ſi non oppo
natur.Natta,conſ.488.clariſſime, nu.22. imò qui-
13 buſdam placuit hoc idem procedere † etiam ſi filius
poſſideret aliquas res hęreditarias, vt voluit Roma.
in cõſ.154.iudicium. in prin. & alios in id citat Fol-
le.in tract. de cenſi. in verſic. tanquam res iudicata,
nu.25.car.246. quod eo magis probandum erat in
caſu iſto, quia eramus in filia aſſerta hærede matris,
14 quæ cum non ſit ſub poteſtate matris † ſiue agat,
ſiue conueniatur, eius aditio probanda eſt, argu-
men.not.per Alexan.conſilio 34. viſo proceſſu, nu-
mero 5.lib.5.
15 Quam quidem aditionem tam per † habitationẽ
e domus, e quam per retentionem aliorum bonorum
d.q. Vincentij,& Petri reſpectiue formiter probauit
ex no.per Bald.in l.1.C.de repu.hæredi.& in l.1.C.
ſi minor ab hæredi.Crauet.conſil.187. quamquam
Thob.Non.conſ.2.viſis,num.3.
Ex aduerſo D. Catherina ſe tuebatur ex allegata
præſcriptione quadrigennaria, & ex nullitate cita-
tionis, & ad obiectum de re iudicata reſpondebat
non obſtare,quia ſentẽtia denegatæ audientię fuit,
& eſt ipſo iure nulla, ideo appellatione non egebat,
nec iudicati vires aſſumit toto tit. quando prouo.
non eſt neceſ.
Nullitas autem deducebatur, quia lata contra
16 † caſum legis municipalis expreſſum d.ſtatuti 121.
vbi prohibetur fideiuſſionem illam de ſtando iuri
exigi debere a negante ſe hæredem alicuius ad no.
per Bero.q.62.num.2.& per Thob.Non.conſ.13.in
17 pręſenti,num.9. textus enim clarus † legis cuilibet
f communi opinioni f præfertur.
18 Rurſus,quia lata contra † communem g Docto-
g rum opinionem Sil.nup.in tit. quomodo. iudic.nu.
1.& num.71.& in prima amplia.num.20. commu-
19 nis † autem eſt ſcribentium concluſio, quod non
facta prius liquidatione inſtrumenta non exequan-
tur contra non nominatum, vt per Rolan. d.conſil.
20.& alios ſupracitatos.
20 Quę liquidatio pro parte actoris fieri debet † ẽt,
quod non ſit oppoſitum, vt pro conſtanti, tradit So-
cin.conſ.89.dubium eſt.colum.2.lib.3.
Et dato, quod dicta prouuncia denegatę audien-
tiæ eſſet valida, debebat actor contra eam procedere
ad captionem pignorum, & ad alia remedia contra
contumaces a ſtatuto inducta, vt in pręallegato, ca.
34. non autem eam citando ad dicendum cauſam,
quare ſoluere non teneatur, vel ad docendũ de ſolu-
tione, & ſic ad nouas defenſiones illã admittere, nã
21 per huiuſmodi † nouam citationem vr actor a dicta
h ſententia receſſiſſe. h l.Aemil.§.dicebam. ff.de mino.
22 per quẽ tex.dicit ibi Bar.quod noua † interpellatio
moroſi facit remittere morã iam contractã, & dicit
Ang.in §.quadrupli.inſtit.de actio, quod procurans
23 fieri nouã † monitionem non vr eſſe de prima con-
tentus.Fuit concluſum pro actore, & ad eius fauorẽ
ex nouiter deductis, videlicet liquidatione aditę

hæred tatis prima ſententia reformata ex iam di-
ctis,& ex notatis per Socin, in conſilio 89. dubium
columna 1,& 2.libro 3.vbi in terminis ſtatuti præ-
dicti 122, non obſtante præſcriptione 40. annorū
allegata, quia conſtitit in proceſſu Dominam Lu-
cretiam, & Euſtachium eius virum deceſſiſſe iam
ſunt annis 18.& ſic quoad dotes Dominę Lucre-
tiæ præſcriptionem illam non habere locum, quæ
24 durante † matrimonio non currit, l.in rebus.§.om
nis.C.de iu.dot,tradit Ioan.Boſche,in tract.de legi-
ti.nupt.num.47,Nepos.de Monte Alba.in tract. de
except.art.15.num.22.Bal.Nouel.de dot,par.7.co-
lum,1.& colum.5.Balb.de præſcriptio.3. par.6.par,
princip.caſu 16.

Nec etiam iuuari potuit præſcript.ſtatutaria an-
norum decem inter præſentes, quia ultra quod
25 eam † non allegauit, i ut fieri debebat Bald. in l. ſi
obligata.C.de euictio,in fi. not. Dec. in l. non uide-
rur, & poſſe ff. de regulis iuris, non fuit articulata
26 † præſentia nec probata ſicuti probanda erat ſecun
dum Cæphal.conſi.29.in præſenti,num.14.Rolan,
27 conſi.79.viſo,num.31.lib.1. Nec etiam † iuratum,
vt ex forma ſtatutorum tradit ur Alex. conſil. 120.
num,6.7.lib.6.Caſtren.conſ.162. Roma. conſ.102.
Grat.conſ.101.lib.2.& 41.lib.1.

Non obſtat allegatus defectus citationis, quia
ipſa non negat ſe citatam, & eius præſentia ſupple-
uit omnem defectum in citatione latentem, l. de
vnoquoque in princip. de re iudic, Alexan, in l. Sæ-
ius,& Augerius,columna fina.in princip.ff.ad l.Fal
28 cid, & ſtante † bono iure actoris huiuſmodi nulli-
tas non erat attendenda, ut ex pluribus, tradit Se-
baſt. Vant.de nullit.in titu, quibus mod. ſen. nulli.
ſent.defen.numero 129. cum multis ſequen. & no-
29 uiſſime, † vbi defectus citationis caderet in actu
minoris præiudicij, quam ſi ad ſententiæ prolatio-
nem fuiſſet citatio commiſſa, Roncagal, in l.4. nu.
26.ff.de duob.reis,

ANNOTATIONES.

a Viam præcludit. Quod interlocutoria,quem non audiri,im-
portet nullitatem proceſſus,& alia,vide infra deciſ.67. vbi
ſcripſi,num. 12.

b Non datur appellatio. Vide Magon.ſupra deciſ.18. nu.1. vbi
late ſcrip.

c Lata de conſilio ſapientis. Vide in hac materia abunde poſt
Fely.in cap.cum venerabilis,nu.43.& ſeq.extra de except,
Vant.de nullit.ex defec.iuriſdict. ordinar. num.146. cum
multos ſeqq.

d Filius ergo hæres. Vide Magon.ſupra deciſ.38, num.15.vbi
ſcripſi. Quibus adde,quod iſta conſequentia filius ergo hæ
res ualet indiſtincte de omni iure, ut de iure diuino, Pau-
lus ad Galath.cap.4 De iure canonico.text.in cap.quicun-
que.17.quæſt.4.De iure naturali,& ciuili.tex.in l.maximū
vitium.C.de lib.præter l.cum ratio. ff. de bono. damna.&
ideo infertur,quod legitima debetur filius de omni iure,&
preſertim de iure naturali,vt notant omnes in l.omoi mo-
do,& in auth.nouiſſima. C.de inoffi teſtam. quod intelli-
ge,quo ad obligationem, ſed quo ad quotam, & quo ad
querelam inofficioſi eſt de iure poſitiuo, ut oſtendetur Deo
dante in recollectis ad Auth presbyteros, num.17. C. de
epiſc.& cle ie.

e Tam per habitationem domus. Allegatis hic per Dominum
meum adde Corne.conſi.32.colum.fina.lib.1.& quod adi-
tio ſola voluntate fiat, quæ declaratur verbis, & facto, &
multos caſus bene diſcuſſos, & examinatos,ac utiliter re
collectos, quibus quis dicitur hæreditatem adiuiſſe, vide
apud Marant.in repet.l.is poteſt,num.42.cum in fi.ſeqq.ff.
de acquir.hæred.

f Communi opinioni præfertur. In hac concluſione diſtin-
guas,quod aut Doctores,qui firmarunt communem.vide-
runt tex.qui dicitur, contra & nihilominus contra dictum
textum.communem firmarunt, & tunc communis opinio
eſt attendenda non obſtante text. ille, quia cum tot viri il-
luſtres illum textum viderint,& contra eum tenuerint,ori-
tur vrgens præſumptio, quod vel ille textus non probet,
vel ſi probet,iuſta aliqua cauſa, vel ratione ab eo receſſe-
rint,licet ei non reſponderint. Aut illum text non vide-
runt,& tunc communes non ſit attendenda, vt copioſè tra-
dit poſt alios,quos allegat.Corat.de commun. opin.lib,1.
tit 9.caſ. 25.num.136.& ſeq.

g Lata contra communem. An ſententia lata contra commu-
nem ſit nulla, vel potius iniqua. & iniuſta: vide diſputan-
tem,qui tandem concludit eſſe præſumptiue iniuſtam Co-
rati.de commu.opin.lib.3,tit.13 inſpect.3. num.9. & plu-
ribus ſeqq.

h A d.ſententia receſſiſſe. Facit ad propoſitum ſtatutum Mago.
Ciuitatis Vibiſuercris,de iure congrui. Rub.89.lib.2.quo
cauetur,quod vicinus proximior interpellatus in iudicio ha
beat octo dies ad offe endum,qui ſi tranſactis octo diebus
iterum fuerit citatus? poterit etiam offerre non obſtante
prima citatione.& notificatione,a qua videtur rendere vo-
lens receſſiſſe.taſ.in l,de pupillo §.ſermo, ſub num.4. ff de
ope no.nunc,poſt Cæpol,quem allegat, & vide ſupra Ma
gon,deciſ.25.num.31.

i Non allegauit. Vide Magon,ſupra deciſ.31.num.18, vbi late
ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Lucanum,lib.1,cap.78.rerum patrimonia-
lium,ſeu recomperę commemoratur a Dec. & Soc.
iun.& Tiraq.*

2 *Statutum prædictum recomperę ſua rerum patrimo-
nialium non habet locum in relictis in teſtamento,*

3 *Teſtator non poteſt facere, quin leges in ſuo teſtamen
to locum habeant.*

4 *Statutum recomperę habet locum in datione inſolutū
voluntaria.*

5 *Promittens decem in melle,an ſola decem ſint in obli-
gatione,& petitione.*

6 *Legatum factum pro officijs, & miſſis ſolet in pecunia
exequi.*

7 *Vna pars teſtamenti aliam declarat.*

8 *Vna,& eadem res diuerſo iure cenſeri non debet.*

9 *In teſtamentis plerumque, apponuntur verba magis
ex conſuetudine notariorum, quam ex deliberata
mente teſtantis.*

10 *Dictio de cuius natura ſit.*

11 *Vbi de teſtatoris voluntate apparet, verborum pro-
prietas non attenditur.*

12 *Verba intentioni proferentis non autem verbis inten-
tio ſeruire debet.*

ARGVMENTVM.

*Legatum de centum de bonis teſtatoris
factum, an dicatur.
Legatum ſpeciei, vel quantitatis.*

DECI-

DECISIO LXIII.

EXTAT ſtatutum Lucanum, li-
bro 2.c.78.de patrimonialium
rerum alienatione, quod recom-
1 pram vocant. ſuper quo conſu-
luit Dec. vt eſt videre in conſ.
222. & Soci. iu. conſ. 21. libro j.
Meminit etiam de eo Tiraq. de
ret. conſan. in præfat. num. 1. quo cauetur, quod vo-
lens vendere ſeu quouis alio modo alienare rem im-
mobilem, quæ fuerit ſuorum per lineam paternam
aſcendentium, tenetur requirere agnatos, de eadem
progenie vſque in 4. gradum.

Antonius alias Bracciolino condito cum quo
deceſsit teſtamento, & inſtituto filio hærede vni-
uerſali deputatiſque teſtamenti executoribus in-
ter cætera reliquit florenos centum quinquaginta
de bonis ipſius teſtatoris Bernardo q. Michaelis Bar
ſantis altero ex d. executoribus, qui quidem execu-
tor, & legatarius ſiue de manu hæredis, ſeu virtu-
te auctoritatis de exequendo legatum ſibimet ſol-
uit in bonis ſtabilibus d. teſtatoris.

Contra quem inſurgebat Paulinus vti agnatus
in gradu ſtatuti comprehenſus, & oblato pretio
florenorum 150. petijt d. bona tanquam patrimo-
nialia, & auita ſibi retrouẽdi vigore p̃dicti ſtatuti.

Excipiebat reus conuentus ad petita ſe non te-
neri, propterea quod dicta bona habeat iudicio te-
ſtatoris, & iure legati, & ideo non comprehendi ſub
diſpoſitione dictæ legis municipalis, vt voluit Af-
2 flict. in tract. de iur. proto. §. licet † autem in 8. not.
& num. 9. & remiſſiue. Tiraquel. de ret. conſan. §. 1.
glo. 14. num. 90. licet id contradictore non carere,
ibidem afferat, quippe cum teſtator facere nequeat,
3 quin leges, & conſuetudines in ſuo † teſtamento
locum habeant, nec beneficium a lege conceſſum
priuatorum placitis auferri poſſit.

Vis igitur conſiſtebat in cognitione huius lega-
ti, cuius naturæ eſſet, an quantitatis, vel ſpeciei ſeu
bonorum, cum ſi eſſet quantitatis, bona immobi-
lia loco pecuniarum inſolutum data cenſentur, &
ſub cenſura dicti ſtatuti comprehendentur, quia ex
4 comprobata ſententia ſtatutum prædictum † lo-
cum habet etiam in datione inſolutum volunta-
a ria,[a] non autem neceſſaria, vt firmat Roma. in con-
ſilio 107. circa id, & plures allegat Tiraquel. de ret.
conſan. dicto §. 1. gloſ. 14. num. 2. & ſequen. Ca-
pic. deciſio. 99. in cauſa Michaelis. Bero. conſilio
73. numero 6. libro 3. & ex communi opin. tradit
Roland. conſi. 21. extat ſtatutum, num. 18. libro 1,
ſi vero dicatur legatum ſpeciei, & tunc tanquam
neceſſaria alienatio ſtatuto non comprehendetur,
vt in præcitatis locis.

Poſt multam præmiſſorum diſcuſſionem fuit
concluſum legatum hoc quantitatis nõ ſpeciei cen-
ſendum, quia ſic & verba legati demonſtrant, & te-
ſtantis voluntas non obſcure declarat: legatur enim
centum de bonis teſtatoris, non autem bona valoris
centum, idq; ex eo patet, quia verbum quantitatis
immediate ſequitur verbũ diſpoſitiuum, & obliga-
tiuum lego, ideo de neceſſitate referri debet di-
ctum legatum ad quantitatem floreno. 150. non
autem ab bona ſeu ſpeciem mediate ſuppoſitam,
5 † & pro hoc faciebat tex. in l. ſi ſtipulatus fuerit de-
cẽ in melle ff. de ſolutio. vbi ſi fuerint promiſſa 10.
in melle ſola 10. ſunt in obligatione, & in petitione
ita & hic dicendum ſit, ſolos centum quinquagin-
ta florenos vigore legati deberi, & peti poſſe; ſolu-
tio tamen in bonis fieri poſſit volente legatario, &
ita in terminis ſub iſta diſtinctione decidit Ruyn.
in conſil. 65. lib. 2.

Suaſit præterea nobis hanc interpretationem
faciendam fore alia d. teſtamenti pars, in qua teſta-
tor ſub eadem verborum formula legauit florenos
36 de ſuis bonis ſuo famulo benemerito, ſeu pro
alimentis ſui famuli de ſe bene meriti, quo tamen
loco non intellexit de bonis, & ſubſtantia teſtato-
ris, ſed de pecunia; quia huiuſmodi legata in pecu-
6 nia ſolent exequi, ſicuti ſi † dicatur in officijs, vt pro
miſſis, vt in ſimili not. Ruyn. de conſil. 65. colum. 1.
in fin. & hoc tanto magis dictum eſt, quando famu-
lus, qui eſt forenſis, non poteſt acquirere bona in
territorio etiam per viam vlti. voluntatis, vt not.
cap. 74. lib. 2. ſtatutorum.

7 Et ſic † arguendo ab vna parte teſtamenti ad
aliam pro exploranda mente teſtatoris quod fieri
nõ prohibetur l. qui filiabus. & l. ſi ſeruus plurium.
§. fin. de leg. 1. Socin. iun. conſi. 114. num. 24. lib. 1.
Ruyn. conſil. 93. lib. 2. Pariſ. conſil. 74. num. 7. lib.
2. Gerar. Mazzol. conſil. 88. num. 27. manifeſte ap-
paret de legati natura quantitatis, non ſpeciei: ne
8 vna & eadem † locatio diuerſimode determinetur
ad Craue. conſil. 9. num. 27.

Adeo quod probabiliter dici poteſt dicta verba
de bonis demonſtratiue abſque alteratione ſermo-
nis loquentis appoſita fuiſſe, vt plerunque fieri ſo-
9 let † teſte Bar. in l. centu. colum. 11. de vulga. & pup.
& potius ex quadam notariorum conſuetudine
quam ex deliberata teſtatoris mente adiecta, vt in
ſimil. q. tradit Bar. in l. 2. de iur. cod. Couar. in rubri.
de teſtam. num. 14.

Et ita concluſum fuit, quicquid de natura dictio
10 nis de opponeretur, quæ † eſt denotatiua cauſæ
proximæ, & immediatæ ſecundum Bart. in l. 1. §. ſi
plures de exerci. actio. de cuius natura Card. Alba.
in ſuis lucubra. ad Bart. in l. ſi finita. §. deinde. num.
11 1. de dam. infec. † Nam cum de voluntate teſtato-
ris apparet, verborum proprietas ac rigor eſt pro-
ſtergandus, vt dicit Ang. in conſil. 122. Verba enim
12 intentioni proferentis, non autem verbis † inten-
tioni proferentis, non autem verbis intentio inſer-
uire debet. cap. 2. requiris. de appella. & not. Socin.
iun. conſil. 120. num. 25. lib. 1.

ANNOTATIONES.

a In datione in ſolutum voluntaria, Quæ ſatis venditio eſt l. ſi prædium, in fin. C. de euiction. l. ſi ita æſtimatio ff. pro empt. & in materia ſtatuti intellige hoc eſſe verum, quoties datio, & adiudicatio in ſolutum fit pro pecunia debita, vt tunc dicatur venditio, ſecus ſi fiat pro ſpecie debita, tunc enim nullo modo poteſt eſſe ſimilis venditioni, quæ ſine precio non fit. §. pretium. Inſti. de empt. & ven-

dit, notat late Cæphal. conſil. 159. nu. 21. & ſeq. lib. 2, Et quod facta pro executione ſententiæ procedentis ex contractu ſit voluntaria inſpecta origine, idem Cæphal. conſil. 254. num. 11. & conſil. 255. num. 2 lib. 2. Et quod in omnibus vicem venditionis ſubſtineat. Tiber, Decian conſil. 3. nom. 128. lib 1. conſil. 2. num. 144. & conſil. 21 numero 21. lib. 1 & conſil. 108. num. 25. lib. 3. in individuo huius ſtatuti. Rimin. conſil. 586.

SVMMARIVM.

1 *Actor originarius in prima inſtantia qui reportauit ſententiam pro ſe, appellante aduerſario ipſe tenetur producere acta iuſtificatoria primę ſententię.*

2 *Alias dicitur reus condemnatus probaſſe de iniuſtitia ſententię appellatus tenetur producere proceſſum, & iuſtificare ſententiam pro ſe latam ſub. num. 1.*

3 *Vxor viuente viro dicitur poſſidere bona iure familiaritatis, vxor mortuo viro poteſt inſiſtere in rebus remanſi in hęreditate viri, & illa retinere iure hypothecę ſuarum dotium, vſque ad ſatisfactionem earum.*

4 *Quod maxime procedit, quando in inſtrumēto dotali eſt appoſita clauſula conſtituti, per quam dominium & poſſeſſio dicitur tranſlata in muliere.*

5 *Retentio, & ius retinendi fauorabilis eſt ipſa actione.*

6 *Retentio pro ſuis dotibus competit mulieri, non contra mulierem.*

7 *Retentio non competit de bonis pro alio, & alieno nomine poſſeſſit.*

8 *Etia ſi mulier pretendat ignorantiam, quàd ad alium ſpectarent.*

9 *Retentio mulieri competit in bonis viri, tribus concurrentibus.*

10 *Poſſeſſio apud ſucceſſores cenſetur eſſe eo modo, quo erat penes defunctum.*

12 *Poſſeſſio retenta mediante conductore continuatur licet aliue ingrediebatur.*

13 *Retentio, & ius retinendi competit ſi ſit vacans poſſeſſio rerum, alias tanquam vitioſa non procedit.*

14 *Mulier, vt retentione vti liceat debet declarare animũ ſuũ ſe velle retinere iure proprio pro hypoteca ſuarum dotium.*

15 *Retentionis iure vti volens debet expreſſe declarare num. 14.*

16 *Excuſsio in materia dotis an ſit neceſſaria, & num. 18. contra tertios poſſeſſores non datur regreſſus principali exiſtente ſoluendo, & numero 17.*

18 *Excuſsio in dotis cauſa ex communi opin. requiritur.*

19 *Hypotheca ius ſoluitur per ſolutionem debiti.*

ARGVMENTVM.

Acta prima inſtantia quis producere debeat, an appellatus, uel appellans.

Mulier quando retentione uti poſsit in bonis uiri pro dotibus ſuis.

DECISIO LXIIII.

SPECT. quondam Bernardinus Bernardi vendidit Auguſtino . . . certa bona ſtabilia per dictum Auguſtinum poſtea aſſignata Reuerend. Capitulo Canonicorum Sancti Michaelis in foro pro affrancatione aliarum dicti Capituli terrarum.

Quæ quidem bona idem Reuerend. Capitulum dedit, & conceſſit in emphyteoſim præfato Spectab. Bernardino primo venditori.

Succeſſiue mortuo Bernardino inſtante Spect. Benigno nomine, de quo in actis ſuper d. bonis, & eorum fructibus, fuit factum ſequeſtrum contra D. Claram relictam d. q. Spect. Bernardini ſub prætextu aſſerti anterioris crediti, quæ aduerſus dictum inſtantem ſe tuebatur vigore hypothecę ſuarum dotium prætendens ob id feciſſe in poſſeſſione, & ſibi competere ius retentionis d. bonorum tanquam remanſorum in hæreditate mariti.

Lite ſic pendente comparuit Reuerend. Capitulum ſupradictum, vti tertius contradictor dicens ſuper præmiſſis ſe habere potiora ac meliora iura ratione canonum decurſorũ, & nõ ſolutorum.

D. Iudex primarum inſtantiarum duplicem ſuper his ferendo ſententiam pronunciauit D. Claram & Benignum ipſo Reue. Capitulo habere meliora iura, eandemque D. Claram ipſo Benigno anteriorem, & potiorem eſſe.

A qua ſententia cum ad nos pro parte Reuer. Capituli foret appellatum, diximus bene prouocatum, & male iudicatum.

Moti quoad Benignum, qui fuit actor originarius in prima inſtantia, & actor eſſe dicitur in ſecunda, Rota Bonon. deciſ. 32. num. 12. & ex quo in cauſa appellationis, & eius proceſſu nihil produxit pro iuſtificatione primę ſententiæ, videtur eſſe in caſu
1 ſuccumbētię: actor enim † originarius in prima inſtantia ſecundum communes traditiones tenetur in cauſa appellationis ab aduerſario interpoſitę producere acta, & probationes ſufficientes ad iuſtificandam ſententiam, quæ pro eo lata fuerat, quia actor originarius in cauſa principali dicitur actor in cauſa appellationis, Socin. in cap. facta, nu. 341. de ſent. excommu. alias eo ipſo quod ab actore non
2 probatur ſententia iuſta, † dicitur reus condemnatus probaſſe ſententiam fuiſſe iniuſtam, vt decidit ur per Guid. Pap. quæſtio. 20. & per Doct. in l. hi qui ad ciuilia C. de appellatio. Capel. Toloſ. quæſt. 341. & ibi adde, in fin. num. 30.

Quo vero ad D. Claram retentionis ius prætendentem, diximus eius prætenſionem eſſe vanã, nam
3 & ſi certi iuris ſit † mulierem mortuo viro poſſe retinere bona illius, quæ iure familiaritatis poſsidebat pro reſtitutione ſuarum dotium, vt per Bart. in l. ſi filio, la prima, ſolu. ma. Bald. in l. pe. C. de non num. pecun. Deci. conſ. 132. Bal. Nouel. in tract. de dote. 6. priuil. 13. limita. idẽ Dec. conſi. 400. & 671. & per Rolan. à Val. in conſi. 77. præſuppoſita commu. opi.

mu.opin.num.27.lib.1.&Gramma.deciſ.92.nu.
4 19.Mazzol.conſil.98.num.9.& maxime † quando
per mortem viri eſt tranſlata poſſeſſio, & domi-
nium in mulierem vigore conſtituti appoſiti in
contractu dotali, vt poſt relatos, dicit Rolan.conſ.
31.viſo proceſſu,num.24.lib.1.& Maſuer.in addi.
5 ad Pap. in forma libelli dotis, num. 10.† quod ius
retentionis actione fauorabilius reputatur ad Cor.
conſ.61.viſa,lib.3.in litera N.Pariſ.conſ.110.num.
35.lib.2.Craue.conſil.149.& Ceph.conſil.393.nu.
6 177. Licet † mulieri non autem contra mulierem
competere dicat. Bald. Nouel.de dot.par.8. in pri-
mo priuileg. & Neguſ. de pig. par.5.primo memb.
num.36.

7 Tamen † id non procedit in bonis, quæ antea
alieno nomine poſſidebantur, vt dicit Rui.in con-
ſil.51.num.4.verſi.non eſt præſumendum,lib.4.&
8 no.Burſat.conſ.9.num.4.† etiam ſi mulier præten
deret ignorantiam, quod ad alium ſpectarent ſe-
cundum Ruin.d.conſil.51.num.6.verſ.cum ergo
d.bona poſſiderentur per maritum Dom.Claræ no
mine Canonicorum, & capituli quibus cōducebat
eo mortuo poſſeſſio,& cauſa poſſeſſionis,quæ erat
penes maritum,non potuit poſtea mutari, & dice-
re ſe nomine proprio poſſidere pro hypotheca ſua
rum dotium, donec de eis ſibi ſatisfiat, quia non
procedit in his bonis, quæ antea alieno nomine
poſſidebantur per virum, late Borgni.de vſufruct.
mulie.relicto,num.202.& ſeq.

9 Et propterea † magiſtraliter ad propoſitum di-
cebat Bal.in l.pen.in prin. C.de non num. pecu.in
tribus caſibus mulieri licere vti iure hoc retentio-
nis.primo ex iudicis permiſſione, quod hic deſide-
ratur, ſecundo ex conuentione facta viuente viro,
quæ conuentio nil aliud eſt, quam pactum de in-
grediendo propria auctoritate, vt declarat Pap. in
forma libelli dotis, §.vxor quondam, num.4.&
hoc pariter in inſtrumento dotali non legitur, ter-
b tio quando vacua d.bonorum poſſeſſio ſine vitio b
peruenerit ad eam, & hoc ſimiliter deeſt in caſu
præmiſſo,quippe cum vacua poſſeſſio non eſt mor-
tuo conductore, ſed eodem modo penes ſucceſſo-
res eſſe dicitur,qui cauſam priſtinę poſſeſſionis mu
10 tare non poſſunt, quia † poſſeſſio cenſetur eſſe
apud eos eodem modo, quo erat apud defunctum,
vt tradit Caſtr. in l.neque fructuarium, C.de vſu-
11 fruct.& quod poſſeſſio capituli fuerit continua-
ta non obſtante, quod alius ſit ingreſſus,firmat de-
ciſio.Bon.42.in cauſa,quæ agebatur,num.5.

Et ſtatutum Lucenſe, capit.116.in fine,libro 2.
expreſſe loquēs de quolibet detentore cauet, quod
non poſſit ſibi mutare, & vſurpare, vel interuerte-
re poſſeſſionem, vel alteri tradere in præiudicium
eius,cuius nomine detinet, adeo, quod conducens
12 a Bernardino conductore capituli † non potuit
nominando Dominam Claram interuertere poſ-
ſeſsionem Capituli, pro quo mediante Bernardi-
no poſsidebat. Roma.conſilio.477.in caſu propo-
ſitæ conſultationis, numero 22. Immo ſi occupa-
ret alio poſſidente non citato, diceretur poſsidere
cum vitio, & ſic regula antedicta de iure retinendi
13 mulieri competente non procederet, † quæ re-
quirit vacuam poſſeſſionem ſine vitio, teſte Bald.
dicta l.penul.C.de non num.pecu.& latius in l.pri-
ma,C.de ſer.pign.dat.ma. tradit Dec. conſilio 671.
Soc. conſilio 131. libro 1. colum.3. Rolan. dicto
conſilio 77. præſuppoſita,commun.opin. numero
34. & ſequen. Maſuer. in forma libel. dotis proxi-
me citat.

Accedebat etiam ad impediendum officium ſu-
14 præſcriptæ regulæ iuris retinenti,† quia vxor nun
quam expreſſe fecerat declarationem animi ſui
c de ſibi mutando cauſam poſſeſſionis, & vbi iure
familiaritatis tenebat, velle in futurum nomine
proprio poſſidere, prout facere debebat, vt tradit
Soc.d.conſil.131.num.7.lib.1. Dec. conſil.232.&
hos, & alios adducens. Roland.d.conſ.77.præſup-
poſita,commu.opi.num.26.

Quinimmo cum iſta bona exiſſent de domi-
nio,& poſſeſſione viri per alienationem, & condu-
ctionem (etiam quod mulier iſta habuiſſet per
prius hypothecam, & duret adhuc) cum fuerit ia
ſecunda inſtantia probatum in hęreditate viri alia
plura bona æquiualentia remanſiſſe, ſine dubio
prius ad ea agendum erat, vt de illis reſtitutio
fieret.

Non per viam excuſſionis eum, qui dum ſolue-
15 rent ex priuilegio in dote † non eſſe neceſſariam,
vt voluit Roma. in l.ſi conſtante, ſolut.matrim.&
Bald. Nouel. in tract. de dote 8. par.37. priuil. ſed
16 quia † non poterat in præiudicium tertij poſſeſſo-
ris obtinere, etiam ſi agere vellet ſtante eo, quod
in hæreditate viri bona æquiualentia ſupereſſent,
& quæ penes eam eſſent. quia etiam vbi excuſſio
non requiritur,admittitur tamen aduerſarius poſ-
ſeſſor, vt excludat actorem ad probandum bona
adeſſent, vt per Maſuer. in pract. tit. de exceptio.
17 num. 10.& ratio eſt,quia † contra tertios poſſeſſo-
res non eſt via aperta, donec principalis ſit ſoluen-
do, vt dicit Bertran. conſil.143. num.6.7.lib.2.& ſi
pro parte reperiantur bona adeſſe pro illa parte,ceſ
ſat iudicium, & moleſtia contra tertios poſſeſſo-
res, vt per Pap.in forma libelli in actio. hypot. §.ex-
cep.excuſſionis.in fi.

Immo, & quod ſine excuſſione hæreditatis viri
18 eo mortuo † non poſsit per mulierem contra ter-
tios poſſeſſores veniri, qui viuente viro acquiſie-
runt bona pro dotibus hypothecata, quando vult
agere pro reſtitutione dotis, firmauit Neguſan.at-
d teſtando de communi opinio. d.in tracta. de pig.8.
par.primo memb.num.23.& poſt eum Craue.con-
ſil.263.& Natta,conſil.81.Guliel.& latius in con-
ſil.521.præcitato, num.1.& 2.& tradit Bello.con-
ſil.34.viſis fundamentis,num.3.

Et ita reſolutum fuit ad fauorem d. Reuerend.
Capituli contra Dominam Claram,quæ (vltra pre-
dicta) fuit pendente iudicio ab hæredibus viri de
dotibus ſatisfacta, vt per eiuſdem in cauſa procu-
ratorem fides nobis in plena Rota facta fuit, &
19 † ſic per ſolutionem debiti ius hypothecæ libera-
tum extitit. l.item liberatur,ff.quibus mod.ius,vel
hypo.ſolua.

ANNOTATIONES.

a Producere acta, Sed ſtatuto ciuitatis Vrbiſueteris ſub rubrica 52. libro ſecundo. cauetur, quod appellans ſuis ſumptibus teneatur recolligere proceſſum, & productum coram iudice appellationis, quando fuerit appellatum ad gubernatorem ſiue eius locumtenentem; idem habetur in Concilio Trident. ſeſſ. 24 capitulo 20. verſic preterea ſi quis in caſibus a iure permiſſis. Et an, & quando appellans teneatur producere proceſſum, & quando appellatus, vide notabiliter, & copioſe per Vant. de nullit. tit. a quo, & quibus modis, nullit. prob. poſſ. & deb. per tot. vſque in finē. Ant. Gabr. commu. concl. de appellatio. concl. 5. vide Magon. infra deciſ. 72. num 21.

b Sine vitio. Adde Hierony. Gabr. conſilio 34. num. 5. & pluribus ſequen.

c Mutando cauſam poſſeſſionis. An, & quando cauſa poſſeſſionis mutari poſſit, & quomodo, vide apud Rimin. iun. conſil. 100. & vnum verbum per Boſſ. de princip. & priuileg. eius, num. 300.

d De communi opinio. Et de magis communi teſtatur idem Neguſ. dicto tract. de pignor. parte 2, memb 4. num 60. poſt Bald. Nouel. qui etiam de communi teſtatur, in tracta. dot. parte 8. priuileg. 37. Roland. conſilio nono, numero 5. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Nulla maior probatio partis confeſsione.*
2 *Error notarij difficilis eſt probationis.*
3 *Præſumitur pro notario.*
4 *Notarij error non nocet partibus.*
5 *Notario dicenti ſe erraſſe non creditur in præiudicium tertij.*
6 *Teſtes ſuper valore rei qualiter deponere debeant remiſsiue.*
7 *In maiori ſumma ineſt minor.*
8 *Minimum, quod eſt ſemper ſequendum.*
9 *Maxime in terminis melioramentorum reficiendarum.*
10 *Famulus, quando poſsit eſſe teſtis pro domino.*
11 *Non dicitur eſſe in mala fide, qui ſemper paratus eſt ſoluere.*
12 *Superueniens mala fides non nocet legitime actis.*
13 *Melioramenta an ſint neceſſaria, vel vtilia quomodo cognoſcatur remiſsiue.*
14 *Probationibus paribus ſtantibus teſtes rei ſunt præferendi teſtibus actoris.*
15 *Teſtis contradicens producenti non probat.*
16 *Teſtis contra producentem plene probat.*
17 *Sententia non lata ſuper toto, non valet.*
18 *In acceſſorijs virtualiter cenſetur facta abſolutio, vbi non ſit condemnatio.*

ARGVMENTVM.

Error notarij partibus non præiudicat, & cui magis credendum teſti deponenti de maiori valde minori ſumma.

DECISIO LXV.

IN cauſa ſpect. de Buccellis cum ſpecta. Michele de Deodatis, melioramentorum, & exceſſus pretij terrarum pronunciauimus ad fauorem illorum de Buccellis, quia pretium terrarum, de quibus agebatur, tranſcendebat primæuum pretium ſcut, 18. pro qualibet cultra, quod duobus modis conſtabat videlicet,

Primo per confeſſionē ſpect. Michaelis ſeu eius
in cauſa procuratoris ad 11. & 12. articulum aduer
1 ſarij datam, & ſatis notum eſt † nullam maiorem
in iure dari poſſe probationem, quam quæ partis
confeſſione emanat, Crauet. conſ. 61. nu. 3. ſeu eius
procuratoris. Bar. in l. certum, §. ſed an ipſos, col. 2,
ff. de confeſ. & in l. non ſolum. in princ. de procu. &
poſt relatos. Rolan. conſ. 70. nu. 2. 3. lib. 1.

Et quamuis id errore notarij contigiſſe replica-
2 retur, cuius † errore inter difficilia probatu reputa-
tur. Vita. in tracta. clauſula de erro. no. car. 309. pro
3 † quo ſemper præſumitur. Alcia. 13. præſumpt. 3. re
4 gu, quique † etiam ſi ſe erraſſe profiteretur a in præ
a iudicium partis adhuc ei non crederetur ſecūdum
Bal. in l. cum proponeretur. de leg. 2. cū nec ſi vere
5 erraſſet eius error † partibus noceret. Rim. iun. cōſ.
84. num. 17. & 44. Gra. conſ. 16. nu. 30. lib. 1.

Tamen facta per nos diligentia videndi originale repertum fuit confrontare cum copia tradita, & ſic vana fuit erroris oppoſitio.

Secundo tranſcendentia pretij fuit probata per
teſtes pro parte illorum de Buccellis inductos, qui
6 † formaliter huiuſmodi exceſſum valoris ex cōmu
ni æſtimatione congruam reddentes rationem deponunt iuxta tradita per Bar. in l. pretia rerum, ff. ad l. Falci. Afflic. dec. 316. Couar. lib. 2. c. 3. nu. 4. variar. reſolu. Rolan. conſ. 59. nu. 36. & ſeq. lib. 1.

Et licet inter ſe variare viderentur cum alter de
ſcut. 35. alius de 30. aſſeueraret, ſatis tamen viſum
fuit, quod in ſumma per D. Iudicem taxata, videli-
7 cet in 30. ſcu. ſimul conueniant, quia † regulare eſt
b in maiori ſumma minorem ineſſe, & ponens affirmatiuam, non tantum de toto, ſed etiam de qualibet parte ponere intelligitur. l. ſi quis cū totum, ff. de excep. rei iud. l. in eo. & l. in toto, ff. de re. iur.

Quibus ſtantibus ſatis probe. D. Iudex a quo e-
8 giſſe videtur ſi in hac variatione, quod † minimum
eſt amplexus fuit de probatis. l. in dubijs. l. ſemper
9 in obſcuris. de reg. iur. & in † terminis melioramen-
torum ad fauorem domini, quod in minimum ſit
c attendendum c tradit Ioſ. Lud. deciſ. 58. in fi. & di-
cit Bero. in conſi. 102. nu. 35. lib. 3. quod teſtibus de minori magis, quam illis de maiori pretio deponentibus eſt credendum.

10 Nec obſtat exceptio † famulatus oppoſita Berto, in teſtem inducto ab illis de Buccellis, quia tempore iuramenti, & depoſitionis iam deſiderat famulari, & ideo de fide nihil minui debet Addent. ad Capel. Tolo. q. 4. & poſt relatos. Aemil. cōſ. 128. nu. 10.

Nihil etiam refert oppoſita mala fides illorum

de

Digitized by Google

de Buccellis qui eum nunquam ſoluiſſent pretium dict. terrarum per eos melioratarum, & ſic nunquam fuerunt domini propter reſeruationem dominij videantur repellendi a repetitione melioramentorum.

21 Nam ex quo ſemper fuerunt † parati ſoluere, non poſſunt dici eſſe in mala fide. Corn. cõſ. 251. & 275. lib. 3. Et ſi qua mala fides eis attribui poſſet, id quidem accidiſſet poſt quinquennium datum ad ſoluendum pretium, & melioramenta fuerunt facta

22 ante, & ſic † ſuperueniens mala fides legitime factis non nocet Bart. in l. in fundo de rei vendi. Menoch. de recup. poſſ. 15. remed. num. 546. vltra quod hæc melioramenta inter neceſſaria connumeranda veniebant per ea, quæ not. Bart. in l. 1. & 2. ff. de imp. in reb. dota. fa. & in l. pecu. de ali. & ciba.

23 Quomodo † autem cognoſcantur melioramenta

d neceſſaria d multa exempla ponit Alciat. & Rebuff. in l. impenſæ. de verbo. ſignific. Caſtren. conſil. 270. num. 4. lib. 2. Boer. deciſ. 44. num. 7. Burſat. conſ. 85. num. 32.

Et quamuis pro parte Spect. Michaelis adeſſent totidem teſtes contra meliorationes deponentes,

24 † qui ſtante paritate e actoris teſtibus uenirent pre-

e ferendi ad rei fauorem per ea quæ tradit Alexan. conſil. 30. colum. fin. lib. 7. Craue. conſilio 6. num. 4. & conſi. 8. num. 9. Hierony. de Monte. de finibus, c. 59. & cap. 67.

25 Tamen † quia contradicebant confeſſioni producentis, non probant. Abb. Butr. & alij in cap. cum tamen de teſtib. Innoc. in cap. cum contingat, de offic. delega. Aemil. conſi. 19. numero 12. præterea parum ſibi conſtabant cum ſuper interrogatorijs partis aduerſæ contrarium depoſuiſſent, & ſic contra

26 † producentem magis facere videbantur. glo. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſtibus. Craue. conſilio 188. numero 5.

27 Fuit etiam oppoſitum de nullitate ſentẽtię † tanquam non latæ ſuper toto, cum D. Iudex omiſerit petitam fructuum condemnationem. l. in hoc. ff. famil. herciſcun. ſed dicebatur omiſſionem cecidiſſe

28 ſuper acceſſorijs, in quibus, † virtualiter cenſetur facta abſolutio. glo. in l. ſi plures. in princip. de fideiuſſ. Innoc. in cap. grauis, de reſtit. ſpol. Bal. in Margari. in verbo iudex. num. 67. Felyn. in cap. cum inter, de re iudi.

ANNOTATIONES.

a Se erraſſe profiteretur. Quia non eſt in poteſtate notarij ex poſtfacto contrahentibus ex eius dicto præiudicare. Et ideo ſi diceret ſe falſum fabricaſſe inſtrumentum partibus non noceret. Bart. Bald. Alex. Aug. & alij quos refert Menoch. conſi. 37. num. 146. & ſeq. Rolan. conſil. 58. num. 11. lib. 2. Cui concluſioni facit contra Bart. in l. quoties. §. ſed ſi non. ff. de hæred. inſtit. vbi dicit, quod ſi notarius aliud dicat, quàm ſcripſerit, ſtatur eius d. potius quam ſcripto. Quod ego pretio intelligerem procedere non, vt partibus noceat per ſupradicta. Secundo. Illud dictum eſſe verum quoties tractatur de excuſando notarium a falſo, vt ponderat Bald in d. §. ſed ſi non, in princ.

b Minorem ineſſe. Aduerte quod hæc regula non procedit in teſtibus deponentibus ſuper valore rei, qui enim depoſuit de maiori ſumma, non dicitur in minori conſentire, vt dixit Alexan. Iaſ. & alij in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de verbor. oblig. & not. Dec. cum alijs, vt per eum in d. l. in eo quod plus eſt. num. 16. ff. de reg. iur. Quid in ſententijs. vide Hierony. Gabr. conſ. 56. num. 4.

c Minimum ſit attendendum. Vide quæ ſcripſi ſupra deciſ. 33. num. 24.

d Melioramenta neceſſaria. Vide plene tractantem hanc meliorame ntorum materiam Menoch de recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu 499 cum infinitis ſeq.

e Stante paritate. In conflictu teſtium quę requirantur. vide Curt. iun. conſil. 17. num. 7. & quid debeat iudex conſiderare. Corrad. in ſuo Breuiar. tit. perſo. teſt. aggredien. numero 8.

SVMMARIVM.

1 *Excuſſio præcedere debet antequam hypothecaria agatur contra tertium poſſeſſorem.*
2 *Iudex vbi fundat ſuam ſententiam ſuper nullitate debet reſeruare ius iterum agendi.*
3 *Nemo ſine actione experiri debet.*
4 *Legatum dotis dicitur conditionale.*
5 *Filia pro dotibus an habeat ius reale in bonis patris.*
6 *Excuſſio contra principalem ſit etiam in cauſa dotis ex commu. opin.*
7 *Relatio nuncij recipit probationem in contrarium.*
8 *Excuſsio an fiat ſuper vilibus bonis.*
9 *Nuncio non creditur extra officium.*
10 *Sindici tenentur denunciare maleficia quantumcunq; impunibilia ſint.*
11 *Verbum poteſt cum negatiua importat neceſsitatem.*
12 *Iuris appellatione venit ius municipale.*
13 *Excuſsio an ſit de apicibus iuris.*
14 *Super excuſsione eſt pronunciandum, an ſit legitime facta.*
15 *Excuſsio prodeſt etiam tertio.*
16 *Exceptio excuſsionis opponi debet ante lit. conteſt. vt impediatur poſtea exercitium excuſsionis.*
17 *Excuſsio poſt oppoſitionem fieri non poteſt.*

ARGVMENTVM.

Excuſsio bonorum principalis debitoris an ſit de apicibus iuris, & an fieri debeat etiam in cauſa dotis.

DECISIO LXVI.

MVLIERES de Corelia extra iuris, & ſtatutorum tramites vagando agebant hypothecaria aduerſus tertios bonorum poſſeſſores non facta excuſſione ſaltem legitima in bonis principalis debitoris. Dom. Iudex a quo abſoluit reos conuentos ab obſeruatione iudicij cum reſeruatione iurium ipſis actricibus melius agendi, cuius ſententiam confirmantes diximus bene iudicatum, & male appellatum.

Moti

Moti, quia tam municipali lege, vt in cap. 139.
1 lib. 1. quam de iure communi. † regulariter non con
uenitur tertius poſſeſſor, niſi prius fiat excuſſio in
bonis debitoris, authen. hoc niſi. C. de pigno. & ibi
Bal. & alij, Dyn. in l. inter eos. ff. eod. quam regulam
late exornat Iaſ. in §. item ſi quis, num. 67. & ſeq.
inſtit. de actio. Neguſan. de pigno, primo memb. 8.
par. num. 11. Duen. in reg. 315. Ant. Gabr. lib. 4. de
fideiuſſ. concluſ. 1. Cephal. conſ. 98. dominus Bar-
tholomæus.

2 Et † ubi iudex appellationis ſeu primarum In-
ſtantiarum fundat ſuam ſententiam ſuper nullita-
te proceſſus, iure facit abſoluere ab obſeruatione iu
dicij cum reſeruatione prædicta. Abb. in c. cum di-
lecti. de empt. & vend. Bal. in l. 2. C. de reſcin. vendi.
Alex. conſ. 79. lib. 2. Maran. de ord. iudi. 5. diſt. ſecun
dæ par. num. 51.

3 Præterea D. Eliſabet altera ex actricibus ſine † a-
ctione agere videbatur. l. ſi pupilli. §. videamus. de
neg. geſt. gl. in l. vbi pactum. C. de tranſact. Menoch.
de arbit. lib. 1. q. 16.

4 Agebat enim ad † legatum dotis nuptijs non ſe-
a cutis, & ſic ante conditionis implementum a quo ca-
ſu, nec actio, nec hypotheca naſcitur, vt ex cõmuni
tradit Anchar. regien. q. 3. 1. par. & conditionale ap-
pellat Bart. in l. Titio centum. §. Titio genero. de con
dit. & demonſtr. & Caſtrenſ. conſ. 312. viſo puncto.
lib. 1. & poſt relatos Port. Imol. lib. 1. concluſio. 42.
in 4. limit. Et licet iſta concluſio non careat contra-
dictoribus, tamen in caſu iſto reddebatur indubita-
bilis vigore ſtatuti, lib. 2. c. 16. quod mandat huiuſ-
modi dotes non ſolui debere, niſi mulier ſit nubilis
ætatis, & legitime deſponſata, & ſic habet conditio-
nem, ſi nuptiæ ſequantur, ex quo etiam dici poteſt
hanc conditionalem dotem non haberi loco legiti-
5 mæ, & ſucceſſiue de iure communi, non habere ali-
quod ius reale in bonis patris, vt dicit Afflict. deciſ.
162. ſequitur Menoch. de arb. lib. 2. cent. ſecunda,
caſu 163. num. 25.

Nec obſtat, quod eſſemus in caſu dotis, quaſi eius
b fauore excuſſio non ſit neceſſaria b, vt placuit, Ro-
man. in l. ſi conſtante. ſolu. matrim. Bal. & Nouel. in
6 tract. de dote, 17. priuil. 8. par. † quia commun. opin.
eſt in contrarium, vt teſtatur Neguſ. in præcitato lo
co, num. 23. vbi ab omnibus impugnationibus de-
fendit Crauc. conſ. 263. Bello. conſ. 34. num. 5. Rota
Bon. deciſ. 68. in fi. Natt. conſil. 81. Guiliel. 521. du-
bitatur, quæ excuſſio tanto magis fieri debet, cum
ſimus in terris imperij. Grat. conſil. 37. viſis, nu. 24.
lib. 1. Rolan. conſ. 9. num. 5. lib. 1.

Neque fundamentum aliquod fieri potuit ſu-
per quadam excuſſione Coreliæ facta, dum nun-
cius retulit non reperiſſe alia bona præter relata
per eum.

7 Quia huiuſmodi † relatio nuncij recipit proba-
tionem in contrarium, vt per Sign. conſi. 57. nu. 11.
& not. Bart. in tract. excuſſio. num. 8. Iac. de Aren. in
eod. tract. nu. 14. & in proceſſu fuit probatũ adeſſe
plura alia bona quam fuerint relata per nuncium,
8 ſuper quibus erat facienda excuſſio vſque † ad ſae-
culum, & peram, vt dicunt Bar. & Iaco. in prędictis
locis, licet in hoc contrarium teneat Rolan. a Valle,
conſi. 9. nu. 3. lib. 1. dicens in alaribus tripudibus, ca
thedris, & ſimilibus vilis momenti excuſſionem fie-
ri non debere.

Et licet nuncius retulerit bona per eum reperta,
& relata eſſe modici valoris, & alteri obligata, tamẽ
9 in hoc ei non erat credendum, † tanquam deponen
c ti extra officium ſuum c cuius erat referre, non ęſti-
mare, ſeu de aliena obligatione iudicare ad not. per
Matheſil. in auth. niſi breuiores, num. 15. C. de ſent.
ex breui. recitan. Tiraq. de retr. conſang. §. 8. glo. 9.
Menoch. de arb. lib. 2. cent. 2. caſu 112.

Facit, quod tradit Stracha de mercatu. in 1. par.
ſub nu. 86. vbi ex mente Bar. & aliorum dicit ſtante
10 ſtatuto, † quod Sindicus teneatur denunciare ma-
leficium etiam impune commiſſum, qui in cogni-
tione iudicis eſt dignoſcere an ſit punibile. Non ob-
ſtat, quod in hac cauſa procedatur vigore reſcripti
ſola facti veritate inſpecta, per quam clauſulam vi-
detur remiſſus ordo excuſſionis, tanquam ſit de api-
cibus iuris, ut not. Neguſ. vbi ſupra, num. 28. Grat.
conſ. 119. num. 28. lib. 2.

Quia reſpond. ſtatutum imponere neceſſitatem
11 excutiendi, dum loquitur per † uerbum poteſt prę-
cedente negatiua. l. Mæuius. §. cum duobus. ubi Bar.
num. 20. de leg. 2. Lanfran. in cap. quoniam contra,
in tit. de dilatio. in fi. de probatio. Tiraquell. ad ll.
connub. gl. 4. num. 1. & ſic excuſſio dicitur de ſub-
ſtantia, non autem de apicibus iuris, ex quo actus a-
liter factus non valeret. Socin. conſi. 283. eleganter.
col. 2. lib. 2.

Præterea reſcriptum mandat decidi, ut iuris fue-
12 rit, ſed iuris † appellatione d venit ius municipale,
d quod excuſſionem requirit pro forma, vt de com-
muni teſtatur Crot. in l. omnes populi, in 1. not. de
iuſt. & iu. Alex. conſ. 34. lib. 1. Auch. Regien. quæſt.
6. nu. 11. 2. par. Duen. in reg. 56.

Rurſus excuſſio dupliciter conſiderari poteſt, v-
13 no modo reſpectu ordinis iudiciarij, alio modo re-
ſpectu intereſſe tertij, & hoc ſecundo caſu non dici-
tur ſublata excuſſio per talem clauſulam, vt firmat
Nat. in conſ. 521. num. 17. quia tunc ſapit æquita-
tem, & ſucceſſiue tanquam in ęquitate fundata ex-
ceptio excuſſionis admitti debet, & ita diſtinguit
Neguſan. vbi ſupra, num. 34. quam diſtinctionem
ſequitur Sena. Pedemont. deciſ. 2. in fi. Ronchagal.
in l. 3. §. ubi duo. num. 125. ff. de duobus reis, & cum
dicta diſtinctione tranſit Natta, in conſil. 521. num.
17. vbi oportune loquitur Roland. conſilio 9. nu-
mero 21. lib. 1.

14 Et non ſolum requiritur † excuſſio ſeu ſubinde
pronuncia. D. Iudicis ſequi debet declarantis ex-
cuſſionem legitime factam, ut ex magis commun.
opin. teſtatur Rolan. d. conſil. 9. num. 11. Cæphal.
15 conſil. 98. Bero. conſil. 80. circa dubia. lib. 3. † quæ
proderit etiam tertio ſecundum Aemil. conſil. 103.
diuino. num. 3.

Vnde cum non fuerit facta excuſſio, vel minus le
gitime facta contra principalis bona, nec ſuper ea
pronunciatum, & exceptio fuerit ante litem conte-
e ſtatam, e oppoſita ſequitur cõtra tertios poſſeſſores

non

non potuiſſe agi, vt actum fuit, qui veniunt abſol-
16 uendi † etiam ſi poſtea fieret excuſsio, & illius pro-
17 batio, quia † dicuntur ligatæ manus, & exercitium actoris, vt poſt Bald. in l. 2. C. comm. diui. dicit Socin. in conſil. 24. viſis, & conſideratis, num. 19. lib. 1.

ANNOTATIONES.

a Ante conditionis implementum. An legatum dotis ſit purũ vel conditionale. vide quæ ſcripſi ſupra deciſio 18. nu. 24.

b Non ſit neceſſaria. Vide Magon ſupra deciſ. 64. num. 18. vbi ſcripſi.

c Extra officium ſuum. Et ideo ſi nuncius diceret citatũ ipſum iniuriaſſe, verberaſſe, & dixiſſe ſe nolle venire, & ſimilia ei non creditur. Rimin. conſ. 403 num. 5. & ſeq. Hyppol. Rimi. conſ. 91. nu. 11. cum late per eum adductis.

d Iuris appellatione. Quod veniat appellatione iuris, vide latiſſime apud Bologn. in tract. de multipl. ſignif. & different. iur. & fact. quem ponit poſt tit. ff. de iuſt. & iur.

e Ante litem conteſtatam, Sed in fideiuſſore indemnitatis aliter concluditur, vt, videlicet, poſſit etiam poſt litem conteſtatam opponere exceptionem excuſſionis. Marſ. in repe. rubr. ff. de fideiuſ. num. 314 vbi late. Quo vero ad alios, & vbi indigemus excuſſione, ſemper excuſſio debeat opponi ante litem conteſtatam, & clare et ſpecifice, & quod non oppoſita amplius opponi non poſſit, ſed iudicium valeat, & teneat Hyppol. Rimin. conſ. 23. num. 339. & conſ. 186. nu. 51. cum adductis per eum. Declara prædicta nõ procedere in hypotheca reſultante ex conſtitutione annui cenſus, & redditus perpetui ſuper aliquo prædio, hæc enim poteſt intentari contra tertios poſſeſſores, abſque alia excuſſione, Guid. Papa, quæſt. 41. & 576 Didac. a Couarr. variar. reſol. cap. 7. ſub nu. 5. verſ. hæc autem hypotheca. lib. 3. Lup. Gemin. in l. 2. C. de pact. inf. empt. & vendit. commen. 2. § 2. num. 56. Declara etiam, quod in promiſſore indemnitatis excuſſio principalis requiratur quoties quis promiſerit indemnitatem ad fauorem creditoris, ſed ſi reus principalis debitor promiſerit conſeruare indemnem fideiuſſorem, tunc non requiritur alia excuſſio, ſed iſta promiſſio habet plenum ſignificatum. text. eſt in l. 2. ff. de fideiuſſo. Bald. notab. in l. ſi pro ea. num. 12. verſic. 12. quæro. C. mandat.

SVMMARIVM.

1 *Iudex procedendo ad vlteriora exceptionem reijcere videtur, num. 7. exceptio cenſetur reijci ſi iudex tranſit ad vlteriora.*
2 *Sententia ob non appellationem tranſit in iudicatum.*
4 *Sententiæ acquieſcit non appellans.*
4 *Nullitas dicitur eſſe incluſa in appellatione.*
5 *Nullitas quædam eſt extra appellationem ſeparata.*
6 *Sententia ex falſis teſtibus lata retractatur.*
7 *Exceptio tacite reiecta non diſcuſſa poteſt principaliter proponi in alio iudicio.*
8 *Aduerſus rem iudicatam ſine reſtitutione non itur etiam ſi quis tutus ſit exceptione, vel replicatione.*
9 *Reſtitutio in integrum aduerſus ſententiam, & rem iudicatam poteſt peti coram eodem iudice, qui eam tulit.*
10 *Reſtitutio ſine ſpeciali mandato non petitur.*
11 *Reſtitutio principaliter petita requirit libellum, & lit. conteſtationem.*
12 *Audientia vbi negatur a lege, irritum eſt quicquid cum eo ſit, cui denegatur.*
13 *Reſtitutio incidenter peti poteſt a procuratore generale mandatum habente.*
14 *Reſtitutio quando dicatur incidenter ſeu principaliter petita.*
15 *Reſtitutio aduerſus interlocutoriam lapſo dicendio nõ poteſt peti a procuratore ſine ſpeciali mandato.*

ARGVMENTVM.

De reſtitutione in integrum petenda aduerſus rem iudicatam, an & quando reſtitutio dicatur principaliter, uel incidenter petita, & quando per procurationem ſine ſpeciali mandato peti poſsit.

DECISIO LXVII.

SPECTABILIS. M. Antonius Lilius agebat contra N. & N. Spec. de Cenamis, inſtando declarari eos incidiſſe in pœnã noui decreti ob denegatum pignus nuncio publico exequi volenti, prout retulit.

Excipiebant rei conuenti de falſa nuncij relatione, petentes terminum aſſignari ad probandum excepta.

D. Iudex ea non obſtante procedendo ad vlteriora declarauit illos incidiſſe in pœnam prædictam
1 & † ſic tacite exceptionem a falſitatis reiecit cap. ex
a parte il ſecundo, vbi Bal. Abb. Ancha. Imol. Franc. & Dec. in notabilibus de appella. Io. And. in c. dilecti, eo. tit. Ruyn. conſ. 61. col. 13. lib. 5. Rip. in l. 4. § condemnatum, nu. 25. ff. de re iudica.

2 Cuius ſententiam † ob lapſum decem dierũ datorum ad appellandum in iudicatum tranſijt. Doc. in c. quod ad conſultationem de re iudi. & l. fi. C. de ſent. quę ſi. certa quanti. Alex. conſ. 135. in prin. lib. 2. & habetur. lib. 5. ſtatutorum, c. 2.

3 Nam † non appellando, quis dicitur ſententiæ acquieſcere. Bar. in l. 1. de relatio. Fely. in c. cum in iure peritus, nu. 9. de offic. dele. Dec. in c. quoniam contra. nu. 53. de proba.

Succeſsiue ijdem ſpect. de Cenamis comparuerunt coram eodem D. Iudice primarum inſtantiarum, & citatis ſpect. M. Antonio & fiſco ad dicendũ cauſam quare d. ſententia non debeat declarari nulla, Inſtantes tempus ſibi aſsignari ad probandum falſitatem d. relationis, & factis oppoſitionibus ex aduerſo, & propoſita exceptione rei iudicatæ, & ideo ad petita deueniri non poſſe, nec deberi. Tandem D. Iudex parum memor ſupradictæ declarationis terminum ſtatuit ad probandum allegatam falſitatem.

A qua ordinatione ad nos recurrentibus fiſco, & Lilio, diximus bene recurſum, & male pronũciatum. Moti, quia ex forma ſtatutaria appellatio, & nullitatis dictio circa lapſum fatalium pari paſſu ambu-

ambulant,& pariformiter appellandi,& de nullita
te dicendi dantur 10. dies, quibus elapſis tam ap-
pellationi,quam nullitati via præcluditur,vt in prę
allegato.cap. a.ſtatu. lib. 5. & capit. 22. nam elapſo
termino dato ad dicendum de nullitate, tunc non
poteſt amplius de nullitate dici, etiam ſi ſit noto-
ria,& ex actis reſultans,quia tempora non largiun
tur,quæ alias a ſtatuto ſimpliciter ſine præfinitio-
ne temporis loquente non cenſeretur excluſa, vt
poſt relatos plene tradit Contard. in l. 1. in 7. limita.
nu. 64. & num. 67. C. ſi de momen. poſſeſſ.

4 Quod locum habet † tam in nullitate reſultan-
te ex ipſa appellatione, & quę in ipſa appellatio-
ne cenſetur incluſa ex vi ipſius verbi, quia verbum
appellatio nullitatem continet, etiam ſi non expri-
matur. l. quædam mulier. ff. famil. herciſc. l. Carme-
li. de iure patr. Alexand. conſil. 59. num. 17. lib. 4.
Franch. in capit. dilecto quæſt. 54. num. 148. de ap-
5 pella. † quam etiam in ea nullitate quæ ſtat per ſe,
& principaliter intentari poteſt, quando ſibi eſt prę
fixus terminus de nullitate dicendi, vt hic per d. ſta
tutum, licet alias eſſet de iure communi, vt declarat
Contard. in l. 1. in 7. limitat. num. 67. C. ſi de mo-
men. poſſeſſ.

Vnde cum principaliter proponi hęc nullitas mi
nime potuerit obſtante ſtatuto, nec incidenter pro-
poſita dici poſſit, quia lapſa ſunt fatalia, vt infra di-
citur, non videbatur quo nam modo iſti contra rē
iudicatam ſic ex abrupto proſilirent.

6 Et quamuis cautum iure ſit † ſententias ex falſis
teſtibus latas reſcindi poſſe, vt communiter tra-
dunt doct. in l. ſi ex falſis, & ibi Curt. iun. num. 8.
C. de tranſact. & in l. Diuus. ff. de re iudic. & excep-
7 tio † reiecta tacite per proceſſum ad vlteriora poſ-
ſit iterũ principaliter in alio iudicio proponi, quan-
do ſuper ea non fuerit plene cognitum Iaſo. in l. 2.
num. 46. ff. ſi quis in ius voca. Aretin. conſ. 107. col.
2. verſic. præterea. Rom. conſil. 241. col. 2. cum con-
cordant. per Anto. Gab. lib. 2. de excep. concluſio. 14
num. 15.

Tamen vbicunque obſtat res iudicata, non po-
teſt contra eam arbitrarie, & irreuerenter inſurgi,
niſi præuia in integrum reſtitutione obtēta etiam
ab eo qui except. vel replic. tutus eſſet, nam in ho-
norem rei iudicatæ excipi, vel replicari non valet,
8 niſi † petita reſtitutione in integrum aduerſus hu-
iuſmodi ſententiam ex falſis probationibus latam.
l. diuus, & ibi Iaſ. de communi atteſtatur, num. 8. &
num. 30. ff. de re iudic. Vant. de nullita. ex defectu
proceſ. num. 132. & 134. Menoch. de arb. lib. 2. cent.
1. caſu 15.

9 Quæ quidem reſtitutio † poteſt etiam peti corā
ipſomet iudice, qui ſententiam tulit, vt tradit in
terminis Iodoch. in praxi ciuili. c. 245.

Nec obſtat, quod coram nobis procurator agen-
tium reſtitutionē petierit: quia aut vult illam prin
cipaliter petijſſe, & eſt in caſu ſuccumbentiæ ex du
plici capite.

10 Primò, quia non docuit de mandato † ſpeciali
ad eam principaliter petendam requiſito ſecũdum
communem opinionem, de qua teſtatur Roland. a
Valle, conſil. 26. num. 1. lib. 2. maxime aduerſus
rem iudicatam. Bat. in l. illud. §. fi. ff. de mino. & poſt
relatos Rolan. d. conſ. 26. & Mauri. in tract. de reſti-
tu. in integrum cap. 23. & 24.

11 Secundò, quia † principaliter eam intentando
oportebat offerre libellum, litem conteſtari, & alia
facere. Pract. Pap. in forma lib. reſtitut. in integ. Mi-
ſinge. cent. 4. obſer. 18. æſtimare factum, ſoluere da
tiam, vt ex ſtatuto cum clauſula irritanti, & cum
b denegatione audientiæ, b cauetur. lib. 1. capit. 23.
12 & capit. 13. lib. 5. quod factum non eſt, † merito
nullitatis vitio ſubiacet, quicquid forma ſtatuti nō
ſeruata ſit, Iaſo. in l. 1. §. ſublata, num. 6. ff. ad Tre-
bellia.

Aut Intendit incidenter petijſſe per viam exce-
ptionis, vel replicationis, quod fieri poſſe dicit Bel-
lame. in capit. ſciſcitata, num. 14. de reſtitu. in in-
teg. Bero. quæſt. 81. num. 11. & conſ. 140. nu. 3. lib.
13 3. Egid. deciſio. 502. quaſi ſufficiat † mandatum ge
nerale, vt per Bar. in l. illud §. ſi talis, ff. de mino. In-
no. Abb. & alij, in capit. ſciſcitata, de reſtitut. in in-
teg. & ſcriben. in l. 2. C. etiam per procura. reſtitu. in
integ. Mauri. vbi ſupra, cap. 32. & hoc dicere non po
teſt ex quo non appellauit, & ſententia tranſijt in
iudicatum, vt declarat Abba. d. capit. ſciſcitata in
14 gloſſ. monaſterium vbi † declarat, quando dicatur
principaliter, vel incidenter petita reſtitutio in in-
tegrum, volens, quod quãdo petitur contra ſenten-
tiam, quæ in iudicatum tranſiuit per lapſum decen
dij, dicatur peti principaliter: ſi vero peteretur poſt
ſententiam ante lapſum decendij, dicatur peti inci-
denter, & ſic non ceſſaſſe prorſus mandatum pro-
curatorium, vnde dicit quod iſto caſu ſicut poſſet
procurator appellare infra decem dies ſine nouo
mandato, ſic etiam poterit petere reſtitutionem
in integrum, quaſi hoc ſit mandato coniunctum,
ſubdens idem Abb. ibi ad prædicta eſſe addendum
dictum Ioan. Andr. & Hoſt. in cap. coram, eod. tit.
vbi voluit, quod poſt lapſum decem dierum, etiam
a tempore interlocutoriæ nō dicitur procurator pe
tere reſtitutionem incidenter, quia ex quo interlo-
cutoria tranſijt in iudicatum, requiritur ſpecialis
petitio, quia non poteſt dici, quod incidat cum iam
ille articulus trãſierit in iudicatum, ſequitur Rom.
in ſing. 127. volo te docere. Idem voluit Abba. in d.
cap. coram in fi. vbi ſingulariter notandum dicit,
15 quod vbi contigit læſio † per interlocutoriam elap-
ſo decendio nō poteſt procurator ſine ſpeciali man-
dato petere reſtitu. in integrum ratione. de qua ſu-
pra. Et ex his,

ANNOTATIONES.

a Tacite exceptionem. Tex. eſt in l. a procedente. C de dilatio.
quod intellige, vt omnis exceptio cēſeatur reiecta per pro-
ceſſum ad ulteriora, cũ Iudex ſuper exceptione cognouit,
& tãto tempore ſuperſedit quo veriſimiliter potuit de ex-
ceptione cognoſcere, vt infra, num. 7. ſecus ſi incontinenti
oppoſita exceptione ad vlteriora proceſſit, tunc enim ex-
ceptio non dicetur reiecta, ſed proceſſus erit omnino nul-
lus. Peruſ. in c. ſi duobus. col. fi. de appel. late Ruyn. conſil.
117. nu. 18. lib. 5. Cæph. conſil. 100. num. 27. lib. 1.

b Cum denegatione audientiæ. Quoties in aliqua diſpoſitione
dene-

Digitized by Google

denegatur audientia, importatur nullitas proceſſus ipſo iure. Rimin. iun. conſi. 74. num. 28. Vnde ſententia ad fauorem eius, cui audientia denegatur, lata non valeret, quia ſine actione egiſſet Alex. conſi. 37. num. 1. lib. 2. & eſt magis communis. Dec. conſi. 274 num. 2. Crane. conſil. 191. nu. 1. nec requiritur. ut opponatur, quicquid ſit quando ſtatutū diceret, actio non competat. Dec. præcit. loco. Et eſt tantæ importantiæ hæc denegatio audientiæ, ut inducat formam ſicut decretum irritans. Roma. conſi. 23. neſcio in fi. & ibi. Addenc & quod interlocutoria quem non auditi habeat vim diffinitiuę inappellabilis cum perpetuo viam præcludat agendi, & excipiendi. vide ſupra Magon. deciſ. 62. nu. 5. & infra deciſ. 80. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *Minor ætas pluribus priuilegijs dotatur.*
2 *Inter alia beneficia reſtitutionis in integrum.*
3 *Quod tam aduerſus iudiciarios, quam extraiudiciarios actus competit.*
4 *Et de facili concedendum eſt.*
5 *Etiam iudicis motu proprio.*
6 *Et ſine iniuria non denegatur.*
7 *Minor ætas qualiter probetur.*
8 *Minor in dubio præſumitur læſus.*
9 *Non conficiens inuentarium vltra vires hæreditatis tenetur*
10 *Temerarij ſunt contemptores beneficij inuentarij.*
11 *Paria ſunt non facere, nulliter facere.*
12 *Renunciare iuri ſuo minor qualiter poſsit.*
13 *Minor dicitur læſus renunciando ante ſententiam.*
14 *Sæpe de facultatibus ſuis multū homines præſumunt, & pluſquam valeant.*
15 *Actus annullatio pœna eſt.*
16 *Minor reſtituitur aduerſus reſtitutionem obtentam.*
18 *Minori non negatur reſtitutio aduerſus inuentarium non confectum.*
19 *Non conficiens inuentarium dicitur eſſe in dolo.*
20 *Reſtitutio in delictis quæ non ſunt delicta de iure gentium, vel naturale non negatur minoribus.*
21 *Minor reſtituitur aduerſus delictum in omittendo.*
22 *Bona hæreditaria ſub nomine hæredis honeſtius venduntur.*
23 *Reſtitutio in integrum an ſit iterato concedenda.*
24 *Reſtitutio in integrum ſemel negata non conceditur ſecus ſi ſemel conceſſa.*
25 *Lazarus ſemel reſuſcitatus.*
26 *Minor an debeat prius experiri contra tutores quam reſtitui in integrum.*
27 *Minor quando omiſſa diſcuſsione contra tutorem poſſit petere reſtitutionem in integrum.*
28 *Minoris quando ſit electio in præmiſsis.*
29 *Tutoris, & curatoris officium eſt neceſſarium.*
30 *Cautela eſt quod minor litiget per tutores, & curatores.*
31 *Procuratores vulpinos circuitus proceſsus callent.*
32 *Minor reſtituitur propter inſidias, & dolum tutoris.*
33 *Modica non attenduntur.*
34 *Minor non reſtituitur propter modicam læſionem.*

ARGVMENTVM.

De reſtitutione minoris aduerſus aditionem hæreditatis, & inuentarij male confecti, & an in integrum reſtitutio ſæpius concedi poſsit, & an prius aduerſus curatorem ſeu tutorem experiri debeat antequam reſtitutio concedatur.

DECISIO LXVIII.

MINORVM ætatem ob eorum fragile, & infirmum conſilium teſte Claud. Cātiuncul. in trac. de offic. iud. lib. 1. cap. 3. nu. 11.
1 innumeris † priuilegijs ac Principum diplomate dotatam comperimus. l. ætatem. ff. de cenſib. l. curabit. C. de actio. empt. & nonnulla vſu frequentiora recenſet. Rebuff. ſuper conſtit. regni. de reſtit. ar. 2. glo. 3.

2 Et inter cætera fuit introductum † beneficium
a reſtitutionis a in integrum, quod releuamentum appellat iurecōſultus. in l. etiam, de minor. & hoc tam
3 † aduerſus iudiciarios, quam extraiudiciarios actus, quod tam Cæſareo, quam Pontificio iure probatur per ſpeciales in utroque iure titulos conſcriptos.

4 Quod quidem beneficium reſtit. de facili † concedendum eſſet monet. Ioan. de Ferra. de appellat. num. 324.

5 Et adeo minoribus debetur, vt leges † iudicum conſcientias onerarint, ſi motu proprio non petenti pupillo (vbi expedire viderint, non conceſſerint. Roma. ſing. 456. ſequitur Rebuff. d. glo. 3. nu. 3.

Quibus ſtantibus, ac ſtante minoritate, læſione,
6 & reſtitutione petita † non ſine iniuria reſtitutio fuiſſet denegata, ad Bart. in l. nam & poſtea §. ſi minor. col. 2. de iureiur. Boer. deciſ. 79. breuiter pono, num. 6. Capel. Toloſ. quæſt. 99. Rebuff. de reſciſſio. contract. in præfa. num. 11. Benint. deciſ. 85. dubitabatur, nu. 8. & ſeq.

b Minor ætas b autem, quod eſſet probata, † non
7 erat ambigendum, tum quia pars aduerſa non diffitebatur, tum quia aſpectus indicabat. l. minor ex aſpectu de mino. Guid. Pap. de præſumpt. nu. 77. & curatoris datio comprobabat. Alex. conſil. 21. lib. 4. & 99. nu. 6. lib. 4. & poſt relatos Simonce. de decret. lib. 3. tit. 7. num. 43. Læſio vero, quæ eſt cauſa productiua hujus beneficij conſequendi ex pluribus deducebatur.

Primò iuris præſumptione, quia minor † in dubio præſumitur læſus, & ignorare iura ſua. l. 2. in fi. de iure fiſc. l. 1. de mino. cum ſimilibus congeſtis ad exornationem huius regulæ, per Alcia. 42. præſumptio. ſecundæ regulæ.

Se-

Secundo ipſo facto, nam ſi d.minor cogatur eſ-
ſe hæres ſub inuentario nulliter confecto, vtique
9 erit hæres ſimpliciter, & † ſic tenebitur vltra vires
hæreditarias iuxta not. in l.fin.C. de iu. deli.& per
Crauet.conſil. 19.num.16.& ſignanter de minore,
muliere,& ruſtico.not.Iaſ.d.l.fin.num.2.& conſe-
quẽter reperiretur excluſus,& priuatus ſalutari re-
medio inuentarij quod paſſim beneficium appella-
10 tur, cuius † contemptores, qui eo ſpreto ad deli-
berationem proſiliunt, temerarios lex ipſa vocat, &
tanquam non vſus iure communi, prout quilibet
diligens vir feciſſet reſtitutionem meretur.

Quod autem ſimpliciter hæres eſſet ſi reſtitutio-
nis remedio deſtitutus ſit, apparet ex nullitate con-
fecti inuentarij, quod pro non facto habetur ex re-
11 gula generali † paria eſſe, quid nõ fieri, & nulliter
fieri ad Affl. deciſ.366. num. 10. cum concordanti-
bus. per Vant. de nullita. ex defectu citatio. num.
15.& de inuentario non legitimè facto. Natt. conſ.
574.& 575. Borgn. in tract. de Vſufru. muli. reli. car.
63.num.107.& car.316.num.144.

Vnde videretur minor renunciaſſe iuri ſibi com
petenti, quod ignorare præſumitur, & cui non ni-
12 ſi expreſſe,& cum iuramento † certioratus renun-
ciare poterat ſecundum Ioan. Andr. in cap. penul.
de emptio.& vend. Feder. de Sen. conſil. 299. adden-
tes ad Capel. Toloſ. quæſt. 49.

13 Facit quia † ſicut minor renunciando ante ſen-
tentiam eo ipſo dicitur læſus: quia potuit iuſta ſen-
tentia ſequi, & reſtituitur ſecundum Bart. & alios
in d.l.nam, & poſtea. §. ſi minor, & not. Capel. To-
loſ. quæſt. 53. ita & ſi adeat ſpreto inuentario, nam
poteſt ſe illaqueare in debitis hæreditarijs, & ſe de-
14 cipere † cum ſæpe de facultatibus ſuis amplius,
quam in his ſit ſperent homines, §. in fraudem in-
ſti. quib. ex cau. man. non lit.& in ijs quæ ſunt facti
etiam prudentiſſimi decipiuntur, l. 2. ff. de iur. &
fac. ignor. Læderetur, & tertio reſpectu pœnæ eo
ipſo quod actus inuentarij nulliter geſtus ſubiacet
15 irritationi, & † actus annullatio pœna eſt, l. ſena-
tus de contrahen. empt. Bart. in l. turp. delegat. 1. &
& in l. ait prætor. de oper. nou. nunt.

Et pro iſta opinione, quam iuri conſentaneam
putabamus videbatur cõmode expendi poſſe. text.
in l. & ſi ſine, §. reſtitutus, ff. de mino. vbi reſtitu-
tus rurſus reſtitui debet, quem tex. ſic ibi ſummat.
16 Bald. minor reſtituitur † contra reſtitutionem a-
lias impetratam. per quem tex. in caſu inuentarij
non rite facti, quod minor iterum ad conficiendũ
reſtitui poſſit, firmat Franc. Porcellit in tract. de
inuenta. quæſt. 6. num. 15. Tiraquel. de miti. pen.
17 cau. 44. num. 43. & de inuentario † a minore con-
fecto, ſed minus legitime in indiuiduo, voluit Re-
buff. in præcita. tit. de reſtitu. art. 1. gloſſ. 1. numero
32. comprobari præterea videbatur ex toto tit. ſi
18 minor ab hæred. ſe abſti. & d. §. reſtitutus † vbi ad-
uerſus aditionem minori non denegatur reſtitu-
tio, tradit Tiraquel. multa congerens de ret. conſa.
in fi. num. 13. & non obſcure Bertran. conſil. 103.
num. 50. lib. 2. dicens, quod minor qui ſine benefi-
cio inuentarij hæreditati paternæ ſe immiſcuit, po-
teſt integrari ad adeundum cum d. inuentarij be-
neficio, prout etiam abſtinere poterit ſi ſe pro hære
de geſſerit, & maior factus debitores hæreditarios
exegerit; quia d. exactionem cenſetur feciſſe ex ne-
ceſſitate primæ aditionis. Tiraq. in l. ſi vnquam, ver-
bo reuertantur, num. 456. C. de reuo. dona.

Neque refragari videbatur, quod opponebatur
19 de omittente conficere inuentarium, qui eſſe † in
dolo dicitur, & bona ſurripuiſſe præſumi, ſecun-
dum Cor. conſil. 148. lib. 3. colum. 1. & ſic cum ſi-
mus in delicto ceſſare debeat reſtitutio l. auxilium
20 de mino. Quia † id locum haberet in delictis, & in
His quæ ſunt contra ius diuinum, naturale vel gen
tium ſecus in his quæ contra ius ciuile ſunt, & ita
diſtinguendo abſoluit hunc articulum. Rebuff. in
tract. de ceſſio. actio. art. 1. gloſſ. 11.

Præterea denegatur reſtitutio minori delinquẽ-
21 ti in committendo, † non autem in omittendo;
quia tunc non punitur, vt dicit Bart. in l. ſi quis in
tantam colum. 3. num. 7. C. vnde vi. & Barba. conſil.
3. lib. 2. num. 5. vt eſt caſus præſens, in quo ſi quid
erratum eſt, id in omittendo contigit, vt firmat
Ang. in tract. de inuenta. quem refert, & ſequitur
Tiraquel. de mitiga. pen. cau. 44. num. 43. vbi ex-
preſſe hanc inuentarij negligentiam delictum in
omittendo appellat.

Minus etiam conſiderari poteſt ex hac reſtitu-
tione alteri iniuriam inferri, quia nihil creditorum
iuribus detrahitur, nec ſibi de bonis hæreditarijs
quicquam appropriare ob id ſatagit minor, ſed cre-
ditoribus conſultum quærit non ex proprijs bonis,
ſed hæreditarijs, quæ creditoribus diſtrahenda tra-
22 di ſatis ægreferebat † ſed honeſtius ſub nomine hæ
redis vendi procurabat: iniuria enim affici dicitur
defunctus cum bona creditoribus diſtrahenda præ-
ſtantur, §. 1. inſt. ex quibus cauſa man. non licet, &
de hæred. quali. & diffi. §. 1. & ſemper intereſt de-
functi exiſtimationem purgare, l. 1. §. quotiens de
iniur.

Similiter non obſtabat, quod dicebatur de reſti-
23 tutione in integ. iterato non concedenda † iuxta.
l. fin. C. ſi ſæp. in integr. reſtitut. quam opinionem
dixit communem Ioan. Ma. de reſtitutio. in integ.
cart. 158. refert Villalob. in ſuis commũ. opinio.
litera R nu. 56. quia d. l. fin. ſuper qua fundatur cõ-
munis opinio. declaratur procedere quando ſemel
fuit negata: quia tunc ad eam petendam minor de
nouo non admittitur, ſecus vero ſi ſemel conceſſa.
24 † quia tunc iterum peti poteſt ſecundum gloſſ. in
d. l. fin. quam poſt Azo ibi communiter ſequun-
tur ſcribentes, & firmat cap. deciſ. 165. in cauſa
D. Comit. num. 2. & 4. Quicquid contra ſenſerit.
25 Ang. in l. 2. C. de appella. dicens quod ſicut † Chri-
ſtus non niſi ſemel Lazarum ſuſcitauit, ita, & prin-
ceps ac Iudex non debet niſi ſemel ius peremptum
ſuſcitare.

Quia reſpon. cap. d. loco Lazarum non fuiſſe ni-
ſi ſemel ſuſcitatum, quia non fuit pluries petitum,
cum & pluries ſuſcitaſſet, imò & in nouiſſimo die
iterum illum ſuſcitabit, de qua reſtitutione ſæpius
concedenda, vel non concedenda nouiſſime per

D.Ioan-

D.Iaonnem Mauriti.in tract.de reſtit, in integ.ca-
pitu.132.

Proponebatur etiam ad impediendam hanc re-
ſtitutionem, quod cum minor ille culpa, & deſidia
tutoris ac curatoris in huiuſmodi difficultatem lap-
26 ſus ſit, non debet prius reſtitui † quam facta diſcuſ-
ſione contra tutorem, arg.l.properandum.§.fi.C.de
iudi.& notatorum per gl.in.§.pupillis in authen.de
hæredi.& falc.

Verum his oportune reſpondebatur in contra-
rium ſe habere iuris regulam, videlicet, quod mi-
27 nor ſi ſit intra tempora petendæ reſtitutionis ex ca
pite minoritatis, poteſt de geſtis per eius tutorem
aut curatorem omiſſa actione contra tutorem, & ſi-
miles reſtitutionem petere, immo in eius electione,
id eſt repoſitum.l.etiam la ſecunda.C.ſi tuto.vel cu
rato.inter. cum ll. præcedentibus, ita iſtam mate-
riam declarat ibid. Barto. Bald. & Caſtrenſ. & ho-
rum elegantius Odoffr. tradit etiam Ruyn.conſil.
119.num.20.lib.5.vbi etiem reddit rationem, quia
hoc beneficium conceditur perſonæ, & non ceſſat
quamuis cõtra tutores competat actio cum adhuc
minor ætas duret, tradit Rolan.conſi.10. dominus.
col.pen.lib.2.

Et ideo magiſtraliter diſtinguebat Odoff.in d.l.
etiam, quod aut quæritur de geſtis per tutorem, &
28 curatorem † & tunc electio eſt minoris per procu-
ratorem amouere conſtitutum, & tunc primo expe
rire debet contra procuratorem, quia officium tu-
29 totis, & curatoris † eſt neceſſariũ.Boer.deciſi.92.&
videtur.num.2.procurotoris vero eſt voluntarium,
& ſic eſt melioris conditionis gerens actum volun-
tarium, quam neceſſarium, & hinc eſt, quod datur
pro cautela ab aduocatis, vt faciant litigare mino-
30 res † per tutores, & curatores potius, quam per
procuratores, vt tradit Rebuff.de reſtitut.articu.1.
gloſſ. 2. num. 4. & addi. ad capit. Xolos. quæſt.45.
ex mente Barto. in l.minor.25. anno.de mino.licet
Rebuff.ibi teſtetur in practica, non ſeruari, ſed indif
ferenter reſtitui etiam, ſi procurator fuerit cum iu-
ramento conſtitutus, ſubdens Rebuff.ibidem, num.
4.quod eſt vtilius minori reſtitutionis viam inten-
tare, quam aduerſus procuratores actionem dirige-
31 re, † qui cum vulpinos proceſſuum circuitus igno-
rẽt, facilius e manu herculis claua eriperetur, quam
ab iſtis verſutis quicquam extraheretur, & quod re-
ſtitutionis remedium ſit minori vtilius, idem fir-
mat Rebuff.de reſtitutio. artic.1.gloſſ.1. num.32.
quibus accedent notata per Capic.deciſ.13.in cauſa
Ill.Marchionis. num. 4. & ſeq. & quæ habentur in
aditio.ad Cap. Toloſa. quæſt.45.& 53. & per Boer.
deciſ.79. breuiter pono, & Guid.Papa.in tracta.de
32 præſump.num.77.vbi dicit † minores reſtitui pro-
pter inſidias, & dolum tutoris ſiue ſit verus dolus,
ſiue præſumptus.

Non obſtat l.properandum.§.fi.& §.pupillis, ſu-
pra citati, quia reſpon.ex mente Azon.Caſtrenſ.&
Odoffr.in d.l.etiam, C.ſi tuto.vel curato. inte.illud
eſſe ſpeciale in inſtantia iudicij, tam odio litium,
33 quam quia agitur de † modico præiudicio mino-
rum, & reparabili in ſecũda inſtantia, ideo ibi prius
non reſtituuntur, ſed agant aduerſus tutorem, cum
34 † modice leſo non datur reſtitutio. Capic.d. deciſ.
13.nu.5.Alberi.in d.l. properandum §.fi.Soci.con-
ſil.299.col.2.lib.2.

Quia pro modico nec plus nec minus. Tiraquel.
in tract.de iudicio in rebus exiguis ferendo.verſic.
29.celebratur.

ANNOTATIONES.

a Beneficium reſtitutionis in integrum. Quoniam hanc mate-
riam reſtitutionis in integrum habes nouiſſime dilucide, &
diffuſe tractatã per Nobilem, & non vulgatis eruditionis
iuriſconſultum D.Sforiam Oddum Perufinum in ſuo cele
bri tractatu, quem de reſtitu.in integ.inſcripſit, ideo omnis
adnotatio, quæ hic facta fuiſſet, ſuperuacanea dici poſſet ad
fontem illum recurras, & ſatiaberis.

b Minor autem ætas. De probatione minoris ætatis, vide ſupra.
Magon.deciſ.13.num.7.vbi ſcripſi. Et quomodo ætas per
teſtes probetur, vide Alex.plene conſi.69.num.1.vſque ad
nu.13.lib.7.& quoties fit ex aſpectu per teſtes ſemper de-
trahuntur decẽ anni ex ſtilo Rotæ Rom.Veraſl.deciſ.131.
nu.2.3.& deciſ.312.num.1.par.2.

SVMMARIVM.

1 Contrahentes cenſentur contrahere ſecundum leges, &
ſtatuta in materia loquentes, & loquentia.
2 Conductor propter in obſeruantiã contractus cadit a lo
catione, nec inſtrumento locationis iuuari poteſt.
8 Penſio rei locatæ in fine anni debetur, niſi aliter con-
uentum ſit, nu.17.
4 Locator tenetur præſtare ſucceſſiuam patientiam.
5 Agens ex contractu vltro citroque obligatorio debet
prius impleuiſſe implenda pro parte ſua, nu.8.
6 Exceptio non impleti quandocunque opponi poteſt.
7 Argumentum de re ad tempus valet.
8 Non ſufficit implere pro parte.
9 Poſſeſſio non acquiritur per nudum præceptum colono
factum de non ſoluendo penſionem alteri.
10 Dominus non priuatur poſſeſſione per ſolam appreben
ſionem poſſeſſionis ab alio factam relicto colono, quo
mediante poſſidebat.
11 Præſumitur vnus de capitulo ſcire, quæ in capitulo
fiunt.
12 Conductor tenetur nunciare locatori lites motas, &
moleſtias illatas.
13 Impeditus vti, & frui re conducta, & ſoluere penſionẽ
non tenetur, & ſoluta repetit.
14 Moroſus is dici non poteſt, qui aliqua exceptione ſeu
excuſatione ſe tueri poteſt.
15 Locatio facta vnico verbo pro tribus annis, dicitur vni
cus contractus, & vna obligatio ex parte vtriuſque.
16 Temporis diſtributio non multiplicat obligationis, ſed
ſolutionis effectus
37 Penſio ſoluitur regulariter in fine anni.
18 Legatum penſionis pro vna domo in fine anni debe-
tur.
19 Interius rei, & difficultas recuperandi æquipe-
rantur.
20 Moroſus ad ſui incommodum ſemper poſſidere præ-
ſumitur.
21 Non omnis dilatio moræ attribuenda eſt.

22 Ius

22 *Ius redditur implicitum, & dubium propter opinionū varietates,*

23 *Debitor excuſatur a reſtitutione, quando res perijt penes eum eo modo quo peritura fuiſſet etiam penes creditorem.*

24 *Recurſus iuſtificari debet ex eiſdem actis,*

25 *Fallit in multis caſibus, vbi etiam ex nouis iuſtificatur, & num. 26.*

27 *Vſu rei conductæ alterato, non tenetur conductor ad penſionem, neque ad reſtitutionem.*

28 *In materia locationis factum ſuperioris iniuſtum caſui fortuito comparatur,*

29 *Debitor compulſus per viam facti ad ſoluendum alteri, quam creditori, excuſatur etiam ſi eſſet debitor generis,*

ARGVMENTVM.

Locatio pro multis annis, an dicatur vna locatio.

Penſionis ſolutio qualiter fieri debeat.

Conductor quando excuſetur a penſione, & rei reſtitutione.

DECISIO LXIX.

PEr obitum Reueren. q. D. Lepidi Bernardi Canonici Cathedralis Eccleſiæ Lucenſis, vacauit Canonicatus, & præbenda, cui annexa erat domus de qua agebatur, quā ſtatim optauit Reueren. D. Martinus Pighinuccius d. Cathedralis Canonicus, eamque locauit Ioanni Thanay pro tribus annis cum onere ſoluendi penſionis nomine quolibet anno. ſcutos 20.

Succeſſiue elapſis ſex menſibus dictus Dominus locator prætendens adueniſſe, & ceſſiſſe diem ſolutionis penſionis, conductoremque eſſe in mora illum iudicialiter requiſiuit ad ſibi ſoluendum penſionem decurſam, & ad dandum fideiuſſorem de ſoluendo decurrendam, proteſtando quod ſi iſthæc intra decem dies non fiant, intendebat procedere ad præceptum de dimittendo tanquam ſi locatio finita eſſet iuxta diſpoſitionem ſtatuti. lib. 2. c. 103. de re locata non reuocanda durante termino locationis.

Moram autem deducebat D. Locator vigore alterius ſtatuti eodem, lib. 3. ca. 110. quando dies ſoluendæ penſionis cedat, in quo cauetur, quod ſi tempus ſoluendę penſionis non ſit a partibus adiectum, intelligatur mora contracta ſi pro rata ceſſatum ſit in ſolutione penſionis de ſex menſibus in ſex menſibus.

Quā ſtante mora non ſoluendi, & in obſeruan-
1 tia contractus, qui initus † cenſetur ſecundum formam ſtatutorum in materia loquentium, Bartol. in l. hæredes mei. §. cum ita, & ibi Ripa, nume. 75. ff. ad Trebellia. late Alciat. de præſump. in 3. regula. 32. præſumpt. & in lib. 1. de verbor. ſignifica. cart. 10. in magna impreſſione, nedum de iure municipali, ſed
2 etiam de iure communi conductor † videtur ceciſſe a locatione, nec iuuari poteſt locationis inſtrumento, & tradit Bero. in conſi. 149. in cauſa, nume. 8. lib. 1.

Conductor ex aduerſo excipiebat ſe in mora non eſſe propterea, quod adhuc multum ſupereſſet de primo anno primæ ſolutioni faciendæ appoſito, cū ex natura huiuſmodi contractus ſit, quod (aliter
3 non conuento) penſio † in fine anni debeatur glo.
4 in l. ædem. C. locati, & eſt ratio, quia † locator tene-
a tur ſucceſſiuam patientiam a præſtare l. ex conducto, in princip. & l. ſi fundus. ff. loca. tradit Natta, in conſi. 360. iſtis fratribus, num. 1. Sena. Pede. deciſ. 51. per totam, quam ſi toto tempore non præſtet, cum ſit quid facti indiuidui, nō dicitur impleuiſſe pro parte ſua, & per conſequens non poteſt effe-
5 ctualiter agere, quia † in contractibus vtro citroque obligatorijs agere volens, oportet prius probet ſe impleuiſſe implenda pro parte ſua l. Iulianus, §. offerri, & ibi Bart. not. ff. de actio. emptio. alias ob-
b ſtabit exceptio non impleti b † quę quandocunque
6 opponi poteſt etiam ex officio iudicis parte non opponente ſecundum Crauet. conſ. 151. neminem, numero 10. poſt Rom. in conſil. 344. pro euidentia ſub nu. 5. verſic. ſupereſt,

Nec refert, quod conductor accommodarit pa-
7 tientiam pro illis ſex menſibus decurſis, quia † arguendo de re ad tempus, l. miles ita, in princip. ff. de
8 mili. teſta. ſicuti non ſufficit † pro parte rei implere, vt agatur, ad partem. d. §. offerri, ita nec pro parte temporis, vt agi poſſit ad penſionem pro rata patientiæ præſtitæ.

Et vltra prædicta conductor allegabat *impedimentum*, & moleſtias ſibi illatas a Reueren. Capitulo dictorum Canonicorum, quod Reueren. Capitulum, & per præcepta de non recognoſcendo alium, & vltimo loco per deiectionem, & ſpoliationem de facto factam illum de dicta domo expellere fecit,

Quæ non ſine miſterio cumulata fuere cū per
9 † nudum præceptum de non ſoluendo alteri penſionem, poſſeſſio non quęratur, vt in terminis prębendæ. Rota, deciſio. 275. petenti in nouis refert, & ſequitur Natta, in conſil. 429. filiæ, numero 6. & nu-
10 mero 14. quemadmodū non ſatis fuiſſet ſola † apprehenſio poſſeſſionis relicto in ea colono, niſi eo quoque expulſo, quo caſu dominus vtranque perdit poſſeſſionem, & vtranque apprehendens acquirit, Gozad. conſil. 86. colum. 2. tradit Barto. & alij in l. fin. C. de acquiren. poſſeſſ. Socin. conſil. 15. inſignis, colum. 2. lib. 4. Crauet. conſil. 5. tria ſunt, num. 11.

Et hæc nō ſine ſcientia dicti D. Locatoris ſaltem præſumpta facta fuerunt, qui tanquam vnus de d.
11 Capitulo ſcire † præſumitur, quæ capitulariter geruntur, argum. notatorum per Crauet. conſil. 123. ſcripſi olim, num. 1. immo plenam notitiam præmiſſorum habuit, vt conſtat ex proteſtationibus per eum in curia Epiſcopali factis, & coram nobis exhi-

bitis

bitis, nec non per intimationem ab eodem condu-
ctore eidem tranſmiſſam; tenebatur enim condu-
c ctor c † ad inſtar emptoris nunciare locatori litem
12 motam, & impedimenta præſtita, ut mercedis re-
miſſionem, & alia releuamenta conſequi ualeret. l.
1. C. de peri. & commod. rei vend. Dec. conſilio 74.
columna 2. Rimin. iun. conſilio 40. annis elapſis.
num. 32.

13 Vnde ſtante impedimento prædicto, quod † &
non ſoluendi, & ſolutam repetendi penſionem oc-
caſionem præſtat. l. ſi fundum quem mihi in ſi. cum
l. ſeq. l. ſi quis domum, vbi Caſtr. no. l. ſi vno. §. cum
quidam. ff. loca. tradit Rom. conſil. 432. quo ad pri-
mum, num. 1. non videbatur tanquam contra mo-
roſum præceptum confirmandum, cum moroſus is
14 haud recte dici poſſit, † quia aliqua exceptione ſeu
excuſatione ſe tueri poſſit. l. ſciendum. ff. de vſu. l.
quod te. in ſi. ff. ſi cert. pet. Menoch. de arbit. iud. lib.
2. cent. 3. caſu 220. num. 46. & ſeq.

Quibus tamen non obſtan. D. Ioſeph, Ludouicus
Auditor Rot. in prima inſtantia ſeu Iudex ordi-
narius pronunciauit locum eſſe confirmationi dicti
præcepti.

Nos autem, ad quos recurſum fuit pro parte di-
cti conductoris, diximus bene recurſum, & male
pronunciatum.

Moti quia attenta vnica conceptione verborum,
quia fuit facta locatio vnico verbo pro tribus annis
15 vnicus † dicitur contractus, & vnica ex parte vtri-
uſque obligatio penſionis, licet præſtatio per tem-
pora, & annos diuiſa ſit, vt firmat Bal. conſ. 316. ad
euidentiam lib. 3. & idem ſenſit in conſ. 327. ad eui-
dentiam. in princip. eo. lib. 3.

Cum igitur vnicus ſit contractus, & vnica obliga
tio, ſubſequens illa temporis, & annorum diſtribu-
tio videlicet, quod quolibet anno ſoluantur viginti
pro penſione non poteſt dici adiecta ad multiplican
16 dum obligationes, † ſed ſolutionis effectus, & com-
moditates, ut ibi dicit Bal. & in l. ſi Stichum. §. ſtipu-
latio. ff. de verb. oblig. ubi Rom. & Imol. & ſequitur
Natt. in conſ. 548. cum communitas. columna 1. &
ſic ad deſignandum tempus faciendæ ſolutionis de
integra penſione trium annorum iuxta continen-
tiam vnicæ obligationis, quæ quidem penſio ſi non
fuiſſet in annos expreſsè diſtributa, vtique vnico
contextu ſimul, & ſemel peti, & ſolui potuiſſet, vt
not. Doc. in l. qui hoc anno. ff. de verb. oblig. Gratia
igitur, & commodo conductoris fuit diſtributio
temporum appoſita.

Ecce igitur quod illud, quod ſimul, & ſemel ſol-
uendum fuiſſet, ex partium conuentione recipit
diuiſionem temporum, & ſic ceſſat prouiſio ſtatu-
ti. capit. 100. diſponentis, quod ubi non eſt con-
uentum inter partes de modo ſoluendæ penſionis
præcipit debere ſolui de ſemeſtre in ſemeſtre, quia
partes conuenerunt de tempore, & licet non ex-
preſſerint de tempore temporis, videlicet in qua
parte anni ſoluenda eſſet penſio, tamen neque id
ſtatutum requirit, ſed ſimpliciter prouidet, vbi de
tempore faciendæ ſolutionis non ſit conuentum, ve-
rum hic eſt expreſſum anno quolibet ſolutionem
fieri debere merito ſtatutum quieſcit: nam ex hac
temporis præfinitione ſequebatur in reliquis anni
conſecutiuis partibus, & temporibus, quod ius
commune locum haberet diſponens in materia lo-
cationis penſionem annuam in fine anni ſolui de-
17 bere, & hoc eſt † regulare. gloſſ. & Doct. in l. ædem.
C. loca. Bald. d. conſil. 316. Bal. & Imol. in l. diuortio.
ff. ſol. matr. & not. in l. 1. ff. de migran. Pract. Pap. in
forma libel. qua agitur ad ficti præſtationem. in
glo. omni anno. faciunt not. per Rebuff. in l. inter
illam. §. item ita in ſi. car. 944. ff. de verborum ſi-
gnificatione.

Et ad rem dicit Bart. in l. habitationis. ff. de vſuſ-
18 fruct. legat. quod † legatum penſionis pro vna do-
mo in ſin. anni debetur, quicquid dixerit Bar. in d. l.
qui hoc anno in illa ſua diſtinctione per verbum
accuſatiuum, vel ablatiuum, qui communiter re-
probatur, vt ibi per Alex. & Caſtren. Dicta non ha-
bent locum in materia locationis propter patiētiam
ſucceſſiuam locatoris, vt dictum eſt, & no. Alex. d. l.
qui hoc anno, nu. 2. & Iaſ. ibi in ſi.

Et dato (citra veri præiudicium) quod conductor
iſte eſſet in aliquali mora ſecundum terminos d. ſta
tuti, non ideo dici poterat teneri ad dimittendum
rem, quæ non amplius erat in ſua poteſtate, & quæ
quaſi perempta dici debebat propter difficultatem
19 recuperandi cum a pari procedant † interitus, &
difficultas, vt not. Iaſ. in l. quod te, ſub num. 12. ff. ſi
cert. pet. prout etiam, nec ad intereſſe, vel ad æſti-
20 mationem obnoxium fore ex eo quod † moroſus
ad ſui incommodum ſemper poſſidere fingatur.
Curt. in d. l. quod te, nu. 1. & Iaſ. num. 6.

21 Quia non omne † differendi cauſa ſit, mora at-
tribuendum eſt, dicit tex. in l. ſciendum. ff. de vſu.
nam, vbi quis iuſta cauſa monetur ne ſoluat, vel li-
tiget, non ideo dicitur moram contrahere. l. nemo
cum ibi not. per glo. & Doct. ff. de verb. & in l. item
uerberatum. §. ſi. ff. de rei uendic. & per Menoch. d.
caſu 220. num. 47. & 48.

Iuſta autem, & probabilis differendi, & litigandi
cauſa uidebatur eſſe modus ille conceptæ locatio-
nis propter illam temporis, & annorum dinume-
rationem. de quo Doctores variæ ſenſerunt, an di-
catur multiplicare obligationem, vel præſtatio-
nes facilitate, ut patet ex iam citatis, & ſtante opi-
nionum veritate ius redditur implicitum, & dubiū.
22 † in quo iuris implicito articulo errans excuſatur.
ſicuti ſi in facto erraſſet. Soc. in rubr. ff. de reb. dub.
Neuizan. in Silua nupt. lib. 6. quomodo iudi. ſit pro
commun. opin. num. 6. & conſequenter iuſtam cau
ſam differendi, & litigandi habuiſſe dici debet. Ang.
& Iaſ. in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C.
de iudi. & tradit Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. cent. 2.
caſu 177. num. 6.

Præterea etiam quod conductor in aliqua mora
irretitus eſſet. veniebat ex alio excuſandus a petita
dimiſſione domus; quia eodem modo quo ipſe con-
ductor priuatus fuit, ſpoliatus quoque fuiſſet de
facto, & ipſe locator, qui quātumcunque proteſta-
tionibus uſus fuerit, ſeſe defendere minime valuit,
prout nec ēt ſe tueri potuiſſet a ſimili ſpolio violen-

to ſi eo abſente fieri contigiſſet, & quando res eo-
23 dem modo † peritura foret pœnas creditorem ſicuti perijt pœnes debitorem, tunc debitor morpſus excuſatur, & iuſtam cauſam habet litigandi Bart. & Imol. in l. nemo. ff. de verb. obliga. glo. communiter approbata in l. item ſi verberatum. ff. de rei vend.

Nec refragatur, quod huiuſmodi expulſio ſeu ſpolium non fuerit allegatum, & probatum in prima inſtantia quaſi cum ſimus in recurſu a mera in-
24 terlocutoria non poſſit modo † ex nouis probationibus iuſtificari, ſed ex eiſdem iuxta cap. Rotæ 20. & ſtatu. lib. 5. cap. 5. & clem. appellanti de appellat. Guid. Pap. quæſt. 20. Capell. Tholoſ. q. 341. Rebuff. de reſtit. art. 1. glo. ſi. num. 4.

25 Quia non deſunt † caſus pro exceptione ad dictam regulam, quibus poſſit appellatio, & recurſus ex nouis iuſtificari veluti, ſi quis nouis iuribus iam deducta comprobare vellet. Crauet. in conſilio 181. Franc. in cap. cum eccleſia. col. 2. de appell. vel quod exceptio de nouo habeat ortum facto aduerſarij,
26 Iaffred. deciſ. 442. vel quod † recurrēti ſeu appellanti non ſit imputandum, cur prius non oppoſuerit, vt in caſu noſtro, Oldr. conſilio 130. quoniam in fi. Maranſ. de ordin. iudi. in 6. par. in verbo appellatio, num. 254.

Nam hic contigit deiectio, & ſpolium tempore feriatum, quo tempore ius ſilebat, vnde ſtante deie-
27 ctione prædicta, & ſtatu ac vſu rei conductæ † alterato ex facto ſuperioris cui reſiſti non potuit, conductor non tenetur ad reſtitutionem rei penes ſe amplius non exiſtentis, & quæ difficulter recuperari poſſet, nec etiam ad penſiones futuras cum non teneatur in locatione perſeuerare, vt tradit Roma. in conſ. 432. quod conſilium reaſſumit latius declarando. Bero. in conſ. 140. in cauſa. lib. 1.

28 In materia enim locationis † factum ſuperioris iniuſtum caſui fortuito comparatur ſecundū Natt. in conſ. 181. viſo, nu. 4. & idem de facto cuiuſlibet tertij. Bero. in conſ. 139. illuſtriſſime, nu. 4. lib. 1.

29 Quibus accedit quod † debitor compulſus per viam facti ad ſoluendum alteri, quam creditori excuſatur etiam ſi eſſet debitor generis. Bald. in l. falſus colum. fin. C. de fur. Afflict. deciſ. 150. num. 22. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. cent. 2. caſu 133. Ruyn. conſi. 167. viſo, num. 6. lib. 4. Ant. Gabr. lib. 3. de ſolutioni. concl. 11.

ANNOTATIONES.

a Succeſſiuam patientiam. Et ſic locator ex ſola traditione rei prout eſt factum momentaneum non liberator, ſed factum ſucceſſiuum requiritur, vt præſtare patientiam vtendi, & fruendi toto tempore conductionis. Bart. in l. ſi quis domum ſecundo notab. ff. loca. Card. conſi. 140. colum. finæ. verſ. ad tertium. Iaſ. in l. diuortio poſt Alex. num. 33. verſic. contra eum. ff. ſol. mat. vbi dicit, quod ſi locator non præſtitit integram patientiam non dicitur impleuiſſe pro parte ſua, cum in huiuſmodi indiuiduis nihil actum cenſeatur vbicumque, quid ſupereſt agendum etiam ſi pro maiori parte adimpleuiſſet. Cæphal. cum adductis per eum. conſi. 577. nu. 3. & ſeq. lib. 4. ubi num. 6. dicit quod propterea locator non poteſt exigere penſionem etiam ſi culpa ipſius locatoris abeſſet, quia ſi locator fuiſſet in culpa, vel facto ſuo, vel facto alterius, quem tamen locator prohibere potuiſ-ſet, non ſolum teneretur ad reſtitutionem penſionis, ſed etiam ad damna, & intereſſe, & ſi impedimentum remouere non potuiſſet, teneretur, tamen penſionem reſtituere. l. ſi fundus, ff. loca, Soc conſ. 156. no. 4. lib. 2. Cæphal. d. conſi. 577. nu. 9. cum adductis per eoſ. Rim. iun. conſ. 92. no. 8. Quinimmo locator tenetur præſtare, ut conductor locare poſſit. Hieron. Gabr. conſi. 75. num. 1. quod declara, vt per Franc. Marc. deciſ. 1070.

b Exceptio non impleti. Vide Magon. ſupra deciſ. 21. nu. 16. & deciſ. 61. nu. 1. ubi vtrobique ſcripſi, & illis adde quod hæc exceptio etiam prodeſt fideiuſſori. l. tam mandatoris. C. de non num. pecu. Cæphal. conſ. 577. num. 8. lib. 4.

c Tenebatur enim conductor. Alias ſi conductori impediretur poſſeſſio, & non reclamaret ei imputādum eſſet, ut no. omnes in cap. fi. de elect. cum alijs per Decian. conſ. 108. num. 4. lib. 2. & facta immiſſione, ſi locator non potuit obuiare impedimento, & omni diligentia vſus eſt, vt obuiaret, tenetur ad mercedis remiſſionem tantum pro rata, ſi uero potuit obuiare, & non obuiauit, vel non procurauit obuiare tenetur conductori ad plenum intereſſe, Bat. in l. ſi vero. §. cum quidam, num. 2. ff. locat. Decian, loco præcit. num. 3. & ſub no. 4. dicit cum Corn. quem allegat. in conſ. 38. lib. 2. quod cum intereſſe ſit difficilis probationis poterit fieri prorogatio temporis impedimenti ad tantundem tempus, & ſic differre etiam exactionem mercedis, ſicut dicimus, quod ſi infra tempus vſusfructus aliquod impedimentum naſcatur ſine culpa vſufructuarij, non nocet ei. ſed reintegrari debet. l. ſi locus. verſ. quod ſi id tēpus, & l. ſi quis alia, §. fi. ff quemadmo. ſeruit. amitt. l. ſi aget, & l. ſeq ff. quibus mod. vſufr. amit, & prædicta conductore uolente, alias cogi non poteſt, niſi forte paucis diebus fuiſſet impeditus vti frui. Hieron Gabr. conſ. 75. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Iudex domicilij, an inquirere poſſit de delicto extra territorium commiſſo ſi de hoc eſſet conſuetudo illa ſeruanda foret.*
2 *De iure communi, quid ſtatuendum.*
3 *Prouincia malis hominibus eſt expurganda.*
4 *Caſus ſtatuti reddit inanem iuris diſputationem.*
5 *In puniendo delinquentem extra territorium attenditur pœna ſtatuti loci domicilij.*

ARGVMENTVM.

Iudex domicilij, an inquirere poſſit de delicto extra territorium commiſſo.

DECISIO LXX.

IN cauſa homicidij patrati in perſonam Thomei in territorio Florentino per Bertum, & Perinum incolas, & habitatores Lucenſes fuit dubitatum, an ex officio cōtra eos inquiri ac procedi poſſet per M.D. Poteſtatem Lucenſem. ſuper quo a MM. DD. Antianis conſulti, quid iuris eſſe arbitraremur, affirmatiue reſpōdentes diximus in huiuſmodi delictis extra dictionem I.C. commiſſis poſſe per Iudicem originis, vel domicilij ex inquiſitione procedi.

Et circumſcriptis capitulationib. in ſimilibus caſibus ſi quæ ſint inter hanc inclitam Remp. Lucenſem,

ſem,& Sereniſſimum Ducem Florentiæ circumſcri
1 ptoque pariter vſu,ac conſuetudine,quę † eſſet om
nino,& pręcipue ſeruãda,vt firmat Iul.Clar.in pra.
crim.§.fin.q.39.ſub verſi.ſed quæro. Ita de iure re-
ſpondendum credidimus.

Nam & ſi articulus iſte apud iuris interpretes ſit
a multũ controuerſus [a] & † hinc inde non deſideren-
2 tur communes opinio. quemadmodum pro parte
negatiua teſtatur Marſil.in pract.crim.§.ſi conſtan
te,nu.90.Bolo.conſ.8.Pariſ.conſil.159.lib.4.quam
nouiſſime ab omnibus impugnationibus defendit,
Roland.conſ.19.lib.2.& Burſa.in conſil.77. & pro
parte affirmatiua teſtetur pariter de recepta ſenten
tia,& obſeruantia ſibi contrarius.Bolog.conſil.57.
Cagno.in l.fin,nu.153.de iuriſd.omn.iudic. Boſſ.
Franc.Mar.Michael.Craſſus.Euerar.& alij relati,&
ſecuti a Iul.Clar.d.quæſtio.39.quam ex bonis ratio
nibus ſequitur Couarr.pract.quæſt.cap.11.ſub ver
ſic.6.in hoc & Bero.conſil.162.num.1.& ſeq.lib.3.
& Franc.Becci. conſ.93. vbi de magis communi te-
ſtatur nouiſſime Bonacoſſ.in commu.opi.verbo Iu
dex, cart.108.

Hanc tamen ſecundam opinionem vti tutiorem
ac magis conducibilem ad conſeruationem Reipu.
3 pacifici ſtatus amplexi ſumus,cũ ſic prouincia † ma-
lis hominib. ac facinoroſis expurgetur (mali enim
ſunt etiam ſi extra territorium mala committant,
nam eos ſequuntur ſicuti lepra leproſum) impuni-
taſque non obtenta illos ad delinquendum auda-
ciores non reddit,& cæterorum bene inſtitutorum
animi reiecta impunitate nõ corrũpuntur,& Fran.
Becci.d.conſil.93.num.10.vbi dicit æque pertinere
iudici originis ac iudici loci delicti expurgare pro-
uinciam malis hominibus,quod ſine dubio admit-
tit Tho.Noni.conſ.98.num.4.5. quando iudex lo-
ci delicti non proceſſit, vel quando delinquens ſit
in territorio iudicis originis.

Et iſta quæſtio reddebatur minus dubitabilis vl-
tra prędicta ex prouiſione ſtatutorum,tum quia in
eorum diſcurſu, vt plurimum ſimpliciter loquun-
tur ſine adiectione loci,& ſic de iure planius proce-
deret, hæc noſtra ſententia, vt fatetur idem Burſa.
conſil.77.nu.5.

Tum etiam, quia hoc expreſſe caueri videbatur,
lib.4.ſtatuto.c.74.vbi aperte diſponitur contra ho-
micidas,& mãdatores, tam in diſtrictu, quam alibi
mandantes, & facientes homicidium,& in ſimilib.
terminis pro claro reputat idem Burſat. d.conſ.77.
4 nu.5.quia ſtante diſpoſitione ſtatutaria,inanis red-
debatur quælibet alia diſputatio vulga.l.ancillæ de
fur.& no. Cæph. conſil.138.& idem expreſſius ha-
betur.eo.lib.4.ſtatu.c.121.

5 Quia nam poſtea pœna † tales venirent punien-
di,vel de iure communi, vel ſecundum ſtatuta loci
b delicti,vel loci originis,aut domicilij [b] cum adeſſet
particularis pœna ſtatuti.l.C.diximus hanc eſſe at-
tendendam,prout communiter attendi debere te-
ſtantur Doctores in præall. locis citatis per Clar. d.
quæſt.85.verſic.tertius caſus; & per Burſa.d.conſ.
77.nu.3.cæterum negari non poſſe videretur quin
commiſſa extra territorium iuncta cum commiſſis
in territorio pęnam augeant. Bart.in l.ſi cui.§.fi.ff.
de accuſ. Bal. in auth. ſed nouo iure. C.de ſer. fug.
per l.ex ea cauſa.ff.de poſthu.

ANNOTATIONES.

a Multum controuerſus. Vide Magon.ſupra deciſ.36.nu.1.vbi ſcripſi.

b Aut domicilij. Verum eſt,quod vbi ſtatuta loci originis loquuntur etiam de delictis commiſſis extra territorium illa attendi deberent per iudicem originis,ſed ſi ſimpliciter loquerentur,tunc attenduntur ſtatuta loci delicti ſi adſunt, ſin autem ſecundum ius commune,vt ibi dixit Clar. Vnde Curt.in c.fi.de conſuetu.num 767.dixit, quod iudex debet iudicare ſecundum leges,& conſuetudines litigantium non ſecundum ſuas,& dubitando,nu.769.quia dicatur locus litigantium facit diſtinctionem inter contractus.& delicta, vt in contractibus dicatur ipſe locus contractus, in delictis vero locus ipſius delicti,& ſi agatur ratione rei,attenditur locus vbi ſita eſt res,ſi ratione perſonarum,locus vbi adeſt perſona,quam declarationem late ſequitur D. Tiber. Dec.conſil.12.num.187.lib.1.vbi ample loquitur etiam circa ſententias,& earum executionem,quænam ſtatuta ſint attendenda,num.188.

S. V M M. A R I V M.

1 *Excõmunicatus propter nocumẽtum ſpirituale turpis perſona reputatur excõmunicatus principaliter in iudicio non poteſt agere niſi agat ſuper attentatis.*
2 *Excommunicatus non poteſt agere, nec in cauſa ciuili nec criminali.*
3 *Excommunicationis exceptio nõ ſolum ipſum excommunicatum,ſed eius procuratorem repellit.*
4 *Procuratoris perſona, a perſona conſtituentis conſideratur.*
5 *Excommunicatus ob debitum, propter ſolutionem illius non abſoluitur, niſi formalis abſolutio procedat.*
6 *Excommunicatus non agit remedio recuperandæ.*
7 *Excommunicatus an poſſit ab vxore debitum petere.*
8 *Excommunicatis omnis defenſio reſeruatur, non autem actio.*
9 *Excommunicationis exceptio impedit proceſſum.*
10 *Exceptio excommunicationis dicitur anomala, & in qualibet parte iudicij opponi poteſt.*

ARGVMENTVM.

De exceptione excommunicationis, & an & quatenus excommunicatus agat in iudicio.

DECISIO LXXI.

FVERAT oppoſita exceptio excommunicationis agenti in iudicio, qui excipiebat de ſolutione debiti, propter quod fuerat excommunicatus,dicebamus, nõ Docto. formaliter de ſolutione exceptionem obſtare. Quandoquidem certi iuris eſt excommunicatum (qui alias propter nocu-

Digitized by Google

1 mentũ ſpirituale † turpis peaſona reputatur, vt vo-
luit Boer.conſ.4.ſi quis anima.num,61.) principa-
liter in iudicio agere non poſſe,cap.intelleximus de
iudic.cap.poſt ceſſionem de proba. cap.decernimus
ſententia excommuni. in 6. tradit pro regula Pet,
Duen.in reg.268. & de communi opinio. teſtatur
nouiſſime.Iul.Cla.lib.5.recep.ſent.§.fin.queſt.14.
verſic. quæro nunquid in pract. crim. niſi agat ſu-
per attentatis quo caſu exceptio excommu.non ob
ſtat Dec.conſ.200. colum. fin.quod ne dum proce-
2 dit † in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, vt ex-
communicatus non poſſit accuſare, nec ſuam, vel
ſuarum iniuriam proſequi, vt per Iul. Clar.& Boer.
vbi ſupra, & tradit Feder.de Sen.conſ.116.

Quæ exceptio excommunicationis non ſolũ ip-
ſum excommunicatum, ſed etiam eius procurato-
3 rem † afficit, & repellit, vt voluit Ioan.de Ligna, in
tract.de eccle.cenſu.§.25.quæſt.42.& de commun.
opinio. tradit Bonacoſſa, in commu. opinio. verbo
excommunicati conſtitutio, car.61.quia procurato
4 ris † perſonam ex perſona conſtituentis metimur,
clem.pen.de procura.& pro iſta Rebuff.in concord.
de excommu.nou.vitan.verſic.25.agere.

Et quod excommunicatus non agat expreſſe ca-
uetur, etiam ſtatuto Lucenſi.lib.1.cap.63.

Nec obſt. ſolutio debiti, propter.quod excom-
municatio lata fuit: quia vltra ſatisfactionem de-
5 biti requiritur abſolutio † formalis a ab ipſa ex-
a communicatione, vt not. in clem.1. de deciſio. in
verbo donec, & clem.2. de conſ.& affi.in verbo ob-
tinere, tradit Galleſ.in tract.ad obliga.formę came.
in vlti.par.num.18.& Bero. in conſil.181. num.6.
lib.3.

Et quod non poſſit agere; idem alias notauit
6 Rota contra agentem remedio † recuperandæ, qui
fuit reiectus a limine iudicij ſtãte d.exceptione ex-
communicationis, gloſſ.in capit.dilectus il ſecun-
do, gloſſ.2.de reſcript. in capit.in nomine domini
23.diſtin. in capit. ex intimatione verbo Canoni-
cum.de procu. Rota, deciſio.14. in fin. in not. Re-
7 buff. vbi ſupra verſic.28. vbi etiam tangit an † ex-
communicatus poſſit ab vxore debitum petere, &
poſt relatos. Iaſ.Plul.Por.lib.2.reg.44.in 5.limita.
Anton. Gabriel. lib.5. de reſtitut. ſpoliar. concluſio.1.num.54.immo, nec gaudet beneficio pacifici
poſſeſſoris ad Rebuff de pacifi.poſſeſſ.num.205.

8 Et licet ſtatutum ſit excommunicatis † omnem
defenſionem fore reſeruatam, & defendendo ſe le-
gitimam perſonam ſtandi in iudicio habeant, vt di-
cit Paui.in tracta.de viſita.queſt.3.2.par.& Anton.
Roſſel. Vbi ſupra, & idem d.cap.63. ſtatu.lib.1.ca-
ueatur.

Tamen cum non poſſit conſiderari in caſu iſto
eum eſſe in aliquo ſtatu defenſionis, ſed prouoca-
tionis voluntariæ, ideo non fuit admiſſus ad Felyn.
c.intelleximus, num.6.de iu.

b Et ex his concluſum fuit exceptionem, b excom
9 municationis opportune oppoſitam fuiſſe ad † im-
pediendum proceſſum c.pia, de exceptio.in 6.quæ
10 & † tanto magis in iure nuncupatur ex eo, quod poſ-
ſit in qualibet parte iudicij opponi ad Marant. in
ſuo Specul.in 9.memb.primæ par.nu.4.dictumque
agentem non aliter Doct. de formali abſolutione,
non fore audiendum.

ANNOTATIONES.

a abſolutio formalis. Hoc verum in excommunicato ſimpliciter, qui ſemper præſumitur excommunicatus, donec appareat de abſolutione, ſecus in excommunicato ſub conditione, puta, ſi ſatisfecerit. Didac.a Couarr cum adductis per eum in conſt. Alma mater.par.1.§.2.nu.6.de ſent. excommunicat.

b Exceptionem excommunicationis. Vide in materia declarantem, & limitantem Capic. commu. concluſ. regu.82. per totam.

SVMMARIVM,

1 *Vniuerſitas, populus, plebs, collegium, & ſimilia nomine collectiua ſunt nomen iuris.*
2 *Vniuerſitas eſt corpus fictum per ſingulos in vnum congregatos repræſentatum.*
3 *Vniuerſitas ſecundum quoſdam non poteſt delinquere.*
4 *Contrarium tamen verius eſt ex communi opi.*
5 *Vniuerſitas aliter punitur, quam particularis perſona.*
6 *Vniuerſitas triplex eſt.*
7 *Vniuerſitas anima carens, nec corpaliter, nec ſpiritualiter punitur.*
8 *In vniuerſitatem, vt vniuerſum non cadit ſalutis æternæ diſpendium.*
9 *Vniuerſitas non excommunicatur.*
10 *Licet interdicti pœnam ſubſtinere poſſit.*
11 *Neque notatur infamia, quæ corporalis pęna reputatur.*
12 *Neque iuramento ſindici, quo ad periurij reatum obligatur.*
13 *Licet quo ad obſeruantiam contractus ligetur.*
14 *Vniuerſitas punitur pœna pecuniaria.*
Item mutatione ſtatus.
Item priuatione officij, priuilegij, & gratia vniuerſitatis.
Item per priuationem ſedis Epiſcopalis.
Item remotione commercij vicinorum.
15 *Vniuerſitas altero de tribus modis delinquit.*
16 *Delictum in committendo quomodo cadit in vniuerſitate.*
17 *Ratificatione, quomodo delinquat vniuerſitas.*
18 *Omittendo quo pacto vniuerſitas delinquat.*
19 *Scientia vniuerſitatis probanda per allegantem.*
20 *Sententia ſine proceſſu ſtare non poteſt, & dicitur nulla.*
21 *Appellatus tenetur producere acta iuſtificatoria ſuæ ſententiæ.*

ARGVMENTVM.

Vniuerſitas, an poſſit delinquere, & quomodo, & qualiter puniatur.

DE-

DECISIO LXXII.

SPECT. Franciſcus Cagnol. Iudex & Commiſſarius villę Vicariæ vallis Arrianæ Lucenſis diſtrictus, ſub prætextu quorundam exceſſuum condemnauit commune, & homines Boetij, Communeque, & homines Parianæ in ſcut. 200. pro quolibet communi.

Vtraq; vniuerſitate mediantibus ſindicis, & procuratorib. appellante, & cauſa mihi, vt maiori ſindico commiſſa per MM. DD. Antianos dixi bene ſeu fruſtratorie appellatum, & nulliter iudicatum.

a Motus, quia & ſi vniuerſitas, a collegium, plebs,
populus, capitulum & ſimilia nomina collectiua
1 † ſint nomen iuris, vt dicit Bald. in conſ. 438. præ-
2 mittendum, li. 5. & † corpus quoddam fictum b per
b ſingulos in vnũ congregatos repręſentatum. l. mortuo. ff. de fideiuſſo. l. ciuitas, C. de offic. re pro. Natta, in conſ. 142. omiſſo. nu. 11. Aemil. cóſ. 142. quod num. 4. Miſinge. cent. 4. obſer. 36. & propterea, qui-
3 buſdã viſum fuerit impoſſibile vniuerſitatem † delinquere poſſe, vt not. Inn. in c. grauem. de ſent. excomm. Ioan. And. in c. Felicis. de pen. in 6. quaſi animo, doloque careat ſiue quo non delinquitur. Ancha. conſ. 158. ex narratis, ſub num. 12. Franc. Mart. deciſ. 778. num. 2. l. ſed & ſi dolo. §. 1. ff. de dolo. l. 1. ff. de libe. vniuerſ. Item, quia per alium ſe defendit, quod in criminalibus non permittitur, ſed principales adeſſe debent. l. pen. §. ad crimen. ff. de publi. iudic. c. veniens. de accuſatio. & no. Miſinge. obſer. 76. cent. 4.

4 Tamen † negari non poteſt quin delinquere poſſit, de crimine accuſari, & puniri ſecũdum criminis qualitatem de eius mandato, vel miniſtrorum commiſſi, vt tradit Ancha. d. conſil. 158. num. 12. Bald. conſil. 367. venerabilis, num. 6. lib. 3. & de commu. opin. teſtatur Pariſ. conſ. 21. omne ius num. 30. lib. 4. Butr. in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. Iaffred. de-
5 ciſio. 80. † licet aliter puniatur vniuerſitas, aliter particularis perſona, & tradit Miſinge. cent. 4. obſer. 78.

6 Quippe † eum perſonarum vniuerſitas, quæ triplex eſt ſtudiorum generaliũ, ciuitatum, & Caſtrorum. Rebuf. in l. nihil aliud verſi. interdum dicitur.
7 ff. de verbo. ſignifica. anima careat † nec corporaliter, nec ſpiritualiter punitur cap. Roman. §. in vniuerſitatem. de ſent. excomm. in 6. & ideo in vniuer-
8 ſitatem † in vniuerſum conſideratam non cadit ſalutis æternæ diſpendium. Natta, in conſil. 548. cum communitas in fin.

9 Hinc eſt, quod † non excommunicatur vniuerſitas. Inno. in d. c. grauem. Bero. in conſ. 8. in præſenti num. 20. lib. 3. Aloy. de Alber. ſing. 174. quod intellige reſpectu innocẽtum, vt declarat Luc. de pen. in l. cam. collatores, col. 5. C. de re milita. lib. 12. licet
10 † interdicti pœnam ſubſtinere poſſit. c. 1. de poſth. c. ſane. de offi. deleg. c. non eſt de ſponſali. neque in-
11 famia † notatur, quæ corporalis pœna reputatur. l. ſi quis in fi. cum l. ſeq. ff. de pœnis.

12 Neque iuramento † ſindici quoad periurij reatum illaqueatur. Bero. in conſ. 92. circa, nu. 8. lib. 1. & conſ. 8. nu. 36. lib. 3. vbi reprobata Iaſ. opi. firmat, l. ſi quis maior, C. de tranſa. non conuenire vniuer-
13 ſitati, † licet quoad validitatem actus ſindici iuramento obligetur, vt ibi per Bero.

14 Poteſt tamen † pecuniaria pœna puniri, & capitaliter, ideſt, mutationis ſtatus pœna affici. c. olim de iniur. Inno. d. c. grauem ponendo exempla in priuatione officij, priuilegij, & gratia vniuerſitatis, veluti, quod non ſit amplius vniuerſitas, aut per ſedis Epiſcopalis priuationem, aut vicinorum locorum commercij remotione, capit. ad abolendam, §. 1. de Hereti. & cau. ita nos 23, quæſtio. 2. Guil. de Lud. ſing. 83.

15 Delinquere † autem communitas aut vniuerſitas altero de tribus modis dicitur, videlicet.

16 Aut † in committendo veluti ſi pulſata campana, congregato conſilio & eleuato vexillo prauia
d deliberatione d quid fiat Bart. in l. aut facta, §. fi. numero 9. ff. de pen. Boer. in tracta. de ſeditio. q. fin. Cyn. & Abb. in l. ſi quis in tantam, C. vnde vi. Ioan. And. in d. c. Felicis. Corn. conſ. 224. lib. 4. Oldr. conſ. 315. circa iſtud. num. 3. Pariſ. d. conſ. 21. nu. 30. lib. 4. Curt. iun. conſil. 174. num. 33. Roland. conſil. 66. quoniam, num. 65. lib. 2. Nat. conſil. 493. quod iſta col. 1. & 2. Dec. conſ. 221. Neuiz. conſil. 61. Benin. nu. 18. Tho. Noni. conſil. 46. Iul. Clar. in §. fi. quæſt. 16. verſic. vlterius, quæro. in pract. crim. Miſinge. cent. 4. obſerua. 79.

Quæ congregatio, & in vnum collectio eſt adeo ad id neceſſaria, vt non ſufficiat ſeparatim, quod vnus hodie cõſentiat, quattuor cras, & alia die decẽ. Alber. in l. nulli, num. 2. ff. quod cuiuſque vniuerſita. nomi. Menoch. conſ. 80. plura, nu. 54. ſed in forma vniuerſitatis. Bal. conſ. 283. nu. 2. lib. 1.

17 Aut † ratificando, quod eius nomine geſtum ſit, nam ratificatio etiam in delictis mandato comparatur. l. 1. §. ſed & ſi ff. quod vi, aut clan. c. 1. de homicid. in 6. gl. in c. ratihabitionem. de reg. iur. in 6. late poſt Anch. d. conſ. 158. Iaſ. in conſ. 130. in præſenti lib. 4. Iaffred. Lanfran. deciſ. 126. & ratione æquiparatorum ratificans ſicut mandans obligatur, ita decidit Oldr. in conſ. 199. pro fundamento, num. 7. 8. Saly. in l. nõ ideo, nu. 25. C. de accuſat. Bar. in d. l. aut facta. Boſſ. in tit. qui banni. poſſ. num. 1. & in hac ratificatione eadem ſolemnitas requirit, de qua in committendo.

18 Aut † omittendo, ſeu negligendo, vel nõ reſiſtendo in actibus non momentaneis, ſed ſucceſſiuis, & permanentibus, vt in uor. caſu conſuluit Ancha. d. conſ. 158. quem refert, & ſequitur Natta, d. conſil. 449. col. 1. & 2. Benin. deciſ. 70. in fin.

Et in hoc non requiritur congregatio aliqua ſeu conſilium ſed ſufficit ſcientia, & tollerantia, quę in
19 dubio non præſumitur, & ideo † per allegantem
e probanda e eſt arg. not. per Bar. in l. ſi ab hoſtibus, §. ſi vir. verſi. quęritur. gl. ff. ſol. mat. Ruyn. conſ. 12. viſo, nu. 8. lib. 5. Dec. conſ. 177. nu. 3. Iaſ. conſil. 46. redemptoris, num. 2. lib. 3. licet hoc delictum in omittendo grauius alijs eſſe affirmet Iaſo. in l. ſi mora

ſol.ma. quem reprehendit Tiraquel. de pen, tempo. cauſ.44.numero 23.refert. Vrſil. in additio, ad Affl.deciſ.376.in fi.

In præſenti autem facti ſpecie aliquo præmiſſorum modo dictas vniuerſitates non deliquiſſe compertum fuit merito male iudicatum pronunciauimus; quia iudex præfatus ex abrupto,& nimis arbitrarie proceſſit nullis captis informationibus nulla citatione præcedente, nullove ſubinde formato proceſſu, & ſola tantum condemnatoria ſenten-
20 tia apparente, quæ † ſine proceſſu ſtare non poteſt, & nulla reputatur.gloſſ.ſing.in cap.eccleſia S.Mariæ de conſtit.Bald.in l.ſecunda. C. de iudic. Socin. in conſil.134.viſa petitione, num.1.lib.1. Bellame, deciſio,89.

21 Quæ quidem † ſententia ex fuerit ab appellantibus nobis producta in libello reſciſſorio, iuxta not. per Gemi.in cap. Romana, §.ſi vero in primo tot. de appell.in 6. & in contrarium pro iuſtificatione ſententiæ per appellatum nihil fuerit deductũ aut probatum, ſatis ſuperque de ſuo grauamine, & de ſententiæ iniquitate appellantem docuiſſe viſum
f fuit appellatis enim f incumbit producere proceſſum,& acta iuſtificatoria ſententiæ pro ſe latæ alias ſine alio dicta ſententia iniqua,& iniuſta præſumitur, & retractanda venit. Guid. Papa quæſt.20. Addentes ad Capel.Toloſ. quæſt.341. Neuiz.conſ.93. quis fecit,colum.4.& de commu.opin.Senat.Pedemon.deciſ.138.col.fin.& ſupra deciſ.64.

ANNOTATIONES.

a Vniuerſitatis. An vniuerſitas veniat appellatione perſonæ, vel hominis, vel vnius. vide Tiber Decian.conſil.10 numero 45.lib.1.& conſil.42.numero 12.lib.3.& an vniuerſitatis appellatione veniat caput, puta Magiſtratus ab ipſa creatos. vel epiſcopus ſibi a Papa datus. Decian.conſil.19. num.132. lib.3. vbi quod epiſcopus non venit, ſed bene Magiſtratus ab vniuerſitate creatus; vnde ſi aliquid fiat a Capite; hoc eſt, a magiſtratu, dicitur factum ab vniuerſitate, ſi tamen ita ſe habeat conſuetudo, a qua non eſſet diſcedendum, vt late conſuluit Cæpha. conſil.328.num.41.& ſeqq.lib.3.

b Corpus fictum. Et inanimatũ,& ideo ſine ſyndico non conuenitur. Rimin.iun.conſil.364.num.52.

c Delinquere poſſit. Quinimmo, quod plus eſt. Vniuerſitas obligatur ex delicto vnius de vniuerſitate etiam facto ſine Conſilio congregato, quoties delictum ipſum habet cauſam continuam, quia quotidie dicitur noviter delinquere, & ideo impoſſibile videtur, quod ſemel hoc non intellexerit vniuerſitas, ſicut dicimus quod licet Dominus nõ teneatur de delicto famuli, tamen fallit quando delictum habet cauſam continuam, quia quotidie dicitur delinquere, vt voluit Bald.circa fi.in l.1 C ſi quacunque præd.poteſta. Abb.in cap.conſtitutus. de teſtib. & in cap. cum cauſam,el primo.co.tit. Tiber. Decian.conſ.60.num.7.lib.1.

d Præuia deliberatione quid fiat. Cum alias conſenſus vniuerſitatis interuenire non videatur. Ruyn.conſil.107 num 5. lib.5. Pariſ.conſ.21.& 91.lib.4. Cæphal conſil.328.num. 16.lib.3. Per delicta enim diminuuntur iura Communitatis ob pœnam, quæ veniret imponenda, & ideo vbi tractatur de diminutione iurium Vniuerſitatis, conſenſus, & licentia debent eſſe ſolemnes, nec ſufficerent nuditer præſtiti Rimin.iun.conſ 405.num. 51. Quod,ſi eſt in ciuilibus, multo magis in criminalibus, in quibus ſemper præſumitur ad excluſionem delicti.l.merito,ff.pro ſoc. Quam concluſionem communem tradit poſt per ipſum relatos. Menoch,conſil 2.num. 35.

e Probanda eſt Niſi Vniuerſitas eſſet parua,& ex paucis ſocijs ibus conſiſtens, quo caſu propter paucitatem hominum præſumitur ſcientia, notitia. & patientia omnium. Pariſ. conſ.2.num.33.lib.4.Rimin.iun.conſ.6 num.73.

f Appellatis enim incumbit. Vide Magon.ſupra deciſ.64.num. 1.vbi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Venia in primis impetranda eſt ab eo, qui parentes conuenire intendit.*

2 *De iure communi nemo cogi poteſt ad compromittendum.*

3 *Filius cum patre litem habere regulariter non poteſt, num.5.7.*

4 *Sententia contra ſententiam non valet.*

5 *Filius non poteſt experiri cum pater in his quæ ad patrem tantum ſpectant.*

6 *Bona ad patrem tãtum ita quod nullo modo ad filium ſpectent, quæ ſint.*

7 *Filius in his quæ ſibi ſicuti ad patrem pertinent cum patre agit.*

8 *Alimenta per patrẽ filio debentur inſtinctu naturæ.*

9 *Alimenta negans anathema eſt, & turbat filium in ſtatu quaſi poſſeſſionis ſuæ filiationis.*

10 *Quæſtiones inter patrem, & filium vertentes intra domum dirimi congruentius eſt.*

11 *Ex officio an quis cogi poſſit ad compromittendum ſi non petatur.*

12 *Filius habitans ſeorſum a patre non eſt alimentandus ab eo.*

13 *Filius qui proprio exercitio victum quærit, a patre alimenta non petit.*

14 *Filius ducens vxorem dotatam non petit a patre alimenta.*

15 *Sententia qua pronunciatur compromiſſum fieri debere dicitur interlocutoria vim habens diffinitiuæ.*

16 *Statutum dicitur alterum ius commune in terris ſtatuentium.*

17 *Iudex non poteſt reuocare ſententiam, per quam iuriſdictio expirat.*

18 *Iudex poteſt ſuam ſententiam declarare.*

19 *Sententia conditionalis eſt inualida.*

20 *Sententia qua pronũciatur appellationem deſertam, & ſimiliter quando dicitur ad vlteriora non fore procedendum, dicitur interlocutoria vim habens diffinitiuæ, & reuocari poteſt.*

21 *Alimenta arbitrio iudicis præſtantur, licet certæ regulæ dari poſſint.*

22 *Non debent quis arctare victum ſuum pro alimentis præſtandis.*

23 *Alimenta non debentur ad menſuram legitimæ.*

24 *Alimenta non debentur ad ratam valoris patrimonij ſed fructuum.*

25 *Inter fructus pro alimentis decernendis computatur traſſicum quoque.*

26 *Si redditus non ſufficiunt non vendi debent bona magni valoris, ſed parui fructus pro alimentis præſtandis.*

27 *Niſi pro alimentis filiorum.*

28 *Educatio filiorum etiam ad feras beſtias pertinet.*

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

De compromiſſo inter patrem, & filium ſuper quaſtionibus inter eos uertentibus faciendo, & de quibus lis inter eos controuerti poſsit, & de alimentis filio a patre debitis, & qualiter praſtentur.

DECISIO LXXIII.

VINCENTIVS filius Andreæ
1 Bannellæ impetrata † venia inxta l.quiſque. §. parentes. ff. de in
ius vocan.l.fin. C.eo.tit.glo.in §.
pœn.inſtit. de actio. tradit ſenat.
Pedemont. deciſ. 31. egit aduerſus patrem ad præſtationem alimentorum, narrans.
ſe iam triennio elapſo vxorem dotatam duxiſſe, ac
mediante propria induſtria, & exercitio vſque tunc
ſibi familiæque victum paraſſe.

Nunc autem ob temporum calamitatem, & penuriam non valens amplius ſudore vultus ſui tantum ſuperlucrari, ut de neceſſarijs ad victum prouidere poſſit, petijt a patre de alimentis ſubminiſtrari pro modo facultatū, & fructuum patrimonij.

Et ad euitandos litis anfractus inſterit ſuper præmiſſis per eum petitis compromiſſum fieri iuxta formam ſtatutorum.

D.Ioſeph, Ludouicus Iudex primarum inſtātiarum in hæc verba pronunciauit videlicet ſeruatis. de iure ſeruandia compromiſſum fieri mandauit monendo partes ad primam ad dandum cedulam ſuſpectorum, & confidentium pro electione arbitrorum facienda.

Cum autem Vincentius accuſata patris contumacia inſtaret deueniri per curiam ex officio ad electionem arbitrorum, fuit replicatum ex aduerſo petita fieri non poſſe, nec debere, quia non fuerunt ſeruata de iure ſeruanda, iuxta tenorem ſententiæ.

D. Iudex ordinarius iterum interloquendo ſimpliciter pronunciauit compromitti debere monendo partes ad primam ad dandum cedulam ſuſpectorum, & confidentium, &c.

Ab huiuſmodi ordinatione Andreas ad nos recurſum habuit docendo ex tribus de ſuo grauamine, videlicet.

Primò, quia ſententia eſt lata contra ius expreſ-
2 ſe, cum de iure nemo † compromittere cogatur. l.
ſi dictum.§ ſi compromiſero.ff.de euict.Bart.in l.fur
ti.§.qui iuſſu.ff.de his qui no.infa. Bald. in l. ex ſti-
pulatione.C.de ſententia.
3 Secundò, quia lata ad fauorem filii, qui † cum patre litem nullam habere poteſt.l.lis nulla. ff.de iudi. l.fi. C.de in ius vocan. §. pœnales.cum ibi no.per glo. & Iaſ.inſtit.de actio.
4 Tertiò, quia lata † contra aliam eiuſdem D. Iudicis ſententiam, qua pronunciarat ſeruatis de iura ſeruandis compromiſſum fieri debere. l. 1. C.quando prouo.non eſt nec.& tradit Crauet.in conſ. 163. viſis, num. 4.

Quibus non obſtantibus diximus bene iudicatum, & male recurſum.

5 Moti, quia † & ſi is, qui in patria poteſtate degit
aduerſus eum experiri non poſſit.d.l.fina. de in ius
vocan. in his maxime, quæ non poſſunt niſi ad pa-
6 trem ſpectare, † vt ſunt olim & hodie bona profectitia, in quibus impoſſibile eſt iudicium ſtare inter patrem & filium, quia pater ſemper contenderet ſuper eo quod ad eum pertineret iure proprietatis, & poſſeſſionis, vt not. Aug. in d.l.lis nulla.
7 Tamen † in his quæ ad filium ſicuti ad patrem
a pertinere poſſunt, impetrata venia a inter eos iudi-
cium eſſe non prohibetur, ut in Caſtrenſi peculio,
& plerisque alijs de quibus, gl. in d.l.lis nulla. Dec.
in reg. 351. Socin. in regu. 244. Spec. in tit. de actore. §. 1. & inter alios caſus. glo. prædicta, ponit cauſam alimentorum, quorum occaſione lis inter patrem & filium conſiſtere poteſt, & eſt etiam expreſſum lib. 2. ſtatuto.cap.64. in fi. & tradit Marc. Man-
8 tu. in apoph. 427. nec mirum, quia † alimenta b fi-
b liis a patre debentur inſtinctu naturæ. inſtit. de iu.
nat. in princ. l. 2. C. de infan. expo. l. ſi quis a liberis.
§. ſi quis ex iis. ff. de lib. agno. & ne dum naturæ ne-
xu, ſed etiam de iure ciuili, vt poſt relatos not. Aſca.
9 ele. de patri. poteſta. in 17. effectu. nu. 8. ita quod † a-
limenta negans anathema ſit. can. ſi quis reliquerit
10 50. diſtin. & filium in † ſtatu quaſi poſſeſſionis ſuæ
filiationis turbare dicitur.

Cum itaque huiuſmodi lis vtroque iure, & ciuili, & municipali inter patrem & filium ſtare permittatur, non potuimus non arbitrari, quod inter eos (quorum proprium, & congruentius eſt intra domum controuerſias dirimere. l. congruentius. C. de patri. poteſta.) ad compromiſſum petitum deuenia-
11 tur † ad quod forte etiam nemine petente ex officio iudex eos compellere potuiſſet ſecundum Cuma. in conſi. 59. circa ſtatutum, licet contrarium ſit verius, & receptius, nam cum compromiſſi petitio ſit quædam exceptio fori declinatoria ſecundum Bar. in l. procurator ad exhibendum. ff. rem rat. hab. & declinatoria exceptio per partem non per iudicem opponi debet. l. 1. §. parui. ff. quod vi, aut clam merito niſi petatur compromiſſum fieri ex officio ad id nemo compelli poterit maxime, quia ſtatutum de compromiſſis faciendis loquitur, ſi petatur. Alex. conſi. 82. in cauſa, nu. 4. lib. 1. Maran. in Spec. aduo. par. 7. actu. 1. nu. 13. & de commu. opi. reſtatur Borrel. in tract. de compromiſ. §. 2. glo. 3. num. 5. niſi inter aliquos diu fuiſſet litigatum, & inde reſpublica inquietaretur, tunc enim ad compromittendum ex officio cogi poterunt. Ant. de Butr. in cap. vnico de muru. peti. & Lanfran. de Oria. in tracta. de compromiſſis. q. 45.

Et quamuis ex narratis per Vincentium conſtet eundem vxorem dotatam duxiſſe, ſeorſus a patre habitaſſe, & proprio exercitio victum ſibi paraſſe, quæ omnia de per ſe ſunt apta ad excuſandum patrem ab alimentorum præſtatione,

12 vt de primo † not. Bart. in l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi
filius. ff. de lib. agno. & in l. 1. C. de mendi. lib. 11. Ab-
ba. in c. 2. de conuerſ. in fi. Dec. conſ. 576. nu. 3. Ae-
13 mil. in conſi. 146. in præmiſſo de † ſecundo no. glo.
in cap. ſignificaſti de diuor. in verbo communis per
quam gl. ſie notat Pinel. in l. 1. in 1. par. nu. 54. C. de
bon. matr. & de commu. opin. Suarez recep. ſenten-
tia verbo filius, num. 184. De tertio vero Amanu,
ſing. 482. & generaliter de omnibus. Borg. in tracta,
de vſufr. muli. relic. nu. 189.

Tamen cum ſuper his non fuerit pro parte patris
factum aliquod fundamentum neque tempeſtiue
15 oppoſitum, & eſſemus † in interlocutoria vim ta-
men diffinitiuæ habente. Anchar. conſilio 437. non
potuimus neque debebamus illa attendere, quia re-
ſpiciebat merita, de quibus coram arbitris erat co-
gnoſcendum, & habent iſthæc ſua antidota.

Non obſtat primum, quia fuit pronunciatum ſe-
16 cundum formam ſtatuti, quod † alterum ius com-
c munes dicitur eſſe in terris ſtatuentium. Goza. con
ſil. 79. num 13. Rim. conſi. 35. nu. 6. lib. 2. immo iure
communi potentius, vt firmat Soc. iun. conſ. 67. pri
ma, nu. 64. lib. 2.

Non obſtat ſecundum de lite inter patrem & fi-
lium non ſubſiſtente, quia contrarium in caſu iſto
alimentorum verius eſſe deductum eſt.

17 Nec obſtat † tertium, quod non potuerit reuoca-
re primum pronunciam. per quam eius officium ex
pirarat. l. dicere de arbit. Bart. in l. quod iuſſit, nu. 9.
ff. de re iudic. Franc. in cap. cum ceſſante, num. 11.
de appell.

Quia reſpondetur ſecundam non eſſe reuocato-
riam primæ, ſed confirmatoriam, & nullatenus con
trariam, licet in ſecunda non reputaotur illa verba
ſeruatis de iure ſeruandis, quæ verba otioſe ſtabant
in ſententia, quia nihil de iure erat ſeruandum, &
tanquam inutilia, quod vtile erat, non habent vi-
tiare, & dum dicebatur debere probari filiationem,
reſpondebatur hoc non eſſe negatum a patre, qui
etiam in tali caſu negatæ filiationis durante lite fi-
liationis teneretur alere filium. Couarru. prac. que-
ſtio. cap. 6. num. 8. Rebuff. de ſenten. prouiſio. artic.
1. glo. 2.

Præterea illa prima pronuncia erat nimis obſcu-
18 ra, ideo † potuit per eundem declarari Bald. in l. vo-
luntates, colum. 3. C. de fideicommiſſ. Caſtren. con-
ſilio 338. quia, columna 2. libro 1. Gemin. conſi. 33.
colum. fin.

Rurſus recurrens appellat primam ſententiam
conditionalem, & ſic tanquam incerta, & nihil de-
19 terminās, & partes ipſas ancipites reddens † nullius
roboris erat ad nota. per Vant. de nullit. ex defect.
proceſſ. num. 107. & ſeq. merito potuit per eundem
iudicem iterum, & ſecundo in eadem cauſa pronun
ciare ſtante nullitate primæ. Menoch. de arbitr. iud.
20 lib. 1. quæſtio. 67. num. 1. immo † ſicut iudex ordi-
narius poteſt indiſtincte reuocare prouinciam ab
obſeruatione iudicij, & interlocutoriam ad vlterio-
ra non eſſe procedendum, & appellationem deſer-
tam, quæ vim habent diffinitiuæ, ut tradit Franc. d.
cap. cum ceſſante, num. 11. de appellat. Matheſil. in
l. ſi præſes, num. 8. C. quo, & quando iud. ita, & hanc
reuocare potuiſſe dicendum eſt, quæ eſt eiuſdem
naturæ. Anchar. dicto conſ. 437. num. 1.

Qualiter autem alimenta filio a patre præſten-
21 tur, licet † arbitrio iudicis reponatur. l. 2. ff. vbi pu-
pil. educa. debe. Bal. in l. voluntatis. col. 2. C. de fidei-
commiſs. Crauet. conſi. 189. quando fœmina. num.
10. dantur tamen in iure certæ regulæ pro inſtru-
ctione iudicum, quæ in caſu iſto, vbi agitur contra
patrem minus largis facultatibus pollentem, pluri
mum conferunt, videlicet,

Quod debeantur alimenta caſu quo vtrique fa-
22 cultates ad alimenta ſuppetant, † alias pater non
tenetur arctare victum ſuum propter alium. l. 1. §.
preterea, & ibi Bal. no. ff. de tute. & ratio diſtra. quia
ordinata charitas incipit a ſeipſo, vt poſt relatos tra-
dit Benint. deciſ. 89. nu. 5. Natta, conſil. 387. in que-
ſtione, num. 8.

23 Item † quod non debeantur ad menſuram legi-
timæ, vt placuit Dec. in cōſ. 180. & 181. ac Ripę lib.
3. reſpon. c. 15. contra quos valide inſurgit Vaſq. de
24 ſucceſſio creatio. §. 21. 7. limit. nu. 137. neque † ad
ratam ualoris patrimonij alere debentis, ſed ſecun-
dum uires fructuum ſeu reddituum patrimonij. l.
ius alimentorum. in prin. ff. vbi pupil. edu. de l. Impe
rator in fin. ff. ad Trebell. Bolog. in addit. ad Ana. in
conſ. 13. Ioan. de Ami. conſ. 56. in curia Benint. d. de
ciſ. 89. nu. 5. Rolan. conſil. 22. circa primum nu. 21.
lib. 1. & tradit alios plures allegans Menoch. de arb.
iudi. lib. 2. cent. 2. caſu 169. num. 3. & Aſca. clem. de
patri. poteſta. in 17. effectu. nu. 37.

25 Inter † quos fructus, & redditus ratio habenda
erit etiam trafici ipſius patris, ut firmat Natta; in
conſi. 48. in præſenti col. 2.

26 Quod † ſi deductis prius alimentis debitis alere
debenti, aliquid non ſuperſit, tunc nihil alteri ali-
mentorum nomine præſtandum, neque ad vendi-
tionem immobilium deueniri debere, conſuluit Bar
ba. in conſ. 63. præclare ſcribitur circa princip. lib. 2.
ſequitur Natt. d. conſi. 387. num. 8. Rolan. d. conſil.
22. num. 21. & Menoch. d. caſu 169. nu. 3. ubi alios
allegant.

27 Quod † tamen limitat Natt. in d. conſ. 48. proce-
dere in alimentis debitis per heredem ex diſpoſitio-
ne teſtatoris, ut hoc caſu alimenta debeantur ſecun
dum uires patrimonij relicti, & non teneatur heres
vendere rē magni valoris, & modici fructus, vt vbe-
riora præſtentur alimenta, & hoc quia legatarius
certat de lucro captando, ſecus in filio certanti de
damno vitādo, qui quaſi creditor dicitur alimento-
rum, ſibi debitorum, pro quo alendo pater debet
vendere bona immobilia parui redditus, ut ſatisfa-
ciat eius debito, ad quod omni naturali, & humano
28 iure tenetur, † quia educatio filiorum etiam ad
feras beſtias pertinet. l. 1. §. ius naturale. ff. de iuſti. &
iu. & latius per eum d. conſil. 48. vbicunque enim
debentur alimenta alicui, qui futurus ſit dominus
d. bonorum, vt eſt filius, qui viuente patre quaſi do-
minus eſt, tūc poſſunt prædicta bona alienari. Imol.
in l. Impera. ff. ad Trebell. tradit etiam Ioan. Anton.
Trigo. in ſing. 15.

ANNO-

Digitized by Google

ANNOTATIONES.

a Impetrata venia. Late in materia, vide Rolan. conſ. 18. libro 2. & quæſiuit perſonæ, quæ uocari non poſſint ſine venia, vide apud Boer. deciſ. 73 1. num. 2. Quid ſi filius fuerit citatus a patre, ſeruus a domino, vaſallus a ſuperiore, an poterit comparere ad reſpondendum. & ſe defendendum ſine venia etiam citando patrem, dominũ, & ſuperiorem, quod ſic. Iaſ. in l. 10 prouincialis. §. ſi procurator, ſub num. 4 ff. de procurat.

b Qui alimenta. Et aduerte, quod quando pater eſt paratus præſtare filio alimenta in domo, nõ tenetur præſtare extra domum, niſi ſubſit legitima cauſa, quod filius habitet extra domum. Caſtr. in l quidam cum filium. col. 2 ff. de verbo. oblig. ſequitur ibi Alex. in addit. ad Bart. Soc. iunior, conſi. 15. lib 2. Ang. conſ. 38. primo to. matrimoniali. Burſat. conſ. 87. num. 20 quod procedit in foro contentioſo, ſecus autem eſt in foro conſcientiæ. Bart. in l 1. §. competit. ff. de mul. vent. nom. & an pater teneatur ad alimenta filio præſtita per alium, & quę veniant alimentorum appellatione, vide late apud Rimin. iun. conſ. 132. & an, & quando filius nubens inuito patre poſſit priuari alimentis idem Rimin. conſ. 132. per tot. & quod pater non teneatur, quando filius aliunde, & ex ſua induſtria poſſet ſe alere. Bart. in l. 1. C. de medic valit. Decian. conſ. 9. nu. 43. vbi declarat, numero 50. libro 1. conſil. 70. numero 6 libro 2. & conſil. 112. num. 6 lib 3. & an filijs ſpurijs debeantur, & quando, & quomodo taxari debeant. Idem Decian. conſil. 50. lib. 2. per totum.

c Alterum ius commune. Etiam reſpectu locorum, qui ciuitati ſtatuenti ſubſunt. Roman. conſi. 218. Noni. conſil. 15. numero 1.

SVMMARIVM.

1 *Agenti recuperandæ remedio poteſt opponi nunquam poſſediſſe, neque poſſidere potuiſſe.*

2 *Plures teſtes paucioribus præferendi.*

3 *Teſtes vicini præferuntur non vicinis.*

4 *Teſtes de antiquiori poſſeſſione præferuntur teſtibus de iuniori aſſerentibus.*

5 *In dubium pro poſſeſſore pronunciandum.*

6 *Teſtis de auditu non probat.*

7 *Teſtis non debet argumentari, nec imaginatiuè deponere.*

8 *Probatio, quia vicinus non vera, ſed præſumptiua probatio eſt.*

9 *In poſſeſſorio ſimpliciter, & de per ſe intentato plene probationes requiruntur.*

10 *Teſtis de credulitate non probat.*

11 *Teſtis, an repeti poſſit.*

12 *Teſtis varius ſuper facto de præterito, cui fuit præſens non probat.*

13 *Teſtis ſuper articulis reiectis examinatus non probat.*

14 *Socer non eſt idoneus teſtis.*

15 *Teſtis habens affectionem ad cauſam non probat.*

16 *Dictio vltra tanquam incerta nihil operatur in teſte.*

17 *Teſtis falſus in vno non probat in reliquis.*

18 *Declaratur non procedere in dicente falſum erroneè, & ignoranter.*

19 *In poſſeſſorio recuperandæ licet nõ ſit neceſſe reſeruare iura dominij, tamen quandoque non eſt inutile.*

ARGVMENTVM.

In materia teſtium.

DECISIO LXXIIII.

IN cauſa illorum de Landinis de
Rota agebatur remedio reintegrandę.
Reus excipiebat inter
alia actorem nunquam poſſediſſe,
neque poſſidere potuiſſe,
hęc autem exceptio admittebatur,
1 tur, † quia per eam, nihil contra poſſeſſorium dici
uideatur, ſed tantum negetur poſſeſſio, qua ceſſan
te fruſtra quęritur de eius expoliatione, cum ſine
habitu pręcedenti non detur priuatio. l. decem. ff.
de verbor. obliga. & ſumebatur hęc Theorica ex tra
ditis per glo. in Can. quo iure, 8. diſtin. & in princ.
23. q. 7. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune, nu-
mero 24. & ibi Rip. nu. 81. de acquir. poſſ. Menoch.
de recup. poſſ. remed. 15. num. 433. Natta, conſilio
474. numero 37. Rimin. iun. conſilio 66. proponi-
tur, num. 8.

Vtraque parte ad numeroſam teſtium inductio-
nem conuolante, actor qui numero plures paucio-
2 ribus † præferendos habebat. c. in noſtra. de teſtibus,
& ibi Ancha. num. 1. Alexan. conſi. 212. lib. 2. in an-
tiquis impreſſionibus cum concord. per Burſat. in
conſi. 89. num. 7. & 97. num. 32. vti teſtium plura-
litate ſuperiorem, ita & in iure potiorem ſe eſſe exi-
3 ſtimabat † maxime cum ex dictis teſtibus nonnulli
eſſent vicini, qui magis attendendi erant, quam nõ
vicini præcipue in materia poſſeſſoria. Bald. in c. 1.
§. ſi tres. de pace iur. firman. refert Ant. Gabr. lib. 1.
de teſtib. concluſio. 4. num. 64. & de præſumpt. con-
cluſ. 6. num. 6.

Tandem cum teſtes actoris in alio non inſeruie-
rint, quam ad faciendum numerum, & teſtes rei cõ-
uenti, licet pauciores virtualiter tamen illius inten
tionem melius probarint in antiquiori maxime
4 poſſeſſione, merito † fuerunt præferendi atteſtanti-
bus de iuniore Alexan. d. conſi. 222. glo. in l. ob car-
men. §. fina. ff. de teſti. Barba. conſi. 6. lib. 2. & in cap.
licet cauſam, num. 53. de probat. Gramma. conſilio
113. num. 2. ciuili. Bald. conſil. 445. num. 11. libro 5.
Hierony. de Mont. de finibus, cap. 59. num. 4. & 67.
5 num. 2. † vbi etiam dicit in dubijs ſemper pro poſ-
ſeſſore pronunciandum. Grat. conſil. 9. num. 189.
& ſeq. lib. 1. late Aemil. conſil. 50. num. 15. & ſeq. &
ideo concluſum fuit ad fauorem rei abſoluendo
eam à petitis cũ reſeruatione iurium proprietatis
vtique parti.

Neque aliquod fundamentum erat faciendum
in teſtibus actoris, videlicet in Piero primo in or-
dine.

Quia dum ſatagebat probare poſſeſſionẽ Fran-
ciſci patris actoris de annis 30. de auditu tantum
6 aſſerit, † qui non probat, ut firmat Rota Bono. de-
ciſio. 67. & in terminis poſſeſſorijs, vbi agitur de
probanda actuali poſſeſſione, quod teſtimonium
auditus non probet, tradit Alex. conſi. 99. in fi. lib. 2.
Dec. conſi. 82.

Item ſecundus nihil faciebat, quia circa eandem
7 poſſeſſionem Franciſci in eius teſtificatu † argu-
mentatur magis, quam deponat, & teſtis deponens
per

per imaginarias præſumptiones, & non per ſenſum
corporis non probat. Pariſ. conſilio 79. numero 9.
lib. 1.

Et licet iſta videatur ſatis apte deponere, dum
in cauſa ſciẽtiæ, a qua dictum regulatur dicat ſe ſci
re tanquam vicinus ſecundum Bal. d. cap. 1. & per
Felyn. in c. in literis. de præſump. Tamen hoc genus
8 probationis, quia vicinus † non eſt vera probatio,
a ſed præſumptiua, a vt declarat Felyn. in d. cap. in li-
teris. colum. fina. & cum eſſemus in poſſeſſorio non
præordinato ad aliud petitorium, ſed de per ſe ſim-
pliciter intentatum aptum parare plenum præiudi
9 cium, plenæ, † & veræ probationes requirebantur,
vt de veriori, & commu. opin. teſtatur Contar. in l.
1. in rationibus decidendi, num. 12. & ſeq. C. ſi de
momen. poſſeſſ. Rota Bono. deciſio. 62. merito non
concludit, vltra quod cedere deberet veris proba-
tionibus aduerſarij. Crauet. conſil. 6. num. 19.
10 Cæſar tertius ſimiliter nihil probat, quia † de
credulitate deponit gloſſ. ordinaria in l. teſtium de
teſtibus c. quoties. eod. tit. de communi opi. Abb.
in cap. quoties.

Nec obſtat, quod duo ex his in ſecunda inſtan-
tia repetiti aliter deponant, videlicet de viſu, vbi
iam dixerant de auditu, quia omiſſa indagatione,
11 an † reperti potuerint b cum ſatis dubia ſit quæ-
b ſtio per ea, quæ pro parte negatiua, dixit Roland. a
Valle, in conſ. 45. lib. 2. & pro affirmatiua Viui. ad
comm. opi. verbo teſtis in cauſa principali.
12 Tamen ex quo iſti reperiebantur † varij ſuper
eo, de quo ab alijs ſe informari non potuerunt; id
eſt ſuper facto de præterito, cui præſentes fuerunt;
nec in eis poteſt præſumi obliuio, ita quod eodem
tempore ſe vidiſſe, & non vidiſſe dici poſſint; non
creditur eis. Bald. in cap. 1. de controuer. inueſti. &
not. tradit Aret. in conſ. 71. diligenter, col. 1.
13 Præterea eorum alter deponit † ſuper articulis
reiectis, & ſic fidem non facit Doctor. in l. ſi duo
patroni. ff. de iureiur. Menoch. conſilio 60. numero
27. Anto. Gabr. libro 1. de reſtit. concluſio. 21. nu-
mero 33.

Nihil etiam facit depoſitio Alexandri Quarti
in ordine, quia duplici morbo laborabat, videlicet
14 & † ſocer eſt actoris, qui loco parentis eſt; l. quia
parentis. ff. ſolu. mat. Stepha. Aufre. de repro. reſtit.
15 num. 89. & quia habere † affectionem in cauſa, pro
fitetur Pariſ. conſilio 98. num. 17. & conſ. 15. num.
20. lib. 2. Neuiza. conſil. 47. num. 13. Soc. iun. conſ.
87. num. 25. lib. 2.

Similiter non releuat in aliquo producentem at-
teſtatio Simonis V. teſtis, quia & ipſe extra articu-
los vagatur.

Prout nec depoſitio Paganuccij ſexti in ordine
quicquam prodeſt agenti, qui cum de poſſeſſione
Franciſci deponere conatur, dicit de 20. annis, &
vltra, & non euacuat depoſitionem teſtium aduer-
ſarij concludenter deponentium de poſſeſſione
16 rei per 30. annos. † dictio enim vltra tanquam in-
certa nihil operatur. Rimin. conſil. 300. lib. 2. & eſt
commune dictum, quod ſequitur Panor. cap. tuæ.
de ſponſa. impe. Ruin. conſ. 36. num. 6. lib. 4. Cano.
in cap. licet cauſam. de proba.

Non obſtat, quod obijciebatur Marco in teſtem
a reo inducto, dicenti ſe cognouiſſe Franciſcum pa-
trem actoris a 20. annis citra, cum longe ante mor-
17 tuus dicatur, & ſic † vti falſum deponens non pro-
bet. c. ſi ſcripturas, & ibi gl. diſtin. 9. c. ſi teſtes, 3. q. 4.
& in c. in noſtra. de teſtibus.

Quia nec per actorem eſt probatum de præci-
ſo tempore mortis Franciſci, cum eius teſtes alij de
10. alij de 26. quidam de 28. nonnulli de 22. anno
deponant, & eius veritas ignoratur, quod multipli-
citer intelligitur. Bald. in l. liberti libertæque. col. 3.
verſ. ſed oppono. C. de ope. liber. & in l. data. C. qui
accuſa. colum. 8.

Præterea, quod dicitur de falſo teſte in vno, quod
18 in omnibus reprobetur, non procedit † in atte-
ſtante falſum ignoranter, quando aliquo probabili
errore ductus illud credidit, quod depoſuit, veluti
ſi ſuper facto de longinquo teſtimonium dicat, vt
eſt de morte Franciſci, quo caſu in eo probabilis
cadit obliuio, vt in terminis tradit Ruin. conſ. 54.
num. 5. lib. 4.

Reſeruauimus vtrique parti ius proprietatis,
19 nam licet non fuerit † neceſſarium id facere cum
poſſeſſorium non pariat præiudicium in petitorio,
tamen in proceſſu aliquid deducebatur, quod pe-
titorium languebat, ne igitur ex noſtra ſentẽtia vl-
lum præiudicium fiat proprietati, ad tollendas diffi
cultatis reſeruationem præfatam adiecimus ſecu-
ti veſtigiam Bellame. & aliorum, quos refert, & ſe-
quitur Contar. d. l. 1. in notab. num. 17. C. ſi de mo-
men. poſſeſſ.

ANNOTATIONES.

a Sed præſumptiua. Immo eſt vera probatio in ſubſtantia, licet
in cauſa, vel ratione concludat præſumptiue, quod eſt ma-
gni effectus, vt notantur declarat Bolog. in l. 1. nu. 36. ff. ſi
cer pet. quo loci materiam hanc a nu. 31. vſque ad num.
36. more ſuo elegantiſſime, & ſubtiliter explicat.

b An repeti potuerint. Communis opin. canoniſtarũ eſt, quod
teſtes in cauſa appellationis non poſſint repeti ſuper iiſdẽ,
vel directo contrarijs per tex. in clemen. 2. de teſtib. & tra-
dunt canon. in c. fraternitatis. extra de teſtib. Lanfran. in c.
quoniam contra verb. teſtium depoſitiones, num. 10. de
proba, & ſecundum Anto. Imol. & Felyn. in d. cap. frater-
nitatis hæc opin. ſeruatur in vtroque foro, licet Bald. ad
Spec. in tit. de appella. verſ. nota, quod ſecundum ius ciui-
le, dicat in foro Cæſaris eſſe ſeruandam opinionem legi-
ſtarum. Quam negatiuam opin. declara, vt non ex hoc cen
ſeatur prohibita productio teſtium ſuper his, quæ fuerunt
ad legata in prima inſtantia, & tamen teſtes non fuerũt ſu-
per his allegationibus examinati, nam poterit quis in cau
ſa appellationis producere teſtes ad probanda allegata an-
te ſententiam, & etiam ea quæ ſunt contraria de directo
præfatis allegationibus, quas eius aduerſarius in iudicio
deduxerit, modo non fuerint de his teſtes interrogati, &
examinati in prima inſtantia, vt docet Carol. Innoc. & Fe-
lyn. num. 34. in cap. cum Ioan. de fid. inſtrumen. quod &
iuri conſonum eſſe teſtatur. Didac. Couar. pract. qq. cap.
18. num. 6. & quod vtrobique ſeruetur, decif. d. clem. 2. &
opin. Canoniſt. magis communem teſtatur. Hier. commu.
opin. concl. 93. quicquid dicat Micha. Graſſ. commu. opin.
cap. 17. lib. 2. quæſt. 30. In prima autem inſtantia, quod te-
ſtium repetitio, & examinatio fieri non poſſit poſt publi-
catas atteſtationes etiam de æquitate. Roland. conſil. 52.
lib. 4. & vide Ant. Gab. commun. conclu. tit. de teſtib. con-
cluſ. 21. & Corrad. in ſuo Breuiar. tit. de teſtib. verb. dicta
teſtium aſſumendo, num. 47.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Locator propter propriam indigentiam poteſt a locatione diſcedere, num. 6.*
2 *Pactum de non expellendo conductorem, an operatur in caſu propria indigentia.*
3 *Inſtrumentum liquidari oportet.*
4 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*
5 *Et eſt eiuſdem iuris, ac potentiæ cum defuncto.*
6 *Locatoris indigentia qualis eße debeat, vt locationem infringat.*
7 *Neceßitas, & indigentia locatoris debet ſuperuenire, & eße talis, quæ non potuerit prouideri.*
8 *Futurorum proſpectus ad ſapientem ſpectat.*
9 *Solutionis anticipatæ penſionis receptio facit præſumi renunciatum iuri, & facultati expellendi.*
10 *Recipiens vſuras paciſci videtur de non petendo ſorte durante tempore vſura ſoluta.*
11 *Iniquum eſt propria manu ſibi debitores facere.*
12 *Teſti de proprio commodo tractanti non creditur.*
13 *Vxor non recipitur in teſtem pro viro, nec probat.*
14 *Teſti in eo, quod proprium commodum non tractat credi debet.*
15 *Facere non dicitur, qui vult facere.*
16 *Voluntas non applicata ad aliquam diſpoſitionem dicitur mentalis, & ſuffocata.*
17 *Verba volo facere, & ſimilia diſpoſitionem non inducunt.*
18 *Teſtes a competenti iudice, vel de competentis iudicis mandato examinari debent.*

ARGVMENTVM.

An, & quando locator poſsit a locatione diſcedere propter neceſsitatem rei in proprios uſus, & qualis eße debeat hæc neceſsitas.

DECISIO LXXV.

MAGNIFICVS D. Stephanus Martius filius, & hæres D. Claræ locatricis domus, de qua agebatur mortua matre, & antequam tempus locationis expiraret iudicialiter intimauit Mag. D. Ioanni Baptiſtæ Santuccio conductori, quod finito tempore locationis a matre factæ non intendebat in ea
1 amplius continuare, quia ſic ſibi placebat, & † quia in proprios vſus neceſſarios indigebat iuxta diſpoſitionem ſtatuti, lib. 2. cap. 103. & l. ædem. C. loca. & c. propter. §. verum. extra eo. tit. & in perſona hæredis, decidit Angel. conſ. 2. præmitto primo, col. 2. in princ. c. per Felyn. in conſ. 43.
2 Quod eo magis ſibi licere putabat, † quia nullum pactum de non expellendo in locatio. inſtrumento repetiebatur appoſitum ad no. per Doctor. in d. l. ædem, & d. c. propter, & per Dec. in conſ. 667. num. 8. & 473. licet Natt. in conſ. 416. affirmet tale
a pactum [a] locationis reſciſſionem non operari ob ſuperuenientem neceſſitatem locatoris, de quo Corn. conſ. 103. col. pen. in fi. lib. 2. Grat. conſ. 1. col. 3. lib. 1. Fely. conſi. 43. in princ. Natta, conſ. 25. late Couatr. lib. 2. varia. reſol. c. 15. num. 4. & ob id obtinuit præceptum de dimittendo in forma vigore ſtatuti, lib. 1. c. 167.
3 Et producto inſtrumento locationis † factaque illius liquidatione circa mortem matris locatricis, filiationis, & aditionis hæreditatis reſpectiue, iuxta tradita per Doct. in l. neceſſariis. ff. de acq. hæred. & per Rolan. a Valle, in conſ. 20. lib. 1. inſtetit coram D. Iudice ordinario ſeu primarum inſtantiarum pro confirmatione præcepti, & obtinuit.

A qua ordinatione Mag. D. Ioannes Baptiſta ad nos recurrens, ad docendum de ſuo grauamine allegabat nouam reconductionem a Dom. Clara per ſex menſes, & per dictum tempus anticipatam ſolutionem penſionis factam, quam per teſtes probare, & per apocham ex particulari priuilegio colonorum, & conductorum conabatur, cum alias ſolutionis probatio fieri nequeat, niſi publico inſtrumẽto, vel priuata eius, contra quem agitur, ſcriptura, vt habetur, lib. 1. ſtatu. c. 189. ex quibus dicebat locationem non eſſe finitam, & non teneri dimittere obſtante alio ſtatuto, lib. 2. cap. 103. de re locata non renocat durante termino locationis. Nec obſtare dicebat cauſam allegatæ neceſſitatis, & pro-
4 prij vſus, quia vti hæres locatricis † eius perſonam
b repræſentans. [b] l. hæres, & l. cęptam. ff. de vſucap.
5 † eiuſdem potentiæ, & iuris eſſe debet, cuius defunctus erat. l. hæredem. l. qui in ius. l. nemo plus commodi. ff. de reg. iu. & locationis non contrauenitę, l. emptorem, & l. ſeq. & vtrobique Doct. C. loca. vnde ſicuti locatricis ſimplex neceſſitatis allegatio non prodeſſet ad infringendam locationem, ita nec eius hæredi, ex cuius perſona ius creditorum non alteratur.
6 Nam, quod dicitur † locatorem poſſe ex cauſa neceſſarij proprij uſus a locatione diſcedere communiter declaratur ſi neceſſitas ſuperueniat poſt locationem, veluti, ſi uxorem ducat, vel reparatione indigeat, ut no. glo. & Doct. in d. l. ædem, & d. ca. propter. ubi Imo. num. 29. & d. c. 103. Pract. Pap. in for. libel. ad ficti præſta. glo. inueſtitus, nu. 7. Corne. d. conſi. 103. col. pen. Soc. conſi 86. lib. 1. & conſil. 2.
7 lib. 3. † & talis neceſſitas debet eſſe talis, qua præuideri non potuerit, quia vt dicit Ang. in d. l. ædem nõ ſuffieit dicere indigeo pro me, niſi noua neceſſita-
8 tis cauſa appareat, & † licet proſpectus futurorum ad ſapientem ſpectet, neque ob id ſoleat damno affici non cogitans, tamen quando præſentis ſtatus qualitate attenta poteſt præcaueri, non conuenti imputatur, ut inquit Bald. in d. l. ædem. num. 11. at hic nullus caſus proponebatur contigiſſe, qui reſciſſioni probabilem cauſam daret.
9 Accedebat ſolutio anticipata penſionis † per quam recipiens cenſetur renũciare iuri, & facultati expellendi. Bal. in d. l. ædem. Ant. Gab. lib. 3. de locat. concluſ. 4. in fi. facit l. qui in futurum. ff. de pact.

† ubi

Digitized by Google

10 † ubi recipiens uſuras videtur paciſci de nõ peten-
do ſortem durante tempore, pro quo vſuræ ſolutæ
ſint, & recipiens cenſum ratificationem contractus
facit Bero. in conſi. 187. nu. 3. lib. 1.

Quibus non obſtantibus contrarium votatum
fuit ex eo, quod conductor defecerat in ſalutari pro
bationis, nam priuata ſcriptura, qua vtebatur erat
in formis; & ſine debita teſtium ſubſcriptione no-
tata, vt communiter traduut Doct. in l. admouendi.
de iureiur. Couar. pract. q. cap. 22. & erat ſcripta ma-
nu eiuſdem conductoris, ad cuius fauorem illi non
11 ſtatur, cum iniquum eſſe videatur, quod quu pro-
pria annotationes manu ſibi debitores faciat, dicit
text. in l. fi. C. de conue. fiſci debito. lib. 10. & quam-
uis d. ſcriptura eſſet ſubſcripta ab vno teſte, & admi-
niculata per depoſitionem vxoris eiuſdem teſtis, ta-
men neutrum fuit attendendum.

12 Quia teſtis † tractabat de ſuo commodo ad Bart.
in l. deferre. ff. de iure fiſci. Bertr. conſil. 118. num. 3.
lib. 2. Crauet. conſ. 99. & eodem reſpectu eius quo-
13 que uxor † repellebatur, quæ cum ſit vna, & eadem
caro, eadem voluntas cum ſuo viro ratione affectio-
nis, & continuæ habitationis, non minus in cauſa
viri, quam conductoris deponere videbatur, & ideo
redditur ſuſpecta, glo. & Bald. in l. parentes, & in l.
etiam. de teſtibus. Gramma. deciſ. 73. num. 19. vbi de
commu. opin. gl. in ſumma. 1. q. 5.

Nec refragabatur, dum dicebatur, quod ſi iſti te-
ſtes non probent reſpectu ſolutionis penſionis in
quo proprium commodum conſiderari poterat,
14 † ſaltem probare debuiſſent in his, quæ eorum com
modum effugiunt, & ſic circa relocationem eis eſſe
credendum. Alex. conſi. 197. nu. 5. lib. 7. Ruy. conſi.
41. nu. 4. lib. 4. quia nec adhuc de prætenſa reloca-
tione concludenter deponunt.

Dicunt enim ſæpius audiuiſſe a D. Clara dicen-
te ſe velle perſeuerare cum d. conductore in loca-
tione, qui quidem modus dicendi nihil ponit in eſ-
ſe, & non eſt diſpoſitiuus aliquo modo, quod ideo
15 dicatur facta relocatio. nam † non dicitur facere
is, qui vult facere ſeu ſe velle facere dicit, ſicuti non
dicitur adire, qui velle adire profitetur, niſi talis vo-
luntas alicui actui diſpoſitiuo applicetur, alias tan-
tum diſtat concepiſſe in mente, a, feciſſe quantum
16 perfectum ab imperfecto cum igitur † uoluntas
Dominæ Claræ, circa relocationem non tranſie-
rit in aliquam diſpoſitionem tanquam mentalis, &
in lucem non edita, & pro ſuffocata habenda eſt,
vt inquit Iaſon, in conſilio 22. columna 2. libro 3.
& vt dicit Caſtrenſ. in l. recuſare, numero 2. ff. de
acquirenda hæreditate, eſt potius quædam deſti-
natio ſeu propoſitum, quam uoluntas, quæ ſi non
deducatur ad aliquam diſpoſitionem abortiua vo-
luntas dicitur ad ſimilitudinem poſthumi in vte-
ro concepti, & non nati ſecundum Bald. in l. prima,
numero 32. C. qui admi. l. fina. C. de poſthum. hæ-
red. inſtit.

17 Verba enim † volo tecum contrahere, volo te
in vxorem ducere, & ſimilia diſpoſitionem non in-
ducunt, ſed quandam declarationem ad actum fu-
turum faciendum arguunt, vt dicit Ioan. Andr.
in ca. ex literis, il primo, de ſponſ. & tradit Natta, in
conſi. 250. per totum. Coru. conſ. 91. col. 2. in fi. lib.
3. Neuiz. conſ. 98. nu. 15.

Fuit etiam animaduerſum teſtes præfatos fore
examinatos a non competenti iudice, & de non
18 competentis iudicis licentia, † vt de iure fieri de-
bebat gloſſ. & Doctores, in l. hac conſultiſſima.
C. de teſtamen. Bald. in capit. cum cauſam, nume-
ro 26. eodem tit. & contra expreſſam formam ca-
pitulorum Rotæ diſponentis in cauſis vertenti-
ſius coram ordinario, & Rota teſtes examinari de-
bet per Dominum Conſultorem merito nulliter,
&c. Viui. in communi opinione, verbo teſtium
examinatio.

Cui quidem conductori obſtabat etiam præci-
tatorum ſtatutorum diſpoſitio, quibus cauetur,
quod ab huiuſmodi præceptis recurſus, & appel-
latio prohibeatur, & not. Gramma. deciſio. 58. nu-
mero 15. & pro hac noſtra concluſione allegaba-
tur in terminis, text. l. qui ad certum tempus. ff. lo-
cati, &c.

ANNOTATIONES.

a Tale pactum. Contra hic allegatos, quod pactũ, videlicet de non expellendo impediat reſolutionem contractus locationis iuxta opinionem. Ang. in l. ædem. C. loca. etiam ſuperueniente neceſſitate locatoris, tenet Cæphal. conſ. 199. nu. 16. & 257. num. 29. lib. .. Rimin. iun. conſ. 225. num. 11. cum adductis per eos.

b Per eius perſonam repræſentans. Hinc eſt, quod ſtatutum concedens debitorem poſſe capi & carcerari locum habet etiã contra hæredem Bart. Angel. & alij in l. poſtulantem. ff. ad Trebell. Decia. & Cagnol. in l. hæredem. ff. de regulis iuris. Et ſtatutum tribuens executionem inſtrumento poterit etiam intentari contra hæredem debitoris, licet in inſtrumento non nominatum, quia ſatis eſt, quod eius obligatio, ibi virtualiter contineatur. Angel. in l. prima. ff. de his, quæ in teſtamen. delent. vbi Imol. ſequitur Alexan. in l. in ratione. § filio. ff. ad legem Falcid. Natta. conſil. 450. nume. 3. concludens hæredem compelli poſſe ad id. quod poterat defunctus. Rimin. iunior, conſilio 136. numero 1. & conſilio 451. numero 1. hæres enim in obligationibus paſſiuis eo modo præciſe tenetur, quo defunctus tenebatur. Cæphal. conſi. 497. numero 78. libro 4. & conſil. 674. numero 46 libro quinto. & quod hæres in iure creato, & formato in perſonam defuncti ante eius mortem ſit eiuſdem iuris cum defuncto Aretin. conſilio 128. columna 1. verſ. non obſtat. Rolan. conſil. 50. numero 8. libro 2. Hippol. Rimin. conſilio 197 numero 17. Cæphal. conſi. 497. numero 77. libro 4. ſecus in non creato, & non formato ante mortem defuncti. Rolan. conſilio 6. numero 15. libro 3. Quam concluſionem declara procedere in hærede primo, non autem in hærede hæredis, & vlteriori. ne daretur pluralitas fictionum. Rimin. iunior, conſi. 13. numero 260 hæres enim primus. & hæres hæredis differunt in ſubſtantia. Cæphal. conſil. 717. num. 15. lib. 5. item declara procedere poſt aditam hæreditatem, & non ante. idem Rimin. conſi. 16. nu. 38. maxime, quando adiuit ſine beneficio legis, & inuentarij. Rolan. conſi. 30. numero 33. & ſequen. libro 4. item declara non procedere in viuis defuncti, puta in mala fide reſpectu præſcriptionis communis eſt. Iaſon. in l. Pomponius. §. cum quis. ff. de acquirenda poſſeſſione, ſed vide in hoc Tiber. Decian conſilio 2. nume. 50. lib. 1. poſt Balb. de præſcript. parte 3. princip. quæſtione 12. num. 12. & in concluſione principali, quomodo poſſit eſſe, quod hæres repræſentet defunctum, cum tractetur de impoſſibili, quod corpus, videlicet mortuum repræſentetur per caput viuum, vide late diſputantem per multas rationes, & iura. Dominus Filipp. de Caſol. in tractat. de teſtamen. & ſucceſſ. numero 7. & 17. item quod regula non proce-

dat

Digitized by Google

datis his, quæ conſiſtunt in animo tanquam ſint facti, in quibus hæres non repræſentat perſonam defuncti declarat late, & eleganter more ſuo. Bolog. poſt alios in l. edita ſiſib numero 80. C. de eden. vbi firmat communem eſſe & veriorem opinionem, quod ius declarandi non tranſeat ad hæredem. Idem Rolan. conſil. 66. numero 14. libro 4. & ad concluſionem principalem faciunt, quæ diximus ſupra deciſ. 24. num. 34.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſoluto matrimonio per mortem mulieris filijs, & hæredibus defertur.*
2 *Inſtrumenta vbi ſunt, res minus dubia redditur.*
3 *Dotem aſſerenti incumbit onus probandi.*
4 *Dos non promiſſa non præſumitur promiſſa.*
5 *Dos non conſtituta non reſtituitur.*
6 *Matrimonium ſine dote ſtare poteſt.*
7 *Dos ſine matrimonio ſtare non poteſt.*
8 *Teſtimonium de auditu an transferat onus probandi in alium.*
9 *Teſtis de auditu non probat quorum authores repelluntur.*
10 *In cauſa dotis plenæ probationes, & veræ acquiruntur.*
11 *Dos primo viro data, cenſetur ſecundo marito repromiſſa.*
12 *Aeſtimatio facit emptionem, & venditionem.*
13 *Aeſtimatio ad duplicem effectum fieri poteſt.*
14 *Res data exiſtimata non remanet amplius pro dotibus obnoxia, niſi in ſubſidium.*
15 *Vir poſſidens fundum ſoceri ob præcedentem dotis promiſſionem præſumitur ex cauſa dotis poſſidere.*
16 *Mala fides non eſt præſumenda de aliquo.*
17 *Ficta dotis promiſſio vera dotis priuilegia habet.*
18 *Ex vera datione ſequitur quandoque actus fictus promiſſionis.*
19 *Aeſtimatio non facit emptionem quando fundus plus dimidio valet.*

ARGVMENTVM.

Aeſtimatio rei dotalis, quando emptionem, & uenditionem faciat.

DECISIO LXXVI.

FRANCISCVS, & Gregorius vti filij, & hæredes D. Dominicę ex Sebaſtiano primo eius viro oriundi, agebant ad reſtitutionem, & relaxationem tertiæ partis vnius fundi dotalis (vt aſſerebant) contra, & aduerſus Iob de Parriana poſſeſſorem, & cauſam habentem a Nicolao ſecundo d. Dominicæ viro, & hoc iuxta diſpoſitionem ſtatuti. lib. 2. cap. 21. idem ferè cum iure cõ-
1 muni continentis videlicet, quod dos † ſoluto matrimonio per mortem mulieris ad filios, & hęredes defertur, vt conſultus reſpondit Ang. in conſil. 82. huic parti. & conſ. 83. ſubtiliter Rimin. conſ. 30. lib. 1. Bal. conſ. 273. quia maritus, nu. 2. lib. 1.

Cumque in hac facti ſpecie nulla dotalia inſtru-
2 menta proponeretur, quæ † rem ipſam minus dubiam reddidiſſent ad tradita per Tiraquell. de retr. conſang. §. 1. glo. 1. num. 10. vtraque pars pro ſua intentione probanda ad teſtium inductionem, & examen conuolauit.

Tandem D. Iudex a quo pronunciauit pro actoribus condẽnando Iob ad relaxationem dicti fundi pro rata petita Iob autẽ huius grauaminis impatiẽs interpoſita appellatione coram nobis cauſam introduxit, & contra actores dubium faciebat, quia non
3 videbantur eſſe in probatis. Nam dotem † aſſerenti incumbit onus probandi. l. doce ancillam. C. de rei vend. & tradit Angel. in conſ. 335. ſtatu. num. 14
4 Alias dos non promiſſa † non præſumitur promiſſa, vt inquit Io. Bapt. de ſancto Blaſ. in tract. de priuil.
5 dot. cent. 1. priuil. 7. ſicut dos † non conſtituta reſtitui conſignarive minime poteſt. Rimin. conſil. 178. libro 1. & tradit Bart. in q. mulier habens amplum matrimonium, in princ. num. 1.

Nec enim ad poſitionem matrimonij, neceſſario
6 ſequitur dotis conſtitutio, cum ſine dote † matrimonia ſubſiſtant Bar. in d. q. mulier habens. Afflict.
7 deciſ. 242. num. 7. dos autem † ſine matrimonio ſtare nequit. Rube. Alex. conſ. 74. circa dubium. nu. 4. Rimin. conſ. 39. num. 30. lib. 1.

Vnde cum teſtes actorum non aliter deponebant de datione fundi dotalis, præterquam de auditu a Meo patre dotante, non videbantur probare, tum quia teſtis de auditu ne dum non probat, ſed nę
8 † quidem onus probandi in alium transfert ſecundum tradita per Benint. deciſ. 67. nu. 10. tum etiam quia de auditu ab ipſomet patre Actorum dotante qui ſi in teſtem inductus foret, nihil probaret pro
9 filijs, & teſtes de auditu non probant, quorum † auctores repelluntur. Craue. conſi. 112. in cauſa, num. 13. & quando auditur a parte. Rimin. iun. conſ. 60. numero 2.

Nec obſtat quod per eoſdem teſtes probetur fundum hunc fuiſſe poſſeſſum a Meo, ſucceſſiue a Sebaſtiano primo D. Dominicæ viro, & vltimo loco a Nicolao eiuſdem ſecundo marito, quaſi inde conijci debeat in dotem datum credi debere: quia hoc forte procederet vbi conſtaret de præambula dotis promiſſione, & cum verſaremur in cauſa dotis in qua
10 † etiam plenæ probationes requiruntur, & teſtes idonei, & concludentes. Alexan. conſilio 13. lib. 1. Bal. Nouel. de dote in 12. specia. ex par. Socin. iun. conſilio 12. num. 15. lib. 2. merito bene appellatum dicendum videbatur, & male iudicatum, niſi ipſemet appellans ſibi ipſi fuiſſet impedimento: fatebatur enim dotis promiſſionem in pecunia (quam actores non probarant) ſed dicebat d. fundum fuiſſe datum in ſolutum æſtimatum pretio ex communi uoto appretiato cum primo viro, & ſucceſſiue eodem modo arguebat traditum Nicolao ſecundo marito, & ipſius appellantis authori, dos enim pri-
11 mo † viro data præſumitur eadem ſecundo viro promiſſa, & data Boer. deciſ. 137. Couar. pract. q. ca. 28. num. 1. Curt. ſen. conſi. 78. Dom. Franceſchina, num. 8. & Curt. iun. cõſi. 64. nu. 8. Rimin. conſ. 219. num.

rium. 3. libro 2. Bero. conſil. 40. rem non leuem, nu.
30. libro 1.
12 Vnde ſtante hac † exiſtimatione, quæ in dubio
a emptionem, & venditionem a facit, & dominium
in recipientem transfert, ut not. Boer. deciſio. 327.
num. 11. Anch. Regi q. 36. num. 1. Thob. Noni. con-
ſil. 52. num. 10. & de communi opinione, teſtatur
Couar. d. cap. 28. num. 1. Franc. Becci. conſilio 42.
quoniam, numero 2. vbi etiam, num. 1. declarat,
13 † quomodo ad duplicem effectum huiuſmodi æſti-
matio fiat, & not. Aemil. conſil. 90. tria, num. 4. &
tradit Bald. ſub diſtinctione, de qua in l. quoties. C.
de iure dot. inferebat Nicolaum vti dominum ad
libitum potuiſſe alienare, quia per æſtimationem
res deſierat eſſe dotalis; neque pro dotibus remane-
14 bat amplius obnoxia † niſi in ſubſidium. Couarru.
d. c. 28. verſ. 8. Rolan. conſi. 92. Mago. num. 24. lib. 2.
Petr. de Vnzo. in tract. art. notaria. §. de prohibi. alie.
fund. dota. num. 2.

Quibus non obſtat, fuimus in voto confirmandi
ſententiam Domini Iudicis a quo condemnando
Iob ad relaxationem petitam, nam ſtante promiſ-
ſione dotis præcedenti, & ſecuta fundi traditione
primo viro facta, & per ipſum primum virum fun-
do poſſeſſo dicendum eſt nulla alia da cauſa de dicto
Meo in dictum primum virum deueniſſe, quam
15 † ex cauſa dotis ita ſuadente ſubiecta materia ma-
trimonij, & illius oneris ferendi occaſione, vt tradit
Bald. Nouel. de dote, in 6. par. 14. priuil. caſu ſecun-
do. Aymo. conſi. 277. circa medium.

Alias oporteret præſumere tam primum, quam
ſecundum virum ſine iure, & mala fide occupaſſe
fundum Mei patris agentium, & Dom. Dominica,
16 quod non eſt † præſumendum, arg. not. per Socin.
in conſi. 15. inſignis, colum. fi. lib. 4. & per Becc. con
ſil. 6. reuocatur, num. 15. & ſucceſſiue idem dicen-
dum eſt, quo ad Nicolaum ſecundum virum, cui dos
primo viro promiſſa cenſetur eadem, & eiſdem qua-
litatibus ſecundo repetita. Quæ præſumpta, & fi-
cta dotis promiſſio ſecundo viro facta in omnibus,
17 † vere ac propriæ dotis vice fungitur, ut in not. q.
dicit Ruin. in conſil. 151. viſo ſtatuto, lib. 5. num. 5.
vbi etiam dicit dotem conſtitui, & promiſſione, &
re ipſa, videlicet datione, ſubdens non eſſe inconue-
18 niens ex datione † vera, quod ſequatur actus fictus
promiſſionis, vt hic dici poteſt, vbi vere fundus fuit
datus ſecundo viro, ficte tamen dotis promiſſio præ-
ceſſiſſe præſumitur.

Nec obſtat, quod dicebatur dotis promiſſionem
in quantitate conſtitiſſe, & ſic fundum ſubinde da-
tum, datum dici debere exiſtimatum pro dicta
quantitate, & ea æſtimatione, quæ emptionem, &
venditionem faciat, vt ex communi opinione de-
ducebatur.

Quia fuit probatum tunc temporis fundum fuiſ-
ſe maioris valoris ultra dimidiam, & ſic ſtante hoc
19 exceſſu dicendum eſt magis datum ad † cuſtodiam,
& ad gaudimentum, quam in ſolutum ſecundum
Bald. Salic. Iaſ. Dec. in l. ex conuentione. C. de pact.
Ioan. Lup. in repet. cap. per veſtras. §. 21. nu. 4. ſuper
tex. de donat. inter vir. & vxo.

b Et ita ſe habet commun. opin. b de qua teſtatur Soc. iun. in conſ. 141. videtur, num. 21. lib. 1. Couar. d. c. 28. verſ. 9. eſt egregie Parıſ. conſ. 81. in præſenti, num. 10. & ſeq. lib. 3. Thob. Noni. conſ. 106. licet domus, nu. 5. Franc. Becci. d. conſ. 42. num. 12.

Allegabatur etiam, & probare ſatagebat actor de paupertate primi, & ſecundi viri tempore conſignationis d. l. fundi quaſi lex hoc caſu fingere non potuerit breui manu virum pretium vxori dediſſe pro reſtitutione dotis ſecundum Bal. & Iaſ. in l. ex conuentione. C. de pact. Iaſ. in §. actionum, col. 15. inſti. de actio. Socin. iun. conſil. 141. num. 12. lib. 1. ſed de hoc non erat faciendum magnum capitale propter ea, quæ in contrarium tradit Couar. pract. quæſt. c. 28. verſ. 8. &c.

ANNOTATIONES.

a Emptionem, & venditionem. Id quod maxime procedit, quando fuit pro dote promiſſa quantitas, pro qua quãtitate poſtmodum traditur fundus in ſolutum, quia iſta datio in ſolutum continet in ſe venditionem, ut late firmauit Beru con ſi. 63. num. 6. verſ. quintus caſus, lib. 3. Soc. conſilio 69. col. pen. lib. 4. fingitur enim in huiuſmodi æſtimatione, quod maritus pro fundo recepto pecuniã ſoluerit uxori, & vxor pro dote promiſſa fundum marito dederit, ita quod ſecundum Bald. in l. ſi inter. C. de iu dot. unus contractus exprimitur, ſcilicet, dotis, & alius occulratur, ſcilicet, emptionis, & venditionis, & breui, ac celeri manu de uno ſit tranſitus in alterum iuxta no. in l. ſingularia. ff. ſi cer. pet. Socin. iun. conſ. 41. num. 11. lib. 1. & alijs quorum meminit. Tiraq. in tract. retract. par. 1. § 1. gl. 14. nu. 30. & ultra per eum allegara late Natta, conſ. 650. nu. 2. & latius. Rol. conſ. 86. nu. 8. lib. 4. & Cephal. conſ. 735. nu. 1. lib. 5. & propterea res ita in ſolutum data efficitur mariti pleno iure, & non retinet nomen, nec priuilegia dotis, quantitas enim dicitur eſſe in dote, non res. Ruyn. conſ. 137. num. 13. lib. 1. & dumtaxat æſtimatio eſt mulieris, quæ ſi ex progreſſu temporis augeatur, illud augmentum competit marito, & eius hæredibus, Afflict. deciſ. 270. Simon de Prat. conſ. 200. num. 1. & ita alias conſultus reſpondi in cauſa dotis. Baptiſtæ de Riccis, cui in dote fuerat promiſſa quantitas florenorum 800 pro quibus fuerat in ſolutum datus quidam fundus. Verum eſt aduertendum, quomodo fuerint concepta inſtrumenta dotalia, quia ſi promittitur pecunia pro dote, pecunia eſt dos, licet pro pecunia detur fundus in ſolutum, ut mox dixi. ſed ſi datur res in dotem, licet datur æſtimata res eſt dos, & res in caſu reſtitutionis reſtitui debet, niſi aliter actum fuerit, quia in dubio ea eſt capienda interpretatio, vt res redeat ad naturam ſuam. l. ſi unus. § pactus, ne peteret. ff. de pact. & pro iſta deciſ. adeſt text. Clarus. in l. rebus dotalibus, in fi. princip. ibi. cum res, & ab initio vxoris fuerint, &c. Secundum intellectum. D. Tiber. Decian. conſ. 101. nu. 9. lib. 2. pro quo eſt uidendus, etiam Pute deciſ. 376. lib. 3. Quod optime facit ad ſtatutum Vrbis ſnceteris, de dos. reſtit. ſolu. mat. Rub. 74. lib. 2. text. in l. iuribus, la prima. ff. de iu. dot. Verall. deciſ. 353. nu. 6. par. 3. & iſtud ultimum non habet difficultatem quoties nuptiæ non fuerint ſequutæ.

b Communis opinio. Quam declarat, niſi fuiſſet actum, quod in caſu reſtitutionis reſtitui deberet pecunia, uel res, ut declarat Natta, conſ. 650. ſub nu. 8. verſ. reſpondetur, ubi etiã dicit, quod onus probandi hunc valorem incumbit allegan ti. Sed, quando æſtimatio fuerit emptionem, quomodo ſuccurratur uxori læſæ, & viro læſo, & qua actione, uide Pinell. in l. 2. nu. 18. par. 1. C. de reſcin. vend.

SVMMARIVM.

1 *Lex ſecunda, C. de reſcin. vendit. locum habet etiam in datione in ſolutum.*

Pactum

Digitized by Google

2 *Pactum de retrouendendo cum mediate pretij arguit contractum ſœneratitium etiam in datione in ſolutum,& num. 18.*

3 *Conſtitutum licet liberet conſtituentem a traditione iuris,non tamen liberat a traditione facti actualis.*

4 *Reſtitutio in integrum,an detur hæredi ex capite ignorantiæ aduerſus tempus conuentionale inchoatum cum maiore defuncto, & cum hærede completum, & num. 13. vbi de magis communi opi.*

5 *Reſtitutio in integrum competens minori ætatis beneficio fauorabilior eſt qualibet alia reſtitutione etiã abſentis cauſa reip.*

6 *Reſtitutio minori denegata multo minus maiori non concedenda minori,quod non conceditur,id nec maiori indulgetur.*

7 *Ignorantia,an præſumatur in minore agẽte,& pœnes ſe habente inſtrumenta rerum de quibus agitur.*

8 *Lex,qui in alterius. ff. de reg.iur.non habet locum in hærede agente,ſed in conuento.*

9 *Concluſio libelli eſt attendenda.*

10 *Differunt inter ſe remedium,l.2.C.de reſcin.vend.ab actione vigore pacti de retrouendendo, cum in hoc cogatur rem tradere emptor in illo vero ſtet in arbitrio emptoris rem reſtituere, vel pretiũ ſupplere.*

11 *Pactum de retrouendendo modicitas pretij, & conſuetudo fœnerandi faciunt præſumi contractum fœneratitium ſola autem modicitas pretij,& pactum redimendi non ſufficit.*

12 *In datione in ſolutum nõ ita de facili vſura præſumitur,quemadmodum in emptione,& venditione.*

13 *Reſtitutio in integrum, ex clau. generali ex capite ignorantiæ indifferenter minoribus, & maioribus conceditur.*

14 *Nodum in ſcirpo quærit, qui contra communem opi. attentat.*

15 *Præſumpta ſcientia allegari debet, vt proſit.*

16 *Scientia præſumpta iuramento tollitur.*

17 *Inſtrumentorum retentio pœnes ſe non arguit ſcientiam,niſi probetur ad ipſius inſtantiam fuiſſe exemplatum.*

Scientia non præſumitur ex inſtrumento pœnes aliquem reperto, niſi probetur ad illius inſtantiam fuiſſe exemplatum.

18 *Pretij iniuſtitia cum pacto retrouendendi perpetuum aditum præſtant ad redimendum non obſtante aliquo temporis curſu.*

19 *Dolo peti videtur, quod ſtatim reſtitui debet.*

20 *Speciale mandatum qualiter dicatur eſſe.*

21 *Retractus ſufficit,petatur ab vno ex pluribus quibus competebat.*

ARGVMENTVM.

De reſtitutione in integrum ex capite ignorantiæ ex clauſula generali ſi qua mihi, &c. tam minoribus, quam maioribus concedenda.

DECISIO LXXVII.

PIERINVS Iuliani de Corſagna volens agnoſcere bonam fidem paternã,qui promiſiſſe dicebatur ſcuto. pro dotibus Dom. Antonię ſororis d. Pierini,dedit in ſolutũ eidem Do. Antoniæ,& Iacobo eius viro duo petia terrarum cum pacto retrouẽdendi infra nouem annos. Qui quidem Pierinus pendente termino ad recomperã præfixo deceſſit relictis filijs, & vniuerſalibus hæredibus, qui elapſo d.termino habita notitia huius dationis in ſolutum ab eorum patre factæ, præmiſſo iuramento de prædictis nullam amplius habuiſſe notitiam requiſierunt dictos iugales ad retrouendendum alterum ex præfatis petijs terrarum per eoſdem iugales poſseſsum oblata actuali-
a ter quantitate integræ dotis iudicialiter petendo a ſe in integrũ reſtitui aduerſus lapſum dicti termini ex clauſula generali,ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.

Proponentes etiam læſionem vltra dimidiam iuſti valoris,& conſequenter locum eſſe diſpoſitio-
1 ni.l.2. C.de reſcinden. vendit. quæ † locum habet etiam in datione in ſolutum.Gabr.de empt.& vendit. conclu. 1. num.38. ac etiam dicentes ex hiſd. aſſignationem ſapere naturam fœneratitij contra-
2 ctus ſtante † pacto retrouendendi, & pretij modi-
b citate b iuxta no.in cap.conqueſtus, de vſur.& per Doct. in cap.ad noſtram de empt.& vend.quam opinionem dixit communem. Alex. conſil.46. lib.5. Pariſ.alios citans, conſil.54. num.62. & conſil.55. num.29.& ſeq.lib.1. Boer.deciſ.102. Crauet.conſ. 156.num.4.& 7. Natta, conſil.198. num.20.& in terminis dationis in ſolutum. Imo.conſil.99.num. 5.And.Sicu.conſil.51.Ang. conſil.243. Barba.conſilio 51. libro 1. Caſsan. dicta deciſ.1. de emptio. & venditio.

Et contra d.iugales exceptionibus, & reconuentione ſe tueri conabantur. Reconueniebant enim dictos actores ad ſibi tradendum actualem, & realem poſseſſionem alterius petiæ terræ, quam affirmabant nunquã conſequi potuiſſe,nam licet clauſula conſtituti in d.datione in ſolutum contenta li-
3 beraret eos a traditione iuris † non tamen liberat a traditione facti,& actuali ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Cacheran. in deciſione 36.num.10. Viui. in commun. opin. verſ.venditor non tenetur.

Et quantum ad excepta attinebat, dicebant iugales iſti petitam reſtitutionem in integrum non
4 eſſe concedendam † aduerſus tempus conuentionale inchoatum cum maiore defuncto,& completum cum hærede,quoniam cum currat minori ſine
5 ſpe reſtitutionis, l.Aemil.ff.de minor. † cuius reſtitutio eſt fauorabilior qualibet alia reſtitutione & abſentis cauſa Reip. vt not. Iaſ. in l.eum filiusfam. §.in hac, num.6. de verbo obliga. & Rebuff. ſuper conſtitu. reg. in tit. de reſtit. in præfat. num.27. quanto magis dicendum eſt maiori denegandam

fore,

6 fore, cum quod minori † non conceditur, maiori
denegatur, glo. communiter approbata in l. nec nó.
§. quod eis, in verbo non prohibeant. ff. ex quibus
cau. man. & pro hac opin. allegabatur in terminis,
deciſio Curt. ſen. in conſil. 58. per totum, quam defendendo
amplectitur. Soc. iun. conſil. 46. lib. 4. Cagno.
in l. 2. num. 125. C. de pact. int. emp. in prima
lectu. quod tanto magis dicendum erat, quia ignorantia,
in qua ſe fundant actores, videbatur craſſa,
& ſupina ſcieotiæ comparanda.

7 Nam † ex quo illi habebant inſtrumentum penes
ſe, & eſſent hæredes, & agerent, ac de facili potuiſſent
informari, ſibi imputandum eſt ad Rot.
Bono. deciſ. 69. & 71. Cur. ſen. d. conſ. 58. nu. 4. Soc.
num. 29. Goza. conſ. 8. num. 54. in quibus loci præfati
Doctores limitando. l. qui in alterius, de reg. in.
8 declarant † non procedere in hærode agente, ſed in
hærede conuento, & ſe defendente, & no. Bart. Ang.
Imo. Caſtrenſ. & Alex. in d. §. in hac. Dec. in d. l. qui
in alterius, num. 5.

Neque præfati actores fundare ſe poſſunt in capite
exceſſus pretij vltra dimidiam perfunctorie
narrati in petitione, quia concluſerunt in retrouen
9 ditione facienda vigore inſtrumenti, & † concluſio
libelli attendenda eſt. Barto. in l. certi conditio. in
princ. ſi cert. pet. & maxime, quia hæc remedia ſunt
10 † diuerſa. Bero. in conſil. 121. num. 13. & ſeq. lib. 3.
nam in remedio. d. l. 2. in arbitrio emptoris eſt rem
reſtituere, uel pretium ſupplere, vt no. Bar. d. l. 2. colum.
fi. in hoc autem remedio rem tradere præciſe
tenetur. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empt.
Roland. conſil. 53. lib. 1.

Sicuti obtinere non poſſent ex capite aſſerti fœnoris,
cum illa duo pactum, videlicet, & modicitas
pretij non ſufficiant ad inducendam ſuſpitionem
11 vſurarum, † niſi tertium accedat, quod is ſit ſolitus
fœnerari, vt tradit Decian. in conſil. 146. vbi de
communi opin. & de magis communi. Iaſ. in conſil.
150. num. 1. lib. 4. Tiraq. de ret. conuentio. in præfa.
num. 5. Burſa. conſil. 117. num. 10. & de magis
communi opin. Miſinger. obſer. 62. cent. 3. vltra,
12 quod in datione in ſolutum † non ita de facili, e
c vſura preſumitur ſicut in védítione, quia datio inſolutum
fit ex cauſa præambula neceſſarij debiti.
Dec. in d. conſil. 146. Iaſ. d. conſ. 150. nu. 2. & Burſa,
vbi ſupra.

Vbi ſupra non obſtat, D. Iudex a quo condemnauit
reos conueotos ad petita, & actores a reconuentis
abſoluit, cuius ſententiam confirmantes diximus
bene iudicatum, & male appellatum.

Moti, quia crebrior ac magis recepta ſtat iuris
concluſio in terminis ſuccedentium in ius alterius,
qui iuſtam cauſam ignorantiæ habere dicuntur, l.
13 qui in alterius. de reg. iur. † quod eis detur reſtitutio
in integrũ ex capite ignorantię virtute clauſulæ
generalis ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. idque tã
minoribus indifferenter, quam maioribus 25. annis
vſque ad 30. & 40. annos. Alex. conſil. 71. & ibi
addentes. lib. 1. Rota Bono. deciſ. 69. & 71. & hanc
opin. dixit magis communem Iaſ. in d. §. in hac, &
licet dubitent Doct. de 40. annis, cum pro vtraque
parte adſint Docto de commu. opin. atteſtantes,
vt not. Pinell. in authen. niſi tricennalis. C. de bon.
mat. nu. 58. placet tamen opin. ſupra firmata, quam
magis communem dicit Pariſ. conſil. 29. num. 221.
& 222. lib. 1. Cæphal. conſil. 40. num. 62. & quod in
terminis noſtris hæc reſtitutio detur, tradit Cagn.
in d. l. 2. in 2. lectu. num. 223. vbi de communi atteſtatur.
Ruyn. conſil. 54. num. 12. libro 5. quam nec
etiam diffitetur eſſe magis communem, ibidem Socin.
d. conſil. 46. & conſil. 76. numero 30. & 102. &
145. num. 76. lib. 1. licet ipſe d. conſilio 46. conetur
blandiri, & inſinuare iudicibus, vt contrariam ſententiam
amplectantur, quod nobis nequaquam
perſuadri potuit, vt neglecta communiori opinio
14 ne † quaſi nondum in ſcirpo quęrentes, ſecundum
contrariam opinionem minus receptam iudicaremus
ad Burſai. conſil. 18. num. 1.

Non obſtat, quod dicebatur hanc non eſſe iu
d ſtam ignorantiam d ex quo poterant agentes informari,
& ſcire præſumuntur propter inſtrumen
15 tum penes eos repertum, † quia iſta præſumpta
ſcientia non fuit allegata, vt allegari debuit ad Felyn.
c. cum ordinem. col. pen. de reſcrip. Crauet. conſil.
201. num. 30.

16 Præterea iſta ſcientia præſumpta † fuit ſublata
iuramento actorum, & hoc modo probatur ignorantia,
vt in terminis poſt relatos tradit Crauet. d.
conſil. 201. num. 31. & ſeq.

Nec etiam ſufficit ad probandam ſcientiam in
17 ſtrumentum penes aliquem eſſe repertum, † niſi
probetur ad ipſius inſtantiam fuiſſe exemplatum,
& a notario releuatum. Ancha. q. 63. num. 4. par. 1.
ubi poſt Socin. iun. conſil. 128. num. 125. lib. 1. per
eum relatum aſſerit ita procedere dictum Aret. in
conſ. 15. in fin qui Aret. loquitur ſub dubio, & ita,
ſeipſum declarat in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu.
26. de verb. obli.

Nec obſtat diſtinctio hæredis agentis, vel ſe defendentis,
quia contrarium conſuluit Ruin. conſil.
54. lib. 5. Crauet. d. conſil. 201. & indiſtincte tradit
Cagnol. d. l. 2. q. 77. & hoc tanto magis dicendum
eſt hic, ſtante damno, & læſione vltra dimidiam,
ad quod damnum euitandum reſtitutio concedi
18 ſolet. Fulgo. conſil. 61. immo ſtante † iniuſtitia pretij
cum pacto redimendi non obſtante aliquo temporis
curſu res ſemper redimi poteſt. Caſſa. conſil.
11. num. 40. Hoſtien. in tit. de vſur. §. an aliquo, verſ.
9. ſi uendo. Cagno. d. l. 2. q. 9. num. 65. & ad hunc effectum
fuit narratus exceſſus pretij, & vſuræ ſuſpitio,
vt facilius reſtitutio concederetur, non autem
ad inducendum principaliter remedinm. d. l. 2.

Quo vero ad reconuentionem cenſuimus actores
abſoluendos, quia ſtantibus pręmiſſis natura
reconuentionis non patiebatur, vt prędictis ingali
19 bus reſtitueretur illud, † quod ſtatim retrocedere
debuiſſent eiſdem actoribus, & ſic dolo facerent petendo
illud, quod ſtatim reſtituturi eſſent, C. dolo
facis, de reg. iur. in 6. & faciunt no. per Bar. in auth.
& conſequenter, ſub nu. 6. C. de inoff. teſta.

Neque obſtabat, quod pro parte alterius exactoribus
deſideraretur mandatũ ſpeciale ad petẽdum
reſti-

reſtitutionem in integrum, tum quia conſtitit eſſe productum in effectu, & in forma ſufficienti, ſuffi-
20 cit enim, vt dicat † ſpeciale mandatum, quod dicat facio te procuratorem ad petendam reſtitutionem in integrũ abſque alia expreſſione certæ perſonæ, vel limitatæ cauſæ. Aemil. conſil. 117. num.
21 11. Tum, quia ad huiuſmodi retractum † ſat eſt quod unus petat, quia in totum retrouenditio fieri debet, ut plene tradit Silua. conſil. 22. iuſtiſſime per totum lib. 1. late poſt Tiraq. de ret. conuen. §. 5. glo. 6. num. 34. per Gaſp. Caballi. in tract. diui. & indiui. in 3. par. princ. num. 580. cum multis ſeq. & diſtinguendo tradit Aemil. in conſilio 9. colum. fi. & de communi opinione, Ioſeph. Ludoui. deciſio 112. num. 13.

ANNOTATIONES.

a Petendo. Alias ſi petita non fuiſſet, nec concedi potuiſſe, vt eſt videre apud. Magon. ſupra deciſ. 32. num. 23. & ſeq.

b Ex pretij modicitate. Immo, quod requiratur, & tortium, quod videlicet non vſit ſolitus [illegible] magis communiter recipitur Magon. infra, num. 11. Quibus adde Capol. de ſimulat. caſ. 6. colum. 1. & de magis communi teſtatur Boer. deciſ. 102. num. 5. tradens ſe hanc opinionem in iudicando, & conſulendo ſequutum fuiſſe, prout in ſuo conſil. [illegible] viſa literis. Sed pro contraria opinione, quod ſcilicet dicta duo ſufficiant eſt videndus Gramm. Doctores numerans, deciſ. 76. numero 129. vſque in finem, vbi dicit, quod nemo debet audere ab hac opinione diſcedere, quæ firmata reperitur tantorum patrum, & antiquorum, & modernorũ authoritate, idem de communi Viu. communi opinione, verb. vendere, verſ. contractus. de magis cõmu. Natta, conſil. 198. Eman. Suarez. in theſau. commun. opin. verb. venditionis contractus, num. 20. & nouiſſime Doctores, & quotor congerens. Lup. Gemin. in l. 2. C. de pact. int. empt. & vend. commu. 2. §. 1. nu. 29. verſic. tu autem breuiter. Verum alia eſt opin. quod in hoc verſari debeat arbitrium iudicis, qui ex alijs coniecturis poterit ſe inſtruere ad iudicandum, an huiuſmodi contractus cũ hoc pacto, & pretij modicitate ſit ſimulatus, & vſurarius, vel ne, vt tenuit Bal. conſil. 312. in quæſtione Gualgagnini, col. 2. lib. 5. Corn. 346. col. pen. lib. 1. Craue. conſil. 156. num. 14. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 15. Fran. Zoanne. in d. l. 2. nu. 76. vbi Lup. Gemini. [illegible] ad iſtud propoſitum [illegible] videri poſſunt, & faciunt, quæ diximus ſupra deciſ. 26. nu. 5. & late diſputantem, & cum hac vltima opinione reſidentem, vide Franc. & Caldas repet. [illegible] habita verb. [illegible] [illegible]

c Non ita de facili [illegible] præſumitur. [illegible] dictum Fulg. in conſ. 134. incipit in quæſtione vero an verſ. ſed, & illud animaduertione. Atque contrarium videtur tenere Ang. conſ. 243. [illegible] & 99. Barbat. conſ. 55. lib. 2. [illegible] num. 5.

d Iuſtam ignorantiam. Et hoc modo probatur ignorantia. Immo in caſu reſtitutionis in integrum facienda ex clauſula [illegible] mihi iuſta cauſa, & ignorantia debebat plene & ſufficienter probari per actores, qui in [illegible] fundabant. [illegible] erat illam probare per iuramentum, quia in caſu ignorantia erat in veriſimilis, quod tanto minus [illegible] tur, quando requiritur ignorantia iuſta, & probabilis, vt in caſu iſto, ad quod eſt videndus Alb. [illegible] per [illegible] adde pro alia limitatione ad regulam quod ignorantia probetur iuramento vltra tradita per D. Sfortiam Odd. in ſuo celebri tracta. reſtit. in integ. lib. 1. q. 38. art. 6. & quod hic eſſet ignorãtia in veriſimilis, patet ex eo, quod iuſtrumentũ, vt dicitur, erat penes actores, [illegible] quod non probet ſcientiã, tamen faſtum facit ignorantiam in veriſimilem, & oſtendit ſcientiam præſumptam. Bolog. poſt Doct. in l. qui Romæ. § duo fratres. nu. 24. ff. de verb. obl. Quæ ſcientia præſumpta facit ceſſante remedium reſtitut[illegible] in integrum ex capite ignorantiæ. Bou. de præſump. Vtb. ſ. ſtatur gl. 6. & ſeq. cum alleg. per ipſum poſt Dec. conſ. 29. num. 8. ideo plene ignorantia probanda erat Alb. præcit. conſil. 18. & ſic ex prædictis non videbantur actores fouere bonum ius, ſed deciſio fuit rationabilis ex ratione iniuſti pretij, & pacto de redimendo, de quibus hic, num. 18. ad cuius rationis comprobationem facit, quod actores ſtante dicti pretij iniuſtitia dicebantur tractare de damno vitando, ex quo ſequitur, quod ignorantia eſſet iuſta, & probabilis. cuius contrarium eſt, quando quis tractat de lucro captando Tiraq. in tract. retract. par. 1. §. 35. gl. 4. nu. 26. & 44. cũ adductis per eũ, quibus adde Decian. conſ. 46. nu. 147. lib. 2. & vide ſupra deciſ. 31. nu. 22. vbi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 Dies interpellat pro homine.
2 An id procedat in fideiuſſore de repræſentando aliquẽ intra certam diem.
3 Si cum die ſit inſertus locus, tunc oportet actorem probare fuiſſe illa die in loco.
4 An autem tunc debitor debeat proteſtari.
5 Quæ ſunt de conſilio non neceſſitant.
6 Declaratur doctrina Bar. in l. ſi reus, de procu.
7 Mora productiua intereſſe non dicitur commiſſa creditore in die præſcripta non comparente.
8 Ante liquidationem non debet exequi.
9 Inſtrumentum non liquidum non debet exequi.
10 Inſtrumenta publica de iure communi non habent executionem paratam.
11 Quæ in inſtrumentis non leguntur, non merentur executionem.
12 Super intereſſe nõ liquido, quod in executione veniat liquidandum, an executio concedatur.
13 Intereſſe quanti plurimi honeſto uocabulo loco vſurarum acceſſit.
14 Executio ſententiæ non liquidæ peti non poteſt.
15 Conciliantur opiniones in articulo, an ſuper intereſſe non liquido concedatur executio.
16 Liquidatio fieri poteſt etiam iudicio ſummario.
17 Debitor, qui non ſoluit in loco, & tempore promiſſo, an poſſit vbique conueniri etiam ſi ibi non ſortiatur forum.
18 Debitor an teneatur ire ad domum creditoris, vel [illegible]
19 Debitor ſi ad domum creditoris ire deberet, non tenebitur, quando mutauit forum creditor.
20 Item nec quando inter eos adeſſet obſequij, & reuerentiæ reſpectus.

ARGVMENTVM.

Debitor in certum diem, & ad certum locum adueniente die ſi creditor nõ probet ſe fuiſſe paratum recipere in loco non incurrit in mora.

Debitor, an & quando teneatur ire ad domum creditoris.

Intereſſe non liquidi, an detur executio.

DECISIO LXXVIII.

GVIDETTVS Paganelli mu-
tuo accepit ab Andrea Pere-
grini ſachos decẽ grani, quos
eidẽ reſtituere promiſit Mon
tignoſi intra ſex menſes, qui-
bus elapſis, & non facta reſti-
tutione promiſit ſoluere ad
rationem 17. librarum pro
quolibet ſacho, & hoc pro pretio quanti plurimi,
vt patebat publico inſtrumento.

Elapſo termino, & non facta ſolutione grani, An
dreas egit coram D. Iudice ordinario ad d. granum
ad rationem præmiſſam, & executionem obtinuit
pro pretio, vt ſupra appretiato quanti plurimi.

Huiuſmodi cauſa ad nos per appellationem pro
parte Guidetti deuoluta cenſuimus reformationi
d. ſententiæ locum eſſe condemnantes d. reum con-
uentum ad reſtitutionem grani tantum, & pro eo
executionem relaxãtes, in reliquis abſoluimus, &c.
1 Nam & ſi non ignoramus † ſcriptum diem inter-
2 pellare pro homine vulgata l. magnam. C. de com-
mit. ſtip. & no. in l. vinum ff. ſi cer. pe. & in cap. fin.
2 extra loca. † quod an procedat etiam in fideiuſſ. de
repræſentando aliquem, infra certam diem etiam
ſine interpellatione poſt Bar. in l. ita ſtipulatus q. 6.
nu. 53. de verb. oblig. Dec. conſ. 2. col. 2. & Caſtren.
conſ. 101. lib. 2. plene Senat. Pedem. dec. 51. per tot.
3 Tamen quando cum die eſt deſtinatus † locus cer
tus ſolutioni, niſi actor probet ſe eodem die fuiſſe
in d. loco paratum recipere, mora non committitur
ex parte debentis ſoluere tex. eſt in l. item, in prin.
verſ. proinde. ff. de conſti. pec. vbi Bart. & per illum
tex. ſic not. Guil. Alb. Ful. & Caſtr. in l. arbiter ſi ca-
lendis. ff. de arb. idem Bart. in l. cum filiusfam. §. fi.
& in l. continuus, §. ita, de ver. oblig. Alex. conſ. 172.
viſis, num. 4. lib. 2. & conſil. 41. lib. 4. & conſil. 90.
viſo, lib. 5. col. fi. & conſ. 33. viſo, nu. 9. lib. 6. & 210.
ponderatis, num. 2. lib. 6. Corn. conſ. 79. viſo, col. fi.
nu. 19. lib. 3. Dec. conſ. 566. promiſit, num. 4. Afflic.
deciſ. 316. Socin. iun. conſ. 156. dirigat, col. 1. lib. 2.
maxime, & quando creditor, & debitor ſunt eiuſ-
dem fori, firmat Mising. cent. 5. obſerua. 95.

Nec aduerſari videbatur quod idem Bart. Bald.
Caſtr. in d. l. item illa & Bart. in l. ſi reus de procur.
& Bero. in cõſ. 194. in præſenti, nu. 5. 28. 30. 31. lib.
4 1. vbi adnotarunt quod † creditore non adueniente ad
præſcriptam diem, debitor debeat proteſtari coram
Iudice, & offerre cauſa euitandi pœnam.

Quia illud eſt de eo conſilio gratię abũdantioris
cautelæ, non autem de præſcripto neceſſario, ita A-
lex. in conſil. 92. proſpectis, nu. 11. lib. 1. per l. ſi fun-
dus, §. fi. ff. de leg. commiſſ. & d. conſil. 41. colum. 1.
Aret. in conſil. 191. colum. 2. 3. Dec. d. conſil. 566.
nu. 5. cum concordantibus per Rimin. iun. in conſ.
52. proponuntur, num. 60. Roland. a Valle, conſil.
87. non inſiſtendo, num. 18. lib. 1.
5 Quod autem ea quæ ſunt de † conſilio, non neceſ
ſitentur, in ſimili not. Bart. in l. 1. §. dies, C. quando app.
ſit in vlt. not. Panom. in cauſa col. 1. in fin. de re iud.
6 Nec ob. doctrina Bart. in d. l. ſi reus, † quia pro-
cedit iuxta tex. illum, quando requiritur conſigna
tio, & depoſitio, vt declarat Alex. d. conſil. 92. Bald.
& Caſtren. d. l. ſi reus.

Ex quo igitur in proceſſu non conſtitit d. An-
dream die præſcripta ad locum ſolutionis faciendæ
7 adfuiſſe, & ſucceſſiue non interpellatũ reum † me-
rito mora productiua intereſſe quanti plurimi nõ
dicitur commiſſa ad no. per Doct. in l. ſi inſulam, de
verb. ob. & in d. l. vinũ, & in l. nulla intelligitur, vbi
Dec. ff. de reg. iu. Cor. d. conſ. 79. in fi. vnde nec in-
tereſſe quanti plurimi deberi credidimus, & pro-
pterea inquantum primæua obligatio ſe extende-
bat, ac ſine diei deſtinatione contracta foret, intan-
tum eundem teneri arbitrari ſumus, & pro eo exe-
cutionem relaxauimus ad no. per Bart. in d. l. item
illa, & per Affl. deciſ. 316. nu. 2.

At ſi ſimpliciter certa grani quantitas creditori
eiuſdem fori certa die ſoluenda deberetur, & non
ſoluta ſit: tunc ſi tranſacto tempore, grani quanti-
tas petita foret ad rationem quanti plurimi vale-
ret a die moræ non negaremus condemnationem
ſequi potuiſſe, & executionem cõcedi, iuxta petita
non obſtante quod hoc intereſſe quanti plurimi eſ-
ſet tantum deductum, & non probatum, ſed pro-
bandum veniret in executione ſententiæ.
8 Nam licet † ante liquidationem ſententia exe-
qui non debeat, l. hæc autẽ. §. verbo liquere. ff. quib.
ex cau. in poſ. & ita per illum tex. no. Iaſ. in l. 1. nu.
32. ff. de eden. Crau. conſil. 164. nobilis, numero 2.
Nat. conſil. 27. num. 4. & in ſimili de expenſis non
liquidis. Affl. deciſ. 231. & 358. in fin.
9 Pro vt idẽ dicitur de † inſtrumento quod ex for-
10 ma ſtatuti executionem meretur: † de iure autem
communi inſtrumenta publica paratam executio-
nem non habent, Dec. in conſ. 322. col. 1. Ang. in l. ſi
cum dotem, §. eo. autem tempore ſol. mat. Ruy. cõſ.
144. viſis, nu. 7. lib. 4. Bal. in l. 1. C. de execu. rei iud.
Cotta. in memor. incipit inſtrumentum ante enim
liquidationem ad eius executionem nõ proceditur
Bart. in l. per diuerſas. C. man. Dec. conſ. 682. nu. 9.
Bal. conſil. 393. inchoatis lib. 2. Grat. reſpon. 40. nu.
37. lib. 1. plene Rolan. a Valle. conſil. 20. in præſenti,
11 nu. 8. & ſeq. lib. 1. & maxime in his † quæ nõ legun
tur nec expreſſe continentur in inſtrumẽto, nec ex
natura debiti veniunt, ſed ex mora, & negligentia
debitoris, vt eſt intereſſe quanti plurimi. Soc. iun. in
conſ. 136. iuſtiſſimi, nu. 4. lib. 2. ad quæ decretum
executionem concedentis extendi non debet Ant.
de Butr. in cap. tranſlato, & ibi Imol. de conſtit. Bal.
in l. legem. C. locat.

Tamen executionẽ concedi ſuper huiuſmodi in-
12 tereſſe non liquido, † quod tamen veniat in execu-
tione liquidandũ, non inconueniens eſſe exiſtima-
remus, innixi auctoritate Bar. in l. ſolet col. fi. ff. de
ali. & ciba. leg. qui emergentia, & incidẽtia eodẽ iu
re cẽſeri, & determinari quo ipſius principale regu-
latur, affirmat, ſequitur Soc. cõſ. 300. in cauſa, nu. 6.
li. 2. prout eſt hoc intereſſe quãti plurimi, qd hone-
13 ſtiore † vocabulo loco vſurarũ acceſſit, vnde ſicut
tenet ſententia lata ſuper intereſſe incerto, ita etiã
executio

Google

executio ſuper eodem relaxari poteſt ratione in di-
uiduitatis ſententię.l.in hoc iudicio. ff fami. ercisc.
Hoc idem firmat Bart.in l.1.poſt glo. ibi nu.8.ff.
de æden.& in l.2. & ibi Bal.C. de ſen. quæ ſin. cert.
quan.Soc.d.conſil.156.num.3. Bar. in l.1.col. fi.in
14 ſi.de leg.2. † executio enim ſententiæ non liquidæ
peti poteſt, ſi liquidatio in executione fieri intéda-
tur.Cagn.in rub.C.de ſent.quæ ſi.cert.quanti.
Vltra, quod non fuerunt, qui rem hanc admo-
15 dum controuerſam ſedere diſtinctionis † concilia-
re tentarint, vt fuit Zaſi. qui in l.in ſumma, col.2.
verſi.hinc ſumpta. de re iudi. dicebat, quod aut in-
tereſſe poteſt de facili liquidari, & tunc ante ſen-
tentiam liquidari debebat, aut de facili liquidari
non poteſt,& tunc valet ſententia poſtquam poſſit
fieri liquidatio, alij vero,(& hæc fuit opin. Ioan.Fa-
br.& Ioan. de Pla.in §.curare. inſtit.de actio.) dice-
bant, quod ſi intereſſe,& fructus petútur principa-
liter,& tunc liquidatio fiat ante ſententiam ſi vero
acceſſorie, (vt hic in caſu noſtro) & tunc fiat li-
quidatio poſt ſententiam,& hanc opi. ſequitur poſt
Spec.Bart.Bald. Imo. Ang. & alios per eum relatos.
Natta, in conſil.569.viſo,nu.12.liquidatio autem
16 iſta, quod fieri poſſit † iudicio etiam ſummario,
tradit Rebuff.vbi ſupra Soc.conſ.89.dubium,lib.3.
& Couarr.in loco infra citando.
Et in terminis, quod ſuper tali intereſſe non li-
quido in proceſſu tamen liquidando poſſit relaxa-
ri executio, decidit Couarr. varia. reſolutio.lib.2.c.
11.num.9.verſi.4.omnibus his,& plenius Sena.Pe-
demon.deciſ.219.
Verum an in caſu principaliter propoſito debi-
tor, qui ſtatuto tempore, & in deſtinato loco non
17 ſolui poſſit † vbique conueniri etiam ſi ibi non
ſortiatur forum, poſt Bald. & Salyc.in l.1.ff. de eo,
quod certo loco Caſtr. affirmatiue reſpondit cum
quo ſtat commun.opin.vt teſtatur Iaſ.in §.plus au
tem,num.27.& ſeq.inſti.de actio.
Et dum incidenter quærebatur de debitore, qui
non expreſſo certo loco aliquid dare teneretur,
18 † an ipſe mittere debeat ad domum creditoris,
vel expectare, quod creditor ipſe mandet ad do-
mum debitoris,cum id non eſſet præſentis ſpecula-
tionis, vt ex profeſſo tractari deberet, ſola remiſ-
ſione contenti fuimus ad notata per Doct. in d.l.
item illa.de conſtit.pe. Alberi.in l.2.num.21.C.de
iur.emphyt.Bal.in l.accepta,num.22.C.de vſu.An
gel.in l.ſpatium,num.3.ff.de æden.Inno.& Abb.in
cap.ſignificante.de pign.quam regulam 19.limita.
exornat Duen.in reg.161.
Quibus addendum diximus, quod in caſu quo
debitor ſit obligatus ire ad domum creditoris, id
19 tamen facere † non tenetur, quando creditor po-
ſtea mutauit forum,cum tunc non ſit obligatus de
bitor eum proſequi,& nouam eius habitationem
petere, quia ex facto creditoris non debet debitor
in plus teneri, quam ab initio erat obligatus. Bald.
in d.l.acceptam 14.quæſt.
Rurſus ſi ſit creditor, ſiue debitor, ſiue eius di-
20 citur ſiue diuerſi fori ſint, † ubi inter eos adeſt, ob-
eſt ubſequij, aut reuerentiæ reſpectus, tunc is, qui
obſequium, vel reuerentiam præſtare tenetur, ad
domum alterius ire debet. Bal. in l. fin. C.de condi.
inſer.& firmat Natta, in conſil.513.cum vendidiſ-
ſet,colum.1.&c.
Quæ diſceptatio ceſſat, vbi quid eſt implendum
per viam conditionis, nam tunc tenetur ille, qui
habet implere ſe ſe offerre, & ire ad domum illius
cui eſt implenda conditio, & non expectare, quod
ab eo petatur.l.Mutianæ.& ibi Bald.& Caſtren. no
tant.ff.de vendit. & demon. idem Caſtren.in l.pen.
col.1.de cond.inſert.

ANNOTATIONES.

a Interpellare pro homine. Vide latiſſime poſt alios declaran-
tem,& limitantem. Bolog.in alle.h.c.l. vinum. ff.ſi cer.pe.
nu.18.& pluribus ſeq.Ant.Gabr comm.concl.lib.3.tit.de
ſolut.& liberat.concl.9 per totum. An quis ita per diem
interpellatus dicatur moroſus abſque aliqua iudicis decla-
ratoria, vel potius requiratur declaratio. vide Rimi.iun.cũ
adduct.per eum conſ.404.nu.45.

SVMMARIVM.

1 *Reſpondens alicui de fructibus dicitur illum recogno-*
ſcere in poſſeſſorem bonorum pro quibus reſpondet.
2 *Maxime alio non poſſidente.*
3 *Penſionis ſolutio ad fauorem recipiente poſſeſſionem,*
& dominium probat.
4 *Item & cauſam,& titulum locationis.*
5 *Quæ præſumptio non minus valet, quam ſi teſtibus,&*
inſtrumentis locatio probaretur.
6 *Penſionis ſolutio probatur per teſtes ſingulares.*
7 *Fundamento non ſubſiſtente non ſuperædificatur.*
8 *Teſtis ſibi contrarius non probat.*
9 *Teſtis deponens de viſu de his, quæ ante eius natiuita-*
tem euenerunt, dicitur falſus.
10 *Teſtis in vno falſus in totum falſus.*
11 *Teſtis non confeſſus nec communicatus, an probet.*
12 *Teſti de facto proprio atteſtanti, an credatur plene.*
num.14.
13 *Teſtis inductus ſuper facto alieno etiam factum pro-*
prium complectente non plus probat, quam vnus
alius teſtis.
14 *Teſti de facto proprio deponenti non plene creditur.*
15 *Teſtis errore falſum dicens excuſatur, & dictum*
valet.
16 *Teſtis non debet deponere niſi de his, quæ vidit, &*
ſcit.
17 *Teſtes ſingulares in probando, quid in genere pro-*
bent.
18 *Teſtis deponens Titium tenuiſſe bona pro ſuis,& tan*
quam ſua licet iſta verba non probent dominium,
probant ſaltem poſſeſſionem nomine proprio non
alieno detentam.
19 *In dubio quis proprio non alieno nomine poſſidere præ*
ſumitur.

ARGVMENTVM.

Solutio penſionis, an probet poſſeſſionẽ
dominium, & titulum locationis
pro recipiente.

promiſerit.§.ea lege, nu.29.& ſeq. de verb. obliga.
Cagno. in repe. l.2. C.de pact.int. vend. quæſt.3 t.
num.136.

Secundo opponebatur contra actorem, quod eſ-
ſet bannitus ad triremes, & ideo non fore audien-
dum obſtante ſtatuto, lib.5.c.24.&c.58.& lib.4.c.
23. vbi condemnatis in pœna corporali, vel pecu-
niaria a 50. libris ſupra audientia denegatur.

b Quæ denegatæ audientiæ b † exceptio eſt adeo
4 efficax, quod non poteſt agere etiam in iudicio
quantuncunque fauorabili, ſecũdum Ruy. in con-
5 ſil.49.lib.4.num.7. † Itemque nec appellare, vt poſt
Spec. de appel.§.11.verſicu.32.no. Fran. in rub. eo.
titu.num.25. Paris de Put. de ſindi. cap.18. & alios
citans. Contar. in l.1. in no. num.21. C. ſi de momeo
m. immo dicit Iaſ. in l.1.§. ſublata, nu.6. ff. ad Tre-
bel. quod ipſo iure nullum eſt, quicquid cum tali-
bus geſtum ſit.

De banno autem dicebatur conſtare ex lectura
inſtrumenti procuratorij, in quo narratur Perinũ
fuiſſe habilitatum, & extractum a triremibus ad
effectum conſtituendi procuratorem, & arguen-
do a ſolitis non detinentur, nec cuſtodiuntur in
triremibus, niſi condemnati, & de aliquo crimine
irretiti.

Iſta exceptio tollebatur, quia de condemnatio-
ne, ſeu banno aliquo ſaltem formiter non conſta-
bat iuxta formam ſtatuti 158. lib.1. vbi exceptio
banni debet probari per ſcripturam publicam ex
archiuio Lucẽſi extractam, alias mandat exceptio-
6 nem haberi pro non allegata, † nam vbi certus mo-
dus pro forma probandi a lege datur, excluditur
c aliud genus ſeu modus probandi, c argum. no. per
Nattam, conſ.581.nu.17.& ſeq.

Nec obſtat illa narratiua habilitationis in pro-
curatorio lecta, quia non infert neceſſario ad deli-
ctum, non enim ſequitur quis reperitur ad trire-
mes addictus, ergo condemnatus de crimine, tum
quia poteſt eſſe, quod ibi reperiatur ex quadã prin
cipum noſtri temporis voluntate, qui vrgente ne-
ceſſitate ex arbitrio cogant remiges, vt docet expe-
rientia, vel quod ibi detineatur ex aliquo delicto
extra dominium Lucenſe commiſſo, & ab alio Iu-
dice, quam Lucenſi condemnatus.

Præterea illa verba in procuratorio emiſſa ſunt
7 verba enunciatiua, & propter aliud prolata, † &
non diſponunt ad neceſſarium præambulum, vt
ægregie firmat Alexan. in conſil.17.lib.2.colum.fi.
vbi in terminis procuratorij dicit, quod ſi in man-
dato non ſit data expreſſa facultas ſubſtituendi, ſi
poſtea dicatur, quod conſtituens promittit releua-
re indemnem procuratorem, & ſubſtiturum, non
propter hoc dicitur probata poteſtas ſubſtituendi,
quia verba illa ſuppoſitiua non diſponunt de præ-
8 ſuppoſito, † niſi de eo expreſſe conſtet Rot. deciſ.
342. in antiq. dom. in c.5.§. licet. de procura. in 6.
ſequitur Craue. de antiq. tempo. in prima amplia.
primæ par. num.54. & eo magis hic dicendum eſt,
non diſponere, quia ſumus in odioſis. Crauet. d.1.
amplia. num.53.

Accedit, quod ſi principaliter tractaretur de enũ-
9 ciato, tunc verba † enunciatiua non probant ali-
quomodo, vt dicit Soc. conſil.92. lib.3. vel ſecun-
dum aliquos, ſi quid probent dicta verba enuncia-
tiua, id præſumptiue probarent, idem Crauet. de an
tiq. temp. in verbo propoſitum, nu.58.& ſeq. quæ
præſumptiua probatio non ſufficit, vbi a lege certa
forma probandi inſtituta eſt, vt ſupra dictum eſt.

Poſtremo allegabatur varietas actoris circa no-
men, & fines bonorum, de quibus agitur, nam in
procuratorio deſignatur locus, *detto le Serra*, & in
10 petitione locus *d. tto di contra*, quæ varietas † ar-
guit varietatem corporum.

Sed hoc nihil erat, quia concurrebant omnes
aliæ qualitates, & confines vtrobique deſignata; vn-
de non eſt curandum de diſcordia nominis loci.
Paris de Puteo, 10 cap. ſi diſcordet. de ſi. feu. per glo.
11 in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de lega. 1. † nomi-
na enim locorum ſæpius mutantur, dicit Boſſ. de
princip. num.174.

Et vbi ex pluribus qualitatibus expreſſis vna
diſcordet, ſufficit ad identitatem rei, quod cete-
ræ conueniant Caſtren. in l. in teſtamento, ff. de con
12 di. & demon. † quia identitas rei dicitur proba-
ta ſi concordet in duobus confinibus. Thob. Noni.
conſil.2.num.60.& de commu. opin. tradit Burſat.
conſil.80.num.3.

ANNOTATIONES.

a Hæc ſecunda Late diſcutit opiniones. Crau. conſ.201. nu.1.
& ſeqq & Menoch. de magis communi atteſtans, conſilio
63. in princip.
b Denegatæ audientiæ Vide ſupra deciſ.67. nu.22. vbi ſcripſi.
c Seu modus probandi contrarium. Dixit ſupra Magon. deciſ.
37. num.35. vbi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Incluſio vnius excluſio alterius, num.20.*
2 *Quod procedit etiam in ſtatutis.*
3 *Retentionis iure non vtitur pro melioramentis poſſeſ-
ſor malæ fidei.*
4 *Retentio datur regulariter pro expenſis in aliqua re
factis.*
5 *Retentio non tollitur, niſi ſolutio.*
6 *Retentionis exceptio etiam in executione ſententiæ
opponi poteſt.*
7 *Retentionis iure excipiens non dicitur impugnare ſen
tentiam.*
8 *Melioramẽtorum liquidatio difficilis eſt probationis.*
9 *Dubius tamen reputatur iſte articulus.*
10 *Hodie conſtat, hodie agamus, quomodo intelligatur,
& qui opponere poſſint.*
11 *Litigioſa res quomodo dicatur effecta.*
12 *Mala fides, & ſcientia inducta per litis conteſtatio-
nem, dicitur præſumpta non vera.*
13 *Bona fide poſſidens non debet moueri ad firmiter cre-
dendum rem eſſe alterius ex eo ſolo, quod alius ſibi
litem moueat.*
14 *Qualitas temporis fundatiua intentionis alicuius de-
bet ab eo probari.*

15 *Actus*

15 *Actus, qui certo tempore geſtus poteſt eſſe dicitur, & illicitus in dubio præſumitur geſtus tempore licito.*

16 *Melioramenta facta ab aliquo, qui ius habet in re non præſumuntur facta animo donandi, ſed repetendi.*

17 *Statutum procedens per regulam, & fallentias, in nõ exceptis non ſeruabitur ius commune.*

18 *Exceptio in continenti probanda non dicitur excluſa.*

19 *Exceptio ſimilis expreſſis ſtatim probanda non cenſetur excluſa.*

20. *In correctorijs incluſio vnius non eſt excluſio alterius.*

21 *Incluſio vnius excluſio alterius non procedit vbi mẽs repugnat.*

22 *Item fallit regula iſta, quando excluſum alio iure includeretur.*

23 *Retentio ſine dubio competit pro neceſſarijs melioramentis factis.*

24 *Secus in vtilibus, quia datur petitio, non retentio bonæ fidei facientis.*

25 *Melioramenta neceſſaria quæ dicantur.*

26 *Minor ſumma in melioramentis probata attenditur.*

ARGVMENTVM.

De retentione rei pro melioramentis factis, & pro quibus melioramentis competat, & quando opponi poſſit.

Regula iuris incluſio vnius excluſio alterius quomodo procedat.

DECISIO LXXXI.

FVIT petita executio ſententiæ, quæ tranſitum fecerat in iudicatum per Ioannem Sandri contra Ioannem Fatlj de Victriano, qui oppoſuit exceptionem melioramentorum intendens d. bona retinere, & in illis inſiſtere vſque ad integram illorum ſatisfactionem, & in eodem iudicio executiuo illorum liquidationem facere procurauit tam in genere melioramentorum, quam de ipſorum valore.

Replicabatur huiuſmodi exceptionem non eſſe admittendam ad retardationem executionis ſtante maxime ſtatuto lib. 1. cap. 109. de executione ſententiæ in actione reali ſeu miſta latæ, vbi diſponitur vna videlicet nullitatis ex actis reſultantẽ exceptionem opponi poſſe, cuius nullitatis ſeu de nullitate exceptionis incluſione videntur omnes aliæ
1 excluſæ vulgata iuris regula, quod † incluſione vnius ſequatur excluſio alterius, l. cum prætor, in prin. ff. de iudi. cap. nonne, de præſumpt. cum ſimilibus per Becci. citatis. in conſil. 74. num. 32. quę re-
2 gula locum ſibi vendicat † etiam in ſtatutis teſte Bero. conſil. 147. num. 8. lib. 2.

Quibus accedere affirmabatur vitium malæ fidei, cum ſi quæ forte darentur melioramenta illa dicebantur fuiſſe facta lit. penden. & ſic a poſſeſſore
3 malęfidei qui pro eis recuperandis † retentionis iure vti non poteſt, vt voluit Socin. in conſil. 84. viſo, num. 30. lib. 2. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. num. 25.

D. Iudex a quo de conſilio ſapientis pronunciauit executionem petitam fore, & eſſe concedendam, &c.

Cuius ſententiam reformantes diximus male pronunciatum, & bene recurſum, licereque recurrenti in dicta bonis inſiſtere, illaque retinere vſque ad integram melioramentorum refectionem.

4 Moti quia regulare † eſt, quod pro expenſis in aliqua re factis, res ipſa retineri poſſit. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, & ibi gloſſ. & Iaſ. num. 10. ff. de cond. ind. l. ſi in area. eod. tit. tradit Capic. deciſ. 17. in cauſa Reuerendiſs. D. Card. num. 7. & Rebuff. in l. non poteſt videri. ff. de verb. ſign. vbi plene de retentionis materia.

5 Quę retentio † non tollitur, niſi per ſolutionem, vt no. Contard. in l. 1. quæſt. 20. num. 21. C. ſi de momen. poſſeſſ.

6 Et eſt adeo priuilegiata, vt poſſit opponi, † etiam in executione ſententiæ ad eam impediendam Spec. de except. §. dict. verſic. ſed pone Bart. in l. in fundo. de rei vend. Rip. in l. vbi pure, §. qui diſtrahendis, num. 3. ad Treb. quod notatu dignum commendat Hoſti. in ſumma de except. §. quando, & qualiter. verſic. item forte, & ſeq. Tiraq. de rei conuentio. §. 7. num. 14. gloſſ. 1. & not. Menoch. de recup. in 11. remed. num. 8. & in 15. remed. nu. 569. & Contard. d. quæſt. 24. nu. 16. & Benint. deciſ. 77. num. 1. 12. 13.

7 Cuius dicti ea redditur ratio, † quia excipiens de melioramentis, & retentionis iure vti volens nõ impugnat ſententiam, immo dicit bene latam, ſed habere retentionem pro impenſis contendit, ita tradit Bart. in l. in fundo. num. 16. ff. de rei vendic. & Tiraquell. in præcitato loco. Crauet. conſil. 148. num. 2. Rolan. conſil. 28. quoniam nemini. num. 3. lib. 1. & firmat plures allegans Benint. in deciſ. 77. capta fuit, num. 2.

Et quamuis dum peteretur executio ſententiæ illico melioramenta non eſſent liquida, ſed non reclamante actore fuerunt liquidata, tamen non fuit pro tunc nobis neceſſarium cognoſcere, & determinare ſuper diſputabili ac perplexo iuris articulo, videlicet an ſtantibus melioramentis non li-
8 quidis (quorum liquidatio, † difficilis probatu putatur, vt dicit Rolan. a Val. dict. conſil. 28. num. 35. lib. 1.) ſufficeret cautio de reficiendo illis liquidatis ad conſequendam executionem iuxta not. in l. 4. §. ſi prætor. de re iudic. quia oblatio iſta non fuit facta, ſed ſemper negatum per actorem melioramenta non deberi.

9 De quo iuris, † dubio articulo ᵃ remiſſiue. Me-
a noch. de recup. poſſ. 15. remed. numero 569. Contard. d. q. 24. & plenius Rot. Bonon. deciſ. 77. capta

Digitized by Google

rium.3.libro 2.Bero.conſil.40.rem non leuem, nu.
30.libro 1.
32 Vnde ſtante hac † exiſtimatione, quæ in dubio
a emptionem, & venditionem a facit, & dominium
in recipientem transfert, ut not.Boer. deciſio.327.
num.15.Anch.Regi q.36.num.1.Thob.Noni.con-
ſil.52. num.10. & de communi opinione, teſtatur
Couar.d. cap.28. num.1. Franc. Becci. conſilio 42.
quoniam, numero 2. vbi etiam, num. 1. declarat,
33 † quomodo ad duplicem effectum huiuſmodi æſti-
matio fiat, & not. Aemil. conſil 90. tria, num.4.&
tradit Bald.ſub diſtinctione, de qua in l. quoties. C.
de iure dot. inferebat Nicolaum vti dominum ad
libitum potuiſſe alienare, quia per æſtimationem
res deſierat eſſe dotalis; neque pro dotibus remane-
34 bat amplius obnoxia † niſi in ſubſidium. Couarru.
d.c.28.verſ.8.Rolan.conſi.92.Mago.num.24.lib.2.
Petr.de Vnzo.in tract.art.notaria. §.de prohibi.alie.
fund.dota.num.2.

Quibus non obſtat, fuimus in voto confirmandi
ſententiam Domini Iudicis a quo condemnando
Iob ad relaxationem petitam, nam ſtante promiſ-
ſione dotis præcedenti, & ſecuta fundi sraditione
primo viro facta, & per ipſum primum virum fun-
do poſſeſſo dicendum eſt nulla alia da cauſa de dicto
Meo in dictum primum virum deueniſſe, quam
35 † ex cauſa dotis ita ſuadente ſubiecta materia ma-
trimonij, & illius oneris ferendi occaſione, vt tradit
Bald. Nouel. de dote, in 6.par.14.priuil. caſu ſecun-
do. Aymo.conſi.277.circa medium.

Alias oporteret præſumere tam primum, quam
ſecundum virum ſine iure, & malafide occupaſſe
fundum Mei patris agentium, & Dom. Dominica,
36 quod non eſt † præſumendum, arg. not. per Socin.
in conſi.15.inſignis, colum.fi.lib.4.& per Becc. con
ſil.6.reuocatur, num.15. & ſucceſſiue idem dicen-
dum eſt, quo ad Nicolaum ſecundum virum, cui dos
primo viro promiſſa cenſetur eadem, & eiſdem qua-
litatibus ſecundo repetita. Quæ præſumpta, & fi-
cta dotis promiſſio ſecundo viro facta in omnibus,
37 † vere ac propriæ dotis vice fungitur, ut in not.q.
dicit Ruin.in conſil.151.viſo ſtatuto, lib.5.num.5.
vbi etiam dicit dotem conſtitui, & promiſſione, &
re ipſa, videlicet datione, ſubdens non eſſe inconue-
38 niens ex datione † vera, quod ſequatur actus fictus
promiſſionis, vt hic dici poteſt, vbi vere fundus fuit
datus ſecundo viro, ficte tamen dotis promiſſio pre-
ceſſiſſe præſumitur.

Nec obſtat, quod dicebatur dotis promiſſionem
in quantitate conſtitiſſe, & ſic fundum ſubinde da-
tum, datum dici debere exiſtimatum pro dicta
quantitate, & ea æſtimatione, quæ emptionem, &
venditionem faciat, vt ex communi opinione de-
ducebatur.

Quia fuit probatum tunc temporis fundum fuiſ-
ſe maioris valoris ultra dimidiam, & ſic ſtante hoc
39 exceſſu dicendum eſt magis datum ad † cuſtodiam,
& ad gaudimentum, quam in ſolutum ſecundum
Bald. Salic. Iaſ.Dec.in l.ex conuentione. C.de pact.
Ioan.Lup.in repet.cap.per veſtras. §.21.nu.4. ſuper
tex. de donat.inter vir.& vxo.

b Et ita ſe habet commun. opin. b de qua teſtatur
Soc.iun.in conſ.141.videtur, num.21.lib.1.Couar.
d.c.28.verſ.9.eſt ægregie Pariſ.conſ.81.in præſenti,
num.10.& ſeq.lib.3.Thob.Noni.conſ.106.licet do
mus, nu.5.Franc.Becci.d.conſ.42.num.12.

Allegabatur etiam, & probare ſatagebat actor de
paupertate primi, & ſecundi viri tempore conſigna-
tionis d. l. fundi quaſi lex hoc caſu fingere non po-
tuerit breui manu virum pretium vxori dediſſe pro
reſtitutione dotis ſecundum Bal.& Iaſ. in l. ex con-
uentione. C.de pact.Iaſ.in §.actionum, col.15.inſti.
de actio.Socin.iun.conſil.141.num.12.lib.1. ſed de
hoc non erat faciendum magnum capitale propter
ea, quæ in contrarium tradit Couar. pract. quæſt. c.
28.verſ.8.&c.

ANNOTATIONES.

a Emptionem, & venditionem. Id quod maxime procedit, quan do fuit pro dote promiſſa quantitas, pro qua quantitate poſt modum traditur fundus in ſolutum, quia iſta datio in ſolutum continet in ſe venditionem, ut late firmant Bero conſ.63 num.6.verſ.quintus caſus, lib.3 Soc.conſilio 69.col. pen.lib 4.fingitur enim in huiuſmodi æſtimatione, quod maritus pro fundo recepto pecuniã ſoluerit uxori, & vxor pro dote promiſſa fundum marito dederit, ita quod ſecundum Bald.in l. ſi inter. C. de iu dot. duus contractus exprimitur, ſcilicet, dotis, & alius occultatur, ſcilicet, emptionis, & venditionis, & breui, ac celeri manu de uno ſit tranſitus in alterum. iuxta no. in l. ſingularia. ff. ſi cer.pet. Socin.iun. conſ.41.num.11.lib.2. & alij quorum meminit. Tiraq. in tract retract.par.1.§ 1.gl.14.nu.30. & ultra per eum alle gata late Natta, conſ.650. nu.2.& latius. Rol.conſ.86. nu. 6 lib.4. & Cephal conſ.735.nu.1.lib.5. & propterea res ita in ſolutum data efficitur mariti pleno iure, & non retinet nomen, nec priuilegia dotis, quantitas enim dicitur eſſe in dote, non res. Ruyn.conſ 137.num.13. lib.5. & dumtaxat æſtimatio eſt mulieris, quæ ſi ex progreſſu temporis augeatur, illud augmentum competit marito, & eius hæredibus. Afflict.deciſ 270. Simon de Pret.conſ.200. num.1. & ita alias conſultus reſpondi in cauſa dotis. Baptiſtæ de Riccis, cui in dote fuerat promiſſa quantitas florenorum 800 pro quibus fuerat in ſolutum datus quidam fundus Verum eſt aduertendum, quomodo fuerint concepta inſtrumenta dotalia, quia ſi promittitur pecunia pro dote, pecunia eſt dos, licet pro pecunia detur fundus in ſolutum, ut mox dixi, ſed ſi datur res in dotem, licet datur æſtimata res eſt dos, & res in caſu reſtitutionis reſtitui debet, niſi aliter actum fuerit, quia in dubio ea eſt capienda interpretatio, vt res redeat ad naturam ſuam. l. ſi unus. § pactus, ne peteret. ff.de pact. & pro iſta deciſ. adeſt text. Clarus. in l. rebus dotalibus, in fi. princip. ibi, cum res, & ab initio vxoris fuerint, &c. Secundum intellectum. D. Tiber. Decian. conſ.101.nu.9.lib.1. pro quo eſt uidendus, etiam Pute. deciſ.376. lib.3. Quod optime facit ad ſtatutum Vrbis ſueteris, de dot. reſtit. ſolu. mat. Rub.74.lib.1.text.in l.iuribus, la prima. ff. de iu.dot. Verall.deciſ.333.nu.6. par. 3. & iſtud ultimum non habet difficultatem quoties nuptiæ non fuerint ſequutæ.

b Communis opinio. Quam declarat, niſi fuiſſet actum, quod in caſu reſtitutionis reſtitui deberet pecunia, uel res, ut declarat Natta, conſ.650. ſub nu.8. verſ. reſpondetur, ubi etiã dicit, quod onus probandi hunc ualorem incumbit allegan ti. Sed, quando æſtimatio fuerit emptionem, quomodo ſuccurratur uxori læſæ, & viro læſo, & qua actione, uide Pineli.in l.3.nu.18.par.1. C.de reſcin.vend.

SVMMARIVM.

1 *Lex ſecunda, C. de reſcin. vendit. locum habet etiam in datione in ſolutum.*

Pactum

Digitized by Google

2 *Pactum de retrouendendo cum mediate pretij arguit contractum fœneratitium etiam in datione in ſolutum,& num. 11.*

3 *Conſtitutum licet liberet conſtituentem a traditione iuris, non tamen liberat a traditione facti actualis.*

4 *Reſtitutio in integrum, an detur hęredi ex capite ignorantię aduerſus tempus conuentionale inchoatum cum maiore defuncto, & cum hærede completum, & num. 13. vbi de magis communi opi.*

5 *Reſtitutio in integrum competens minori ætatis beneficio fauorabilior eſt qualibet alia reſtitutione etiã abſentis cauſa reip.*

6 *Reſtitutio minori denegata multo minus maiori non concedenda minori, quod non conceditur, id nec maiori indulgetur.*

7 *Ignorantia, an præſumatur in minore agẽte, & pœnes ſe habente inſtrumenta rerum de quibus agitur.*

8 *Lex, qui in alterius. ff. de reg. iur. non habet locum in hærede agente, ſed in conuento.*

9 *Concluſio libelli eſt attendenda.*

10 *Differunt inter ſe remedium, l. 2. C. de reſcin. vend. ab actione vigore pacti de retrouendendo, cum in hoc cogatur rem tradere emptor in illo vero ſtet in arbitrio emptoris rem reſtituere, vel pretiũ ſupplere.*

11 *Pactum de retrouendendo modicitas pretij, & conſuetudo fœnerandi faciunt præſumi contractum fœneratitium ſola autem modicitas pretij, & pactum redimendi non ſufficit.*

12 *In datione in ſolutum nõ ita de facili vſura præſumitur, quemadmodum in emptione, & venditione.*

13 *Reſtitutio in integrum, ex clau. generali ex capite ignorantiæ indifferenter minoribus, & maioribus conceditur.*

14 *Nodum in ſcirpo quærit, qui contra communem opi. attentat.*

15 *Præſumpta ſcientia allegari debet, vt proſit.*

16 *Scientia præſumpta iuramento tollitur.*

17 *Inſtrumentorum retentio pœnes ſe non arguit ſcientiam, niſi probetur ad ipſius inſtantiam fuiſſe exemplatum.*

Scientia non præſumitur ex inſtrumento pœnes aliquem reperto, niſi probetur ad illius inſtantiam fuiſſe exemplatum.

18 *Pretij iniuſtitia cum pacto retrouendendi perpetuum aditum præſtant ad redimendum non obſtante aliquo temporis curſu.*

19 *Dolo peti videtur, quod ſtatim reſtitui debet.*

20 *Speciale mandatum qualiter dicatur eſſe.*

21 *Retractus ſufficit, petatur ab vno ex pluribus quibus competebat.*

ARGVMENTVM.

De reſtitutione in integrum ex capite ignorantiæ ex clauſula generali ſi qua mihi, &c. tam minoribus, quam maioribus concedenda.

DECISIO LXXVII.

PIERINVS Iuliani de Corſagna volens agnoſcere bonam fidem paternã, qui promiſiſſe dicebatur ſcuto. pro dotibus Dom. Antonię ſororis d. Pierini, dedit in ſolutũ eidem Do. Antoniæ, & Iacobo eius viro duo petia terrarum cum pacto retrouẽdendi infra nouem annos. Qui quidem Pierinus pendente termino ad recomperã præfixo deceſſit relictis filijs, & vniuerſalibus hæredibus, qui elapſo d. termino habita notitia huius dationis in ſolutum ab eorum patre factæ, præmiſſo iuramento de prædictis nullam amplius habuiſſe notitiam requiſierunt dictos iugales ad retrouendendum alterum ex præfatis petijs terrarum per eoſdem iugales poſſeſſum oblata actuali-
a ter quantitate integræ dotis iudicialiter petendo 4
ſe in integrũ reſtitui aduerſus lapſum dicti termini ex clauſula generali, ſi qua mihi iuſta cauſa, &c.

Proponentes etiam læſionem vltra dimidiam iuſti valoris, & conſequenter locum eſſe diſpoſitio-
1 ni. l. 2. C. de reſcinden. vendit. quæ † locum habet etiam in datione in ſolutum. Gabr. de empt. & vendit. conclu. 1. num. 38. ac etiam dicentes ex hiſd. aſſignationem ſapere naturam fœneratitij contra-
2 ctus ſtante † pacto retrouendendi, & pretij modi-
b citate b iuxta no. in cap. conqueſtus, de vſur. & per Doct. in cap. ad noſtram de empt. & vend. quam opinionem dixit communem. Alex. conſil. 46. lib. 3. Pariſ. alios citans, conſil. 54. num. 62. & conſil. 55. num. 29. & ſeq. lib. 1. Boer. deciſ. 102. Crauet. conſ. 156. num. 4. & 7. Natta, conſil. 198. num. 20. & in terminis dationis in ſolutum. Imo. conſil. 99. num. 5. And. Sicu. conſil. 51. Ang. conſil. 243. Barba. conſilio 51. libro 1. Caſſan. dicta deciſ. 1. de emptio. & venditio.

Et contra d. iugales exceptionibus, & reconuentione ſe tueri conabantur. Reconueniebant enim dictos actores ad ſibi tradendum actualem, & realem poſſeſſionem alterius petiæ terræ, quam affirmabant nunquã conſequi potuiſſe, nam licet clauſula conſtituti in d. datione in ſolutum contenta li-
3 beraret eos a traditione iuris † non tamen liberat a traditione facti, & actuali ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Cacheran. in deciſione 36. num. 10. Viui. in commun. opin. verſ. venditor non tenetur.

Et quantum ad excepta attinebat, dicebant iugales iſti petitam reſtitutionem in integrum non
4 eſſe concedendam † aduerſus tempus conuentionale inchoatum cum maiore defuncto, & completum cum hærede, quoniam cum currat minori ſine
5 ſpe reſtitutionis, l. Aemil. ff. de minor. † cuius reſtitutio eſt fauorabilior qualibet alia reſtitutione et abſentis cauſa Reip. vt not. Iaſ. in l. cum filiusfam. §. in hac, num. 6. de verbo obliga. & Rebuff. ſuper conſtitu. reg. in tit. de reſtit. in præfat. num. 27. quanto magis dicendum eſt maiori denegandam

fore,

6 ſore, cum quod minori † non conceditur, maiori
denegatur, glo. communiter approbata in l. nec nõ.
§. quod eis, in verbo non prohibeant. ff. ex quibus
cau. man. & pro hac opin. allegabatur in terminis,
deciſio Curt. ſen. in conſil. 58. per totum, quam de-
fendendo amplectitur. Soc. iun. conſil. 46. lib. 4. Ca-
gno. in l. 2. num. 125. C. de pact. int. emp. in prima
lectu. quod tanto magis dicendum erat, quia igno-
rantia, in qua ſe fundant actores, videbatur craſſa,
& ſupina ſcientiæ comparanda.

7 Nam † ex quo illi habebant inſtrumentum pe-
nes ſe, & eſſent hæredes, & agerent, ac de facili po-
tuiſſent informari, ſibi imputandum eſt ad Rot.
Bono. deciſ. 69. & 71. Cur. ſen. d. conſ. 58. nu. 4. Soc.
num. 19. Goza. conſ. 8. num. 54. in quibus loci præ-
fati Doctores limitando. l. qui in alterius, de reg. iu.
8 declarant † non procedere in hærede agente, ſed in
hærede conuento, & ſe defendente, & no. Bart. Ang.
Imo. Caſtrenſ. & Alex. in d. §. in hac. Dec. in d. l. qui
in alterius, num. 5.

Neque præfati actores fundare ſe poſſunt in ca-
pite exceſſus pretij vltra dimidiam perfunctorie
narrati in petitione, quia concluſerunt in retrouen
9 ditione facienda vigore inſtrumenti, & † concluſio
libelli attendenda eſt. Barto. in l. certi conditio. in
princ. ſi cert. pet. & maxime, quia hæc remedia ſunt
10 † diuerſa. Bero. in conſil. 121. num. 13. & ſeq. lib. 3.
nam in remedio. d. l. 2. in arbitrio emptoris eſt rem
reſtituere, uel pretium ſupplere, vt no. Bar. d. l. 2. co
lum. fi. in hoc autem remedio rem tradere præciſe
tenetur. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de actio. empt.
Roland. conſil. 53. lib. 1.

Sicuti obtinere non poſſent ex capite aſſerti fœ-
noris, cum illa duo pactum, videlicet, & modicitas
pretij non ſufficiant ad inducendam ſuſpitionem
11 vſurarum, † niſi tertium accedat, quod is ſit ſoli-
tus fœnerari, vt tradit Decian. in conſil. 146. vbi de
communi opin. & de magis communi. Iaſ. in conſil.
150. num. 1. lib. 4. Tiraq. de ret. conuentio. in præ-
fa. num. 5. Burſa. conſil. 117. num. 10. & de magis
communi opin. Miſinger. obſer. 62. cent. 3. vltra,
12 quod in datione in ſolutum † non ita de facili, c
c vſura preſumitur ſicut in vẽditione, quia datio in-
ſolutum fit ex cauſa præambula neceſſarij debiti.
Dec. in d. conſil. 146. Iaſ. d. conſ. 150. nu. 2. & Burſa.
vbi ſupra.

Vbi ſupra non obſtat, D. Iudex a quo condem-
nauit reos conuentos ad petita, & actores a recon-
uentis abſoluit, cuius ſententiam confirmantes di-
ximus bene iudicatum, & male appellatum.

Moti, quia crebrior ac magis recepta ſtat iuris
concluſio in terminis ſuccedentium in ius alterius,
qui iuſtam cauſam ignorantiæ habere dicuntur, l.
13 qui in alterius. de reg. iur. † quod eis detur reſti-
tutio in integrũ ex capite ignorantię virtute clau-
ſulæ generalis ſi qua mihi iuſta cauſa, &c. idque tã
minoribus indifferenter, quam maioribus 25. an-
nis vſque ad 30. & 40. annos. Alex. conſil. 71. & ibi
addentes. lib. 1. Rota Bono. deciſ. 69. & 71. & hanc
opin. dixit magis communem Iaſ. in d. §. in hac, &
licet dubitent Doct. de 40. annis, cum pro vtraque
parte adſint Docto. de commu. opin. atteſtantes,
vt not. Piuell. in authen. niſi tricennalis. C. de bon.
mat. nu. 58. placet tamen opin. ſupra firmata, quam
magis communem dicit Pariſ. conſil. 24. num. 221.
& 222. lib. 1. Cephal. conſil. 40. num. 62. & quod in
terminis noſtris hæc reſtitutio detur, tradit Cagn.
in d. l. 2. in 2. lectu. num. 223. vbi de communi atte-
ſtatur. Ruyn. conſil. 54. num. 12. libro 5. quam nec
etiam diffitetur eſſe magis communem, ibidem So-
cin. d. conſil. 46. & conſil. 76. numero 30. & 102. &
145. num. 76. lib. 1. licet ipſe d. conſilio 46. conetur
blandiri, & inſinuare iudicibus, vt contrariam ſen-
tentiam amplectantur, quod nobis nequaquam
perſuaderi potuit, vt neglecta communiori opinio
14 ne † quaſi nondum in ſcirpo quęrentes, ſecundum
contrariam opinionem minus receptam iudicare-
mus ad Burſat. conſil. 18. num. 1.

Non obſtat, quod dicebatur hanc non eſſe iu-
d ſtam ignorantiam d ex quo poterant agentes in-
formari, & ſcire præſumuntur propter inſtrumen-
15 tum penes eos repertum, † quia iſta præſumpta
ſcientia non fuit allegata, vt allegari debuit ad Fe-
lyn. c. cum ordinem. col. pen. de reſcrip. Crauet. con
ſil. 201. num. 30.

16 Præterea iſta ſcientia præſumpta † fuit ſublata
iuramento actorum, & hoc modo probatur igno-
rantia, vt in terminis poſt relatos tradit Crauet. d.
conſil. 201. num. 31. & ſeq.

Nec etiam ſufficit ad probandam ſcientiam in-
17 ſtrumentum penes aliquem eſſe repertum, † niſi
probetur ad ipſius inſtantiam fuiſſe exemplatum,
& a notario releuatum. Ancha. q. 63. num. 4. par. 1.
ubi poſt Socin. iun. conſil. 128. num. 125. lib. 1. per
eum relatum aſſerit ita procedere dictum Aret. in
conſ. 15. in fin qui Aret. loquitur ſub dubio, & ita
ſeipſum declarat in l. qui Romæ. §. duo fratres, nu.
26. de verb. obli.

Nec obſtat diſtinctio hæredis agentis, vel ſe de-
fendentis, quia contrarium conſuluit Ruin. conſil.
54. lib. 5. Crauet. d. conſil. 201. & indiſtincte tradit
Cagnol. d. l. 2. q. 77. & hoc tanto magis dicendum
eſt hic, ſtante damno, & læſione vltra dimidiam,
ad quod damnum euitandum reſtitutio concedi
18 ſolet. Fulgo. conſil. 61. immo ſtante † iniuſtitia pre
tij cum pacto redimendi non obſtante aliquo tem-
poris curſu res ſemper redimi poteſt. Caſſa. conſil.
11. num. 40. Hoſtien. in tit. de vſur. §. an aliquo, verſ.
9. ſi uendo. Cagno. d. l. 2. q. 9. num. 65. & adhuc ef-
fectum fuit narratus exceſſus pretij, & vſuræ ſuſpi
tio, vt facilius reſtitutio concederetur, non autem
ad inducendum principaliter remedium. d. l. 2.

Quo vero ad reconuentionem cenſuimus acto-
res abſoluendos, quia ſtantibus premiſſis natura
reconuentionis non patiebatur, vt prędictis iugali-
19 bus reſtitueretur illud, † quod ſtatim retrocedere
debuiſſent eiſdem actoribus, & ſic dolo facerent pe-
tendo illud, quod ſtatim reſtituturi eſſent, C. dolo
facis, de reg. iur. in 6. & faciunt no. per Bar. in auth.
& conſequenter, ſub nu. 6. C. de in offi. teſta.

Neque obſtabat, quod pro parte alterius exacto-
ribus deſideraretur mandatũ ſpeciale ad petẽdum
reſti-

reſtitutionem in integrum, tum quia conſtitit eſſe productum in effectu, & in forma ſufficienti, ſuffi-
20 cit enim, vt dicat † ſpeciale mandatum, quod dicat facio te procuratorem ad petendam reſtitutionem in integrũ abſque alia expreſſione tertiæ perſonæ, vel limitatæ cauſæ. Aemil. conſil. 117. num.
21 11. Tum, quia ad huiuſmodi retractum † ſat eſt quod unus petat, quia in totum retrouenditio fieri debet, ut plene tradit Silua. conſil. 22. iuſtiſſime per totum lib. 1. late poſt Tiraq. de ret. conuen. §. 1. glo. 6. num. 34. per Gaſp. Caballi. in tract. diui. & indiui. in 3. par. princ. num. 580. cum multis ſeq. & diſtinguendo tradit Aemil. in conſilio 9. colum. fi. & de communi opinione, Ioſeph. Ludoui. deciſio. 112. num. 13.

ANNOTATIONES.

a Petendo. Alias ſi petita non fuiſſet, nec concedi potuiſſe, vt eſt videre apud Magon. ſupra deciſ. 32. num. 23. & ſeq.

b Expretij modicitate. Immo, quod requiratur, & tertium, quod videlicet menſis ſit ſpatius [illegible] magis communiter [illegible] cipitur Magon. infra, num. 11. Quibus adde Capol. de ſimolat caſ. 6. colum. 1. & de magis communi teſtatur Boer. deciſ. 102. num. 5. tradens ſe hanc opinionem in iudicando, & conſulendo ſequutum fuiſſe, prout in ſuo conſil. [illegible] viſa literis. Sed pro contraria opinione, quod ſcilicet dicta duo ſufficiant eſt videndus Gramm. Doctores numerans, deciſ. 76. numero 529. vſque in finem, vbi dicit, quod nemo debet audere ab hac opinione diſcedere, quæ firmata reperitur [illegible] patrum, & antiquorum, & modernorũ authoritate, idem de communi Viui. communi opinione, verb. vendere. verſ. contractus. de magis cõmu. Natta, conſil. 198. Eman. Soarez. in theſau. commun opin. verb. venditionis contractus, num. 20. & [illegible] Doctores, & quotos congerens, Lup. Gemin. in l. 2. C. de pact. int. emp. & vend. commu. 2. §. 1. nu. 29. verſic. tu autem breuiter. Verum alia eſt opin. quod in hoc verſari debeat arbitrium iudicis, qui ex alijs coniecturis poterit ſe inſtruere ad iudicandum, an huiuſmodi contractus cũ hoc pacto, & pretij modicitate ſit ſimulatus, & vſurarius, vel ne, vt [illegible] Bal. conſil. 311. in quæſtione Gualgagnini col. 2. lib. 5. Corn. 346. col. pen. lib. 1. Crauet. conſil. 156. num. 14. Menoch. de arbitra. lib. 2. caſ. 13. Pian. Zoaone in d. l. 2. nu. 70. vbi Lup. Geminia num. 95. & ſeq. vſque in fin. [illegible] ad iſtud propoſitum, quæ apud ipſum videri poterunt. & [illegible] quæ diximus ſupra deciſ. 24. nu. 5. & late diſputantem, & cum hac vltima opinione reſidentem, vide Franc. de Caldas repet. l. ſi curatorem habens verb. [illegible] num. 59. & 60. C. de in integ. reſti. min.

c Non ita de facili [illegible] præſumitur. Hoc [illegible] Fulg. in conſ. 134. incipit in quæſtione vero an vel, ſed, & illud animaduerſione, Atque contrarium videtur tenere Ang. conſ. 145 multi conſo [illegible] & 99. Barbat. conſ. 55. lib. 2. [illegible] num. 5.

d Iuſtam ignorantiam. Et hoc modo probatur ignorantia. Immo in caſu reſtitutionis in integrum faciendæ ex clauſula, ſi qua mihi iuſta cauſa, & ignorantia debebat plene & ſufficienter probari per actores, qui in [illegible] fundabant. [illegible] erat illam probare per iuramentum, quia in caſu ignorantia erat in veriſimilis, quod tanto minus id admittetur, quando requiritur ignorantia iuſta, & probabilis, vt in caſu noſ, ad quod eſt videndus [illegible] per tot. quæ [illegible] pro alia limitatione ad regulã quod ignorantia probetur iuramento vltra tradita per D. Sforiam Odd. in ſuo celebri tracta. reſtit. in integ. lib. 1. q. 38. art. 6. & quod [illegible] eſſet ignorantia in veriſimilis, patet ex eo, quod inſtrumentũ, vt dicitur, erat [illegible] quod [illegible] quod non probet ſcientiã, tamen ſaltem facit ignorantiam in veriſimilem, & oſtendit ſcientiam præſumptam. Bolog. poſt Doct. in l. qui Romæ. §. duo fratres. nu. 24. ff. de verb. obl. Quæ ſcientia præſumpta facit ceſſante remedium reſtitut. in integrum ex capite ignorantiæ. Bon. de præſump. [illegible] ſtatut gl. 6. & ſeq. cum alleg. per ipſum poſt Dec. conſ. 29. num. 8. ideo plene ignorantia probanda erat Alb. præci conſil. 18. & ſic ea prædictis non videbantur actores fouere bonum ius, ſed deciſio fuit rationabilis ex ratione iniuſti pretij, & pacto de redimendo, de quibus hic, num. 18. ad cuius rationis comprobationem facit, quod actores ſtante dicti pretij iniuſtitia dicebantur tractare de damno vitando, ex quo ſequitur, quod ignorantia eſſet iuſta, & probabilis, cuius contrarium eſt, quando quis tractat de lucro captando Tiraq. in tract. retract. par. 1. §. 51. gl. 4. nu. 26. & 44. cũ adductis per eũ, quibus adde Decian. conſ. 46. nu. 147. lib. 2. & vide ſupra deciſ. 31. nu. 12. vbi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Dies interpellat pro homine.*
2 *An id procedat in fideiuſſore de repræſentando aliquẽ intra certam diem.*
3 *Si cum die ſit inſertus locus, tunc oportet actorem probare fuiſſe illa die in loco.*
4 *An autem tunc debitor debeat proteſtari.*
5 *Quæ ſunt de conſilio non neceſſitant.*
6 *Declaratur doctrina Bar. in l. ſi reus, de procu.*
7 *Mora productiua intereſſe non dicitur commiſſa creditore in die præſcripta non comparente.*
8 *Ante liquidationem non debet exequi.*
9 *Inſtrumentum non liquidum non debet exequi.*
10 *Inſtrumenta publica de iure communi non habent executionem paratam.*
11 *Quæ in inſtrumentis non leguntur, non merentur executionem.*
12 *Super intereſſe nõ liquido, quod in executione veniat liquidandum, an executio concedatur.*
13 *Intereſſe quanti plurimi honeſto uocabulo loco vſurarum acceſſit.*
14 *Executio ſententiæ non liquidæ peti non poteſt.*
15 *Conciliantur opiniones in articulo, an ſuper intereſſe non liquido concedatur executio.*
16 *Liquidatio fieri poteſt etiam iudicio ſummario.*
17 *Debitor, qui non ſoluit in loco, & tempore promiſſo, an poſſit vbique conueniri etiam ſi ibi non ſortiatur forum.*
18 *Debitor an teneatur ire ad domum creditoris, vel e contra.*
19 *Debitor ſi ad domum creditoris ire deberet, non tenebitur, quando mutauit forum creditor.*
20 *Item nec quando inter eos adeſſet obſequij, & reuerentiæ reſpectus.*

ARGVMENTVM.

Debitor in certum diem, & ad certum locum adueniente die ſi creditor nõ probet ſe fuiſſe paratum recipere in loco non incurrit in mora.

Debitor, an & quando teneatur ire ad domum creditoris.

Intereſſe non liquidi, an detur executio.

DE-

DECISIO LXXVIII.

GVIDETTVS Paganelli mutuo accepit ab Andrea Peregrini ſachos decẽ grani, quos eidẽ reſtituere promiſit Montignoſi intra ſex menſes, quibus elapſis, & non facta reſtitutione promiſit ſoluere ad rationem 17. librarum pro quolibet ſacho, & hoc pro pretio quanti plurimi, vt patebat publico inſtrumento.

Elapſo termino, & non facta ſolutione grani, Andreas egit coram D. Iudice ordinario ad d. granum ad rationem præmiſſam, & executionem obtinuit pro pretio, vt ſupra appretiato quanti plurimi.

Huiuſmodi cauſa ad nos per appellationem pro parte Guidetti deuoluta cenſuimus reformationi d. ſententiæ locum eſſe condemnantes d. reum conuentum ad reſtitutionem grani tantum, & pro eo executionem relaxãtes, in reliquis abſoluimus, &c.

1 Nam & ſi non ignoramus † ſcriptum diem interpellare pro homine vulgata l. magnam, C. de commit. ſtip. & no. in l. vinum ff. ſi cer. pe. & in cap. fin.
2 extra loca. † quod an procedat etiam in fideiuſſ. de repreſentando aliquem, infra certam diem etiam ſine interpellatione poſt Bar. in l. ita ſtipulatus q. 6. nu. 53. de verb. oblig. Dec. conſ. 2. col. 3. & Caſtren. conſ. 101. lib. 2. plene Senat. Pedem. dec. 51. per tot.

3 Tamen quando cum die eſt deſtinatus † locus certus ſolutioni, niſi actor probet ſe eodem die fuiſſe in d. loco paratum recipere, mora non committitur ex parte debentis ſoluere tex. eſt in l. item, in prin. verſ. proinde. ff. de conſti. pec. vbi Bart. & per illum tex. ſic not. Guil. Alb. Ful. & Caſtr. in l. arbiter ſi calendis. ff. de arb. idem Bart. in l. cum filiusfam. §. fi. & in l. continuus, §. ita, de ver. obli. Alex. conſ. 172. viſis, num. 4. lib. 2. & conſil. 41. lib. 4. & conſil. 90. viſo, lib. 5. col. fi. & conſ. 33. viſo, nu. 9. lib. 6. & 110. ponderatis, num. 2. lib. 6. Corn. conſ. 79. viſo, col. fi. nu. 19. lib. 3. Dec. conſ. 566. promiſit, num. 4. Afflic. deciſ. 316. Socin. iun. conſ. 136. dirigat, col. 1. lib. 3. maxime, & quando creditor, & debitor fuit eiuſdem fori, firmat Miſing. cent. 1. obſerua. 95.

Nec aduerſari videbatur quod idem Bart. Bald. Caſtr. in d. l. item illa & Bart. in l. ſi reus de præcid. & Bero. in cõſ. 194. in præſenti, nu. 28. 30. 31. lib.
4 1. vbi adnotarunt quod † creditore non adeunte ad præſcriptam diem, debitor debeat proteſtari coram iudice, & offerre cauſa euitandi pœnam.

Quia illud eſt de eo conſilio gratia abũdantioris cautelæ, non autem de præſcripto neceſſario, ita Alex. in conſil. 92. proſpectis, nu. 1. lib. 1. per l. ſi fundus, §. fi. ff. de leg. commiſſ. & d. conſil. 41. colum. 1. Aret. in conſil. 191. colum. 2. 3. Dec. d. conſil. 566. nu. 5. cum concordantibus per Rimin. iun. in conſ. 52. proponuntur, num. 60. Roland. a Valle, conſil. 87. non inſiſtendo, num. 18. lib. 1.

5 Quod autem ea quæ ſunt de conſilio, non neceſſitatis, in ſimili not. Bart. in l. 1. §. dies, C. quando app. ſit in vlt. not. Panorm. in cauſa col. 1. in fin. de re iud.

6 Nec ob. doctrina Bart. in d. l. ſi reus, † quia procedit iuxta tex. illum, quando requiritur conſignatio, & depoſitio, vt declarat Alex. d. conſil. 92. Bald. & Caſtren. d. l. ſi reus.

Ex quo igitur in proceſſu non conſtitit d. Andream die præſcripta ad locum ſolutionis faciendæ
7 adfuiſſe, & ſucceſſiue non interpellatũ reum † merito mora productiua intereſſe quanti plurimi nõ dicitur commiſſa ad no. per Doct. in l. ſi inſulam, de verb. ob. & in d. l. vinũ, & in l. nulla intelligitur, vbi Dec. ff. de reg. iu. Cor. d. conſ. 79. in fi. vnde nec intereſſe quanti plurimi deberi credidimus, & propterea inquantum primæua obligatio ſe extendebat, ac ſine diei deſtinatione contracta foret, intantum eundem teneri arbitrari ſumus, & pro eo executionem relaxauimus ad no. per Bart. in d. l. item illa, & per Affl. deciſ. 316. nu. 2.

At ſi ſimpliciter certa grani quantitas creditori eiuſdem fori certa die ſoluenda deberetur, & non ſoluta ſit: tunc ſi tranſacto tempore, grani quantitas petita foret ad rationem quanti plurimi valeret a die moræ non negaremus condemnationem ſequi potuiſſe, & executionem cõcedi, iuxta petita non obſtante quod hoc intereſſe quanti plurimi eſſet tantum deductum, & non probatum, ſed probandum veniret in executione ſententiæ.

8 Nam licet † ante liquidationem ſententia exequi non debeat. l. hæc autẽ. §. verbo liquere. ff. quib. ex cau. in poſ. & ita per illum tex. no. Iaſ. in l. 1. nu. 32. ff. de eden. Crau. conſil. 164. nobilis, numero 2. Nat. conſil. 27. num. 4. & in ſimili de expenſis non liquidis. Affl. deciſ. 331. & 358. in fin.

9 Pro vt idẽ dicitur de † inſtrumento quod ex for-
10 ma ſtatuti executionem meretur: † de iure autem communi inſtrumenta publica paratam executionem non habent, Dec. in conſ. 322. col. 1. Ang. in l. ſi cum dotem, §. eo autem tempore ſol. mat. Ruy. cõſ. 144. viſis, nu. 7. lib. 4. Bal. in l. 1. C. de execu. rei iud. Cotta. in memor. incipit inſtrumentum ante enim liquidationem ad eius executionem nõ proceditur Bart. in l. per diuerſas, C. man. Dec. conſ. 681. nu. 9. Bal. conſil. 393. inchoatis lib. 2. Graſ. reſpon. 40. nu. 27. lib. 1. plene Rolan. a Valle. conſil. 20. in præſenti,
11 nu. 8. & ſeq. lib. 1. & maxime in his † quæ nõ reguntur nec expreſſe continentur in inſtrumẽto, nec ex natura debiti veniunt, ſed ex mora, & negligentia debitoris, vt eſt intereſſe quanti plurimi Soc. iun. in conſ. 136. iuſtiſſimi, nu. 4. lib. 2. ad quæ decretum executionem concedentis extendi non debet. Ant. de Butr. in cap. tranſlato, & ibi Imol. de conſtit. Bal. in l. 1. C. de ... loca.

Tamen executionẽ concedi ſuper huiuſmodi in-
12 tereſſe non liquido, † quod tamen veniat in executione liquidandũ, non inconueniens eſſe exiſtimaremus, innixi auctoritate Bar. in l. ſolet col. fi. ff. de alim. & cib. leg. qui emergentia, & incidẽtia eodẽ iure cẽſeri, & determinari quo ipſius principale regulatur, affirmat, ſequitur Soc. cõſ. 100. in cauſa, nu. 6. li. 2. prout eſt hoc intereſſe quãti plurimi, qd honeſtiore
13 † vocabulo loco vſurarũ acceſſit, vnde ſicut tenet ſententia lata ſuper intereſſe incerto, ita etiã

executio

executio ſuper eodem relaxari poteſt ratione in diuiduitatis ſententię. l. in hoc iudicio. ff fami. erciſc.

Hoc idem firmat Bart. in l. 1. poſt glo. ibi nu. 8. ff. de ædeu. & in l. 2. & ibi Bal. C. de ſen. quæ ſin. cert. quan. Soc. d. conſil. 136. num. 3. Bar. in l. 1. col. fi. in

14 fi. de leg. 2. † executio enim ſententiæ non liquide peti poteſt, ſi liquidatio in executione fieri intēdatur. Cagn. in rub. C. de ſent. quæ ſi. cert. quanti.

Vltra, quod non fuerunt, qui rem hanc admo-
15 dum controuerſam ſedere diſtinctionis † conciliare tentarint, vt fuit Zaſi. qui in l. in ſumma, col. 2. verſi. hinc ſumpta. de re iudi. dicebat, quod aut intereſſe poteſt de facili liquidari, & tunc ante ſententiam liquidari debebat, aut de facili liquidari non poteſt, & tunc valet ſententia poſtquam poſſit fieri liquidatio, alij vero, (& hæc fuit opin. Ioan. Fabr. & Ioan. de Pla. in §. curare. inſtit. de actio.) dicebant, quod ſi intereſſe, & fructus petūtur principaliter, & tunc liquidatio fiat ante ſententiam ſi vero acceſſorie, (vt hic in caſu noſtro) & tunc fiat liquidatio poſt ſententiam, & hanc opi. ſequitur poſt Spec. Bart. Bald. Imo. Aug. & alios per eum relatos. Natta, in conſil. 569. viſo, nu. 12. liquidatio autem
16 iſta, quod fieri poſſit † iudicio etiam ſummario, tradit Rebuff. vbi ſupra Soc. conſ. 89. dubium, lib. 3. & Couarr. in loco infra citando.

Et in terminis, quod ſuper tali intereſſe non liquido in proceſſu tamen liquidando poſſit relaxari executio, decidit Couarr. varia. reſolutio. lib. 2. c. 11. num. 9. verſi. 4. omnibus his, & plenius Sena. Pedemon. deciſ. 119.

Veruman in caſu principaliter propoſito debitor, qui ſtatuto tempore, & in deſtinato loco non
17 ſolui poſſit † vbique conueniri etiam ſi ibi non ſortiatur forum, poſt Bald. & Salyc. in l. 1. ff. de eo, quod certo loco Caſtr. affirmatiue reſpondit cum quo ſtat commun. opin. vt teſtatur Iaſ. in §. plus autem, num. 27. & ſeq. inſti. de actio.

Et dum incidenter quærebatur de debitore, qui non expreſſo certo loco aliquid dare teneretur,
18 † an ipſe mittere debeat ad domum creditoris, vel expectare, quod creditor ipſe mandet ad domum debitoris, cum id non eſſet præſentis ſpeculationis, vt ex profeſſo tractari deberet, ſola remiſſione contenti ſumus ad notata per Doct. in d. l. item illa. de conſtit. pe. Albert. in l. 2. num. 22. C. de iur. emphyt. Bal. in l. accepta, num. 22. C. de vſu. Angel. in l. ſpatium, num. 3. ff. de æden. Inno. & Abb. in cap. ſignificante. de pign. quam regulam 19. limitat. exornat Duen, in reg. 161.

Quibus addendum diximus, quod in caſu quo debitor ſit obligatus ire ad domum creditoris, id
19 tamen facere † non tenetur, quando creditor poſtea mutauit forum, cum tunc non ſit obligatus debitor eum proſequi, & nouam eius habitationem petere, quia ex facto creditoris non debet debitor in plus teneri, quam ab initio erat obligatus. Bald. in d. l. acceptam 14. quæſt.

Ruſus ſi ſit creditor, ſiue debitor, ſiue eius di-
20 ſcitus ſiue diuerſi fori ſint, † ubi inter eos adeſt, obeſt obſequij, aut reuerentiæ reſpectus, tunc is, qui obſequium, vel reuerentiam præſtare tenetur, ad domum alterius ire debet. Bal. in l. fin. C. de condi. inſer. & firmat Natta, in conſil. 513. cum vendidiſſet, colum. 1. &c.

Quæ diſceptatio ceſſat, vbi quid eſt implendum per viam conditionis, nam tunc tenetur ille, qui habet implere ſe ſe offerre, & ire ad domum illius cui eſt implenda conditio, & non expectare, quod ab eo petatur. l. Mutianæ. & ibi Bald. & Caſtren. notant. ff. de vendit. & demon. idem Caſtren. in l. pen. col. 2. de cond. inſert.

ANNOTATIONES.

a Interpellare pro homine. Vide latiſſime poſt alios declarantem, & limitantem. Bolog. in alle. h. c. l. vinum. ff. ſi cer. pe. num. 8. & pluribus ſeq. Ant. Gabr comm. concl. lib. 3. tit. de ſolut. & liberat. concl. 9 per totum. An quis ita per diem interpellatus dicatur moroſus abſque aliqua iudicis declaratoria, vel potius requiratur declaratio, vide Rimi. iun. cū adduct. per eum conſ 404. nu. 45.

SVMMARIVM.

1 *Reſpondens alicui de fructibus dicitur illum recogno-ſcere in poſſeſſorem bonorum pro quibus reſpondet.*
2 *Maxime alio non poſſidente.*
3 *Penſionis ſolutio ad fauorem recipiente poſſeſsionem, & dominium probat.*
4 *Item & cauſam, & titulum locationis.*
5 *Quæ præſumptio non minus valet, quam ſi teſtibus, & inſtrumentis locatio probaretur.*
6 *Penſionis ſolutio probatur per teſtes ſingulares.*
7 *Fundamento non ſubſiſtente non ſuperædificatur.*
8 *Teſtis ſibi contrarius non probat.*
9 *Teſtis deponens de viſu de his, quæ ante eius natiuitatem euenerunt, dicitur falſus.*
10 *Teſtis in vno falſus in totum falſus.*
11 *Teſtis non confeſsus nec communicatus, an probet.*
12 *Teſti de facto proprio atteſtanti, an credatur plene.* num. 14.
13 *Teſtis inductus ſuper facto alieno etiam factum proprium complectente non plus probat, quam vnus alius teſtis.*
14 *Teſti de facto proprio deponenti non plene creditur.*
15 *Teſtis errore falſum dicens excuſatur, & dictum valet.*
16 *Teſtis non debet deponere niſi de his, quæ vidit, & ſcit.*
17 *Teſtes ſingulares in probando, quid in genere probant.*
18 *Teſtis deponens Titium tenuiſſe bona pro ſuis, & tanquam ſua licet iſta verba non probent dominium, probant ſaltem poſſeſſionem nomine proprio non alieno detentam.*
19 *In dubio quis proprio non alieno nomine poſſidere præſumitur.*

ARGVMENTVM.

Solutio penſionis, an probet poſſeſsionē dominium, & titulum locationis pro recipiente.

[illegible] Google

Teſti de facto proprio deponenti, an plene credatur.

DECISIO LXXIX.

IN cauſa Antonij, & Saluatoris Quilici contra Do. Margaritam, & Auguſtinum eius filium, Actorum intentio, (vt ex allegatis, & deductis colligebatur) tota conſiſtebat in penſionum ſolutione per dictos reos conuentos facta occaſione bonorum de quibus agebatur, quæ prima fronte ſatis valide fundata videbatur.

1 Quandoquidem † reſpondens alicui de fructibus dicitur ab eo recognoſcere poſſeſſionem bonorum, pro quibus reſpondet Doc. in l. qui vniuerſas, §. quod per colonum. ff. de acq. poſſ. Cal. in l. conſil. 130. videtur, lib. 3.

2 Quod † ſine controuerſia procedit alio non poſſidente, vt no. Afflict. deciſ. 325. & ibi addentes, Rota Bono. deciſ. 42. num. 2. Roma conſ. 137. poſito, & ibi adden. Curt. ſen. conſ. 72. magnifice vir, num. 6. Boer. deciſ. 105. in fi. vel inter eaſdem perſonas, non autem in præiudicium tertij. Silua. conſil. 57. num. 44. lib. 1. Aemil. conſ. 89. num. 25.

3 Quæ † quidem penſionis ſolutio, ne, dum poſſeſſionem ad fauorem recipientis probat, ſed etiam dominium. Rim. iu. conſil. 12. petitum, nu. 15. Caſſane. conſil. 16. & non ſolum poſſeſſionem, & domi-
4 nium, ſed † cauſam, & titulum locationis, vt tradit Caſtren. conſ. 51. in cauſa, lib. 2. Redoa. de reb. eccleſ. non alienan. q. 18. verſi. dicta vero ſuperius, nu.
5 10. & dicit Caſtrenſ. † quod huiuſmodi penſionis ſolutio facit præſumere locationem, & quod iſta probatio ex iuris præſumptione proueniens non minus valet, quam ſi teſtium, ac inſtrumentorum miniſterio fieret.

Vnde iſti rei conuenti tanquam ius locatorum interuertentes, ac ſpoliantes, videbantur condemnandi ad petitam bonorum relaxationem, non obſtante, quod hæc penſionis ſolutio probari videre-
6 tur per teſtes ſingulares, quos † concludenter pro-
a bare a firmat Caſtr. d. conſil. 51. ſequitur Caſſan. d. conſil. 16. col. fi.

Quibus tamen non obſtantibus confirmantes ſententiam D. Iudicis a quo, diximus bene iudicatum ad fauorem D. Margaritæ, & Auguſtini, & male appellatū per dictos Antonium, & Saluatorem.

Moti, quia fundamentū ſolutæ penſionis, (quod erat præſumptiua locationis probatio) non fuit
7 concludenter probatum, & † ideo non ſubſiſtente in eo ſuper ædificatum corruebat. cap. veniens, de præsbyte. non bapti.

Teſtes enim qui de aſſerta ſolutione penſionis probare fatagebant propter eorum multiplices defectus, ne dum de fide ſuſpecti, ſed omnino non fide digni reddebantur.

Horum enim alter, videlicet ſecundus in ordine de viſu circa d. ſolutionem conſtituebat ſuper articulis actorum, interrogatus autem ſuper interrogato-
rijs partis aduerſæ, ſolutioni præfatæ ſe non fuiſſe
8 præſentem reſpondit, & † ſic tanquam ſibi ipſi contrarius nullatenus probat ſecundum Alex. in conſ. 183. in cauſa, nu. 10. lib. 6. ita, quod nullo modo ſtante contrarietate poſſet reduci ad concordiā ad effectum probandi, & ſi reduci poteſt, vt pœnas falſi euitet, reducetur, vt idem Alex. tradit in conſil. 29. clariſſime, nu. 9. lib. 7. & conſ. 190. viſis, col. 1. eo. lib. 7. & de commu. opin. Suarez recepta ſententia in litera T. num. 146.

Alexander vero, & Antonius, qui de ſeipſis teſtimonium perhibent, & ſe recepiſſe penſiones allegatas a dictis reis conuentis nomine actorum minus etiam probant, quia ille in articulo poſſeſſionis Bernachæ reperitur falſum deponere atteſtando de
9 viſu ſuper his, † quæ ante eius natiuitatem contigerunt, Pariſ. conſ. 88. nu. 75. lib. 3. & conſ. 107. nu.
10 63. lib. 2. & per † conſequens in totum redditur falſus, vt de communi atteſtando, tradit Alex. conſil. 141. in cauſa, num. 11. & conſ. 183. viſo, nu. 3. lib. 4. Emanuel Suarez recep. ſent. in lit. T. nu. 135. Chiet.
11 co. commu. opin. cent. 4. concluſ. 71. † vltra, quod iſte non erat confeſſus eo anno, nec communicatus, & ideo minus ei credendum erat, vt poſt relatos per eum not. Burſat. conſ. 20. Gaſp. nu. 49.

Iſte autem qualitercunque probet ſingulariter tantum probat, & ſic minus apte ad victoriam agentium deponit, cum in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.

12 Cui † & ſi forte videbatur plene credendū tanquam de facto proprio atteſtanti, vt voluit Caſtr. in l. quicunque, C. de ſeruis fugiti. cum concordan. per Ant. Gabr. lib. 2. de teſti. concluſio. 1. nu. 28. maxime cum nō tractet, niſi de ſuo incommodo. Alexan. conſ. 197. viſis, nu. 5. lib. 7. Rui. conſ. 41. quæritur, nu. 4. lib. 4. Craue. conſil. 6. plura, num. 62.
13 Tamen † cum ſit inductus principaliter in teſtem ſuper facto alieno, & ab alio geſto, videlicet ad probandum reos cōuentos penſionem ſoluiſſe, non autem ad probandum propriam receptionem, & proprium factum, nō poteſt plus operari, quam vnus teſtis, vt conſiderat Alex. in conſ. 192. perſpecta, ſub num. 13. lib. 6. & maxime reſpectu tituli locationis, cum de eo tacite tanquam de extraiudiciali confeſſione deponere videatur, quo caſu vnus teſtis non ſufficit, vt not. Dec. in conſil. 57. num. 6.
14 Vltra, † quod comm. opi. eſt in contrarium, quod teſti etiam de facto proprio deponenti non plene credatur, vt teſtatur Boer. deciſ. 221. in fin. & tanquam veriorem ſequitur Rui. conſil. 65. quamuis, nu. 2. lib. 5. licet iudicis arbitrio relinqui dicat Menoc. de arb. iudi. lib. 4. cent. 1. caſu 99. & no. Silu. cōſil. 17. diuino, num. 11. lib. 2.
15 Nec obſtat † teſtes ſuper poſſeſſione Bernachæ errore falſum depoſuiſſe, iux. not. per Ruin. in conſil. 54. viſo proceſſu, nu. 9. lib. 4. & ideo ipſorū dicta nō fore reijcienda, quia teſtes præſupponunt ſcire
16 tempus alienationis, & † non debent deponere, niſi de his, quæ viderunt, & ſciunt, vel nouerunt, unde in hoc ſi falſum dicunt ſcienter, vel ignoranter

rer ſemper eorum dictum redditur falſum. Alex. conſil. 45. viſis, num. 6. lib. 2.

Non obſtat teſtes ſingulares probare ex conſilio Caſtr. ſupracitato, quia reſpondetur, id eſſe ve-
17 rum, quando † agitur de probanda poſſeſſione in genere, dummodo teſtes ſint idonei, & eorum ratio ſit bona. Bald. in l. de quibus, colum. penul. ff. de legib. vbi dicit, quod ſi ratio teſtium ſit bona licet diuerſa, non ſunt ſingulares, verbi gratia, volo probare me poſſidere, dicit vnus teſtis, quod percepi fabas, alter, quod frumentum, certe probant, quia iſta teſtimonia ſunt in cauda colligata, late tradit Rimi. iun. conſilio 7. cum quidam, numero 31. cum multis ſeq. ſed in iſto caſu teſtes deponunt circa ſolutionem penſionis tantum, & non de pluribus actibus in genere ad idem tendentibus, & patiuntur defectus de quibus ſupra.

Et ex his ſtante probatione poſſeſſionis reorum per 30. annos, & vltra plene probata computato tempore auctorum per teſtes deponentes d. bona per eos fuiſſe poſſeſſa pro ſuis, & tanquam ſua diximus bene iudicatum, & male appellatum, cum reſeruatione iurium ipſis actoribus alias agendi de qua in ſententia.

18 Et licet illa verba † pro ſuis, & tanquam ſua non probent dominium, probant ſaltem poſſeſſionem proprio, & non alieno nomine detentam. Alexander conſilio 98. viſo, ſub numero 9. libro 2. Roland. conſilio 46. in præſenti, numero 18. libro 3. In
19 † dubio enim nomine proprio non alieno poſſidere præſumitur. l. Titia. ff. ſol. matrim. Inno. in capit. cum olim. de priuileg.

ANNOTATIONES.

a Concludenter probare. Immo teſtes ſingulares ſuper mercedis ſeu penſionis ſolutione nullo pacto probant poſſeſſionem, vt optime animaduertit infra Magon. num. 17. Quia iſte actus ſolutionis penſionis non eſt poſſeſſio, nec poſſeſſorius, & nullo modo poteſt de per ſe, & propter ſe inferre ad probationem poſſeſſionis in genere. ideo non poſſunt ſufficere teſtes ſingulares. ſed debent eſſe conteſtes, ita vt per eos probata legitime ſolutione penſionis, & præcedente locatione inferatur poſtmodum, præſumptiue tamen, ad probationẽ poſſeſſionis, vt notanter declarauit Ruy. conſ. 44. num. 10. lib. 4. quem ſequitur Cæph. conſil. 150. num. 40. lib. 2. & ego alias tenui pro M. Annibale Vaſchiengo contra communitatem Caſtri turris Alfine.

SVMMARIVM.

1 *Pactum de retrouendendo dicitur perſonale, nu. 1.*
2 *Pactum retrouendendi ex magis communi opinione dicitur rei perſecutorium.*
3 *Maxime ſi ſit vallatum cum hypotheca ſpeciali illius rei.*
4 *Audientia denegata alcui ex lege, vel ſtatuto is cui denegatur, non poteſt agere in iudico quantumcunque fauorabili.*
5 *Extollit facultatem appellandi.*
6 *Probandi modus certus a lege pro forma requiſitus non poteſt æquipollens impleri.*
7 *Verba enunciatiua non diſponunt ad neceſſarium præambulum.*
8 *Præſuppoſitum oportet expreſſe probari alias ſupponens illud nihil operatur.*
6 *Vbi principaliter tractatur de enunciato verba enunciatiua nõ probant plene, ſed forte præſumptionem faciunt.*
10 *Varietas loci arguit varietatem corporum.*
11 *Nomina locorum ſæpe mutantur.*
12 *Identitas dicitur probata per concordiam duorum confinium.*

ARGVMENTVM.

Pactum de retrouendendo, an ſit perſonale, vel rei perſecutorium, & an is, cui denegatur audientia, agere poſſit, & de verbis enunciatiuis.

DECISIO LXXX.

IN cauſa Pierini, & Sardri de Corſagna, ſed Ioannis Andri eius procuratoris contra Ioannem Fatij, vti tertium poſſeſſorem bonorum mota tota difficultas conſiſtebat in exceptionibus rei conuenti contra quem pronunciauimus bene iudicatum, & male appellatum.

Huius autem animi noſtri motiua ex reſponſionibus ad exceptiones dandis apparebunt.

Excipiebat itaque primo loco de non iure agen-
1 tis † propterea, quod pactum illud de retrouendendo tanquam perſonale, non poteſt exerceri contra tertium poſſeſſorem nullum ius, nullamque cauſam habentem ab actore neque ab ipſo emptore. l. ſecunda, C. de pact. int. empt. & ad hoc ſemper allegari ſolet celebre conſilium Alexan. 10. libro primo, quem communiter ſequuntur Doctores. vt teſtatur Viui. in communi opinione, verbi vendens.

Vtrumque, quia de veritate huius articuli multum controuerſum fuit inter Doctores, ita quod non
2 defuerit † communis contraria ſententia, quæ fuit originariè. Caſtr. in l. ſi cum venderet. ff. de pigno. actio. vt teſtatur Roggeri. a Mota, in l. traditionibus, numero 54. C. de pact. de quo late Tiraquel. de ret. conuen. §. primo, gloſſ. ſeptima, Cagnol. & alij repetentes, in dicta l. ſecunda, Couarr. varia. reſolut. capit. octauo, libro tertio, Socin. iun. conſilio 129. libro 2.
a Tamen nobis magis placuit hæc ſecunda a Caſt. opin. quam magis communem aſſerit Rogger. vbi ſupra, & vſu receptam. teſtantur adden. ad Alexan. d. conſil. 10. Guid. Papa conſil. 49. & Couar. d. cap. 8. ſub num. 2. verſiculo hinc apparet.
3 Quod † maxime procedit vbi adeſt, vt hic ſpecialis hypotheca ipſius rei pro obſeruatione d. pacti ſecundum comm. opi. de qua Iaſ. in l. ſi ita quis

Digitized by Google

promiſerit.§.ea lege, nu.29.& ſeq. de verb. obliga. Cagno. in repe. l.3. C.de pact.int. vend. quæſt.3 t. num.136.

Secundo opponebatur contra actorem, quod eſſet bannitus ad triremes, & ideo non fore audiendum obſtante ſtatuto, lib.1.c.24.&c.58. & lib.4.c.23. vbi condemnatis in pœna corporali, vel pecuniaria a 50. libris ſupra audientia denegatur.

b Quæ denegatæ audientiæ b † exceptio eſt adeo
4 efficax, quod non poteſt agere etiam in iudicio quantuncunque fauorabili, ſecũdum Ruy.in con-
5 ſil.49.lib.4.num.7. † Itemque nec appellare, vt poſt Spec.de appel.§.t 1.verſicu.32.no. Fran.in rub.eo. titu.num.25. Paris de Put.de ſindi. cap.18. & alios citans. Contar.in l.1.in no.num.21.C.ſi de momen. immo dicit Iaſ.in l.1.§.ſublata, nu.6.ff. ad Trebel. quod ipſo iure nullum eſt, quicquid cum talibus geſtum ſit.

De banno autem dicebatur conſtare ex lectura inſtrumenti procuratorij, in quo narratur Perinũ fuiſſe habilitatum, & extractum a triremibus ad effectum conſtituendi procuratorem, & arguendo a ſolitis non detinentur, nec cuſtodiuntur in triremibus, niſi condemnati, & de aliquo crimine irretiti.

Iſta exceptio tollebatur, quia de condemnatione, ſeu banno aliquo ſaltem formiter non conſtabat iuxta formam ſtatuti 158. lib.1. vbi exceptio banni debet probari per ſcripturam publicam ex archiuio Lucẽſi extractam, alias mandat exceptio-
6 nem haberi pro non allegata, † nam vbi certus modus pro forma probandi a lege datur, excluditur
c aliud genus ſeu modus probandi, c argum. no. per Nattam, conſ.581.nu.17.& ſeq.

Nec obſtat illa narratiua habilitationis in procuratorio lecta, quia non infert neceſſario ad delictum, non enim ſequitur quis reperitur ad triremes addictus, ergo condemnatus de crimine, tum quia poteſt eſſe, quod ibi reperiatur ex quadã principum noſtri temporis voluntate, qui vrgente neceſſitate ex arbitrio cogant remiges, vt docet experientia, vel quod ibi detineatur ex aliquo delicto extra dominium Lucenſe commiſſo, & ab alio Iudice, quam Lucenſi condemnatus.

Præterea illa verba in procuratorio emiſſa ſunt
7 verba enunciatiua, & propter aliud prolata, † & non diſponunt ad neceſſarium præambulum, vt egregie firmat Alexan.in conſil.17.lib.2.colum.fi. vbi in terminis procuratorij dicit, quod ſi in mandato non ſit data expreſſa facultas ſubſtituendi, ſi poſtea dicatur, quod conſtituens promittit releuare indemnem procuratorem, & ſubſtitutum, non propter hoc dicitur probata poteſtas ſubſtituendi, quia verba illa ſuppoſitiua non diſponunt de præ-
8 ſuppoſito, † niſi de eo expreſſe conſtet Rot. deciſ. 342.in antiq.doms.in c.1. §. licet.de procura.in 6. ſequitur Craue. de antiq. tempo. in prima amplia. primæ par. num.54. & eo magis hic dicendum eſt, non diſponere, quia ſumus in odioſis. Crauet.d.1. amplia.num.53.

Accedit, quod ſi principaliter tractaretur de enũ-
9 ciato, tunc verba † enunciatiua non probant aliquomodo, vt dicit Soc.conſil.92. lib.3. vel ſecundum aliquos, ſi quid probent dicta verba enunciatiua, id præſumptiue probarent, idem Crauet.de antiq.temp.in verbo propoſitum, nu.58.& ſeq. quæ præſumptiua probatio non ſufficit, vbi a lege certa forma probandi inſtituta eſt, vt ſupra dictum eſt.

Poſtremo allegabatur varietas actoris circa nomen, & fines bonorum, de quibus agitur, nam in procuratorio deſignatur locus, *detto la Serra*, & in
10 petitione locus *detto di contra*, quæ varietas † arguit varietatem corporum.

Sed hoc nihil erat, quia concurrebant omnes aliæ qualitates, & confinia vtrobique deſignata, vnde non eſt curandum de diſcordia nominis loci. Paris de Puteo, in cap.ſi diſcordet.de ſi. feu. per glo.
11 in l.ſi quis in fundi vocabulo. ff.de lega.1. † nomina enim locorum ſæpius mutantur, dicit Boſſ. de princip.num.274.

Et vbi ex pluribus qualitatibus expreſſis vna diſcordet, ſufficit ad identitatem rei, quod cæteræ conueniant Caſtren.in l.in teſtamento, ff.de con-
12 di. & demon. † quia identitas rei dicitur probata ſi concordet in duobus confinibus. Thob. Noni. conſil.2.num.60.& de commu.opin.tradit Burſar. conſil.80.num.3.

ANNOTATIONES.

a Hæc ſecunda Late diſcutit opiniones. Crau.conſ.201. nu.1. & ſeqq & Menoch.de magis communi atteſtans, conſilio 63.in princip.

b Denegatæ audientiæ Vide ſupra deciſ.67. nu.22. vbi ſcripſi.

c Seu modus probandi contrarium. Dixit ſupra Magon.deciſ. 37.num.35.vbi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Incluſio vnius excluſio alterius, num.20.*
2 *Quod procedit etiam in ſtatutis.*
3 *Retentionis iure non vtitur pro melioramentis poſſeſſor malafidei.*
4 *Retentio datur regulariter pro expenſis in aliqua re factis.*
5 *Retentio non tollitur, niſi ſolutio.*
6 *Retentionis exceptio etiam in executione ſententiæ opponi poteſt.*
7 *Retentionis iure excipiens non dicitur impugnare ſententiam.*
8 *Melioramẽtorum liquidatio difficilis eſt probationis.*
9 *Dubius tamen reputatur iſte articulus.*
10 *Hodie conſtat; hodie agamus, quomodo intelligatur, & qui opponere poſſint.*
11 *Litigioſa res quomodo dicatur effecta.*
12 *Malafides, & ſcientia inducta per litis conteſtationem, dicitur præſumpta non vera.*
13 *Bonafide poſſidens non debet moueri ad firmiter credendum rem eſſe alterius ex eo ſolo, quod alius ſibi litem moueat.*
14 *Qualitas temporis fundatiua intentionis alicuius debet ab eo probari.*

15 *Actus*

15 *Actus, qui certo tempore geſtus poteſt eſſe dicitur, & illicitus in dubio præſumitur geſtus tempore licito.*
16 *Melioramenta facta ab aliquo, qui ius habet in re non præſumuntur facta animo donandi, ſed repetendi.*
17 *Statutum procedens per regulam, & fallentias, in nõ exceptis non ſeruabitur ius commune.*
18 *Exceptio in continenti probanda non dicitur excluſa.*
19 *Exceptio ſimilis expreſſis ſtatim probanda non cenſetur excluſa.*
20 *In correctorijs incluſio vnius non eſt excluſio alterius.*
21 *Incluſio vnius excluſio alterius non procedit vbi mẽs repugnat.*
22 *Item fallit regula iſta, quando excluſum alio iure includeretur.*
23 *Retentio ſine dubio competit pro neceſſarijs melioramentis factis.*
24 *Secus in vtilibus, quia datur petitio non retentio bonæ fidei facientis.*
25 *Melioramenta neceſſaria quæ dicantur.*
26 *Minor ſumma in melioramentis probata attenditur.*

ARGVMENTVM.

De retentione rei pro melioramentis factis, & pro quibus melioramentis competat, & quando opponi poßit.

Regula iuris incluſio vnius excluſio alterius quomodo procedat.

DECISIO LXXXI.

FVIT petita executio ſententiæ, quæ tranſitum fecerat in iudicatum per Ioannem Sandri contra Ioannem Fatij de Victriano, qui oppoſuit exceptionem melioramentorum intendens d. bona retinere, & in illis inſiſtere vſque ad integram illorum ſatisfactionem, & in eodem iudicio executiuo illorum liquidationem facere procurauit tam in genere melioramentorum, quam de ipſorum valore.

Replicabatur huiuſmodi exceptionem non eſſe admittendam ad retardationem executionis ſtante maxime ſtatuto lib. 1. cap. 109. de executione ſententiæ in actione reali ſeu miſta latæ, vbi diſponitur vna videlicet nullitatis ex actis reſultantẽ exceptionem opponi poſſe, cuius nullitatis ſeu de nullitate exceptionis incluſione videntur omnes aliæ
1 excluſæ vulgata iuris regula, quod † incluſione vnius ſequatur excluſio alterius, l. cum prætor, in prin. ff. de iudi. cap. nonne, de præſumpt. cum ſimilibus per Becci. citatis. in conſil. 74. num. 32. quę re-
2 gula locum ſibi vendicat † etiam in ſtatutis teſte Bero. conſil. 147. num. 8. lib. 2.

Quibus accedere affirmabatur vitium malæ fidei, cum ſi quæ forte darentur melioramenta illa dicebantur fuiſſe facta lit. penden. & ſic a poſſeſſore
3 malæfidei qui pro eis recuperandis † retentionis iure vti non poteſt, vt voluit Socin. in conſil. 84. viſo, num. 30. lib. 2. Menoch. de recup. poſſ. remed. 15. num. 21.

D. Iudex a quo de conſilio ſapientis pronunciauit executionem petitam fore, & eſſe concedendam, &c.

Cuius ſententiam reformantes diximus male pronunciatum, & bene recurſum, liceréque recurrenti in dicta bonis inſiſtere, illaque retinere vſque ad integram melioramentorum refectionem.

4 Moti quia regulare † eſt, quod pro expenſis in aliqua re factis, res ipſa retineri poſſit. l. ſi non ſortem, §. ſi centum, & ibi gloſſ. & Iaſ. num. 10. ff. de cond. ind. l. ſi in area. eod. tit. tradit Capic. deciſ. 17. in cauſa Reuerendiſs. D. Card. num. 7. & Rebuff. in l. non poteſt videri. ff. de verb. ſign. vbi plene de retentionis materia.

5 Quę retentio † non tollitur, niſi per ſolutionem, vt no. Contard. in l. 1. quæſt. 20. num. 21. C. ſi de momen. poſſeſſ.

6 Et eſt adeo priuilegiata, vt poſſit opponi, † etiam in executione ſententiæ ad eam impediendam Spec. de except. §. dict. verſic. ſed pone Bart. in l. in fundo. de rei vend. Rip. in l. vbi pure, §. qui diſtrahendis, num. 3. ad Treb. quod notatu dignum commendat Hoſti. in ſumma de except. §. quando, & qualiter. verſic. item forte, & ſeq. Tiraq. de rei conuentio. §. 7. num. 14. gloſſ. 1. & not. Menoch. de recup. in 11. remed. num. 8. & in 15. remed. nu. 569. & Contard. d. quæſt. 24. nu. 16. & Benint. deciſ. 77. num. 1. 12. 13.

7 Cuius dicti ea redditur ratio, † quia excipiens de melioramentis, & retentionis iure vti volens nõ impugnat ſententiam, immo dicit bene latam, ſed habere retentionem pro impenſis contendit, ita tradit Bart. in l. in fundo. num. 16. ff. de rei vendic. & Tiraquell. in præcitato loco. Crauet. conſil. 148. num. 2. Rolan. conſil. 28. quoniam nemini. num. 3. lib. 1. & firmat plures allegans Benint. in deciſ. 77. capta fuit, num. 1.

Et quamuis dum peteretur executio ſententiæ illico melioramenta non eſſent liquida, ſed non reclamante actore fuerunt liquidata, tamen non fuit pro tunc nobis neceſſarium cognoſcere, & determinare ſuper diſputabili ac perplexo iuris articulo, videlicet an ſtantibus melioramentis non li-
8 quidis (quorum liquidatio, † difficilis probatu putatur, vt dicit Rolan. a Val. dict. conſil. 28. num. 31. lib. 1.) ſufficeret cautio de reficiendo illis liquidatis ad conſequendam executionem iuxta not. in l. 4. §. ait prætor. de re iudic. quia oblatio iſta non fuit facta, ſed ſemper negatum per actorem melioramenta non deberi.

9 Dequo iuris, † dubio articulo ᵃ remiſſiue. Me-
a noch. de recup. poſſ. 15. remed. numero 569. Contard. d. q. 24. & plenius Rot. Bonon. deciſ. 77. capta

 fuit

fuit per totam, vbi ex profeſſo rem iſtam abſoluit Rimin. iun. conſ. 91. quæritur, nu. 35. cent. 5. q. 14.

Vnde cum in caſu iſto fuerit facta liquidatio tam de genere melioramentorum, quam de valore, ita quod pro parte rei conuenti dici poterat, ho-
10 die † conſtat, b hodie agamus, quæ proprie com-
b petit excipienti ſeu ſe defendenti, non agenti. Bal. in conſi. 454. quidam, num. 3. lib. 1. vt in ſimilibus terminis conſiderat Pau. de Caſtr. in conſilio 270. num. 3. lib. 2. verſic. & tamen merito Dom. Iudex a quo non videtur iure feciſſe, dum neglecta melioramentorum oppoſitione, & liquidata executioné conceſſit.

Neque obſtare viſa fuit exceptio malæ fidei ex pendentia litis, vt prætendebatur cauſata ex eo, quod melioramenta fuerint facta lite pendente, &
11 ſic in re effecta litigioſa † non ſolum per citationem, quod in actione reali ſufficit auct. litigioſa, C. de litigio, & de communi opin. Couarr. pract. q. cap. 15. num. 6. late Vital. in tracta. clauſ. in clauſ. Nil. nouari lit. penden. num. 26. & ſeq. Sed etiam per conteſtationem, quam, tam in reali, quam in perſonali ex comm. opin. pariter ſat eſſe, idem Couarru. ibi. affirmat. not. Senat. Pedem. deciſ. 65. ſupereſt, nunc. num. 13.

12 Quia † ſcientia, & mala fides, quæ inducitur per litis conteſtationem, non dicitur vera mala fides, ſed præſumpta, quæ in hoc caſu non ſufficit, cum vera requiratur mala fides, & certa rei alienæ ſcientia. cap. ſi virgo. 34. q. 2. Bar. in l. Celſus, num. 18. de vſucap.

13 Poſſidens † enim rem iuſto tit. & bona fide firmiter credens rem eſſe ſuam, non debet moueri ad firmiter credendum cõtrarium ex eo ſolo, quod alius ſibi quæſtionem moueat, alias daretur materia impediendi præſcriptionis curſum, & ſolum ſufficeret litem conteſtari abſque eo, quod quis alias de iure ſuo aliquid oſtendat, quod non eſt ferendum, & poſt Abb. firmat Fely. in cap. illud, de preſcrip. refert, & ſeq. Balb. in d. l. Celſus. in 4. par. 13. par. princ. numero 42. ff. de vſucap. quibus accedit, quòd non probat excipiens d. melioramenta fuiſſe facta poſt litem motam, quod probare debet cum
14 qualitas temporis ſit fundatiua † intentionis excipientis ad Menoch. conſ. 50. viſo inſtrumento pacis, num. 249. & conſ. 74. num. 15. Thob. Noni, conſil. 148. num. 28.

15 Vt actus, † qui certo tempore geſtus poteſt eſſe licitus, alio vero tempore illicitus, in dubio præſumitur geſtus tempore licitum actum faciente, Bar. & alij in l. non ſolum, §. ſed vt probari, ff. de ope. no. nunc. Doct. in cap. auditis, de preſcrip. & faciũt aliæ ſimiles doctrinæ, de quibus Iaſ. in l. 1. colum. 6. C. de ſeruis fugit. & Fely. in cap. exhibita, &c. ſuper his de accuſa.

Comprobabantur prædicta, quia iſte erat poſſeſſor cum tit. emptionis, & bona fide, & dato non conceſſo, quòd litis conteſtatio in aliquali præſumpta mala fide eum conſtituerit propter hoc non dicitur mittere melioramenta in iſto ſtatu malæ fidei præſumptæ facta, quia adhuc erat dominus, & ratione dicti dominij forte reuocabilis ædificando
16 † non animo donandi, ſed expetendi feciſſe, præſumitur, vt eſt de hoc deciſio Dyni conſil. 165. ædificium, lib. 4. & Roland. conſ. 18. Quoniam nemini. lib. 1. ſed hæc ceſſant, quia & dictum eſt, non probatur, an ſint melioramenta facta in ſtatu litis pend.

Nec obſtat, quod ſtatutum includendo, & affirmando poſſe excipi in executiue ſententiæ de nullitate ex actis reſultante, quaſi alias excludere voluerit, & virtualiter videatur conſtituiſſe regulam negatiuam, excipiendo caſum nullitatis prædictæ, ita quod contra illum caſum aliæ exceptiones de iure communi permiſſæ opponi non poſſint, iuxta no. Theoricam. Bald. in l. 1. §. ſed excipientur an ſi. ff. de fert.

17 † Vbi no. dicit, quod ſi ſtatutum procedat per regulam, & fallentias, tunc in caſibus non exceptis a ſtatuto non ſeruabitur ius commune, quia exceptio in quibuſdam, in reliquis regulam firmare videtur. l. tribunus, §. fi. de milit. teſta.

Quia reſpond. ſtatutum prædictum non loquitur prohibitiuè, ſed permiſſiuè poſſe aduerſus prætitam ſententiæ executionem, & ſic nullam conſtituit regulam cum limitationibus. Imo contrarium de mente ſtatuti ex ſequentibus verbis elicitur, ſubdit enim immediate poſt conceſſionem allegationis dictæ exceptionis, quod iudex infra tres dies teneatur terminare, & decidere omnes cauſas ad impediendum executionem allegatas, & ſic preſuppoſuit, & annuit alias preter vnam nullitatis eſſe cauſas allegabiles in executiuo iudicio.

Et dato, quod dictum ſtatutum prohibitiuè procederet per conſtitutionem regulæ, quod non poſſit opponi alia exceptio preter hanc, attamen ad-
18 huc non diceretur excluſa iſta † ſic incontinenti probata cap. non dilecta, & ibi Abb. & Fely. de confirma. vti. vel inuti. cum concordan. traditis per Euerard. in loco ab except. ad regulam, verſic. 3. dicta Theorica.

Et non ſolum poſſunt admitti exceptiones ſtatim probandæ, vt ſupradictum eſt, & per. Contra.
19 l. 1. 12. limita. num. 4. C. ſi de mo. poſſ. † Sed etiam aliæ ſimiles expreſſis a ſtatuto, vt ſupra excluſiue loquente, vt tradit Alexand. conſilio 94. numero 3. libro 4. & late Dec. in cap. ex parte, il ſecondo, numero 6. de offic. deleg. vbi ponit 3. fallentias ad dictum ſtatutum, & no. Soc. conſil. 284. numero 3. libro 2. idem tradit Alexand. conſil. 130. num. 8. lib. 4. vbi declarando d. Bald. in d. §. excipientur dicit procedere, & non excludat caſus ſimiles expreſſis in fallentia.

Nec obſtat regula. Incluſionis vnius ſit alterius excluſio, quia ſi intelligamus dictum ſtatutum reijcere alias exceptiones, & impedimenta preter nullitatem ex actis, tunc certe ſumus in correctorijs iuris communis, quo iure multa dantur impedimenta contra executioné ſententiæ, vt per Tho. de Ferra. in tract. de appella. & per Rebuff. de ſent. execu.
20 art. 17. glo. 6. † & in correctorijs regula incluſio-
c nis vnius c non procedit, teſte Bero. conſil. 147. nu. 24. & 26. lib. 2.

Pre-

Præterea ſecundum ponderationem ſtatuti ſu-
pra facta in illis verbis omnes cauſas allegatas, &c.
ſi excluſio induceretur, id eſſet cōtra mentem d.ſta-
tuti admittentis alias exceptiones, & cauſas allega-
21 ti poſſe ad impediendam executionē, † & ubi mens
repugnat, d.regula perdit officium ſuum. Menoch.
conſi.82.num.50. Rurſus dato, quod in caſu d. ſta-
tuti incluſio d.nullitatis excludat alias vigore d. re-
gulę, nō cenſetur excluſa hæc exceptio melioramen
torum, quia hæc exceptio includitur alia ratione, &
alia iuris diſpoſitione, videlicet, quia non tendit ad
impugnandum ſententiam, vt ſtatutum abhorret,
immo comprobat ſententiam, ſed inſiſtere in bo-
nis intendit, & illa reſtituere facta ſatisfactione me-
22 lioramentorum, & † ubi excluſum alia ratione, &
iure includitur, tunc d.regula non operatur. Decia.
conſil.190.colum.penul. Menoch.de arb.iud.lib.2.
cent.1.caſu 64.num.18. Rumin.iun.conſi.23.num.
306.& 308.

Dubium tamen faciebat in hac facti ſpecie, in
quo nam genere melioramētorum ponenda eſſent,
quę proponuntur confecta, cum conſiſtant in do-
mo nouiter in agro ad colonorum commoditatem
conſtructa, an in genere neceſſariorum, uel utilium
melioramentorum, quandoquidem ſi neceſſaria af-
23 firmemus, vtique iure merito † retentioni locus e-
rat propoſita exceptione intendentis retinere do-
nec ſibi ſatiſfiat. Bart.& Alberi. enim l.in fundo. ff.
de rei vend. Spec.in tit. de execut.ſenten. §. ſi. verſi-
culo, ſed quid ſi bona fide, & in tit. de exceptio. §. d.
verſic. ſed pone. Hoſtien. in ſumma de exceptio. §.
qualiter, & quando, verſic. item ſi forte. Iaſon in l. ſi
area, in princip. de condi. indeb. Neguſan. de pign.
4.memb.5.par.colum.5. Bertr.conſi.15.colum.pen.
lib.1. Goza.conſi.86. Rolan.conſi.28. quoniam ne-
mini, lib.1. Fab. Ioan. de Plat.& Aret. in §. certe illud
inſtit.de rer.diuiſ.

24 Si uero ad utilia applicentur, † & tunc ſine reten
tione petenda eſſent a bona fide faciente, ſiue euin-
cens fuiſſet facturus, ſiue non, dummodo diues eſ-
ſet, uel per remotionem licebit illa tollere. l.in fun-
do. Boer.deciſ.44. præſuppono, nu.8. Alcia.in l.im-
penſæ de verb.ſignif. Doct.in c.1.§. ſi uaſallus hic fi-
nit. lex.D.Fede.in uſib.feud.

Tandem nobis placuit ea in neceſſarias impen-
ſas computare facta ad utilitatem, & commodita-
25 tem laboratorum † prout talia reputat Alciat. ubi
ſupra Paul.de Caſt.in conſi.270. uiſo puncto, lib.2.
numero 4.& ſentit Boer.d.deciſio.44. præſuppo-
no, num.7. & firmat Burſat.conſil.85. certum eſt,
num.32. poſt Caſtren.conſil.270.num.4.lib.2. Bel-
lo.conſi.67. perſiſto num.13. Rolan.conſil.28.num.
32.lib.1.

Et cum teſtes ſuper ipſorum ualore uariè depo-
ſuerint in hoc minimā ſummam amplectentes, iux
26 ta illam † quæ minor probata fuit, melioramenta
refici debere declarauimus, ſic. ſua ſi auctoritate.
Rolan.dicto conſi.28. quoniam nemini, nu.11.lib.
1.ad fauorem enim domini directi in melioramen-
d torum refectione, quod minimum eſt[d] ſemper ſe-
qui debemus, & quod teſtibus de minori ſumma
deponentibus magis credatur, quam de maiori aſſe-
rentibus, tradit Hercula.de probat. negati.nu.254.
Burſat.conſi.99.ex meritis.nu.7.& Bero.conſi.102.
omiſſis, nu.35.lib.3.

ANNOTATIONES.

a Dubio articulo. Vide Galleſ.ad Furmul.cameral.oblig. par-
tic.4.q.2.num.13.

b Hodie conſtat. Vide plura per Rolan. conſi. 1. numero 13.
libro 1.

c Regula incluſionis vnius. Vide Magon. ſupra deciſ. 58. nu.
9.vbi ſe ipſi.

d Quod minimum eſt. Vide quæ ſcripſi ſupra deciſ.33. nu.24.
& in caſu præſentis deciſionis, ut patet ex ſuperioribus, ille
melioramenta petens erat tantum poſſeſſor, nec habebat
aliquod dominium ſaltem utile, & ideo recte fuit deciſum
refici debere, quod minimum eſt, iux. terminos l.in fundo.
ff.de rei vendi. quam in bonæfidei poſſeſſore abſque vero
dominio declarat procedere. Rolan. alleg. hic conſi.28.nu.
11.lib.1.& conſi.30.nu.6.eo.lib. & in rei vendicatione nō
autem aliter, de quo ſunt uidendi tex.in l.plane. ff.de petit.
hæred.& in l.& in totū. ff.de impenſ. in rebus dotalib. fact.
quib.in locis clare oſtenditur, quod reſpectu aliorum fa-
cientium melioramenta in rebus quodammodo alienis, vt
ſunt Emphyteota, fideicōmiſſarius, & ſimiles, d.lex in fun
do non procedit, glo.in d.l.plane.in verb.in exteris, in ſi.
Et quod d.l.in fundo non procedat in poſſeſſore, qui cau-
ſam habebat ab agente, & iuſta cauſa motus fecit impen-
ſas. vide Modet. Addent.ad Berta. Rolan.cōſ.314.litteras,
ubi late de iſtis meliorationibus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtatorum amplius non reddit arbitrium.*
2 *Teſtator interdum aliquid vult, & non rogat.*
3 *Ambulatur in tenebris pro coniecturanda mente de-
functorum.*
4 *Voluntas teſtatoris inquirenda eſt, nu.23.*
5 *Inuenta ſeruanda eſt.*
6 *Nedum expreſſa, ſed tacita.*
7 *Pro diſpoſito habendum eſt, id de quo teſtator inter-
rogatus, ita credendum eſt, reſpondiſſet.*
Maxime ordinata charitate dilectionis, ita ſuadente.
8 *Aequalitas ſemper præſumitur ſeruari velle a patre
inter filios, nu.26.*
9 *Aequalitatis ſeruandæ cauſa multa ſtatuta ſunt ſpe-
cialia.*
10 *Cui non conueniunt uerba teſtamenti, nec illius diſpo
ſitio.*
11 *Subſtitutio vbi non eſt expreſſe facta, ibi non intel-
ligitur.*
12 *Subſtitutio dicitur nulla, vbi non eſt expreſſa per-
ſona.*
13 *Subſtitutio non dicitur facta ex ſola cogitatione te-
ſtantis.*
14 *Subſtitutiones non debent multiplicari propter ſub-
intelligentias, maxime ſi agatur de extendendo eā
de perſona in perſonam.*
15 *Subſtitutio non extenditur, nec de caſu ad caſum.*
16 *Subſtitutio directa ex coniecturis non inducitur.*
17 *Subſtitutio non tranſmittitur etiam ad ſuos.*
18 *Subſtitutio conditionalis præmoriente ſubſtituto ante
grauatum non tranſmittitur.*
19 *Habetur enim tunc talis ſubſtitutio pro non ſcripta.*

20 *Filius*

Digitized by Google

20 *Filius repræſentat perſonam patris.*
21 *Filius in teſtamentaria hominis diſpoſitione non ſuccedit in locum patris.*
22 *Immo nec in fideicommiſſis, quibus multum indulgetur voluntati teſtantis.*
23 *Voluntas teſtatoris attenditur, ſi ex diſpoſitis de ea appareat.*
24 *Voluntas teſtatoris non omnis attendenda eſt, ſed quę tranſiuit in aliquam diſpoſitionem.*
Diuinationis ſenſus in teſtamentis non attenditur.
25 *Voluntas cum poteſtate iuncta humanis actibus dat eſſentiam rei, quæ debet eſſe concreta alicui actui, qui perfici debeat.*
26 *Aequalitatem ſufficit ſemel fuiſſe ſeruatam.*
27 *Vbi ſumus in dubio, an teſtator voluerit inter aliquos æqualitatem ſeruari, tunc ratione dubiæ uoluntatis non datur actio, ſed exceptio.*
28 *Caſus omnino omiſſus non cadit ſub regula, quod teſtator ſi interrogatus fuiſſet, ita diſpoſuiſſet.*
Argumentum, quod ſi teſtator interrogatus, ita reſpondiſſet, pro diſpoſito habendum ſit, eſt fallax.
29 *Duo ſpecialia circa eandem rem non concurrunt.*
30 *Concepti, & nati poſt mortem alicuius ad illius hæreditatem non admittuntur.*
31 *Subſtitutio directa non inducitur per ſubintelligentias.*
32 *Natis, & naſcituris diſpar cadit affectio.*
Naſcituris minor affectio cadit.
33 *Teſtator non dixit, ergo noluit, valet conſequentia.*
34 *Qui dicit aliud, quam vult, neque id dicit, quod vox ſignificat, quia non vult, neq; quod vult dicit, quia id non loquitur.*
35 *Voluntas in actibus humanis complendis, niſi ſit extrinſeca, & ſenſibilis fruſtratoria eſt, quia interior, ſpiritualis voluntas non ſufficit.*
36 *Homo in ſtatu voluntatis conceptę, & non prolatę, nihil agit.*

ARGVMENTVM.

De ſubſtitutione non multiplicanda per ſubintelligentias.

DECISIO LXXXII.

TESTATOR unicum habens filium maſculum ac duas fœminas, & ex alia filia pręmortua nepotes condito teſtamento filium vniuerſalem hæredem inſtituit, cui vulgariter, pupillariter; ac per fideicommiſſum in caſu decedentium ſine filijs ſubſtituit dictas filias fœminas, & nepotes ex filia præmortua.

Adita hæreditate per inſtitutum, eo uiuente deceſſit altera, ex filiabus ſubſtitutis relictis filijs. Succeſſiue mortuo inſtituto in pupillari ætate ſine liberis, & purificata conditione fuit locus ſubſtitutioni præmiſſæ.

Quærebatur an filij ſubſtitutæ uiuo hærede prędefunctæ admittantur cũ cęteris ſubſtitutis quemadmodum admittuntur filij alterius filiæ teſtatoris eo uiuente præmortuæ.

Status præſentis iudicij totus in coniecturis conſiſtebat, cum ageretur de interpretanda voluntate
teſtatoris, qui eam nobis aperire non poteſt cuiuſ-
1 ve † amplius non reddit arbitrium. l. 1. C. de ſacroſ.
2 eccl. ſæpe enim contingit aliquid uoluiſſe, & † non
rogaſſe. l. ſi quis ſponſus. §. ſi quis rogatus. ff. de do-
3 nat. inter uir. & uxo. & ideo in † tenebris ambulandum erat, ut dixit Bal. in l. precib. col. 7. C. de impuber. & alijs ſubſtit.

In quo prima fronte uidebatur dicendum nepotes ex filia nouiſſime defuncta una cum alijs ſubſtitutis fore admittendos ex eiuſdem non obſcura uo-
4 luntate teſtatoris, quæ peruigili ſtudio † inquirenda eſt; tanquam ea, quæ teſtamentis uti regina dominetur. l. in conditionibus. ff. de condi. & demonſt. l. cum q. in ſi. ff. 1. de leg. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore. nu. 347. de uſucap. & in l. ſi res obligata, & in l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1.

5 Et ea intellecta omnino † ſeruanda proſternatur omni uerborum uigore, & forma. Angel. conſ. 228. Pet. de Vbal. de Cano, epiſco. quæſtio. 14. num. 57. Pariſ. conſ. 41. num. 15. & 78. num. 16. lib. 2. Socin. iun. conſi. 85. & 98. num. 9. lib. 1. Tiraquell. alios citans in l. ſi unquam in uerbo libertis, num. 52. de reuoc. donat.

Quæ non tantum procedunt in expreſſa teſta-
6 toris uoluntate, ſed etiam in † præſumpta tacita, & coniecturata. l. cum proponebatur in ſi. de legat. 2. Dec. in l. 1. num. 4. C. de colla. Bart. Bald. & alij poſt gloſſ. in l. licet Imperator de lega. 1. Pariſ. conſil. 70. libro 4. Socin. iun. conſi. 101. libro 1. Decian. conſil. 11. & 38.

Quod autem uoluerit teſtator iſtos nepotes uocare, conijcitur, quia uocauit alios ex altera filia præmortua natos, unde præſumendum eſt, quod ſi teſtator de huiuſmodi caſu cogitaſſet, ſeu interrogatus fuiſſet, proculdubio idem ſtatuiſſet de iſtis nepotibus ſicuti de alijs, vulga. glo. in l. tale pactum in ſi. ff. de pact. & l. fina. C. de poſthum. hæred. inſtit. Alexan. conſi. 51. lib. 1. & 130. lib. 2. Afflict. deciſ. 44. num. 16. cum multis congeſtis per Anton. Gabr. lib. 6. de reg. iur. conclu. 10. & per Alphan. in collectan.
7 iu. num. 169. & ſic habendum eſt † ac ſi de iſtis pariter diſpoſuiſſet ratione ordinatæ charitatis, & dilectionis, & in terminis teſtatoris. Bero. conſilio 18. num. 9. & conſi. 63. nu. 14. lib. 2.

Nam, quod teſtator vocarit nepotes ex alia filia defuncta, una cum filiabus, id alia ratione nõ creditur factum, niſi ut ęqualitas inter filias ſeruaretur,
8 quæ & ſi non ſit expreſſa, ſemper tamen † a patre præſumitur ſeruari uelle, tanquam concordię, & pacis nutritiua ad Socin. in conſ. 160. nu. 20. lib. 1. Bero. in conſ. 11. num. 19. lib. 2. etiam ſi altera earum mortua ſit ſuperſtitibus filijs, vt in indiuiduo determinat. Soc. iun. conſ. 35. num. 17. & 100. nu. 13. & 248. nu. 44. lib. 1.
9 Pro qua ſeruanda ęqualitate multa † ſpecialia fo-

re

te inducta tradunt Doct. in l.cum pater, §. euictis,
de lega.2.& in l.ſi ita legatum de condi. & demon.
Pariſ.conſil.92.num.23.lib.1.Ruin. conſil.52.lib.
5.Vital.de Neui.in tract.de collatio. in princip. nu-
mero 14.& aliqua. Rebuff.ſuper conſtit.Regni.de
inquiſi.1.glo.1.

Vnde ſicuti vocauit filios filiæ prędefunctæ ante
mortem ipſius,& hæredis inſtituti, cum cæteris fi-
liabus, ita etiam credendum eſt vocaturum fuiſſe
filios alterius filiæ,tunc viuentis,ſi de ejus mortean
te mortem hæredis cogitaſſet. Nam prout dilexit
poſteros illius iam defunctæ, ita dilexiſſet deſcéden
tes ex iſta, quæ cum tunc viueret tempore conditi
teſtamenti, & mortis teſtantis,non oportuit de po-
ſteris cogitare,cum fuerit honorata,& vocata æqua-
liter iſta filia cum alijs.

In contrarium dicebatur iſtos triplici tantũ via
ad hæreditatẽ aſpirare poſſe,videlicet, aut iure ſub-
ſtitutionis de ipſis factę,aut iure tranſmiſſionis me
diante eorum matre, aut beneficio ſubintrationis,
vel repręſentationis, quorum neutrum aſſequi ua-
lent ex infra dicendis.

Et primo ex capite ſubſtitutionis fundare ſe non
poſſunt,quia de eis, neque de alterius viuentis filiæ
filiis,ullo modo implicite,explicite, aut per relatio-
nem reperitur facta mentio, & ſic ſubſtituti dici nõ
poſſunt cum de ipſis in teſtamento verbum nullũ,
10 & ſi verba teſtamenti non conueniunt,† nec ali-
qua ſubſtitutio competit. Bal.in tract. ſubſtit. cap.
13.Soc.iun.conſi.155 num.6.lib.2. Bertran. conſi.
188.nu.4.lib.1.
11 Subſtitutio enim ubi non expreſſe loquitur,† nõ
intelligitur facta,& quòd non dicit ſubſtitutio,nec
nos dicere debemus,& contrarium alleganti incum
bit onus probandi ad Ioan. Andr. in addit.ad Spec.
in tit.de teſtamen.§.2.verſ.occurrit.Oldr.conſi.21.
Thema tale eſt,teſtator.Abb.conſi.140.Corn. conſ.
161.lib.1.Soc.conſi.62.93. & 116.lib.3. Pariſ. con-
ſil.31.num.6.lib.2.Gozad. conſi.29. & 90. Crauet.
conſi.161.num.16.& 208.num.4.Socin.iun.conſi.
102.num.23.lib.1.& in conſi.111.num.17.lib.2.&
12 151.dicit ac ſæpius teſtatur,quod vbi† non reperi-
tur ſubſtitutio expreſſa perſonę,ſubſtitutio expreſ-
ſa,ibi non dicitur facta. Immò propter non expreſ-
ſam perſonã ſubſtitutio incerta dicitur nulla.Ruin.
conſil.177.num.3.lib.2.Quòd in tantum procedit,
13 † vt etiam ſi teſtator cogitarit facere,ſi non expreſ
ſit,non intelligitur ex ſola cogitatione facta ſubſti-
tutio.Secundum ſcribentes maxime Bal. & Imol.in
l.quidam cum filium hæred. inſtit. per Alex. in l.3.
C.de lib.præter.Dec.conſi.89.col.5.Soc.iun.d.conſ.
151.num.2.lib.1.
14 Nam ſubſtitutiones † non debent multiplicari a
a per ſubintelligentias,vt dicebat Crauet.in conſ.161.
nu.6. & maxime, quando tractatur de ſubſtitutio-
ne extendenda de perſona in perſonam, quæ non
ita de facili conceditur ſicut fieret de caſu ad caſum
ad Pariſ.conſi.20.num.38.lib.3. Socin.iun.conſilio
180.nu.47.lib.2. Crauet.conſi.161.num.6.Ruyn.
conſi.183.num.6.lib.2.Menoch.conſi.97. num.50.
& nu.51.vbi ampliando hoc dicit procedere etiam
ex præſumpta mente defuncti, ſubſtitutio non ex-
tenditur de perſona ad perſonam, quamquam, nec
15 etiam † regulariter de caſu ad caſum talis extenſio
fiat,& voluit Ruyn.conſi.112.num.4.lib.3.& cum
inſtitutus in pupillari ætate deceſſerit, & ſic ſubſti-
tutio valuit iure directo ſecundum communem opi
nio.ſi iſti admitterentur,utique d ceretur,quod ſub
ſtitutio directa induceretur etiam ex conjecturis,
16 † quod fieri nequit b teſte Ripa in l.hæredes, num.
b 83.ff.de vulgar.& pupill. Socin. iun. conſil.128. &
188.lib.1.

Secundò nec etiam iſti venire poſſunt iure tranſ-
miſſionis,quia cum eorum mater viuo hærede de-
ceſſerit,& die adhuc non adueniente, nec cedente,
17 ſubſtitutio cuiuſcunque generis ſit ad hæredes † e-
tiam ſuos) non tranſmittitur. Alexan. in conſi.36.
col.2.lib.3.Crauet.conſi.132.num.3.Bertran.conſ.
38.num.31.lib.1.Bal.conſi.145.lib.1.& Capic. de
ciſ.115.num.6.per text.in l.qui habebat de vulga.&
pup.& l.ſi ex pluribus.ff.de ſuis,& legit.Natt.conſ.
191.num.2.& 68.num.5.Cæphal. conſi.312.num.
18 88.& quod † ſubſtitutio conditionalis moriente
ſubſtituto ante grauatum non trãſmittatur,ſed ex-
piret tex,eſt vulgaris,in l.1.§. ſin autem, C. de cad.
tol.l.cum filiofamilias de leg. 2.l. quibus diebus, &
l.hæres Deus,de condit.& demonſtr.

Tradit Oldr.conſ.135.quidam huiuſ. Bal. conſi.
267.lib.5.nu.2.Corn.conſ.248.lib.1.& ex commu.
19 opin. Dec.d.conſ.85. tunc enim † premoriẽte ſub-
ſtituto pro non ſcripta habetur. Soc.iun. conſ.208.
num.4.lib.1.& Portio illius tanquam caduca ei ſub
ſtituto accreſcit.Guid.Papa q.335. & ex magis com
muni,tradit Burſat.conſi.1.num.3.

Minus etiam, & tertio loco iuuatur ſubintratio-
20 ne, & repræſentatione † quam filius facit de perſo-
na parentum ſecundum terminos.§.cum filius inſt.
de hæredi.ab int.& per Dec.conſi.1. Quia ſumus in
21 teſtamentaria hominis diſpoſitione,† in qua filius,
non ſuccedit in locum patris, vel matris, & poſt re-
latos,dixit Iac.Phil.Port.lib.5.concluſ.reg.53. verſ.
3.limitatur.
22 Immo † nec in ipſis fideicommiſſis c in quib.mul
c tum indulgetur voluntati teſtantis huiuſmodi re-
pręſentatio datur.Bertran.conſ.207.col.fi.lib.1.Pa-
riſ.conſ.62.nu.66.lib.2. Grat.conſ.27.lib.1. Socin.
conſ.14.lib.3.& ex comm.opi. Curt.iun. conſ.154.
& Io.Ant.Alex.conſ.36.in fi.37.38.& 39.

Et hanc opinionem concorditer ſecuti fuimus
ſecundum eam judicando, non obſtantibus ex ad-
uerſo primo loco ſignatis de voluntate defuncti te-
23 ſtatoris ſeruanda, quæ procedunt † vbicunque de
ea mente ex diſpoſitis apparet:alias ſimplex, ac nu-
da cogitatio non attenditur, ita declarant Addentes
ad q.Guid.Papa 353.Decian.conſ.205. columna 2,
Pariſ.conſil.75.num.39. & ſeq.80. num.20. & La-
tius,in conſil.169.Rip.in l. hæredes. §.cum ita,nu-
mero 33.ad Trebell.Ruy.conſi.129.lib.3.& in con-
ſilio 177.num.11. lib.2. Bero. conſil.139. numero
14.lib.2. Vnde aliàs dicebat Bertran. conſilio 341.
24 libro 1. quod † non ex omni uoluntate teſtatoris
agitur, ſed ex ea quæ tranſiuit in aliquam diſpo-
ſitionem,

ſitionem, quia diuinatiuus ſenſus in teſtamentis non admittitur, ut uoluit Ripa. d.§. cum ita, num. 34. & Crauet. conſi. 161. numero 13. At in caſu propoſito de filijs filiarum eo viuente uerbum nullum explicitum, uel implicitum, nec per relationem, aut collectiue, vel quouis alio generaliſs. modo. Meri-
25 to, &c. uoluntas enim † coniuncta cum poteſtate humanis actibus eſſentiam dat, vt dicunt Philoſophi. debet eſſe concreta actui, qui perfici debet, aliàs tantum diſtat feciſſe ac concepiſſe, quantum perfectum ab imperfecto, nam ſine potentia nihil ad actum deducitur ſine uoluntate nihil conſenſu perficitur, & ſine modo nihil in finem ſuum dirigitur ſecundum Bald. in conſ. 326. rex Romanorum lib. 1. Nec obſt. ratio æqualitatis ſeruãdæ, quia teſta-
26 tor, iam ſemel † ſeruauit in ſuo teſtamento vocando filios filiæ præmortuæ cum alijs filiabus, & ſufficit ſemel, & prima vice ſatisfeciſſe. l. boues. §. hoc ſermone, de verb. ſignif. Præterea negari non poteſt, quin ſimus in dubio, an voluerit æqualitatem ſeruati in hoc caſu ab eo non cogitato. vnde ratione
27 iſtius dubiæ teſtatoris † mentis non datur actio, ſed exceptio. l. cum pater. § euictis, de lega. 2. ſecus autem eſſet ſi clara mens diſponentis appareret cum actio non denegetur, vt not. declarat Ruyn. conſil. 211. num. 14. lib. 1.

Minus etiam obſtabat dictum glo. in l. tale pact. in fi. ff. de pact. de interpretanda diſpoſitione teſtantis, prout uerisſimile fuiſſet reſponſurus ſi interrogatus fuiſſet, l. cum res, de leg. 2. cum ſimilibus congeſtis per Ant. Gabr. d. concluſ. 10. nu. 6.

Quia reſpectu filiarum viuentium caſus fuit om-
d nino omiſſus d an ſenſerit, vt voluerit ipſarum filias
28 vocare, † quo caſu ceſſat d. veriſimilitudinis interpretatio. Bald. in l. 1. C. de his qui ante aper. tab. ſequitur alios declarantes d. glo. citans Ruyn. conſilio 177. num. 11. lib. 2. vt ita declarat in materia d. glo. Rimin. iun. conſil. 37. numero 19. qui in conſil. 80. num. 16. Clarius firmat ſubſtitutionem non trahi ad caſum non expreſſum etiam ſi ita teſtator interrogatus diſpoſuiſſet, & alias dicebat Bero. in conſil. 63. num. 36. & 99. num. 13. libro 2. quod hoc genus argumenti eſt multum fallax, & quantum ad caſum filiarum tunc viuentium plene prouidit, quaſi ex induſtria videatur alios caſus omiſiſſe; Grat. conſil. 19. col. fi. verſ. ex quo d. lib. 2.

Præterea iſti filij nedum viuente teſtatore erant nati ac concepti, ſed nec tempore mortis inſtituti de cuius hæreditate agitur. Vnde vocare iſtos ad hanc ſucceſſionem, nil aliud ferme eſſet quam mul-
29 tiplicare inconuenientia, & † duo ſpecialia circa idem cumulare, quod fieri non licet. l. 1. C. de dot. promiſ. glo. in l. cum poſt. §. gener. de iur. dot. & in Clem. 1. de foro competen. in verbo aſſertionibus. hoc autem hic contigeret ſi iſti uocarentur, nam
30 † tanquam nati, & concepti poſt mortem illius, de cuius hæreditate agitur ad illius ſucceſſionem. §. cum autem, inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. l. 1. §. ſi quis proximior, Vnde cogna. l. Titius in fi. & l. prætor. in princ. de ſuis, & legit. & induceretur per ſubintelligentias, ac per interpretationes directa
31 ſubſtitutio. † quod ſimiliter fieri nequit, vt dictum
32 eſt. Vltra, quod † maior affectio cadit in natis quam in naſcituris, quos nunquam nouimus ad not. per Bal. in l. qui filiabus, verſ. in glo. non alias, de lega. 1. Bolog. conſi. 52. num. 6. inter conſilia Alex. lib. 4. Rimin. conſ. 123. num. 23, lib. 2. Grat. conſi. 5. num. 52. lib. 2. Soc. in conſ. 118. nu. 36. lib. 1.

In naſcituris enim minor cadit affectio, quàm in natis ſecundum Menoch. conſ. 1. num. 185. Cæphal.
d conſ. 318. nu. 50. lib. 3.

Et ex his diximus filios filiæ viuente hærede defunctæ cum cæteris ſubſtitutis non admitti, tanquam non vocatos a teſtatore, cum in hac materia ſit bo-
33 na ſequela: Teſtator non dixit † ergo noluit. l. 1. §. ſin autem deficientis. C. de cad. toll. & ita per illum for. arguit Soc. iun. conſil. 2. num. 18. & conſil. 187. num. 13. lib. 2. Crauet. conſi. 161. num. 14. Cur. ſen. conſi. 42. column. 12. Decia. conſ. 89. Bertran. conſil. 273. lib. 2.

34 Qui † enim aliud dicit, quam vult, neque id dicit, quod vult dicit. quia non id loquitur. l. in ambi-
35 guo de reb. dub. † in actibus enim humanis perficiendis interior, & ſpiritualis volũtas, niſi extrinſeca, & ſenſibilis concurrat, fruſtratoria eſt, & homo
36 † in ſtatu voluntatis conceptæ, & non prolatæ nihil agit, quia ex propoſito in mente retento non ampliatur fideicommiſſum. Rimin. in conſil. 8. nu. 25. Ripa, in l. ſi unquam, nu. 1. 2. 3. & ibi Tiraq. nu. 20. C. de reuoc. donat.

ANNOTATIONES.

a Non debent multiplicari. Vide in materia Franc. Mantic de coniect. vltim volun lib. 5 tit. 1. per tot.

b Quod fieri nequit. Immo, & ſubſtitutio directa coniecturis inducitur ſecundum Iaſ. in l. poteſt, nu. 2. & ſeq. ff. de vulg. & pupill. Dec. in l. pen. in 4. notab. C. de impub. & al. ſubſtit. ſequitur Crauet. conſ. 62. nu. 19.

c Nec in fideicommiſſis. Hæc eſt quæſtio Sabbatina, nam hinc atque hinc ſunt magnæ authoritates. Doctores autem ubi ipſis, vt plurimum fuerunt contrarij. Pro affirmatiua Caphal. ultra alios quos allegat conſuluit. conſ. 16. num. 24. & ſeq. conſi. 215 nu. 14. & conſi. 283 num. 14. quibus in locis diſtinguendo tres caſus concludit affirmatiuam eſſe crebriorem, idem teſtatur Marzar. de fideicomm. par. 2. quæſtio. 18 Idem Nonn. præceptor meus, conſi. 4. num. 9. & per plures rationes. Tiber. Decian. conſ. 55. nu. 13. & ſeq. lib. 3. vbi ait pluribus uicibus ſe ita iudicaſſe, & reſpondiſſe. Negatiuam vero opinionem fuit originaliter ſequutus Bal. in §. fideicommiſſo. l. cum ita. ff. de legat. 2. ſecundum quem Dec. conſ. 1. & 408. dicit fuiſſe iudicatum in Rot. Curiæ Roma. & magis communem teſtatur Iaſ. inter conſ. Rube. conſ. 37. & idem Rube. ante eum conſ. 36. Idem teſtatur Porti. conſ. 12. nu. 5. idem Alcia. conſ. 52. tomo 1. lib 2. idẽ Bellon. conſ. 50. col. 1. & 2. D. Thob. Non. ſibi contrarius conſ. 54 nu. 11. ubi dicit hanc partem plures numero, & authoritate ſectari. Tiber. Decian. ſimiliter ſibi contrarius, & qui Doctores ennumerat, & rationes adducit conſi. 1. nu. 318. lib 1. & conſ. 16. nu. 48. eo lib. dicit eſſe regulare ſecundum magis cõem, quod filij in fideicommiſſis non ſubintrent locum patris. Ludo. Alfer. conſ. 12. nu. 11. & ego banc opinionem ſequutus ſum conſulendo, & rationi Doctorũ contrarium tenentium reſpondendo ex notab. diſt. Alex in l. hæredes mei. §. cũ ita. nu. 11 verſ. ex prædictis ff ad Treb. quã ſequitus Rimin. conſ. 224. nu. 8. & Decian. conſ. 47. nu. 32. vol. 3. & Mant. de coniect. ult. volun. lib. 4. tit. 7. nu. 22. Sed quicquid ſit, iſthæc repræſentatio facienda, vel non, regulari debet ex coniecturata mẽte teſtatoris, quarum coniecturarum plures in propoſito ponit Franc. Mantic. qui ex

pre-

profeſſo articulum hunc examinat in tract. præcitato, lib. 8. tit. 9. plures coniecturas ponit etiam Decian. conſ. 8. nu. 50. vol. 2. qui tandem videndus eſt, ibi enim, & ipſe ſimiliter ex profeſſo articulum iſtum enucleat.

d Omnino omiſſus. Hæc eſt bona reſponſio, quia ratio illa, ſi id cogitaſſet teſtator ita depoſuiſſet, & interrogatus reſpondiſſet, non eſt ſufficiens, nec de per ſe conſiderabilis in materia tranſmiſſionis, niſi ſequeretur ad aliquid expreſſum in teſtamento, ex cuius verbis coniecturæ ſumi debent, non autem ab extra. Bal. in l. unic. nu. 10. C. de his quæ ante ap. tab. Soc. in l. hæredes mei. § cum ita, nu. 10. & ſeq. ff. ad Trebel. Curt. iun. conſ. 16. num. 6. verſ. eſt verum, quod Bald.

SVMMARIVM.

1 *Compendioſæ ſubſtitutionis natura, quæ ſit.*
2 *In fideicommiſſis quæ proximitas attendatur grauati, vel grauantis difficilis cognitionis.*
3 *Magis dilectus a teſtatore præfertur minus dilecto.*
4 *Filij magis dilecti, quàm nepotes præſumuntur.*
5 *Filiorum iura minui, & nepotum augeri non debent.*
6 *Proximiores diliguntur magis quàm remotiores.*
7 *Cauſa immediata eſt potentior mediata, nu. 18.*
8 *Nati poſt mortem minus dilecti præſumuntur.*
9 *Ordinata charitas eſt conſeruare ſucceſſionem.*
10 *Ordinatæ charitatis eſt prius uocare filios, & poſtea nepotes.*
11 *Teſtator præſumitur uocare hæredes ſecundum iuris diſpoſitionem.*
12 *Fœminæ. Hoc verbum ſubſtitutioni adiectum, an referatur ad fœminas teſtatoris vel ſubſtituti.*
13 *Teſtator in dubio præſumitur intellexiſſe de proprijs agnatis.*
14 *Cui conueniunt verba teſtatoris, & illi illius diſpoſitio conuenit.*
15 *In fideicommiſſis teſtatori non grauato ſucceditur.*
16 *In fideicommiſſis teſtatori non ſucceditur, ſed grauato.*
17 *Teſtator præſumitur velle ſe conformare cum diſpoſitione iuris, & ſtatutorum.*
18 *Hæreditas ſemel quæſita, tranſit ad hæredes acquirentis.*
19 *Filius non præſumitur magis dilectus in rebus per patrem inter alios diſpoſitis per viam fideicommiſſariæ ſubſtitutionis, nu. 26. ſecus ſi per uiam directa.*
20 *In ſubſtitutione directa ſucceditur teſtatori non grauato.*
21 *Ad hoc quod quis dicatur prædilectus ad excluſionẽ ſubſtituti, quid requiratur.*
22 *In uocatis per nomen collectiuum exiſtentibus in diuerſis gradibus affinitatis, ut eſt nomen familiæ, tunc habet locum ordinata charitas.*
23 *Secus in uocatis per nomen collectiuum perſonarum in eodem gradu exiſtentium, ut puta filiorum, ubi non attenditur ordo charitatiuus.*
24 *In exiſtentibus in pari gradu non cedit exceſſus dilectionis.*
25 *Filiarum nomen an ſit collectiuum plurium perſonarum exiſtentium in pari gradu.*
27 *In fideicommiſſaria ſubſtitutione ſuccedi teſtatori, quomodo intelligatur.*
28 *Cauſa mediata non æquè potens ac immediata.*
29 *Reprobatur Caſtren. conſ. 191. lib. 2.*

ARGVMENTVM.

An attendatur proximitas grauantis, vel grauati.

DECISIO LXXXIII.

TESTATOR plures habens filios maſculos, & fœminas, inſtitutis maſculis eos inuicem ſubſtituit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum. Et caſu quo dicti inſtituti ſeu eorum filij maſculi legitimi, & naturales ſine filijs decederent, ſubſtituit filias fœminas, & earum deſcendentes legitimos ac naturales, Eueniente caſu quod inſtitutorum filij ſine maſculis obierint relictis filiabus.

Quærebatur, quæ nam ex his venirent admittendæ ad hæreditatem hanc, an teſtatoris, vel aliorum inſtitutorum filię. D. Iudex pronunciauit non teſta-
a toris, ſed inſtitutorum filiorum filias dici debere vocatas. Cuius ſententiam confirmantes bene iudicatum, & male appellatum diximus. Genus ſubſtitutionis, in quo verſamur eſt compendioſum, cuius
1 natura † eſt, vt extra tempora pubertatis fideicommiſſaria dicatur: Cum enim a pagano communibus verbis fit, (vt eſt verbum ſubſtituo) poſt tempora pubertatis vim fideicommiſſi obtinet, ſecundum ſcribentes in §. qua ratione inſtit. de vulgar. & pupill. Bart. in l. arrogator de adoptio Bald. in l. iam hoc iure. ff. de vulg. & pup. Doct. in l. Centurio, vbi Iaſ. & Ripa, nu. 114. & 117. hanc eſſe communem opin. affirmat, Lancil. Poli. in tract. ſubſtit. cap. compendioſa, num. 27. Thob. Noni. conſilio 30. num. 1. & tradit Bero. in conſil. 89. num. 1. lib. 2. Et articu-
2 lus iſte † an in fideicommiſſis Grauati, vel Grauantis proximitas attendatur difficilis reputatur, teſte Curt. iun. in l. 2. numero 12. C. de ſucceſſ. edict. Quibus ſtantibus. Videbatur dicendum filias teſtatoris excluſis pro nepotibus cenſeri vocatas, & conſequenter admittendas ratione maioris dilectionis.
3 Nam † magis dilectus a teſtatore minus dilecto præfertur. l. publius. §. fi. ff. de cond. & demonſt. ubi Bar. & Socin. num. 7. Corne. conſil. 74. col. 2. libro 2. Soc. iun. conſi. 141. num. 7. lib. 2. Ruyn. conſi. 191. num. 5. lib. 2. Rimi. conſ. 191. num. 4. lib. 1. & 185. eodem
4 lib. Ceph. conſil. 114. num. 29. lib. 1. Maioritas † autem dilectionis in filios quam in nepotes, & cæteros deſcendentes de ſe patet, & probatur ex l. ſi viua matre. C. cum ibi not. per gloſſ. capit. de bon. mat. In-
5 quit in glo. ibi † non debere nepotum iura augeri, & filiorum minui: hoc idem notat ibid. Arri. Ianel. Bart. in l. Gallus, §. etiam, numero 5 de lib. & poſthum. Rimin. iun. in conſil. 21. num. 64. & conſ. 37. num. 27. Cephal. conſil. 413. num. 8. & 450. nu. 42. lib. 3. Propterea dicebat Caſtr. in conſil. 58. in ſo libro 1. quod teſtator plus diligit filiam propriam imme-

immediate ſuam, quam filij filiã, idem uoluit Corn.
conſi.69.lib.4.Capra conſi.5.num.6.& Rimin. con
6 ſilio 115.num.93.lib.1. Proximiores enim † magis
diliguntur remotioribus. Pariſ. conſil.40.num.27.
lib.2.Soc.iun. conſi.136, num.8.& 16.lib.1. & hoc
7 propter naturam cauſæ immediate † quæ eſt poten
tior cauſa mediata, Curt.iun. conſ.44. nu.5. Quod
8 ſine minori controuerſia procedit, quando † tales
nepotes viuo teſtatore non ſunt concepti, nec nati,
& ſic non cogniti, ad Bal. in l. qui filiab. de leg.1. Bo-
log. conſi.52.Rim.conſi.123.nu.21.& 247, num.5.
lib.2.Grat.conſi.5.nu.52.lib.3. Soc iun. conſi.118.
nu.16.lib.1.Rub.Alex.conſ.47. num.4. Accedebat
9 pro iſta opin. argumentum † ordinatæ charitatis ad
conſeruationem legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato,
quam teſtator ſeruari voluiſſe præſumitur. l. qui
duos, in princ. de reb. dub. l. qui duob. de vulg & pu-
pill. Bart, in l. uxorem. §. teſtamento de leg.3. Alex.
conſ.92.num.10.lib.4.Iaſ.conſ.52.col. penul.lib.3.
Dec.conſ.278.nu.4. Afflic.deciſ.44.nu.40.Cæphal.
conſ.416.num.15.lib.3.
10 Ordinata † autem charitas, & ordinatus iuris ſuc
cedendi modus eſt, quod prius vocentur filij, quam
nepotes, vt not. Bart, in l. Gallus, §. quidam recte, de
lib. & poſthum. Cæphal. conſi.93.nu.22. Creditur
11 † enim in dubio teſtatorem vocaſſe hæredes ſecun-
dum iuris ordinem ſuccedendi ab inteſtato, ut dicit
Gozad. conſ.4. num. 16. quo iure filij proximiores
patri eſſe dicuntur quam nepotes, ut dicit Roland.
conſ.68.nu.3.lib.1.

Suadebatur, & tertio iſthæc interpretatio pro-
12 pter perplexitatem uerbi: † Fœminas filias, quod
cum indiſtincte ſit ſubſtitutioni adiectum, poſſitq;
ad vtrumque, & ad grauatum, & grauãtem referri,
in dubio debent referri ad teſtatorem, vt intelliga-
tur de filiabus teſtatoris, & de proximitate illius, nõ
autem grauati. l. ex facto, in princip. vbi glo. in verſ.
ſua, ad Trebell. & ibi Rip. in 3. not. l. peto. §. fratre de
leg.2. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. l. cum auus,
de condit. & demonſt.

Vnde dicebat Bart, in l. ſi cognatis, l. 9. de rebus
dub. quod vbi dubitatur de quibus agnatis intel-
13 lexerit teſtator: de † proprijs ipſius teſtantis intel-
ligendum eſt.

Cui proximum eſt, quod admonuit Goza. conſi.
37.num.17. dicens in dubio de ſucceſſione intelligi
de ea per quam ſuccedituṛ ipſi teſtatori. Et quod
attendatur proximitas teſtatoris non grauati tenuit
in feudis. Cald. conſi.13. de feud. & generaliter Iaſ.
conſ.213.col.5.lib.2.Pariſ.conſi.51.num.32. & 38.
lib.2. Rub.Alex.conſ.72.nu.5.idem Iaſ. in conſilio
159.lib.4.col.7.

Vltimo videbatur eſſe in terminis deciſio Ca-
ſtren. in conſi.198. lib.2. ſuper primo, vbi in ſimili
inſtitutione, & ſubſtitutione concludit teſtatoris
potius, quam grauati filias vocatas cenſeri, & red-
dit rationem, quia ex quo ſunt uocatæ ſub nomine
14 collectiuo, loco unius habentur, quibus † cum con-
ueniant verba teſtamenti, eiuſdem diſpoſitio con-
uenire debet. l.4. §. quoties de dam. infect. Crauet.
conſ.10.nu.7.

Et ex his filia proximior teſtatoris non grauati
ſuccedere debere dicebatur, cum in fideicommiſſis
15 † teſtatori, non grauato ſuccedatur ſecundũ com-
munes traditiones. Caſtr. conſi.64. licet plura, lib.2.
Alex.conſ.30. videtur ſub num.2.lib.2.Soc.conſilio
94.lib.4.Soc.iun.conſi.68.nu.7.lib.2.Crauet. con-
ſil.144.col.1.Ruyn.conſ.142.nu.15.lib.3.Menoch.
conſi.85.nu.33.

b Contrariam vero ſententiam [b] tanquam verio-
rem, & iuribus authoritatibusque minime deſtitu-
tam ſequendam duximus.

Pro qua ſolet allegari. l. peto. §. fratre de legat.2.
vbi in relicto familię quiſque proximus ad legatum
dicitur inuitatus, verbum autem proximus, ibi in-
telligitur de proximo hæredis grauati non teſtato-
ris, ita illum tex. induceunt Socin. iun. conſi.126.nu.
44.lib.1.Ruyn. conſi.191.num.7.lib.2. Rub. Alex.
conſ.38.col.fi.

Eiuſdem opinionis fuiſſe videtur. Bar. in l. re con
iuncti, col. pen. de leg.3. ubi in caſu de quo per eum
formato proximitas pupilli non teſtatoris atten-
ditur.

Confirmatur etiam ex allegatis per Soc. in conſi.
249.num.21.lib.1. & nu.25. vbi in ſimili facti ſpe-
cie, ita fuiſſe reſponſum, & obtentum Florentiæ, &
non obſcure, tradit Ruyn. conſ.144.nu.13.& lib.2.
& 191.nu.7. eo. lib. per gl. communiter approbatã
16 in l. cum ita. §. fideicommiſſo, † de leg.2. Rub. Alex.
conſ.38.& Crot. inter conſilia Rubei. Alex.39. Go-
zad. conſ.4. ſub nu.31. Cæphal. conſi.49. nu.21. lib.
1. Celſ. Hugo. conſ.120.nu.22.

Et quãuis articulus fuerit reputatus dubius pro-
pter contraria excellen. Doctorum reſponſa; tamen
in eam ſententiam crebrius itum eſt, ut grauati,
non grauantis proximitas attendatur, quemadmo-
dum nouiſſime teſtatur Iul. Clar. in §. teſtamentũ
quæſt.76. circa fi. ſequitur Marzar. de fideicom. 2.
par. q.35.

Corroboratur, tũ quia relatio fieri debet ad pro-
xime præcedentia, l. hæredes palam. §. ſed ſi de hæ-
red. inſtit. Bar. in l. cum filiofam. §. ſi, de leg.1. Rayn.
de Forli. in l. fulcinius, nu.1. ff. de donat. cau. mor. &
in terminis Bero. conſi.176.nu.68.lib.2.
17 Tum etiam quia † teſtator præſumitur ſe velle
conformare cum diſpoſitione iuris, & ſtatutorum
retorquendo in hoc ſecundo loco adducta pro par-
te contraria, ut not. Bal. in l. precibus, num.44. C. de
impub. & ali. ſubſt. Alex. in l. hæredes, §. cum ita ad
Trebell. & ibi Ripa, num.75. Soc. d. conſ.249. num.
21. Rimin. conſi.25. num.15. lib.1. Ruyn. conſi.86.
num.16. lib.3. Quintil. Mandoſ. ſuper reg. cancell.
de non iudic. iux. for. ſuper quæſt.8. num.9. Curt. in
conſ.86.nu.6. & in terminis fideicommiſſariæ ſub-
ſtitutionis. Bero. conſ.145.nu.9.lib.2.
18 Diſpoſitio autem iuris ſe habet, quod † hæredi-
tas ſemel quæſita diſpoſitione teſtatoris poſt mortẽ
acquirentis trãſeat ad ipſius hæredes, non autem ad
teſtatoris filios, & hæredes, Soc. d. conſ.249. nu.21.
& num.15.& Soc. iun. d. conſ.126. num.20.& 23.&
ita in terminis ex commu. opin. determinat Cæph.
conſi.313.nu.45.

Nec

Nec obſtat, quod filius tanquam magis dilectus
deberet eſſe melioris conditionis ipſis nepotibus, &
principalibus.

Quia id verum eſſet in rebus immediate ad pa-
trem ſpectantibus, & in ijs de quibus teſtator non
19 diſpoſuiſſet in alias perſonas: † ſecus in diſpoſitis, &
ſemel alteri quæſitis, quia in his dicitur magis dile-
ctus is, cui relicta ſunt, & cuius curam geſſit teſtator
in teſtaméto, quàm filius, quæ prædilectione nedú
in ipſo grauato, ſed etiam in eius deſcendentes con-
tinuare præſumitur, & filiabus proprijs teſtatoris
quibus nihil reliquit, præferendi ſunt l. cum auus,
vbi Bart. & Bald. de conditio. & demonſtra. Guil. de
Bened. in cap. Raynutius 2. par. verſic. ſi abſque li-
beris num. 3. de teſtamen. Socin. dicto conſilio 249.
numero 21. Ruyn. d. conſi. 191. num. 11. Socin. iun. d.
conſil. 126. 33. & expreſſe in conſilio 168. num. 50.
libro 2. & quod in portione relicta alicui nedum is
cui relinquitur, ſed etiam eius filij, & deſcendentes
dicuntur magis dilecti quàm filij relinquentis, tra-
dit Rolan. conſi. 100. num. 12. lib. 1. idem voluit Ce-
phal. conſi. 45. num. 21. & conſi. 46. num. 34. & 364.
nu. 40. & 416. nu. 23. & 433. & 413. Burſa. conſil. 13.
nu. 64. & conſ. 64. num. 12.

Ratione igitur portionis grauato relictæ, qui
hæreditatem adeundo unum efficit patrimonium
filia teſtatoris alias magis dilecta poſtponitur ne-
ptibus, & ulterioribus in gradu aliàs minus di-
lectis.

Quod forte ſecus eſſet, ſi non in fideicommiſſa-
ria, ſed in vulgari ſubſtitutione verſaretur, quo ca-
20 ſu † cum ſuccedatur directo ipſi teſtatori, & ſic ma
nibus ipſius directo hæréditas capitur, nemini alij,
vnquam quæſita præſumeretur, & probabiliter qui
dem magis dilecta filia teſtatoris, quàm nepos, &
proximitas teſtatoris attenderetur non grauati, ita
not. Soc. dicto conſil. 149. num. 22. & in l. ſi cogna-
tis, de reb. dub. numero 33. vbi dicit hanc eſſe com-
munem opin. tradit Ruyn. d. conſi. 191. num. 1.
& 11. & ex notatis per Bart. in l. Lucius, quæſtio. pe-
nul. de vulgar. & pupill. & not. Cæphal. conſil. 46.
numero 21.

Et ideo in materia iſta magiſtraliter locutus fuit
21 Craue. conſi. 109. num. 3. lib. 1. ubi dicit, quod † ad
hoc, ut aliquis dicatur prædilectus ad excluſionem
ſubſtitutorũ requiritur, quod talis perſona ſit pro-
ximior ſubſtituto in ſuccedendo ab inteſtato ei, de
cuius hæreditate agitur, ſeu per cuius mortem eue-
niat caſus ſubſtitutionis, alias ſi ab inteſtato non
excludat ſubſtitutum, non dicitur prædilectus, ſe-
cundum Bart. in d. §. cum ita, in fi. quem commu-
niter ſequuntur Doct. vt teſtatur Craue. in primo
præcitato loco.

Minus etiam facit, quod ſecundo loco de ordina-
22 ta charitate dicebat, † quia quando vocantur alieni
per nomen collectiuum plurium perſonarũ exiſten
tium in diuerſis gradibus affinitatis, vt eſt nomen
familiæ proximitatis agnationis, & ſimilium, tunc
habet locũ ordinata charitas, quę nil aliud eſt quã
ordo iuris ſuccedendi, vt primo filij, deinde nepo-
tes, & deinceps dicuntur vocati, Socin. in l. Gallus,
§. quidam recte, num. 4. vbi de commu. opin. teſta-
tur de lib. & poſth. Rub. Alex. conſi. 38. nu. 5. Cut. in
conſi. 128. num. 1. lib. 2. Burſa. conſi. 1. num. 23. An-
char. q. 72. Vaſqui. de ſucceſſio. lib. 2. §. 20. 2. par. re-
quiſi. 79. nu. Bero. conſi. 88. nu. 6. lib. 2.

Si vero vocantur per nomen collectiuum plurĩũ
perſonarum in eodem gradu exiſtentium, vt puta
23 filiorum, vt hic † tunc non attenditur ordo chari-
24 tatiuus, quia † in exiſtentibus in pari gradu non
cadit exceſſus charitatiuus cum æque proximi ęque
vocati ſint, Socin. d. conſilio 249. nu. 25. & d. §. qui-
dam recte, num. 4. & ſi dicatur nomen filiorum eſſe
conſiderabile uti collectiuum plurium perſonarum
exiſtentium in diuerſis gradibus ex eo, quod in ſub
25 ſtitutionibus, † filiorum appellatione veniant ne-
potes, & ſic perſonæ in diuerſo gradu exiſtentes
ad Curt. iun. d. conſi. 128. num. 13. & Socin. dicto §.
quidam recte, & per Anton. Gabriel. poſt relatos,
num. 106. de verbor. ſignifi. concluſ. 1. replicabatur
in caſu de quo agitur filiorum nomen non poſſe ex-
tendi ad nepotes, quia teſtator vlterius progreſſus
eſt addendo etiam deſcendentes, & ſic non voluit
venire nepotes appellatione filiorum, vt hæc addi-
tio teſtatoris aliquid addat ad Socin. iun. conſi. 168.
num. 89. lib. 2. & Socin. ſen. conſil. 257. viſis libro 2.
Corne. conſilio 16. colum. 3. lib. 1. Nec ob id peruer-
titur ordo ſucceſſionis, quia cum ſimus in fideicom
miſſaria ſubſtitutione, in qua ſemel grauatus ac-
quiſiuit eam, & vnum factum eſt patrimoniũ, pro-
ximitas iſtius grauati attenditur, & ſæpius dictum
eſt ex Socin. dicto conſi. 126. num. 21. Quod etiam
deſeruit ad reſponſionem obiecti de dubietate ver-
borum referenda potius ad teſtantem quã ad gra-
26 uatum, nam non procedit in his, † quæ ex uolun-
tate teſtatoris alteri ſemel quæſita ſunt cum in illis
teſtator iam prædilectionem oſtenderit, ut aperte
colligitur ex nota per Ruyn. d. conſil. 203. num. 20.
lib. 2. vbi vult, quod in fideicommiſſaria ſubſtitutio
ne licet ſuccedatur teſtatori, vt ex magis commu.
opin. ſupradictum eſt. Tamen quia fideicommiſſa-
rius, capit de manu grauati, cui ſemel quæſita fuit
hæreditas, admittitur proximior grauato, licet repe
riatur proximior teſtatori.

27 Quia quod dicitur in fideicommiſſaria, † ſucce-
dit teſtatori, verum eſt mediate ex perſona grauati
cum hæres hæredis primi teſtatoris ſit hæres. l. fina.
C. de hæredi. inſtit. non autem immediate, quia im-
mediate ſucceditur grauato. Gozad. conſilio 48. nu-
mero 20. & not. declarat Socin. in dicto conſil. 126.
nu. 51. dicens attendi debere proximitatem teſtan-
tis, quando immediate ei ſucceditur, ſecus ſi me-
diate, quia tunc præſumitur teſtator voluiſſe inſpi-
ci, & attendi proximitas grauati, vt dicit Ruyn.
conſilio 90. num. 8. lib. 2. & Roland. conſilio 100. nu
mero 19. lib. 1. & hoc propter potentiam cauſæ im-
28 mediatæ, † quæ mediatæ præfertur, teſte Cæphal.
conſil. 46. num. 12. & Natta, conſilio 119. num. 2.
& hæc eſt magis communis opinio. Iul. Clar. §. te-
ſtamentum. quæſtio. 76. verſic. ſed hic occurrit. Mar
zar. de fideicommiſſ. quæſtio. 35. Hierony. Zanch.
in §. cum ita. l. hæredes ad Trebel. nu. 117. & 118.
late

Digitized by Google

late Franc. Mantica, de coniect. vlt. volun. libro 8. tit. 12. nu. 30.

Nec nos mouit auctoritas Caſtren. d. conſil. 198. lib. 2. tum quia tanquam male locutus reprehenditur a Ruyn. d. conſi. 191. num. 13. lib. 2. tum etiam, quia vt dictum eſt ex mente Goza. Iul. Clar. & Marza. communis opin. eſt in contrarium a qua nõ eſſe recedendum, monet idem Marzar. d. quæſt. 35. in fi. quam etiam nouiſſime veram teſtatur. Rolan. dicto conſi. 100. num. 18. lib. 1.

ANNOTATIONES.

a Sed inſtitutorum filiorum filias. Contrarium, ſcilicet pro filiabus teſtatoris, conſulunt Excellentiſſimus D. Petrus Nouellus de Monaldenſibus nobilis Vrbeuetanus, & ſuæ tempeſtatis Doctor eximius ſuper teſtamento q. Antonij de nobilibus Detiano, quod conſilium eſt apud me manuſcriptum, in quo eodem caſu, & teſtamento idem tenuit, & late conſuluit Hieron. Gabr. conſi. 96 lib. 1. & quidem optimis rationibus, vt apud ipſos eſt uidere, per eos enim habetur ad vnguem tota materia præſentis deciſionis.

b Contrariam vero ſententiam. An attendatur proximitas generalitatis, an grauati in fideicommiſſis, vide ſupra deciſ. 59. num. 7. vbi ſcripſi.

SVMMARIVM.

1 *Emancipationis vſus frequens eſt apud Lucenſes.*

2 *Pater cogitur emancipare filium inſtantem, & petentem ſe emancipari, & hoc ex forma ſtatuti, ſecus de iure communi.*

3 *Filius inuitus emancipatur de iure ſtatutario, ſecus de iure communi.*

4 *Infans ex forma ſtatuti ſine principis auctoritate emancipatur.*

5 *Teſtamentum in quo filius emancipatus ſit præteritus an valeat, & nu. 10.*

6 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas eſt annalis.*

7 *Nemo plus iuris in alium transfert, quam ipſe habeat.*

8 *Bonorum poſſeſſio contra tabulas cadi non poteſt, nec tranſmitti.*

9 *Querela inoſſicioſi teſtamenti non præparata in extraneum hæredem non tranſmittitur.*

10 *Filio emancipato præterito ſine cauſa, teſtamentum dicitur nullum ex communi opinione;*

11 *Hæc tamen communis opinio dicitur eſſe periculoſa.*

12 *Bannitus eſt incapax actiue, & paſſiue relictorum in teſtamento.*

13 *Filius manens in integro ſtatu a patre in teſtamento præteritus ſi viuo patre banniatur capitaliter, fiſcus in eius locum.*

Succedens non dicit de nullitate teſtamenti.

14 *Filius ad hoc, quod ratione præteritionis de nullitate teſtamenti dicere poſſit, requiritur quod tempore mortis teſtantis ſit in ſtatu, quo ſuccedere potuiſſet.*

15 *Ius dicendi nullum teſtamentum non tranſmittitur, in extraneum per emancipatum, licet aliud in poteſtate conſtituto.*

16 *Teſtamentum nullum ob præteritionem filij per approbationem filij de æquitate prætoria conualidatur.*

17 *Approbatio teſtamenti per acceptationem legatorum ſit.*

18 *Legitimam qui petere non poteſt, nec is teſtamentum impugnare valet.*

19 *Alimenta non veniunt in publicatione bonorum.*

Donatum filio emancipato in emancipatione, An ſit præcipuum illius.

20 *Vt donatio ſimplex, vel veniat imputandum in legitima, & ex cauſa donatum dicatur.*

21 *Reputatur paſſus difficilis.*

22 *Donatio a patre facta filio emancipato ſiue in ipſa donatione, ſiue poſt ſtatim, ſiue ex interuallo valet.*

23 *Et an dicatur donatio ob cauſam facta.*

24 *Filius quicquid recipit in emancipatione dicitur recipere in præmium largitatis paternæ.*

25 *Pater ſi quid donat filio emancipato non videtur exercere liberalitatem, ſed dare ex neceſſitate quadam.*

26 *Pater recipiendo aliquid a filio emancipato tenetur ſibi in legitimam imputare.*

27 *Donata a patre filio emancipato, ſimpliciter data dicuntur.*

28 *Emancipatio dicitur donum, quod filio potius, quam patri prodeſt.*

29 *Pater emancipando dicitur exercere liberalitatem.*

30 *Ius patriæ poteſtatis dicitur inæſtimabile.*

31 *Donatio in dubio non eſt præſumenda.*

ARGVMENTVM.

De teſtamento, in quo emancipatus filius ſit præteritus, & an donata filio emancipato dicantur pure, vel ob cauſam donata.

DECISIO LXXXIIII.

1 FREQVENS † eſt vſus emancipationis in ciuitate Lucenſi, & multa contra iuris communis regulas a ſtatuentibus in hac materia ordinata ſunt, vt habetur lib. 2. Statutorum, c. 64. † Veluti, quod filius compellere poſſit
2 patrem ad emancipandum, quod de iure negabitur, l. nemo poteſt. ff. de adopt. & in ſtatu. quibus mod. ſus pat. pot. ſol. §. filij. Socin. in reg. 186. Item, quod
3 † econuerſo filius a patre cogatur ſe emancipari, quod ſimiliter de iure interdictum erat, vt in auth. quib. mod. nat. effic. ſui. coll. 7. glo. in l. ff. de his qui ſui, vel alie. iur. & not. in l. nec Auus. C. de emancip. lib. tradit Soc. in reg. 158.
4 Et inter cætera † quod principi reſeruatum erat de emancipatione infantium. l. iubemus, & ibi Bart. & alij. C. de emanc. lib. & no. Belo. conſ. 175. nu. 13. lib. 2. id patri communicatum eſt.
Quærebatur in ſtante fiſco, quid iuris eſſet de teſtamento in quo filius emancipatus † præteritus erat,
5 an valeret.
Et affirmatiue reſpondentes dicebamus huiuſmodi

di teſtamentum ex æquitate quadam prætoria ſub-
ſiſtere, filioque prẹterito vnicum reſciſſorium reme
dium, videlicet, bonorũ poſſeſ. contra tabulas, quod
6 eſt † annale competere, l. 1. §. largius, de ſucceſſo.
edict. & ita ſe habet commun. opinio. de qua Curt.
iun. in l. poſthumo nato. col. 3. de bon. poſſeſ. cont.
tab. Vaſque. de ſucceſſ. creat. §. 17. num. 105. & §.
20. num. 146.

Ex quo ſequebatur fiſcũ, qui ex perſona filij prẹ-
teriti condemnati d. teſtamentum irritare ſatage-
bat non iure id quẹreret, cum nec ipſe filius id face
re poſſet, obſtante lapſu anni ad contratabulandum
7 præſcripti, & ſic † plus iuris in fiſcum ex ſuo delicto
transferri iuo potuit, quàm ipſe habuerit. l. traditio.
de acqui. rer. dom. c. nuper, de dona. int. vir. & vxor.
cap. Abbatis, 53. diſt.

Quod ius contratabulandi dato, quod in filium
competeret, duraret adhuc, fiſco non competeret,
8 † quia de ſui natura non eſt ceſſibile, nec tranſmiſ-
ſibile. l. 3. §. acquir. de bon. poſſeſſ. & tradit Tiraq.
9 de ret. conſ. §. 26. num. 44. † Sicuti idem de quære-
la inofficioſi dicitur, quæ non præparata, nec inten
tata in hẹredem extraneum non tranſmittitur. l. ſci
mus, §. fin. C. de inoffic. teſtam. Alcia. lib. 1. de verbo.
ſignific.

Nec obſtare viſum fuit, quod d. commu. opinio.
videatur correcta per iura nouiſſima auc. iux. gl. ſin
gularem. in §. exhæredatos in verbo nulla, de hẹred.
& falc. & per §. aliud quoque capitulum, vt cum de
app. cogno. per quæ iura in contrariam ſententiam
10 crebrius itum eſt, videlicet, † quod filio emancipa-
to ſine cauſa præterito teſtamentum dicitur nullũ,
ſi cum cauſæ inſertione teneat, ſed per contratab.
veniat irritandum, & poſt Alexand. declarat Iaſ. in
authen. ex cauſa. num. 8. C. de lib. prẹterit. Iul. Clar.
§. teſtamentum. quæſt. 42. & propterea in caſu iſto
res ad cauſam inteſtati reduci, & fiſco incorporari
ex perſona filij condemnati in gradu ſuccedendi
proximioris.

11 Quia † Vltra, quod d. commu. opin. per nouiſſi-
ma authen. iura fundata ſit periculoſa, & dubitabi
lis, vt dixit Curt. iun. d. auth. ex cauſa. num. 43. non
poteſt aptari ad rem noſtram ex defectu ſubiecti
non præexiſtentis.

Nam tempore cõditi teſtamenti paterni, & mor
tis teſtatoris non aderat perſona habilis, ſuper qua
fundari potuiſſet inſtitutio, vel cum cauſa exhære-
12 datio, cum filius † eſſet bannitus in capite, & ban-
niti noſtri temporis ſunt incapaces actiue, & paſſi-
ue relictorum in teſtamentis, vt not. Bart. in q. inci-
piente Lucanæ, Alexand. conſ. 26. num. 11. & conſ.
75. lib. 1. & in terris eccleſiæ multifariam eſt proui-
ſum, vt ex literis apoſtolicis Pauli II. Sixti IIII. Leo-
nis X. Clemen. VII. Pij IIII. & Pij V. Vnde non po-
teſt conqueri, nec filius, nec fiſcus, eius ſucceſſor ſi
fuit præteritus in teſtamento, in quo eius ratio nul
lo modo habenda fuit, obſtantibus ordinamentis
Lucenſibus, cum plene traditis per Iul. Clar. §. teſta-
mentum, q. 20.

Præterea ſe ſe pro reſponſione offerebat Doct.
Bald. in l. ſi qua pẹna. ff. de his, qui ſui. vel alien. iur.
quam ſignabilem dicit Iaſ. in l. ſi filius, qui in pote-
ſtate, num. 12. ff. de lib. & poſthum. & ſingularem
appellat Cremen. in no. 12. & 89. vbi Bald. dicit,
13 † quod ſi tempore conditi teſtamenti filius in in-
tegro ſtatu manens, prætereatur, & viuo patre capi-
taliter banniatur, fiſcus, qui filio ſuccedit ius dicen-
di nullum, quod filius habebat non habet, nec in-
tentare poteſt rationibus, de quibus ibi per eum
ſequitur Curt. in d. l. poſthum. num. 80. & addentes
ad ſing. Cremen. 89. Boſſ. de pub. bon. num. 17. Ve-
rum cum filius vtroque tempore, & teſtamenti con
diti, & mortis teſtantis fuerit bannitus, & pro mor-
tuo habitus. Sylua. conſil. 79. num. 7. non potuit
viuente patre ex perſona ſua aliquod ius alteri
transferre.

14 Quia † ad hoc, vt quis præteritis poſſit rumpe-
re teſtamentum, oportet, quod tempore mortis te-
ſtatoris ſuccedere valeat ſecundum Ruyn. conſil.
15 27. num. 20. lib. 3. Et ius † dicendi. Nullum ad ex-
traneum non tranſmittitur niſi per filium, qui ſit
in poteſtate, non per emancipatum, ita no. Bal. in l.
filio præterito, in ſi. ff. de iniur. rup. & irri. teſt. & ibi
Imol. col. antep.

Rurſus ſi cui nullitati ſubiacere dicatur d. teſta-
mentum ratione præteritionis, reſpondebatur il-
lud conualuiſſe per approbationem filij ex æquita-
16 te prætoria. Nullitas † enim iſta ad fauorem filij
inducta poteſt per filium remitti, & teſtamentum
conualidare ad Bart. d. l. filio præterito, num. 26. &
ibi Imol. Claud. de Seiſel. in l. 1. §. fi. num. 1. de vulg.
& pupil. Curt. iun. in d. l. poſthu. num. 59. Alex. con
ſil. 76. in fi. lib. 3. Bal. conſil. 11. col. 2. lib. 1. Con. conſ.
31. num. 26. lib. 2.

17 Approbatio † autẽ per cognitionem legati con-
ſtabat Bal. conſil. 179. quando ſapiens lib. 4. & 120.
mater, eo. lib. 4. Et per immiſtionem, quam per plu-
res actus fecerat in bonis teſtantis procuratorio hẹ-
redum nomine.

Accedebat, quod in actu emancipationis recepit
18 emancipatus æquiualentiam legitimæ, & cui non
competit ius petendi legitimam, nec ius impugnan
di teſtamentum conceditur. Corn. conſ. 40. lib. 3. in
litera F. Minus etiã fiſco aſſentiendum duximus pe
tenti ſibi incorporari legatũ alimentorum d. eman
19 cipato factum, † quia alimenta non veniunt in pu
blicatione bonorum, l. legatum de c. dimi. l. is cui, &
ibi Bar. de ali. & cib. leg. Tiraq. de retract. conſ. §. 26.
nu. 82. gl. 5. late Boſſ. in tit. de bon. publ. num. 72. &
Borgni. de vſufru. mulie. relic. num. 235. Ameri. de
patri. poteſt. in effectu 17. nu. 70. Et quoniam per
productionem inſtrumenti emancipationis in quo
apparebat de certa ſumma filio emancipato per pa-
trem donata, fuit dubitatum, an illud ſit filij præci-
20 puum vti donatio † ſimplex, vel veniat computan-
dũ in legitima, & ex cauſa donatũ dicatur, ideo ſu-
per huiuſmodi hæſitatione plurimũ inſiſtẽdũ fuit.

21 Punctus enim erat de facto ſæpe contigibilis, vt
dicit Bal. in l. vt liberis, C. de colla. ſub nu. 5. & Alex.
conſ. 50. num. 54. lib. 6. & non ſatis planus propter
conflictum opinionum.

22 Quandoquidem † prẹſuppoſita validitate d. do-

Digitized by Google

nationis emãcipato a patre facta ſiue in actu eman-
cipationis, ſiue poſt ſtatim, ſiue ex interuallo, vt tra
dit Papin. in for. libelli donatio verſic. ad dimitten-
dum. Bertran. conſ. 191. Chriſti nomine lib. 1. Old.
conſil. 138. in fin. Thema. Tiraq. de ret. conuentio. §.
1. glo. 5. nu. 4. & 5. Rim. conſ. 409. col. 1, lib. 3. quod
23 † dicatur donatio ob cauſam, & per conſequens in
legitimam imputanda fuit originaria opin. Nicol.
Matar. in d. l. vt liberis, quem ibi ſequitur Old. Iac.
de Aret. & Iac. Butrig. in l. ſcimus, C. de inoff. teſta,
Bald. in d. l. vt liberis, Bertran, conſ. 36. num. 7. lib.
1. Ricar. Malumb. & Mar. Sil. & refert Bald. in d. l.
vt liberis, & in conſil. 51. lib. 1, Alexan. conſ. 50. lib.
6. & Oldr. conſ. 138. ſubdens in præcitata, l. vt libe-
ris. Bald. quod nemo aliter dicere poteſt, & quod
pro iſta opi. fuit conſultum per plures periti ſſimos
Docto. & quod ſecundum eius conſilium fuit iudi-
catum, & hanc opinionem appellat rationabilem,
& æquam, quam etiam ſecutus eſt in auct. ex teſta
mento, C. eod. de collatio. idem Bertran. conſ. 82. vi
ſis, & 103. nu. 36. lib. 2. & conſ. 2. nu. 36. lib. 1. & tra
dit Guid. Pap. q. 632.

Cuius ſententiæ ea redditur ratio, quia cum de
iure inuitus filius emancipari non poſſit, ſi conſen
24 tiat, & faciat ſe alienum a ſubſtantia paterna † reci
piendo aliquid videtur recipere in præmium largi-
tatis paternæ, quod lex habet pro datione ob cau-
ſam, non ſimplicem donationem, d. l. vt liberis in-
ducendo illum, text. vt inducit Oldr. d. conſil. 138.
& Bald. in aucto. ex teſtamen. colum. penul. in fi. C.
de collatio.

25 Immo † in tali caſu pater non dicitur exercere li
beralitatem, ſed neceſſitate quadam impulſus id fa-
cere, vigore conſuetudinis, quę ſe habet, quod pater
emancipando ſolet certum, quid emancipato dare,
ſecundum Specul. in tit. de nat. ex lib. ven. §. fin. &
Guid. Pap. d. q. 631.

26 Et ſicuti † pater recipiendo aliquid a filio, vt eũ
emancipet, tenetur ſibi in legitimam imputare, nec
poteſt impugnare, l. 1. §. ſi parens, ff. ſi quis a pare.
fue. manu. Ita arguendo a correlatiuis quorum eſt
eadem diſciplina, l. 1. C. de cupreſſis, lib. 10. filius in
legitimam ſibi imputare non dedignabitur, hæ au-
tem rationes videntur ceſſare propter dictum ſta-
tutum, quo filius inuitus, & nihil dato aut recepto
emancipari poteſt. Contrariam vero ſententiam te-
nuit Barto. in l. in quartam ad l. falcid. quem ibi
communiter ſcribentes ſequuntur, videlicet, quod
donata a patre filio emancipato in præmium eman
27 cipationis tanquam † ſimplex donatio, & pura [a] li-
a beralitas in legitimam non imputanda cenſeantur
niſi aliter expreſſe ſit actum, & ita de communi te-
ſtatur Alex, in d. l. vt liberis. Ripa in d. l. in quartam,
num. 184. Ber. conſ. 205. num. 4. lib. 3. & magis com
munem, dixit Rimin, in conſil. 409. colum. 1. lib. 3.
quæ opin. & iuribus fundatur, l. ſi quando, §. & ge-
neraliter, C. de inoff. teſtam. & l. ſi verbo liberalita-
tis, vbi Bald. not. C. de emancip. lib. & l. cum opor-
tet, §. cum autem, C. de bon. quæ lib. & ratione mu-
nitur. Quia, vt dicit Rot. in deciſ. 178. in nouis, nu-
28 mero 2. † emancipatio dicitur donũ, quod filio po-
tius quam patri beneficium præbet ſecũdum Rim.
d. conſ. 409. & dicebat Barba. conſ. 18. a Ioue prin-
29 cipium, lib. 3, col. 3, quod pater emancipando † di-
citur exercere liberalitatem, & potius deberet con-
ſequi præmium a filio, quam econtra, cum ei donet
30 ius patriæ poteſtatis † ineſtimabile, Ripa d. l. in quar
tam, nu. 183. & quod præmium deberetur patri per
filium ex quo prius habebat peculium, nunc habet
patrimonium, tradit Oldr. conſil. 314. Vnde conclu
dunt communiter Doct. quod licet a patre donatur
cauſa emancipationis, ex quo non eſt vrgens, nec
neceſſaria a cauſa donandi propter hoc non tolli-
tur, quin dicatur donatio ſimplex.

Tandem cum animaduerteremus data in con-
tractu emancipationis non fuiſſe expreſſe data, tit.
donationis, neque per verbum dono, ſed conſigno,
& trado. Merito tanquam ob cauſam, & non ſim-
pliciter data cenſuimus, quia cum alia cauſa veriſi-
31 milis eſſe poſſit donatio in dubio † non eſt præſu-
menda, & in his terminis tradit Corn, conſil. 74. re-
petito, num. 7. lib. 2. Et ita limitando, & declarando
ſupradictam commu. opin. Affirmant Bart. in d. l. 1.
§. ſi parens, ff. ſi quis a par. manu. Alexan. in l. illud,
num. 5, de colla. Imol. in l. Titio centum, §. Titio ge-
nero, vbi reputat Notabile de condit. & demonſtr.
Caſtren. in l. ſi quando, §. generaliter, & ibi Iaſ. C. de
inoff. teſtam. Alex. d. l. in quartam. num. 24. §. 25. in
conſ. 50. lib. 6. num. 15. & conſil. 142. col. pen. lib. 2.
& Socin. conſil. 18, lib. 4. col. pen. & pulchre, Couar.
in cap. Rayn. §. 2. num. 6. de teſta.

ANNOTATIONES.

a Simplex & pura. Hanc partem tuetur D. Cæſar. Fiumag. ad d. l. in quartam, nu. 404. & ideo deberet inſinuari, quia cum potius filius deberet donare patri, qui amittit patriam poteſtatem, & donat filio libertatem, pura dici debet, ad quod late eſt videndus Tiber. Decian conſil. 41. num. 12. lib. 1. atteſtans de communi, & ibi reprehendit notarios dicentes in inſtrumentis emancipationis, quod pater donat filio in præmium emancipationis.

S V M M A R I V M.

1 *Legitima filijs debita vtroque iure, & naturali, & ciuili dicitur debita.*
2 *Legitima ſine onere debetur.*
3 *Etiam ſi maior pars legitima relicta ſit.*
4 *De legitima detrahitur onus fideicommiſſi, & legati.*
5 *Legitima nec tempore qualitate quantitate grauatur.*
6 *Legitima, quandoque grauatur.*
7 *Acceptans teſtamentum, an, & quando legitima renunciare dicatur.*
8 *Acceptatio generalis teſtamenti non nocet filio in legitima.*
9 *Etiam iurata.*
10 *Generalis prohibitio non nocet legitima.*
11 *In dubio non cenſetur grauata legitima.*
12 *Legitima non detrahitur de particulari fideicommiſſo.*
13 *Fideicommiſſum particulare non differt a legatis.*
14 *Legitima debetur de omnibus bonis arbitrio iudicis.*

15 *Filius*

15 *Filius acceptando teſtamentum, cenſetur cum ſuo onere acceptaſſe.*
16 *Vbi eſt conſultum filio in legitima, non eſt iniquum eum grauari, nec in aliquibus bonis detractionem faciat.*
17 *Expreſſum dicitur, quod ſequitur ab expreſſo.*
18 *Scriptum, & in ſcriptura eſſe dicitur, quod colligitur ex ea.*
19 *Fructus bonorum legitimam tranſcendentiũ an computentur in legitimam.*

ARGVMENTVM.

Legitima filijs vtroque iure, & naturali, & ciuili, debita an detrahatur de particulari fideicõmiſſo, & An fructus bonorum legitimam tranſcendentium computentur an legitima.

DECISIO LXXXV.

EGREGIVS ſer Ioannes Maria Bucella condito cum quo deceſſit teſtamento, inſtituiſque hæredibus Ambroſio eius filio, & Henrico nepote ex altero filio præmortuo, generaliter, pure, ac ſimpliciter omnia ſua bona fideicommiſſo ſuppoſuit, qui poſtmodũ codicillando, mutata in aliquibus voluntate ordinauit, quod nonnulla ex dictis generali fideicommiſſo ſuppoſitis a ſe acquiſita, & in quibus particularem affectionem habebat tanquã ſudore vultus ſui parte, intelligeretur eſſe ſub perpetuo fideicommiſſo pro conſeruatione agnationis, quæ de primogenito in primogenitum deuoluerentur. Orta controuerſia inter dictos hæredes ſuper detractione legitimæ quam Henricus facere intendebat Ambroſio contradicente. D. Iudex a quo ſimpliciter petitę detractioni legitimæ locum eſſe pronunciauit.

Nos autem huiuſmodi ſententiam reformantes diximus, Henrico licere legitimam iure naturæ debitam detrahere, non obſtante generali fideicommiſſo, præterquam in bonis ſpeciali, ac perpetuo fideicommiſſo ſuppoſitis, quæ omnimode teſtator alienare prohibuit.

Moti quia, & ſi frequens, & agitata ſit quæſtio,
1 † de legitima, deſcendentibus iure naturæ debita,
ideſt ratione naturali dictare, & ciuili iure propter
hoc naturale dictamen, ita diſponente, vt not. Rebuf. de recuſatio. in præfatio. nu. 7.
2 An ſcilicet, † aliquo onere grauari poſſit; in eam
tamen receptius ſententiam itum eſt, vt ſine onere (legatorum videlicet, & fideicommiſſorum non autem creditorum, vt declarat Natta, in conſ. 214. numero 4.) debeatur, ita quod ſi aliter quandoque a teſtatore grauaretur, onus pro non appoſito ſit habendum. l. quoniam in prioribus, & l. ſcimus, §. cum autem, vbi Bart. C. de inoffic. teſtamen. vbi ſub-
3 dit Bald. † etiam ſi maior pars, quam legitima relicta ſit, & idem in dict. §. cum autem. Salyc. in dict. l. quoniam, capit. Raynaldus, §. dilectus, de teſtamen. Bald. in l. filium quem habentem, colum. 18. famil. hercisc. Guliel. de Benedic. in capit. Raynutius, in pri. par. in verbo reliquit, num. 28. eodem tit. Iaſ. in dicta l. quoniam, in ſecunda ampli. Roland. a Val. conſil. 21. num. 38. lib. 1. & conſil. 78. eod. lib. 1. vbi loquitur, quando tota hæreditas fuit ſuppoſita fideicommiſſo, quo caſu reijcitur onus fideicommiſſi de legitima, Ruyn. conſil. 168. num. 13. lib. 1. Caſſan. in conſuc. Burgun. Rub. 7. verſic.
4 ſanſ. iurge. vbi onus remouetur etiam † ſi plus filio
relictum ſit, Socin. conſ. 97. lib. 3. Corn. conſil. 106. lib. 2. Borgni. de vſufruc. num. 95. Aretin. conſil. 19. nu. 3. vbi loquitur in fideicommiſſo facto ad fauorem tertij, cum prohibitione alienandi, quo caſu prohibitio reſpectu legitimæ tollitur. Pariſ. conſil. 36. num. 37. & ſeq. lib. 2. & 108. eod. lib. Matheſil. ſingul. 164. Bero. quæſtio. 88. num. 9. & 10. Cuchi. in tract. legitimæ, in verbo, nec vſufructu, num. 2.
5 † vbi legitima non poteſt ſub aliena conditione re-
linqui, nec in tempore grauari, nec in quantitate etiam voluntaria, nec in quantitate etiam ad pias cauſas.
6 Et licet aliqui ſint caſus † quibus legitima graua-
7 ri, & in totũ tolli poſſit, maxime † ſi filius teſtamen-
tum aggrauans acceptet, nam tunc etiam talia onera ſubire, & diſpoſita adimplere debet etiam legitimam afficientia Menoch. conſil. 71. nu. 21. & ſeq.
8 Tamen † acceptatio teſtamenti ſimplex, vt hic
a abſq; expreſſa renunciatione a legitime non nocet,
legitimæ. Pariſ. conſ. 43. num. 36. lib. 3. qui teſtatur de comm. op. idem tradit Burſat. in conſil. 80. nu. 4. vbi filius non ſibi præiudicat in detractione legitimæ per generalem teſtamenti acceptationẽ, in quo omnis quarta prohibita ſit, niſi de ipſa mentio ſpecialis fiat. l. ſi quando, §. fi. C. de inoff. teſta. Guliel. de Cun. in l. de his, de tranſact. quod adeo procedere
9 dicitur, vt nec † iurata acceptatio excludat filium a
petitione legitimę, Dec. conſ. 257. in fi. Alex. conſil. 69. num. 4. lib. 1. & conſ. 8. nu. 51. lib. 3. & 89. eo. lib. Caſtrenſ. conſ. 79. licet, lib. 1. Corn. conſil. 289. nu. 8. lib. 4. Soc. conſil. 325. licet, lib. 3. Burſat. conſ. 92. nu. 10. Ant. Gab. lib. 6. de legit. conclu. 8.
Et non ab re inquit Guid. Pap. quæſtio. 93. quod filius acceptando legatum ſine participatione non ſibi præiudicat in ſupplemento legitimæ, tradit Bero. conſil. 93. num. 59. & ſeq. lib. 2. & conſil. 136. eod. lib. Vbi late an per generalia, & pregnantia verba iurata inducatur renunciatio legitimę. Quod eo magis dicendum erat in caſu iſto, quia non fuit
10 legitima expreſſe prohibita, vt requirebatur, † cum
alias, generalis prohibitio nihil, quo ad hoc releuet Decian. conſil. 81. num. 1. Pariſ. conſil. 108. nu. 11. lib. 3. & de commun. opinio. Burſat. conſil. 102. numero 12. Bero. conſ. 63. nu. 62. lib. 2. Roland. a Val. conſ. 72. num. 10. lib. 3. Quod extendit Burſa. procedere etiam in trebellianica, reprobato Anchar.

in conſil. 132. colum. 3. Ruyn. conſ. 52. lib. 2. vbi per
generalia verba non cenſetur grauata legitima filij
11 † quia in ea non præſumitur onus oppoſitum etiã
in caſu quo apponi potuiſſet, etiam quod vnita ſit
cum reliquo patrimonio, niſi de ea ſpecialis men-
tio fiat. Et prædicta dicebamus militare, quod ge-
nerale fideicommiſſum primo loco in teſtamento
iniunctum, non autem in bonis, quæ ſpeciali ac
perpetuo fideicommiſſo cum prohibitione omni-
12 modæ alienationis ſuppoſuit, † In quibus detra-
ctionem legitimæ fieri poſſe denegauimus, propter
quam particularem, & enixam affectionem, & vo-
luntate ſatis honeſtum viſum fuit in illis bonis legi
timæ detractionem non facere, cum in reliquo pa-
trimonij filio ſatisfieri poſſe non dubitabatur ad
not. per Crau. conſil. 19. num. 14. Alexand. conſ. 12.
lib. 5. Ang. conſil. 131. Menoch. conſil. 44. num. 24.
Roland. conſil. 65. num. 31. & conſil. 12. lib. 1. Ant.
Gab. de legit. concl. 6. num. 2. verſi. amplia. Nat. con
13 ſil. 99. num. 6. qui etſi loquantur in legatis, † idem
tamen dicendum eſt in fideicommiſſis particulari-
bus legatis exequatis, l. 1. & ibi not. ff. de leg. 1. & in
terminis de particulari fideicommiſſo, quòd de eo
legitima non detrahatur. Thob. Noni. conſ. 16. nu.
18. Boer. deciſ. 145. Rod. Zuare. in repe. d. l. quoniam
in prioribus, num. 15. in 11. amplia. de inoffi. teſt. &
propterea dicebat Natta, in conſ. 134. & 236. quod
particularia fideicommiſſa de certis bonis facta nõ
differunt a legatis, & conſequenter detractione le-
gitimæ exempta.

Neque huic noſtræ ſententiæ aduerſatur, quòd
proxime dicebatur de onere a legitima reijciendo
eamque non in vna re hæredis voluntate, neque in
14 alia filij arbitrio, † ſed ex omnibus iudicis arbitra-
tu deberi, vt de commu. opinio. teſtatur Menoc. de
arbitr. iudi. lib. 2. cent. 2. caſu 163. Quia vltra, quòd
ſupererant alia bona ad detractionẽ legitimæ, (quo
caſu ſine dubio procedit. Angel. d. conſil. 131. in fi.
Alexand. conſil. 42. colum. 2. verſic. non obſt. lib. 2.
Sen. Pedemon. deciſio. 34. num. 24.) non eſt etiam
improbatum tale onus adijci poſſe nam filius acce-
ptando teſtamentum videtur acceptaſſe cum one-
re faciendi diſpoſita, & mandata in eo ex quo filius
poterat ſibi de legitima prouidere reputando fi-
deicommiſſum, & aliam partem acceptare, vt hic
vbi teſtator inſtituerat hæredes in opulentia hære-
ditate, & partem bonorum particulari ac perpetuo
fideicommiſſo ſuppoſuit in illis prohibendo omne
genus alienationis, & diminutionis ſub pœna priua
tionis reſpectu contrafacientis tantummodo in d.
bonis. Henricus igitur acceptando teſtamentum,
15 vt fecit, † cũ ſuo onere acceptaſſe dicitur. Soc. iun.
conſ. 112. lib. 1. & ſic acquieuiſſe, quod in illis bonis
detractio non fiat cum ſine diminutione teſtator
integra perpetuo remanere velit in familia ad De-
cian. conſil. 687. Curt. iun. conſ. 159. Io. dile. de arte
teſtan. lib. 5. de ſubſtit. caut. 31. nu. 6. vbi ſi teſtator
filio relinquat aliquid, & caſu quo de illo non ſit
contentus, tunc ſolam legitimam relinquit, ſi illud
acceptet in legitima ſibi præiudicat, tradit, alios ci-
tans Marza. de fideicom. q. 50.

Stante igitur particulari hoc fideicommiſſo per-
petuo, ac ſine diminutione tranſibili in agnatos
tot, tantiſque prægnantibus clauſulis excogitato,
16 ac ſtante ſuperabundantia aliorum bonorum, † nõ
incõueniens viſum fuit filium grauari poſſe, quod
in d. bonis legitimam non detrahat ad Cœphal.
conſil. 153. num. 44. Marza. d. quæſt. 50. cum in ef-
fectu, & in ſubſtantia quantitatis ſibi non præiudi-
cetur, ſed modus tantum detrahendi reſtringatur,
cui accedunt no. per Cuchi. in trac. de legitima cart.
311. num. 29.

Nec obſtat, quòd dicebatur de legitima expreſ-
ſe prohibenda: quia ſtante verborum conceptio-
ne prægnantiſſima, de qua in teſtamento, non po-
teſt negari, quin expreſſe dici debeat prohibita,
17 † cum expreſſum id ſit, quod ex expreſſo ſequitur
Curt. iun. d. conſ. 159. Dec. conſ. 687. Crauẽ. conſil.
18 149. nu. 11. † & ſcriptum dicitur, quod ex ſcripto
colligitur, l. 1. §. ſin autem, vbi Bar. ff. de hæred. inſt.
Dec. conſil. 68. col. 5. Contard. in l. 1. in amplia. nu.
9. C. ſi de mo. poſſ. Nat. conſ. 497. num. 3. Menoch.
de adipiſcen. 4. remed. q. 18. num. 125. & ſeq. Prout
nec etiam obſtat illud de expreſſa renunciatione le
gitimæ facienda; quia ſatis conſtat filium voluiſſe
carere detractione in d. bonis teſtamentum acce-
ptando eo modo quo fecit ad Socin. iun. conſil. 122.
Ruyn. conſ. 56. num. 9. lib. 2. Curt. iun. d. conſ. 159.
num. 6. & ſeq.

Et quoniam negari non poterat in hac opulenta
hæreditate plus contineri in portione relicta huic
quàm legitima expoſcat, ideo illi detractionem quæ
19 renti fuit oppoſitum, † quòd fructus bonorum le-
gitimam tranſcendentium in legitimam compu-
tet, vt placuit Cuma. in l. in fideicommiſſaria. ff. ad
Trebell. relatus ibi ab Alexand. licet non ſequatur;
& not. Natta, conſil. 231. num. 5. Curt. iun. conſil.
120. in fi. Cœphal. conſi. 193. num. 92. qui loquitur
in terminis.

Tamen contrariam ſententiam tanquã crebrius
receptam amplexi fuimus cum hæc opinio negati-
ua æquior ac magis communis videatur, teſte Bur
ſat. conſ. 44. nu. 17. Rom. & ibi addentes, conſ. 106.
Rip. in d. l. in fideicom. nu. 36. Hier. Gab. conſ. 24.
per totum. Vaſq. de ſucceſ. crea. lib. 3. §. 30. 2. part.
34. limit. nu. 491. Aemil. conſ. 45.

Cuius rei ea inter alias redditur ratio, quia legi-
tima debetur de bonis, & ſubſtantia defuncti, fru-
ctus autem percepti poſt mortem illius nunquam
fuerũt ipſius defuncti, merito nõ imputandi, Vaſq.
vbi ſupra: Menoch. conſ. 88. nu. 25. vbi in propoſi-
to dicit, quod addita hæreditate amittitur nomen
hæreditatis, & fit matrimonium adeuntis hæreſque
dicitur dominus, & domino fructus debentur, &
ſic hæredi acquiruntur, & non amplius hæreditarij
dicuntur, quicquid dixerint relati ab Anto. Gabr.
de legitima. concluſ. 1. num. 38. quos ipſe improbat
citando; & ſequendo tenentes contrariam ſenten-
tiam tanquam melioribus rationib. fundatam. Co-
rat. ad com. opi. li. 2. ti. 9. Caſu 17. nu. 87. ſequi. Bero.
conſ. 193. nu. 78. lib. 2. De quo ſatis diſputabili art.
abunde, ac fuſius Franc. de Capitibusliſtæ, inter
conſi-

conſilia cri. lib. 1. conſil. 78. vbi ſex principales opiniones recenſet.

ANNOTATIONES.

a Abſque expreſſa renunciatione. Non procedit hoc ſi fuerit generaliter renunciatum ſucceſſioni paternæ, quæ generalis renunciatio fuerit firmata iuramento, tunc enim filius ſibi præiudicat etiam in legitima, & in eius ſupplementi petitione. Iaſ. in l. ſi quando. §. & generaliter cũ allegatis per ipſum. C. de inoff. teſta. Pariſ. conſ. 71. nu. 18. vol. 1. & cõſ. 49. vol. 3. cum alijs adductis per Roland conſ. 70. num. 4. lib. 2. & hæc eſt commu. opin. Doctorum de qua teſtatur Rip. in l. 1. num. 69. ff. de vulga. & pupill. & reſpon. 84. nu. 13. Idem Couar. in cap. quamuis pactum par. 3. §. 3. ſub nu. 3. de pact. in 6. & licet Boer. deciſ. 3. num. 10. communem dicat eſſe in contrarium, tamen non eſt recedendum a prima tanquam vere, & realiter cõmuni, & magis communi, quam ego firmaui, & alia dixi in recollectis ad d. l. ſi quando, §. illud quarta intellig. C. de inoff. teſtam.

SVMMARIVM.

1 *Vbi de matrimonio non principaliter, ſed per modum cauſa tractatur, ſufficit præſumptiue probari de eo.*
2 *Matrimonium per teſtes de auditu probatur, & num. 16. probatio de auditu regulariter improbatur.*
3 *Confeſſio iugalium probat matrimonium, & num. 17.*
4 *Cohabitatio non leue matrimonij præſtat argumentum, & num. 18.*
5 *Tractatus maritalis matrimonium probat, & numero 19.*
6 *Fama vicina matrimonium probat, & num. 20.*
7 *Filius præſumitur legitimus ex cohabitatione libera mulieris.*
8 *Licet ex cohabitatione de iure canonico fornicatio præſumatur, id tamen intelligitur quo ad ipſos cohabitantes, non quo ad filios, quorum reſpectu licitus coitus præſumitur, & reputatur.*
9 *Filiatio eſt facilis probationis reſpectu, & quo ad effectum ſuccedendi, ſufficit enim colorata poſſeſſio maritalis abſque veritate matrimonij.*
10 *Filiationis quaſi poſſeſſio probata ſufficit ad obtinendam hæreditatem paternam.*
11 *Educatio, & tractatus probant quaſi poſſeſſionum filiationis.*
Educatio potentior eſt tractatu ad probandum quaſi poſſeſſionem filiationis.
12 *Matrimonium non præſumitur neque de facili, & ex leuioribus coniecturis reputatur contractum.*
13 *In dubio Maritus non præſumitur.*
14 *Filiatio vbi eſt cauſa, & fundamentum intentionis alicuius probari debet.*
15 *Legitimus an quis præſumatur.*
17 *Nominatio in præiudicium tertij non probat filiationem.*
18 *Cohabitatio ſimplex ex communi opin. non arguit matrimonium.*
19 *Periculoſum eſt diuinare de matrimonio per ſigna.*
20 *Tractatus maritalis qualis eſſe debet, nu. 19.*
21 *Qualitas idoneitatis in teſte a ſtatuto requiſita debet articulari, & probari.*
22 *Præſumptiones, & coniectura, quæ aliàs matrimonium probarent præſumptiue, tunc demum probant quando legitima probatæ ſunt.*
23 *In re dubia certum iudicium ferri non debet.*
24 *Suffitit reo obſcurare, & in certam reddere intentionem actoris, vt obtineat.*

ARGVMENTVM.

De probatione filiationis.

DECISIO LXXXVI.

EGERAT D. Antonia de Monte F. tanquam filia legitima, & naturalis Iacobutij ex D. Catherina Lucangeli, petendo hæreditatem paternam a Iuliano Barſagliæ proximiori agnato. Fabricatoq; ſubinde proceſſu, tãdem D. Iudex primarum inſtantiarum abſoluit reũ conuentum a petitis. Cauſaq; ad noſtrum Auditorum per appellationem pro parte actricis interpoſitam deuoluta omiſſis alijs, quam plurimis, quæ ſeſe diſcutienda obtulerũt, & inſiſtendo ſuper vno tantũ tãquam lapide angulari præſentis iudicij, videlicet, an D. Antonia circa probationem ſtatus filiationis ſibi incumbentẽ ſatisfecerit. Quod ſatis aſſecutam actrix ſe putabat ex pluribus infra dicẽdis, videlicet.

Nam cum in præſenti cauſa de matrimonio Iacobutij, & D. Catherinæ non principaliter tractetur, ſed incidenter per modum cauſæ reſpectu d. hæredi
1 tatis principaliter petitæ, ſufficere dicebatur † de matrimonio ſaltem præſumptiuè cõſtare, vt exinde filius legitimus dicatur, & paternæ hæreditatis ſucceſſor, vt poſt Bal. in conſ. 196. in hac cauſa tradit not. Socin. in conſil. 85. num. 7. lib. 2. & Gemin. conſil. 27. Vbi enim non de federe matrimonij præcipuè agitur, ſed de legitimitate filiorum, tunc ſignis, & coniecturis matrimonia probantur, & leuiores probationes requiruntur ſecundum Inno. in c. ex parte de reſt. ſpo. & no. omnes Canoniſtæ poſt gl. ibi in c. illud de præſump. & Bal. d. conſ. 196.

Præſumptio autem multifariã deducebatur ad probationẽ matrimonij, & primo quia teſtes nonnulli deponebant de hoc matrimonio de auditu,
2 † quod genus probationi, & ſi alias improbetur, vt pulchre per Benint. deciſ. 67. nu. 10. in cauſa tamen matrimonij non omnino reprobari ad not. in capit. tua, inf. de conſan. & affinit. & per Gozad. conſ. 12. num. 29.

Rurſus allegabatur confeſſio eiuſdem Iacobu-
3 tij iugalis, † quæ confeſſio, & nominatio in contracto matrimonio plene probat ſecundum gloſſ. in capitu. ſuper eo, extra de eo, qui cog. conſang. vxor. cum concordantibus ſignatis per Socin. iun. d. conſil. 89. numero 9. Burſat. in locis proxime citandis.
4 Tertiò † cohabitatio d. iugalium, quæ non leue matrimonij præſtat argumentum d. cap. illud. Ex vl
5 tra cohabitationem probabatur quoq; † tractatus

maritalis d.c.illud,& no.Abb. in c. peruenit qui fil. ſint legi eum concordan.per Burſat. conſ.17. num. 1.& conſ.10.num.1.& conſil.88.nu.5.

6 Nec etiam deſiderabatur † fama viciniæ probata, quæ ſimiliter plurimũ confert ad probationem matrimonij ad not. per Abb. in c.lator, qui fil. ſint leg.Fely.in c.per tuas, num.23.de proba. Curt.iun. conſ.52.lib.7.& pri.

Et dato non conceſſo, quod in caſu præmiſſo nõ poſſit dici probatum matrimonium vere nec præſumptiue, id tamen procederet, & noceret ipſius in-
7 galibus non autem filijs † qui legitimi cenſentur ex d. cohabitatione liberæ mulieris. l.in liberæ de rit. nup.l.in cõcubinatu de concub.& licet forte de iu.
8 canonico † & tali cohabitatione adulterium, ſtuprum, vel fornicatio præſumeretur, cap.1.30.queſt. 5.vbi glo. & in d.l.liberæ, & in d.l.in concubinatu. Illud dicebatur intelligi debere reſpectu cohabitantium, non autem reſpectu filiorum debet illicitus reputari coitus, vt not. Cyn, in l.ſi vicinis, §.quæri. C.de nupt, Abb.in d.cap.lator, ſub num.6.Dec.in l. nuptias, num.2.& 3.de reg.iur.& in cap. Eccleſia S. Mariæ, num.39.de conſtit, & in conſ.153.col.4. Alciat.præſump.5. reg. vbi de commun.opin.teſtatur Paleo, in tract.de noth. & ſpur.cap.20. & propterea dicebat Felyn.in d.cap.illud de præſumptio.facilem
9 † eſſe modum probandi filiationem reſpectu ſuc-
a ceſſionis: Nam huius prolis intuitu ſolam ſufficere coloratam poſſeſſionem maritalem abſque veritate matrimonij, vt tradit Io. Lup. in tracta. de matri. & lega.2. par. princ. verſic. quæ dicuntur ſponſaland.

Cui ſuffragabatur alia iuris non reprobata theorica, quod vbi quis, vt filius petit hæreditatem paternam ſufficit probare ſe in quaſi poſſeſſione filiationis fuiſſe, vt placuit Iacob. Butr. in l.quidam de proba. ſequitur Butr. in c.tranſmiſſæ, col.2.qui fil. ſint legi. Alexan.conſ.51.viſo, lib.1.col.fi.& 88.nu. 10.lib.7.Gozad.d.conſil.13.num.34. & Pariſ.conſ. 10.nu.69.& 100.lib.4.vbi de communi atteſtatur, & idem in ſororietatis, & fraternitatis, quaſi poſſeſſione notant addentes ad Afflict.deciſ.25. & maxime
10 quando probatur educatio, † & tractatus nam edu-
11 catio † potentior eſt, quam nominatio ad probandum hanc quaſi poſſeſſionem, Goza.d.conſ.13.nu. 34.Bar.in l.quod Senatus, §.idem, de lib.agno.Ale. d.conſ.51.Pariſ.d.conſil.10.nu.70.

Nouiſſime pro dicta D. Actrice allegabatur Statutum Lucenſ.lib.1.c.99.& c.190.vbi cauetur filiationem, & matrimonia probari inter alia per famam trium teſtium idoneorum depoſitione probatum, prout ſatis probari ex proceſſu videbatur.

In contrarium replicabatur actricem deficere in ſalutare probationis, & locum ſibi vendicare vulg. reg.l.qui accuſare, C.de edend. prout in terminis matrimonij arguunt, Pariſ.conſ.58.nu.70.lib.4.& Soc.Iun.conſil.88.nu.7.lib.2.

12 Quandoquidem † matrimonia non præſumi, tradunt Abba.& alij, in d.cap.illud.Barto.in conſ.42. Corn.conſ.68.colum.2.& 208. colum.2.lib.4. Decian.conſil.571.Alciat.3.regu.præſumpt.2.num.5. & ideo ordinarie dicitur matrimonium probari debere plene ſecundum gloſſ.in l.1.§.ſi ea, de vent.in poſſeſſ.& Bald.d.conſ.196. Neque de facili ex leuibus præſumptionibus, & coniecturis debet reputari contractum inter aliquos, vt dicit Socin. iun.d.
13 conſil.86.nu.8.lib.2. † cum in dubio nemo præſumatur maritus, Felyn.d.cap.illud, col.fin. Pariſ.d. conſil.61.in princ.

Et propterea dicebat reus conuentus, quod agẽs, vt filius debet probare ſe filium, ſi velit obtinere ſecundum Bal.conſil.180.num.3.lib.3.nam cum petat hæreditatem, quam non poſſidet, agendo, vt fi-
14 lius probare tenetur, quia † filiatio iſta eſt cauſa, & fundamentum intentionis ſuæ, prout not. Ang. in l.liberorum, in priu.per glo.ibi.ff.de his, quis no. inf.ſequitur Decian.conſ.54.in prin.Pariſ.conſ.12. num.240.lib.2. & conſ.11. nu.19. eod.lib.vbi appellat Deciſionem Angeli optimam. Vnde cum filius non præſumatur legitimus, niſi aliud appareat petendo hæreditatem, quam non poſſidet, qualitas legitimi ſtatus tanquam fundamentum ſuæ intentionis probari debuit ſemper: Niſi ſit in quaſi poſſeſſione huius ſtatus, vel ſit talis, vt pro eo ſit præſumptio onus probandi in aduerſarium transferens, quod in caſu iſto non videbatur probatum, vt poſt Butr.no.Abb. & alij quos refert Soc. conſil.59.
15 col.1.lib.1.Licet in hoc † an quis præſumatur legitimus non defuerint, qui diſtinguendo aliter ſenſerint, vt refert Ioan.And.in cap. veniens.de presb.non bap.& prepoſi.in rubr.qui fil.ſint leg. Paleo.in tracta.de ſpur. & noth.c.20. Et ex his reus conuentus ſeſe tuebatur a petitis reſpondendo contrarijs, vt infra, videlicet.

16 Non obſtat teſtimonium de auditu, † quia vltra teſtium ſingularitatem, auditus teſtimonium dicitur imperfectum, & inualidum d.cap.tua, vbi Abb. in fin.de ſponſ.& in cauſa matrimoniali, not. Curt. in conſ.52.num.6.Gra.conſ.98.num.34.lib.2.Socin.d.conſil.39.col.4.quicquid gl. ibi dixerit, quæ intelligenda eſt, quo ad qualem, qualem præſumptionem, de quo plenius per Rot.Bon. deciſ.67.nu. 8.& ſeq.

Nec facit in aliquo dicebatur illa nominatio, & tractatus, quia vt not. Abb.d.c.illud, & Imol.in c.ex parte, de reſt.ſpol. id factum dici poteſt ad tegendũ concubinatum, & ſola nominatio nõ probat matri-
17 monium. Soc.in d.conſ.39. † Appellatio enim matrimonium non probat in præiudicium tertij, ſed ipſorum iugalium, vt dicit Soc.d.conſ.39. Alcia.8. præſump.9. reg. & confeſſio dicentis ſe contraxiſſe matrimonium non probat, vt not. plures adducti a Pariſ.dict.conſil.59.nu.17.

18 Minus etiam refragatur cohabitatio, † quæ ſimpliciter non arguit matrimonium, vt per Abb.d.c. illud, & Soc.d conſ.39. vbi hanc dicit eſſe communem, & indubitatam ſententiam, & præſertim cum non diuturna ad Soc.d.conſil.39.& Soc.iun.conſil. 85.lib.2.& inter coniuges debet conſiderari cohabitatio non ſimplex, ſed arcta, quę non ſolum corporis, ſed animi quoque affectus communes facit l.aduerſus, C.de crim.expil.

Parıſ

Parui etiam referre dicebatur tractatus ex aduer
ſo conſideratus, quia in hac materia dicebat Bald.
in capit. ex tranſmiſſa. colum. 2. de reſtitut. ſpol.
19 quem refert Felyn. in d. capit. illud, num. 11. † eſt
periculoſum diuinare de matrimonio per ſigna, e-
tiam quod quis honorifice in lecto, & ad menſam
honorificè tractet, & retineat mulierem, cum iſti
actus conueniant, & fiant ſine matrimonio. l. item.
§. parui. de legat. 3. Roſ. de legit. lib. 1. numero 15.
& propterea volunt Docto. quod talis tractatus ſit
reciprocus, & non ſit ſimplex, ſed continuatus ſpe-
cialis, & talis, vt iudex allegat ſufficientem matri-
monij præſumptionem. Salyc. dict. §. ſi vicinus, So-
cin. dicto conſilio 39. Pariſ. conſ. 13. num. 18. libro
ſecundo, ſed teſtes ſubinde deponentes, nimis indi-
ſcrete de dicto tractatu depoſuiſſe dicebantur, me-
rito, &c.

Neque ob famã viciniæ, quia teſtes ſuper ea exa-
20 minati nimis ſupinè deponunt † non deſignando
a quibus audierunt dici, & non aſſignando proba-
biles cauſas ſcientiæ de origine d. famæ ad Bartol.
in l. de minore, §. plurium de quæſtio. Alexand.
conſil. 159. colum. 4. l. 5. Socin. conſil. 54. colum. fi.
l. 4. alias eſſet vana vox populi, non curanda l. de-
curionum, C. de pen. Pariſ. conſil. 61. numero 12.
lib. 4.

Non obſtat ſtatutum Lucenſe, tum quia fama
nõ fuit formiter probata, vt ſupra dictum eſt, tum
etiam teſtes ad eam probandam a ſtatuto requiſi-
ti numero trei, debent eſſe idonei: & vbi a ſta-
22 tuto idoneitas in aliquo requiritur † debet illa ar-
ticulari, & probari, alias non probant ſecundum
Angel. in l. 2. §. diem. ff. quemadmod. teſta. aper.
tradit Decian. alios allegans in conſil. 322. ſub nu-
mero 11. Socin. in conſil. 7. numero 2. lib. 1. Bero.
conſil. 95. num. 8. lib. 3. & conſil. 161. num. 8. quod
in caſu iſto factum non fuit, immo ex inſpectione
proceſſus teſtes examinati pro actrice non obſcure
apparebant vulnerabiles, & diminutæ fidei. In tan-
to conflictu cenſuimus pro reo, bene iudicatum,
& male appellatum; quia cum contraria actricis
non obſtarent, remanebat reus in regula iuris tu-
tus, quaſi bonum ius fouens, l. 1. de teſtib. l. mutus
de procur. Barto. in l. quoties, ff. ſi quis caut. Dec.
in l. 1. de regu. iur. & in l. omnis diffinitio. ff.
eod. & ita votatum fuit. Non obſtantibus tot tan-
tiſque in vnum cumulatis præſumptionibus: quæ
ſimul cũcurrentes, tunc demum præſumptum ma-
22 trimonium probarent, † quando illæ legitimè pro-
batæ forent, prout non fuerunt probatæ, Socin. d.
conſil. 39. colum. 2. Alexand. d. conſil. 150. colum.
fina. & 151. lib. 5. Pariſ. conſil. 55. in fin. & 59. nu-
mero 29. & 91. lib. 4. in fin. Sicuti, nec tractatus, &
alia in ſuo genere probata fuerunt, vt nos in ſuffi-
cientem credulitatem inducere potuiſſent pro ma-
trimonio, immo ſtantibus etiam probationibus
pro parte rei conuenti factis, actricis probationes
23 valde dubias reddentibus † in re dubia certum iu-
dicium proferre nefas putauimus, c. graue. 11. q. 3.
24 & cap. fin. 33. diſtin. Sufficit enim † reo obſcurare,
& incertam reddere intentionem actoris, vt obti-
neat. cap. inter dilectos in fin. de fid. inſtrum. cap.
cum ſit. de reg. iur. in 6.

ANNOTATIONES.

a Facilem eſſe modum. Immo difficilem, & ideo vide ad ſatietatem. Menochi de arbit. iud. lib. 2. caſ. 89. num. 4. vſque in fin. & Puteo. deciſ. 518. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis eſt quæ ſub mortis ſuſpicione, & in tempus mortis confertur.*
2 *Donatio cauſa mortis ex coniecturis, & varijs argumentis cognoſcitur.*
3 *Donatio ob benemerita non dicitur propriè donatio, ſed quædam debiti naturalis ſolutio.*
4 *Merita alia ſunt obligatoria, alia beneuolentiæ tantum ſtoria.*
5 *Donatio propter benemerita dicitur donatio inter viuos.*
6 *Merita, quando probanda, & an ſtetur dicto aſſerentis.*
7 *Fructuum reſeruatio in donatione operatur tranſlationem dominij.*
8 *Pactum de non reuocando facit de reuocabili irreuocabile.*
9 *Iuramentum in donatione cauſa mortis operatur irreuocabilitatem.*
10 *Clauſula conſtituti aliquid operari debet, & in actu puro, cuius effectus collatus ſit poſt mortem conſtituentis.*
11 *Hæredis mentio in donatione facit præſumi donationem inter viuos.*
12 *Mortis mentio in donatione de neceſſitate, non facit, quod donatio dicatur cauſa mortis.*
13 *Donatario præmoriente ante donantem, quando donatio ſit caduca.*
14 *Licentia data ingrediendi propria auctoritate poteſt quis ea vti nulla præuia citatione.*
15 *Maxime ſtante clauſula conſtituti.*
16 *Apprehenſio poſſeſſionis nulliter facta ob bonum ius confirmari.*
17 *Conceſſio familia de aſſociando poteſt concedi ſine citatione partis.*
18 *In dubio præſumitur quis ingredi poſſeſſionem virtute licentia propriæ auctoritatis potius quam iudicis decreto.*
19 *De ſtilo ſufficit informari in camera.*
20 *Declara in ordinatorijs, non in deciſorijs.*
21 *Nullitas in genere propoſita non facta alia ſpecificatione non prodeſt.*

ARGVMENTVM.

De donatione cauſa mortis, & quomodo cognoſcatur, & de aſſociatione familia, an ſine citatione ſit concedenda.

DECISIO LXXXVII.

VENERABILIS D. Chaterina de Serdinis cum debitis conſenſibus donauit quædam bona ſtabilia Serdino, & eius hæredibus ob benemerita donatorij, irreuocabiliter donatione cauſa mortis cum clauſula conſtituti, & cum licentia propria auctoritate ingrediendi poſſeſſionem, & cum reſeruatione fructuum durante eius vita. Donatarij mortem ſubſecuta eſt mors donatricis. Hæredes donatarij adito iudice ad euitanda ſcandala petierant familiam pro aſſociando eos ad apprehenſionem poſſeſſionis dictorum bonorum, quam etiam propria auctoritate vigore licentiæ aſſequi potuiſſent. D. Iudex familiam petitam conceſſit ſine præiudicio iuris tertij, à quo decreto D. Ioannes vſufructuarius bonorum dict. Donatricis ad nos recurrens petijt illud reuocari, & annullari cum inde ſecutis.

In quo iudicio antequam ad recurſus definitionem deueniretur, oportuit de natura huius donationis diſcutere.

1 Et propterea licet † communis opin. ſit donationem cauſa mortis eam dici, in qua mentio mortis fit, & quæ in tempus mortis confertur (prout omnia iſthæc concurrere in propoſita facti ſpecie videbantur) vt teſtatur Dec. in l. fin. num. 20. C. de pact. Pariſ. conſil. 16. num. 4. lib. 2. & perpetuo notandum dicit Iul. Clar. in §. Donatio. quæſt. 4. verſ. cæterum.

2 Tamen cum iſta quæſtio ſoleat, † vt plurimum
a argumentis, & coniecturata mente a donantis diffiniri ſicuti factorum contingentia, & donationis verba, & clauſulæ indicant ad notat. per Roland. in conſil. 8. colum. 2. lib. 1. attentis verbis donationis inter viuos magis quam cauſa mortis donationi accedere, idque ſuadebat donandi cauſa in ea
3 inſerta, videlicet † ob benemerita, & ſeruitia recepta ab ipſo donatario, quo caſu Docto. non proprie donationem, ſed potius quandam naturalis debiti per ſolutionem, aut permutationem appellant. Anchar. conſil. 247. dubium num. 2. l. Attilius regulus. ff. de donat. Bald. conſil. .. ſi Titius in fin. lib. 1. quam etiam in ſolutum dationem dicit eſſe Bald. ibi. & Menoch. conſil. 1. num. 447. & de commu. opin. teſtatur Arri. Pinel. in l. 1. in 3. part. ſub num. 6. C. de bon. mat.

Quod non tantum procedit vbi præcedunt,
4 † merita obligatoria, quæ parant actionem, ſeu officium iudicis, ſed etiam ſi talia ſint merita, quæ ſolum gratiam beneuolentiæ cuincunt, vt no. idem Pinel. ibid. nu. 58. & latius Tiraq. in l. ſi vnquam. C. de reuo. donat. Rolan. conſ. 98. ſi donatio. nu. 48. lib. 1.

5 Et quod huiuſmodi donatio † propter benemerita dicatur donatio inter viuos poſt Bald. in l. ſi mortis. colum. 1. C. ad l. Fal. firmat Rolan. conſil. 61. num. 41. lib. 2.

6 Nec refert an † merita ſint probanda, vel probata, vt placebat Menoch. de arbit. lib. 2. cent. 2. caſu 134. quia cum ſimus in perſonis non prohibitis donare inter ſe, aſſerenti de benemeritis creditur Menoch. conſilio 29. num. 28. & ad not. per Rolan. conſil. 98. num. 53. lib. 1.

7 Accedebat † fructuum reſeruatio per quam dicitur fieri translatio dominij rei donatæ. l. quiſquis. C. de don. Pariſ. conſil. 88. colum. fi. lib. 3. & conſil. 90. num. 24. eod. lib. Alexan. conſil. 14. col. 2. Socin. iun. conſil. 102. num. 16. lib. 3.

8 Concurrebat † pactum de non reuocando, quod alterat naturam donationis, & de reuocabili, in reuocabilem facit l. vbi ita donatur, ff. de dona. & per illum tex. Couarr. in rubr. de teſta. num. 11. Natta conſil. 104. colum. 2. Roland. conſil. 8. num. 26. lib. 1. Menoch. conſil. 84. ſub nu. 9. licet non ſimpliciter, ſed cum diſtinctione Dec. ſequatur Rimin. iun. in conſil. 51. num. 45.

9 Nec deſiderabatur † iuramentum, quod ſimiliter in reuocabilitatis effectum operatur. Aret. conſil. 74. colum. 2. Bertran. conſil. 38. colum. 1 & conſ. 85. colum. 1. & conſil. 175. colum. 2. & 206. col. 2. lib. 1. Crau. conſil. 314.

10 Id etiam ſuadebatur ex clauſula † conſtituti dominij, & poſſeſſionis translatiua, quæ cum poſt mortem conſtituentis nihil operaretur, vt aliquid operetur eſt interpretandum donantē voluiſſe donare inter viuos, & dominium transferre, & ita arguit in terminis. Rolan. conſil. 61. num. 64. Nam poſito quod talis donatio ſit pura inter viuos, & eius effectus poſt mortem collatus ſit, eo caſu, conſtitutum operatus effectum trāſlatiuum, vt firmat Natt. in conſil. 453. col. 1.

11 Vltimo in hanc ſententiam nos inducebat † mentio facta de hæredibus quo caſu colligitur donantis mens, quod voluerit inter viuos diſponere. Bald. in l. 2. C. de iur. dot. cum late congeſtis per Rolan. d. conſil. 61. num. 37. & ſeq. lib. 2. Due. in reg. 217. in 3. limita.

12 Nec obſtat mortis mentio, † quia ex præmiſſis conſtat hoc caſu mortis mentionem fieri, vt cognoſcatur tempus, quo donans intendit donationem inchoare, quo caſu dicitur donatio inter viuos non autem cauſa mortis, & tradit Natt. conſil. 115. num. 5. ſubſtantia enim donationis per d. mortis mentionem non confertur ad tempus mortis, ſed tantū executio, vt idem Natt. dicit in conſil. 220. num. 2. 3. & 453. colum. 1. Caſtr. conſil. 75. num. 2. egregie declarat Socin. iun. d. conſil. 102. num. 16. lib. 3. Et ex his fruſtra quærebatur de caducitate donatio-
13 nis propter mortem præambulam donatarij, † quia cum ſimus in donatione inter viuos irreuocabili, eſt tranſitoria ad hæredes, vt enixe firmat Crauet. conſil. 102. & Rolan. conſil. 77. lib. 1. contra quos intrepide inſurgit Menoch. conſ. 84. per totum.

Quibus ſtantibus fuimus in voto dicendi male recurſum, & bene decretam aſſociationem, quia iſti, qui in vim facultatis ſibi conceſſæ de capiendo poſſeſſionem propria auctoritate, quam exerce-
14 re velle proteſtabantur potuerunt † abſque alia
b citatione b de aliquo facienda eam impune capere, & alios priuare, vt inquit Socin. conſil. 131. ſub nu. 7. lib. 1.

Digitized by Google

157. lib. 1. Maxime ſtante † clauſula conſtituti, nam tunc d. licentia exerceri poteſt nulla facta liquidatione contra poſſidentem, vt dicit Natta, conſilio 378. col. 2. Negu ſan. de pig. 4. par. prin. num. 14. Bero. in conſ. 42. num. 21. lib. 3.

Vltra, quod recurrens non probaret de ſua poſſeſſione, qui etiã ſi probaſſet, & ſine citatione priuandus non fuiſſet deneganda per ea, quæ tradit Natta, in conſil. 378. Gram. conſil. 37. num. 27. & conſil. 123. lib. 1. Sena. Pede. deciſ. 34. Achil. perſonal. de adit. poſſeſſ. num. 260.

Conceſſio igitur illa de aſſociando eos, qui propria auctoritate ingredi intendebant nemini præiudicialis fuit, ſed prouiſionalis tendens ad bonum regimen ciuitatis, & ad ſcandala vitanda, vt ipſius tenor, & natura oſtendit cum ſit factum ſine præiudicio iuris tertij, quo caſu citatio non requiritur
17 ſecundum Natta, conſ. 509. Quæ quidem † prouiſio ciuiliter bono viro conuenit. l. æquiſſimum. ff. de vſuf. Rebuff. de lit. oblig. art. 6. gl. 2. num. 9.

Vnde actus aſſociationis tanquam actus pacificus neminẽ lædens, & alicuius particulare intereſſe non tangens, in eius executionem alicuius citationem non requirebat, l. de vnoquoque. ff. de re iudi. & in terminis aſſociationis prædictæ, tradit Grat. conſil. 37. num. 39. lib. 1. Afflict. deciſio. 326. ſenſit Neguſ. d. 4. par. prin. ſub nu. 23. Ant. Gab. lib. 2. de cita. conclu. 1. num. 9. 351. & 516. Menoch. de adipiſ. poſſ. 5. remed. 148. & ſeq. Iaco. Phil. Port. lib. 1. concluſ. fi. verſ. 83. & 121. Neque per huiuſmodi aditionem ad iudicem videtur is, qui propria auctoritate ingredi poterat iam iuris elegiſſe, & ſic citatio requireretur, vt poſt relatos, tradit Anchar. regien. quæſt. 25. 1. par.

Quia ſumus in claris, quòd intendebant vti propria licentia, & quòd aſſociatio petebatur ad
18 cautelam in qua abundare non nocet, immo † in dubio præſumitur ingreſſio facta virtute propriæ licentiæ tanquam tutiori via, quam iudicis decreto de aſſociando, vt in terminis tradit Negu. d. 4. par. num. 29. Menoch. conſil. 44. num. 13. & vt dictum eſt non fuit probatum d. recurrentem poſſidere. Mouit nos præterea ſtilus Luceuſis curiæ, quo paſſim huiuſmodi aſſociationes ſine præuia citatione relaxantur
19 De cuius ſtili obſeruantia † ſatis fuit ſumere informationes in camera ſecundum Barto. in l. 3. §. fi. ff. de teſtibus. Alex. conſ. 14. lib. 1. Sen. Pedemon. deciſio. 22. num. 17. Natta. conſil. 318. in fi. maxime
20 in cõcernentibus ordinatoria iudicij † ſecus in ſpectantibus ad deciſionem cauſarum, cum tunc de ſtilo oportet plene, & formiter conſtare, vt poſt Soc. in conſil. 36. num. 11. lib. 4. & Bar. in l. de quibus. q. 4. de legibus, declarat Aemilia. conſil. 148. magnifice, num. 6.

Plene Sen. Pedemon. deciſio. 21. num. 17. & ſeq. & ita intelligi debet, cap. Rot. diſponens conſuetudinem, & ſtilum formiter probandum eſſe, nam recipiendo interpretationem a iure communi intelligi debet in deciſorijs.

Innitebatur etiam recurrens alijs nullitatibus nimis generaliter, & abſque aliqua ſpecificatione
21 propoſitis, † quæ tam per capitula Rotæ, quam de iure communi non erant attendendæ. Franch. in c. dilecti. q. 13. de appellat. Rot. deciſio. 145. nota, quod in antiquis. Seba. Vanti. de nullit. quomodo, & quibus, num. 105.

ANNOTATIONES.

a Coniecturata mente. Latiſſime diſputat, & deffinit coniecturas hic poſitas, & alias poni vt cognoſcatur an donatio cauſa mortis ſit, an inter viuos. Franc. Mantic. de coniect. vlt. volun. lib. 2. tit. 15. per totum, ad quem te remitto ſiquam ad locum ſuum, & ibi videbis de veritate coniecturarum hic poſitarum.

b Abſque alia citatione. Quid ſi quis requireret a iudice licentiam apprehendendi poſſeſſionem propria auctoritate vi pacti, vel aliter, an requiratur citatio, & libellus, & quid quando petitur per Curiam aſſociari. Iaſ. in l. 2. num. 109. C. de iure emphy. Alex. conſ. 131. lib. 4. & an eligens viam iudicialem poſſit redire ad viam facti, vt propria authoritate apprehendat poſſeſſionem. Alex. conſil. 130. num. 12. & ſeq. lib. 4. & ibi Natta, addit Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 4. q. 53. num. 42. & remed. 5. q. 23. num. 157. & remed. 6. num. 11. an brachium iudicis pro aſſociando poſſit peti tempore feriato meſſium, vel vindemiarum. Alexan. d. conſil. 130. num. 2. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Legis nouæ, & nouæ conſtitutionis natura eſt prouidere futuris negocijs, non tranſactis, & præteritis legem imponere.*
2 *In quo arduo articulo variè ſentitum eſt inter Doctores.*
3 *Lex noua non trahitur ad præterita nedum perfecta ſed pendentia.*
4 *Ceſſio bonorum ſine aliquo ignominioſo grauamine in iure permittitur fieri.*
5 *Guardianus Fratrum minorum an potuiſſet exequi teſtamentum illius, qui mortuus fuit ante promulgatam Clemen. exiui de paradiſo.*
6 *Statutum quod vir lucretur dimidiam dotis vxoris ſine liberis defunctæ an locum habeat moriente vxore poſt d. ſtatutum conditum.*
7 *Ceſſio bonorum dicitur miſerabile remedium introductum ad temperandum rigorem legis xij. tabul.*
8 *Olim debitores quomodo tradebantur creditorib. inhumaniter tractandi cum ſoluendo non eſſent.*
9 *Ceſſionis bonorum beneficio renunciari non poteſt.*
10 *Lex noua trahitur ad præterita, quando ſic expreſſe dicat.*
11 *Futurum ſubiunctiui ad præteritum, & futurum tempus extendi poteſt.*
12 *Factum de præterito quod complementum expectat de futuro ſub lege noua, comprehenditur.*
13 *Lex noua vbi reſpicit finem, & executionem actus ſi executio fiat poſt nouam legem latam comprehenditur.*
14 *Facilius eſt modificare & temperare actum quam funditus tollere.*
15 *Ceſſio, quod dicitur benef. miſerorum non debet eſſe præſidium doloſorum.*
16 *Reip. intereſſe habere homines locupletes.*

Publica

Digitized by Google

17 *Publica vtilitas priuatæ præſtrenda.*

18 *Publica vtilitas iuſtiſſima cauſa reputatur auferendi ius tertij.*

19 *Lex quantumcunque dura ſeruanda eſt.*

20 *Lex debet eſſe de caſu poſsibili, & æquali.*

21 *Si diſponatur in lege reformante de alio tẽpore quàm iu reformata, in hoc videtur ab illa prouiſione receſſum.*

22 *Lex declaratoria de ſui natura licet trahatur ad præterita, tamen procedit hoc quãdo ſimpliciter loquitur, ſecus ſi ad futura ſe referat.*

23 *Statutum ſuperueniens ſuper exportatione bladorum non comprehendit eum, qui iã inceperat extrahere.*

24 *Dolo cedens bonis qualiter puniatur.*

ARGVMENTVM.

Conſtitutio noua an trahatur ad præterita, & de cedentibus bonis.

DECISIO LXXXVIII.

PVBLICO Lucenſi decreto de anno 1540. edito contra cedẽtis bonis ita cauebatur. Quod omnes, illi qui in futurum petent, & obtinebũt beneficium quinquennale, vel bonorum ceſſionem a quibuſcunque iudicibus, teneatur portare in caput, vt vulgo dicitur *la berretta gialla*. Et quod ſub iſto decreto comprehendantur etiam illi, qui d. beneficia aut eorum alterum petijſſent, & obtinerent, & hoc ſub certa pœna, de qua in decreto.

Hoc autem decretum per certum tempus obſeruatum, poſt modum fuit antiquatum, & in diſſuetudinem abijt; ac demum in priſtinum ſuę obſeruantiæ ſtatum iterum repoſitum, & promulgatum ſub die 22. Nouembris 1570. ad relationem ciuium ad id deputatorum.

Sub die verò xiiij. Octobris eiuſdem anni Martinellus, & litis conſortes petierant ſe admitti ad beneficium quinquennale, quod poſtea obtinuerunt ſub die 15. Martij ſequentis anni 1571. & eo libere vtebantur abſque eo, quod portarent ſupradictum pileum crocei coloris, propter quod fuerunt accuſati tanquam tranſgreſſores dicti decreti, & tandem in pœnam eiuſdem condemnati.

Mota autem appellatione per dictos condemnatos. Ad eorum defenſam inter alia illud principaliter allegabatur, quod lex iſta noua ſeu renouatum decretum (maxime in ſua additione) loquitur per verba de futuro, & non debet trahi ad præterita, cum de natura conſtitutionis nouiter promul-
1 gatæ ſit † futuris prouidere negotijs, non autem tranſactis, & præteritis legem imponere. l. leges, & conſtitutiones. C. de legi. cap. quoniam, de conſtit. & vtrobique per ſcribentes.

Et quamuis iſta ſit ardua intricata, & difficilis quæſtio, vt teſtatur Bart. in l. omnes populi, nu. 39.
2 de iuſti. & iu. & Doctores † uariè in ea locuti ſint cum aliter Bart. in d. l. omnes populi, ſenſerit aliter Compoſtel. in cap. 2. de conſtit. de alio modo glo. in cap. licet canon. de electio. in 6. & differenter. Anto. de Butr. Floren. Imol. & D. Nicola. in d. cap. quoniam de conſtit.

In hoc tamen conueniunt regulare eſſe, quod lex noua ad præterita non ſe extendat, vt omnes præcitati fatentur, & ſignanter Fely. d. ca. quoniam, & Bened Cap. ad reg. iur. in 6. reg. & pro regula, tradit Gemin. in c. 2. de conceſſ. præben. in 6. late Vaſq. in loco proxime citando, & ſic ſatis videbatur iſtis habere regulam iuris pro ſe, relinquendo contradicentibus onus contrarium probandi.

Quam regulam ad propoſitum ampliabant procedere non ſolum ad negocia præterita perfecta, (& hoc eſt minus dubium.) ſed etiam ad præterita im-
3 perfecta, & pendentia † in iudicijs maxime ſecundum Bart. in d. l. omnes populi, nu. 40. & communẽ dicit Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. 29. & requiſ. num. 280. Etiam quod lex noua mentionem faceret de præteritis, quia non intelligitur de præteritis pendentibus, & non deciſis: & ratio eſt, quia cum talis lex ſit exorbitans, & contra communes iuris regulas in quantum præterita irritat, debet ſtricte in ſuo caſu intelligi, & ſic de præteritis perfectis, non autem de pendentibus, & indeciſis, vt not. Dec. d. cap. quoniam, col. 4. ſub num. 11. quæ autem dicantur negotia, declarat Franc. Becci. conſ. 2. nu. 76. & ſeq. ubi cum Calca. conſ. 17. viſo, num. 12. concludit deciſum negocium dici, quod fuit inchoatum ante legem nouam, & poſtea finitum.

Vnde cum Decretum iſtud nouum reperierit negocium inquiſitorum motũ ante illius promulgationem, & fuerit perfectum poſt legem latam, debeet regulari ſecundum legem antiquam, & hoc ne ſibi ex iſta noua exorbitanti conſtitutione præiudicium generetur in iure ante quæſito, & creato ad rem, & in rem, ideſt ad iſtud beneficium obtinen-
4 dum ſine aliquo † onere, & grauamine ignominioſo. l. fi. C. qui bo. ced. poſſ. ad Soc. iun. conſi. 8. nu. 20. lib. 3. & ad Iaſ. in §. fi. col. pen. inſtit. de actioni. nu. 36. & Rolan. conſi. 7. nu. 10. lib. 2.

Alias videbatur reſultare abſurdum, & rigoroſitas, quædam ſeu in[illegible]iuſtitia, ad quam euitandam lex noua exorbitans reſtringi debet, ut tradit Felyn. in cap. quoniam, in 6. limita. 2. fallen.

Comprobari videbantur prædicta, per ea quæ not. Feder. Sen. in conſi. 295. Factum tale eſt. Vbi concludit, quod Guardianus Fratrum minorũ executor teſtamentarius deputatus ante clemen. Exiui
5 de paradiſo, † poteſt exequi teſtamentum illius qui mortuus eſt ante d. clementinam editam.

Et facit quod not. Imol. in d. cap. quoniam. col. pen. vbi ſtante ſtatuto, quòd vir lucretur dimidiam
6 dotis præmoriente uxore ſine liberis † habebit locũ etiam ſi vxor moriatur poſt conditum ſtatutum, licet ipſe ibi contrarium teneat.

Et quod non trahatur ad præterita pendentia, & imperfecta, ſuadebat in caſu iſto materia fauorabi-

lis, &

ſis, & non odioſa, nam in odioſis retrotrahitur lex
noua, non in fauorabilibus, ut in iſtis terminis ma-
giſtraliter diſtinguendo ponderat Gemin. in d. c. 2.
col. 2. de conceſſ. præben.

Verſamur enim in remediis ceſſionis, & quin-
7 quennalium beneficiorum † miſerationis cauſa a iu
re introductis ad temperandam Antiqui iuris, &
duodecim tabularum duritiem ac impietatem, qui
b bus Miſeri † debitores creditoribus ſeruire cogeban
tur, cum non eſſent ſoluendo, vinculis tradebantur,
venundabantur. & nedum ipſi, ſed eorum filii cre-
ditoribus adiiciebantur, vt plene de his, tradit Co-
uar. varia. reſolut. cap. 1. lib. 2. & no. Menoch. de ar-
bit. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 183. colum. 1. & 2. Alex. ab
Alex. lib. 6. dierum geni. cap. 10. car. 343.

Quæ immunitas iuris veteris eſt adeo abolita, ut
9 huiuſmodi beneficijs † renunciari minime poſſit,
vt ex commu. opin. tradit idem Couar. in præcitato
loco. Franc. Becc. in conſi. 10. non parua. num. 4. &
ſeq. & no. Iaffred. Laufran. deciſ. 5. vbi duobus mo-
dis limitat, & no. Card. Alb. in lucubrat. ad Bart. in
l. qui bonis. ff. de ceſſio. bono. egregie tradit diſtin-
guendo Matheſil. in l. 1. C. qui bon. cede. poſſ.

Pro fiſco autem ex aduerſo dicebatur bene iudi-
catum, & male appellatum, & ad fundamentum
ſuæ intentionis allegabatur, aliud generale, & com-
10 mune dictum videlicet, quod vbi lex † noua cauet
de præteritis, ad illa trahi non eſſe dubitandum d. l.
leges, & d. cap. quoniam, & ita communiter fumant
Doctores, vt teſtatur Felyn. in dicto cap. quoniam
in ſummario.

Quod autem d. decretum diſponat de præteri-
tis in deciſis, & de his qui petierunt beneficium an
te decretum, & obtinuerint poſt decretum id ocu-
lata fide ex eius lectura apparet. Nam poſtquam
primo loco dixerat de his qui in futurum petent,
& obtinebunt, illud ampliando ſubdit, eos etiã ſub
hac diſpoſitione comprehendi, qui petiiſſent, &
a obtinerent, a & ſic reſpici tempus præteritum, &
præterita facta imperfecta, quæ poſt legem nouam
complementum receptura forent, dum dirigit ver-
ba ad tempus petitionis in præteritum, & executio-
nis, ſeu conceſſionis in futurum. Verbum enim pe-
tiiſſent eſt præteriti ſubiunctiui modi, quod non
poteſt importare, vtrumque & præteritum, & futu
11 rum vt eſſet verbum † petierint futuri ſubiuncti-
ui, quod ad vtrumque ſe extenderet, & pro ſimplici
futuro ſumi poſſet, ut poſt Bald. in d. l. leges, tradit
Fely. d. cap. quoniam, colum. 2. in princ. Silua. conſi.
104. quæſt. num. 4. & 5.

Cum igitur noua conſtitutio loquatur per ver-
ba præteriti temporis, ad præterita trahi non eſt
ambigendum, ut per Doctor. in præcitatis locis, &
alios citans, tradit Bened. Cap. d. reg. 6. num. 76. cum
ſequentibus.

Et vltra prædicta dato quod decretum ſimpli-
citer loqueretur ſine deſignatione præteritorum,
ſed verbis futuri temporis contra obtinentes d. be-
neficia adhuc dicebatur Martinellum, & litis con-
ſortes, ſub decreto comprehendi ex eo quod conſtat
obtinuiſſe beneficium poſt d. decretum editum, li-
cet obtinuerit ex actu de præterito, & ex præceden
te petitione ante decretum iudici exhibita.

Nam, quando factum de præterito expectat per-
fectionem de futuro, tunc lex noua tale pactũ am-
12 plectitur quemadmodum per multa firmat Felyn.
d. cap. quoniam, num. 13. verſ. 5. fallit, & verſ. puto
ſequendam, vbi hanc eſſe, commu. opi. aſſerit quam
teſtando ſequitur Bened. Cap. d. reg. 6. num. 72. qui
etiam ſub num. 64. idem cum Felyn. aſtruit, quod
13 vbi noua conſtitutio reſpicit † finem, & executio-
nem actus, & ſuper eo diſpouit, tunc ſi executio fiat
poſt nouam legem, illa comprehenditur etiam ſi
fiat ex actu de præterito, ſeq. Dec. d. cap. quoniam,
num. 17. Soc. iun. conſi. 21. num. 15. lib. 1. Ruy. con-
ſi. 36. num. 16. lib. 2. Contard. in l. 1. in 5. q. Aegidia.
C. ſi de momenta. poſſeſſ.

Nec obſtare dicebatur perpenſum præiudicium
iuris quæſiti, quia decretum nouum non tollit fa-
cultatem petendi d. beneficia, ſed illam ex cauſa mo
14 dificat, & temperat, ut infra dicetur, & † facilius eſt
modificare quam tollere, ut in propoſito arguit Ge
mi. d. cap. 2. per cap. pen. de decim. in 6. prout facilius
eſt prorogare, quam de nouo totaliter concedere ad
Boer. deciſ. 283. num. 11. quemadmodum facilius
eſt continuare quam fundare. Bald. in l. in exercen-
dis. col. pen. C. de fide inſtr.

Quæ modificatio, & temperantia fuit reputata
vtilis, & neceſſaria ad Rempublicam propter incre-
beſcentem numerum decoctorum, & fallitorum
ad refrenandam illorum audaciam, ne ita impune,
& ſine aliquo rubore accedant ad petenda dicta be-
15 neficia † inuenta ad ſubſidium miſerorum, non au
tem ad præſidium doloſorum, ut tradit Benuenu.
Stracha in tractatu de mercatu. in tit. de decoct. par.
3. num. 8.

Reipublicæ enim intereſt habere ſubditos locu-
pletes ad Crauet. conſil. 6. num. 128. & ſeq. lib. 1. &
16 no. Natta conſil. 83. in fi. & † hominum malitijs eſt
obuiandum. l. cum hi. §. ſi cum lis. ff. de tranſact.

Vnde cum Princeps reputauerit hoc decretum
ſaluberrimum remedium, & reip. conducile, vt in
17 decreto teſtatur, † cuilibet aliæ priuatæ utilitative
commodo præferendum eſt. l. 1. §. hæc autem, C. de
cad. tollen.

18 Quæ publica utilitas ne dum † modificandi ius
tertij, ſed funditus tollendi iuſtiſſima cauſa repu-
tatur. Natta conſ. 11. num. 4.

Minus etiam refragari videbatur, quod diceba-
tur de lege noua non trahi ad præterita in deciſa,
quia id forte procederet in dubio, & præſumptiue,
vt per Decium d. cap. quoniam. At hic ſumus in cla-
ris uoluiſſe decretum comprehẽdere etiam inchoa-
ta, & imperfecta ante latam legem, merito non o-
pus eſt coniecturis, l. continuus, §. cum ita, de verb.
obligat.

Et cum lex iſta noua, & nouum decretum ſit ita
19 ſcriptum, vtcumque ſit † ſeruandum eſt. l. proſpe-
xit, qui & a quibus. Menoch. conſi. 3. num. 25. Nat-
ta conſi. 480. num. 9.

Concluſum, & votatum fuit pro appellantibus
contra Fiſcum, quia nobis clare cõſtabat Domino-
rum

Digitized by Google

rum Decretantium intentionem fuiſſe renouare
vetus decretum circa pœnas contra cedentis bonis
ſtatutas, non autem modum eas incurrendi reſtau-
rare, aut renouare in eo ſtatu, quo erat antiquitus,
ſed circa hoc ius noui ſtatuere videlicet, vt ij com-
prehendantur ſub hac noua lege, qui in futurum
petent alterum de d. beneficijs, & ſi cum iſti iam an-
te legem hanc latam petijſſent, ab huiuſmodi decre
to videntur excepti per iam dicta. Nam cum Ius an-
tiquum corrigat hæc noua conſtitutio, ad preterita
etiam pendentia non porrigitur, vt plene tradit
Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 18. in 26. requiſi. nu. 279.
& ſeq. Becc. conſ. 3. num. 76. & 77.

Quod latius deducitur, quia relatio confirmata
ſic cantat. *Che s'intenda rinouato, & tornato in vi-
ridi oſſeruanza il decreto del 40. Con queſta dichia-
ratione, & aggiunta che tutti quelli che domanderan-
no tali beneficij ſiano tenuti il giorno medeſimo, che
otterranno l'inhibitoria portar la berretta gialla.*
Ecce igitur quod lex renouans vtitur verbis futu-
ri temporis, & ſic militant primo loco adducta de
virtute legis nouæ ordinaria, quæ eſt prouidere fu-
turis negotijs, ut per iam relatos Doct. & not. Iaſ.
in l. prima. §. hæc autem verba, numero 5. ff. quod
quiſque iu. & Gomez. in cap. 1. §. ſi ſtatuto. num. 36.
de conſtit.

Rurſus lex noua mandat obtinentes inhibito-
rias ad alterum iſtorum beneficiorũ teneantur ea-
dem die, qua obtinuerunt inhibitorias, portare d.
birettum giallum, quæ lex impoſſibile eſt ſeruetur
ab his, qui iam obtinuerunt, ut patet ad ſenſum, &
lex debet eſſe de caſu poſſibili can. Erit autem lex
20 4. diſtin. † tradit Dec. in l. 1. num. 9. in vlt. lect. C.
de ſent. quæ pro eo quod intereſt.

Præterea quod varietur tẽpus incurrendi d. pœ-
nas apparet, quia lex vetus arctabat ad geſtandum
d. birettum obtinentes non a die habitæ inhibito-
riæ, ſed a die ſententiæ, lex autem renouans aſtrin-
git eos a die obtentarum inhibitoriarum.

Iterum lex noua tribuit facultatem dimittendi
geſtare birettum giallum illis, qui infra ſex menſes
a die obtentæ inhibitoriæ liti, & cauſæ intentatæ d.
beneficij renunciant qua facultate vti non poſſunt,
qui ante ſex menſes ante d. legem latam inhibito-
rias obtinuerunt, & ſic lex non eſt æqua, & vniuer-
ſalis d. can. erit autem lex.

Præterea decretum approbatorium d. relationis,
& antiqui decreti eſt qualificatum videlicet, quia
id intelligit renouari quatenus non aduerſetur con
tentis in d. relatione, ſed ſi cõprehenderentur, qui
petierat, aduerſaretur relationi dictanti de petenti-
bus in futurum. Et ſic cum diſponatur in l. refor-
matæ de alio tempore incurrendi d. pœnas, in hoc
21 † videtur a prima prouiſione receſſum ad Caſtren.
conſ. 140. viſa reformatione lib. 1.

Quibus accedit quod tradit Imol. in d. cap. fin. de
22 conſtit. quod licet † lex declaratoria de ſui natura
trahatur ad præterita, Vaſqui. lib. 1. illuſtri quæſtio.
cap. 44. num. 2. id tamen procedit ſi ſimpliciter lo-
quatur, ſecus ſi ad futura reſpicit; ſequitur Dec. ibi
not. 17.

Nec obſtat communis theorica ſupra relata per
Felyn. d. cap. fi. ſub num. 11. de conſtitutione noua
reſpiciente executionem actus comprehendere etiã
a ctum inchoatum de preterito recipiente comple-
mentum in futurum, quia caſus iſte eſt de compre-
henſis ſub illis duabus limitationibus ibidem tradi-
tis per Felyn. & per Bened. Cap. d. reg. 6. ſupracitata,
tum ratione connexitatis, tum etiam ratione aſpe-
rioris, ac durioris effectus in quo reduceretur actus,
quàm eſſet tempore petiti beneficij, & ſupradicta
comprobantur ex not. per Ioan. And. in cap. cogno-
23 ſcentes, de conſtit. ubi ſi quis incipiens portare † bla
dum extra territorium, & lege prohibitoria extra-
ctionem ſuperueniente continuarit portare, non
dicitur propter hoc incidiſſe in pœnam ratione lici-
ti initij refert & ſequitur teſtando de communi
Beroi ibi num. 12.

Nec eſt facienda vis aliqua in temeraria, & pro-
clitui conuolatione hominum ad hæc beneficia ceſ-
ſionum, quia cum ſint fauorabilia non debent im-
pediri, aut difficultari, niſi quatenus expreſſe lege,
24 vel ſtatuto diſponatur; quia alias contra † doloſe
petentes ius ipſum oportune prouidet priuando
eos utilitate, & beneficio d. remediorum, ut per Ne-
niz. conſil. 59. Iaſ. §. fi. inſtit. de actio. Couar. varia.
reſol. lib. 2. cap. 1. Benuen. Strac. de decoct. d. par. 3.
num. 9. & ſeq. & no. tradit Aſca. Clemen. in tract.
de patr. poteſta. in 17. effectu, num. 31. car. 182. ubi
late de diſſipante bona ſua fraudulenter.

ANNOTATIONES.

a Qui petijſſent, & obtinerent. Hæc verba ſunt clara, cum diri-
gantur contra eos, qui ante nouam cõſtitutionẽ petijſſent,
& poſt obtinerent, & ſic decidunt caſum iſtũ pro Luco, &
contra appellantes, deſignant enim expreſſe ipſi præteritũ
quoad petitionem, & tempus futurum quoad impetratio-
nem prout præſupponitur factum in caſu de quo agitur, &
circa it vtrique diſponunt. Nec limitationes Fel. & Capr.
de quibus fit mentio infra, nu. 22. verſ. nec obſtat commu-
nis Theorica, poſſunt adaptari ad deciſionem præſentis ca-
ſus, tum quia verba decreti ſunt clara, vt dictũ eſt, tum quia
dictæ fallentiæ potius faciunt contra hãc deciſionẽ. Prima
enim limitatio eſt, quando per extenſionem legis nouæ ad
actum de futuro fieret reſtrictio ad actũ de preterito facien
do ipſum duriorem, & aſperiorẽ, quàm eſſet tempore actus
geſti, & exemplificat. Fel in conſtitutione diſponente ſuper
ſeruanda caſtitate deinceps canonicorũ orientalium vt nõ
extendatur ad illos, qui contraxerunt matrimonium, ante
ſicut, & de minori clerico ſedente in primo loco in choro
ſeu ſtallo, ut ſi fiat noua conſtitutio, quod maior ſedere ha
beat in primo loco, nihilominus ille minor ſedebit, nõ au-
tẽ maior, & ratio eſt, quia executio iſtius noui decreti tange
ret, & deſtrueret actũ præteritum alias geſtũ, & perfectum,
id quod non eſt in præſenti caſu, in quo tantum fuerat pe-
titũ beneficiũ quinquennale ante nouã conſtitutionẽ, ſed
poſt illam obtentũ, vt præſupponitur ſupra ſub nu. 4. verſ.
vnde cum decretum, quod decretũ, ut dictum eſt, clare re-
ſpicit petitionẽ ante, & impetrationem poſt, & contra tales
ita ante petentes, & poſt obtinentes diſponit expreſſe, & ſic
limitant hanc primam fallentiam. Fely. ibidem. Quib. ſuf-
fragantur verba dicti decreti. *Che s'intenda rinouato, & tor-
nato in viridi oſſeruanza il decreto del* 40. de quibus infra,
ſub nu. 19. verſ. quod latius, hæc enim uerba ſunt inductiua
ad ſtatũ primæuũ. Sicut dicimus de verbo reſtituo. l. quod
ſi minor. §. reſtitutio autem, ff. de minor. l. 1. C. de ſent. paſſ.
& l. reſtituere. ff. de verb ſig. Et quod quando vetus conſti-
tutio renouatur etiam aliquo addito dicatur antiqua, & nõ
noua eſt tex. in cap. præceptis. 12. diſtin. & in cap. Acacius

84.q.1.quam iura allegat Crau.in conſi.223.num.6.ita firmans poſt Anch.conſ.45.col.2.verſi poſtremo expreſſum eſt. Secunda uero limitatio eſt ratione connexitatis, quæ nec minus adaptatur, quia petitio non eſt de per ſe actus, qui aliquid perfecit, ſed eſt ordinatio ad actum perficiendum, & ſic ad obtinendum beneficium quinquennale, vel ceſſionis, quod antequam fuerit a iudice conceſſum, per ſolam petitionem nullum ius dicitur acquiſitum petenti, cui potuiſſet etiam denegari tale beneficium ea cauſis a iure expreſſis. At Felyn. dum tradit hanc fallentiam, illam intelligit in actibus præteritis iam perfectis, & qui aliquod ius tribuerunt, prout patet ex exemplis ab eo poſitis. videlicet, quod per legitimationem primogeniti, non auferatur ius primogenituræ ſecundogenito legitimæ nato. Item quod forma data in probandis ſolutionibus non intelligatur de ſolutionibus fieri ceptis, ſed de futuris, & alia exemple ibi ponit, quæ conuenire non poſſunt huic deciſioni, & ideo ego inhærendo verbis dicti decreti inclinaſſem pro fiſco, & contra appellantes.

SVMMARIVM.

1 *Inditium remotum per duos teſtes probandum.*
2 *Teſtis de ſuo commodo, & in cauſa propria deponens non probat.*
3 *Mulier in criminalibus an ſit teſtis idoneus.*
4 *Meretrix non eſt teſtis idoneus.*
5 *Minæ quando faciant inditium ad torturam.*
6 *Variatio quando faciat inditium ad torturam.*
7 *Facta nocturno tempore dicuntur difficilia probatu.*
8 *Tortura an grauiter vel leuiter illata fuerit quomodo probetur.*
9 *Pro primis inditijs ſemel tantum torqueri debet quis.*
10 *Torturæ illatio eſt referenda, & temperanda.*
11 *Arbitrio iudicis relinquitur an ſit locus nouæ torturæ.*
12 *Tortus perſiſtens in negatiua meram ueritatem dixiſſe præſumitur, & abſoluendus eſt.*

ARGVMENTVM.

De repetitione torturæ, & an perſeuerans in negatiua in tormentis ſit abſolute abſoluendus.

DECISIO LXXXIX.

FVIT inquiſitus Rogerius Lucen. Cerdo in curia Mag. D. Prætoris ſuper eo, quod noctis tempore ignem immiſerit ad portã domus D. Pippæ meretricis, licet inde auxilio, & ope viciniæ occurrentis indicium aliter ſecutum non fuerit. Quod genus delicti acerrime puniendum conſueuerunt ſtatuentes lib. 4. ſtatuto. c. 91. Ex dicto proceſſu cõtra dictum inquiſitum tria præcipue inditia laborare videbantur, videlicet.

Primum Minæ, & iactantia dicti Rogerij, qui eodem ſero immiſſi ignis, dicebatur iactitaſſe ſe velle ante triduum comburere vnam domum cum omnibus inhabitantibus.

1 Hoc autem inditium tanquam a maleficio remotum plene videbatur probari per duos teſtes, videlicet per D. Pippam, & D. Margaritam d. domus cohabitatrices, prout de iure probandum erat ſecundum Bart. in l. fi. col. fin. de quæſtio. & ibi Blanc. nu. 46. Carrer. pract. crim. car. 77. nu. 106.

Quibus quantum fidei adhibendum fuiſſet, & ipſarum teſtium principale intereſſe demonſtrar,
2 quia cum in cauſa † propria deponunt non probant. Bart. in l. deferre de iur. fiſ. l. omnibus. C. de teſtib. & tradit Bertrã. conſi. 118. num. 3. lib. 2. & conſilio 24. num. 3. lib. 3. & 208. lib. 1. Crauet. conſilio 99. num. 2.

Et earundem qualitas perſonarum oſtendit, tum
3 quia fœminæ, † in criminali cauſa teſtantes cap. mulierem 33. quæſt. 5. glo. in cap. forus, de verb. ſignif. & in cap. quoniam de teſtibus, & in cap. in literis. eodem tit. cum concordantibus ſignatis per Duon. in reg. 315. & per Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 24. verſ. quæro modo.

4 Tum etiam, quia meretrices † quibus ſimiliter de fide plurimum detrahitur, teſte Iaſ. in l. cunctos populos, num. 54. C. de ſum. Trinit. pract. Corra. fol. 80. num. 18. accedit, quòd ſunt cohabitantes, quæ de iure nec inditium, neque probationem faciunt. Pariſ. conſil. 59. num. 24. libro 4. Barbat. conſilio 3. num. 26. lib. 2.

Vltra quod an minæ faciant inditium ad torturam non ſatis in iure conſtat, niſi concurrentibus
5 de iure † concurrendis, de quibus Crauet. conſ. 35. & 49. & per Iul. Clar. §. fin. quæſt. 21. & Natta conſil. 42 num. 2.

Secundo inditium oriri videbatur, quia ignis, vt ſupra immiſſus fuit mediantibus pice, & tela incerata, & in domo d. inquiſiti fuit reperta quædam olla cum pice.

Hoc inditium pariter nimis a remotis ſumebatur, quippe cum ille eſſet Cerdo, in cuius exercitio plerumque pice vti ſolet, (vt eſt notiſſimum) non erat ſuper hoc multum fundanda curiæ intentio, & maxime quia ſuper d. olla non fuit Rogerius interrogatus, nec alteri facta illius recognitio.

Tertium erat eiuſdem inquiſiti variatio, qui de Cæſare Buccella pariter inquiſito interrogatus an eodem ſero commiſſi delicti cum illo Cittadellam uerſus deambularit, primo negauit, & poſtea affirmauit.

6 Hæc ſimiliter † variatio an ita in caſu premiſſo attendi debuerit, ut pro inditio ſufficienti ad torturam habenda eſſet, facile percipi poterat ex traditis per Boſſ. in titu. de indi. Anto. Tor. num. 38. & latius in 10. quæſt. eod. tit. Hippol. num. 5. Iac. Nouell. ad defenſ. num. 54. Iodoc. in pract. crimin. c. 36. Caſo. in pract. crim. tract. 9. cap. 2. Iul. Clar. d. q. 21. verſ. mendacium.

Quibus tamen non obſtantibus Mag. D. Prætor ex grauitate delicti forte motus ad incendium deteſtabile dementis ac eius qualitatem reſpectu nocturni temporis quo fuit commiſſum delictum, &
7 ſic in caſu difficilis † probationis ubi plurimum Iudicis arbitrium uerſatur, & reg. iur. receditur ad not. per Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 2. caſu 116.

& per

Digitized by Google

& per Ant.Gibr.lib.1.de teſtib.concluſ.7. ſupradictum inquiſitum bis torturæ ſubiecit, & iterato tormentauit, ac tertia vice alio tormenti genere taxilli eundem affecit; & ipſo inquiſito in negatiua perſiſtente ac ſoli de continuante dum de ipſis cauſæ expeditione tractaretur.

Fuit dubitatum an dictus proceſſus debitum cõplementum habuiſſet, inditiaque prædicta ſufficienter purgata dici poſſent.

Et huiuſmodi cauſa per Mag. & Illu. Conſilium generale ad referendum nobis commiſſa. Viſo proceſſu eius ſententię fuimus, vt & proceſſum iure abſolutum, & inditia ſatis ſuperque purgata fore dicendum eſſet, prout ita diximus, & retulimus. Moti
8 quia ad cognoſcendum an Iudex † quemquam tortura affecerit, & an leuem vel grauem intulerit, id non poteſt melius probari, quàm ex atteſtatione Notarij in d. torturæ actu adhibiti, ut pro cautela in id traditum eſſe refert, & ſequitur Menoch. de arbit. judi. lib. 2. cent. 3. caſu 340.

Cum igitur ex fide notarij actuarij appareat de trina quæſt. in inquiſitum repetita, & iure caueatur neminem regulariter † pro primis inditijs, niſi
9 ſemel torquendum quemadmodũ no. tradit Alex. conſi. 5. libro 1. & Boſſ. de tortu. ſub num. 42. & de communi teſtitur Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 64. verſi. vlt. videndum, & ſic hunc trina vice loco vnius fuiſſe quæſtionatum, & tortum: Non potuiſſemus citra nomen inhumani carnificis aliter ſentire, quã vt ſupra retulimus. Nulla enim alia præter prima inditia ſuperuenerunt, quæ nouæ torturæ occaſionem præberent, & priora non ſunt eius grauitatis ac magnitudinis, ut cuiuslibet boni viri arbitratu dici non debeant per ſupradicta pluſquàm ſufficienter purgata. vnde dicebat Boſſ. d. tit. de tortura, nu. 44. Nunquam ſe vidiſſe quemquàm vltra trinam vicem torqueri niſi a carnificibus.

10 Refrenanda eſt † enim, & temperanda torturæ illatio, ut dicit Bald. in l. data opera. C. qui. accuſa. & in l. quoties. C. de naufrag. libro 10. Neque ad eius repetitionem deueniri debere, niſi ſuperuenientibus nouis inditijs, vt iure communi cauetur, teſte Dyn. in l. repeti. de quęſt. quem cõmuniter ſequuntur Doct. ut refert Alber. in rubr. C. de quæſtio. nu. 8. & Alex. d. conſi. 5. & l. municipali ſimiliter ſancitur, ut lib. 4. ſtatutorum, cap. 44.

Ex his conformantes nos cum ſententia D. Poteſtatis arbitrantis non eſſe locum nouæ torturæ, (vt
11 plurimum enim iſthæc iudicis † religioni, & arbitrio relinquitur Bar. in l. vnius. §. reus, nu. 1. de quæſtio. Boer. deciſ. 163. num. 9. Diximus præfatum inquiſitum, non ſolum non fore in tortura repetendum, ſed ab impetitis abſoluendum diffinitiue.

12 Quia ſtante † eius negatiua in d. tortura perſeuerata, & comprobata, & purgatis inditijs contra eum laborantibus, quaſi puram, & meram ueritatẽ dixiſſe uidetur ad no. per Alber. d. rub. de quæſt. num. 9. & pro notabili obſeruandum, tradit Alex. in addit. ad Bar. in d. §. reus: ſeqititur Boer. deciſ. 163. num. 12. & Gramma. deciſ. 8. num. 9. Arno. ſingul. 98. & quod ita iuridicum ſit firmat Iodoc. in pract. crim. cap. 40. num. 3. licet aliqui contrarium ſer-
a uent a ſecuti conſilium Salic. in l. ſi qui. C. de adult. refert Ant. Columb. ſing. pœna lib. 10.

ANNOTATIONES.

a Contrarium ſeruent. Et male quia contrarium, eſt verũ etiam ſi fuerit facta proteſtatio per iudicem, nam hæc proteſtatio non operatur niſi ſuper alijs de quibus tortus nõ fuerat cõuictus ſeu confeſſus, & ideo incauti ſunt iudices, qui torquent ſuper probatis ſeu confeſſatis cum tali proteſtatione. Boſſ. in tit. de confeſſ. nu. 29. Gram. deciſ. 29. nu. 1. & 2. Bertazzol. conſ. 266. nu. 1. & ſi conuictus negauerit nihilominus eſt ad mortem condemnandus. Gram. conſ. 12. nu. 24. Couarr. pract. 99. cap. 23. vbi dicit iſtam opinionem eſſe veriorem. Marſ. ſing 18. & vide Gram. deciſ. 96. vbi tortus ex inditijs indubitatis ex præſumptionibus nihil confeſſus fuit, & non obſtante huiuſmodi proteſtatione fuit interrogatus de delicto principali, & nihilominus fuit condemnatus ad remigandum, & in criminibus enormibus. vide Gramm. vot. 1. & conſ. 1. vbi dicit ſeruari contrarium, quod valet torquentur ad eruendam confeſſionem, quicquid dixerit Boſſ. de indic. & conſid. an. tor. nu. 130.

SVMMARIVM.

1 *Mulier pro debito pecuniario non carceratur, niſi ſit meretrix.*
2 *Mulieres ſeorſum a viris in carceribus detinentur.*
3 *Eximens aliquem de carceribus eadem pœna tenetur qua tenebatur exemptus.*
4 *Eximens aliquem de carceribus tenetur creditoribus etiam ſi reducatur ad carceres.*
5 *Camera, ſeu palatium loco carceris aſſignatum an dicatur proprie carcer.*
6 *Carcer publicus qui dicatur.*
7 *Carcerem publicum, quid faciat.*
8 *Locus a quo quis ſuo arbitratu diſcedere non poteſt, carcer dicitur.*
9 *Arreſtum frangens dicitur frangere carceres.*
10 *Delinquens in officio grauius punitur.*
11 *Militaris diſciplina abſciſſo remedio indiget contra delinquentes.*
12 *Deſertores publicarum excubiarum grauiter puniri.*
13 *Murorum ciuitatis violatio hoſtilis, & abhominanda eſt.*
14 *Murorum ciuitatis violatio, quando puniatur iuxta l. fi. de rer. diuiſ. vbi duobus modis limitatur.*
15 *Vnitas temporis parit vnitatem delicti.*
16 *Pœnæ maioritas arguit maioritatem delicti.*
17 *Minora delicta cum maioribus confunduntur.*

ARGVMENTVM.

De eximente aliquem ex carceribus; & de milite deſertore publicarum excubiarum; & an Camera ſeu Palatium datum in carcerem dicatur carcer publicus.

DE-

DECISIO XC.

DEVENERAT in fortiam Curiæ D. Lucretia de Vitriano in pœnam capitis condemnata, quæ cum eſſet mulier, & prægnans, & ex cauſa criminali damnata (in
1 ciuilibus enim † pecuniarijs mu-
a lieres non carcerantur, a niſi ſit
meretrix: Iaffred. deciſ. 193.) detinebatur in palatio D. Poteſtatis Caſtri Caſtilionis, quod loco tuti carceris ei aſſignatum fuerat ſic exigente loci qualitate propter penuriam carcerum, & ſexus mulieris ho
2 neſtatê, † ſeorſum a maſculis detinentur: glo. in ca. quamuis de pœn. in 6. Grammat. deciſ. 33.

Interim conſpirantibus Laurentio, & Baldo de ea abducenda, & è carceribus eximêda, Baldus dum eſſet in excubijs d. Caſtri, nocte intempeſta ſcalis, ac funibus per traſcenſionem murorum Laurentium intromiſit, ſtatimque cum d. inſtrumentis ad palatium D. Poteſtatis properâtes datis ſignis illam per feneſtras eduxerunt, & per deſcenſionem murorum euadere fecerunt.

Conſulti fuimus ab Ill. & M. Conſilio generali, vt qua nam pœna Bal. ueniret occaſione præmiſſorum puniendus, ſignificaremus.

Et inſpecta iur. commu. diſpoſitione uidebatur
3 concludendum paritate † pœnæ eum teneri, ac ſi in omnem caſum pro ea fideiuſſiſſet, vt per Iaſ. & Moder. in §. pœnalis, num. 105. inſtit. de act. Boſſ. de carcera. num. 16. & de capti. nu. 17. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. cent. 4. caſu 301. Pet. Duen. in reg. 281.
4 † Imò eximens aliquem de carceribus pro debito ciuili detentum, tenetur creditoribus, etiam quod is carcerem reducatur. Saly. in l. admonendi de iureiuran. ſequitur Paris de Put. de Sindica. in ver. Probatio. in ſindicatu, num. 2.

Sed dubium faciebat ſtatutum, cuius verba ſunt hæc: quod faciens euadere aliquem è carceribus publicis aliter, quàm frangendo carceres, puniatur eadem pœna qua puniendus erat is, qui aufugit.

Quod ſtatutum, & ſi prima fronte idem cum iure communi diſponere iudicatur, tamen ex quo requirit ad huiuſmodi pœnam incurrendam carceres eſſe publicos, non videtur in caſu iſto identitas pœ-
5 næ infligenda, quia Palatium in carcerem † datum non dicitur proprie carcer publicus, ſed large, & interpretatiue, & cum ſtatuta pœnalia ſint ſtrictè intelligenda, & in caſu vero non ficto, merito alia, & benignior pœna arbitranda eſt, ita decidit Iaſ. poſt relatos in l. admonendi, num. 175. ff. de iureiuran. vbi etiam allegat Alber. dicentem ſic in facto fuiſſe obtentum.

b Contraria tamen b opinio vti verior magis placuit, videlicet cameram, & palatium in carcerem a iudicibus aſſignatum, publicum carcerem dici debere, & quo ad effectum prædicti ſtatuti ſub eodem ſtatuto comprehendi per ea quæ allegat, & concludit Curt. Sen. in d. l. admonendi, num. 165. quem ſequitur Menoch. exploſa. Iaſ. ſententia de arb. iudi. lib. 2. cen. 4. caſu 301. num. 7. Franc. Viui. ad commun. opinio. in verbo fugiens. Franc. Becc. in conſi. 44. num. 36.

6 Carcer enim † publicus dicitur non ſolum locus ille, qui perpetuis cuſtodibus cuſtoditur, & foris clauibus aperitur, ſed omnis alius locus in carcerem
7 aſſignatus, quia publicus fit † ſola iudicis deſtinatione, & mandato, ut ibi not. Viui. & ante eum Grillan. in tract. de relaxa. carceratorum, cap. de fuga. num. 16.

8 Omnis enim † locus a quo quis ſuo arbitratu diſcedere non poteſt, carcer dicitur, inquit Rebuff. in l. vinc. ff. de verbor. ſign. & no. Ang. in l. 1. C. de priu. carce. Grat. conſ. 1. num. 89. lib. 1.

Et ideo dicebat Oldr. in conſi. 65. colum. 2. quod
9 frangens † arreſtum dicitur frangere carceres. Nam nihil intereſt, an quis compedibus, vel parietibus contineatur, tex. eſt in l. ſuccurritur. ff. ex quib. cau. maio. & propterea concludebat Thom. Gramma. in deciſ. 33. in fi. quod ſi Princeps mandet aliquem carcerari, ſatis illi obtemperatum dicit, ſi Palatium, vel tota Ciuitas in carcerem aſſignetur.

Et per iſta dicebamus eadem pœna, qua D. Lucretia punienda fuiſſet, Baldum fore plectendum,
10 cuius delictum eo grauius reddebatur, † quia in officio, & quidem militari deliquerat. Aſpero enim
11 † & abſciſſo caſtigationis genere militaris diſciplina indiget ſecundum Valer. lib. 2. cap. 2. quem refert Luc. de Pen. in l. 2. col. 1. C. de deſerto. lib. 12. maxime
12 † in deſertorib. publicarum excubiarum. l. qui excubias. ff. de re mili. côtra quos milites ſic delinquentes quantum maiores noſtri ſęuierint, tradit Alex. ab Ale. lib. 2. Dierũ genia. c. 13. Et licet nônullis vide
13 retur ex ſola violatione murorum, † quàm hoſtile, & abhominandam appellat iureconſultus, in l. fi. ff. de rerum diuiſ. fore capitali pœna puniendum.
14 Tamen quia hæc † non procedunt in violatione murorum aliarum ciuitatum, quam Vrbis Romæ, & tempore belli tantum, ut not. Luc. de Pen. in l. 1. col. pen. in fi. de colle. illi. Boer. deciſ. 232. Barthol. de Capu. in ſingul. 5. & ibi addentes, merito de hoc non erat faciendum aliquod capitale, maxime, quia ſtatutum facit differentiam inter violationem murorum ciuitatis, & Caſtrorum, cum in violatione muri Caſtrorum imponat tantum 200. librarum pœnam, vt lib. 4. ſtatutorum, cap. 121. ciuitatis vero vltimi ſupplicij.

Quinimò ex quo murorum violatio, & auxilium ad euadendum de carceribus ſunt diuerſi generis, & vnico temporis contextu patrata, & commiſſa, di-
15 cebant hæc inter ſe confundi debere, quia † vnitas temporis parit vnitatem delicti, vt egregiè tradit Soc. in conſ. 62. præſenti, nu. 9. lib. 1. Et in hoc caſu auxilium tanquam maius delictum ipſa violatione,
16 (quod † maioritas pęnæ oſtendit. Dec. conſil. 65.)
17 attendendum erat, quia † minora delicta cum ma-
c ioribus confunduntur c ſecundum glo. in l. qui de crimine verbo plurium. C. de accuſat. quàm communiter recipit teſtatur. Iaffred. deciſ. 95. & alios citans Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 84. verſ. 3. & cap. quicquid in contrarium attendit Couar. var. reſol. lib. 2. c. 10. ſub num. 8.

ANNO.

ANNOTATIONES.

a Mulieres nõ carcerantur. Et quatenus cauſa eſſet pecuniaria, & mulier non inueniret fideiuſſores de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo ſtaretur ſuæ iuratoriæ cautioni § ſi.in authen vt null iudic.& ibi per Berber. Gaſp. Caball. ad conſtit, March lib 4.in verb fideiuſſ.nu.25. Harram.lib 2.pract. obſeruat. tit. 50. de accuſat. obſeruat. 2. ubi late hanc rem explicat,& deciſ. Pedem. 18.

b Contraria tamen. Et hęc opin.tenenda eſt, ut tradunt Doct. in l ſuccurritur. ff.ex qu b cau.maior. vbi ſi quis detinetur in aliqua camera in cuſtodia, non autem in carceribus, tenetur pœna frangentis carceres, quod ſequitur Boer.deciſ. 216.nu.15. Bertazzol.conſ.31.num.5. vbi addentes dicunt idem eſſe quoties quis ſtaret ſub præcepto, vel in domo iudicis, vel in domo propria, vel in palatio, vel in Ciuitate, Curt Sen. hic alleg. Gramm. conſ. 57 num. 4. Moſcard. de probat. in verb carceratus concl.266 nu.9 & ſeq.

c Confunduntur. Quando hoc ſit verum, & quando non procedat, ſed pro vtroque delicto ſit danda pœna. vide Ioan. Andr. qui magiſtraliter, & notabiliter loquitur in addit. ad Specul in tit. de homicid.

SVMMARIVM.

1 Cauſa ciuilis, & criminalis eſſe dicitur quando fiſco pœna applicatur, & parti rei reſtitutio ſit.
2 Mixtum non cadit ſub ſimplici.
3 Criminalis cauſa propriè dicitur de mere criminali, qua principaliter agitur ad publicum commodum.
4 Cumulatio ciuilis, & criminalis actio regulariter eſt probibita.
5 Agens criminaliter, & petens reum criminaliter puniri, & ad rei reſtitutionem condemnari, iudicium hoc dicitur nullum.
6 Cauſa poteſt eſſe criminalis, & proceſſus ſeu ſententia ciuilis.
7 Iudex in iudicio criminaliter intentato, tunc demum incidenter puniet ad intereſſe partis, quando de delicto conſtat per confeſſionem partis.
8 Confeſſio in ciuili cauſa praiudicat etiam coram incompetenti iud.
9 Confeſſio ficta non nocet niſi ſuper eo ſuper quo directè agebatur.
10 Sola publicatio proceſſus non excludit a facultate probandi.

ARGVMENTVM.

De Ciuilis, & Criminalis actionis cumulatione probibita.

DECISIO XCI.

AGEBATVR pro parte D.Sarræ, actione furtiua cõtra quoſdam de Colle, concludendo in eius querela, & petendo eos criminaliter condemnari ad pęnas ſtatutarias, & ad rerum ablatarum reſtitutionem, prout tandem per D.Prætorem condemnati fuerunt. Et cum d.querelanti in appellationis iudicio per eos modo ad defenſam producerent quędam capitula, opponebatur non fore admittenda obſtante ſtatu. lib. 5. c. 18. vbi in cauſis appellationũ, quæ a ſñia in criminalibus lata interponerentur, nullæ alię probationes recipi poſſunt, ſed ex eiſdem actis iudicari debeat.

Quo non obſtante, diximus capitula fore, & eſſe admittenda: Quia cũ ageretur de reuocatione ſen-
1 tentiæ † mixtæ, & mixtũ grauamen continente, videlicet pœnam fiſco applicandam, & rei reſtitutionem parti faciendam, & ſic criminalem, & ciuilem cauſam amplectente ad Boſſ. de app. num. 8. Iaſ. in rubr. C. de iud.& per Iul. Clar. in pract. crim. §. fi. q. 0r. verſ. 3. caſus, non videbamur amplius verſari in caſu d. ſtatuti diſponentis ex eiſdem actis iudicandum in appellatione a criminali ſententia emiſſa.
2 Diſpoſitio enim † loquens in caſu ſimplici non extenditur ad mixtum in exorbitantibus ad excluſionem maxime fauorabilis facultatis probationũ, vt per Alex. in rub. C. de iud. colum. fina. Bart. & alij in l. certi. §. quoniam, ſi cer. pet. Ruyn. conſ. 137. nu. 10. lib. 1. Natta in conſil. 469. num. 10. late Contat.
3 in l. 2. in 2. limit. C. ſi de momen. poſſeſſ. † Nam propriè loquendo cauſa criminalis intelligitur de mere criminali, quia agitur principaliter ad commodum publicum. Cum ita coram iudice criminali propoſita ſit criminalis actio ęque principaliter ad pęnam fiſco applicandam, & ad intereſſe partis, videlicet
4 ad rerum reſtitutionem, & ſic cumulata † ciuilis, & criminalis actio a iure prohibita, vt not. Doct. in l. interdum. §. qui fruct. ff. de fur. cum concordantib. ſignatis per Maran. in ſuo Spec. ad not. in 4. par. no. 20. car. 23. & Bart. in l. 2. §. 1. ff. de vi bon. rapto. ubi
5 dicit etiam in materia furti in tantum eſſe † a iure
a prohibitam cumulationem ciuilis, & criminalis[a] actionis, quod ſi quis non incidenter officio iudicis implorato, ſed æquo principaliter in iudicio criminaliter moto petat delinquentem condemnari ad rerum reſtitutionem, quod tale iudicium eſt nullum, non iniquum nobis viſum fuit, quantum attinebat ad propoſitum noſtrum, in quo agebatur ad docendum an dicta ſententia cõtineret ciuiliter intereſſe rei reſtitutionis principaliter cum criminali intentatum, dicta capitula admittere, cũ non ſit bona ſe-
6 quela cauſa eſt criminalis, † ergo proceſſus eſt criminalis vel ſententia, quia cauſa poteſt eſſe criminalis, & proceſſus uel ſententia eiuſdem cauſæ ciuilis, ut declarat Bald. in l. quia crimen, numero 29. C. qui accuſ. non poſſ. Quod autem iſta ſententia dici deberet lata æque principaliter ſuper vtroque; & ſic mixturam principaliter continere, & terminos ſuæ iuriſdictionis præterijſſe iuſdicentem, deducebatur.

Quia iudex maleficiorum in iudicio criminali
7 intentate, ad punitionem, tunc † demum incidenter condemnare poteſt, quando de delicto conſtat per confeſſionem inquiſiti, aliàs ſi per contumaciam, uel per teſtes de crimine conſtare non poteſt condemnare ad intereſſe partis, quia excederet metam ſuæ iuriſdictionis, cum non ſit iudex cau-
8 ſæ ciuilis, & eſt ratio, † quia confeſſio in ciuili cauſa præiudicat, etiam coram incompetenti iudice,

vltra

vltra terminos iuriſdictionis, teſtes vero, & contumacia non faciunt fidem in alio iudicio, ſi ad aliud agitur, vt eſt quando agitur ad vindictam, & aliud,
9 quando agitur ad intereſſe & contumacia † tanquã ficta confeſſio non nocet ſuper eo, ad quod directè agebatur, ſed hic de delicto non conſtabat per confeſſionem partis, ſed per teſtes, merito condemnando inquiſitos ad intereſſe videtur D. Iudex ſuper eo iudicaſſe tanquam principaliter intento, & ſic ſuper cumulatione ciuilis, & criminalis cauſę nõ permiſſa: ita notanter declarat Bald. in l. cunctos populos in lectura Florentina. verſic. incidenter, C. de ſum. Trin. & fide catho. & in l. qui crimen. col. fin. qui accuſa. non poſſunt, quem ſequitur latius explicando. Ruyn. conſil. 35. colum. 1. lib. 5. Alex. in addit. ad Bart. in d. §. furem. & Felyn. in cap. cum oporteat colum. fin. de accuſa. & not. Lanfran. Balbus deciſ. 318.

Neque obſtare viſa fuit conſideratio. Iul. Clar. d. quæſt. 1. ſi cum pœna publicę vindictæ neceſſario,
10 † veniat etiam intereſſe partis, veluti ſi ſtatutum imponat pœnam furti, & quod reſtituat rem ablatam, vt diſponitur in Stat. Lucen. cap. 95. lib. 4. quia reſpondebatur procedere ſecundum terminos iuris communis a quo ordinariè ſtatuta interpretationẽ recipiunt, videlicet in caſu quo conſtet de delicto per confeſſionem partis, non per teſtes, vel per contumaciam. Minus etiam facere videbatur oppoſitio contrarietatis capitulorum, iuxta no. in cap. fraternitatis de teſtib. quia ſola publicatio proceſſus nõ excludit a facultate probandi, & maxime quando proteſtata fuit pars, quod non intendebat dicere teſtificata, & contradicebat publicationi. Alex. conſil. 84. num. 5. lib. 4. Matheſi. in l. per hanc num. 31. C. de temp. appel. cum concor. per Ant. Gabr. lib. 1. de teſtib. concluſ. 21. num. 27.

ANNOTATIONES.

Ciuilis, & criminalis. Quid ſi in iudicio ciuiliter moto incidat queſtio criminalis puta per ſubornationem teſtium per productionem falſorum capitulorum per viſum falſarum teſtium. & ſimilium an ſuperſedeatur in ciuili, & quando, & quomodo Franc. conſil. 657. numero 17. & latiſſime. Addentes ad Bertazzo. conſil. 218. litera A, vbi omnino videndum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra principalem lata ſine nouo proceſſu exequi poteſt contra fideiuſſorem iudicij.*
2 *Secus contra fideiuſſorem contractus.*
3 *Attentatorum iudicium nullo iuris ordine ſeruato fit.*
4 *Appellatione pendente nil innouandum eſt.*
5 *Executio ſententiæ facta poſt appellat. interpoſitam de facto, retractatur per viam attentatorum, quæ retractatio, tenet etiam ſi poſtea pronuncietur male appellatum.*
6 *Fideiuſſoris cauſa mitius agenda quàm principalis.*
7 *Fideiuſſor non debet eſſe proclinis ad ſoluendum.*
8 *Fideiuſſor ſoluens omiſſis exceptionibus principalis prodeſt etiam fideiuſſori.*
21 *Principalis victoria prodeſt fideiuſſori.*
12 *Supina negligentia dolo comparatur.*
13 *Fideiuſſor affectare ſoluens non repetit.*
14 *Fideiuſſor dicitur habere, mandatum ad ſoluendum.*
15 *Attentatorum remedium contra tertium exerceri non poteſt.*
16 *Attentata, a quo iudice reuocentur.*
17 *Ignorantia facti alieni iuſta eſſe dicitur.*
18 *Diuinare nemo tenetur.*
19 *Fideiuſſor omittens iuris exceptiones principali competens dicitur eſſe in culpa.*
20 *Ignorantia interpoſita appellationis a ſuo principali excuſat fideiuſſorem.*
21 *Fideiuſſor ſoluẽs in dubio nõ præſumitur eſſe inculpa.*
22 *Culpa in nemine præſumitur.*
23 *Fideiuſſor ſoluens de ſuo non creditur eſſe in dolo.*
24 *Soluere pro alio nemo præſumitur libenter facere.*
25 *Fideiuſſori eſt intimãdum a ſuo principali ne ſoluat.*
26 *Culpa illius arguitur, qui vſus non eſt communi remedio.*
28 *Fideiuſſor exactus ob iniuriam debitoris habet regreſſum contra principalem.*
19 *Fideiuſſori laboranti morbo alieno magis fauendum quam principali.*
30 *Fideiuſſori agnoſcenti bonam fidem, & ſoluendo non imputatur.*
31 *Iudex criminalis non eſt cõpetens in cauſis ciuilibus.*
32 *Niſi in conſequentia criminalis veniat, & annexa.*
33 *Iudex appellationis poteſt confirmare ſententiam nullam etiam ex defectu iuriſdictionis, quando de nouo iuſtitia exigente ſic danda eſſet.*

ARGVMENTVM.

De fideiuſſore ſoluente pro ſuo principali omiſſis exceptionibus principali competentibus.

DECISIO XCII.

STANT Decreta, Statuta ſeu ordinamenta in Ciuitate Lucana, quod omnes ſentẽtiæ in criminalibus latæ ſtatim in Camera, ſeu Archiuio Lucenſis Communis tranſmittantur, quæ ſic tranſmiſſæ ſi non appareant circundatæ, ſed accenſæ reperiantur, poſſunt exequi, & damnatus capi, & in ſuo caſu a ſtatuto permiſſo impunè offendi.

Quidam Antonius Piccini inquiſitus de vulneribus illatis in perſonam cuiuſdam Dominici, reſpondendo dictæ inquiſitioni, & dando negatiuam in forma cauit dato fideiuſſore ſtando iuri Hieronymo Thomaſio, Lata ſententia contra inquiſitum fuit de more in Camera tranſmiſſa, vbi cum non circundata, ſed accenſa reperiretur, non obſtante appellatione per condemnatum interpoſita, executa fuit perſonaliter contra fideiuſſorem

Digitized by Google

in carceribus emancipatum ſine nouo proceſſu ſi-
1 cuti † fieri poſſe, tradit Rebuff. de lit. oblig. articu.
5. gloſſ. 9. num. 8. Hercula. tract. de non offenden.
cap. 29. num. 6. Natta conſil. 345. Conſtantinus,
2 licet ſecus in fideiuſſore contractus, vt in d. locis,
& de comm. opin. teſtatur Miſinger. cent. 4. obſer-
uatio. 96. qui fideiuſſor, vt ſe a carceribus eximeret,
pecuniariam pęnam ſoluit ſpectabili officio Domi
norum exactorum, a quibus illico obtinuit licentiā
faciendi prædam coutra principalem pro d. ſumma
ſoluta iuxta formam Statuti, lib. 1. cap. 194.

Succeſſiue facta executione ad inſtantiam d. fide
iuſſoris contra principalem, & captis pignoribus,
3 † fuit pro parte actoris extra iudicialiter (attenta-
torū enim iudicium nullo iuris ordine ſeruato fit.
Hercul. de atteuta. cap. 26. numero 4.) coram nobis
inſtatum pro reuocatione d. prædæ, & executionis
4 tanquam † pendente appellatione factæ toto titu.
Nil. noua. appellatione pendente.

5 Executio enim ſententię facta † poſt appellatio-
nem interpoſitam de facto retractatur per viam at-
tentarorum, quæ retractatio tenet, & firma manet
etiam ſi poſt pronuncietur male appellatum, quia
legitimè facta eſt, ſicuti illud quod factum eſt poſt
denunciationem noui operis, demoliri debet, etiam
ſi nunciatio iniuſta fuerit, vt tradit Caſtren. in l. ex
cauſa. ff. de appell.

6 Et † quamuis mitius agi debere dicatur cum fi-
deiuſſore tāquam alieno morbo laborante l. legem
cum ibi not. C. de nat. lib. & per Roncag. in l. 3. §.
vbi duo, num. 194. & in l. duos reos, num. 3. ff. de
duobus reis.

7 Tamen † nec ob id is fideiuſſ. debet ita procliuis
eſſe ad ſoluendum ſub ſpe futuræ conſeruationis
ſuæ indemnitatis, vt iura ſui principalis indiſcuſſa
relinquat, ac duriora reddat, ſupinèque conlabi pa-
tiatur, adeo quod ſi principalis aliqua ex cauſa non
teneatur ſoluere, propter incuriam fideiuſſoris ob-
noxius efficiatur.

8 Alias † ſi omiſſis exceptionibus ſuo principali
competētibus ſoluat a repetitione excluditur, cum
culpa ſua id acciderit l. exceptione de fideiuſſ. & ibi
Bar. no. l. ſi fideiuſſ. ff. manda. Abb. conſil. 60. condi-
toris, num. 21. lib. 1. Dec. in l. quod quis ſua culpa de
reg. iur. Bello. conſil. 75. numero 17. & conſil. 77.
num. 17.

In qua culpa hic eſſe dicebatur fideiuſſor, quia
neglecta exceptione pendentis appellationis ſoluiſ-
9 ſet, † per quam appellationem omne pronunciatū
ſublatum, ſeu ſuſpenſum erat l. 1. in fin. ad Turpill.
Capic. deciſ. 202. num. 8. Afflict. deciſ. 188. num. 5.
Franc. in rubr. de appell. num. 25. Couarr. practi. q.
cap. 6. num. 5.

10 Quæ † litis pendentia ſui principalis proderat
etiam ipſi fideiuſſori, vt not. Bald. in addi. ad Spe-
cul. in tit. de appell. verſic. quid ſi promiſi, & in ter-
minis, quod pendente lite cum principali, pœnæ
proſecutio non fiat cōtra fideiuſſorē: tradit Gram.
conſil. 170. Pridie in ciuili.

11 Cuius † principalis victoria, quod fideiuſſori de
iudicio ſiſti vtilis ſit: no. Felin. in cap. quamuis de
re iud. & facit, quod no. Bertr. conſ. 43. etiam, lib. 1.
in ſecunda impreſſione, vbi pendente iudicio can-
cellationis non fit executio.

Cum igitur iſte fideiuſſor ſcierit, vel de facili ſci-
re potuerit, quod par eſt, hanc litis pendentiam ſi-
bi imputandum eſse dici deberet, qui diſsoluta qua
12 dam † negligentia, quæ dolo comparatur d. l. ſi fi-
deiuſs. ſoluit non propoſita litis pendentis exceptio
ne, ſcire enim, & ſcire potuiſse æquiperatur, gloſ. in
l. locus, de acqui. poſseſ. Alexan. conſil. 103. viſis, lib.
2. num. 15. Cæphal. conſ. 354. aduerſarius, num. 28.
& ſic tanquam affectare quodammodo ſoluens ma
le fuiſse videtur, ad Menoch. conſil. 68. non ſemel,
13 num. 4. In contrarium dicebatur † fideiuſsorem
cenſeri habere mādatum ad ſoluendum, qui etiam
ſi indebitum ſoluat: non ab illo, qui accipit ſed a
ſuo principali actione mādati repetit l. indebitam.
& ibi Caſtr. ff. de condit. indeb. Salyc. in l. ſi pro ea.
C. manda. num. 7. Secundo opponebatur incompe-
tentia iuriſdictionis, quippe cum iſte fideiuſsor nō
ſit, nec appellans, nec appellatus, ſed tertius attenta
15 torum † remedium intentatum contra tertiū exer
ceri non poteſt. c. Romana, §. in alium de appel. in 6.
16 † ſed talia atteutata non a iudice appellationis, ſed
ab ordinario reuocanda ſunt, vt no. Manfre. in trac.
de attento. par. 8. nu. 39. & ſeq. Franc. in ca. cum te-
neamur. nu. 16. de appel. Bal. Nouel. in tract. de do-
te, par. 12. num 69. col. pen. verſic. non obſtat, quod
habetur in c. Romana.

Tertiò dicebatur non poſse dici aliquid illicitè
innouatum, quia lege permittente fuit facta d. exe
cutio, & ſic non reuocandum Bal. Nouel. vbi ſupra,
ſtatutum enim lib. 1. c. 164. permittit, quo officia-
lis coram quo aliquis pro alio ſoluat condemnatio-
nem, poſſit & teneatur d. ſoluenti ſi requirat licen-
tiam dare de facienda prædam contra eum, pro quo
ſoluit pro concurrenti quantitate ſoluti.

Neque obſtare replicabatur omiſſio allegatio-
nis litis pendentis, quam ignoraſse fideiuſsor allega
17 bat, † quia facti alieni iuſta ignorantia reputatur,
& recipitur ad excuſandum d. l. ſi fideiuſsor, §. non
male, & excuſatam ignorantiam appellat, text. in l.
ſi procurator, §. ignorantes, ff. mand. a quibus iuri-
bus cauetur, quod ſoluens ignoranter debitum per
ſuum principalem ſolutum, ſeu pacto de nō petēu-
do, vel acceptilatione liberatum a principali repe-
18 tit, quia † ignoſcendum eſt ei, ſi non diuinauit de-
bitorem ſoluiſse d. l. ſi fideiuſsor. §. fin. cum debitor,
vbi plus dicitur, quod culpæ ſoluētis debitoris aſcri
bitur, qui fideiuſsori notum non fecit ſe ſoluiſse,
forte creditor obrependo illius ignorantiam cir-
cumueniret. Vnde ſicut fideiuſsor non tenetur di-
uinare, an principalis ſoluerit, nec aliqua inquiren
di diligentia a iure aſtringatur, ita nec imputandus
eſt, ſi appellationis ignarus ſoluit, quam perſcruta-
ri non cogebatur.

Cæterum ſi fideiuſsor conueniretur ex cauſa
ſcripturæ priuatę, quæ non eſset ſolemnis, & formi
ter facta ſine debita teſtium ſubſcriptione, vel ſi
conueniatur ex ſtipulatione ſui principalis ex inter
9 uallo reſpondentis, & ſoluat credens teneri, † tunc
ſi ſu-

ſi ſupinè ſoluat omiſſis, exceptionibus iuris, & non
facta diligentia an ſcriptura eſſet valida, & ſtipula-
tio teneretur, de quibus poterat petenti certificari,
& non fecit, dicendū eſſet ſibi imputari, & in iſtis
caſibus loquantur contraria, & conſ. 77. per Bello-
ſium conſ. 75.

Ego dicebam in meritis cauſæ pro fideiuſſore iu-
dicandum, cuius negligentia omiſſæ exceptionis li-
tis pendentis, & ſolutio inde ſubſecuta non nocet
principali in proſecutione appellationis, qui poteſt
interim, & poſt in caſu victoriæ repetere indebitè
ſolutum per ſuum fideiuſſorem a M. Communi Lu
20 cenſi: Quia † ignorantia appellationis interpoſitè
per principalem, (& ſic facti alieni) illum excu-
ſat, & regreſſum repetendi contra principalem non
adimit. l. ſi fideiuſſor, & ibi Bald. no. d. §. ignoran-
tes, & ita poſt notabilem diſtinctionem in præſen-
tia art. firmat Salic. in d. l. ſi pro ea, num. 13. C. de
procur. idem ſenſit Abb. in conſil. 60. num. 1. lib. 1.
refert Card. Alb. in lucub. ad Bart. in d. §. ignoran-
tes, in fin. & Azo. in ſumma. C. mand. num. 19. Ne-
21 que aliqua culpa huic eſt aſcribenda, † qui iuris
præſumptione tutus eſt, nam vt dicit gloſſ. in d. l.
exceptione in fin. in dubio fideiuſſor non præſumi-
22 tur eſſe in culpa, quæ † præſumptio culpæ non exi-
ſtentis generaliter de omnibus præſumitur, vt dicit
Crau. conſil. 151. neminem, num. 18. & maximè
23 † cum ex iſta ſolutione cum iactura alterius nul-
lum lucrum conſequatur, ſed potius damnum ad
eundem Crauet. Conſilio 142. Claudius, num. 17.
24 & conſil. 18. Andreas, num. 22. Nec † eſt creden-
dum libenter quemquam pro alio ſoluere, vt dicit
Natta conſ. 448. Chriſti, num. 10.

Quinimo ſi qui in hac cauſa ſit culpa imputan-
da, equidem principali eſſet aſcribenda, qui tutus
25 exceptione litis pendentiæ † ſuo fideiuſſori non
certiorauit, vt facere debeat, vt ſenſit Bald. d. l. ſi
fideiuſſor. in prin. & Salyc. d. l. ſi pro ea, num. 11.
26 Qui etiam cum non vſus ſit communi remedio pe-
tendi circundationem in culpa eſſe videtur, teſte
Bald. in conſil. 395. pro Domino. colum. 3. verſic. 5.
quia per d. §. ignorantes, ſequitur Crau. conſil. 97.
Guigo, num 7.

27 Vnde cum iſta † omiſſio neglectæ circundatio-
nis fuerit principalis cauſa huius iniuſtę exactio-
nis, negligenti & omittenti imputari debet, vt tra-
dit Caſtren. conſil. 136. Viſis, ſub numero 5. lib. 1.
28 † facit quia fideiuſſor exactus ob iniuriam debito-
ris habet regreſſum contra principalem, Sylu. con-
ſil. 35. num. 10.

Et ideo in iſta controuerſia ſi vtriuſque videli-
cet, & principalis, & fideiuſſoris negligentia aliqua
29 dari poteſt magis † fauendum eſt fideiuſſore, alie-
no non proprio morbo laboranti, quam principa-
li ad Roncagal. in præcitatis locis, in fideiuſſore
30 † enim conſiderabilis eſt, & carceris incommo-
ditas, & pudor facti ſi bonam fidem agnoſcat 1 Af-
flic. deciſ. 49. num. 3. & ad no per Ant. Gabr. lib. 3.
de ſol. concl. 11. numero 48. Tota autem difficultas
præſentis indagationis reducebatur. An iſta prædę
aſſignatio, ſeu executio contra principalem fuerit
a competenti Iudice relaxata, & an pro aſſequenda
indemnitatis conſeruatione in hoc potuerint adiri
officiales, & DD. Exactores, tanquam competen-
tes Iudices virtute d. Statuti 164. lib. 1. & procul-
dubio dicebamus ſtatutum illud non procedere in
fideiuſſore ſoluente pro alio, ſed locum habere in
non obligato ſoluente pro obligato Mag. Commu-
ni lucenſi collectas, tributa, & ſimilia, quibus ſpe-
ciali fauore, & priuilegio eſt indultum, vt eis ſum-
maria illa ratio a dominis Exactoribus reddatur,
ſed fideiuſſoribus apud Ciuitatem Lucenſem, vt e-
rat caſus noſter, eſt particulariter, & ſpecialiter pro-
uiſum, per cap. ſequens 165. eod. lib. 1. quo non ita
pinguiter pro celeri indemnitatis conſeruatione
conſequenda prouidetur, ſed maturius diſponitur
fideiuſſorem indemnitatis conſeruationem quęren
tem debere adire competentem Iudicem, qui infra
8. dies teneatur aſſignationem facere bonorum mo
bilium, vel immobiliū d. fideiuſſori pro concurren-
ti quantitate ſuæ obligationis, vel arbitrio fideiuſ-
ſoris principalem capi facere, Iudex autem compe-
tens hic communiter dicitur in ciuilibus Iudex or-
dinarius, ſeu Iudex primarum inſtantiarum, in cri-
31 minalibus verò Dominus Prætor. † Qui dominus
Prętor etiam in hac cauſa competens dici potuiſſet,
licet alias in ciuilibus iudicare nō poſſit. l. ſolemus.
§. latrunculator, ff. de iudi. cum concordant. per Ti-
raqu. in tract. Res int. alios actu. verſic. Cui proxime
accedit, car. 6. & 7. nam ex quo cauſa indemnitatis
procedit a maleficio de quo ipſe principaliter co-
32 gnouit, potuiſſet etiam † incidenter de iſta conſer-
uatione indemnitatis iudicare, ita in terminis fide-
iuſſoris firmat Bald. in l. cum vendente, C. vbi cauſę
fiſcales, vbi dicit, quod ſoluens pro condemnato
poteſt implorare officium Iudicis maleficiorum, vt
conſeruetur indemnis ab eo, quia id venit inciden-
ter in eodem officio per modum ſequelæ, ſequitur
Felyn. in cap. cum oporteat, colum. fin. extra de ac-
cuſatio. & ſic ex defectu iuriſdictionis iſta executio
ſeu præda a non ſuo Iudice relaxata veniebat reuo-
canda.

Qua tamen nullitate nō obſtante, executionem
nulliter conceſſam adhuc confirmandam dicebam
ſtante bono iure d. fideiuſſoris, & quod ita de no-
uo iuſtitia exigente danda foret. Sententia enim
33 † nulla poteſt quo ad merita cauſę per Iudicem ap
pellationis confirmari, etiam ſi ex defectu iuriſdi-
ctionis nullitas prætenderetur ſecundum Alexan.
in conſil. 111. viſo themate, lib. 5. vbi de commun.
opin. teſtatur.

ANNOTATIONES.

a Nullitas prætenderetur. Et ideo recte faciunt Aduocati ſi bene inſtruunt cauſam ſuper meritis vt, poſt illos quos allegat, docet Vant. de nullit. in fin. tractat. vbi late.

SVMMARIVM.

1 *Statutum Lucanum de bonis patrimonialibus. cap. 78. lib. 2. valet.*

2 *Probatio nulla maior partis confeſſione.*

3 *Patrimonialia bona quæ dicantur.*
4 *Pluralis locutio duorum numero contentatur.*
5 *Verbum conſueuit in vno actu verificatur.*
6 *Verbum ſolet requirit concurſum plurium actorum.*
7 *Fama qualiter probanda ſit.*
8 *Fama vbi plene probat ex forma ſtatuti; tunc teſtes ſuper ea deponentes debent eſſe graues, & qualitas iſta probari debet.*
9 *Non ſunt de facili mutanda quæ certam interpretationem habuerunt.*
10 *Scripturæ antiquæ ex archiuio extracta probant etiã contra tertium.*
11 *Libelli ſola oblatio non inducit pendentiam proceſſus.*
12 *Aſſerenti non creditur niſi ad ſuum damnum.*
13 *Identitas per agentem probanda eſt.*
14 *Finium diuerſitas arguit diuerſitatem corporum.*
15 *Fines in aliquibus conuenientes ſat eſt ad identitatem probandam.*
16 *Identitas obſcurata non dicitur probata.*
17 *Loci diuerſitas arguit diuerſitatem corporum.*
18 *Pluralitas corporum præſumitur ſi pars allegat.*
19 *Agrimenſor de quantitate corporis deponere debet, non autem de dominio ſeu poſſeſſione.*

ARGVMENTVM.

Bona patrimonialia quæ dicantur ſecundum mores Lucenſes.

Fama quando ex forma ſtatuti plene probat, per quos probanda ſit.

Identitas rei quomodo dicatur probata, ſtante aliqua diuerſitate finium.

DECISIO XCIII.

SPECT. Thomas de Meis irrequiſito Spectab. Laurentio eius fratre Germano vendidit domum cuidam Mambrino, quam iudicialiter idem Spect. Laurentius tanquam patrimonialem, & contra formam ſtatuti lib. 2. cap. 79. alienatam recomperare intendebat. Opponebatur non eſſe probata probanda a ſtatuto requiſita. D. Iudex a quo diffinitiue pronunciando abſoluit reũ conuentum a petitis, & actorem ab expenſis: Cuius ſententiam, & nos confirmantes diximus bene iudicatum, & male appellatum per D. Laurentium.

Nam circumſcripta validitate, d. ſtatuti de quo
1 † non eſſe dubitandum; tradit Tiraquell. de ret.
conu. in præfat. num. 15. Neuiz. conſil. 39. numero
9. Roland. conſil. 21. numero 1. lib. 1. & ſi actor docuerit de qualitate affinitatis per confeſſionem par
2 tis † qua nulla datur maior probatio. l. 1. C. de confeſſ. generalib. C. de non num. pecun. l. cum te, vbi
Iaſ. & Dec. C. de tranſact. Cephal. conſil. 192. numero 8. Non ideo tamen ſatisfecit cæteris qualitatibus a ſtatuto requiſitis, videlicet, quod domus illa fuerit patrimonialis per lineam aſcendentium eorum de Meis, licet ſatis ſuperque probaſſet eam fuiſſe paternam, & a Blaſio patre actoris poſſeſſam, & in eius hæreditate relictam, quod minime ſat eſſe credimus.

Quando quidem ſtatutum prædictum declaran-
3 do, quæ bona dicantur patrimonialia, † ea eſſe dicit, quę fuerũt ſuorum per lineam paternam aſcendentium, quæ quidem pluralis locutio requiritur,
4 † ſaltem res illa fuerit patris, & aui, arg. l. vbi numerus, de teſtib. alias ſola patris poſſeſſio ad retractum
non ſufficit ſine concurſu alterius ex aſcendentibus de agnatione, prout in terminis d. ſtatuti conſuluit Dec. in conſil. 223. num. 6. 276. num. 9. & 371. num. 7.

De quo cõcurſu non obſcure habetur in eodem ſtatuto in fin. dum dicit ſufficere probare hoc per famam, quod talis res conſueuerit eſſe in ipſis agna-
5 tione. Verbum enim † conſueuit in vno tantum
actu, non verificatur, vt no. in l. 1. C. quæ ſit long. conſue. Dec. d. conſil. 22. numero 7. & in rub. 1. co. de conſuetu. in fi. licet forte ſecus eſſet de verbo,
6 † ſolitum, quod in vnico actu verificatur ſecũdum
Barto. in l. Mela. de ali. & cib. legat. Anto. Gabr. lib. 3. de locat. concluſ. 1.

Et quamuis actor hanc eandem qualitatem ſe ſe probaſſe contenderet per famam, prout hoc medio probari poſſe a ſtatuto conceditur, tamen in rei veritate, id non fuit probabiliter aſſecutus, tum quia teſtes ſuper fama deponens minus formiter depo-
7 nentes, † iuxta tradita per Bart. in l. de minore, §.
plurium, ibi Marſi. num. 37. de quæſtio. Suarez. in verbo. fama. numero 35. Dec. conſil. 37. Burſat. conſil. 20. numero 30. Blan. in fin. num. 312. de quæſt. & Socin. iun. conſil. 22. lib. 1. Tum etiam, quia dict. teſtes in hoc caſu de fama deponentes debent eſſe graues fidei digni, & omni exceptione maiores, vbi enim ex forma ſtatuti fama plene probat, vt
8 hic tunc † in teſtibus requiruntur d. qualitates,
quæ debent articulari, & probari, alias non probant, vt in terminis, tradit Dec. dicto conſil. 37. Socin. dicto conſilio 22. Rolan. conſil. 3. numero 55. libro 1. quod pro parte actoris, minime ſeruatum fuit maxime in teſtibus in ſecunda inſtantia productis.

Et per iſta in contingentia facti ſic ſepius concluſit Rota Lucen. in vna. Spect. Herculis Buccel. cum Paſquino, de anno 1567. & in alia Andreæ Migliani 1572. & nouiſſime in alia regali Cauanarij cum Cinquinis.

Nec obſtare viſum fuit, quod Decius impugnetur ab addentibus ad eum in d. conſil. 222. prout etiam D. Aduocatus actoris ſubtiliter impugnabat alludendo ad etymologiam vocabuli matrimonialis, & paterni, & ponderãdo ſtatutum ſequens 79. vbi ad retractum rerum matrimonialium ſufficit, quod res fuerit matris ſine alio concurſu aſcendentium per lineam maternam.

Quia ſtante auctoritate Decij in vſu recepta, & ſecun-

ſecundum quam ſæpius. Rota iudicauit non auſi
9 fuimus, † qoæ certam interpretationem hactenus
habuerunt immutare, l. minime. ff. de legibus.

Non obſtat productio ſcripturarum ex publico
Archiuio extractarum, in quibus apparet aliat motam
fuiſſe litem ſuper dicta domo a nonnullis de
Tottis contra Honofrium auum paternum actoris
de ver. de antiquit. tempo. §. viſo, de fama, num. 20.
& ſeq. Natta conſil. 283. numero octauo. Senat. Pedemon.
deciſ. 69.

Quia dictę ſcripturæ erant quidam libellus contra
Honofrium productus, ſuper quo non fuit, lis
conteſtata, non factæ probationes, & nulla ſecuta
ſententia, & qoamuis libellus enuociet illũ de Meis
poſſidere, tamen cum dicta verba non ſint enonciata
cum aliquo præſente, vel acceptante non poſſunt
dici diſponere, vel probare contra aliquem.
11 † imo ſola libelli productio, nec aliqoam proceſſus
pendentiam inducit: Ang. in l. 1. ff. de ius vocand.
& in l. libertus eod. titul. Felyn. in c. ex tenore. col.
2. de reſcript. vnde antiquitas d. libelli in Archiuio
probabit factum, ideſt libellum fuiſſe productum,
non tamen proceſſum ad vlteriora, & non eſt in
poteſtate noſtra facere aliquem poſſeſſorem per ſolam
12 aſſertionẽ † niſi forte in præiudicium ipſius
aſſerentis, non autem tertij: Crauet. d. tracta. §. propoſitum,
num. 5. l. cum pracum, C. de lib. cauſ. Iaſ.
in §. ſi minus, inſt. de act. Rebuff. de reſcrip. in præfa.
num. 151. Fran. Marſil. deciſ. 214. Sena. Pede.
deciſ. 138. num. 3. cum vix ipſius Principis aſſertioni
credatur cano. in clem. 1. de proba. Præterea
non eſt probata identitas, quod domus de qua in
d. ſcriptura antiqua ſit eadem cum illa, de qua in pe
13 titione præſentis iudicij, † quæ identitas erat
probanda per agentem: Bart. in l. demonſtratio,
in fin. prin. de cond. & dem. & in l. 1. ſi vnus ex pluribus
Caſtren. conſil. 124. lib. 2. Dec. conſil. 109.
Natt. conſil. 80. Immo lectura vtriuſque libelli di-
14 uerſitatem finium manifeſtam reddit † ex qua oritur
præſumpto diuerſitatis corporum; Afflict. deciſ.
23. Hiero. de monte in tract. de fini. regun. cap.
22. Sylua. conſil. 57. numero 2. lib. 1. Et licet in ali-
15 qoibus circa fines conueniant † propter quod videbatur
de identitate probatum ſecun. Bart. in d.
l. demon. quæſt. 7. & Roland. conſil. 67. nom. 15. lib.
2. Tamen longe plures ſunt fines diſcordantes,
16 quàm concordantes, † & ſufficit obſcurare identitatis
probationem ad hoc ne dicator probata;
Alexan. conſil. 73. ſub nu. 6. lib. 3. Caſtr. in l. in teſtamento,
de condit. & dem. & maxime, quia diſcor-
17 dat in loco loci, † Vnde diuerſitas arguitur. Aret.
conſil. 103. colum. 3. verſic. circa ſecun. Dec. conſil.
348. colum. 5. loci autem diuerſitas, & variatio
quantum ſit attẽdenda, docet hiſtoria teſtium Su-
18 ſannæ, & maxime, † quia pluralitas corporum, &
a rerum præſumitur [a] ſi pars allegat Afflic. d. deciſ.
23. niſi probetur identitas. Alexand. conſil. 134.
colom. 3. lib. 2. Pariſ. conſil. 104. lib. 1. Cra. conſil.
302. num. 3. Addeotes ad Afflic. d. deciſ. 23. Natt.
conſil. 80. Non ob. depoſitio Fatinelli, & Puccij,
qoia attenta ratione qua regulatur dictum teſtis,
19 ipſi deponunt tanquam agrimenſores, † qui non
ideo eliguntur, vt per eos probetur poſſeſſio, vel dominium
alicuius, ſed vt quantitas rerum, & corporum
per eos declaretur, & ideo non probant. Ruyn.
conſil. 124. nu. 3. lib. 5. Hiero. de Mon. in tract. de finib.
c. 32. in fi. & nihil habet commune menſura cũ
poſſeſſione; ideo non inferendum.

Fuerat etiam oppoſitum actori, quod non expreſſiſſet
omnia verba ſtatuti per eum intentati, vt conſuluit
Socin. in conſ. 55. lib. 1. ita quod proceſſus vitiari
deberet omiſſa forma: Ant. de Butr. in c. Piſanis,
io 7. notab. de reſtitu. ſpol. Sed hoc non erat
attendendum, quia expreſſio d. verborum, non eſt
data pro forma, vt illius omiſſio vitiaret, & eſt de
paruo præiudicio omiſſio d. verborum, ita quod
de ſubſtantia dici non poteſt, vt in terminis reſpondet
Emilia. in conſ. 64. colum. 1. & colum. 2. num. 9.
vbi etiam dicit ſolemnitatem ſeruari debere, quando
eſt cauſa finalis inductiua, & ſit vtilis, & neceſſaria,
alias non.

ANNOTATIONES.

a Præſumitur. Quid de pluralitate nominum. Alex. conſ. 172.
num. 6 lib 6. conſ. 30. num. 10. lib. 7. & conſ. 125. num 7.
eod lib quod autem pluralitas præſumatur ad excluſionem
delicti, & pœnam vitandam. Dec conſil 13. ſub nu. 5. ſub
num 5 & ideo præſumitur pluralitas perſonarum ad vitandum
falſum. Alex. conſil. 190. nu. 33. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Tertius ratione proprij intereſſe poteſt ſe opponere liti inter alios vertenti.*
2 *Procurator ſeu defenſor in capitalibus non admittitur reo non comparente.*
3 *Pater pro filio, pro Monacho Abbas, Epiſcopus pro Prælato, Dominus pro ſeruo comparere poteſt pro proprio intereſſe.*
4 *Creditor pro debitore in capitalibus pro ſuo intereſſe comparere poteſt.*
5 *Stante ſtatuto, quòd pater teneatur pro filio, quando contumacia filij noceat patri, diſtinguitur.*
6 *Ficta cõfeſſio quando non egreditur perſonam.*
7 *Fruſtra precibus imploratur, quod ipſo iure conceditur.*
8 *Statutum, quod quis impune offendi poſſit pro delicto alterius an valeat.*
8 *Iuditium diuinum, quando liceat imitari.*
10 *Superioribus pares eſſe velle non debemus laborare.*
11 *Lex, & ſi dura ſeruanda eſt.*
12 *Quod principaliter ſit, attendi debet.*
13 *Extra tres caſus Procurator admittitur in criminalibus.*
14 *Statutum Lucanum, quod filij impune offendi poſſint, & ſint banniti propter delictum paternum, limitatur non procedere in non conceptis tempore banni.*
Item procedere viuente bannito delinquente.
Item non habere locum in filio emancipato.
Item perdit officium ſuum in fœminis.

ARGVMENTVM.

De ſtatuto, quòd ex delicto paterno filij quoque ſint banniti, & poſſint impune offendi, & quando in capitalibus procurator admittatur.

DECISIO XCIIII.

MAG. Lucenſis Ciuitatis Statuto lib.4. cap.71. cauetur, quod forenſis occidens ciuem Lucenſem pœna capitis, ac publicatione bonorum puniatur. Eiuſdemque occiſoris filijs banniantur, & pro bannitis habebantur quantum ad impunitatem illos offendentium, & quod contra illos omnia ſtatuta de bannitis loquentia locum habeant. Alio ſimiliter Statuto diſponitur, quod contumax habeatur pro confeſſo, & quod poſt ſententiam expectetur per ſex dies, in quo termino comparens ad defenſiones admittatur.

Vigore dictorum Statutorum cõdemnatus fuit in contumaciam Michaelangelus propter homicidium per eum patratum in perſonam Henrici ciuis Lucen. & conſequenter banniti eius filij. Qui habita notitia d. ſententiæ intra ſex dies comparuerunt coram D. Prætore, & pro eorum intereſſe ſentientes ſe ex d. cauſa grauari, & præmiſſa negatiua in forma, propoſitaque exceptione neceſſariæ defenſionis paternæ, petierunt ad eorum defenſiones admitti producẽdo capitula cum inductione teſtium ſubinde examinandorum.

1 Nam † ratione proprij intereſſe quilibet poteſt liti, & cauſæ inter alios vertenti ſe ſe opponere, l. ſæpe. ff. de re iud. cap. cum ſuper, eod. tit. l. ſi per luſorio, & a ſententia, ff. de app. Natt. conſil. 99. nu. 2. & 3. Excipiebatur pro parte fiſci producta capitula
2 non eſſe admittenda, † tanquam concernentia defenſionem criminoſi in pœnam capitis damnati, obſtante ſtatuto lib. 5. cap. 41. & capitulo Rotæ 16. cum quo concordat ius commune, l. pen. §. ad crimen. ff. de pub. ind. l. ſi ſeruum, §. publicæ. ff. de procu. Felyn. in c. memin. de accuſ. Soc. reg. 322. Menoc. de arbit. iud. lib. 1. q. 79. & 80. Anto. Gabr. lib. 7. de crim. concl. 9. cuius prohibitiuæ regulæ multiplex redditur ratio, de qua Ceph. conſ. 47. nu. 2. Menoc. de arbit. q. 81. nu. 2. Ant. Gabr. d. concluſ. 9. num. 1.

Quibus replicabatur, quod ſtante dictorum cõparentium intereſſe non pecuniario, ſed corporali cum poſſent impune offendi, humani, & diuini iuris ratio dictat, quod iſti non vti defenſores rei condemnati, ſed pro proprio euidenti intereſſe principaliter venientes admitti debent ad petitam defenſionem plenariè etiam ſi per conſequens, ſeu ſecundario criminoſi cauſam tangat, cum ipſi principaliter non ad illum defendendum, ſed ad proprium damnum euitandum veniant.

Sicuti etiam de iure videmus in cauſis quantum
3 cunque capitalibus ratione proprij intereſſe † Dominus pro ſeruo, pater pro filio, Epiſcopus pro Prelato, Abbas pro Monacho comparere poſſunt. Soc. in cap. veniens, col. 46. de Accuſatio. & poſt relatos Menoc. d. q. 80. nu. 63. Ant. Gabr. d. concluſ. 9. num. 47. vbi etiam mente Socin. in reg. 323. in 9. fallen.
4 extendit † etiam ad debitorem: vt creditor qui alias non poſſet conſequi creditum ſuum, niſi per operas debitoris, valeat pro ipſo comparere in cauſa capitali; tradit Cepol. in conſil. 55.

Et in terminis allegabatur deciſio eiuſdẽ Cepol. qui in cõſ. 45. determinat filio delinquente patrem pro ſuo intereſſe admitti ad plenariam defenſionem, nedum ad vnum articulum, & ibi reſpondet contrarijs, idem explicat Menoch. d. q. 80. num. 64.

Videbatur etiã caſus iſte decidi poſſe ad fauorem
5 comparentiũ ex notatis † per Bart. in l. cum filiusf. de verb. ſign. & Latius in 3. q. Peruſinæ Ciuitatis, quem cõmuniter ſequuntur Doct. vt teſtatur Soc. in d. l. cũ filiusf. nu. 10. & 12. Rolan. conſ. 45. nu. 58. & col. 94. nu. 24. lib. 3. Inquit enim Bart. diſtinguendo in materia iſta, quòd ſtante ſtatuto, quòd pater teneatur pro filio, an teneatur filio in cõtumaciam condẽnato. Aut ſtatutũ reſpicit condemnationẽ, & dicit teneri, & ficta confeſſio filij patri quoq; nocebit, Aut non loquitur ſimpliciter, ſed conditionaliter reſpiciendo delictũ veluti; ſi dicat ſi filius commiſerit delictum (vt eſt caſus noſter) & tunc dicit ſi non conſtet de delicto aliter, quàm per contumaciã
6 filij, & tunc non tenetur, quia † ficta confeſſio filij perſonam non egreditur l. eius, qui. ff. de iu. fiſci. Bart. d. q. 3. & in terminis fictæ confeſſionis: tertio non præiudicabilis, de com. opin. teſtatur Menoch. conſ. 100. nu. 162. Cum igitur ſtatutũ, c. 71. loquatur conditionaliter ſi forenſis occidat ciuẽ Lucen; merito &c. Nec refert, quod dicebatur filios ſola ſupplicatione ad Principem vti poſſe, quia intelligi debet in ſubſidium deficiente alia via ordinaria. Hic autẽ intra ſtatuta tempora ad ſe defendendum compa-
7 ruerunt: Ideo illius opus non erat † precibus implorare, quod ipſis iure conceditur, l. 1. C. de theſau. lib. 10. Socin. in c. accedentibus, num. 53. de priuilegijs.

8 Sed dubiũ faciebat, † quia ſtatutum prædictum in ea parte, quia filios ex delicto patris impune poſſe offendi diſponitur, videbatur prorſus aduerſari iuri humano, & diuino, vt no. Bal. in l. ſancimus, C. de pen. Soc. in d. l. cum filiusf. nu. 17. de cuius ſtatuti odio, & irrationabilitate late poſt Sal. in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maie. & Aret. de maleſi. in verbo. *Che hai tradito la tua patria:* Iaſ. in conſil. 106. circa primum, lib. 4. & in terminis d. ſtatuti Lucani nouiſſime conſuluit Scarlati. Regien. conſil. 113. inter Conſilia crimin. diuerſorum, lib. 1. Cum etſi quandoque ex cauſa alius pro alio in ære, & in exiſtimatione puniri poſſit. Bald. in l. 1. C. ne fil. pro patre, & d. l. quiſquis. Alexand. in l. ſæpe. colum. 10. de re iud. Fely. in cano. ius generale prima diſtinct. Dec. conſil. 520.

Tamen, quòd alter pro alio in corpore plecti poſſit, id nullo iure ſuadetur, vt plenè per Couarr. in loco infra citando.

Et

Et licet diuino iudicio ex cauſis humano iudicio latentibus ob alterius culpam innocens temporali, & corporali pœna quandoque puniatur, vt de Sodoma dicitur, quod paruuli ob peccatum parentũ fuerunt igne conſumpti: Geneſ.c.19.& de Dathan, & Abir, qui ſine vlla propria culpa ob parẽtum ſcelera viui a terra abſorti fuerunt Numeri cap.17.

9 Hominibus † tamen non licet diuina iudicia imitari, niſi quatenus ex cauſis manifeſtiſſimis nobis diuinum iudicium propaletur, non autem ex latentibus, & incognitis; de qua re abunde Couarr. varia. reſol.cap.8.lib.2.

Tandem ne videremur ſuperioribus pares eſſe
10 velle, & de eorum auctoritate quaſi ſacrilegi † diſputare, vt dicebat Bald. in conſil.359.col.1.lib.1.
11 Relinquentes † d. ſtatutum in ſua duritia ac aſperitate, l. proſpexit. ff. qui, & a quibus ſumus in voto admittendi capitula prædicta pro intereſſe comparentium, non obſtante Cap. Rotæ 16. & c. Statu. 2. lib.4. quia iſti non ad impediendum patris condemnationem comparent ſed ad ſe liberandum a periculo impunibilis offenſionis perſonæ propriæ, & hoc principaliter agere intendunt, quicquid inde
12 per conſequentiam ſequatur † quòd non eſt attendendum, l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. pet. Hippol. ſing.247. Crau. conſ.6.nu.112. Gomeſ. ſuper Reg. cancel. de non toll. iu. quæſito. in 3.q. cum concord. per Tiraquel. res inter alios acta, verſ. ſic, & ſemper
13 &c. Extra † enim tres caſus omnino prohibitos videlicet, quia cum eis non ſit lis conteſtanda, nec de tortura inquiſiti agitur, nec de ſententia contra inquiſitum ferenda tractatur, in reliquis principaliter pro ſuo intereſſe venientes non repelluntur in iudicio capitali. Menoch. d.q.80.num.64.

Adijcientes (obiter tamen) ad temperamentum,
14 & reſtrictionem præcitati odioſi ſtatuti † non procedere in non conceptis tẽpore banni paterni, tanquàm infecto ſanguine non geniti ſec. Albe. in l. qui in vtero, nu.16. ff. de ſtatu homi. Bald. & Ang. Aret. in §. cum autem, num.3. inſtit. de hæred. quæ ab inteſta. deſe. Rimin. in conſil.101. inuita. nu.3.
15 Nell. in tract. banni q.101. tempo. Rurſus † locum ſibi vendicare viuente tantum bannito delinquente quemadmodum originarie decidit Iaco. de Are. in l. Titia. Seio. §. vſuras, num.1. de leg.2. cum concordantibus ſignatis per Tiraq. de coſſ. cauſa, in 1. part. num.106. etiam ſi ſtatutum diceret perpetuo fore bannitos cum tunc dictio perpetuo reſtringatur ad vitam banniti, vt ibi per Tiraq. Tertio limi-
16 tatur d. ſtatutum in filio † emancipato, vt ex communi opin. aſſerit Scarlat. d. conſ.113.nu.15. & ſeq.

Poſtremo præter alios dicimus non habere lo-
17 cum in filijs † fœminis propter infirmitatem ſexus, in quibus minus audacia præſumitur, & hereditarij criminis exempla in eis ſunt metuenda, arg. notato per Iaſ. dict. conſ.106. colum.2. lib.4.

ANNOTATIONES.

8 Non tenetur. Hanc diſtinctionẽ ſequitur etiam Rolan. conſ. 36. nu.24. & conſil 94. num.19. lib.3. & communio: recipitur Doct. Bertazzo. conſ.83. nu.13. Et pater pro intereſſe ſuo debet audiri, Soc. & Alcia. in d. l. cum filiusf. in prin. Quod eſt verum, quando non tractatur de excuſanda, uel probanda innocentia filij, ita ut filio proſit, ſed de eo quod eſt ſeparatum a crimine, etiam de innocentia, ita tamen, ut filio non proſit. Modeſt. Poleot. in nouiſſ. tom. crim. conſ. 49. nu.42. & idem in fideiuſſore, ut late tradit Iul. Scarlat. d. tom. cum conſil.114. per totum, & de utroque, ſcilicet de patre, & fideiuſſore ſimul Bertaz. conſil.184. nu.23. & 4. Ego autem prædicta credo uera in eo, quod eſt ſeparatum a crimine, ſed quoties tangitur defenſio innocentiæ delinquentis non credo poſſe ſuſtineri, quia etiam quod in illo iudicio non iuuaret delinquentem, detegeretur tamen ita eius defenſio, ut ex illiſmet probationibus ſaltem repetitis iuuamen ſentiret, & ſic conſtitutio, & ſtatuta prædicta redderetur eluſoria, & fruſtratoria, & iſta ratio expreſſa eſt in conſtit. fe. record. Pij iiij. de quinta in Bullar. num. 128 quaſi in fine. verſic. & ſimiliter ſi per principalem, vbi fideiuſſor ſecuta contrauentione ſtatim cogitur ad ſoluendam pœnam conuentionalem, nec auditur allegans nouam cauſam, ne propterea per indirectum delinquens audiatur, ibique idem cauetur de patre circa legitimã filij delinquentis, & condemnati, & vide infra deciſ. vlt. num.21. vbi ſcripſi. Quid quando filius habet filios, an pater teneatur pro delicto filij. quod non, immo tota filij legitima reſeruatur eius filijs. Bal. in l. ſi qua pœna q. pen. ff. de his qui ſunt ſo. vel alie. iur. Royn. conſil.8. num.6. lib.5. Thob. Non. conſ.95. vbi late, & hoc non procedit in crimine leſæ maieſtatis. Gig. de crim. leſ. maieſt. lib.2. rubr. vlt. queſt.15. Caball. ad conſt. March. lib.4. cap.18. gloſſ.8. & ita uidi pluries iudicatum, & iudicaui dum eſſem locumtenens in Gubernio Spoletino pro Ill. D. Baiardo Guber.

SVMMARIVM.

1 *Vbi conuenit inter partes de ſcriptura facienda, in aliquo actu, tunc ante confectionem ſcripturæ contractus dicitur imperfectus, & poſſunt contrahentes pœnitere.*
2 *Teſtator enunciata eius voluntate ſi mandet vocari Notarium, vel ſcripturam faciat, & interim antequam veniat moriatur, an illa voluntas valeat, vt teſtamentum, num.21.*
3 *Promittens vendere liberatur præſtando intereſſe etiam ſi rem tradere poſſit.*
4 *Vendens vero preciſe tradere cogitur.*
5 *Obligatus ad factum liberatur damno intereſſe.*
6 *Pœnitentia locus eſt in contractu innominato.*
7 *Venditio facta ad menſuram an dicatur conditionalis.*
8 *Fides vbi ſana non ſit, nec ibi iuſtitia eſſe poteſt.*
9 *Lex & iuſtitia ſub fide continentur.*
10 *Fides ſi non ſeruetur, homines ſegniores fiunt in agendis negocijs.*
11 *Reſpublica nulla re vehementius continetur, quàm fidei & promiſſorum obſeruantia.*
12 *Venditio ex quibus perficiatur.*
13 *Venditio per teſtes probari poteſt.*
14 *Proxeneta an ſit idoneus teſtis.*
15 *Obligatus ad aliquid dandum, vel faciendum cogitur per inſtrumentum cautos nos reddere.*
16 *Declara quando non conſtat de obligatio. probatio. in ſcriptis.*
17 *Actus reprobatus propter turpitudinem agentis, tùc nullo iure permittitur, & actui de iure diuino prohibito comparatur.*
8 *Sequentia declarant præcedentia.*
19 *Scriptura, quando dicatur de ſubſtantia contractus, vbi contrahentes de ea mentionem facient.*

2 *Contractus innominatus ordinatus ad nominatum iudicatur, vt nominatus.*
21 *Teſtator, qui promulgata voluntate mandat pro Notario ad faciendam ſcripturam, & interim moriatur, quomodo dicta voluntas ſeruanda ſit.*
22 *Pretium principale principalis rei venditæ ſufficit eſſe liquidum ad hoc vt contractus dicatur purus.*
23 *Extimatio rei facienda an faciat contractum conditionalem.*
24 *Promiſſa non ſeruans cum poſſit, dicitur eſſe in dolo.*
25 *Promiſſis non ſtamus ex tribus cauſis.*
26 *Malitia ſua cuique prodeſſe non debet.*
27 *Contractus ab initio ſunt voluntarij, & poſtea neceſſarij.*

ARGVMENTVM.

Scriptura, & rogitus Notarij an, & quãdo dicatur de ſubſtantia actus, vbi inter contrahentes conuentum ſit de ſcriptura facienda.

DECISIO XCV.

EXPLETO Rotæ auditoratus munere, compoſitiſque, ac tranſmiſſis ſarcinulis, interim dum Sindicatus noſtri dies ſupereſſent, fui inſtãter requiſitus a nobili viro Dom. Bernardino Antelminello, vt quid in infra dicẽda facti ſpecie ſentirẽ, enunciare vellem, cuius conſultationi ſic de iure reſpondendum duxi. Thema tale erat, Mediante Gaſpate proxeneta cõcluſa fuit venditio cuiuſdam agri certo cõuento pretio, certis modis, & temporibus ſoluendo inter Thomam de Piazzano vẽditorem, & dictum Nobilem Antelminellum emptorem, & quod ad ſimplicem requiſitionem alterius ex ipſis cõtrahentibus publicum inde fieri deberet inſtrumentum. Ad huiuſmodi inſtrumenti celebrationẽ faciendã iudicialiter requiſitus venditor, eam facere obnegebat: Quærebatur an iure recuſaret, & promiſſis licitè contraíretur, prout contraíri poſſe, & recuſare dicendum videbatur.

1 Nam ex quo inter partes † conuentum eſt de publica ſcriptura conficienda; & de rogitu Notarij cogitatum, videntur inter ſe tacite egiſſe, quod interea quamdiu hoc publicum documentum non ſit ſecutum cõtractus iſte ceptus magis, quàm perfectus dici debeat, tacitamque conditionem contineat, videlicet ſi interim eos non pæniteat. Adeo, quòd Thomas improbe argui videretur ſi ſecundũ tacite acta, ac intellecta pactum non ſeruet, & in id extat in terminis deciſ. Caſtr. in l. cum res, C. de prob. in l. quibis idem, ff. de verbo. oblig. & in l. contractus C. de fid. inſtr. quem ſequitur Dec. in conſ. 11. Socin. conſil. 120. circa primum, lib. 4. num. 17. Ceph. conſil. 66. num. 18. Celſus Vgo. conſil. 67. nu.
15. vbi in ſimilibus terminis concludunt ſubſtantiam contractus fore ſuſpenſam vſque ad confectionem ſcripturę, indeq; tanquam ab imperfecto contractu licere interim contrahentibus diſcedere, & penitere, & tradit ex commu. opin. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſu, & creatio. lib. 2. c. 12. nu. 13. & li. 3. c. 25. 39. limit. nu. 22.

Quod comprobari videbatur ex notatis per Ioã. And. in addi. ad Spec. de inſtr. edi. §. compendioſa, verſ. quid ſi prius, & per Oldr. conſil. 119. Titius cũ concordantibus per Ant. Gab. li. 4. de teſta. concl. 9.
2 vbi † ſi teſtator enunciata voluntate iuſſerit vocari Notarium pro ſcriptura conficienda, & ante Notarij aduentum moriatur, illa ſic probata voluntas non valet in vim teſtamenti, ſed potius dicitur quædam diſpoſitio ad teſtandum, quàm teſtamentum. Idem quoque dicendũ videbatur in caſu iſto, quod hęc conuentio ſit potius ratiocinatio ſeu promiſſio de vendendo, quam venditio, quæ inter ſe plurimũ differunt, vt poſt gloſſ. in l. in bonæ fidei, tradit ibi Caſtr. & Fulg. ff. de eo, quod certo loco Rube. Alex. conſil. 39. col. 1.
3 Promittens † enim vendere quantumcunque facultatem habeat rei tradendæ liberatur præſtando intereſſe: Corn. conſil. 256. lib. 2. Art. Pinel. in l. 2. in
4 2. par. num. 21. C. de reſcin. vend. quod † non poteſt facere venditor; qui ſi facultatem rei tradendæ habeat præciſe tradere tenetur, vt ex magis commun. opin. dicit Ant. Burg. in rub. de empt. & vend. nu. 3. Arri, Pinel. in l. 1. in 3. par. nu. 25. C. de bon. mater.
5 & ea eſt differentiæ ratio: † quia promittens vendere obligatur ad factum, cuius loco ſuccedit intereſſe. Rol. conſil. 6. in preſenti, nu. 13. & ſeq. lib. 3. Bero. conſ. 115. nu. 18. lib. 1.
Quinimo in hac facti ſpecie verſari videbamur in promiſſione dandi ex cauſa, videlicet, pro exburſatione, & bonorũ conſignatione reſpectiue facienda, & quod teneatur de ſuo ſoluere gabellam, vt in pactis d. venditionis, & ſic in contractu innomina-
6 to † in quo ſine controuerſia locus eſt pœnitentiæ. l. dedi. §. 1. l. ſi pecuniam, cũ ibi, not. per gl. & Doct. ff. de condit. indeb. Bal. in l. petens, C. de pact. & fere in ter. Ruy. in conſ. 131. viſis, lib. 1.
Accedebat, quod ex cõuentione fieri debeat extimatio melioramẽtorum, ita quod vſq; quo nõ fiat, contractus ſit conditionalis ad inſtar venditionis fa-
7 ctę ad menſurã, l. ſi quidẽ, vbi Bal. C. de recept. Ruy. conſ. 181. proclara, nu. 11. li. 1. Neuiz. conſ. 38. nu. 4. His tamen non obſtantibus contrarium de iure verius eſſe apparet: Neq; fas eſſe huic de Piazzano petitã inſtrumenti celebrationem detrectare, & recu-
8 ſando fidem fallere † Quippe cum vbi ſana fides nõ ſit, ibi nec iuſtitia eſſe poſſit can. vbi, 24. q. 91. lex. n. & iuſtitia ſub fide continentur, §. feſtinabis in auct.
9 de mand. prin. † Quæ ſi non ſeruetur, in negocijs peragendis homines ſegniores reddentur; & commercia frigeſcent §. hoc ſimiliter in auth. vt lice. de
10 cætero. † Nullaq; res vehementius continet Rempublicam, quàm fides, imò incommutabilis fidei eſt omne, quod viuimus Caſſio. lib. 5. Vari. epi. 40.
Conſtat enim per teſtes de re certa vendita, de pretio.

pretio, pretijque fidæ habita, ac mutuo contrahen-
12 tium conſenſu. † quæ omnia perfectæ venditionis
teſtimonium perhibent. l. 1. & per totum titulum.
ff. & C. de contrah. empt. Fabia. de Monte in tract. de
empt. & vend. quæſt. 1. priu. Pariſ. conſ. 64. luculen-
ter, num. 6. 7. 8. libro 1. Cum non ſit ambigendum,
13 † venditionem per teſtes probari poſſe, ut tradit
Rom. conſ. 91. viſis, in princ. Alex. conſ. 18. viſo, lib. 1.
Arri. Pinel. in rub. de reſcind. vendit. cap. 1. num. 7.
14 Inter quos adeſt Proxeneta, qui & ſi de iure com-
muni propter nimiam affectionem non reputetur
idoneus ſi ab una parte tantum producatur, ut ex
magis communi teſtatur. Curt. iun. conſi. 112. nu. 8.
Addentes ad Capel. Tholoſ. 9. 94. cum ſimili. per
Anto. Gabr. lib. 1. de teſtib. concluſ. 1. tamen attenta
Lucana conſuetudine ei plus fidei adhibetur, quam
ſimplici teſti.

Qua ſtante vẽditione ſic pure, ac perfectè facta,
& probata non ſatis probe Thomas agere videtur
dum rei geſtæ promiſſum inſtrumentum inire re-
cuſat, ad quod faciendum ipſo quoque iure ceſſan-
15 te promiſſione cogi poſſit. † Nam ubicunque quis
nobis obligatur ad aliquid dandum, vel faciendum,
compelli poteſt, ut per inſtrumentum nos cautos
reddet, quo facilius probare poſſimus.

Alias ſi recuſat, turpitudinem ſuam allegare di-
citur, & non auditur, ut decidit Natta, in conſ. 382.
miror. & tradit Iac. Albenſ. in conſil. 33. ſtantibus,
16 num. 1. † vbi dicit quem poſſe cogi ad inſtrumen-
tum, quando de conuentis non adſit probatio in
17 ſcriptis. † Et ubi actus reprobatur propter turpitu-
dinem agentis, tunc nullo iure permittitur, & æqui
de iure diuino prohibito comparatut, Bal. in l. teſta-
menti factio. ff. de teſtamen. Quam venditionem in
ſua ſimplicitate, ac perfectione arguunt quoque ſuc
ceſſiua verba d. Thomę, qui ad oblationem quarun-
dam terrarum inſolutum dandarũ reſpondit. *Che*
18 *non li piaceuano, perche le voleua in piano*, † optima
enim præcedentis contractus declaratio ſumitur ex
his, quæ poſtmodum contrahentes faciunt. dicunt-
que ſecundum Bar. conſ. 59. quem refert Iac. Alben.
conſ. 59. quamuis, num. 7.

Nec obſt. Doct. Caſtr. & ſequacium pri. loco cita-
19 ta in contrarium: quia † procedit quando hoc a-
ctum eſt expreſſe inter partes, videlicet, quòd con-
tractus celebretur in ſcriptis, & quòd ante celebra-
tionem nihil valeat: Alias ſi ſimpliciter conuenia-
tur de inſtrumento conficiẽdo, tunc præſumitur de
ſcriptura cogitatum ad faciliorem probationẽ, non
autem pro forma actus, vt hic accidit, ubi poſt abſo-
lutam venditionem per verba de præſenti fuit de
ſcriptura poſtmodum cogitatum, & ita hunc con-
trouerſum articulum cõciliat. Salic. in Auth. ſed no
uo iure, colum. 3. num. 8. C. ſi cert. pet. Bart. Cyn. &
alij communiter in d. l. contractus. Claud. de Seiſel-
lo. & Aret. in d. l. qui bis idem. Bero. conſil. 80. in fi.
lib. 3. Vaſq. q. Illuſtri. c. 28. colum. fi. lib. 1. & ex com
mu. opin. poſt Dec. Addentes ad eam in conſil. 340.
Crau. conſ. 107. Cum caſus, col. 2. lib. 1. quam verio-
rem, & communem teſtatur Anchar. quæſtio. 21. 2.
par. vnde cum ſimus in cõtractu emptionis, & ven-
ditionis, qui de ſua natura abſque ſcriptura ſolo cõ
ſenſu perficitur, ſcripturæ mentio facta dici debet
ad faciliorem probationem, non autem pro forma.
Et quamuis nonnulli cum Azone, & Placentino in
d. l. contractus ſenſerint, quod eo ipſo quod de ſcri-
ptura contrahentes mentionem faciant, pro forma
dicatur mentionata ad ſubſtantiandum actum abſ-
que eo, quod dicatur vlterius, quod contractus non
ualeat, vel æquipollens. Eorum tamen opin. comm.
reprobatur, quia requiritur d. formula, vel æqui-
pollens proteſtatio. Couar. in cap. relatum. Il primo
ſub nu. 9. in fi. de teſtam. Vaſq. d. cap. 28. num. 22. &
ſeq. Non obſt. quod dicebatur de ratiocinatione,
ſeu promiſſione de vendendo, quia teſtes deponunt
de vera & ſimplici venditione, & dato, quod verſa-
remur in promiſſione de vendendo, adhuc non li-
ceret pœnitere, & petitum complementum inſtru-
menti non eſſet denegandum. Quia in contractu
20 † innominato ordinato, tamen ad nominatum non
datur pœnitentia, & de eo ſicuti de nominato iudi-
catur Bal. in l. quamuis. C. de tranſact. Ruyn. conſil.
131. ſub nu. 8. lib. 1.

Præterea Antelminellus per hanc requiſitam in-
ſtrumenti celebrationem nihil petere dicitur ab ad
uerſario in executionem venditionis, ſed tantum
perpetuationem, ſeu præparationem ad aliud iudi-
cium, arg. notatorum per Bald. in l. publicati; nu. 3.
C. de teſtam. ita quod intempeſtiue excipitur de pę-
nitentia vendentis. Neqne aduerſatur argumentũ
adductum de teſtatore iubente accerſiti Notarium,
qui ante eius aduentum moriatur.

21. † Quia vbi teſtator ſuam uoluntatẽ perfecte pro
tulit verbis aptis ad teſtandum, ſeu codicillandum,
tunc illa uocatio notarij non ſuſpendit actum uo-
luntatis perfectum, ſecus ſi verbis non aptis ad prę-
dictam voluntatem enunciauit, ita de commu. opi.
teſtatur Ludo. Zuntus, in reſpon. pro vxore, nu. 291.
292. 293. prout accidit in caſu iſto, vbi poſt com-
pletam venditionem per mutuum cõſenſum, & fi-
dem habitam de pretio declarato, fuit habita men-
tio ſcripturæ conficiendæ potius ad rei perpetuam
memoriam, quam ad ſolemnitatem, & ſubſtantiam
actus, quæ ſcriptura, ſi non ſequatur, non ideo con-
ditionis contractus de per ſe manens, & abſolutus
reſcindi debet. Parui quoque refert melioramen-
torum æſtimatio facienda, quaſi conditionalem fa-
ciat eſſe contractum, quemadmodum venditio ad
menſuram.

22 Quia ſatis eſt, † quod principalis rei pretium ſit
purum & liquidum ad hoc, ut contractus dicatur
purus, & perfectus non obſtante pretio accidentali,
ſeu conſecutiuo melioramentorum, ad notata per
Soc. in conſi. fi. lib. 3.

Et ſi quam conditionem importaret æſtimatio
23 facienda † non tamen facit contractum cõditiona-
lem, quo ad pœnitentiam. Couar. pract. q. c. 3. nu. 6.
Pariſ. conſi. 59. uiſo, num. 89. lib. 1. & dicit Andr. de
Iſer. & alij, in cap. 1. qui ſucced. Te. quod contractus
conditionalis etiam dicitur irreuocabilis.

Nec etiam vrget implementum non ſecutum ex
parte agentis ſecundum terminos. l. Iul. §. offerri de
actio.

actio.empt.cum concordantibus per Vaſq. lib. 4. q. Illuſtr.cap.93. nu.7. quia vltra, quod actor obtulit ſeparatum implere implenda pro parte ſua, nihil et petit in executionem venditionis, vt dictum eſt, ſed tantum pro cautela rerum geſtarum ad perpetuam memoriam inſtrumenti celebrationē requirit, nam cum veritas præſentis venditionis ſtet in teſtium periculo, caducitate, & fragilitate, rationabiliter de huiuſmodi oportuno ſcripturæ remedio ad perpetuam rei memoriam inuento, & mutua partiū conuentione promiſſo ſibi proſpicere cogitauit.

Quam promiſſionem cum Thomas ſeruare poſ-
24 ſit, & debeat, † non ſeruando dicitur eſſe in dolo. l. dolus, cum ibi not. per gl. l. ſi procuratorem. §. dolo. ff. manda. Craue. conſi. 100. Titius, num. 9.

25 Generaliter enim † ex tribus cauſis non ſtamus promiſſis, vt tradit Rebuf. ſuper cōſtit. Regni. vt benefi. ante vaca. art. 2. gl. 15. videlicet, aut animo fallendi, ſeu decipiendi, quamquam, & hoc prodeſſe
26 non dedet d. Thomæ, † qui ſub clipeo propriæ malitiæ patrocinari ſatagit. c. 2. de dolo & contu. Aut, quia pęnitet, & hoc ſimiliter non eſt admittendum cum lex reſiſtat, & in bonę fidei cōtractibus pœnitentiæ locum minimè relinquat, doct. in l. cum proponas: la ſecunda, C. de pact. Aut quia promiſſa adimplere non poſſumus, & hoc pariter promittētem nō excuſat, qui nullum impedimentum, vel impoſſibilitatem allegat. præter defectum voluntatis im-
27 memor illius vulgaris regulæ, quòd † contractus ab initio ſunt uoluntarij, & poſtea neceſſarij. l. ſicuti. C. de act. & oblig. tradit Soc. c. querelam, num. 9. Ne Prelati vices ſuas, &c. Et ex his ſiue ſimus in venditione, ſiue in promiſſione de vendendo, non debet denegari petita inſtrumenti celebrato ad perpet. rerum geſt. memoriam.

ANNOTATIONES.

a In contrarium. Vide latiſſime diſputantem, & referentem opiniones ac firmantes magis communem Cart. iun. conſ. 303 nu. 4. cum pluſibus ſeq. conſ. 304. num. 47. & ſeq. & conſ. 348. nu. 24. & ſeq nec non latiſs. Rimin. iun. conſ. 31, vbi etiam de magis cauſa, & quid ſi non fuerit dictum, quod aliter contractus non valeat.

SVMMARIVM.

1 *Principaliter agens ad poſſeſſionem adiecta cauſa an dicatur poſſeſſorium, vel petitorium, aut vtrumque intentaſſe.*
2 *Concluſio libelli præualet narratis, & attendenda.*
3 *Proponens ius reale dicitur petitorio iudicio agere.*
4 *Dictio, libere, importat petitorium.*
5 *Clauſula libelli petens, &c. deſignat petitorium.*
6 *Diuiſionis inſtrumentum probat poſſeſſionem, & dominium.*
7 *Inſtrumentum mentionem faciens de aliqua ſcriptura tanquam de ſua cauſa, tunc vtrumque oportet produci alias non probat.*
8 *Scriptura ſi continuatur ab altera, & ſe ad alteram remittit, non probat non probato de ſcriptura relata.*
9 *Scriptura relatiua ſine relato dicitur eluſoria.*
10 *Referentis nulla dicitur eſſe virtus ſine relato.*
11 *Virtus declararina referentis a relato ſumitur.*
12 *Referens ſe ad aliud ſi in referente certitudinaria aliquid exprimat, & diſponat, abſque relato probat.*
13 *Exemplum quomodo probet.*
14 *Teſtes generaliter loquentes cedere debent ſpecialiter deponentibus.*
15 *Venditio quando dicatur facta ad corpus, vel ad menſuram.*
16 *Exemplum licet non probet, facit tamen non leuem præſumptionem.*
17 *Poſſeſſorij cauſa, quando plenas probationes requirat.*
18 *Poſsidens per decem annos ſeparatim rem aliquam præſumitur ſibi in portionem veniſſe.*
19 *Teſtis de auditu quomodo probet.*
20 *Præſumptio non omnis transfert onus probandi, ſed quæ a lege pro plena probatione habetur.*
21 *Non opponens videtur conſentire.*
22 *Tertius debet reaſſumere cauſam in ſtatu, quo reperitur.*
23 *Tertius comparens poteſt probare, & alia facere, quæ non poterat principalis.*
24 *Tertio non nocent acta facta cum pro principali.*
25 *Tertius comparens poteſt omnia de nouo inchoare.*

ARGVMENTVM.

De ſcriptura ſeu inſtrumento referente, quod ſi de relato non conſtet, non probat.

DECISIO LXXVIII.

PER mortem Nicolai q. Michaelis de Noſſano ſine filijs, & nullo condito teſtamento decedentis, eius hæreditas quinq; ſororibus ſuperſtitib. videlicet, DD. Catherinę, Barbaræ, Angelæ, Agathæ, & Lenę tanquam ab inteſtato proximioribus deuoluta fuit. Quæ tandem inter eaſdē hæredes diuiſa extitit mediantib. partitorib. ac adęquatorib. ad id ſpecialiter electis, & deputatis, vt cōſtat pub. inſtrumento inde celebrato de anno 1549.

Et inter alia diuiſores in portione D. Agathę obuenta poſuerunt vnam petiam terræ ſub his verbis, videlicet, nu. 52. *Selua grande acca ſato, ouero la communaglia coltre 17. quarte 1. pertiche 60. ſcut.* 105.

In alia vero parte tāgente ad D. Lenam mediantibus Martino, Franciſco, & Vincentio eius filij de Pagninis appoſuerunt vnam petiam terræ hoc modo, videlicet. Num. 57. *Selua luogo detto in Penna coltre 7. quarte 2. pertiche 0. ſcu.* 60.

Quam diuiſionem d. diuiſores cum infraſcripta declaratione fecerunt.

Dichiarando che in tutte le miſure, & confini delle ſopradette terre (eccetto le miſure delle caſe, & botteghe) ce ne ſiano la maggior parte riportati, &

coſi

coſi ci riportiamo al Martilogio di detti heredi, fatto dell'anno 1518. per mano di Gio. Battiſta di Bianco; Cominciando da numero 1. fino a numero 62. con cinque pezzi dipoi aggiunti, & vna caſa in fine di detto Martilogio a fol. 53. & 54.

De anno 1574. Spect. Nicolaus Loranus d. D. Agathæ filius, & hæres teſtamẽtarius prętendens partem dictæ Siluæ matri obuentæ ea viuente fore occupatam, & de ea ſpoliatam egit ad illius recuperationem contra Spect. Chriſtophorum Lambertum detentorem, & cauſam habentem ab illis de Pagninis, qui tanquam laudati in præſenti iudicio appellationis comparuerunt, & audita ſententia lata ad fauorem actoris contra Lambertum, uti neceſſarij defenſores d. Chriſtophori Lamberti appellarunt ab ea intra legitima tempora, & in ſe judicium plenariè ſuſceperunt.

Fuit in primis excitatum inter nos; cuius naturæ eſſet præſens iudicium, petitorium ne, vel poſſeſſorium, vel vtrumq; contineret, & licet quidam exiſtimarent merum poſſeſſorium intentatum dici debere ex eo, quia principaliter agi dicebat de recuperanda poſſeſſione quantumcunque agens ageret,
1 † adiecta cauſa, quia hæres, & ſummatim de ſuo iure reali edocere teneretur, propter hoc non deſinere eſſe merum poſſeſſorium affirmabatur, ut ex communi opinione deducit Bero. poſt Abb. in c. cum ad ſedem. col. 8. de reſtit. ſpol. in conſ. 111. in cauſa, nu. 4. & 8. lib. 3. & plene per Contard. in l. 1. in §. 1. 2. limita. C. ſi de momen. poſſeſſ.

Contrarium tamen magis placuit, videlicet mixturam petitorij, & poſſeſſorij ſapere in ſpecta † con-
2 cluſione libelli, quæ narratis præualet iuxta vulgatam doctrinam. Bar. in l. certi conditio. in princip. ſi cert. pet. Ang. in l. naturaliter. §. nihil commune, de acquir. poſſeſſ. Alex. conſi. 107. viſo, nu. 1. lib. 2. concludebat enim agens prius declarati bona prædicta obueniſſe d. D. Agathæ, cuiuſque ſe hæredem eſſe, ut hæredi ſpectare, & pertinere, ſubdens. Et ſucceſſiue condemnari detentorem ad libere relaxandum poſſeſſionem d. partis occupatę, & ſic vtrumq; remediũ cumulari non dubium eſt, tam ex propoſitione iu-
3 ris realis, † quod petitorium ſapit, ut not. Ang. in l. regulariter in fi. ff. de pet. hær. & not. Milli. in verbo
4 poſſeſſorium non ſolum, quametiam ex verbo † libere, quæ dictionex ſui propria vi & natura petitorium indicat; & omnem retractationis ſpem in alio iudicio excludit, ut per Iaſ. d. §. nihil commune, nu. 302. Rip. nu. 197. Soc. in l. rem, quæ nobis, num. 14. de acquir. poſſeſſ. Anto. Gab. lib. 5. de reſtit. ſpol. concluſ. 5. nu. 70. Contard. d. l. 1. in quæſt. 15. nu. 35. & nu. 49. Menoch. de recuper. in prælud. nu. 14. Et hoc non videbatur negari in allegationibus iuris pro actore productis, ſtante maxime ſtatuto, quod pro-
5 ceditur ſola facti ueritate inſpecta, ac † clauſula li-
a bellatia petens a & cap. ad Menoch. in prælud. rec. poſſ. num. 16. & per Socin. iun. conſil. 128. dirigat, colum. 2. lib. 2. Sed cuiuſcunque naturę foret hoc iudicium, cenſuimus in omni caſu actorem eſſe in caſu ſuccumbentiæ, & propterea ad fauorem rei conuenti reformantes d. ſententiam D. Iudicis a quo diximus bene appellatum, & male iudicatum.

6 Moti, quia † & ſi inſtrumentum diuiſionis probare dicatur dominium & poſſeſſionem rei diuiſæ, & in partem obuentæ, ut firmat Soc. conſ. 46. in cauſa, lib. 3. Non tamen probat hoc, vel illud in diuiſionem huic, vel illi perueniſſe, niſi expreſſe in eo enunctietur, nam hoc cum ſit quid facti ab allegante probari debet iuribus vulgar.

Nec releuat actorem, quod in d. inſtrumento exprimatur locus, videlicet, caſata (quem vulgo Lucæ Nomichiolo appellant) & menſura cultrarum 17. quia vltra, quod caret deſignatione confinium, diuiſores noluerunt, nec appoſuerunt dictum locum, & dictam quantitatem ex profeſſo de propria ſcientia & indicio, & tanquam de his bene aduiſati, nec abſolute pro tanto, & pro tali habere uoluerũt, ſed relatiue ad aliam ſcripturam magis diſtinctam, & claram ſe reportarunt, vt eorum declaratio expreſſe teſtatur.

Vnde ſi non apparet de Martilogio per diuiſores citato ex quo finium, & quantitatis, & qualitatis certitudo haberi debet terrarum diuiſarum, & a quo ipſimet diuidentes in hac parte menſuræ, & finium voluerunt diuiſionem hanc robur accipere, iſta relatiua diuiſio nihil probat. Nam vt dicit Bal. in auth. ſi quis in aliquo. num. 3. C. de eden. quoties
7 † inſtrumentum facit mentionem de alia ſcriptura, tanquam de ſua cauſa, tunc vtrumque eſt neceſſe producente, aliàs non probat, & illud dicitur magis enunciatum, quam diſpoſitum, idem ſenſit Alex. in conſi. 3. in cauſa. col. 1. lib. 2. vbi dicit, quòd ſi ſcri-
8 ptura † ſe remittit ad alteram, & alteri continuatur ex natura relationis, ſi non apparet de ſcriptura relata, ſcriptura referens ſine virtute remanet: ſequitur Dec. in conſ. 103. diuino, nu. 3. & not. Bal. in l. in ciuile. in fi. ff. de legi. idem ſentit Spec. in tit. de confeſſio. §. 3. verſ. ſed nunquid patris cum concordantib. per Becc. conſi. 5. nu. 5. ex eo enim, quod diuiſores in eorum diuiſione quo ad terras nihil ſpecifica ponunt, ut certitudinarie ſciri poſſit, quid conti-
9 neatur in relato † eorum relatio dicitur eluſoria. Cachera. deciſ. 39. num. 4.
10 Nulla enim dicitur eſſe virtus referentis † niſi de relato appareat, qualis & quanta ſit virtus, & potentia illius. Rolan. conſi. 8. num. 20. præſuppoſito,
11 lib. 3. Burſa. conſi. 75. uiſo, nu. 27. quia † virtus declaratiua referentis a relato ſumitur, vt tradit Aret. conſi. 76. diligenter, num. 6. Pariſ. conſ. 72. uidetur, nu. 59. lib. 1. & relato non apparente referens nihil operatur. Pariſ. conſi. 53. exarato, lib. 1.

Cæterum ſi iſti diuiſores, & adæquatores, qui ius diſponendi habebant; in iſta diſpoſitione referente certitudinem ſuæ, uel eorum uoluntatis explicitæ
12 narraſſent, prout non explicarunt, † nõ eſſet dubitandum, quod referens probaret abſque eo, quod relatum non produceretur ſecundum Doc. Bart. in l. admonendi, num. 7. de iureiur. quem communiter ſequuntur alij, ut ibi, num. 13. teſtatur Alex. & in auth. ſi quis in aliquo, colum. fin. C. de eden. num. 211. & ibi ante eum. Caſtr. in princ. & poſt eos. Dec. num. 40. & in l. 1. in 2. lectura. num. 3. ſi cert. pet. &

in

Digitized by Google

in cap. 2. num. 9. de reſcript. & conſi. 152. col. fi. 169. col. 2. & 3.

Minus etiam erat facienda vis in Martilogio producto, quia ex ipſius inſpectione, & a narratis in exordio illius conſtat illud non eſſe Martilogium Io Baptiſtæ de Bianco ad quod diuiſores ſe retulerunt, ſed eſt quædam nota, ſeu exemplum ab incerto auctore exemplatum ex d. Martilogio Io. Bapti-
13 ſtæ, vt ibi narratur, † quod exemplum cum non ſit ſumptum iudicis auctoritate, nec partium conſenſu extractũ, neque ab ipſo Io. Baptiſta exemplatum, nec ab ipſo aduerſario datum, nec ex archiuio publico releuatum, nec in actis formiter regiſtratum, nullam fidem facit, vt poſt Bar. & Ang. late tradit Ale. d. Au: h. ſi quis in aliquo, & not. Couar. q. c. 21.

Nec refragantur dicta teſtium actoris, loci viſitatio, & menſuratio inde ſubſecuta per quam apparet deeſſe multas cultras terrarum in dicta portione D. Agathæ, & plures ſupereſſe in illa D. Lenæ. Quia vnico verbo reſpondebatur præmiſſa fuiſſe regulata ſecundum lecturam dicti Martilogij, vt ſup. producti, quod Martilogium ſi non probat, vt dictũ eſt, nec quod ſuper eo ædificatum eſt, ſtare poteſt: & teſtes de poſſeſſione d. Agathæ probare Satagentes
14 nimis generaliter, ac confusè loquuntur, † qui cedere debent teſtibus rei conuenti ſpecificè de poſſeſſione per 20. annos continuos, & ultra deponentib. Natta, conſi. 572. valde, num. 10. poſt Inno. in l. auditis de præſcrip. & in conſi. 96. ſcriptl. num. 5. Rim. conſi 431. nu. 27. lib. 3. Ant. Gabr. lib. 1. de teſtibus, concl. 4. num. 72. & ultra poſſeſſionis continuationem, ſpecificè probant etiam nomen loci, & locum ipſum, *penna ouero mancennese*, ſemper protendiſſe vſque ad *cauale*, de quo in proceſſu, & ſic conſequenter bona poſſeſſa per Pagninos, quæ vendicare Loranus tentat includi, & comprehendi ſub d. vocabulo *penna* abſque eo, quod tangat de pertinentijs caſatæ, *o communaglia*. Et proptorea expediret videre d. Martilogium, ad quod ſe retulerunt diuiſores, ut inſpici poſſet, an d. portiones eſſent aſſignatæ ad corpus, an vero ad menſuram propter effectum inde diuerſimode reſultantem. argum. eorum, quæ
15 dicuntur de vẽditione † facta ad corpus, vel ad menſuram, de quo Oldr. conſil. 197. in conceſſione. Io. Andr. ad Spec. de empt. & vend. §. ſciendum, ad fi. Bal. in rubr. C. de contrah. empt. q. 21. Hierony. de Monte, in tract. de fini. c. 88. & poſt relatos Couarr. pract. q. c. 3. & Rolan. conſ. 100. lib. 3.

Et quamuis in hac materia exempli Doctores con-
16 ueniunt, quod ſi non probet, † ſaltem maximã præſumptionem faciat, vt in d. auth. ſi quis in aliquo placuit Alex. nu. 7. Iaſ. nu. 6. Dec. & Cur. iun. nu. 54. Tamen cum agatur in cauſa miſta, & in poſſeſſorio
17 ſeu de poſſeſſione plena, & ſucceſſiua, † non eſt præſumptionibus, & ſemiplenis probationibus ſuper ea tranſigendum ſecundum magis communem opi, vt poſt Alex. in conſi. 187. in fi. lib. 7. teſtatur Contar, in d. l. 1. in ratio. decid. nu. 7. & nu. 13. C. ſi de momen. poſſeſſ. Beninten. deciſ. 92.

Quinimò ſi præſumptiones attẽdi deberent, nec ipſe reus his deſtitutus videtur, ſed vrgentiſſimis ac probabilius ſuffultus, cum reperiatur per 20. annos, & ultra poſſediſſe poſt diuiſionem ea, quæ mo-
18 do reuocari attentantur, ex quo ſtat † iuris præſumptio, quod iſthæc in portionem ſibi contingerint vulgata, gl. in l. ſi maior. C. commu. diuid. cum qua gl. eſt commu. opi. teſte Ripa, in c. ſæpe, nu. 2. de reſt. ſpol. & not. Iaſ. in §. quædam, nu. 40. inſtit. de actio. & in l. 1. C. qui admi. cum congeſtis per Alpha. in collecta. iuris ciui. nu. 477. & Cæphal. conſi. 396. teſtator. nu. 8. & ſeq. Villalob. com. opi. lit. D. num. 83. late Vaſqui. lib. 2. illuſt. q. c. 66. per totum.

Nec placuit, quod dicebatur de præſumptione oriente ex tali ſcriptura de alia faciente mentionẽ, vt æquiparetur ſaltem d. vnius teſtis de auditu, & conſequenter ſi nõ probaret, onus tamen probandi
19 contrarium in aduerſarium transferret, † quia hoc in teſte de auditu iure non probatur, & contrarium
20 firmat Rota Bonon. deciſ. 67. dubium, nu. 8. † cum non omnis præſumptio transferat onus probandi contrarium, ſed illa tantum quæ loco plenæ probationis lege, vel ſtatuto habetur, vt eſt in caſu filiationis probandæ, adulterij, & præſumptionis iuris, & de iure tradit Menoch. de arbitr. caſu 115. nu. 7. lib. 2. cent. 2. Nicol. Moro. in tract. de fide, treg. & pace, 2. par. q. 54. Bero. conſil. 193. in cauſa, nu. 4. lib. 3.

Rurſus opponebatur ab actore non poſſe illos de Pagninis reuocare in dubium Martilogium productum non probare, quaſi fuerit in prima inſtantia per Chriſtophorum Lambertum in cauſa principalem tacite per non oppoſitionem approbatum; copia enim inſtrumenti minus ſolemniter ſumpta ſi
21 producatur, & a parte † non opponatur, videtur pars acquieſcere, & tacito conſenſu approbare, & fidem facit in præiudicium partis, vt expreſſe tradit de exemplo Dec. in d. auth. ſi quis in aliquo, nu. 27. & ſequitur Craue. conſ. 150. diuino, ſub num. 2. & in conſi. 1. in fi. clarum eſt enim inualidam probationẽ partis conſenſu validari poſſe. Innoc. in c. cum cauſam, de teſtib. Rom. conſ. 104. pater in fi.

Vnde ſicuti idem de Lambertis non poſſet modò impugnare, ita nec iſtos de Pagninis facere poſſe dicendum eſt, qui cum tanquam tertij cauſæ aſſi-
22 ſtant, & defendant eam in ſtatu, † in quo reperitur ſuſcipere debent, vt poſt Innoc. in c. cum ſuper, de re iudic. tradit Couarru. pract. queſt. 13. cap. 13. num. 2. Sed reſpondebatur oppoſitionem non eſſe veram de facto, quia in primã inſtantia Martilogium fuit expreſſe negatum per Chriſtophorum, vt patet ex reſponſione ad 12. articulum facta: & in iure etiam non procedere ſecundum opin. Bart. in l. ſi pro luſorio de upp. & Abb. & Felyn. in cap. veniens, il ſecundo de teſtib. Afflic. deciſ. 235. in quibus locis conclu-
23 ditur † tertium oppoſitorem, ſeu defenſorem poſſe probare, allegare, teſtes producere, & eo quidem tẽpore quo non poſſet id facere ipſe reus principa-
b lis, cum huic defenſori ignoranti nõ præiudicent,
24 † acta cum ipſo reo principali facta, nec eius tacitus conſenſus. l. ſæpe de re iudic. l. a ſententia: de appellatione. Immo dicit Angel. Aretin. in l. a ſen-
25 tentia de appellatione, quod † tertius comparens poteſt omnia de nouo inchoare, refert Benint. deciſ. 75.

cil.75. num. 9. & declarant Addentes ad Aſflict. in deciſ.235.

ANNOTATIONES.

a Clauſula petens. Vide ſupra Magon. deciſ.4 nu.8. vbi ſcripſi, quibus adde, quod virtute huius clauſulæ poterit Iudex deferre iuramentum in ſupplementum probationis, vbi locus erit, etiam parte non petente ſpecialiter Abb. in c.fin. in ſi. de iureiur. Alex. conſi.91. lib.5. Decian. conſi.252. num.5. Gratian. conſi.91. num.8. vol.2. Rumin. iun. conſi.211. nu.16. cum alias parte non petente iudex non deferret Iaſ. in repet. l. admonendi, num.318. verſ. quid autem in iudice. ff. de iureiur. & vide ſupra, deciſ.61 num.3 vbi etiam ſcripſi de iſta clauſula, & quatenus dixi ſupra deciſ.4. quod per iſtã clauſulam dicatur intentatum poſſeſſorium, & petitorium, intellige verum quando narrata in libello ad vtrumque pertinent, quamuis in uno tantum concluſum ſit D. Hier. Gabr. conſ.47. nu.23. lib.1.

b Ignoranti non præiudicium. Secus ſi ſciuiſſet, d. l. ſæpe, & cap. cum ſuper, & cap quamuis de re iud. & ſcribentes in dictis locis ac Didac. pract. q. c.13. cũ pluribus capitibus ſeq. quidam in d. c.13. verſ. tandem in ſumma concludit tria requiri ad hoc, vt ſententia inter alios lata tertio noceat, totã hanc materiam confundere videtur, quippe, quod requiſitum illud, quod ſit neceſſe tertium habere cauſam ab eo contra quem eſt lata ſententia ad hoc, vt d. ſententia ei tertio noceat, falſum eſt cum nullo iure probetur. Et ſi uerum eſſet, vtique deſtruerentur infinitæ communes concluſiones de quibus in d. l. ſæpe cap. cum ſuper, & cap. quamuis per Doctores communiter, & in quibus illud requiſitum nunquã conuenire poteſt, prout uidere eſt in illa communi concluſione de ſententia lata inter duos contendentes de ſublectione tertij, de qua per Fely. d. c. cum ſuper, nu.13. verſ. & ſententia lata. Item in alia concluſione, de qua per Andr. de Iſer. in c. ſi vaſallus de ſuo, ſi de feud. fuer. controu. int. dom. & agn. quam communiter recipi teſtantur. deciſ. Pedem.157. verſ. quibus tamen non obſtantibus. Et de alia per Ruyn. conſi.106. lib.2. vbi de communi cum infinitis alijs de quibus per Doctores in dictis locis.

SVMMARIVM.

1 *Qualibet cauſa habet inſtantiam.*

2 *Cui renunciari non poteſt.*

3 *Nullum eſt quicquid extra inſtantiam fit.*

4 *De nullitate, qui dicere poſſit.*

5 *Tertius auditur petens reuocationem immiſſionis ex primo decreto.*

6 *Immiſſio ex primo decreto debet fieri infra biennium.*

7 *Primum decretum, nec dominium, nec poſſeſſionem transfert.*

8 *Immiſſus ex primo decreto non ſuccedit pleno iure. Succeſſ. particularis, qui plene iure non ſuccedit tenetur ſtare colono.*

9 *Actus habitandi eſt quid indiuiduum.*

10 *Indigentia perſonæ dicitur indiuidua.*

11 *In dubio præſumitur res ad plures ſpectare æquis portionibus.*

12 *Conditio prohibentis in re communi, quando dicatur melior.*

13 *Vbi concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum valet vna ad reſiſtendum, quantum alia ad obtinendum.*

14 *Immiſſus in poſſeſſionem rei communis cum alio dicitur ſocius per accidens.*

15 *Societas per decoctionem finitur.*

16 *Penſiones dicuntur fructus ciuiles.*

17 *Immiſſio nulliter facta, nomen immiſſionis non meretur. Laudum nullum, laudum dici non poteſt.*

18 *Nullitas reducit actum ad non actum.*

19 *Statutum interpretatur a iure communi.*

20 *Immiſſus ex primo decreto de iure communi non fit poſſeſſor, nec fructus lucratur de iure communi.*

21 *Statutum quod tendit ad derogandum in pluribus iuri communi contentari debet in vno derogare.*

22 *Beneficio legis non eſt quis priuandus.*

23 *Locatio iurata operatur, quod alienatio non poſſit fieri in præiudicium conductoris.*

24 *Item non ſufficit ſtante iuramento offerre intereſſe.*

ARGVMENTVM.

Primum decretum intra quantum tempus ſit exequendum, & an immiſſus ex primo decreto teneatur ſtare colono.

DECISIO XCVII.

HIERONYMVS, & Nicolaus fratres de Signoronis, mediante Procuratore locauerunt apothecam Franciſco Arrigino ad certum tempus, & pro certa penſione conducenti.

Conſtantinus Signoronus cum eſſet in notabili ſumma creditor dicti Hieronymi contra eundem agendo fuit immiſſus in poſſeſſionem bonorum illius, & ſpecialiter dictæ apothecæ ex primo decreto, obtinuitque præceptum in forma de dimittendo, & diſgombrando contra conductorem, iuxta formam ſtatuti, lib.1. cap.136. cum tanquam nouus acquiſitor non intenderet ſtare locationi vigore alterius ſtatuti, lib.2. c.103.

Aduerſus huiuſmodi intentatam expulſionem conductor multis modis ſe tueri conabatur.

Dicebat enim decretum hoc nulliter executum,
quia obtentum, & conceſſum fuit die 23. Octobris
1572. & executum die 4. Ianuarij 1576. & ſic ex-
tra omnem inſtantiam tam iuris communis bien-
nio duraturam quam municipalis legis longe mino
1 rem, & cum quælibet cauſa † ſuam habeat inſtan-
tiam, etiam executiua Soc. conſil.95. capiendo, nu.
2. lib.1. Foller. de cenſibus, fol.261. num.35. Aemil.
2 conſi.67. num.1. † cui renunciari non poteſt, vt poſt
relatos tradit Burſa. in conſi.2. colum.1. & 2. meritò
3 † nullitatis vitio ſubiacere dicebatur quicquid ex-
tra inſtantiam factum fuerit. Bal. in l. obſeruare. §.
proficiſci. num.3. ff. de offi. procon. & in l. properan
dum. C. de iud. & in c. de cauſis, de offi. deleg. Rom.
conſ.174. ampliſſime Doctor, col.2.
4 Quilibet † enim ſiue in iudicio principaliter no-
minatus ſiue non vocatus, ratione tamẽ ſui aliqua-
lis qualis præiudicij poteſt de nullitate dicere, ut
tradit Vant. de nulli. tit. quis poſſ. dic. de nulli. nu.3.

Ideo-

Ideoque non ab re dicebat poſt relatos Contard. in
5 l. 1. q. 18. C. ſi de momen. poſſ. † quod tertius auditur petens reuocationem immiſſionis ex primo decreto, quod ſi ad id datur actio, quanto magis exceptio concedenda eſt. l. inuitus. §. 1. de re iudic. l. cui damnus, eo. tit. l. vendicantem de euictio. Et ad oſtendendam nullitatem prædictam in terminis allegabatur deciſ. Bartol. in l. ſi finita. §. ſi quis metu in fi. ff. de dam. infect. & in l. Prætor. ait. §. in eum. ff. de bono. auth. iudi. poſſeſſ. vbi iuſſus immitti in poſſeſſionē,
6 niſi intra biennium ſe immitti procuret perdit beneficium Prætoris; & primi decreti, & ſine nouo proceſſu ingredi non poteſt, quia ut dicit Angel. in d. §. ſi quis metu videtur per lapſum biennij renunciare primo decreto, & cum Bart. ſtat commu. opin. vt teſtatur Andr. Poma. in addit. ad eum in d. §. in eum, ſequitur Iaſ. in l. more, num. 64. ff. de iuriſdict. omn. iud. Neguſan. de pigno. in 3. par. princip. 2. memb. num. 43.
7 Præterea † primum decretum præordinatorium, & præiudiciale ad ſecundum nullum transfert de iure poſſeſſionem, neque dominium, ſed nudam tantum detentationem, vt tradit Contard. in d. l. 1. q. 17. licet ex diſpoſitione ſtatuti, lib. 1. c. 36. immiſſus ex primo decreto fructus lucretur.
8 Vnde † cum immiſſus in vim primi decreti non ſuccedat pleno iure, nec dominus efficiatur, ſequitur quod ſtare teneatur colono ſecundum Alex. in conſi. 118. nu. 18. lib. 5. & eſt tex. clarus, in l. in venditione. §. 1. ubi Bart. & Zaſi. num. 4. ff. de bono. auctor. iud. poſſeſſ. Ex quo ſuccedit communis, ac recepta iuris cōcluſio, quod ſucceſſor particularis & ſingularis, qui pleno iure non ſuccedit locationē non infringit, ut teſtatur Iaſ. in l. diuortio, in princ. nu. 33. ſolu. matrim. cum concordantibus, per Duen. in reg. 240. nu. 6.

Poſtremo ad fauorem cōductoris faciebat, quòd
9 actus † habitandi dicitur eſſe, quid indiuiduum, qui pro parte expediri non poteſt ſecundum Ruyn. conſi. 65. quamuis, nu. 7. lib. 5. Ronchagal. in l. eandem, in princ. num. 127. de duob. reis. Reſpicit enim
10 indigentiam perſonæ † quæ indiuidua eſt, teſte Cabal. in tract. diui. & indiui. in 3. pat. num. 48. & ſic
11 cum ab initio conduxerit a duobus, † quibus pro æquali portione ius competebat. l. nomen filiarum, in fi. de verb. ſign. Crauet. conſi. 61. num. 4. ſi locatio rumperetur pro rata Hieronymi, remaneret ius continuādi in rata Nicolai ære alieno minime affecta: cuius reſpectu magis fauendum erat conductori, quàm Conſtantino ſingulari ſucceſſori.

Nam quod dicitur in re communi meliorem fo-
12 re prohibentis conditionem † locum habet ante factum non ex poſt facto, vt notat Bald. in l. Sabinus. ff. commu. diui. vbi etiam ad propoſitum dicit,
13 quòd quando † concurrunt duæ virtutes paris potentiæ, tantum valet una ad reſiſtendum, quantum alia ad obtinendum, quod dictum Bald. licet in alio propoſito refert, & ſequen. Afflict. in deciſ. 387. numero 2.

In contrarium pro immiſſo allegabatur ſtatutū. lib. 1. c. 136. quo literaliter cauetur immiſſum fore manutenendum in ſua immiſſione, & remota expulſo debitore, vel alio ab eo cauſam habente.

Concluſum fuit contra immiſſum, tam ex primo loco deductis, quam etiam, quia dato, quòd eſſet valide ex primo decreto immiſſus ſtante inſiſtentia conductoris pro parte Nicolai non debitoris, im-
14 miſſus, † qui per accidens quaſi ſocius dici poteſt ad Nattam, in conſ. 303. in princip. debebat tale impedimentum per prouocationem ad diuiſionem remouere iuxta tradita per Socin. in conſ. 58. num. 4. lib. 4 & per Nat. d. conſi. 303. & ex capite finitæ ſo-
15 cietatis cum Nicolao diuiſionem petere, quia † per occupationem, & diſtractionem bonorum debitoris ſocietas ſoluitur, inquit text. in l. in actione. §. 1. ff. pro ſocio. Tradit Petr. de Ybal. de duob. frat. 11. quæſt. princip. num. 5. & in decoctore firmat Ruyn. in conſi. 90. num. 12. lib. 1. vel ſibi facere reſponde-
16 re de fructibus dictæ apothecæ pro rata † Penſiones enim fructus ciuiles eſſe dicuntur, teſte Natta, in conſilio 141.

Et ad dictum ſtatutum dupliciter reſpond. primo intelligi debere de immiſſione valida, non autem de nulla, & inualida l. ſi cum dies. §. ſi intra. ff. de arbitr.
17 Immiſſio enim, quę nulla ſit, † nomen immiſſionis non meretur, nec effectum aliquem parit, ſicuti laudum nullum, quod laudum dici non poteſt. l. 4. §. condemnatum, de re iud. c. paſtoralis, eo. tit. Natt. conſ. 289. nu. 13.
18 Nullitas enim actus † reducit actum ad non actum. l. 1. §. pen. ff. quod cuiuſque vniuerſ. no. cum ſimil. per Vant. de nullit. Quo & intra quæ tempo. num. 16. & ſeq.
19 Secundò cum ſtatuta † interpretentur ſecundū ius commune. Cald. conſil. 9. de conſtit. Socin. iun. conſi. 3. num. 24. lib. 3. Roman. conſil. 318. in fi. ne illi præiudicium, vel minus quam fieri poſſit, inferatur. Rimin. conſi. 319. nu. 18. lib. 2. Rolan. conſil. 21. num. 21. lib. 1. Dicebatur tale ſtatutum intelligi debere de immiſſo, ex ſecundo decreto, qui plenum ius conſequitur, & tanquam dominus expulſione vti poſſet, cum quo ad primum decretum ſatis eſſe deberet, quod lucraretur fructus, & fiat quo ad hoc poſſeſſor: Menochius de retin. poſſ. remedio tertio, nu. 178. & ſequentibus, qui aliàs de iure com-
20 muni † ſolus detentator erat ſine fructuum acquiſitione, ſecundum Alexan. in d. l. ſi finita. §. Iulian. num 106. de damno infect. & etiam Neguſantium de pigno. 3. par. princ. 2. memb. num. 6. Et ſic nulla vis fiet. d. l. in venditione. §. 1. de bon. auct. iud. poſſi. cum ſtatutum, quod in pluribus derogare poterat
21 iuri communi † contentari debeat, quod in vno deroget, eidem Gozad. conſil. 19. num. 5. Grat. conſil. 13. num. 43. lib. 1.

Quæ interpretatio eſt facienda nedum, vt quis
22 indebite damnum non patiatur, ſed † ne beneficio legis priuetur ſecundum Bal. in l. ab executore, nu. 13. C. quo. appell. non recipi. Contard. d. l. 1. q. 7. C. ſi de mo. poſſeſſ.

Et prædicta maximè procedunt, cum eſſet inſtrumentum locationis iuratum, quòd præciſe obligat loca-

locatorem ad obſeruantiam contractus, qua ſtante
23 præciſa obligatione † alienatio in præiudicium cõductoris non teneret, ut tradit Soc.conſil.90. num. 10.& formaliter decidit Natta, in conſil. 246. nu.4. Rolan.conſi.62.nu.40.lib.2.& conſi.6. in 2. dubio, lib. 1. vbi de magis communi opin.teſtatur.
24 Nec † offerendo intereſſe, quod alias ſufficeret ſingulari ſucceſſori ad expellendum conductorem abſque actuali ſolutione, vt de commu. opin. tradit Natta, in conſ. 426. col. 2. particularis ſucceſſor obtinere poſſet, propter præciſam obligationem ex iuramento reſultante, vt per Soc. Nattam, & Rol. in locis præcitatis, & Rolan.d.conſi.6.num.36. lib. 1.

ANNOTATIONES.

a Nec dominus efficitur. An immiſſus ex primo decreto faciat fructus ſuos, & an ei competant remedia poſſeſſoria, & quid in perſonali, quid in reali, quid in hypothecaria vide per Doctores, quos remiſſiue allegat, Gallesſ. ad for came. oblig cap. vlt. num. 5. latiſs. per multos caſus diſtinguentē. vide Menoch. de retinen. poſſ. remed. 3. quæſt. 26 nu. 163. vſque ad num 234. & ante eo. tract. remed. primo, q 1. nu. 4. & multis ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Reductio ſimilis eſt appellationi.*
2 *Idemque ius in reductione, quòd in appellatione ſeruari debet.*
3 *Appellatio, & reductio deuoluit totum negocium cum poteſtate confirmandi, infirmandi, & annullandi.*
4 *Index reductionis cognoſcit etiam de nullitate.*
5 *A ſententia nulla de neceſſitate non appellatur.*
6 *Reductionis petitio deuoluit, & ſuſpendit.*
7 *Nullum quod eſt, non eſt reducibile.*
8 *Nullitatis dictio non eſt remedium reductionis.*
9 *Laudum nullum, laudum non dicitur.*
10 *Statutum loquens de laudo, non comprehendit laudũ nullum.*
11 *Modus agendi attendi debet.*
12 *Nullitas diſiunctiue, ac conditionaliter cum appellatione proponi poteſt.*
13 *Laudum extra tempus compromiſſi latum non valet.*
14 *Laudum & ſententia lata tempore feriarum pendente eſt nulla.*
15 *Perſonale priuilegium perſonam non egreditur.*
16 *Hæres tenetur ad debita hæreditaria pro ea parte qua hæres eſt.*
17 *In diuiduis quis non gaudet beneficio alterius, quod per ſe obtinere non poſſit, ſecus in indiuiduis.*
18 *Poteſt vnus ex pluribus hæredibus partem ſoluere inuito creditore, licet viuens hæres non poſſit.*
19 *Plures poſſunt vno libello conueniri, & contra unum cauſa perſequi poteſt, alia protracta in longius.*
20 *In Doctore ſcientia, & ſufficientia præſumitur.*
21 *Sententia debet eſſe conformis libello*
22 *Conformitas autem iſta in tribus conſiſtit.*
23 *Libelli verba ſunt interpretanda non ad ſubuerſionẽ.*
24 *Læſio in reductionis iudicio ex antiquis actis probanda eſt.*
25 *Laudum extra petita latum non valeat.*
26 *Dolus in iudice multipliciter comprehenditur.*
27 *Poſitiui Doctoris eſt ire per generales regulas, ſed deciſio in terminis perſcrutanda eſt.*
28 *Virilis appellatione licet pars veniat, tamen quandoque totum continetur.*
29 *Statutum prohibens reductionem laudi, tacitam habet conditionem ſi dolus, uel lata culpa abſit.*
30 *Non datur cautela, quod non poſsit peti reductio laudi, ex capite enormiſsimæ læſionis.*
31 *Teſtator præſumitur grauare velle hæredes minus, quàm poſsit.*
32 *Inter reos debendi per petitionem partis inducta dicitur diuiſio debiti.*
33 *Reductione pendente ſuperſederi debet laudi executio.*
34 *Pendente reſtit. in integrum executio ſuſpenditur.*
35 *Contra communem opinionem tentantes, nodum in ſcirpo quærere dicuntur.*

ARGVMENTVM.

A laudo nullo, an detur reductio.
Reductio laudi ex capite enormiſsimæ læſionis impediri non poteſt.
Reductione pendente ſuſpenditur laudi executio.

DECISIO XCVIII.

SPECT. q. Ludouicus Manſius emit a M.C.L. quædam loca ſeu ſitus in quibus poterant conſtitui domus, & in eius teſtã diſpoſuit, quòd ſi pretium dictorum locorum non erit ſolutum per ipſum, ſolui debeat M. C. L. per Nicolaum, & Simonem eius filios æquis portionibus, quos ſitus mandauit æqualiter diuidi debere inter d. Nicolaum, Simonem, & Stephanum eorum fratrem, & filium dicti teſtatoris, quem Stephanum immunem eſſe voluit a ſolutione dicti pretij.

Mortuo Ludouico non dum ſoluto pretio, & facta diuiſione ſituum inter fratres prædictos, placuit M. & Illuſtriſs. Conſilio M.C.L. alienationem dictorum bonorum reſcindere, & illa ad fortificationẽ, & Ciuitatis ornatum applicare.

Rebus ſic ſtantibus Spectab. Stephanus egit contra dictos Spectab. Nicolaum, & Simonem ad tertiam partem pretij, quod ipſi ſoluere tenebantur M.C.L pro ipſo æquis portionibus ſecũdum paternam diſpoſitionem, & ſuper hoc inſtetit, & petijt compromiſſum fieri, quo facto de mandato iudicis inter ipſum Stephanum, & Nicolaum tantum (quia Simon tunc erat in magiſtratu Antianatus) DD. Arbitri condemnauerunt d. Nicolaum ad ſoluendũ totum pretium petitum. Ab huiuſmodi ſententia arbitrali pro parte Nicolai fuit dictum de nullitate, & petita reductio ad arbitrium boni viri coram

D.Iu-

D.Iudice primarum inſtantiarum,qui cum pronun
ciaſſet huic appellationi eſſe deferendum, idem Ste
phanus ad nos ab iſta pronuncia recurſum interpo-
ſuit.In præſenti cauſa multa ſe ſe obtulerunt diſcu
tienda,videlicet:Et primo an Spect. Nicolaus ad re-
ductionem laudi legitime confugerit,quod laudum
nullum eſſe dicebat, in quo quidem articulo con-
traria vota,quandoque a præceſſoribus noſtris red-
dita fuiſſe audiuimus.

Dicebant enim affirmatiuam partem aſtruẽtes,
1 quod cum reductio ſit † ſimilis appellationi l. non
diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arbit. & dicatur
quaſi appellatio,vt not.Alex, in addit.ad Bart.in d,
2 §.cum quidem † idem ius in ea, quod in appellatio-
ne ſeruari deberet ad not.per Dec.in rubr.de appel-
lat.nu.6.verſ.& quod dictum eſt,ergo ſicut libellus
3 appellationis,& appellatio † deuoluit totum nego-
cium,& poteſtatem reformandi,& infirmãdi,& an-
nullãdi,ita,& libellus reductionis, & ipſa reductio.
Franc.in c.dilecto,q.15.nu.50. de app. Alex.conſil.
131.in cauſa,lib.2.Grat.conſi.24.& ſi materia,li.2.
4 & in terminis, quòd iudex † reductionis cognoſcat
etiam de nullitate laudi.Bald.d. c. dilecto, in fi. ubi
Butr.col.pen.Abb.conſ.3.Dec.vbi ſupra,& Martia-
5 nes in conſ.4.nu.37, Sed a ſententia † nulla non de
neceſſitate appellatur Matheſ.in l. ſi militaris. C. ſi
a non com.iudic.ergo,& a laudo nullo reductio pe-
ti poterit:Franc.d.c.dilecto,q.7.& ibi Dec. & Card.
Alex.num.19.

Neque erit fruſtratoria talis petitio reductionis,
6 quia,quo ad nullitatem † deuoluet,& quo ad iniqui
tatem ſuſpendet.Abb.in rubr.de appel. col.2.& 3.

Qui vero negatiuam amplectebantur,allegabant
7 laudum, quod nullũ eſſet † nõ eſſe reducibile,quia
nullum,vnde dicebat Abb. in c. cauſam, quę nu.8.
de elect.quod qui vult dicere de nullitate,reductio-
nem non petit, ſicuti in propoſito dicebat Bal. in l.
8 arbitrorum in fi.C.de arbitr. † nullitatis dictionem
non eſſe remedium reductionis.

9 Laudum enim quod nullum eſt † laudum dici
non poteſt.l.4.§.condemnatum,& ibi Doct. ff.de re
iud. Clem.paſtoralis,eod.tit.l.nullo, C.de feri. Dec.
conſi.499.Ruin.conſ.149.q. nu. 10. lib.4. Contar.
in l.1.in 7.limit.nu.16.C.ſi de momen.poſſ,

10 In tantum;quod † ſtatutum loquens de laudo nõ
habet locum in laudo nullo, vt per dictos: & in ſi-
mili not. Bart. in l.1.§. parui. ff. quod vi aut clam,
Corn.conſ.125.col.2.nu.3.lib.1.Martianes d. conſ.
4.nu.48.vbi poſt Bartholum dicit laudum nullum,
producere effectum.

Super hac dubitatione non fuit neceſſe per nos
11 aliter concludere,quia inſpecto modo agendi,† qui
attendi debet,& ſecundum Neuiz. in conſil.38. re-
demptoris,nu.21.reperimus nullitatem,& reductio
12 nem fuiſſe † conditionaliter,ac diſiunctiue propo-
ſitam iuxta tradita per Ioachi.Miſing.in 4.cent.ob-
ſeruat.63.late Sebaſt.Vant.de nullit.in tit.quot, &
quibus modis.

Vlterius,& 2.loco in dubium reuocabatur,quòd
13 laudum eſſet latum extra † tempus compromiſſi,
& a non habentibus auctoritatem, quod & ſi rele-
uans eſſet.l.ſi de meis.§.fi.cum l.ſeq. de arbitr.l.non
diſtinguemus.§.dies,& §.fi.cum l.ſeq.& l.arbiter ex
compromiſſo,eo.tit. Alex.conſil.82. ponderaris. in
princip. lib. 5. Menoch. conſ.1. num.169. tamen,
quia non fuit verum in facto merito non attenden
dum,&c.

Tertiò deducebatur nullitas alio modo, videli-
cet;quod vnico libello ſimul & ſemel cõuentus fuit
Nicolaus, & Simon, qui Simon cum eſſet de MM.
DD.Antianis,nec conuenire,neque conueniri pote
rat, durante Antianatus tempore fuit ſuſpenſa iu-
riſdictio,qua ſtante ſuſpenſione,nec contra ipſum
Nicolaum procedendum erat ratione adiuncti, &
14 ſic † laudum tanquam latum d. tempore ſuſpenſi-
uo nullitatis vitio non carebat.l.fi. C.de feri.c.fi.eo.
rit.Sebaſt.Vant.de nullit.ex defect.iuriſdict. ordin.
num.129.

Iſta oppoſitio licet, videretur colorata, non ta-
men fuit efficax. Nam & ſi reſpectu Simonis in ho-
norem Antianatus foret ſuſpenſa iuriſdictio, id ta-
men Nicolao non proderat. Tum quia priuilegium
15 Antianatus eſt † perſonale, & perſonam non egre-
ditur.c.priuilegia,de reg.iur.in 6. Tum quia ſumus
in materia diuidua,videlicet, in debito hæreditario
16 † ad quod quis non tenetur, niſi † pro ea parte qua
hæres ſit.l.2.§.ſi.& ibi Bar.not.ff.de præto. ſtipul. &
in l.ſi ab eo.ff.de nego.geſt. tradit Beninca. de pau-
17 perta.q.9.ſpecia.10.ita quod in diuiduis † non gau
det,quis beneficio alterius, quod per ſe ipſum habe
re non poterat.l.1. C.ſi in com.ea.cauſ.Afflic. deciſ.
213.Benint.deciſ.4.Mat.Mant.lib.1.ca.3.obſerua-
tionum Villalob.in commu.opin. verbo reſtitutio.
Imol.lib.1.conclu.39.13.limit.Boer.deciſ.300.Dec.
in l.ſi mancipati.C.de collat.Couar.pract.q.34.

18 Poteſt enim vnus † ex pluribus hæredibus partẽ
debitæ pecuniæ ſoluere inuito creditore, licet forte
vnicus hæres non poſſet, vt tradit Pet. de Bellaper.
& Cyn. in l.3. in fi. C. de neg. geſt. quorum opinio
fuit communis vſque ad tempora. Dec.& Alciat.ut
teſtatur,& ſeq.Caball.in tract.diui.& indiui.2.par.
nu.1.2.3.4.5. Nec obſtat conſiderata vnitas libelli,
quia non eſt inconueniens, quod vno eodemque li-
a bello plures conueniantur, a & quod † contra vnũ
19 cauſa proſequatur,alia contra alios in longius pro
tract.Roncagal.de duob.reis l.3.§.ubi duo.

Vltimo ac probabilius proponebatur, quod lau-
dum eſſet latum ſuper non petitis, neque in com-
promiſſo comprehenſis.Nam fuit petita tertia pars
d.pretij ab ambobus, videlicet, ab ipſo Nicolao, &
Simone pro virili ſoluenda, & ſic quo ad Nicolaum
fuit petita ſua rata tantum, ſuper qua poſtea fuit fa
ctum compromiſſum, & cum DD. Arbitri legum
20 profeſſores † in quib.ſcientia, & ſufficientia præſu
mitur,vt inquit Alciat.19. præſump.nu.2.reg.3.il-
lum condemnarint ad totam ſummam petitam, v-
21 tiq; nulliter,ac improbe feciſſe dicebatur,& † ſen-
tentia libello conformis non erat. l. cum fundus.ff.
com.diui.l.in hoc iudi.famil.herciſ.l.fi. C. de fidei-
com.liber.cap.licet Heſi.de ſimo. tradit Contard.in
l.1.§.5. 2. limita.num.22.C.ſi de mom.poſſ.dicens,
22 † tria debere eſſe conformia, libellum, videlicet,
proba-

Digitized by Google

probationem, & ſententiam: licet hoc euitare ſe co-
23 naretur Stephanus ſub prætextu, quod verba † li-
bellorum ſunt interpretanda ad conſeruationem,
non autem ad ſubuerſionem libelli, & quod virilis
appellatione contineatur etiam totum. l. virilis. ff. de
verb. ſignif. l. 2. C. de hæred. inſtit.

Ad hanc oppoſitionem attentius reſpicientes cõ
perimus Nicolaum iure cõqueſtum de dicto laudo,
24 grauamenque, & læſionem allegatam † ex antiquis
actis probaſſe, vt probare tenebatur iuxta tradita
per Bar. in l. ſocietatem. §. arbitrorum. nu. 26. ff. pro
ſocio. Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 72.

Negari enim non poterat, quin arbitri male ver-
ſati fuerint, & re ipſa ſi nõ ex propoſito, doloſe ege-
rint, alterando placita teſtatoris mandantis ſolutio-
nem dicti pretij pro rata virilis ac æquis portionib.
25 fieri debere. Iuris tramites præuaricando † cũ iux-
ta petita non pronunciarint, & extra compromiſ-
ſum uagando. Thob. Non. conſi. 9. in cauſa, nu. 13.
Anchar. Regien. quæſt. 26. prima par. & tandem eũ
condemnando ad ea, quæ petenda nullum ius Ste-
phano competebat. l. ſi pupilli. §. videamus de nego.
geſt. Crauet. conſi. 191. in cauſa, num. 1. Anto. Gabr.
26 lib. 2. de ſenten. concluſ. 8. Dolus enim † in iudice
multipliciter comprehenditur, ex euidenti iniqui-
tate, gratia, odio, iniuria, notoria iniuſtitia, & ma-
xime in iudice iuriſperito, & late tradit Contard.
in l. 1. in decima limit. per totam. C. ſi de moment.
poſſeſſ. poſt Cuma. conſi. 136. col. 3. Socin. iun. con-
ſi. 16. col. 3. lib. 1. Rimin. conſil. 106. col. 1. Aemilia.
conſilio 48. num. 34. in fi. Et ne poſitiuorum more
27 † per generales regulas tranſiremus, vt dicebat Fe-
lyn. in cap. cum ordinem, ſub num. 3. de reſcript. &
Neuiz. conſi. 67. Dixit, nu. 1. cum ſolis deciſionib.
credatur hiſce temporibus ſecundum Rube. Alex.
conſi. 5. lib. 2. nu. 24. allegabatur in terminis deciſ.
Rimin. in conſ. 355. lib. 2. ubi in eadem facti ſpecie
conſultus ſic deciſiue reſpondit.

Et per iſta reprobando laudum in ea parte, qua
condemnabatur Nicolaus ad non petita, in reliquis
ſecuti doctrinam Bart. in l. 1. C. de erro. calcu. ſenten
tiam D. Iudicis a quo, confirmantes diximus ad vl-
teriora fore, & eſſe procedendum in reductione pe-
tita, ut etiam fieri debere firmat Rimin. in dicto
conſil. 355.

28 Non obſtat, quòd † virilis poſſit etiam totum
continere, quia hic ſumus in claris de rata, & non
de toto fuiſſe intellectum, tum quod expreſſit, tum
quia relatiue petijt iuxta formã teſtamenti, in quo
pro rata dictam ſolutionem fieri debere mandatur,
& regulariter virilis appellatione de parte, non de
toto intelligitur. l. virilis. ff. de leg. præſtan. l. reos in
fi. ff. de duob. reis, cum concordantib. per Rebuf. in
d. l. virilis. ff. de verb. ſignif. car. 732.

Non obſt. quod dicebatur a laudo lato inter con-
iunctos nõ dari reductionem, ſic expreſſe prohiben-
te ſtatuto, c. 156. lib. 1. & Cap. Rotæ 52.

Quia ſtante enormiſſima læſione, ab huiuſmo-
di laudis ex iſto capite reductio non denegatur:
Nam huiuſmodi ſtatuta prohibitiua reductionis eã
29 tacitam habent conditionem, videlicet † ſi dolus,
vel lata culpa aut enormis læſio a laudo abſit, de cu-
ius quantitate ſtatur iudicis arbitrio: Caſſa. deciſ. 1.
nu. 3. de empt. & vend. Adden. ad Roma. in conſilio
168. Menoch. de arbi. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 74. Ri-
min. iun. conſil. 106. num. 4. Et talis creditur fuiſſe
mens, & intentio ſtatuentiũ, vt dicit Rimin. d. con-
ſil. 355. & paſſim. Dec. conſi. 1. 536. 587. Lanfran.
de arbitr. concluſ. 3. num. 8. Contard. in l. 1. in 10. li-
mit. nu. 2. & ſeq. C. ſi de mom. poſſ. Rimin. iun. conſ.
106. Aemil. conſ. 48. nu. 34.
30 Immo † magis communiter dicunt Doctores,
quòd nulla cautela dari poſſit, & nequidem ex re-
nunciatione partium iurata fieri poteſt quin a lau
do non poſſit peti reductio ex capite enormiſſimæ
læſionis, ut tradunt ſcribentes in d. §. arbitrorum.
Rebuff. de arbit. art. 1. gl. 5. nu. 17. Menoch. de arbit.
iud. lib. 2. cent. 1. caſu 73. Ant. Gabr. d. concluſ. 3.
Bero. conſ. 33. viſis, col. 1. & 2. lib. 3. Burſat. conſi. 99.
ex meritis, nu. 11. Aemil. conſ. 47. nu. 1. & iſtam in-
terpretationem ad dictum ſtatutum alias admiſit
Rota Lucenſis de anno 1565. in cauſa Dominarum
Lucretiæ, Angelæ, & Camillæ ſororum; & tradit Ri-
min. d. conſi. 106. col. 2.

Parumque refert, quod dicebatur ad excluſionẽ
doli DD. arbitrorum ex auctoritate Alcia. in l. 4. §.
Cato, num. 11. de verb. oblig. videlicet iſtos Nico-
laum, Simonem fore conſtitutos duos reos deben-
di, & ſic potuiſſe condemnari in ſolidum.

Quia ultra, quo ad Alcia. rñdet Ronc. in l. eandẽ,
in prin. nu. 291. ff de duob. re. proprius rñdetur con
trariũ apparere tamẽ ex diſpoſitione teſtatoris man-
dãtis ſolui æquis portionib. quã ex ipſa petitione a-
ctoris inſtantis ſibi refici dictũ preciũ, eo modo quo
erat ſoluendũ M.C.L. & ſic nõ eſt opus coniecturis.

Nec etiam iuris præſumptione dici poſſunt duo
rei debendi conſtituti, quia qui hæres repræſentat
perſonã defuncti pro ea parte, quã hæres eſt, & in du
bio præſumitur velle ſeruare æqualitatem inter hæ
redes, eoſque grauare minus, quam poſſit l. Titia. §.
qui inuita, de leg. 2. l. unum ex familia. §. ſi rem. ff.
eo. & tradit Craue. conſi. 167. Claudia. nu. 14.

Et dato (non conceſſo) quod eſſent conſtituti duo
32 rei debendi, petendo actor eo modo, quo fecit, † vr
induxiſſe diuiſionem debiti, vt ex com. opin. tradit
Ronca. l. 3. §. ſi duo, nu. 38. ff. de duob. re. & in l. reos.
§. cũ tabulis, nu. 36. eo. tit. Nã ubi, quis petit, ſeu par
tem recipit non ſimpliciter ab eo a quo non poterat
cogi partem recipere, ſed ſub noĩe uirilis portionis
dr diuidere ſecus, ſi ſimpliciter Gaſp. Cabal. in tract.
diuid. & indiui. 2. par. nu. 61. car. 91. Bello. conſ. 44.

Et quo ad DD. arbitros licet excuſentur a dolo
ex propoſito propter auctoritatem Alciat. quod &
nos credimus, non tamen ceſſat dolus re ipſa pro-
pter enormem læſionem condemnando in totum
eum, qui a parte erat obnoxius. Succeſſiue ex
præmiſſis inferebatur ad aliud coram nobis iudi-
cium dependens inter eaſdem perſonas, & ex ea-
33 dem cauſa uidelicet. † An pendente iudicio ſu-
per reductione laudi, debeat illius executio ſu-
ſpendi, & retardari. In quo articulo concluſum
fuit pendente reductione ſuperſedendum eſſe in

Digitized by Google

laudi executione ſic dictante commu. opin. de qua Maran. in ſuo Spec. in 2. actu. vlt. part. nu. 102. Ant. Galle. ad contra. in ſor. came. q. 3. Emilia. conſ. 47. in cauſa, nu. 18. Rebuff. de reſtit. art. 1. glo. 8. nu. 20. & magis communem teſtatur Emil. conſ. 47. num. 18. quicquid cōtra ſenſerit Grat. in 34. in preſenti, lib. 1. & de reſtitutione Rebuff. in d. tit. de reſtit. art. 2. gl. fi. num. 7. Capell. Toloſ. q. 54. Capic. dec. 53. contra quos extat commu. opin. & magis recepta, quod
34 † pendente reſtitutionis iudicio executio ſuſpendatur, vt teſtatur Contard. d. l. 1. limit. 8. num. 50. Rota, deciſ. 51. de appel. in no. Hercula. de attenta. c. 23. & Benint. deciſ. 75. num. 16. Et cum in terminis reductionis pendentis habeamus communem opinionem, non eſt vlterius inquirēdum, ne euideremur, (quod aiunt) nodum in ſcirpo quærere, vt alias
35 † de attentantibus contra commun. opin. dicebat Burſat. conſ. 18. conſului. num. 1.

ANNOTATIONES.

a Plures conueniantur, An & quando ſubſtineatur libellus, vel iudicetur ineptus, ſi vnus creditor, vel plures creditores vno eo libello conueniunt plures debitores, videndus eſt Roman. in ſuo magiſt. conſ. 240. vbi addentes, quibus addendi ſunt Ang. conſil. 229. & late Franc. Marzar. tract. de fideicom. par. 3. in prin. verſi. libelli diuerſi.

SVMMARIVM.

1 *Ad conſequendum legatum poteſt agi via executiua, & a præceptis inchoari.*

2 *Noſtra intereſt non compromittere.*

3 *Compromiſſum ſuper dependentibus à teſtamento an fit, num. 5.*

4 *In dubio pronunciandum fore compromittendum.*

5 *Tempus a ſtatuto præfixum ad aliquid agendum loco præſcriptionis eſt.*

6 *Quod dicitur in cauſa legati non eſſe compromittendū intelligitur recuſante, & nolente legatario.*

7 *Legatum reſpectu legatarij dicitur commodum, reſpectu hæredis grauamen.*

8 *Iudex non poteſt per ſuas intrincatorias alterare iudicij naturam.*

9 *Multæ ſunt hominum voluntates.*

10 *Iudex an poſſit ſe fundare ad fauorem partis ex deductis etiam, quod non ſit petitum.*

11 *Iudex non ſupplet non requiſitus.*

12 *Non probatum probabo, non deductum deducam parti, iudici dicere non competit.*

13 *Iudex non debet ſupplere defectum partis.*

ARGVMENTVM.

Compromiſſum ſuper legatis, & dependentibus a teſtamento, an fiat: & an Iudex poſſit ſupplere defectum partis.

DECISIO XCIX.

SPECT. Simon Manſius ad conſequendum ſcut. 699. ex teſtamento paterno ſibi debitos egit aduerſus Spect. Nicolaum eius fratrem porrigendo libellum, qui etiā via executiua, a & per
1 præcepta expetiri poterat, vt nouiſſime ad ſaturitatē de hoc articulo tractando de commu. opin. teſtatur Franc. Becc. in conſ. 17. in cauſa, num. 6. col. pen. Et in progreſſu cauſæ petijt compromiſſum fieri ſecundum formam Statutorū, lib. 1. c. 146. De quæſtio. vertenti inter coniunctos.

2 Et quoniam noſtra intereſt † non compromittere, cum vnum potius, quàm alium iudicem habere poſſit tantum importare, quantum tota cauſa afferre valeat, vt animaduertit. Cuma. in conſilio 17. in fi. Ideo eodem ſtatuto prouiſum eſt, vt requiſitus ad compromiſſum faciendum, poſſit infra duos dies opponere, & cauſas allegare, quare id fieri non debeat.

In quo termino Nicolaus ad impediendū compromiſſum oppoſuit exceptionem cuiuſdam rei iudicatæ, quam videns ſibi parum fœliciter ſucceſſuram, in cauſæ concluſione aliam exceptionem compromiſſi impeditiuam allegauit.

Dicebat enim quod cum eſſemus in cauſa teſtamenti, & legati in his compromiſſi petitio non pro-
a cedit ſic expreſſe diſponente ſtatuto prædicto, † cum quo concordat etiam iuris communis diſpoſitio Capic. deciſ. 48. & not. Blan. de compromiſ. q. 4. de quibus cauſis, nu. 2. tradit Aemil. conſi. 40. nu. 1.

D. Iudex primatum inſtātiarum compromiſſum eſſe faciendum dixit, cuius pronunciatum confirmandam duximus.

3 Moti, quia petito compromiſſi (pro quo tanquā fauorabili in dubio ſemper pronunciandum eſt ſecundum Soc. conſ. 4. viſis, nu. 7. lib. 1. Aemilia. conſ. 40. diuino, nu. 5. Blanc. de cōpromiſ. in princ. nu. 3.) non fuit eliſa per oppoſitiones rei conuenti cū prima de re iudicata fuerit vana, & impertinens: alia vero intempeſtiue propoſita, & ideo non attendenda, quia † tempus a ſtatuto præfixū ad aliquid agen-
4 dum, vel opponendum loco præſcriptionis eſt, & eo elapſo nulliter fit, quicquid fit Calcan. conſil. 16. Crauet. conſil. 170. in cauſa. nu. 4. Pract. Papien. in for. de execu. ſen. diffin. in gl. ſapiens, num. 11. cum concordantibus per Contard. in l. 1. in 7. limit. nu. 67. C. ſi de momen. poſſeſſ.

Vltra, quod id quod dicitur in cauſa legati, & teſtamenti non cogi quemquam ad compromitten-
5 dum, procedit † recuſante, & contradicente eo, qui pro ſe habet legatum, ſeu teſtamentum, & ad ſui fauorem dicitur inductum cui, renuntiari poteſt, & ita in terminis decidit Alex. conſi. fi. lib. 6. num. 15. ſequitur Plot. de in lit. iur. §. 50. nu. 29. & ita etiam audiuimus alias hic fuiſſe iudicatum in cauſa cuiuſdam R. D. Hyppoliti.

Nec obſtat dum replicabatur ex aduerſo teſtamen-
6 tum, ita fauere reo quemadmodum actori, † quia

in ea

ſin ea parte, de qua agitur, ſolum tractatur de com-
modo agentis ad legatum, cuius natura eſt lucrum
afferre. Mar. Mantua in apoph. 236. & de incommo
do rei conuenti debentis ſoluere, & ſic ex parte Ni-
colai potius de odio, grauamine, damno tractatur
quàm de fauore l. cohęredi. §. cum filiæ. ff. de vulg.
& pupil. & quod not. Marza. de fideicom. 2. par. q. 1.

Et licet D. Iudex in ſentẽtia inculcarit, quędam
verba de errore calculi, de quo verbum nullum in
proceſſu propter, quod auſam recurrẽdi præſtitiſſe
7 videtur, † tamen tanquam erronea non attendimus
quin ad compromiſſum deueniretur, iuxta tradita
per Bal. in l. 1. nu. 5. C. de erro. calcu.

Nec enim erat in ſua poteſtate per ſuas intrinca-
torias, & confuſas pronuncias iudicij naturam alte
rare cum ex perſona actoris ius metimur, vt inquit
Contard. in l. 1. in §. 5. 2. limit. num. 25. C. ſi de mo-
men. poſſeſſ.

8 Multæ enim ſunt cauſæ (prout ſunt variæ homi-
num voluntates, l. quia poterat. ff. ad Trebell.) quæ
potuerunt actorem mouere ad petendum compro-
miſsũ, veluti, vt ſumptus euitentur, vt liti celerior
finis eſſet, & fratrum (quorum gratia rara eſt) con-
ſeruetur. Blan. de compro. in princ. num. 3. Merito
non debuit generalis petitio actoris ad vnũ caſum
non expreſſum, videlicet, erroris calculi arctari, &
9 reſtringi. Nec obſtat dum dicebatur † iudicem po-
tuiſſe ſe fundare ad fauorem partis ex deductis e-
tiam ſi non fuerit petitum, vt not. Fely. in cap. licet
Hely. num. 28. de Simo. & in cap. ex tenore, nu. 34.
de reſcrip. Natta, in conſ. 120. magnifi. nu. 22. Quia
non eſt verum in facto, quod error ſuerit deductus
10 præterea communis opin. eſt in contrarium † nam
non poteſt iudex ſupplere non requiſitus: Benedic.
de Vald. ad reperto. Fely. in verbo Iudex ad commo-
dum partis.

Et ſic cum de errore nil prorſus ex parte actoris
fuerit dictum, neque ex parte rei replicatum, non
congruebat iudici dicere non probatum probabo,
11 non petita petam, non excepta excipiam. Quia hoc
eſt ius quoddam radicatum in perſona partis, non
iudicis, vt dicit in l. 1. C. vt quæ deſunt ad not. Alex.
conſ. 225. ponderatis, nu. 18. lib. 6. & in terminis de
errore. Senat. Pedemon. deciſ. 1. nu. 42.

Et dato, quòd ex teſtamento potuiſſet forte ori-
ri aliqua dubitatio de ſumma petita tamen hoc ege
bat allegatione partis quantumcunque notorium
12 eſſet, † neque per iudicem ſuppleri tutum eſſe, tra-
dit Imol. in l. 4. §. hoc autem ſub. nu. 21. verſ. ſed cer
te. ff. de damn. infect. Alex. d. conſ. 225. nu. 18. lib. 6.
Maxime, quando non eſſemus in dependentibus, &
acceſſorijs, vt not. Addeu. ad Afflic. deciſ. 32. num. 1.
de qua ſuppletione late Ant. de Butr. in cap. bonæ,
de poſtul. prælat.

ANNOTATIONES.

a Via executiua. Quod legatarius poſſit contra hæredem age-
re via executiua etiam coram Eccleſiaſtico, licet conueniatur laicus Natta, conſ. 636. num. 25. Et quæ actiones competant legatario eſt. text. in l. 1. C. commu. de leg. Menoch. de adipiſ. poſſ. remed. 2. num. 83. vbi an competat officium iudicis, & remed. 4 num. 696. Ceph. conſ. 289. nu. 26. Gomeſ. variar. reſol. tom. 1. c. 5. nu. 7. vbi quid in fideicommiſſario vniuerſali. Et an legatario competat Saluianum interdictum. Menoc. quod nos; in d. tract. remed. 3. no 51. & ſeq. Cui obſtat Bart. in l. 1. ff. & C. de Salui. interd. & Neguſ. de pig. par. 8. memb. 5. nu. 19.

SVMMARIVM.

1 *Cautionis de non offendendo materia, & pacis continet publicam vtilitatem.*
2 *Cautio de non offendendo appellatur legitimum remedium.*
3 *In cautione de non offendendo cautius eundum eſt.*
4 *Quilibet diſpoſitio regulatur cum clauſula Rebus ſic ſtantibus.*
5 *Noua cauſa in pace excuſat a pœna conuentionali.*
6 *Idem in tregua.*
7 *Offenſio, an ex veteri, vel noua cauſa in dubio præſumatur facta.*
8 *Noua cauſa, an plene probãda, uel ſemiplene ſufficiat.*
9 *Noua cauſa qualis eſſe debet ad cenſendum iudicis arbitrio relinquitur.*
10 *Fidem fallere graue eſt.*
11 *Fidei obſeruantia commendatio, & eiuſdem in obſeruantia deteſtatio.*
12 *Carcer dicitur mala manſio.*
13 *Carcer continet cruciatum corporis.*
14 *Carcer dicitur continere perſonalem offenſam.*
15 *Veritas inueſtiganda, & non relinquenda.*
16 *Fides non eſt ſeruanda in malis promiſſis.*
17 *Cauſa ratione carens pro non cauſa habetur.*
18 *Arcana amici non reuelanda niſi coacte.*
19 *Offendens non eſt præſumendum, quod iterum offendat, & malum malo addat.*
20 *Decretum, ſeu motus proprius aut ſtatutum, quod non liceat allegare nouam cauſam tripliciter limitatur.*
21 *Doctori ſine lege, & rationibus loquenti non eſt credendum.*
22 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis; & dicitur inducta ad diminuendum, & reſtringendũ.*
23 *Non licet propria auctoritate ſe vendicare.*
24 *Contrahentes cenſentur ſe velle conformare cum diſpoſitione ſtatutorum.*
25 *Statutum, & diſpoſitio, an ſit fauorabilis, vel odioſa a principali intentione illius iudicatur.*
26 *Pax pro alio inita ante ratificationem illius non dicitur firmata. 33.*
27 *Pater poteſt remittere iniuriam filio illatam, & pacem facere.*
28 *Excipiens non fatetur de intentione proponentis.*
29 *Promittens factum alienum, quando non excuſatur.*
30 *De delicto ante omnia conſtare debet.*
31 *Paria ſunt, quid non eſſe, vel eſſe, & non probari.*
32 *In criminalibus non concluditur in cauſa.*
33 *Pax ante ratificationem illius pro quo fit, non dicitur rupta.*
34 *Contrauenire facto proprio is dicitur, qui non curat, nec iuxta conuentionem facit.*
35 *Pater ſi poteſt prohibere delicto filij, & non prohibet, tenetur etiam ad pœnam legalem.*
36 *Prouocatis indulgetur, & quando.*

37 *Iracundiæ calore factum intra quantum tempus allegatur.*
38 *Interpellatio requiritur ad faciendum incurrere in pœnam.*
39 *Ad pœnam conuentionalem ex delicto quomodo agatur.*
40 *Fideiuſſor pena conuentionalis ex delicto quolibet conueniatur.*
41 *Iudex maleficiorum quando poſſit cognoſcere de cauſa ciuili.*

ARGVMENTVM.

De fideiuſſione de non offendendo, & an, & quando noua cauſa excuſet.

DECISIO C.

DOMINVS Nicolaus Motronus pro Ioſepho eius filio pro quo de rato promiſit, & interim non contraueniet, ſub pena mille ſcut. pacem iniit cum Specta. Raphaele de Raphaelis mediante D. Franciſco de Calice d. Raphaelis Procuratore, de, & ſuper omnibus offenſionibus, & præſertim occaſione aſſertæ imputationis homicidij in perſona q. D. Hippolyti patris d. Raphaelis commiſſi, vt conſtabat publico inſtruméto ſub die 22. Septembris 1575. De menſe vero Maij 1574. idem Specta. Ioſeph cum quodã baſtone percuſſit d. Raphaelem propter quod fuit de pace rupta inquiſitus, & condemnatus vna cum patre D. Nicolao. Et appellatione ad nos interpoſita pro parte condemnatorum inter alia principaliter aſſignabatur ad defenſam. Noua cauſa ſuperueniens, qua d. Ioſeph motus dicebatur ad offendendum d. Raphaelem, & ſic excuſandus.

In qua pacis, & cautionis de non offendendo ma
1 teria † cum publicam vtilitatem tangat quatenus
per eam publica quies, & priuatorum concordia
2 cóſeruetur, & † remedium legitimum nuncupetur
Fran. Hercul. in tract. cautio. de non offenden. c. 1.
3 Cautius erat † eundem, vt monet. Luc. de Peu. in l.
vtilitas publica. C. de primipi. lib. 12.

Opponebatur igitur exceptio nouæ cauſæ ſuper
4 uenientis, ſecundum quam † regulantur omnes diſpoſitiones, cum quælibet promiſſio intelligatur facta cum clauſula rebus ſic ſtantibus, vt tradit Pariſ. conſ. 165. nu. 28. lib. 4. & plura in id congerit Hippol. in l. 1. §. fi. nu. 21. cum multis ſeq. de q. Tiraq. in l. ſi vnquam in prin. C. de reuo. do. Dec. conſil. 335. Boer. deciſ. 204. num. 21.

Et expreſſim quantum ad caſum iſtum an noua
5 cauſa excuſet, † licet de hoc quandoq; fuerint opiniones propter originale dictum Vincentij Hiſpani, in c. 1. de treg. & pac. qui voluit nouam cauſam non excuſare, tamen contraria opinio verior ac magis recepta reputatur, teſte Fran. Hercul. in præalle. tract. cap. 13.

6 Quæ crebrior opinio nedum in pace, ſed † etiam
indifferenter in tregua procedit, vt teſtatur Benint. deciſ. 65. & Moro. d. tract. de fid. treg. & pac. 2. par. q. 12. vbi fuſius, & Bero. conſ. 226. num. 13. lib. 3.

Et cum in præſenti caſu ſit ſublata occaſio quærẽdi, an ex noua, vel veteri cauſa præſumatur offen
7 ſio facta, in quo articulo Doct. varie † ſenſerunt, vt
idem Hercul. d. c. 13. nu. 10. recenſet, cum hic noua cauſa ſit expreſſa, merito de alia non cadit præſumptio. l. continuus. de verb. oblig. & no. Pariſ. conſil. 58. nu. 235. lib. 4. & Curt. ſen. conſ. 20. & 21.

Cauſa autem noua ea dicebatur eſſe, quia alias Ioſeph de d. anno 1573. die vero 9. menſis Septembris, vt rem gratam faceret d. Raphaeli per eius priuatam ſcripturam fecit quandam fidem de ſerie, & ordine homicidij ſecuti in perſonam d. Hippolyti, & de pace ab antea ſecuta inter d. Hippolytem, & d. Scipionem Lucheſinum cum pacto coherenti, licet non ſcripto, quod d. Raphael vti non deberet d. fide in aliquo iudicio.

Cuius promiſſionis idem Raphael immemor, ea vſus fuit contra conuenta inde ad paucos dies, illam exhibendo, & producẽdo Bononiæ coram D. Auditore Turronis ſub die 20. Septemb. 1573. propter quod dicebatur data probabilis occaſio d. Ioſepho ſe vlciſcendi contra Raphaelem tanquam fidei fractorum. Quæ noua cauſa nedum ſemiplene videba
8 tur probata, vt ſufficeret † quandoq; dixit Alex. in
conſ. 115. col. fi. li. 4. quem ſequitur Hercul. d. c. 13. nu. 11. Curt. iun. conſ. 28. nu. 10. & 32. nu. 11. ſed etiam plene, vt plene probari debere, firmat Cæphal. conſ. 35. col. 2. nu. 6. & Grat. conſ. 73. li. 1. & latius Moro. d. tract. de fid. treg. & pace 2. part. q. 10. & ſecundum nouas impreſſiones, q. 113.

Sed dubiũ faciebat, an hęc allegata noua cauſa diceretur ſufficiens ad excuſandũ, & dato, quod ſufficiens eſſet, an allegari poſſet, ſtante Decreto prohibitiuo ne quis contraueniens treguę, vel paci, vel promiſſioni de nó offendẽdo poſſit ſe tueri a pęna promiſſa, ſub prætextu nouæ cauſæ, ſed intelligantur contrahentes promiſiſſe ſe ad inuicem nó offendere, neque ex præteritis, neque ex futuris cauſis, niſi fieret cõtrauentio ad defenſioné a iure permiſſam.

Et quo ad primum de cauſa ſufficienti ad excuſandum, licet Doct. poſt multa reſideat hoc iudicis
9 † arbitrio relinqui, qui perpenſis hinc inde circunſtantijs, & perſonarum qualitatib. dijudicet, tamen generaliter loquentes ſentire videntur, quod quælibet cauſa nó affectata, non fatua, nec vana, & quæ iuſtè ad iram commoueat ſufficiens ſit ad euitandam huiuſmodi pœnam conuentionalem, vt no. Ceph. d. conſ. 35. num. 14. & Hercul. d. c. 13. num. 9. Vbi ponit exempla in deciſione verbis altercatorijs, Minis, oculorum toruo aſpectu, occurſu iniurioſo in via etiam per contactum pallij, vel cubiti de offenſione in bonis, & ſimilibus.

Quod ſi minæ, deriſio, diffamatio, & in bonis offenſio pro iſta iuſta, & ſufficienti cauſa, ac excuſabili reputatur, quid eſt, quod non idem dicendum ſit in caſu permiſſo, vbi de violata fide agitur,
10 † quam frangere graue facinus eſſe dr. l. 1. ff. depo.

& not.

& not.Rol.conſ.53.nu.16.lib.5.ex cuius obſeruan-
tia lex,& iuſtitia continetur, cuiuſve inobſeruãtia,
11 † homines in agendis negocijs ſegniores fiunt, & vt
dicit Caſſiod. Incommutabilis fidei eſt omne quod
viuitur,refert Luc.de Pen.in l.2.C.de ponde.& aur.
illat. Ex qua fidei inobſeruantia, ne dum in bonis,
ſed etiam in perſona diſpendium, & tormenta paſ-
ſus eſt d.Ioſeph. qui ex d. productione fuit coactus
Bononiæ in carceribus ſuper d. homicidio ius dice-
re, vbi præter ſumptus defenſionis in corpore quo-
12 que quis patitur, † quia carcer dicitur mala man-
13 ſio,& habere † in ſe cruciatum corporis, vt no.Ge-
min.conſ.15.& dicitur pœna corporalis,vt clare tra
14 dit Natta,in conſ.359.& c. † perſonalem offenſam
continet,ſecundum Innoc.in cap.nuper, de ſenten.
excommu.Hippol.in l.1. num.24. de quæſt. & in l.
qui falſum §.accuſatio de falſis, & expreſſe habetur
lib.4.ſtatutorum,cap.223.

Hæc autem impugnari videbantur, tum quia d.
pactum de non vtendo in iudicio dicebatur contra-
rium d.ſcripturæ in qua Ioſeph profitetur expreſſe,
Che lo manterrà à ogni perſona, tum quia d.promiſ-
ſio non videbatur obligatoria cum tenderet contra
bonos mores, ne veritas quæ iudicijs agitatur ac
eluceſcit, mediante d.fide reperiatur, quod non eſt
15 ferendum, † quia veritas ſuper omnia eſt inueſti-
ganda,amanda,& tenenda, & potius eſt tolerandũ
ſcandalum,quam quod veritas relinquatur, vt late
tradit Silua.nupr.in tit.quomodo iud. num.114.&
16 ſeq. & † in malis promiſſis fides non eſt ſeruanda.
cap.in malis,& cap.non eſt obligatorium, de regul.
iur.in 6.facit,quod no.Miſing.cent.2.obſer.78. vbi
iurans non reuelare ſecreta,poteſt nihilominus ſine
reatu periurij illicita reuelare.

Immo ſtantibus his aſſerta noua cauſa tanquam
17 ratione carens,pro non cauſa † dici debet, vt tradit
Tiraq.de ceſſan.cau.1.par.num.10.& Cæphal.dicto
conſi.35.num.27.in fi.

Vtrum prædictis replicabatur, quod & ſi veritas
omnimode adiuuanda ſit, tamen id nõ eſt indiſcre-
te faciendũ. Nam,quando quis ſub fide ſilentij ab
amico, quid recipit,non debet fideicommiſſa vltro
18 propalare,& fidẽ fallere,† niſi coactus ſit,vt quia in
teſtẽ citatus, vel aliter a Principe monitus. Quini-
mò placuit. Soc. non licere ſecreta amicorũ pandere
ẽt virtute literarum monitorialiũ,vel metu excom-
municationis,vt refert Menoch. de arbitr.iud.lib.2.
cen.4.caſu 355.& addi.ad Capel.Toloſ.q. 240. licet
contrariũ ſenſerit idẽ Soc.in c.dilectus,nu.9. de ex-
ceſſibus prælatorũ: Vnde cum Raphael nemine co-
gente d.fidem in iudicijs exhibuerit iuſtam iracun-
diæ cauſam præſtitiſſe, & ſufficientem ad excuſan-
dum dicebatur,& contra reuelantem arcana amici,
late Moro.in d.tract.de fide treg.& pa.2.par.q.8.

Et eo magis iuſtior dici debebat, quia non pote-
rat præſumi de aliquo antiqui odij fomite, quo dici
poſſit Ioſephum ad innouandum fuiſſe motũ cum
offenſio ſi quæ erat,erat ex latere Raphaelis offenſi
19 ob mortem patris, ita † quod non eſt credendum
Ioſephum de hoc imputatum malo malum addere
voluiſſe, vt conſiderant Doct.& tradit Benint.dicta
deciſ.65.num.9.& Hercul.d.cap.13. num.9.

Circa ſecundum verò de decreto prohibente al-
legationem nouæ cauſę reſpondebant inquiſiti in-
telligi debere de noua cauſa,quæ foret dubia,vel le-
a uis,ſecus in clara, & releuanti, [a] vt iſta eſſe diceba-
tur propter damna ſecuta ob exhibitionem d. fidei.
20 Itemque † d. decretum prohibet allegationem
nouę cauſę ipſis principalibus contrahentibus,non
autẽ fideiuſſoribus,& ita huiuſmodi decreta, & ſi-
milia declarari affirmat Hercul.d.c.13.nu.5. & no.
Bero.conſ.198.num.15.lib.3. Quibus replicabatur
Herculanum loqui ibi ſine lege, & ſine rationibus
b b tantummodo initendo auctoritate nonnullorum
21 modernorum, & ideo † in hoc illi non eſſe creden-
dum,ad not.per Archid.in cap. nolite timere, num.
5.15.q.3.& quod not. Card.conſi.67. Frater vnice.
refert, & ſeq.Felyn.c.1.in fi.de conſtit.

Præterea dicebatur d. Decretum, quòd alias non
valeret ſieſſet generale, & abſolutum, vt declarat
Bero.conſi.598.nu.15. & ſeq. lib.3. non admittere
d.declarationes propter exceptionem ſibi adiectam,
& annexã iuxta doctr.Bal.in l.1.§.1.in fi.ff.de ferijs,
vbi ſtatutũ loquens per regulã,& fallẽtias,tunc ex-
tra caſus exceptos non cõprehendantur alij a iure
communi permiſſi. Exprimit enim, & excipit caſus
quibus nouæ cauſæ allegatio per contrauenientes
fieri poſſit, videlicet omnes caſus defenſionis a iu-
re permiſſos: ergo extra illos non eſt locus allega-
22 tioni nouæ cauſæ, quia † exceptio firmat regulam
in caſibus non exceptis.l. nam quod liquide. §. fi. &
l.quæſitum.§.denique de fund. inſtr. & no. Dyn. in
Rubr.de reg.iur.in 6.nu.16.& maximę in caſu alle-
gato, qui defenſionem non ſapit, ſed potius vindi-
23 ctam,a iure omnino prohibitam, † quia nemini li-
cet propria auctoritate ſe vindicare toto titu. C.vt
nemi.lice.ſine iud. exceptio igitur, quæ eſt inducta
ad diminuendum, & reſtringendum, ut tradit Pa-
riſ.conſi.77.num.24.& ſeq.lib.1. non debet operari
contrarium effectum. Vnde cum decretum mandet
tales promiſſiones intelligi debere factas tam reſpe
ctu præteritarum, quam futurarum offenſionum
exceptis caſibus defenſionis a iure permiſſis,& con-
24 trahentes † cenſeantur ſe conformare cum diſpoſi-
tione decretorum,& ſecundum illa contrahere,arg.
not.per Rip.in l.cum ita.§. hæredes mei, nu. 75. ad
Treb.Socin.iun.conſi.133.nu.20.lib.1.Ruy. conſil.
86.nu.16.lib.3.Afflict.deciſ.226.nu.4. actum enim
faciens videtur ſe aſtringere legi loquenti de illo
actu.Franc.Bello.conſi.35.nu.11,& 101.nu.6. me-
rito allegatio nouæ cauſæ tanquã contra conuenta,
& iuris fictione permiſſa non debet audiri: ſtante
25 maxime natura,& qualitate d.decreti † quod atten
ta principali eius intentione dicitur fauorabile pro
bono pacis, & ad odia tollenda promulgatum, vt
firmat Cæph.d.conſ.35. nu.35. Sed & alia difficul-
tas proponebatur ab inquiſitis,dicentib. non opor-
tune queri de pace rupta, cũ nullibi conſtet per Io-
26 ſephũ fuiſſe ratificatã, & † vulgaris iuris eſt priua-
tionem præſupponere habitum l.decem, cum ſimil.
de verb.obli.& in terminis, quod ante ratificationẽ
non dicitur rupta pax,pulchre Dec.conſ.226.nu.7.

Pariſ.conſ.77.libro 1. & quod no. Bero. conſil.206.
27 num.14.lib.3.& 199.eod.lib. Et licet † pater poſſit
iniuriam filio illatam remittere, pacem facere, vt in
Capel.Toloſ.q.241.Hier.Gabr.conſi.172.num.44.
tamen non poteſt illum ignorantem, & inuitum ad
pœnam ſaltem cõuentionalem obligare, arg. not.
per Rimin.iun.in conſi.103.num.8.& ſeq. obligare
quæ ſine facto noſtro a nobis euelli non poteſt.

Nec obſtare dicebant quatenus pater comparen-
do dicat, & proteſtetur ſibi ſaluum ius eſſe debere
de agendo contra d. Raphaelem, tãquam ruptorem
pacis, & opponat quoque nouam cauſam, quaſi ta-
cite fateatur pacem ratificatam, & firmatam. Quia
vltra quod iſthæc inquiſiti proponant cumulatiue,
& in ſubſidium quatenus de prætenſa offenſa, & pa
28 ce rupta conſtet excipiendo, † non dicuntur fateri
de intentione proponentis. Iaffred.deciſ.243.ne ex-
ceptio, quæ ad excludendum tendit, includere vi-
deatur, quòd eſſet abſurdum, glo.in c.exceptionem,
de reg.iur.in 6.& tradit Natt.conſil.134.nu.2. Co-
uar.varia.reſol.lib.1.cap.2.num.3.

Et dato quod pacis ruptæ quæſtio circumſcriba-
tur, adhuc remanebat promiſſio interim de non of-
fendendo, donec ratificabitur ad quod ſe obligauit
D.Nicolaus ſub ante d.pœna, & cum clauſulis ſtri-
29 ctiſſimis, & prægnantibus, † quæ illum reddere vi-
dentur inexcuſabilem ad not. per Maran. in 7. q. &
Rolan.conſi.53.lib.1.num.15. Viui.in commu. opi.
verbo promittens & late Ant.Gabr.lib.5.de pact.&
promiſs.concl.2.promiſit enim de ſuo, & pœnam, &
noluit excuſari ex eo, quod factum alienum promi-
ſerit, renunciauit, &c.

Huiuſmodi autem amaritudines euitare volen-
tes d.inquiſiti ad aliud præſidium conuolabant al-
30 legantes non conſtare de delicto, & de † prætenſa
offenſione de quo ante omnia conſtare debebat,
vulg.l.1.§.item illud ad Sillan.& not. Boſſ. in tit. de
delicto: Iul.Clar.pract.cri.§. fi.q.4. Imò magis clara
requiritur probatio ad eos fideiuſſores condemnan-
dos quam principales, vt in terminis pacis ruptæ,
Bero.in conſi.199.ex ijs in fi.lib.36.

Ex quinq; enim teſtibus pro fiſco deponentibus
alter erat foreoſis, qui de delicto in ciuitate cõmiſſo
in teſtem non recipitur, niſi probetur tẽpore com-
miſſi delicti fuiſſe habitatorem Lucenſem. Duo ve-
ro alij erant foretanei, qui pariter non probant, niſi
probetur eos die cõmiſſi delicti fuiſſe in ciuitate Lu
cenſi, vt diſponitur lib.4. Statut. c.46. Cæteri vero
duo Lucenſes ſimiliter non videbantur probare, qa
repetiti, & examinati extra tps probatorium, & ſic
delictum prætenſum remanere dicebatur improba-
31 tum cum paria † ſint, quid non eſſe, vel eſſe, & non
probari. Tiraq. de retr.conſang.§.1.glo.10.num.90.

Quibus ſimiliter pro parte fiſci replicabatur non
obſtare, quia alio Statuto, lib.4.c.39.cauetur in cri-
minalibus recipi teſtes poſſe vſque ad ſententiam
excluſiue elapſis quibuſcunque terminis probato-
rijs, & in quacunq; parte iudicij, & in toto proceſ-
ſu, quod non diſcrepat a iure communi dictante.
32 † In criminalibus in cauſa non concludit; ut no. Io-
doch.in pract.crim.c.53.Boſſ.de viſit.proceſſ.& Iul.
Clar.in pract.crim.§.fi.q.61. Vnde ſtantibus depo-
ſitionibus Ioſephi Cinachæ, & Caroli Pieracini Lu-
cenſium teſtium concludenter de offenſa conſtare,
non erat ambigendum, concurrentibus maxime
adminiculis aliorum trium teſtium, & ſpontanea
banni obſeruãtia, de qua ipſi inquiſiti in articulis,
& defenſionibus indicant.

Fuit tandem in voto pronunciandi ſtipulationẽ
c conuentionalis pœnæ fore commiſſam, c & ad illius
ſolutionem Nicolaum teneri pro rata fiſco tangen-
33 te. Non quod pax diceretur rupta quæ † ratifica-
tionem eius, cuius nomine facta fuit, deſiderabat,
vt ſupra dictum eſt, & no. Ang.conſ.75. Dec.conſil.
226.num.7.& 31.in fi. Caſtr.conſil.171. libro 2. Sed
quia fuit contrauentum facto ipſius promittentis
proprio, qui donec pax ratificaretur promiſit, quod
interim non oſtendetur, nec contraueniet, & de ra-
to: quo caſu dicitur principalis ipſe promittens, &
de facto proprio ſe obligare, qui contrauenire dici-
34 tur, dum nõ curauit, & non † fecit iuxta cõuentio-
nem, ne offenderetur quemadmodum tradit idem
Moro.d.tract.de fide treg. & pa.q.22. 3. par. & ma-
xime in promiſſione facti filij, qui eadem perſona
cum patre cenſetur, & pro quo pater propter hanc
35 identitatem, † quandoque tenetur etiam ad pœ-
nam legalem, ſi valens prohibere non prohibuit, ut
per eundem Moro. vbi ſupra q. 24. Et ſic Nicolaus
tanquam principalis non poteſt ſe tueri clipeo d.no
uæ cauſæ contra expreſſam prohibitionẽ d. *Decreti*
in caſu tantũ defenſionis a iure *permiſſæ* nouç cau-
ſæ allegationẽ concedentis, non vltionẽ. Quinimò
ſtante lapſu tpis 8. menſium a die exhibitionis iu-
dicialis d.fidei ad offenſam ſubſecutã iſta nouæ cau-
ſæ allegatio reddebatur minus receptibilis, & proba
bilis, cum ſi quid quandoq; iura prouocatis *indul-*
geant, & ad iram commotis condonent, id accidit,
36 † quando incõtinenti fit non ex interuallo, vt idem
Moro.tradit poſt relatos, vbi ſupra 2. par. q. 14.37.
& 38.& quod not.Luc.de Pen.in l. omnes omnino.
37 C.de decurio.lib.10.vbi quando, † & intra quantũ
tempus liceat dicere ſe calore iracundiæ, quid feciſ-
ſe, & faciunt not.per Bero.conſi.173.lib.3.

38 Nec † obſtat, quod nulla interuenerit interpel-
latio ad faciendum ratificare dictam pacem, prout
neceſſaria erat ad hoc, vt pœna committeretur, ut
not.Crauet.conſi.64.num.1.& Ang.conſi.71. *Quia*
non agitur ad pœnam ex eo, quod non ſit ratifica-
tum, ſed quia contrauentum eſt, ut idem Moro.fir-
mat in præcitato tract.in 2.par.q.26.

Accedebat, quòd in allegatione nouæ cauſæ alle-
gans non ſibi conſtabat, & varius reperiebatur, cũ
in prima inſtantia profiteretur, id factũ fuiſſe ad ne-
ceſſarium defenſam, tanquam aggreſſus, quod mini
me probabat, & in ſecunda inſtantia mutata cauſa
dixit offendiſſe Raphaelẽ ob aſſertã fidem fractam,
& non oſſeruatã. Domini autẽ coauditores in con-
trariam ſniam iuerunt potiſſimũ freti, ac innixi au
ctoritate Bero.in conſi.206.lib.3. nu.24. & ſeq.qui
39 in ſimilibus terminis † firmat non poſſe agi ad pœ-
nam conuentionalẽ, & promiſſam ex contractu per
viam inquiſitionis, etiã ad vtilitatem fiſci, ſed per

viam

d viam ſctionis, d vnde fideiuſſor, qui non deliquit non debuit per viã inquiſitionis moleſtari: ſed vti debitor,& promiſſor inſtrumentarius actione oriẽ-
40 te ex contractu, & ſic † ex ſtipulatu conueniendus erat, cum porrectione libelli, litis conteſtatione, & ſeruatis ſeruandis.

Quibus reſpondebã in caſu propoſito criminaliter intentato, non principaliter de fideiuſſore actũ fuiſſe, ſed per quandã conſequentiam,& ſtante Statuto.lib.4.c.135. De fideiuſſoribus frangentium pacem: ſententia lata contra principalem loco plenæ probationis eſt contra fideiuſſorem, contra quem exequi poteſt ratione pęnæ promiſſę abſq; alia probatione, & proceſſu, cuius contrarium de iure communi aſſerebat Bero.d.conſi.206.nu.29. Accedebat etiam pro noſtra ſententia aliud ſtatutum. libro 1. c.15.in fi. quo cauetur agentem intelligi deduxiſſe omne, quod probauit,& egiſſet omnimodo, & iure meliorari ſibi competẽte, & ſic in caſu iſto quod ſit intẽtata actio ex ſtipulatu, quatenus neceſſaria fuerit contra fideiuſſorem.

41 Nec obſtaret, ſi diceretur Iudicem † criminalem non poſſe de cauſa ciuili cognoſcere l. ſolemnius §. latrunculator, de iud. l.quod diximus de auth.tut. Cyn.& Bal.in l.ſi quis ex conſenſu, C.de epiſc.aud. Menoch.de arbit.lib.1.q.83. Quia id de iure non eſt incongruum, quandoque incidenter de ciuili cauſa cognoſceret.l.interdum, vbi Bar.not.ff.de fur.Barb. conſi.1.lib.3.& not.Bald.in l.2.C.vbi cau. fiſca. vbi dicit quod fideiuſſor, qui ſoluit pro condemnato, poteſt implorare officium iudicis maleficiorum, vt cõſeruetur indemnis ab eo, quia id venit ex eodem iudicio per modum ſequelæ: refert Fely.in c.cum oporteat, col. pen.verſ.& pro iſto dicto facit extra de accuſatio.& in id, quod iudex maleficiorum poſſit incidenter ac ſecundario quodammodo iudicare de cauſa: ciuili plura congerit ultra Felyn.in præcitato loco Tiraq.in tract.Res inter alios acta.verſ.Cui proxime accedit, quod licet Iudex maleficiorum, &c. Et ſtante paritate ſententiarum iuxta capitula Rotæ fuit data ſecunda appellatio.

ANNOTATIONES.

a Clara & releuanti. Hæc deciſio vltra auctoritates Bero.& Hercul.ratione confirmatur, nam licet ſtatutum prohibeat nullitatem allegari, non tamen illa cenſetur prohibita, quæ notoriè conſtat ex actis. Bal. in l.1.nu.2. C.ne lic.ter.prouoc. Vant.tit.quis poſſ.dice. de null. num.51. & ſeq Rolan.conſ.29.num.45.lib.1.& in terminis, Bertazzol.conſi. 151.num.13.

b Sine rationibus Quinimò hoc dictũ Hercul.& Bero.habet in ſe bonam rationem, quia ſicut pater debet audiri pro intereſſe ſuo, ita & debet fideiuſſor, dummodo non veniat ad excuſandum delictum, vt ſup.dixi deciſ.94. num.6 quibus adde quod optime facit, quod quoties cauſa venit ſeparatim a crimine decidenda, poteſt admitti procurator licet ſic criminis excluſiua. alex in l.1. C.ad l.Flaui.de plagiar.col. 2.verſ.ex his legibus,& alb.de Roſat.in tract.ſtatut. q.18. lib.3.ubi dicit hanc eſſe cõem, quod ſecus eſt, quando tractatur de nocentia, vel innocentia principaliter, quia tunc debet reus perſonaliter comparere, aliàs non auditur texe eſt in l pen.§ ad crimen ff.de publ iudi.in fi.& ſunt videndi Addentes ad Paul.de Caſt in conſi.3.nu 32.lib.3.in adhærentibus, vero & comprehenſis, vt poſſint allegare nouam cauſam claram eſt, quia diuerſa ratio militat in principalibus ab ea, quæ militat in adhærentibus,& comprehenſis, nam in comprehenſis, inter quos nulla prius erat contentio, vel inimicitia, noua cauſa magis illos excuſat cum in eis ceſſet præſumptio illa, quæ militat contra principales, vt ex veteri cauſa facit offenſio facta prout in terminis firmat Bertazzol d.conſi.151.nu.18.& ſeq & hanc rationẽ optime conſiderauit Pius V.fæ.mem.in conſtit.10.in qua declarat, quod conſtit. Pij IIII.ſui prædeceſſoris. ſuper eo qđ noua cauſa allegari non poſſit, dumtaxat habeat locum in principalibus non autem in comprehenſis. Et ultra ea quæ colligi poſſunt ex præfatis Hercul. & Bero d. conſtitutiones intellige, vt procedunt in inſtrumentis pacis, ſeu fideiuſſionum de non offendendo, in quibus pœna vel fuit ſtipulata, vel iux.conſtitutionem Pij IIII.prædictam, habetur pro ſtipulata ad fauorem,& pro R. Camera Apoſtolica. & in cauſis, quæ concernunt d.Cameram.& eius Fiſcum, non autem quando d.pœna conuentionalis ad d. Cameram nõ ſpectaret, nec ſpectare poſſet, prout contingit in illuſtri Ciuitate Vrbeuetana, quæ cum habeat merum, & mixtum Imperium ſitque ſuperior,& Domina cum omnimoda gladij poteſtate multorum caſtrorum in eius Territorio exiſtentiũ, quoties contingit fieri paces, vel dari fideiuſſiones de non offendendo inter incolas dictorum caſtrorum, & dictioni d.Ciuitatis ſubditorũ ſemper pœna ſtipulatur pro Communitate eiuſdem, nõ autem pro R.Camera. & ideo in illis habebit locum ius commune, non autem d.conſtit. vt in terminis declarat D.Thob Non.conſ 110.num.9.

c Forte commiſſam. Et vere ratione ſolum contrauentionis in hac cauſa pœna conuentionalis ueniebat exigenda, ſed per viam actionis, non autem in hoc iudicio criminaliter moto. vt infra dicetur, nu.39 qui mox ſequitur.

d Sed per viam actionis. Et hanc opinionem ego etiam ſequutus fuiſſem non obſtantibus his, quæ infra per D.Magon. dicta fuerunt pro reſponſione ad Bero. d.conſi.206. Eius enim reſponſiones tolluntur ex his quæ ſup.idem Magon. dixerat, nu 33. vbi dicebat ipſum fuiſſe voti pœnam commiſſam dumtaxat ratione contrauentionis, non autẽ quod pax fuiſſet rupta, quæ uerè rupta non erat, ſupra, nu.26 & d.nu.33. Vnde ſi pax rupta non erat de qua principaliter intentabatur in illo iudicio criminaliter moto, vtique de pace rupta veniebat abſoluẽdus inquiſitus principalis, & per conſequens abſoluto principali nullo pacto poterant condemnari fideiuſſores,& ſic eius reſponſio. quod in illo iudicio criminali tractabatur de fideiuſſore in quandam conſequentiam, penitus corruit, & illa reſponſio procederet quando pax fuiſſet rupta, & de pace rupta ſequuta cõdemnatio, ut tunc in conſequentiam condemnationis factæ de principali, qui pacem fregiſſet. fideiuſſor teneretur in illo iudicio ad pœnam conuentionalem, ſicut nec ſuff agatur eius voto Statutum Lucenſis lib 4 c.35. De fideiuſſoribus frangentium pacem, & ſententia lata contra principalem ſit loco plene probationis contra fideiuſſorem, quia d. ſtatutum ſimiliter præſupponit pacem factam, vt in rubr apparet ex deductis hic per Mago. (aliter enim d.ſtatutum non vidi.) At in caſu tam ipſe D.Magonius quam eius D. Coauditores erant in voto pacem non fuiſſe factam, ſed bene pœnam deberi ratione contrauentionis & ſolum diſcordabant circa iudicium. Et ideo ſi pax non erat fracta, ſententia non poterat ferri contra principalem, ſed debebat abſolui, unde non poterat tractari de condemnando fideiuſſores abſoluto principali in illo iudicio. Quare rectè ſentiebant D. Coauditores perperam agi ex contractu per viam inquiſitionis, cum pax non fuerit rupta, ſed debere agi per viam actionis, quia fuerat contrauentum quo caſu promittens ipſe dicitur principalis, & de facto proprio ſe obligare, cum quis contrauenire dicatur, dum non curauit, prout bene dicebat D.Magon. ſupra d.nu.33.& ſeq.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE FIORE
Via Grande Archivio, 3 - Napoli